



D. IOANNIS ANTONII BELLONI

I. C. TAVRINENSIS,

ET PEDEMONTANI SENATVS PRÆSIDIS PRIMARII

TRACTATVS

De Iure Accrescendi

PARS SECVNDA

In qua septimum disputationis caput, Quando scilicet locum habeat Ius accrescendi, continetur.


Et difficiliores, præcipuè vltimarum voluntatum, quæstiones exponuntur. Opus non minus in Scolis, quam in foro versantibus perutile, & necessarium.



AVGVSTÆ TAVRINORVM,

Apud HH. Ioannis Dominici Tarini, M.DC.XXXVII.
Superiorum permissu.

[illegible]



INDEX QVÆSTIONVM QVÆ IN HOC SEPTIMO CAPITE CONTINENTVR.

Quando locum habeat ius accrescendi. Cap. 7.



An,

FINIS Indicis Quæstionum, Cap. 7.



D. IOANNIS ANTONII BELLONI

IVRISCONSVLTI TAVRINENSIS, Et Pedemontani Senatus Præsidis Primarij

De Iure Accrefcendi

Caput Septimum.

S V M M A R I V M.

1 *Ius accrefcendi locum habet, cum portio vacat, fiue, cum portio deficit, num. 2.*
3 *Portio, quando dicatur vacare, feu deficere, & nu. 9.*
4 *Ius accrefcendi, vt habeat locum, requiritur, vt portio vacet, fiue, vt portio deficiat, & nu. 5.*
6 *Ius accrefcendi non habet locum nifi portio deficiat.*
7 *Ius accrefcendi non competit, nifi propter deficientiam.*
8 *Ius accrefcendi non habet locum, vbi non eft caducitas.*

Quando locum habeat ius accrefcendi.

Caput Septimum.



SEPTIMVM fuccedit difputationis caput, fub quo videndum eft, Quando locum habeat ius accrefcendi, fed, quia duo funt huiufce capitis extrema, vnum refpiciens id, quod accrefcit, alterum verò refpiciens id, cui fit acceffio, ideo de vtroque feparatim tractaturi difpiciamus primo, quando locũ habeat ex parte illius, quod accrefcit. Generaliter autem dicere folẽ-
1 nis, tunc habere locum, cum portio vacat. † *§. videamus, Inft. de hered. inft. l. vn. §. his ita definitis, verf. fin autem ex ijs. C. de cad. toll. l. Mæuio. 42. in prin. ff. de leg. fecundo*, fiue (quod idem eft)
2 cum portio deficit † *d. l. vn. §. vbi autem legatarij, verf. fi vero pars, & verf. fin vero nemo alius C. de cad. toll. Et fcribunt Bart. in l. fi in teftamento 5. nu. 3. verf. & intelligas ff. de vulg. Caftr. in d. §. his ita definitis, nu. 1. Alex. in l. planè 34. §. fi duobus, nu. 15. ff. de leg. primo. Crott. in d. l. re coniunctis, num. 70. verf fed ipfe, Gozad. conf. 53. num. 6. verf. 8. & nu. 7. Zuttar. conf. 50. nu. 45. verf. minus obftat. Surd. conf. 211. num. 11.* Quod tunc accidere intelligi-
3 tur, † cum eam nemo capit, fiue, ad eam nemo admittitur: Alioquin enim non poffet hoc Ius habere locum, quia, qui admittitur ad partem, facit partem, *vt dicemus in hoc cap. q. 21 nu. 10.* Quamobrem inter iuris accrefcendi requifita connumeratur illud, vt portio vacet,
4 † *fecundum Claud. Tut. in l. vn. num. 135. & ibi Io. Guter. num. 39. C. quand non pet. part.* fiue, vt
5 portio deficiat, † *vt fcribunt Rub. in l. pater filiũ. 14. nu. 137. ff. de inoff. Duar. lib. 1. de iur. accr. cap. 18.* Quo fenfu dicimus, ius accrefcendi non ha-
6 bere locum, nifi portio deficiat, † *vti videre eft apud glo. in l. liber homo. 59 § fi ita fcriptura, in verb. in pendenti ff. de hered inft. Bald. con. 61. nu. 4. uerf. In contrarium, uol. 1 Zuccar. conf. 78. num. 175.* feu nõ competere, nifi propter deficientiã,
7 † *vt apud Surd. conf 458. num. 20. & conf. 529. nu. 22.* aut (quod idem eft) non habere locum vbi
8 non eft caducitas, † *vti uidere eft apud Bald. in d. l. vn. §. fin autem, num. 7. C. de cad toll. Iaf. in d. l un. num. 36. C. quand non pet part.*

Specialiter autem, quando vacare, feu de-
9 ficere intelligatur, † ita, vt locum habeat ius accrefcendi, fi quæramus, conftat multiplicem effe diftinctionem adhibendam: Aut enim portio vacat ex caufa vocantis, aut ex caufa vocati, fi vocantis, aut loquimur de difpofitione teftatoris, aut de difpofitione legis, fi teftatoris, aut ideo vacat, quia teftator de ea nõ difpofuit, aut quia difpofuit ex die, vel aut diẽ, fi ideo, qa nõ difpofuit, aut loquimur de hæreditate, aut de legato, vel fideicommiffo, &, fi de hæreditate, aut non difpofuit de quota, aut etiam de tota.

S V M M A R I V M.

1 *Portio hæreditatis nulli affignata accrefcit hæredibus in alijs partibus inftitutis, & cur, num. 2.*
3 *Inftitutus in dimidia hæreditatis non dato cohærede*

rede censetur institutus in tota hæreditate.

4 *Partis appellatione totum continetur, si de alia parte non sit a testatore dispositum.*

5 *Institutus in quota non dato cohærede fit hæres ex asse.*

6 *Institutio facta in quota non dato cohærede trahitur ad vniuersum.*

7 *Portio hæreditatis nulli assignata accrescit institutis pro portionibus hæreditarijs.*

8 *Portio hæreditatis nulli assignata accrescit institutis in alijs partibus, etiamsi voluntas testatoris manifestissimè refragetur*

9 *Portio hæreditatis nulli assignata accrescit alijs institutis in quota, non etiam institutis in re certa, & cnr, num. 10. & seq.*

10 *Portio hæreditatis facilius accrescit hæreditati, quã certæ rei*

11 *Transitus est facilior in habentibus symbolum.*

12 *Hæres rei certæ habetur loco legatarij si habeat cohæredem etiam in quota tantum institutum*

13 *Hæres particularis non habet ius accrescendi cum vniuersalibus.*

14 *Portio hæreditatis nulli assignata accrescit hæredibus in alijs partibus institutis, etiam in foro conscientiæ.*

15 *Portio hæreditatis nulli assignata non accrescit hæredibus in alijs partibus institutis, in ijs casibus, in quibus absurdum non est, quem decedere pro parte testatum, & pro parte intestatum, & cnr, num. 16.*

17 *Portio hæreditatis nulli assignata non accrescit hæredibus in alijs partibus institutis a milite, sed pertinet ad venientes ab intestato.*

18 *Portio hæreditatis nulli assignata non accrescit hæredibus in alijs partibus institutis in testamento inter liberos.*

19 *Portio hæreditatis nulli assignata non accrescit hæredibus in alijs partibus institutis in testamento condito ad pias causas.*

20 *Portio hæreditatis nulli assignata non accrescit hæredibus in alijs partibus institutis, si lege, vel statuto sublatum sit ius accrescendi.*

21 *Portio hæreditatis, de qua religionem ingrediens nõ disponit, non accrescit institutis sed applicatur monasterio fauore religionis.*

22 *Portio hæreditatis nulli assignata non accrescit hæredibus in alijs partibus institutis, si testator sit idiota, & cnr, num. 23.*

24 *Exheredatio facta a quota hæreditatis non trahitur ad vniuersum.*

25 *Ius accrescendi non est proprium, sed improprium, quoties pars hæreditatis nulli assignata accrescit hæredibus in alijs partibus institutis.*

26 *Ius accrescendi locum habet inter duos, aut plures vocatos.*

An, & quando hęredi in quota instituto accrescat residuum hęreditatis, de quo testator non disposuit.

Quæstio Prima.

DE singulis autẽ supradictis speciebus separatim tractaturi videamus primo de ea, in qua testator nõ disposuit de quota, & dispiciamus, an, si quibusdam hæreditatis partibus distributis aliqua supersit portio, de qua testator non disposuerit, habeat eius respectu ius accrescendi locum. Constat autem esse distinguendum: Aut enim de partibus distributis disposuit testator per modum institutionis, aut per modum legati, vel fideicommissi, aut denique per modum substitutionis, quẽ postremum disponendi modum à cœteris ideo distinguo, quia substitutio interdum est directa, interdum verò fideicõmissaria, & sola directa vim institutionis habet, ac secũdum eius naturam regulatur, *vt ex ijs, quæ dicemus in hoc cap. q. 5. 6. 13. & 14. facile erit intelligere.*

Si igitur per modum institutionis facta sit de quibusdam hæreditatis partibus dispositio, & aliqua supersit pars, de qua testator non disposuerit, non est dubitandum, quin eius respectu locum habeat ius accrescendi: Nam pars hęreditatis nulli assignata non pertinet ad venientes ab intestato, sed accrescit hęredibus in alijs
1 partibus institutis † *l. interdum. 13. §. 1. vers sed, si alter. l. si quis ita scripserit. 33. & l. liber homo. 59. §. vlt. ff. de hæred. inst. l. quoties 13. C. eod. l. a. §. pro qua quisque, & l. si ita scriptum. 8. in prin. ff. de bon. poss. sec. tab. §. videamus, Inst. de hęr. instit. Et scribunt Bald. in l. cum quidam. 19. in princ. & ibi Ias. in prin. & num. 8 ff. de lib. & posth. Bal. in l hac edictali. 6. in prin. num. 9. C. de sec. nup. Ceph. in l. centurio 15. num. 691. ff. de vulg. Gomez. to. 1. var. resol. cap. 10. nu. 8. 9. & 20. vers. cõfirmatur, Manti. de coniect. ult. volunt. lib. 4. tit. 11. num. 1. Myns. in §. hęreditas, num. 8. Inst. de hęr. inst. Duar. lib. 1. de*
2 *iur. accr. cap. 12.* quia † alioquin testator decederet pro parte testatus, & pro parte intestatus, quod iuris nostri ratio non patitur *l. ius nostrum 7. ff. de reg. iur. l. neq; enim 14 ff. de mil. testa. Quam rationem in his terminis affert Iustinianus in § hæreditas versic. non autem, Instit. de hær. instit. & post eum Gomez. d. tom. 1. variar. resol. cap. 10. num. 8.*

Hinc intelligimus, si testator vnum ex parte dimidia hæredem instituat, nec præterea quenquam alium, videri eum ex asse hæredem insti-
3 stitutum † *d. l. si quis ita scripserit. 33. ff. de hæred. inst.* & sic effectu totum assem in semisse contineri *d. §. hæreditas, vers. non autem, Inst. eodem* Quamobrem dicimus, appellatione partis cõtineri totum, si de alia parte non sit à testatore
4 dispositum. † *vti videre est apud Trentac. de subst. part. 1. cap. 15. num. 4. vers. Nec obstat, quod,* Et simili modo dicimus, institutum in quota non dato cohærede fieri hæredem ex asse, siue
5 ex tota hæreditate, † *vti videre est apud Bald. in d. l. cum quidam. 19. & ibi Ang. & Ias. nu. 8 ff. de lib. & posth. Rollandin. in suo flor. testamen. rub. 20. num 1. Pile. Modic. in lib. quæstio. iuris diuerso. q. 14. Molin. de primog. Hisp. lib. 1. cap. 17. num. 23.* & institutionem factã in parte hæreditatis tra-
6 hi ad vniuersum, † *vt apud Bald. in l. cohæredi. 41. §. vlt. in prin. & in tertio not. & ibi Ias. num. 2. ff. de vulg. Alex. in d. l. cum quidam 19. nu. 1. & ibi Ias. in prin. ff. de lib. & posth. Perег. de fideicom. artic. 34. num. 18.* Denique partem vacantem, quia nulli data sit, accrescere hæredibus in alijs
7 partibus institutis pro portione hæreditaria † *d. l. interdum. 13. §. 1. ff. de hær. inst. d. §. videamus, Inst. eod. & l. quamquam. 3. C. de testa. mil. & scribunt Ang. de Gamb. de testa. glo. 59. nu. 3. Gomez. d. tom. 1. varia. resol. cap. 10. num. 14. Crass. in §. ius accrescendi q. 21. num. 2. Menoch. de præsump. lib. 4. præs.*

præf. 17. *num.* 6. Hæc autem adeo vera sunt, vt
procedant,

Primo, etiamsi voluntas testatoris mani-
8 festissimè retragetur, † puta, quia prohibeat
ius accrescendi, vel (quod idem est) iubeat
instituto, vt sit tacitus, & contentus portio-
ne data: Nam secundum veriorem, & re-
ceptiorem sententiam non obstante tali pro-
hibitione testatoris residuum accrescet in-
stituto in quota, *ut ostendemus in* 10. *cap. q.* 17.
num. 4.

Secundo procedunt, etiamsi adsit alius
institutus in re certa: Nam pars hæreditatis
nulli assignata accrescit institutis in quota,
non etiam institutis in re certa. Itaque, si
testator instituat vnum ex semisse, & alte-
rum ex fundo, nec disponat de altero semis-
se, pars hæc, quæ vacat, non accrescet insti-
tuto in fundo, sed ei soli, qui in quota hære-
9 ditatis institutus est † *l. quoties.* 13. *& ibi Bal.*
Castr. num. 2. *Alex. num.* 3. *Iaf. num.* 2. *C. de hær.*
inst. Ang. de Gamb. de testa. d. gl. 59. *num.* 3. *Imol.*
incl. l. 9. *si ex fundo, num.* 34. *vers. quid autem,*
& num. 72. *&* 75. *uers.* 3. *fallit, & num.* 77. *uers.*
& intelligit ff. de hær. inst. Gomez. d. tom. 1. *var.*
res. cap. 10. *num.* 13. *Craff. in §. institutio* q. 22.
num. 8. Nam portio hæreditatis facilius ac-
10 crescit hæreditati, quam certæ rei, † *ut scri-*
bunt Alex. in d. l. quoties. 13. *num.* 3. *C. de hær.*
inst. Ceph. cons. 436. *num.* 16. *& cons.* 716. *num.*
14. quia in habentibus simbolum facilior est
11 transitus, † *l. in rem.* 24. *§. item, quæcunq. ff. de*
rei vind. Et in his terminis considerat Castr. in
d. l. quoties. 13. *num.* 2. Nec est contrarium,
quod etiam instituto in fundo hæreditas ac-
crescit, *l.* 1. *§. si ex fundo ff. de hær. inst. & nos la-*
tissimè dicemus in hoc cap. q. 7. *num.* 1. *& seqq.*
quia id procedit, si nullum habeat cohære-
dem vniuersalem: Nam eo dato institutus
in fundo habetur loco legatarij, etiamsi co-
12 hæres institutus sit in quota, † *d. l. quoties.* 13.
vbi Bart. & Bald. in prin. Castr. num. 1. *Alex.*
num. 3. *Iaf. num.* 1. *C. de hær. inst.* Et hoc est,
quod tam frequenter dicimus, hæredem par-
ticularem non habere ius accrescendi cum
13 vniuersalibus, † *vt videre est apud Bart. in l.*
Lucius. 45. *in prin. num.* 12. *ff. de vulg. Alex.*
cons. 66. *num.* 1. *vol.* 2. *Ruin. cons.* 152. *num.* 10.
volum. 3. *Zaz. de substit. in materia reciproca,*
num. 11.

Tertio procedunt, etiam in foro conscien-
14 tiæ: † Nam pars hæreditatis, de qua testator
non disposuit, ita accrescit hæredibus insti-
tutis, vt eam possint etiam in foro conscien-
tiæ retinere, *secundum ea, quæ dicemus in hoc*
cap. q. 10. *num.* 28. nisi in casu, quem referemus
infra num. 22.

Planè interdum supra dicta cessant, & pars
hæreditatis nulli data pertinet ad venientes
ab intestato, non autem hæredibus in alijs
partibus institutis accrescit.

15 Primum enim in iis casibus, † in quibus
absurdum non est, quem decedere pro parte
testatum, & pro parte intestatum, magis est,
vt pars hæreditatis, de qua testator nō dispo-
suit, non accrescat hæredibus in alijs parti-
bus institutis, sed pertineat ad venientes ab
intestato, *vt scribit Pereg. cons.* 145. *num.* 3.
volum. 5. *& dicimus in* 10. *capit. q.* 9. *num.* 7.
16 quia, † cum cesset causa, propter quam alias
sit accretio, *vt patet ex iis, quæ diximus supra*
num. 2. Consequens est, vt & ipsa accretio
cessare debeat, *vt dicemus in eadem q.* 9. *num.* 10.
Huius rei multa possunt exempla afferri.

Primum in testamento militis statuo, quia
miles potest decedere pro parte testatus, &
pro parte intestatus, *vt diximus in eodem cap.*
10. *q.* 24. *num.* 134. ideo fit, vt in eius testa-
mento pars hæreditatis, de qua miles non
disposuit, non accrescat hæredibus in alijs
partibus institutis, sed pertineat ad venientes
17 ab intestato, † vt est verior DD. opinio, *sicuti*
ostendimus ibi num. 98. *& seqq.* tametsi con-
trarium plerique censuerint, *quos referimus ibi*
num. 76. *& seqq.*

Secundum exemplum afferri potest in te-
18 stamento inter liberos, † in quo etiam absur-
dum non est, quē decedere pro parte testatum,
& pro parte intestatum, *vt diximus in* 5. *cap.*
q. 41. *num.* 13. Quamobrem & in eo pars nul-
li assignata non accrescet institutis, sed ve-
nientibus ab intestato deferetur.

Tertium exemplum sit in testamento ad
19 pias causas, † in quo pariter absurdum non
est, quem decedere partim testatum, & par-
tim intestatum, *vt diximus in eodem* 5. *cap. q.*
41. *num.* 14. nam, nec in eo locum habebit ius
accrescendi respectu eius partis, de qua testa-
tor non disposuit, tametsi *Bart. in rep. l.* 1. *nu.*
70. *C. de sacr. Eccles. & alij* plerique contrarium
censuerint.

Quartum exemplum afferri potest in om-
nibus casibus, in quibus lege, vel statuto sub-
20 latum est ius accrescendi, † siue id factum sit
expresè, puta cauendo, vt non disposita per-
tineant ad venientes ab intestato, *secundum*
ea, quæ dicemus in 10. *cap. q.* 6. *num.* 4. *&* 5. siue
tacitè, vt, quia limitata sit potentia causæ
efficientis, vel vocati portio, *secundum ea,*
quæ dicemus in eodem cap. 10. *q.* 10. *&* 3. *quæst.*
seqq. nam in iis dubium non est, quin pars hæ-
reditatis nulli assignata pertineat ad venien-
tes ab intestato, non autem hæredibus in
alijs partibus institutis per ius accrescendi
deferatur: Nec enim absurdum est, quem
decedere pro parte testatum, & pro parte
intestatum, quoties lex, aut disponentis po-
tentiam, aut vocati portionem limitauit, *vt*
dicemus in eodem 10. *cap. q.* 10. *num.* 4. *& q.* 12.
num. 16. cum certum sit, posse id lege caueri,
vt diximus in 5. *cap. q.* 41. *num.* 15.

Secundo verò, si is, qui religionem ingre-
ditur, condat testamentum, & in eo instituat
filios in quota, & de residuo non disponat,
non accrescet id filijs institutis, nec ad eosdē
ab intestato venientes pertinebit, sed applica-
21 bitur monasterio fauore religionis, † *vt scri-*
bunt Alex. in addit. ad Bartol. in rep. l. 1. *sub*
num. 70. *in lit. b. C. de sacros. Eccles. Gul. Ben.*
in dict. capit. Raynutius, in verb. in eodem
testamento relinquens primo, num. 264. *versic.*
secundo.

Tertio, si testator, qui non, nisi de parte
hæreditatis disposuit, sit idiota, licet institu-
tus ipso iure consequatur residuum, tamen
in foro conscientiæ non poterit id retinere,
sed debebit partem non datam dimittere
22 venientibus ab intestato, † *secundum Purp.*
in rub. C. quand. non pet. part. num. 13. quia
23 † partem illam non consequitur ex volūtate

testatoris, sed ex potestate legis *d. l. interdum. 13. §. 1 ff. de hared. inst.* & in foro poli spectanda potius est voluntas, quam lex, *vt dicemus etiam in hoc cap. q. 10. num. 32. vnde erunt desumenda, quæ pro pleniore huiusce rei discussione videbuntur necessaria.*

Quarto, licet institutio facta in quota valeat, & trahatur ad vniuersum, non tamen
eodem modo valet, & ad vniuersum trahi-
24 tur exhæredatio facta à quota hæreditatis † *l.
cum quidam. 10. ff. de lib. & posth. & nos latè
ostendimus in sexto cap. q. 25. num. 2.* Cuius di-
uersitatis rationem attulimus *ibi nu. 3. & seqq.*
vt proinde non sit necesse, hic iterum referre,
quæ latiùs ibi commemorauimus.

Quinto demum, quod diximus, partes hęreditatis nulli assignatas accrescere institutis, declaratur non procedere inspecto proprio iure accrescendi: Nam id ius, quod in prędicta specie locum habet, nõ est proprium, sed
25 improprium, † *vt diximus in quarto cap. q. 4.
num. 10.* quia ad hoc, vt sit propriè ius accre-
scendi, requiritur, vt portio, quæ accrescit, sit
alicui delata, vel de iure, vel de facto, *vt dixi-
mus ibi num. 5. vers. primum, & in sexto cap. q.
6. num. 12. & q. 31. num. 24 & ostendemus etiam
in hoc cap. q. 20. num. 1. & seqq.* Quamobrem
dicimus, ius accrescendi habere locum inter
26 duos, aut plures vocatos, † *l. si pluribus 35. l.
planè. 34. §. si duobus ff. de leg primo, l. testamento.
6. C. de impub. & al. sub. §. si eadem, Inst. de legat.
Vlpia. tit. 24. Inst. §. si duobus, & §. si per damnationem, Caius lib. 2. Inst. tit. 5.*

SVMMARIVM.

1 *Legatario, vel fideicommissario quota non accrescunt aliæ partes hęreditatis, de quibus testator non disposuit.*

An legatario, vel fideicommissario quotæ accrescat residuum hęreditatis, de quo testator non disposuit.

Quæstio Secunda.

SED hæc quidem dicuntur, quoties testator de parte hæreditatis per modũ
institutionis disposuit. Coeterùm, quoties disposuit per modum legati, aut
fideicommissi, veriùs est, alias partes nulli
1 assignatas non accrescere vocato, † *vt scri-
bunt omnes quos retulimus in hoc cap. q. 4. in 2.
casu, & 3. casibus seqq. & in quæst. 5. nu. 11. &
seqq. & q. 6. in secundo casu, & tribus seqq.* sed
testamentum, quasi non habens hæredẽ non consistere, & simul cum eo corruere legatũ, aut fideicommissum, totamque hæreditatem ad veniẽtes ab Intestato pertinere: Non enim vt hæredi, ita, & legatario, vel fideicommissario competit respectu hęreditatis ius accrescendi, *sicuti latè ostendemus in hoc cap. q. 11. num. 1. & seqq. vnde erunt deducenda, quæ ad pleniorem huiusce rei tractationem pertinere videbuntur.*

SVMMARIVM.

1 *Titulorum varietas ex varietate verborum æstimatur.*
2 *Mens colligitur ex verbis*
3 *Mens talis esse præsumitur, qualem verba demonstrant.*
4 *Verborum solemnitas, & differentia in testamentis est sublata Declara. vt num. 7. & 17.*
5 *Mens potius est spectanda, quam uerba.*
6 *Notarij vt plurimum sunt imperiti, & non intelligunt vim uerborum*
8 *Verba in testamentis non sunt attendenda, sed mens, quando de ea constat*
9 *Mens præualet uerbis*
10 *Verbis in dubio standum est.*
11 *Verba declarant mentem loquentis*
12 *Verba dicuntur earum, quæ sunt in animo, passionum notæ*
13 *Verba sunt introducta ad declarandam hominũ voluntatem*
14 *Testator in dubio censetur voluisse, quod propria uis uerborum importat.*
15 *Dicere nemo præsumitur, nisi, quod uult.*
16 *Recedendum in dubio non est a proprietate, seu propria uerborum significatione.*
18 *Verba olim, uel erant directa, uel precaria*
19 *Verba directa dicebantur olim, quæ imperatiuè, siue imperatiuo modo erãt prolata, & cur, n. 20.*
21 *Declaratur l. uerbis legis. 120. ff. de uerb. sign. & num. 160. & seq.*
22 *Legare est legis modo relinquere.*
23 *Leges olim non, nisi uerbis imperatiuis, siue imperatiuo modo prolatis concipiebantur*
24 *Institutiones, & substitutiones olim non concipiebantur, nisi uerbis imperatiuo modo prolatis.*
25 *Legata quibus uerbis olim conciperentur.*
26 *Libertates directę, & tutelę testamentarię non dabantur olim, nisi uerbis imperatiuis.*
27 *Verba directa dicebantur olim legitima, & cur.*
28 *Verba directa dicebantur olim ciuilia, & cur nu. 19.*
30 *Fideicommissum quid?*
31 *Testamenta non poterant olim fieri alia lingua quam latina, & cur, num. 32.*
33 *Directa uerba quæ?*
34 *Directæ dispositiones, quæ?*
35 *Directa uerba seu directæ dispositiones, cur ita dicantur, & num. 37.*
36 *Actiones directę quæ dicantur.*
38 *Institutio hæredis olim ne his quidem uerbis fieri poterat, Titium hęredem instituo, uel hęredem facio.*
39 *Institutio hęredis potuit fieri his uerbis, Titium hęredem esse iubeo*
40 *Substitutio reciproca potuit fieri his uerbis, eos inuicem substituo.*
41 *Legatum etiam olim poterat fieri his uerbis, lego, aut, do, aut etiam do lego, uel dono.*
42 *Dispositio testatoris non concepta uerbis ciuilibus nullam olim poterant inducere obligationem, et cur, num. 43.*
43 *Obligatio non nascitur, nisi ex ijs causis, quę sunt a iure ciuili approbatę.*
44 *Verba precaria, cur ita dicta*
45 *Precarię dispositiones, quæ?*
46 *Voluntates precarię, quæ?*
47 *Verba fideicõmissaria, quę, et cur ita dicta, n. 48.*

49 Testa-

49 Testamenta non fiebant olim, nisi cum assistentia & consilio alicuius Iurisconsulti.

50 Testatores non poterant olim rogandi necessitatem effugere certis casibus, & quibus.

51 Testatores poterant olim directo suam, aut pupilli hæreditatem in aliquem transferre, sed non per obliquum.

52 Testatores poterant olim directo transferre dominium rei singularis in aliquem, sed non per obliquum.

53 Testatores poterant olim directo substituere, tam in hæreditatibus, quam in legatis, sed non per obliquum.

54 Declaratur prin. tit. Inst. de fideic. hæred. vers. quibus, & num. seq.

55 Fideicommissa non poterant, nisi certis casibus, ijs relinqui, quibus hæreditates, aut legata dari non poterant.

56 Fideicommissorum origo, quæ.

57 Voluntas testatoris nuda spectatur in fideicommissis.

58 Fideicommissa pinguiorem habebant naturam, quam legata.

59 Dispositio plerumque poterat sustineri, si fuisset facta per fideicommissum, secus vero, si directo.

60 Testatores olim coniungebant vtrumque disponendi modum, eandem rem simul, & legando, & per fideicommissum eidem relinquendo.

61 Moris, & consuetudinis quæ sunt, tacitè apposita intelliguntur.

62 Legatorum, & fideicommissorum appellationes in iure plerunque confunduntur, & eadem dispositio modo legatum, modo fideicommissum appellatur.

63 Declaratur l. 1. ff. de leg. primo.

64 Verba, quibus testatores vtuntur hodie, vel sunt directa, vel precaria, siue obliqua, vel communia.

65 Verba directa quæ hodie dicantur, & num. 68. & seqq. & num. 78.

66 Verba obliqua, quæ hodie dicantur, & num. 68. & seqq. & num. 79.

67 Verba communia, quæ hodie dicantur.

69 Hæreditas, vel directo datur, vel per obliquum.

70 Hæres adeundo consequitur dominium omnium rerum hæreditariarum.

71 Hæres potest apprehendere possessionem rerum hæreditariarum propria authoritate, et nu. 98.

72 Hæreditas per fideicommissum non acquiritur, nisi mediante facto alterius.

73 Legari potest etiam pars hæreditatis.

74 Legata, & fideicommissa vniuersalia per omnia exequata sunt.

75 Verba directa, & precaria non differunt in particularibus relictis.

76 Legata, & fideicommissa particularia hodie non differunt.

77 Dominium hodie transit ipso iure etiam in fideicommissarium particularem.

80 Verba inflexa, quæ, & cur ita dicantur, nu. 81.

82 Mediata, vel immediata successio æstimatur ex dominio, non ex possessione.

83 Legatarius debet capere possessionem de manu hæredis, & num. 100.

84 Verba directa, vel obliqua æstimantur ex translatione iuris, non ex restitutione facti.

85 Verba directa, vel sunt ciuilia, vel non ciuilia, Sed contra, num. 94. Declara, ut num. 101.

86 Verba ciuilia, quæ, & cur ita dicantur, num. 87.

88 Verba non ciuilia, quæ, & num. seqq.

91 Verba non ciuilia sunt iuris gentium, & vsu potiùs, quam certa lege introducta.

92 Verbum, lego, est directum, non, quoad hæredem, sed, quoad legatarium, et num. 163.

93 Verborum directorum, quot sint genera, et num. 95. et 96.

97 Hæres institutus, aut directò substitutus immediatè succedit, non solum ratione dominij, sed etiam ratione possessionis.

99 Legatarius succedit immediatè, quoad dominiū sed non, quoad possessionem.

102 Verba, vel sunt merè, uel non merè directa.

103 Verba, uel sunt directa præcisè, seu præcisa significatione, uel non præcisa.

104 Verba, uel sunt directa directò, uel non directò.

105 Curandum de nomine non est, quoties id, de quo tractatur, est certum.

106 Verborum, quibus testatores vtuntur, quot sint genera.

107 Verbum, instituo, denotat hæredis institutionē, non legatum, aut fideicommissum, et cur, num. 113. et seq.

108 Instituo, qui dicit simpliciter, perinde habetur, ac, si dixisset, instituo hæredem.

109 Verbum, instituo, simpliciter prolatum refertur ad hæredem institutum.

110 Verbum, institutio, simpliciter prolatum refertur ad hæredis institutionem.

111 Verbum, instituo, est vniuersale, et cur, num. 112.

113 Verbum, instituo, sui natura complectitur vniuersa bona,

115 Verbum, hæres, est directum, et ciuile.

116 Verbum, instituo, est directum, et ciuile.

117 Declaratur l. quærebatur 20. uers. Quinimo ff. de milit. test.

118 Institutionis verbum in genere sumptum potest ad omnem dispositionem referri.

119 Verbum, instituo, multo facilius refertur ad directam institutionem, si iungatur cum verbo, hæres.

120 Verba, instituo hæredem, sunt directa, et ciuilia.

121 Verbum, substituo, denotat subrogationem, quę fit in locum alterius primo loco uocati.

122 Substitutio, etiam per fideicommissū fieri potest.

123 Verbum substituo, est commune, et cur, num. 124.

125 Declaratur l. iam hoc iure 4. uers. Quod ius ff. de uulg.

126 Substitutio est secunda institutiò, Declara ut num. 128.

127 Verbum, substituo, secundum aliquos, est directum.

129 Genus communiter predicatur de omnibus suis speciebus.

130 Verba, facio hęredem, sunt directa ciuilia.

131 Verba, facio hæredem, referuntur ad hęredis institutionem.

132 Verba, scribo hęredem, referuntur ad hęredis institutionem.

133 Verba, scribo hęredem, sunt directa, et ciuilia.

134 Verba, nuncupo hęredem, referuntur ad hęredis institutionem.

135 Verba, nuncupo hęredem, sunt directa ciuilia.

136 Verba, hęredem nomino, referuntur ad hęredis institutionem.

137 Verba, nomino hęredem, sunt directa ciuilia.

138 Verba, do hęreditatem, referuntur ad hęredis institutionem.

139 *Verbum, do, adiectum rei certę refertur ad legatum.*
140 *Legatum dicitur dari.*
141 *Verbum, do, est aptum ad institutionem, et legatum.*
142 *Verbum, do, est directum.*
143 *Dare est dominium transferre.*
144 *Directa dicuntur uerba, quibus testator ipse facit, non autem alij faciendum committit.*
145 *Fideicommissum dicitur dari, Declara, ut num. seq.*
146 *Dare interdum ponitur pro, relinquere.*
147 *Verba, dono hęreditatem referuntur ad hęredis institutionem.*
148 *Verbum, dono, adiectum rei particulari refertur ad legatum.*
149 *Legatum est donatio.*
150 *Verbum, dono, est directum non ciuile.*
151 *Verbum, lego, vel sumitur largè, uel strectè.*
152 *Verbum, lego, est commune, Sed contra, num. 154.*
153 *Verbum, lego, potest etiam ad institutionem, aut directam substitutionem referri, Declara, vt num. 158.*
155 *Verbum commune dicitur, quod sui propria significatione ita potest ad directam, ut ad obliquam uocationem adaptari.*
156 *Verbum, lego, sui natura denotat legatum non institutionem.*
157 *Verbum, lego, habet certam, & specialem significationem separatam, atque distinctam ab institutione.*
159 *Verbum, lego, fuit usu loquendi constrictum ad eas dispositiones, quę specialiter appellantur legata.*
162 *Verbum, lego, est directum, Declara, vt num. 164.*
165 *Verbum, lego, simpliciter prolatum à testatore refertur ad legatum.*
166 *Legata, vt plurimum relinquebantur his verbis, do, lego.*
167 *Verbum, lego, est obliquum.*
168 *Verbum, relinquo, pro uarietate adiuncti, vel est directum, vel obliquum.*
169 *Verbum, relinquo, est commune.*
170 *Verbum, relinquo, potest ad vtrumq; successionis genus adaptari.*
171 *Relinqui dicuntur, non solum legata, & fideicommissa, sed etiam hęreditates.*
172 *Verbum, constituo, est directum.*
173 *Verbum, constituo, potest etiam referri ad institutionem.*
174 *Verbum, restituo, censetur directum, quoties refertur ad actum testatoris.*
175 *Verba, restituo tibi meam hęreditatem, referuntur ad directam uocationem.*
176 *Verbum, distribuo, relatum ad personam testatoris censetur directum.*
177 *Verbum, assigno, est directum.*
178 *Verbum, assigno, adiectum uniuersitati bonorum, vel hęreditatis, refertur ad hęredis institutionem.*
179 *Verbum, consigno, vt, & verbum resigno, procedit ab eodem fonte, à quo & verbum, assigno, ideoq; eodem cum illo censetur iure.*
180 *Verbum, cedo, seu, concedo. est directum, & cur, num. 181.*
182 *Verbum, cedo, seu concedo determinatur ab adiuncto.*
183 *Verbum, adiudico, est directum.*
184 *Verbum, adijcio, siue (vt rectiùs dicitur) addico est directum, & cur, num. 185.*
186 *Verbum, quod in persona testatoris includit dispositionem, & executionem, quatenus iuris est, censetur directum.*
187 *Verba, hęres esto, sunt directa, & ciuilia.*
188 *Verba, hęres esto, referuntur ad institutionem, aut directam substitutionem, & cur, num. 189.*
190 *Verba hęc, Lucius esto. vel, Lucius hęres, tametsi imperfecta referuntur ad institutionem.*
191 *Verba, hęres sit, vel, hęres erit, sunt directa ciuilia.*
192 *Verba, hęres sit, vel, hęres erit, referuntur ad hęredis institutionem.*
193 *Verbum, dominus, est directum, Declara, vt num. 197. & seqq.*
194 *Domini, seu dominij simplex appellatio refertur ad directum.*
195 *Verba, dominus esto, sunt directa.*
196 *Verba, dominus esto, adiecta uniuersitati referuntur ad institutionem.*
200 *Verbum, hęres, idem est, quod dominus, Declara, vt num. 202.*
203 *Verba, contentus sit, referuntur ad legatum, aut fideicommissum.*
204 *Verbum, hęreditet, denotat esse hęredem.*
205 *Verbum, hęreditet, est directum, & ciuile.*
206 *Succeditur per hęreditatem, vel bonorum possessionem.*
207 *Succeditur per legatum, aut fideicommissum.*
208 *Verbum, succedat, est commune, Declara, vt num. 212.*
209 *Verbum, succedat, potest ad vtrumq; successionis genus adaptari.*
210 *Verbum, succedat, interdum dicitur obliquum, Declara, vt num. 211.*
213 *Verbum, veniat, relatum ad personam vocati est commune, & cur, num. 214.*
215 *Peruenire quis dicitur, & ad hęreditatem, & ad legatum.*
216 *Verbum, perueniat, est commune, quoties refertur ad personam vocati.*
217 *Verbum, capiat, est directum, & cur, num. 218. Declara, vt num. 221.*
219 *Verbum, capiat, denotat, vocatum debere capere manu sua, non autem de manu alterius, Sed contra, num. 224.*
220 *Capere dicitur, non solum hęres, sed etiam legatarius.*
222 *Verbum, capiat, est commune.*
223 *Capere dicitur etiam fideicommissarius.*
225 *Verbum, accipiat, quoties respicimus ad factum, non differt à verbo, capiat.*
226 *Verbum, accipiat, est directum & cur, num. 227. Declara, vt num. 232.*
228 *Verbum, accipiat, denotat, vocatum debere capere manu propria, non autem de manu alterius, Sed contra, num. 238.*
229 *Verbum, accipiat, non habet propriam, & specialem significationem.*
230 *Accipere dicitur, tam hęres, quam legatarius.*
231 *Verbum, accipiat, dicitur verbum dubium.*
233 *Verbum, accipiat, interdum denotat institutionem, interdum legatum pro varietate adiuncti, & num. seqq.*
235 *Verbum, accipiat, est commune, & cur, num. 236.*
237 *Accipere dicitur, tam is, qui ab alio, quam, qui propria authoritate capit.*
238 *Testator potest legatarijs, aut fideicommissarijs dare facultatem capiendi propria authoritate.*
239 *Testator non censetur dedisse facultatem possessionis apprehendendę propria authoritate, etiamsi*

etiam si vsus sit verbo, capiat, vel accipiat.
240 Hæres, cui relictum est prælegatum, debet partem non hæreditariam capere de manu cohæredis.
241 Prælegati pars præstatur, siu capitur à cohærede.
242 Declaratur l. Titia. 35. §. 1. ff. de leg. 2. & num. seqq.
243 Prælegatum pro parte hæreditaria capitur à semetipso, pro alia vero à cohærede.
246 Verbum, sumat, eiusdem est significationis, cuius & verbum, capiat, siue accipiat.
247 Verbum, sumat, est directum, Declara, vt num. 248.
249 Verbum, sumat, adiectum certæ rei denotat legatum.
250 Verbum, sumat, est commune.
251 Verbum, percipiat, eiusdem est originis, et naturę, cuius est verbum, accipiat.
252 Verbum, percipiat, est directum, Declara, vt num. 254.
253 Percipere, tam dicitur legatarius, quam hæres.
255 Verbum, percipiat, deducit qualitatem ab adiuncto.
256 Verbum, percipiat est commune.
257 Verbum, percipiat, ad vtrumq. successionis genus adaptari potest.
258 Verbum, percipiat, inducit etiam fideicommissum.
259 Prælegatum in diuisione capitur ante partem, quasi præcipuum.
260 Præcipere dicitur cohæres, qui ante diuisionem capit legatum.
261 Præceptionis legatum quid.
262 Præcipere dicitur etiam grauatus, qui ante restitutionē deducit aliquid ex pręcepto testatoris.
263 Verbum, præcipiat, est directum, & cur, num. 264. Declara, vt num seq.
265 Verbum, præcipiat, refertur ad legatum, quod hæredi relinquitur.
266 Verbum, recipiat, est directum, Imo commune, num. 267.
268 Recipere dicitur, etiam, qui ab alio recipit.
269 Verbum, suscipiat eiusdem qualitatis est, cuius & verbum recipiat.
270 Verbum, habeat, solebat olim cum verbis, præcipiat, sumatq: coniungi, & cur.
271 Habere quis dici potest, siue directò, siue per obliquum succedat.
272 Habere dicitur, non solum hæres, sed etiam legatarius, & fideicommissarius.
273 Verbum, habeat, est cōmmune, & cur. num. 274.
275 Verbum, habeat, adiectum rei certæ, refertur ad legatum, vel fideicommissum.
276 Verbum, habeto, est directum, Declara, vt num. 277.
278 Verbum, potiatur, est commune, & cur, num. 279.
280 Verbum, vindicet, est commune, & cur. num. 281.
282 Vindicare dicitur hæres, tam hæreditatem, quam res hæreditariat.
283 Vindicare dicuntur legatarij, vel fideicommissarij res sibi relictas.
284 Verbum, det, est precarium, siue obliquum, non directum, aut commune, & cur, num. 285.
286 Verbum, det, non inducit, nisi fideicommissum.
287 Verbum, præstet, precarium, siue obliquum est, non directum, aut commune.
288 Præstari dicuntur legata, aut fideicommissa.
289 Verbum, præstet, a testatore prolatum, non inducit institutionem, aut directam substitutionē, sed simplex legatum, aut fideicommissum.
290 Verbum, tribuat, est precarium, siue obliquum.
291 Verbum, tribuat, prolatum à testatore inducit simplex legatum, aut fideicommissum.
292 Verbum, distribuat, est precarium, siue obliquum.
293 Verbum, distribuat, inducit fideicommissum.
294 Verbum, reddat, est precarium, siue obliquum.
295 Verbum, reddat, inducit legatum, aut fideicommissum.
296 Verbum, restituat, est precarium, siue obliquum.
297 Verbum, restituat, non nisi fideicommissariam inducit dispositionem.
298 Verbum, instituat, aut faciat hæredem, non inducunt, nisi dispositionem fideicommissariam, & cur, num. 299.
300 Verba, recipias tibi cohæredem, inducunt fideicommissum.
301 Verbum, relinquat, simplex inducit fideicōmissū.
302 Verbum, moriatur, quandoque disponit.
303 Verbum moriatur, est directum, et cur, num. seqq. Declara, vt num. 307.
308 Verbum, moriatur, est dubium, & ambiguum.
309 Verbum, moriatur, est commune.
310 Verbum, detur, obliquum est non directum.
311 Verbum detur, fideicommissariam, non directam inducit vocationem.
312 Verbum, distribuatur, obliquum est, non directū.
313 Verbum, præstetur, est obliquum.
314 Verbum, reddatur, est obliquum.
315 Verbum, restituatur, est obliquum.
316 Verbum, restituatur, denotat fideicommissum, nō directam institutionem, aut substitutionem.
317 Verbum conseruetur est obliquum.
318 Verbum, reseruetur, est obliquum.
319 Verbum, veniat, est commune, & cur, num: 320.
321 Verbum, veniat, potest inducere, vel directam, vel obliquam dispositionem.
322 Verbum, aduenіat, est commune, & cur nu. 323.
324 Verbum, adueniat, potest ad vtrumq, dispositionis genus adaptari.
325 Verbum, obueniat, est commune.
326 Obuenire non solum dicuntur hæreditates, sed etiam legata.
327 Verbum, obuenire, potest ad vtrumq: successionis genus adaptari.
328 Verbum, deueniat, in vtroq: sensu reperitur.
329 Deuenire dicitur, non solum id, quod hæres adeundo consequitur, sed etiam, quod legatarius, aut fideicommissarius.
330 Verbum deueniat, est commune.
331 Verbum, deueniat prolatum a testatore potest, vel directam, vel fideicommissariam inducere dispositionem.
332 Verbum perueniat, in vtroq, sensu, directo scilicet, & obliquo reperitur.
333 Peruenire non solum dicitur hæreditas sed etiam legatum, aut fideicommissum.
334 Verbum, perueniat, est commune.
335 Verbum perueniat, potest ad vtrumq successionis genus adaptari.
336 Verbum, superueniat, est cōmune, & cur, nu. seq.
338 Verbum, decurrat, reperitur, & in directo & in obliquo sensu.
339 Verbum, decurrat, est commune.
340 Verbum, pertineat, est commune, & cur, nu. 341.
342 Pertinere ad nos dicitur hæreditas.
343 Pertinere ad nos dicuntur etiam legata, & fideicommissa.
344 Verbum, pertinere, potest ad vtrumque successionis genus adaptari.
345 Verbum, spectet, est cōmune, & cur, num. 346.
347 Verbum, competat, est commune, & cur, nu. 348.

349 *Competere non solum dicitur hæreditas, sed etiam legatum, & fideicommissum.*
350 *Verbum, vadat, est directum, imo commune, num. 351.*
352 *Verbum, redeat, est commune.*
353 *Redire dicitur etiam hæreditas, quæ alicui defertur*
354 *Verbum, reuertatur, est commune. & cur, num. 355.*
356 *Reuerti dicitur, non solum id, quod ab alio capitur, sed etiam, quod capitur propria authoritate.*
357 *Verbum, reuertatur, potest, vel ad directam, vel ad obliquam successionem referri*
358 *Verbum, regrediatur, reperitur in sensu, & directo, & obliquo*
359 *Verbum, regrediatur, est commune.*
360 *Verbum. deuoluatur, est commune, & cur, num. 361.*
362 *Verbum, deuoluatur, potest & directum esse, & obliquum*
363 *Verbum, labatur, ita potest ad hæreditatem, vt ad legata, & fideicommissa referre*
364 *Verbum, labatur, est commune.*
365 *Verbum, sequatur, est commune.*
366 *Verbum, maneat, est commune*
367 *Remanere dicitur, non solum id, quod propria authoritate capitur, sed etiam, quod ab alio restituitur.*
368 *Verbum remaneat potest habere sensum, & directum, & obliquum.*
369 *Verbum, remaneat, est commune.*
370 *Deferri non solum dicitur hæreditas, sed etiam legatum, aut fideicommissum.*
371 *Verbum, deferatur, est commune.*
372 *Verbum, redigatur, est commune, & cur, num. 373.*
374 *Verbum, accrescat, est directum, & cur, num. 375. Sed magis est, vt sit commune, nu 376.*
377 *Declaratur l. codicillis. 34. in prin. ff. de vsufruct. lega.*
378 *Verbum, fiat, denotat acquisitionem dominij*
379 *Verbum. fiat, est commune.*
380 *Verbum. fit, est commune. non directum.*
381 *Verba, volo, mãdo, & similia nullam habent vim, nisi ea deducatur ab aliquo verbo adiuncto*
382 *Verbum volo, aut aliud simile, utrum sit directũ, an precarium, an vero commune, ab adiuncto debet æstimari.*
383 *Verba, volo Titium esse meum hæredem, inducunt institutionem, quemadmodum, & illa, hæredem esse iubeo, & cur nu. 384.*
385 *Verba, uolo Titium esse hæredem sunt directa.*
386 *Declaratur l. cum quis decedens. 35. §. Stium. ff. de leg. 3. & num. seq.*
388 *Verba, volo, mando, rogo, & similia inducunt fideicommissum*
389 *Verba. volo, mando, rogo, & similia relata ad factum grauati inducunt fideicommissum*
390 *Verba, scio, vel credo, aut certus sum, eum daturum, aut facturum, inducunt fideicommissum.*
391 *Verba, volo, mando, peto, & similia relata ad factum impersonale sunt obliqua.*
392 *Verba. volo, mando, peto dari, vel quid aliud fieri inducunt fideicommissum*
393 *Verba. volo, mando, peto dari, vel quid aliud fieri inducunt legatum, Declara, ut num. 394.*
395 *Legatum appellatur, etiam, quod est fideicommissum.*
397 *Verba, volo, mando, rogo. peto, & his similia dicuntur precaria, siue inflexa, Declara, vt num. 398.*
399 *Verbum, iubeo, est directum, Declara, vt num. 400.*
401 *Verbum. iubeo, est dubium. & ambiguum.*
402 *Declaratur l. 2. in prin. C. comm. de lega.*
403 *Verba uolo, mando, rogo, peto. & similia, sunt uerba fideicommissorum, seu fideicommissaria, Declara, ut num 404.*
405 *Verbum, iudico. est commune, Declara, ut ibi*
406 *Iudicium dicitur omnis testatoris dispositio.*

Quæ verba censeãtur directa, quæ precaria, &, quæ communia.

Quæstio Tertia.

HINC necessariò vidẽdum est, quãdo dispositio facta in quota cẽseatur facta per modum institutionis, quãdouè per modum legati, aut fideicommissi; Ita enim intelligemus, quando trahatur ad vniuersum, &, quando non. Huius autem quæstionis resolutio pendet à diuersitate verborum, quibus testatores vtuntur: Nam titulorum varietas ex varietate ver
1 borum æstimatur † *l. verbis ciuilibus. 7. & l. cohæredi. 41. §. cum filio ff. de vulg. l. cam. quam. 14. C. de fideicom. Vlp. tit. 24. Inst. & tit. 25. in prin. Et in specie declarat Gul. Ben. in cap. Raynutius in uerb. eodem impuberi succederent. num. 1. de testam.* scilicet, quia ex verbis colligimus mẽ
2 tem testatoris † *l. Labeo. 7. uers. Nam quorsum ff. de supp. leg. Et scribunt Alcia. cons. 109. num. 2. lib. 9. Mantic. de coniect. ult. uolun. lib. 3. tit. 4. in prin. Pereg. cons. 63. num. 8. uol. 5.* quippe, quæ talis esse præsumitur, qualem verba demon
3 strant † *d. l. Labeo. 7. uers. & quidem ff. de supp. leg. Et scribunt Menoch. de præs. lib. 6. præsump. 35. num. 2. Galin. de uerb. sign. lib. 1. cap. 4. num. 2. Pereg. cons. 94. num. 13. uol. 1.* & ideo, si testator sit vsus verbis institutionem denotantibus, cẽsebitur per modum institutionis disposuisse, Cœterùm, si sit vsus verbis denotantibus legatum, aut fideicommissum, magis erit, vt ad institutionem non sit eius dispositio referenda, *sicuti patebit ex ijs, quę dicemus in q. seq. & q. 6 12. & 14. per totum.*

Nec est contrarium, quod in testamentis
4 sublata sit omnis verborum differentia, † siue loquamur de institutionibus *l. quoniam indignum 15. C. de testam.* siue de legatis, & fideicommissis *l. in legatis. 21. C. de legat. l. 2. in prin. C. comm. de legat. §. nostra autem, Inst. de lega.* cũ
5 mens potius sit spectanda, quam verba † *l. 3. §. conditio ff. de adim. leg. l. cum de lanionis 18. §. asinam, uers. optimum ff. de fund. instr. l. Publius. 36. § fin. & l. pater Seuerianam. 100. in prin. uers. Responde ff. de cond. & demonst. l. cum uerum. 16. C. de fideicom. l. ubi purè. 19. §. 1. ff. ad Treb.* Maximè, cum verborum diuersitas pendeat à stilo notariorum, qui, vt plurimum sunt imperiti, nec intelligunt, quæ sit vtilitas, vtrum
6 vno verbo dispositio concipiatur, an alio † *l. ambiguitatis. 24. C. de testam. Et scribunt Bal in l. fin. num. 10. C. fam. ercis. & in l quoties, 13. nu.*

l. in

1. in fin. C. de hered. inst. Iaſ. in l. cum ex filio. 39.
in prin. num. 2 ff. de uulg. Menoch. conſ. 328. nu.
25. verſ. nam reſpondetur, quia hoc verum eſt,
7 † ſi conſtet de voluntate teſtatoris d. l. quoniã
indignum. 15. verſ. ſi modo C. de teſtam. Et ſcri-
bunt Roman. conſ. 179 nu. 9. Gul. Ben. in d. cap.
Raynutius, in verb. in eodem teſtamento relin-
quens primo num. 80. Roll. conſ. 34. num. 12. verſ.
tamen hoc uolum. 4. Nam tunc non attendimus
8 verba, ſed mentem † d. l. cum de lanionis. 18. §.
aſinam verſ. optimum ff. de fund. inſtr. d. l. 3. §.
conditio ff de adim. leg. l. Quintus. 29. §. item ar-
gento ff. de aur. & arg. leg. l. non aliter. 67. in
prin. & ibi glo. in verb. teſtatorem, & §. 1. ff. de
9 leg. tertio, quæ verbis præualet † d. l. Labeo. 7.
verſ. nam, etſi ff. de ſupp. leg. l. in teſtamento. 27.
verſ. reſpondit ff. de cond. & demonſt. Et ſcribunt
Decia. conſ. 43. num. 12. uol. 2. conſ. 44. num. 1. &
conſ. 60. num. 20. uol. 3. Galin. de verb. ſign. lib. 1.
cap. 21. num. 5. Cæterùm in dubio magis eſt,
10 vt verbis ſtandum ſit † l. 1. §. ſi is, qui nauem ff.
de exercit. l. ſi plures 24. ff. de uulg. quia verba
11 declarant mentem loquentis † d. l. 2. in prin.
C. commu. de leg. Et ſcribũt Iaſ. in l. non dubium.
5. num. 27. C. de legib. Alcia conſ. 121. num. 1. lib.
5. Tiraquel. in l. ſi vnquam. 8. in verb. libertis, nu.
17. C. de reuocan. donat. Burſ. conſ. 173. num. 23.
& conſil. 272. num. 30. Quamobrem lingua
dicitur interpres animi à Lucre. lib. 6. dum
ait,

Atque animi interpres manabat lingua cruore.

Et verba dicuntur, earum, quæ ſunt in ani-
12 mo, paſſionũ notæ, † vti videre eſt apud Ari-
ſtot. lib. 1. de interpret. cap. 1. Gul. Ben. in d. cap.
Raynutius, in verb. eidem impubers ſuccederent,
num. 1. & 18. Sot. Iun. conſ. 148 num. 18. uolum.
2. Roll. conſ. 61. num. 7. uolum. 2. Mantic. de
coniect. ult. uolun. lib. 3. tit. 4. num. 6. Tiraq. in d. l.
ſi vnquam. 8. in verb. libertis, nu. 17. C. de reuo. do-
nat. Burſa. conſ. 173. num. 23. conſ. 361. num. 12.
& conſ. 392. num. 12. Menoch. de præſ. lib. 6. præſ.
35. num. 6. Nec aliam ob cauſam cenſentur
introducta, quam, vt ſignificent hominum
13 voluntatem † d. l. Labeo 7. verſ. nam quorſum ff.
de ſupp. leg. §. ſi quis in nomine, Inſt. de legat. Et
ſcribunt Gul. Ben. in d. cap. Raynutius, in verb.
eidem impubers ſuccederint, num. 1. Tiraq. in d.
l. ſi unquam. in uerb. libertis, num. 17. Galin. de
uerb. ſign. lib. 1. cap. 4. nu. 4. & 16. & cap. 21. nu.
4. Menoch. de præſ. d. lib. 6. præſ. 35. num. 3.
Quod & Horat. ſcripſit lib. 1. ſermo. ſaty. 3. di-
cens

*Donec verba, quibus voces, ſenſuſque nota-
rent,*
Nominaq; inuenere.

Et Cic. pro Cæcin. dum, *verba*, inquit, *re-
perta ſunt, non quæ impedirent, ſed quæ indica-
rent voluntatem*, & ideo in dubio cenſetur te-
ſtator voluiſſe, quod propria vis verborum
14 importat † d. l. Labeo. 7. verſ. ſed, etſi ff. de ſupp.
leg. l. nepos Proculo. 124. verſ. nam, quis ff. de uerb.
ſignific. cum nemo præſumatur dicere, niſi,
15 quod vult † d. l. Labeo. 7. verſ. & quidem & l. in
ambiguo. 3. ff de reb. dub. Qua ratione dicimus,
à proprietate, ſiue, à propria verborũ ſignifi-
16 catione non eſſe in dubio recedendum † l. nõ
aliter. 67. in prin. ff. de leg tertio, l. ſi alij. 19. in fin.
ff. de uſufruct. leg. l. 3. §. hæc autem uerba ff. de neg.
geſt.

Hinc intelligimus, in teſtamẽtis ſublatam
17 quidem eſſe verborum ſolemnitatem † d. l.
quoniam indignum. 15. C. de teſtam d. l. in lega-
tis 21. C. de legat. d. l. 2. in prin. C. comm. de legat.
d. §. noſtra autem, Inſt. de legat. & l. vlt. C. de teſta-
tut. & declarant Bart in d. l. quoniam indignum
& ibi Bald. Caſtr. Alex. & Iaſ. Sed non eorum
vim, & ſignificationem, quia alioquin ma-
gna induceretur perplexitas, atque confuſio:
Nunquam enim ſciri poſſet, quid teſtator vo-
luerit, niſi ad propriam vim, & ſignificatio-
nem verborum reſpiceremus.

Quamobrem videamus, quę ſint verba in-
ſtitutionem denotantia, quæuè denotantia
legatum, aut fideicommiſſum. Verborum au-
tem, quibus teſtatores vtuntur, varia ſunt ge-
nera, variaq; vis, & ſignificatio pro varietate
temporum, quę in hac re conſiderari poſſunt:
Nam, ſi ſpectamus id tempus, quo veteres Iu-
riſconſulti ſuos conſcripſerunt commenta-
rios, ex quibus libri Pãdectarum excerpti sũt,
genera verborum non erant, niſi duo. Aut
18 enim erant directa, aut precaria † l. cohæredi.
41. § cum filio. ff. de vulg. l. filium, quem. 24. C.
fam. ercis. d. l. quoniam indignum 15. C. de teſta.
l. hæreditas. 4. C. de his, quib. vt indig. l. ſi teſtamẽ-
to. 7. C. de impub. & al. ſub. l. eam, quam 14. C. de
fideic. d. l. 2. in prin. C. comm. de legat. l. vlt. C. de
falſ. cauſ. ad. leg. l. 2. verſ. hæres autem C. quand. &
quib. quar. pars deb. lib. 10.

Directa dicebantur verba imperatiua, ſiue
19 imperatiuo modo prolata † d. l. quoniam indi-
gnum. 15. C. de teſta. Vlp. tit. 24. Inſt. in prin. Et
in ſpecie declarant Bart. in l. 2. num 2. C. comm.
de lega. Bald. in d. l. quoniam indignum, num. 1.
verſ. Item not. & ibi Caſtr. num. 2. Alex. num. 2.
Iaſ. num. 4. Cuiac. ad l. 1. & ad l. verbis ciuilibus,
7. ff. de vulg. & ad leg. 1. ff de leg. primo. Nam,
20 quia † lex 12. tab quæ morientibus tribuit di-
ſponendi facultatem, his fuit concepta ver-
bis, Vti legaſſit rei ſuæ, ita ius eſto l. verbis le-
gis. 120. ff. de verb ſign. §. 1. Inſt. de leg. Falc. §. di-
ſponat, Auth. de nupt. coll. 4. & nos diximus in 2.
21 cap. q. 1. num. 9. quibus oſtendit, † ita demum
ſe voluiſſe, ratas eſſe diſpoſitiones, ſi teſtator
legaſſet, ideſt, diſpoſuiſſet eo modo, quo leges
concipi ſolebant, vt declarat Cuiac. ad l. verbis
ciuilibus. 7. ff de uulg & ad leg. 1. ff. de leg. primo,
& lib. 11. obſeruat. cap. 25. (Legare enim eſt
22 legis modo relinquere, † vt conſtat ex Vlp.
dict. titul. 24. Inſtitut. in princip.) & leges
non, niſi imperatiuo modo ſolerent conci-
pi, puta his verbis, eſto, habeto, ſumi-
to, liceto, debeto, ſuccedito, & ſimilibus
23 † l. 1. §. 1. ff. ad leg. Falc. d. l. verbis legis. 120. & l.
pronuntiatio 195. §. familiæ ff. de uerb. ſignific. l.
Gallus. 29. §. uidendum ff. de lib. & poſth. l. 1. §.
ſi nemo ff. ad Tert. l. qui libertinus. 37. in prin ff.
de op. liber. Vlp. tit. 10. Inſt. in prin. & tit. 11. §. te-
ſtamento, ad quod poetæ reſpicientes ſupe-
riorum præcepta, quæ pro legibus indicun-
tur, imperatiuo ſemper modo prolata refe-
runt, vt Virg. lib. 5. Æneid. dum ait

*Primus equum phaleris inſignem victor ha-
beto*

Et paulo poſt,

Tertius Argolica hac galea contentus abito.

Et Hora. lib. 2. ſermo. ſat. 1.

*Tranſnanto Tiberim, ſomno quibus eſt opus
alto,*

Irri-

Irriguumq, mero sub noctem corpus habento.
Et Ouid. lib. 10. Metam.
Mors pretium tardis , ea lex certaminis esto .

Ideo factum est, vt testatorum dispositiones
ita demum essent validæ, si fuissent conceptę
verbis imperatiuis, siue imperatiuo modo
prolatis, puta his, hæres esto, quibus institu-
tiones , & substitutiones concipiebantur,
24 † *vt de institutionibus constat ex l. 1. §. qui-*
nique & tot. titul. ff. de hared. instit. & ex
Vlp. tit. 21. Inst. De substitutionibus verò ex l. 1.
§. 1. et tot. ti. ff. de vulg. et dicemus infra nu. 188. et
189. aut his, capito sumito precipito, habeto
optato, reddito, dato, dānas esto dare, quibus
25 concipiebantur legata, † *vt constat ex Vlp. d.*
tit. 24 Inst. & specialiter de verbo sumito ex l.
patronus 34. §. Sempronio ff. de leg. 3. De verbo,
pracipito ex l. Lucius Titius. 90. §. 1. & §. qua
marito ff. de leg. 2. De verbo, habeto, ex l. planè
34. §. si ita Titio ff. de leg. primo. De verbo, red-
dito ex l. hares meus. 98. in prin. ff. de leg. 3. De
verbo, optato, ex l. filia sua. 28. in prin. ff. de
cond. & dem. De verbo, dato ex l. quidam. 7.
§. fin. ff. de trit. leg. Et de verbis, damnas esto
dare ex l. si in testamento. 64. ff. ad l. Falc. &
passim in tit. ff. ad legata pertinentibus. quæque
proinde dicebantur verba legatorum *l. quid*
ergo 92. vers. planè ff. de leg. pri. aut demum
his, Liber esto, tutor esto, quibus dabantur
26 libertates, aut tutelæ conferebantur † *vt de*
libertate constat ex l. si quis ita scripserit. 4. &
tot. tit. ff. de man. test. De tutela vero ex l. tutor
datus. 8. §. 1. & tot. tit. ff. de test. tut. Dicceban-
27 tur autem hæc verba legitima † *l. vlt. C. de*
testa. tut. l. directas. 14. C. de testa. man. quia
erant verba legum, siue legis modo prolata.
Qua ratione Vlpianus *d. tit. 24. Inst in prin.*
ita legatum definit, *Legatum est, quod legis*
modo, idest, imperatiuè testamento relinquitur.
28 Et simili modo dicebantur verba ciuilia † *l.*
verbis ciuilibus. 7. ff de vulg. Vlpia. tit. 25. Inst.
29 *in prin.* quia † erant verba legum, aut illis
similia, & sic verba iuris ciuilis, *vt declarat*
Cuiac. in d. l. verbis ciuilibus 7. ff. de vulg. & in
l. 1. ff. de leg. 1. & lib. 11. obs. cap. 25. Quamob-
rem Vlpianus *d. tit. 25. Inst. in prin.* fideicom-
30 missum definit, † *quod non ciuilibus verbis, sed*
precatiuè relinquitur, nec ex rigore iuris ciuilis
proficiscitur, sed ex voluntate datur relinquentis:
Rigor enim iuris ciuilis in verbis consistit:
Hinc eueniebat, vt alia lingua quam latina
testatorum dispositiones vtiliter concipi nō
31 possent † *vt constat ex l. qui testamento. 20. §.*
fin ff de testa. & Vlp. d. tit. 25. Inst. & colligitur
ex ijs locis, in quibus ius antiquum correctum
est, nempe ex l. hac consultissima. 21. §. si. C. de
testa. d. l. fin. C. de testa. tut. d. l. directas. 14. C. de
testa. manu. & ex Paul. lib. 3. sent. tit. 4. §. ex his,
& ibi Cuiac. explicat, & Hoto. lib. 2. amicab. resp.
32 *cap. 24.* scilicet, quia † leges non, nisi latinis
verbis promulgari poterant, *vt constat ex*
formulis relatis à Brisso. lib. 2. de formu. fo. 152.
Denique dicebantur huiusmodi verba dire-
33 cta † *d. l. quoniam indignum. 15. C. de testa. d. l. si*
testamento. 7. C. de impub. & al. subst. d. l. 2. in
prin. C. comm. de legat. d. l. 2. vers. haris autem
C. quand. & quib. quart. pars deb. lib. 10. & ijs
34 factæ dispositiones directæ † *l. post aditam.*
5. C. de imp. & al. subst. d. l. directa 1. 14. C. de testa.
man. l. quarebatur. 20. vers. quinimo. ff. de mil.
testa. l. cogi 16. §. si pater, vers sed. si seruo, & l. mu-
lier. 22. §. non est dubitandum ff. ad Treb. l. ergo.
4. §. si quis autem exemplum, & §. hi, qui ad liber-
tatem, & l. generaliter. 24. §. ex testamento, & l. si
filius. 33. in prin ff. de fideic. libert. l. si quis hac 13.
§. 1. ff. de op. lib. §. directa, Inst. de sing. reb. per fid.
rel. seu directò factæ *l. centurio. 15. ff. de vulg. l.*
si cui libertas. 49. ff. de cond. & dem. §. directò.
Inst. de codicill. Vlp. tit. 2. Inst. §. libertas. vel,
35 quia † directò descendebant ex verbis legis
12. tabul. & secundum eius præscriptum erāt
conceptæ, eodem sensu, quo directas dici-
mus actiones, quæ ex verbis legum proficis-
36 cuntur † *l. actio. 49. ff. de neg. gest. & in specie de-*
clarat Niccl. ad l. Gallus. 29. num. 39. ff. de lib.
37 *& post.* vel, quia † per ea vocatus recta via, &
sine alterius facto emolumentum à testato-
re consequebatur, vt dicimus de dominio rei
legatæ *l. legatum. 82. ff. de leg. 2. l. a Titio. 66. ff. de*
furt. & de libertate directò data *d. §. directa,*
Inst. de sing. reb. per fid. rel. Quamquam hæc
posterior ratio non sit generalis, nec indistin-
ctè vera, quia dubium non est, quin per da-
mnationem legata relinquerentur verbis di-
rectis, & ciuilibus, & tamen nemo rectè di-
xerit, ea capi consueuisse sine facto hæredis
vt proinde intelligamus, solam primam esse
veram huius appellationis causam.

Si igitur testatores alijs verbis dispositio-
nem suam concepissent, inutilis erat disposi-
tio, tamquam non concepta modo legis,
adeo, vt primis temporibus ne his quidem
verbis probaretur facta institutio. Titium
38 hæredem instituo, vel hæredem facio, † *vt*
constat ex Vlp. tit. 21. Inst. & in specie declarant
Castr. in d. l. quoniam indignum. 15. num. 2. C.
de testa. Crau. in rubr. ff. de leg. 1. num. 75. vers.
Nec obstat, Duar ad tit. ff. de hared. inst. cap. 1.
Cuiac. in not. ad Vlp. d. tit. 21. Inst. Sed postea
vsu receptum est, vt etiam non imperatiuo
modo possent vtiliter fieri dispositiones, dū-
modo conciperentur verbis, aut institutionē,
aut legatum, aut aliam immediatam datio
nem denotantibus. Itaque receptum est, vt
etiam his verbis, instituo, vel facio hæredem,
vel, hæredem esse iubeo, fierent institutio-
39 nes † *l. 1. §. fin. ff. de hared. inst. d. l. quoniam*
indignum. 15. C. de testa. Vlp d. tit. 21. Instit.
& his, substituo, aut, inuicem substituo, fie-
40 rent substitutiones † *l. iam hoc iuri. 4. vers.*
Quod ius. & vers. sed, si alter, & l. qui plures. 33.
l. cohæredi 41. §. 1. §. qui desertas, & §. qui patrē
ff. de vulg. Demum his, lego, aut, do, aut etiā,
41 do lego, vel dono, fierent legata, † *vt de*
verbo, lego, constat ex l. Titia textores. 36. in
prin. ff. de leg. primo. De verbo, do, ex l. si ita
scriptum. 46. in prin. ff. de leg. 2. De verbis, do
lego, ex l. quæsitum 76. §. cum vir ff. de leg. 3. &
de verbo, dono, ex l. Aurelius. 29. §. Titius Seio
ff. de lib. lega. & passim in tit. ff. ad legata perti-
nentibus, & huiusmodi dispositiones, licet
non conceptæ imperatiuo modo censeren-
tur vtiles, & validæ. Sed alijs verbis non
poterant concipi. Itaque, si testator ita
scripsisset, mando, volo, peto, rogo, vt det,
aut similibus esset vsus loquendi formis, di-
spositiones, tamquam non conceptæ dire-
ctis, & ciuilibus verbis non poterant susti-
neri, sed earum effectus, & implementum à
mera

mera voluntate,& arbitrio hæredum depen-
debat, ſcilicet, quia, cum huiuſmodi diſpo-
ſitiones non eſſent à iure approbatæ, nec iu-
ris authoritatem haberent, cum, vt dictum
eſt, lex 12.tab. ita demum voluerit eſſe ius,
ideſt, pro iure, legeque ſeruari, quod teſtator
diſponit, ſi legauerit, ideſt, modo legis,& ſic
imperatiuè reliquerit, Conſequens fuit, vt
nullam iuris neceſſitatem, ſeu vinculum, &
42 obligationem inducere potuerit † *§. 1. verſ.*
& ideo, Inſt. de fideic. hæred. Obligatio enim
ex iuris ciuilis authoritate naſcitur, ideoque
ex illis tantum cauſis proficiſcitur, quæ ſunt
43 à iure ciuili approbatæ † *l. legitima. 6. & l. iu-*
riſgentium 7. §. et generaliter ff. de pact. l. gene-
raliter. 26. & l ſeq. ff. de verb. oblig l. non dubiũ.
5. C. de legib. l. pacta quæ contra. 6. C. de pact.
Quod animaduertentes teſtatores ſolebant
precati hæredes, vt prædictas diſpoſitiones
ſeruarent, & ad effectum perducerent. Vnde
factum eſt, vt verba, quæ non ſunt directa,
44 dici cœperint precaria † *d. l. eam, quam 14. C.*
de fideic. d. l. cohæredi. 41. §. cum filio ff. de vulg.
d. l. 2. in prin. C. comm. de lega. l. 2. & l. non
idcirco. 4. C. de codicill. l. à patre 10. C. de collat.
l. ſi ſeruus. 11. C. de fideic. libert. l. vlt. C. de falſ.
cauſ. ad. leg. l filium, quem. 24. C. fam. ercisſ.
& precariæ diſpoſitiones, quæ non ciuilibus
45 verbis fuerunt conceptæ † *l. quærebatur. 20.*
verſ. quinimo ff. de mil. teſt. l. cum proponas. 16.
C. de pact. Denique precariæ voluntates, quæ
46 tales diſpoſitiones induerunt † *l. cum propo-*
nebatur 66. in fi. ff. de leg. 2. Quinimo ad hoc,
vt eo modo, quo poterant, adſtringerent hæ-
redes ad earum obſeruantiam, curabant, vt
ſibi de iis implendis fidem darent, & facerent
promiſſionem; Vnde factum eſt, vt huiuſ-
modi verba dici cœperint fideicommiſſaria
47 † *dict. l. 2. verſ. hæres autem C. quand. & quib.*
quart. pars deb. lib. 10. & diſpoſitiones ipſæ
fideicommiſſa, quod committerentur fidei
48 eorum, qui rogabantur † *vt conſtat ex prin.*
tit. & §. fin. Inſt. de fideic. hæred.

At verò dixeris, vt quid rogare, ſeu precari
hæredem, & ab eo promiſſionem extorquere
in re, quæ à voluntate teſtatoris dependebat?
Nónne conſultiùs erat, diſpoſitionem con-
cipere verbis legitimis, & ita efficere, vt hæ-
redes neceſſariò cogerentur implere relictũ,
quam eorum fidei committere præſtationẽ?
Maximè, cum id non eſſet difficile: nam, cũ
moris eſſet, vt in condendis teſtamentis ſem-
per aliquis teſtatori Iuriſconſultus aſſiſteret,
49 † *vt conſtat ex l. cũ ex filio. 39. in prin ff. de vulg.*
& innuit l. codicillis. 91. §. fin. ff. de leg. 2. Et ho-
die faciendum cenſent Bald. in d. l. cum ex filio,
in prin. num. 1. & ibi Imol. num. 1. Iaſ. num. 2.
facile ei fuit, docere diſponentem, qua ver-
borum forma deberet ex præſcripto legis
ſuam concipere diſpoſitionem, ad hoc, vt
eſſet vtilis, & valida, & ad effectum per-
duci poſſet.

Verùm reſpondeo, hoc potuiſſe procede-
re in ijs diſpoſitionibus, quæ continent hære-
ditatis, aut alicuius rei particularis dationem
priùs, quam ea fuerit alteri quæſita: nam in
ijs facile fuit ex Iuris prudentis conſilio ne-
ceſſitatem rogationis euitare, concipiendo
ſcilicet diſpoſitiones ipſas eo modo, qui le-
gibus erat præſcriptus. Cæterùm in ijs, quæ
poſt acquiſitionem à primo factam conci-
piuntur, non poterant teſtatores rogandi ne-
50 ceſſitatem effugere, quia † nulla tunc tem-
poris erat eius, quod ex hominis, aut legis
diſpoſitione vni quæſitum eſt, in alium trãſ-
ferendi ratio. Itaque poterant quidem te-
ſtatores hæredem inſtituere, & ei vulgariter,
aut etiam pupillariter aliquem ſubſtituere,
& ita ſuam, vel pupilli hæreditatem princi-
paliter, & directò in ſubſtitutum transferre,
51 † *vt de vulgari conſtat ex l. poteſt 36. ff. de vulg.*
& ex prin. eiuſdem tit. in Inſt. De pupillari verò
ex l. 2. in prin. ff. eod. & §. 1. Inſt. de pupill. Et
ſimili modo poterant, aut ab inſtitutis, aut à
ſubſtitutis legatum relinquere, quo caſu do-
minium non tranſibat (vt nec hodie tranſit)
in hæredem, & ab eo in legatarium, ſed recta
via à teſtatore in legatarium nunquam fa-
52 ctum hæredis † *l. legatum. 82. ff. de leg. 2. l. à*
Titio. 66. ff. de furt. Denique poterant eidem
legatario in primum caſum, ideſt, ante ac-
quiſitionem deficienti, & ſic vulgariter ali-
53 quem ſubſtituere † *l. vt hæredibus 51. ff. de*
leg. 2. l. vn. §. ſin autem aliquid ſub conditione
C. de cad. toll. ſed poſt acquiſitionem nullus
erat modus, quo poſſẽt efficere, vt, aut hæredi-
tas, vel eius pars, aut res aliqua particularis ab
hærede, vel legatario in alium transferretur
§ fin. Inſt. de pupill. Itaque, vbi ſemel emolu-
mentum quæſiuerant hæredes, aut legatarij,
non poterant ex diſpoſitione teſtatoris ali-
quo modo impediri, quominus de rebus ac-
quiſitis liberè, & pro ſuo arbitrio poſſent di-
ſponere, & eas in quemcunq; voluiſſent, aut
inter viuos, aut cauſa mortis transferre. De-
nique, ſi patresfa. inteſtati deceſſiſſent, non
poterant efficere, vt hæreditas, aut aliqua res
hæreditaria, quæ agnatis ex legis diſpoſitio-
ne quærebatur, in alium tranſiret, ſcilicet,
quia legata non, niſi ex teſtamento valere
poterant *§. præterea, Inſt. de fideicom. hæred.*
In his igitur caſibus, ſi teſtatores diſpoſuiſ-
ſent, transferendo rem iam vni quæſitam in
alium, talis diſpoſitio, tametſi legitimis, &
ciuilibus verbis facta non poterat, aut iure
inſtitutionis, aut iure legati, aut alio iure le-
gitimo ſuſtineri, nec hæredes, aut legatarij,
à quibus res erat relicta, poterãt ad eius præ-
ſtationem compelli. Quamobrem teſtato-
res neceſſariò cogebantur eos rogare, & pre-
cari, vt voluntatem ſuam implerent, & ad id
plerumque fidem recipere. Et hoc eſt, quod
ſentit Iuſtinianus *in prin. tit. Inſt de fideic. hær.*
verſ. quibus, dum, *quibus*, inquit, *non poterant*
hæreditatem, vel legata relinquere, ſi relinquebãt,
fideicommittebant eorum, qui capere ex teſta-
mento poterant hæreditatem: Non enim ſigni-
54 ficat † fideicommiſſa conſueuiſſe relinqui
incapacibus, quibus hæreditates, et legata
dari non poterant, quoniam his (exceptis
certis caſibus, *de quibus apud Vlp. tit. 22. Inſt.*
§. nec municipia, & tit. 25. §. latini) ne fidei-
commiſſa quidem vtiliter poterant relinqui
55 † *l. non intelligitur. 3. in prin. & §. 1. ff. de iur.*
fiſc. ſed ſignificat, quibus poſt rem alteri quæ-
ſitam non poterant relinquere hæreditates,
aut legata, ſi relinquebant, conſueuiſſe ro-
gare hæredes, vt rem præſtarent.

Verum, quia multi hæredes non obſtanti-
bus teſtatorum precibus, et fide plerunque
data

data recusabant implementum, primus omnium Augustus ex consilio procerum, & maximè Trebatij Iurisconsulti eximij voluit eos extra ordinem posse cogi, iussitq; Consulibus, vt hæredes ad implendam defuncti voluntatem extra ordinem compellerēt, quæ
56 fuit origo fideicommissorum, † *vt constat ex d. tit. Inst. de fideic. hared. in prin. & ex tit. Inst. de codicill. in prin.* Post hæc animaduertentes testatores faciliorem, & tutiorem esse modū disponendi per fideicommissum, quam directò, scilicet, quia in fideicommissis non spectamus iuris subtilitates, nec verba. sed nu-
57 dam testatorum voluntatem † *l. pen. ff. de leg. 1. l. fideicommissa. 11. §. item si quis ff. de leg. tertio. l. cum virum 16. C. de fideic.* & præterea fideicommissa pinguiorem habent, quam legata
58 naturam † *l. 2. vers. vbi autem C. comm. de legat. §. sed non usque Inst. de legat.* eaque ratione multæ dispositiones poterant sustineri, si fuissent factę per fideicommissum, secus verò, si
59 directò † *d. l. fideicommissa. 11. in princ. ff. de leg. tertio. § post mortem, Inst. de legat. tit. Instit. de sing. reb. per fid. rel. in fin. princip. §. vltim. Inst. de pupill. Vlp. tit. 25. Inst.* ideo, dum studebant, vt suæ dispositiones omni meliori modo seruarentur, coeperunt coniungerę vtrūque disponendi modum, &, cùm alicui quid collatum vellent, illud ei simul, & legare, &
60 per fideicommissum relinquere, † *vt obseruauit Cuiac. lib. 11. obs. cap. 25.* puta dicēdo, lego, fideique committo *l. quisquis. 93. ff. de leg. 3. l. Aurelius, 29. §. Titius Seio ff. de lib. lega. l. Publius Moeuius, 36. in prin. ff. de cond. & demon.* vel, lego per fideicommissum *l. vxorem. 39. §. legauerat ff. de leg. tertio. l. equis. 39 ff. de vsufr.* vel, lego, & dari, seu concedi volo *l. fin. §. Caio Seio ff. de lib. lega. l. alumnae. 30. in prin. & §. fin. ff. de adim. leg.* Quæ consuetudo in tantum se prouexit, vt, si quando verba fideicommissorum fuissent à testatore omissa, Iurisconsultorum interpretatione pro appositis haberentur, quia, quæ priùs moris sunt, & consuetudinis, postea fiunt iuris communis,
61 & tacitè apposita intelliguntur † *l. quod si nolit 31. §. quia assidua ff. de Aedil. ed. l. vlt. C. de remiss. pigno. iuncta l. ult. C. quae res pign. obl. poss. l. ult. C. de fideiuss. l. si prius. 17. §. placuit ff de aq. plu. arc.* Nullum igitur erat legatum, quod etiam fideicommissum non esset. Hinc factū est, vt in iure nostro confundantur legatorum, & fideicommissorum appellationes:
62 † Nam dispositio ijsdem verbis cōcepta modo legatum, modo fideicommissum appellatur, vt patet ex *l. si ita relictum. 44. in prin. & l. pen. §. Seio ff. de leg. secundo. l. his verbis. 100 §. paterfam. ff. de leg. tertio. l. Moeuia. 13. § fin. ff. de ann. leg. l. patrimonij. 22. l. generali 32. §. 1. l. vxoris vsumfructum. 35. l. fundi Trebatiani 38. ff. de vsufr. leg. l. qui dotem. 13 ff. de dot. prael. l. pen. ff. de opt. leg. l. Seia. 20. §. Caio Seio l. pradia. 27. § ita legatum est ff. de trit. vin. & ol. leg. l. dominus Stiebo. 23. §. testamento ff. de pecul. leg. l. a filio. 15. in prin. & l. Stiebus. 20. in prin. ff. de alim. leg. l. vxori. 14. & l. fin. in prin. & §. fin. ff. de aur. & arg. leg. l. vlt. ff. de reb. dub. l. libertis. 107. ff. de cond. & demon.* vbi dispositio facta his verbis, dari volo, dicitur legatum, & tamen *in l. quidam. 99. in prin. ff. de leg. primo. l. Titia. 35. §. Titia. ff. de leg. secundo. l. codicillis. 33. in prin. ff. de vsufr. leg. l. Seia. 12. ff. de dot. prael. l. libertis 4. & l. alimenta. 16. §. fin. ff. de alim. leg. l. alumna. 30. §. Titia ff. de adim. leg. l. quidam. 6. in prin. ff. de reb. dub.* dicitur fideicommissum. Quinimo eodem in loco, quod priùs dicitur legatum, postea vocatur fideicommissum, *vt in l. Lucius Titius. 90 §. Lucius Titius ff. de leg secundo. l. fideicommissa. 11. §. sic fideicommissum, & §. si seruo alieno. l. nomen. 33 in prin. l. patronus. 34. §. libertis, l. vxorem. 39. §. agri plagam ff. de leg. tertio. l Caius Seius. 12. l. Moeuia. 13. in prin. ff. de ann. leg. l legatum ciuitati. 16 ff. de vsufruc. leg. l. Seia. 20. §. liberto, & l. pradia. 27. §. adfini. ff. de opt. leg. l. Aurelius. 29. in prin. & §. testamento §. legatum, & §. fin. ff. de lib. leg.* Qua ratione legimus, eum, cui legatum est, vel ex causa legati, vel ex causa fideicommissi agere *in l. Titia. 19 §. vlt. ff. de ann. leg.* & facto legatorem apud Prætorem fideicommissarium, qui non, nisi de fideicommissis ius dicebat, peti *in l quasitum. 76. §. cum vir ff. de leg. tertio.* Quod significat Vlpianus *in l 1. ff. de leg. 1.* dū scribit, legata per omnia fideicommissis esse
63 exæquata: Non enim loquitur † de ea exæquatione, quæ fit per naturæ communicationem, quoniam hæc à Iustiniano facta est, *in l. 2. C. Comm. de legat. & §. sed non vsque Inst. de legat.* Alioquin perperam scripsisset, se id duxisse necessarium, si iam Vlpiani tempore fuissent exęquata, & præterea tunc temporis re vera diuersam habebant substātiam, atque naturam, vt patet ex numeris differentijs, quæ colliguntur *ex Vlp. tit. 24. & 25. Inst. & ex §. post mortem, Inst. de legat. §. praterea, Inst. de fideicom. hared.* & referuntur à nostris *in d. l. 1. ff. de leg. primo*, sed loquitur de ea exæquatione, quæ fit contentiuè, seu comprehēsiuè, scilicet, quia omne legatum, siue omnis dispositio facta per modum legati continebat etiam in se fideicommissum, ita, vt dici posset duplex dispositio facta respectu eiusdem rei, & fauore eiusdem personæ, vna expressa, scilicet per modum legati, altera verò tacita, scilicet per modum fideicommissi, eaque ratione facto legato fuerit in arbitrio vocati, vtrum vellet agere, quasi ex legato, an verò, quasi ex fideicommisso, quod dispositio vtrūque contineret. Sed hæc exęquatio non communicabat naturam, quia, si vocatus agebat, quasi ex fideicommisso, debebat illa dispositio regulari secūdum naturam fideicommissi, quæ in multis etiam Vlpiani temporibus à natura legatorum differebat. Itaque non ordinario remedio debebat experiri, idest, actione ex testamento, vel rei vindicatione, quæ pro legatis competit, sed extraordinaria persecutione, quæ fideicommissi nomine cōpetebat *l. pecuniae. 178. §. persecutionis ff. de verb. sign. & nos late ostendimus in tract. de mand. iurisd. cap. 3. q. 2. num. 11.* Nec apud Prętorem vrbanum litem intentare debebat, sed apud Prætorem fideicommissariū, *vt ibidem late ostendimus.* At Iustinianus exęquationem fecit per naturæ communicationem, scilicet, quia & legata fideicommissorum, & fideicommissa legatorum naturam habent *d. l. 2. C. comm. de legat. d. §. sed non vsque, Inst. de legat.* Et ita Vlpiani locum accipiendum D. Io. Vaudus præceptor olim meus elegantissimè demonstrabat.

Sed

Sed hęc olim obtinebāt. Hodie verò, quo
tempore nō figuram, seu modum loquendi,
sed vim, ac propriam verborum significatio-
nem attendimus, tria dicimus esse verborum
genera: Quędam enim sunt directa, quędam
pręcaria, siue obliqua, & quędam cōmunia.
64 † *Ita scribunt Bart. in l. centurio. 15. nu. 42. in fin. & ibi Imol. num. 1. vers. ex hoc etiam, & num.*
18. uers. Circa paganum, Ias. num. 4. uers. tertio.
præmitto, & Oria. num. 6. uers. tertio præmitto ff.
de vulg. Bald in l. ult. num. 12. C. de sacros. Eccl.
& in l. iam hoc iure. 4. in uers. sed, si alter, & ibi
Imol. num. 5. uers ultimo ff. de uulg. Ias. in l. fi-
lium, quem 24. num. 5. C. famil. ercis. Nico. Bell.
in §. qua ratione, num. 21. Inst. de pupill. Crass.
in §. substitutio, q. 4. num. 1.

Directa nostri communiter vocant ea, quę
denotant vocatum debere capere propria au
thoritate, seu manu, non autem de manu al-
65 terius, † *vt declarant Bart. in d. l. centurio, n. 43.*
& ibi Imol. num. 25. Ias. num. 5. & 74. Galiau.
num. 502. Ceph. num. 527. Bart. in l. 2. num. 2. &
ibi Castr. num. 1. C. comm. de lega. Bart. in l. eam,
quam. 14 num. 7. C. de fideicom. Alex. in d. l. quo-
niam indignum. 15. num. 3. & ibi Ias. num. 1. C.
de testam. Gul. Ben in d. cap. Raynutius, in uerb.
eidem impuberi succederent num. 5. vers. quinta.
Caccial. in l. precibus. 8. num 99. C. de impub. &
al. sub. Seb. Sap. in rubr. C. eod. num. 11. Duran. de
art. test. tit 5. caut. 12. num. 4. Tiraq. l. si vnquam,
8. in uerb. reuertatur. num. 5. C. de reuoc. donat.
Trentac. de subst part. 4. cap. 4. nu. 1. Nico. Bello.
in d. §. qua ratione. num. 1. Inst. de pupil. Decia.
cons 26. num. 27. uol. 2. Bursa. cons. 221. num. 11.
Crass. in d. §. substitutio, q. 4. num. 1. vbi testatur,
hanc esse communem. Anto. Gou. lib. 1. varia. lect.
cap. 2. Obliqua vero contra, quæ denotant,
eum debere capere de manu alterius, non au-
66 tem propria authoritate, † *vt in specie declarant*
Bart. in d. l. centurio, num. 45. & ibi Imol. num.
25. Ias. num. 5. Galiau. num. 510. Rip. num. 185.
Oria. num. 13. vers. exempla, Bart. in d. l. 2. num.
2. & ibi Castr. num. 1. C. comm. de leg. Bart. in d. l.
eam, quam, num. 7. Alex. in d. l. quoniam indi-
gnum, num. 3. & ibi Ias. num. 1. Alex. cons. 46.
num. 10. uers. uel est uerum, uolum. 1. Seb. Sap. in
d. rubr. C. de impub. & al. subst. num. 11. Cac-
cial. in d. l. precibus, num. 97. Tiraq. in d. l. si vn-
quam, in verb. reuertatur, num. 5. Duran. d. tit. 5.
caut. 12. num. 5. Nico. Bell. in d. §. qua ratione,
num. 21. Crass. in d. §. substitutio, quæst. 4. num. 3.
Communia demum, quæ possunt vtrunque
habere sensum, siue ad vtrunque capionis ge
67 nus adaptari, † *vt scribunt Bart. in d. l. centurio,*
num. 46. & ibi Imol. num. 26. Ias. num. 5. & 45.
uers. tertio, & fortius, & num. 61. uers. sed salua,
Galiau. num. 504. Rip. num. 186. Oria. num. 12.
Bart. in l. 2. num. 4. ff. de alim. leg. Bal. in d. l. fin.
num. 15 uers. secunda. C. de sacr. Eccl. Ang. in l. si
patri 3. num. 1. C. de vsu, & hab. et cons. 159. num.
4. uers. datur autem Roman. cons. 179. num. 8.
Gul. Ben. in d. cap. Raynutius, in uerb. eidem im-
puberi succederent, in prin. Caccial. in d. l. preci-
bus. num. 98. & ibi Alex. num. 9. uers. in ea ibi, Seb.
Sap. in d. rubr. C. de impub. & al. subst. num. 11. et
ibi Dec. num. 1. uers secundo mouetur, Duran. d.
tit. 5. caut. 12. num. 6. Nico. Bello. in d. §. qua ra-
tione, num. 21. Inst. de pupil. Trenta. de subst. d.
part. 4. cap. 4. num. 16. Vigl. in §. ult. num. 5. Inst.
de pupill. Crass. in d. §. substitutio, quæst. 4. num. 4.

Quæ declaratio vera est, & sine dubio proce-
68 cedit, † si loquamur de vniuersalibus relictis,
vt declarant Bart. in d. l. 2. in prin. num. 2. uers.
& ista differentia C. comm. de legat. Nam, quia
hæreditas duobus tantum à testatore modis
69 dari potest, vel directò, vel per obliquum † *l.*
2. in prin. uers. hæres C. quand. & quib. quar. pars
deb. lib. 10. §. directo, Inst. de codicill. §. ult. Inst. de
pupill. l. cohæredi. 41. §. cum filio ff. de uulg. si di-
rectò, haud dubiè capitur à vocato propria
authoritate, & manu, non autem de manu
alterius, siue loquamur de dominio, siue de
possessione, scilicet, quia institutus, aut dire-
ctò substitutus potest, non solum adeundo
consequi dominium omnium rerum hęredi-
70 tariarum † *l. hæres. 37. ff. de acquir. hæred. l. si ager.*
51. ff. de rei vind. sed etiam propria authorita-
te, ac sine alterius facto, & adminiculo ea-
rundem rerum possessionem apprehendere
71 † *l. cum hæredes. 23. in prin. ff. de acquir. poss.* At,
si per obliquū detur hæreditas, aut eius pars,
certū est, debere eam capi de manu alterius,
quia, vt in vocatum ius transferatur, debet hę
reditas restitui, & sic alterius facto acquiri
72 † *l. facta 63. in prin. ff. ad Treb.* siue fuerit reli-
cta per modum fideicommissi, siue per mo-
dum legati: Legari enim posse partem hære-
73 ditatis certum est † *l. mulier. 22. §. vlt ff. ad Treb.*
l. si quis seruum 8. §. vlt ff. de leg. primo. Nam,
cum legata vniuersalia vniuersalibus fidei-
74 commissis exæquata sint, † ita, vt nullum in-
ter ea sit hodie discrimen, siue naturam spe-
ctemus, siue vim, & effectum, siue etiam no-
men *d. l. 2. in prin. C. comm. de legat. d. §. sed non*
vsque Inst. de legat. Et in specie declarant Bart.
in l. 1. num. 5. & 6. in fin. ff. de leg. primo. & in
d. l. si quis seruum 8. § fin. num. 1. & 2 ff. de leg.
secundo. Ang. in l. mulier 22. § ult. uers. Petrus
autem ff. ad Treb. Perég. de fideicomm. artic 1.
num. 53. uers. hæc autem, & art. 2. num. 41. & art.
5. num. 20. Consequens est, vt ita in his, vt in
illis necessaria sit hæreditatis restitutio. Ce-
terùm, si loquamur de particularibus relictis,
magis est, vt prædicta declaratio non proce-
75 dat, † *sicuti docuit Bart. in d. l. 2. in prin. num. 2.*
uers. in legatis C. comm. de lega. In iis enim non
refert, vtrum directo, an precario verbo con-
cepta sit dispositio *d. l. 2. in prin. C. comm. de*
legat. & nos dicemus in hoc cap. q. 12. quod inter
ea nulla sit hodie differentia, vt nec inter le-
76 gata, & fideicommissa particularia † *d. l. 2. in*
princ. & d. §. sed non vsque, Inst. de legat. & post
Bart. in l. 1. num. 5. & 6. ff. de leg. primo, scribunt
omnes ibi frequentius. Et vero, aut in iis spe-
ctamus dominium, & eius respectu non po-
test prædicta differentia considerari, quia nō
solum ex legato transfertur dominium sine
facto hæredis, sed etiam ex fideicommisso:
Licet enim id priùs transeat in grauatum, &
postea in fideicommissarium, non tamen tran
sit ex illius facto, ita, vt dici possit ab eo capi,
sed, vbi venit casus fideicommissi, statim, &
ipso iure transfertur in fideicommissarium.
77 † Quamobrem etiam ei datur rei vindicatio
l. 1. C. comm. de legat. Aut verò consideramus
possessionē, & ea tam in legatis, quam in fi-
deicommissis debet capi de manu hæredis,
seu grauati, *vt de legatis dicemus infra nu. 100.*
de fideicommissis uero scribunt Dec. consil. mihi
242. num. 3. & consil. 423. num. 14. Gozad. consil.

93.

93. *num.8.Cepb.in d. l.centurio.num.* 800. Nec
obstat, quod testator possit etiam legatario
dare facultatem capiendi propria authorita-
te, *vt referemus infra num.* 238. quia potest
hoc etiam concedere fideicommissario, *vt
scribunt ij, quos ibi referemus.* Denique non pro-
cedit hoc ex natura legati, aut ex vi verbi, sed
ex speciali testatoris prouisione, quæ propria
verborum vi, & significatione potentior est
l. non aliter.67. in priu. ff. de leg.3. Planè, si te-
stator aliqoem ex fundo, vel alia re certa
scriberet hæredem, licet is loco legatarij ha-
beretur *l. quoties.13. C.de hared. inst.* posset ta-
men authoritate propria capere possessionē,
vt ostendemus in hoc cap. q. 9. quod in hac re
particularis institutio secundum naturam
institutionis vniuersalis reguletur, *vt ibi la-
tius ostendemus.*

Hinc intelligimus, quoties in hac materia
verbum aliquod æstimamus directum, aut
obliquum ex eo, quod denotet, vocatum
debere, aut à se, aut ab alio capere, nos sem-
per ad vniuersalem vocationem respicere,
idest, ad institutionem, vel directam substi-
tutionem, & quærere, nunquid ad eam trahi
possit dispositio: Nam, si respiceremus ad
particularem, non posset haud dubiè præ-
dicta differentia considerari, quia, tam le-
gata, quàm fideicommissa particularia sui
natura de manu alterius accipiuntur, *vt supra
dictum est.*

Planè, si quis generalem requirat directo-
rum, & obliquorum verborum explicatio-
nem, quæ tam ad vniuersales, quam ad par-
ticulares dispositiones adaptari possit, credi-
derim eam tantum posse afferri, qua dici-
mus, ea censeri directa, quæ denotant, voca-
tum debere immediatè succedere ei, de cuius
78 bonis agitur, † *vt declarant Bald. in dict. l. fin.
num. 12. vers. tertia regula C. de sacros. Eccles.
Ias. in l. verbis ciuilibus. 7. num. 1. ff. de vulg.
Gul.Ben. in d cap. Raynutius, in verb. eidem
impuberi succederent, num. 4. vers. tertia regula,
Galiau. in d.l.centurio, num. 502. vers. Item fa-
cit, & ibi Rip num. 179. vers. 7. & Oria. nu.7.
vers. 3. Caccial. in d.l. precibus 8. num. 99. vers.
Item omne verbum C. de impub. & al. sub.
Trentac. de subst. d. part.4. cap.4. num.1. Nico.
Bello. in d. §. qua ratione num.21. Inst. de pupill.*
79 Obliqua verò, quæ mediatè † *vt explicant
Bald. in d.l. fin. nu.14. vers 3. Gul. Ben. in d. cap.
Raynutius, in verb. eidem impuberi succederent,
num.13. vers.3. Paul.Oria. in d.l.centurio, num.
13. vers.3. Caccial. in d.l. precibus, num. 100. vers.
Item omne verbum*; Nam & hoc sensu di-
rectò succedere dicitur, qui immediatè suc-
cedit *in l. fin. in prin. ff. de leg.3.* Quamobrem
verba precaria dicuntur obliqua, siue inflexa
80 † *d. l. quoniam indignum. 15. C. de testa.* quia
81 † successionem, non rectam, sed obliquam
inflexam, & tortuosam operantur *dict. l. cohe-
redi 41. §. cum filio ff. de vulg. dict. l. eam, quam.
14. C. de fideicom.*

Mediatam autem, vel immediatam suc-
cessionem, non ex possessione æstimamus,
sed ex dominio, siue iure, qd ex successione
82 transfertur: † Nam, si id transeat recta via
à testatore, siue ab eo, de cuius bonis agitur,
in vocatum, prout euenit in hæreditatibus,
& legatis *d.l. Lares. 37. ff. de acq. hared. d.l. lega-
tum.82. ff. de leg.2.* successio dicetur immedia-
ta, & per consequentias verba, quæ talem
successionem important, dicentur directa,
siue possessio propria authoritate capi possit,
prout euenit in hærede, *sicuti docuimus supra
num.71.* siue de manu alterius sit capienda,
83 prout euenit in legatario † *§. 1. Inst. de lega.
l. 1. in priu. & tot. tit. ff. quo. legat.* At, si id
priùs transeat in hæredem, vel legatarium,
deinde ab eo in alium transferatur, successio
dicetur mediata, & consequenter verba, quæ
talem inducunt successionem, dicentur obli-
qua. Ex quo intelligimus, directa, vel obli-
qua verba ex iuris translatione, non etiam ex
84 facti restitutione æstimari, † *vt constat ex
dictis Bald. in d.l. vlt. num. 14. vers. 5. regul. 4.
& num. 16. C. de sacr. Eccles. Gul. Ben. in d. cap.
Raynutius, num. 9. vers. 6. & num. 23. vers. 1. &
vers. 5. Galiaul. in d. l. centurio, num. 503. & ibi
Oria num. 13. Caccial. in d.l. precibus, num. 100.
Trentac. de subst. d. part.4. cap.4. num. 11.*

Porrò directorum duo nostri tradunt esse
genera: quædam enim sunt ciuilia, quædam
85 non ciuilia, † *Ita scribunt Bart. in d.l. centurio,
num. 15. & 44. & ibi Imol. num.1. vers. Item
directorum, & num. 11. in fi. & num. 18 vers.
circa paganum, & num. 26. Galiau. num. 258.
in fi. Imol. in d.l. verbis ciuilibus. 7. num. 3. ff. de
vulg. Gul. Ben. in d. cap. Raynutius, in verb.
eidem impuberi succederent, num. 11. vers. Hæc
enim:* Ciuilia vocant ea, quæ sui propria si-
gnificatione denotant primi, aut vlterioris
86 hæredis institutionem, † *vt in specie declarant
Bart. in d.l. centurio, num. 16. vers. & per hoc pa-
tet, & ibi Ceph. num.* 519. vt in instituo, hæ-
res esto, & similia, *de quibus specialiter infra
dicemus.* Nam hæc dicuntur ciuilia, quia
(secundum eos) sunt verba iuris ciuilis, seu
à iure ciuili introducta, nempè à lege 12.
87 tab. † *vt declarāt Bart. in d.l. centurio, num. 15.
& ibi Imol. nu. 1. vers. Item directorum, Galiau.
num. 506. Ceph. num. 511. Imol. in d. l. verbis
ciuilibus, num. 3. vers. in gl. 1. & ibi Ias. num. 1.
Imol. in l. ex facto. 35. num. 12. in fi. ff. de hared.
inst. Gul. Ben. in d. cap. Raynutius, in verb. ei-
dem impuberi succederent, num. 11. vers. Hæc
enim:* Non ciuilia verò vocant ea, quæ, li-
cet denotent vocatum debere capere pro-
pria authoritate, non autem de manu alte-
88 rius † *vt declarant Bart. in d. l. centurio, nu. 16.
& ibi Imol. nu. 1. vers. Item directorum, Galiau.
num. 259. Ceph. num.* 513. non tamen habent
certam, & specialem, sed dubiam, & ambi-
89 guam significationem, † *vt docent Bart. in d.
l. cēturio, n. 16. vers. & sic ista verba, & ibi Ceph.
num. 515. & 519.* vt, capiat, accipiat, & simi-
lia, *de quibus infra dicemus*: Possunt enim
intelligi, vt vocatus capiat, vel, tāquam hæ-
90 res, vel, tamquam legatarius, † *sicuti declarāt
Bart. in dict. l. centurio, num. 16. & ibi Galiau.
num. 259. & Ceph. num. 515.* & ideò, quia
propriè, & specialiter non referuntur ad hæ-
redis institutionem, sed possunt etiam de
alijs capiendi modis intelligi, vocantur non
ciuilia, sed communia iuris gentium, quod
vsu potiùs loquendi, quam certa lege fue-
91 rint introducta. † *Ita declarant Bart. in d. l.
centurio, num. 16. vers. & ideo, & ibi Paul. Oria.
num. 21. Ceph. num.* 512. Planè verbum, lego,
quod ipsi directum etiam non ciuile vocant,

vt

vt referemus infra num. 164. certam quidem
habet significationem, sed à iure separatam,
atque distinctam: Denotat enim legatum,
non institutionem. Itaque est directum,
non, quoad hæredem, sed, quoad legatariũ.
92 † *Ita declarat Bart. in d. l. centurio, num. 19.
vers. fateor tamen.* Hinc effectu tria tradunt
esse directorum, verborum genera: quædam
enim sunt, quæ tacitam habent significatio-
nem, vt trahantur ad hæredis institutionem,
cuiusmodi sunt, instituo, & hæres esto, quæ-
dam verò, quæ habent significationem à iu-
re separatam, vt, lego, quædam denique, quę
non habent certam, & specialem significa-
93 tionem, vt, capiat, accipiat, & similia. † *Ita
docet Bartol. in dict. l. centurio, num. 19. vers.
ideo dicas.*

Verum hæc declaratio, vt est commenti-
94 tia, ita & meritò fuit † à multis improbata,
*vt refert Crass. in d. §. substitutio, q 4. num. 2. vbi
testatur, eam communiter improbari*, quia cer-
tum est, omnia verba directa dici ciuilia,
quasi verba legum, & iuris ciuilis, *vt patet ex
ijs, quæ diximus supra num.* 28. *& seqq.* Nam &
hæc, capito, sumito, habeto, quibus olim
vindicationis legata dari solebant, *vt osten-
dimus supra num.* 25. dici ciuilia, vel ex eo in-
telligimus, quia, cum non essent precaria,
consequens est, vt fuerint ciuilia: Sunt enim
hæc opposita. Quamobrem Vlpianus *d. tit.
25. Inst. in prin.* in fideicommissi definitione
supponit, omne verbùm non ciuile, preca-
rium esse, & contra, omne non precarium
esse ciuile, dum ait, *Fideicommissum est, quod
non ciuilibus verbis, sed precatiuè relinqui-
tur.*

Planè, licet hæc vera sint, non inficior
95 tamen, directorum tria esse genera: † quæ-
dam enim sunt, quæ propria vi verbi deno-
tant hæredis institutionem, vt verbum, insti-
tuo, quædam verò contra, quæ denotant le-
gatum, vt verbum, lego, quædam deniq; quę
certam vim non habent, nisi ea ab adiuncto
deducatur, vt verba, esto, capito, sumito,
habeto, & similia: Nam pro varietate ad-
iuncti possunt, vel ad institutionem, vel ad
legatum, vel ad aliam dispositionem referri:
Si enim dicatur, hæres esto, vel, hæreditatem
capito, sumito, habeto, ad institutionem re-
ferentur, si verò dicatur, esto liber, vel tutor,
referentur ad directam libertatem, vel tute-
lam, et si, capito sumito, habeto fundum, re-
ferentur ad legatum, *vt ex ijs, quæ in sequenti-
bus dicturi sumus apparebit.* Denique non est
dubium, quin verba, quibus immediatè suc-
cessiones designantur, & sic verba directa,
96 sint in duplici differentia: † quædam enim
denotant successionem immediatam non
solum respectu dominij, sed etiam respectu
possessionis, quædam verò denotant suc-
cessionem immediatam respectu dominij,
sed non respectu possessionis. Prioris gene-
ris verba sunt illa, quæ referuntur ad primi,
aut vlterioris hæredis institutionem: Nam
hæres institutus, aut directò substitutus im-
mediatè succedit, non solum ratione domi-
97 nij † *d. l. legatum. 82. ff. de leg. 2. l. si ager. 51. ff.
de rei vind.* sed etiã ratione possessionis, quip-
pe, quam non capit de manu alterius, sed
98 propria authoritate † *d. l. cum hæredis. 23. in
prin. ff. de acq. poss. Et scribunt Bartol. in l. ex
facto. 35. num. 2. vers. recepit enim ff. de hæred.
inst. Ias. in d. l. centurio, num. 62. vers. sed respon-
de, & num. 74. & ibi Ceph. num. 7. Pic. in l. in
quartam 90. num. 165. ff ad l. Fal. Roll. cons.
74. num. 23. volum. 2. & nos etiam diximus su-
pra num. 71.*

Posterioris verò generis sunt verba, quæ de-
notant legatũ: nam per hoc succeditur quidẽ
99 immediatè, quoad dominiũ † *d l legatũ 82. ff.
de leg. 2. d. l. a Titio. 66. ff. de furt.* sed non, quoad
possessionẽ, qppe, quę debet capi de manu hę-
100 redis † *l. 1. § si legatarius ff. ad l. Fal. l 1 et tot. tit. ff.
quo. legat.* Quãobrem dicimus, legatũ esse ab
hærede præstandũ §. 1. *Inst. de legat.* & ab eo
præstari tam frequenter legimus, *vt patebit
ex ijs locis, quos referemus infra num.* 288. Præ-
stare enim est possessionem tradere *l. ex empto.
11. in prin. ff. de actio. empt.*

Quæ cum ita sint, nemo inficiabitur, quin
hæc verborum genera, tamquam diuersa, &
diuersam habentia vim, atque naturam, de-
beant aliqua nominis diuersitate distingui
101 † *iuxta not. in l. in suis. 11. vers. vnde. ff de lib.
& post.* vt facilior sit, cum de ijs agitur, intel-
lectus. Quo posito, quid refert, vtrum illa
ciuilium, vel, non ciuilium appellatione di-
stinguamus, an alia, puta vocemus ea, merè,
102 vel non merè directa, † *prout faciunt Ang.
cons. 159. num. 4. vers. datur autem, Ias. in d. l.
centurio, num. 62. vers. & quod verbum, & ibi
Galiau. num. 439. vers. sed dic, Ias. in l. Gallus.
29. §. quidã recte. nu. 8. ff. de lib. et posth. Ruin. cõs.
99. num. 12. & cons. 174. num. 5. vol. 2. & cons.
128. num. 16. & cons. 158. num. 5. vol. 3. Vigl.
in §. qua ratione, num. 14. Inst. de pupill. Caroc.
decis 45. num 9. Grassa. cap. 774 discep. for. nu 1.*
vel, directa præcisè, seu præcisa, aut non pre-
103 cisa significatione, † *vt vocat Bald. in l. quoties.
10. num 3. C. fam. erc. & in l. humanitatis. 9.
num 55. C. de impub. & al. subst.* vel, directa
104 directò, aut non directò, † *vt post Io. Andr.
uocat Imol in d. l. centurio, nu. 1. uers ilic directo-
rum, & num. 11. in fi.* Non est enim de nomi-
ne curandum, quoties id, de quo tractatur,
105 certum est † *l. quoties. 9. §. si quis nomen ff. de
hær. inst. l. si nominatim. 34. vers. nam demon-
stratio ff. de cond. & demon §. si quis in nomine,
Inst. de legat. l. certum. 6. ff. si cert. pet.* Vnde Cic.
in Top. *sed, cum intelligitur, quid significetur,*
inquit, *minus laborandum est de nomine.* Quã-
obrem, & si vis verbi repugnet, aut saltem
non suffragetur, sequamur etiam nos vulga-
tem distinctionem, & cum Bartolo ciuilia
vocemus ea, quæ sui natura denotant hære-
dis institutionem, non ciuilia verò, quæ de-
notant legatum, aut id propter incertam sui
vim denotare possunt.

Sed hæc quidem generaliter dicuntur.
Specialiter verò, si quæramus, quæ verba sint
directa, vel ciuilia, vel non ciuilia, queue
obliqua, et, quę communia, constat, verbo-
rum, quibus testatores vtuntur, duo esse ge-
106 nera: † quędam enim sunt, quę per se, & sine
alterius verbi adiectione dispositionem in-
ducunt, quædam verò, quę non aliter eam
inducunt, quam, si aliud verbum adijciatur.
Prioris generis verba sunt in quintuplici dif-
ferentia: Vel enim referuntur ad testatorẽ,
et nudum eius factum continent, vel miti-
guntur

guntur ad vocatum, vel ad grauatum, siue
tertium, vel impersonaliter proferuntur,
vel denique diriguntur ad rem ipsam, de qua
disponitur. Rursus, quæ referuntur ad te-
statorem, distribuuntur in duo genera: quæ-
dam enim sunt, quorum vis est certa, etiam
sine adiuncto, quædam vero, quæ certam
non habent vim, nisi ea ab adiuncto dedu-
catur. Vtique autem non loquimur de ad-
iuncto alterius verbi: nam de eo loquemur
infra *num. 381. & seqq.* sed de adiuncto qua-
litatis successoris, aut rei, de qua disponitur.
Prioris generis exempla duo possunt af-
ferri.

Primum in verbo, instituo: Nam hoc
certam habet vim, & significationem, etiã si
simpliciter, & sine adiuncto proferatur, sci-
licet, quia denotat hæredis institutionem,
107 non legatum, aut fideicommissum † *d. l. quo-
niam indignum. 15. C. de testa. Bart. in d. l. cen-
turio, num. 19. vers. ideo dicas: Castr. in l. recu-
sare 6. §. si Titius, num. 2. vers. dicit tamen ff. ad
Treb.* Qui enim simpliciter dicit, instituo,
perinde habetur, ac, si dixisset, instituo hære-
108 dem, † *ut docent Bart. in l. filium 5. §. sed, & si
portio num. 1. ff. de lega. præst. Bald. in l. 1. col. 2.
vers. in gl. directo ff. de testa.* Quamobrem
simplex, instituo verbum ad hæredem in-
109 stitutum refertur † *in l. Gallus. 29. in prin. &
per tot. l. ff. de lib. & posth. l. si quis filio. 6. in prin.
& § siue autem, & l. pen. in prin. ff. de iniust. rup.
l. 2. vers. sed. si institutis ff. de his, quæ in test. del. l. 2.
in fi. & l. sicut 4. §. fin. ff. de hæred. inst. l. 1. § filio,
vers. sed & si. ff. ad Tertull. l. Mutianæ. 7. vers. sed,
si ex asse, l. qui hæredi. 44. in prin. & l. Lucius Ti-
tius. 82. ff. de cond. & dem.* & simplex verbum
110 institutionis ad hæredis institutionem † *in l.
si quis hæres. 18. ff. de iniust. rup. l. 1. § si ex fundo,
vers. Dinus, l. 2. vers. quam sententiam, & vers.
potest, l. 3. §. 1. l. suus. 4. in prin. vers. sed vtrum, l.
quotiens. 9. §. si quis tamen ff. de hæred. inst. l. si
plures. 17. ff. de cond. inst. l. cogi 16. §. sed & si-
miles, vers. nam sicut ff. ad Treb. & tot. tit. C. de
instit. & subst.* Denique verbum, instituo, dici-
111 tur vniuersale † *a Bald. in l. vn. num. 13. vers.
Item ex re certa C. quand. non pet. part.* quod
sui natura comprehendat vniuersa bona,
siue hæreditatem, quæ est vniuersalis succes-
112 sio, † *vt declarat Auth. incert. inter cons. ult.
vol. cons. 88. num. 10. uol. 1. & cons. 103. num.
26. uol. 2.* non, quia vis hæc, & significatio
113 fuerit ei specialiter à iure tributa, † *ut censent
Bart. in d. l. centurio, num. 19. uers. ideo dicas, &
ibi Galian. num. 510. Orta. num. 9. Bald. in d. l.
fin. num. 17 uers. Istud est certum C. de sacros.
Eccles. Gul. Ben. in d. cap. Raynutius, in uerb.
iidem impuberi succederent, num 11.* sed, quia
114 † ita vsu loquendi receptum est: Nam, cum
moris esset, vt hoc verbum, cum hæredis no-
mine passim coniungeretur, dicentibus an-
tiquis, hæredem instituit, *uti uidere est in tit.
ff. Cod. & Inst. de hæred. inst.* ideo ex hac lo-
quendi consuetudine postea receptum est, vt,
etiamsi nomen hæredis omitteretur, nihilo-
minus simplex instituendi verbum de hæ-
rede intelligeretur, *ut declarat Polit. de
substit. in prin. num. 11. uers. & quod decepit.*
Vnde, quia verbum, hæres, tanquam deno-
tans successorem in vniuersum ius defuncti
l. hæres. 37. ff. de acq. hæred. & quidem imme-
diatum, & per se, ac propria authoritate, &
manu valentem res hæreditarias apprehen-
dere, *ut diximus supra num. 70. & 98.* censetur
115 directum, & ciuile: † *Directum enim appella-
tur ab Ang. cons. 101. num. 1. Imol. in l. mulier
22. §. ult. uers. licet secus ff. ad Treb. Alex. in l.
iam hoc iure. 4. num. 3. uers. limita tamen ff. de
uulg. Ias. in d. l. centurio, num. 74. Dec. cons. 607.
num. 1. uers. & ad hoc facit, Ruin. cons. 99. nu. 12.
uol. 2. Trent. de subst. d. part. 4. cap. 4. num. 8.
Roll. cons. 74. num. 23. uolum. 2. Bursat. consil.
337. num. 29. Directum uero, & ciuile, a Ias. in
d. l. centurio, num. 71. & ibi Galian. num. 507. &
538. & Ceph. num. 511. Bald. Nou. in l. cum fi-
lios. 11. nu. 36 ff. de leg. 1.* fit vt etiã directum, &
ciuile, seù merè directum reputetur verbum,
116 instituo; † *Nam directum dicitur a Bart. in d. l.
centurio, num. 47. & ibi Ias. num. 62. Rip. num.
187. uers. Sol. Orta. num. 9 Bald in d. l. fin. num.
17. uers. Istud est certum C. de sacr. Eccle. & in l.
humanitatis. 9. num. 51. C. de impub. & al. subst.
Castr. in l. nam, quod 14. § non omnis num. 3. &
in l. cogi. 16. §. inde quæritur, num. 3. ff. ad Treb.
Alex, in d. l. quoniam indignum. 15. num. 3. C.
de testa. Caccial. in d. l. precibus. 8. num. 102. C. de
impub. & al. subst. Gul. Ben. in d. cap. Raynutius,
in uerb. eidem impuberi succederent, num. 11.
Hyer. Torn. in rub. ff. de leg. 1. num. 17. Dec. cons.
252. num. 2. & cons. 247. num. 5. Ruin. cons. 99.
num. 2. uolu. 2. cons. 128. num. 5. & cons. 158.
num. 10. & 11. uolum. 3. Paris. cons. 35. num. 7.
uolum. 2. Rub. in d. l. Gallus. 29. §. quidam rectè,
num. 19. uers. 2. aduertendum ff. de lib. & posth.
Duran. de art. testan. tit. 5. caut. 12. num. 4.
Vigl. in d. §. qua ratione, num. 15. Inst. de pupill.
Bursa. d. cons. 337. num. 24. uolum. 3. Ladercb.
cosil. 92. num. 8. Gratia. cap. 774 discep. for. num.
29. Seraph. decis. 934. num. 1. Et merè directum
à Ruin. d. cons. 99. num 12. & cons. 174. nu. 5.
uolum 2. cons. 128. num. 16. & cons 158. num. 5.
uolum. 3. Gratia. d. cap. 774. discept. for. num. 1.
Ciuile uero ab eodem Bart. in d. l. centurio, num.
56. Imol. in l. ex facto. 25. num. 12. in fi. ff. de
hær. inst. Directum denique & ciuile ab eodem
Bart. in d. l. centurio num. 15. & 18. & ibi Imol.
num. 1. uers. Item directorum, & num. 11. in fi.
& num. 16. uers. Item, quia, & num. 24. uers. &
sic patet, & num. 26. Alex. num. 89. Galiu. num.
262. 510. & 538. Rip. num. 71. & 180. Ceph.
num. 509. & 511. Bald. in d. l. precibus 8. num.
50 uers. Item quæritur, & in d. l. humanitatis. 9.
num. 55. C. de impub. & al. subst. Imol in l. uerbis
ciuilibus. 7. num. 3. uers. in gl. 1. ff. de uulg. Auth.
incer. inter cons. ult. uol. cons. 88. num. 3. & 9.
in fi. et num. 15. uolum. 1. et cons. 103. num. 20.
et 25. uolum. 2. Rub. in d. §. quidam rectè, num.
19. uers. 2. aduertendum est. Crass. in d. §. substi-
tutio, q. 5. num. 1. Pereg. de fideic. artic. 34. num.
54. Bursa. cons. 327. num. 4. uol. 3. Rota apud
Ludouis. decis. 207. num. 2.*

Nec est contraria *l. quærebatur. 20. uers.
Quinimo ff. de mil. testa.* vbi Vlpianus ait,
117 † militem posse *efficere directam institutionem,
quæ erat precaria,* & hoc modo per institu-
tionis verbum denotat fideicõmissum, quia
hoc fit latè sumpto vocabulo, quatenus sci-
licet institutio ad omnem dispositionem
118 refertur, † *prout fieri posse docent Polit. de sub-
stit. in prin. num. 6. uers. mihi uerò, et num. seqq.
Vigl. in d. §. qua ratione, num. 15. Inst. de pupill.*

Nam

Nam, si strictè, & propriè institutionis ver-
bum accipiatur, magis est, vt ad solam hæ-
redis institutionem debeat referri, *vt supra*
dictum est. Quod multo faciliùs eueniet, si
cum verbo, instituo, iungatur nomen, hære-
dis, puta dicat testator, instituo hæredem;
Nam, quia verbum, hæres, est directũ, & ci-
uile, *vt diximus supra num.* 115. ideò fit, vt, si
cum verbo, instituo, quod & ipsum dire-
ctum est, iungatur, multo faciliùs debeat
119 dispositio ad institutionem referri, † *vt in*
specie declarat Ias. in d. l. centurio, num. 45. vers.
Tu aduerte. Quamobrem hæc verba insti-
tuo hæredem dicuntur directa, & ciuilia;
120 † *Directa enim vocantur ab Alex. in d. l. centu-*
rio, num. 91. vers. addo etiam, Dec. cons. 290.
num. 3. vers. & ista Decia. cons. 1. num. 240. vol. 1.
Directa vero, & ciuilia à Mantic. de con. vlt. vol.
lib. 5. tit. 16. num. 23. Pereg. de fideic. d. artic. 34.
num. 49. Bursa. cons. 221. num. 1.

Secundum verò exemplum afferri potest
in verbo, substituo: Nam & hoc certam
habet vim, & significationem, etiamsi sim-
pliciter, & sine adiuncto proferatur: De-
notat enim subrogationem, quæ à testatore
121 fit in locum alterius primo loco vocati † *l.*
cui fundus. 55. in fi. ff. de cond. & dem. l. 1. C. de
testa. mil. l. si posthumus. 14. in prin. vers. nam,
&, cum duobus, & l. pen. ff. de iniust. rupt. l. fin.
vers. tunc etenim C. de hared. inst. Et in specie
declarant Vigl. in §. qua ratione, num. 15. Inst.
de pupill. Gratia. discep. for. cap. 407. num. 9.
Vnde, quia huiusmodi subrogatio potest
fieri non solum directò, sed etiam per obli-
quum: nam, & per fideicommissum posse
122 substitui, certũ est † *l. haredes mei. 57. §. peto à*
te ff. ad Treb. l. cum pater. 79. §. volo, & §. a te
peto ff. de leg. 2. l. quod his verbis. 81. §. 1. & §. fin.
ff. de leg. 3. l. generaliter. 6. in prin. & §. cum antè
C. de instit. & subst. l. eam, quam. 14. C. de fideic.
l. cohæredi. 41. §. cum filio ff. de vulg. ideò fit,
vt hoc verbum dicatur à nostris commune,
123 † *vti videre est apud Bart. in d. l. centurio, nu. 8.*
vers. non obstat, & num. 13. 26. & 47. & ibi
Imol. num. 15. & 24. vers. & sic patet. & num.
25. Alex. nu 91. vers. sed, si tu quaris, Ias. nu. 5.
& 14. in fi. & num. 62. in prin. & vers. sed salua,
Oria. num. 12. in fi. Rip. num. 5. & 187. ubi te-
statur, ita communiter tenere, Cephal. num. 61.
Bart in l. iam hoc iure 4. in uers. sed, si alter, nu.
2. & ibi Bald. uers. in text. commune Imol. nu.
3. Castr. in uers. quod ius, num. 4. Alex. num 3.
Ias. num. 6. ff. de uulg. Bart. in l. recusare. 6. §.
Titius, num. 3. & ibi Castrens. num. 2.
vers. dicit tamen ff. ad Treb. Bart. in l. Lucius.
45. in prin. num. 4 ff. de uulg. in l. Scæuola. 76.
num. 2. ff. eod. Bald. in l. precibus. 8. num. 37.
& 50 uers. Item quaritur, & ibi Caccial. nu. 98.
C. de impub. & al. subst. Bald. in l. humanitatis
9. num. 52. C. eod. Ang. in d. §. quidam recte, nu.
2. & ibi Castrens. num. 5. Soc. iun. num. 13. Rub.
num. 19. uers. 2. aduertendum est. Angel. dict.
consil. 159. num. 4. uersicul. datur autem,
Alexan. consil. 12. num. 19. & consil. 36.
num. 2: uolumin. 3. & consil. 3. num. 1.
volum. 7. Dec. in rubr. C. de impub. & al. subst.
num. 1. uers. 2. mouetur, & num. 2. uers. 2. non
obstat, & cons. 247. num. 5. cons. 252. nu. 2. Corn.
cons. 200. num. 2. uers. unde, cum ex his, uol 2. et
cons. 321. num. 4. uol. 3. Rum. d. cons. 174. num.
14. in fi. uol. 2. d. cons. 128. num. 16. et d. cons.
158. num. 10. in fi. et num. 11 uol. 3. Paris cons.
37. num. 14. uol. 2. Alcia. cons. 31. num. 2. lib. 9.
Nat. cons. 68. num. 4. Duran. de art. test. tit. 5.
caut. 12. num. 6 Hyer. Torn. in rubr. ff. de leg. 1.
num. 17. Decia. cons. 41. num. 9. uol. 1. et consil.
26. num. 35. uol. 2. Pereg. de fideic. artic. 18. nu.
12. et 14. in fi. Trentac. de subst. part. 4. cap. 4.
num. 17. Crass. in d. §. substitutio q. 5. num. 18.
Men. cons. 797. num. 42. Surd cons. 554 num.
26. Incert. inter consult. uol. cons. 103. num. 28.
uol. 2. Roll. cons 69. num. 3. uol. 1. Osasc. cons. 36.
num. 46. et cons. 74. num. 1. Gratia. discep for.
cap. 407. num 9. cap. 528. num. 4. et decis. 140.
num. 4. Mantic. decis. 367. num. 2. Ludouis.
decis. 269 num. 2. Coccin. decis. 419. numer. 4.
quod sui natura possit ad vtrunque substitu-
124 tionis genus adaptari, † *ut declarant gl. in §.*
ult. in uerb. per fideicommissum, Inst. de pupill.
Bart. in d. l. recusare 6. §. si Titius, nu. 3. in fi. ff.
ad Treb. et in §. sin autem, num. 10. Inst. de
pupil. Bald. in d. l. iam hoc iure. 4. in uers. sed, si
alter, et ibi Castr. in uers. quod ius, num. 4. et
Alex. num. 3. Bald. in d. l. precibus, num. 37.
Castr. in d. l. Gallus. 29. §. quidam rectè, num. 5.
ff. de lib. et post. Ias. in d. l. centurio, num 62.
vers. confirma, et uers sed salua, et ibi Galiau.
num. 376. uers hac tamen solutio, Dec. in dict.
rub. C. de impub. et al subst. num. 1. uers. 2. mo-
uetur, Trent. de subst. d. part. 4. cap. 4. num. 17.
Osas. d. cons 74. num. 1. Coccin. d. decis. 419. nu.
4. Nam ad directam adaptatur *in d. l. iam*
hoc iure. 4. uers. quod ius, et uers sed, si alter, et
l. quis plures. 23. l. cohæredi 41. §. 1. §. qui discretas,
et §. qui patrem ff. de uulg. ad fideicommissa-
riam verò *in locis allegatis supra num. 122.*
Quamquam in hanc rem perperam addu-
cant *d. l. iam hoc iure. 4 uers quod ius:* Nam
illa Modestini verba, *sed, si alter pubes, alter*
impubes hoc communi uerbo, eosq; inuicem
substituo, sibi fuerint substituti, non ita acci-
125 pienda sunt, † quasi verbum, substituo, sit
commune ad directam, & obliquam sub-
stitutionem, vt in proposito dicimus, sed,
quasi sit commune ad vulgarem, & pupilla-
rem, *ut declarant Dec. in d. rubr. C. de impub.*
et al. subst. num. 2. uers. Non obstat text. Vigl.
in d. §. qua ratione, num. 15. Inst. de pupill. et
Cuiac. in l. 1. ff. de uulg. vel (quod probabi-
lius est) commune ad vtrunque filium, cum
inuicem vtrunque substituerit vno, eodemq;
verbo, quod ad vtrunque communiter re-
fertur, *ut rectè animaduerterunt Bart. ibi, uers.*
sed, si alter, num. 2. et ibi Castr. uers. quod ius,
num. 4. Ias. num. 6. Galiau. in dict. l. centurio,
num. 515. Itaque, verbum, substituo, esse
commune, non locus Modestini probat, sed
ratio, quam supra retulimus.

Nec est contrarium, quod substitutio sit
126 secunda institutio, † *ut est doctr. gl. in rub. ff.*
de uulg. quam ibi communiter omnes sequuntur,
ideoque, si verbum, instituo, quod primam
denotat institutionem, directum est, & ciui-
le, consequens videatur, vt etiam directum,
& ciuile sit verbum, substituo, quod denotat
127 secũdam, † *ut censuerunt Polit. de substit. in de*
compend. num. 46. Alcia. in d. §. quidam rectè,
num. 24. Galian. in d. l. centurio, num. 508. uers.
credo, et num. 515. Vigl. in d. §. qua ratione,
num. 15. Inst. de pupill. cum prima, & secunda

institutionon substantia, aut qualitate, sed
ordine tantum videantur differre, *vt arguit*
Galiau. in d. l. centurio, num. 513. quia respō-
deo, nonomnem substitutionem dici secun-
128 dam institutionem, sed eam tantum, † quæ
est directa, & sic, quæ sumitur in specie, nos
autem loqui de substitutione in genere sum-
pta, quatenus vtranque substitutionis speciē
comprehendit, ideoque nil mirum, si eius
appellatio censeatur communis: Genus
enim communiter prædicatur de omnibus
129 suis speciebus † *l. 1. §. conuentionis ff. de pact.*
l. 2. §. creditum ff. si cert. pet. l. si quid earū 45.
§. inter emptum ff. de leg. 3. Planè, si verbo,
substituo, iungatur verbum, hæres, puta
dicat testator, substituo hæredem, magis est,
vt ex vi adiuncti incipiat esse directum, &
ciuile, & per consequentias ad directam sub-
stitutionem referatur, *sicuti ostendemus in hoc*
cap. q. 6. & 14.

Posterioris verò generis verborum, quæ
scilicet non habent certam vim, nisi ea de-
ducatur ab adiuncto, multa possunt exem-
pla afferri.

Primum in verbo, facio: Nam hoc per
se nullam vim habet, sed ea debet ab adiun-
cto deduci; Itaque si testator dicat, facio te
hæredem, censebitur per modum institutio-
nis disposuisse, quia adijciendo verbum, hę-
res, quod est directum, & ciuile, *vt diximus*
supra num. 115. operatur, vt prædicta verba
130 censeantur directa ciuilia, † *Directa enim*
vocantur in d. l. quoniam indignum. 15. C. de
testa. & a Dec. d. cons. 247. num. 3. & d. cons. 252.
num. 2. Decia. cons. 1. num. 240. vol. 1. Osasc.
consil. 36. num. 46. Vigl. in d. §. qua ratione,
num. 14. Inst. de pupill. Gratia. dict. capit. 774.
discept. foren. num. 1. & per consequentias ad
131 institutionem referantur, † *dict. l. quoniam*
indignum, & l. Diuus 25. vers. cæterum ff. de
mil. test. §. plane, vers. cæterum. Inst. eod. l. 1. C.
eod. l. fin. ff. de testa. l. sed est quæsitum. 6. in
prin. ff. de lib. & posth. l. asse toto. 77. ff. de hæred.
inst. l. stipulatio hoc modo. 61. ff. de verb. oblig. l.
Pamphilo. 37. § fin ff. de leg. 3. Quod, si dicat,
facio te successorem, quia adijcit verbum,
successor, quod est commune, *vt dicemus in-*
fra num. 208. facit, vt prædicta verba cense-
antur cōmunia, & per consequentias, vt vel
ad directam, vel obliquam vocationem re-
ferantur pro varietate specierum, quæ con-
siderari poterunt, secundum ea, quæ de suc-
cedendi, seu, successoris, verbo dicemus
infra num. 206. & sequen.

Secundum verò exemplum afferri potest
in verbo, scribo: nam ne hoc quidem certā
vim habere intelligitur, nisi ea ab adiuncto
deducatur. Itaque, si testator dicat, scribo
te hæredem, eius dispositio ad institutionem
132 refertur † *l. placet. 4. l. sed est quæsitum. 6. §. spa-*
donem, l. commodissimè 10. l. si posthumus 14. in
prin. l. cum quidam 19. l. Titius testamento 25.
§. 1. l. filiusfam. 26. l. filius a patre. 28. in prin.
& §. si quis ex certa, §. si quis eo tempore, & §. fin.
ff. de lib. & posth. l. 2. l. deniq; 4. l. nam, si miles. 7.
l. posthumus. 12. in prin. & l. qui vxorem, 15. ff.
de iniust. rupt. l. 2. vers. quam sententiam, & in
fi. & l. 3. §. 1. ff. de hæred. inst. l. lege Cornelia, 12.
vers. quare, & l. hæredes palam 21. in prin. vers.
licebit ff. de testa. l. si ijs legata 4. in prin. l. Multa-
na 7. vers. vnde, l. multum interest 21. & l. hæc
scriptura 26. in prin. & §. fin. ff. de condit. &
demon. l. fin. in prin. ff. de donat. l. Lucius Titius
14. ff. de fideicom. lib. l. Lucius. 78. §. tres hæredes
ff. ad Treb. l. cum proponas. 16. C. de pact. &
per consequentias prædicta verba censebun-
133 tur directa ciuilia. † Quod, si dicat, scribo
te successorem, censebuntur communia, &
variè pro varietate specierum referentur,
secundum ea, quæ supra diximus.

Tertium exemplum sit in verbo, nuncu-
po, nam & hoc ab adiuncto debet suam
vim, et qualitatem deducere. Itaque, si te-
stator dicat, nuncupo Titium hæredem, cē-
134 sebitur eum hæredem instituisse † *l. 1. §. 1. ff.*
de hæred. inst. l. hæredes palam. 21. in prin. & l. si
quis, cum testamentum 25. ff. de testam. Quam-
obrem prædicta verba dicentur directa ciui-
135 lia. † Idem est, et, si dicat, hæredem nomi-
no; nam, quia hæc verba ad hæredis institu-
136 tionem referuntur, † ideò et ipsa dicuntur
137 directa ciuilia: † *Directa enim vocantur à*
Bursa. cons. 337. num. 30. vol. 3. Directa verò,
& ciuilia ab eodem Bursat. cons. 221. num. 11.
Quod si testator aliam successoris qualitatē
adijciat, eius dispositio, modo directā, modo
obliquam significationem habebit, pro va-
rietate specierum, quæ proponentur, *secun-*
dum ea, quæ supra diximus.

Quartum exemplum afferri potest in ver-
bo, do, quippe, quod et ipsum nullam vim
habet, nisi ea ab adiuncto deducatur. Itaq;,
si testator dicat, do tibi hæreditatem, referē-
138 tur ad institutionem, † cum hoc sensu dari
dicatur hæreditas *in l. cum filiofam. 11. ff. de leg.*
1. & l. coniunctim. 80. ff. de leg. 3. Si verò dicat,
do tibi fundum, aut alia rem particularē, re-
139 feretur ad legatum † *l. si ita legatum. 68. in*
prin. & §. 1. ff. de leg. 1. l. si ita scriptum. 46. in
prin. ff. de leg. 2. l. prædijs. 89. §. ex illis verbis ff.
de leg. 3. l. demonstratio falsa. 17. §. quod autem,
& l. nonnunquam 51. vers. Non tamen ff. de
condit. & demonstr. quod etiam dari dicitur
140 † *in d. l. cum filiofam. 11. & l. si mihi, & tibi. 12.*
§ fin. vers. nam & cum ff. de leg. 1. l. aliquando
106. ff. de cond. & demon. l. verbis legis. 120. ff. de
verb. signif. Quamobrem hoc verbum tāquā
141 aptum ad institutionem, et legatum, † *vt not.*
Ias. in dict. l. cum filiofa. 11. num. 7. & ibi Bauer.
num. 4. ff. de leg. 1. censetur quidem directum,
142 † *vti videre est apud Bald. in d. l. fi. nu. 16. vers. si*
autem C. de sacros. Eccles. Ias. in d. l. cum filiofa.
11. num. 7. Gul. Ben. in d. cap. Raynutius, in
verb. eidem impuberi succederent, num. 10. vers.
et idem dicendum, Rip. in d. l. centurio, num. 181.
Et sensit etiam Bart. in l. si ita legatum. 68. nu. 3.
ff. de leg. 1. dum ait, verbum do, relatum ad per-
sonam testatoris facere legatum directum, sed
non ciuile: Nam, quia dare est dominium
143 transferre † *l. ubi autem non apparet. 75. §. ult.*
ff. de verbor. obligat. §. sic itaque Inst. de actio.
ideo testator dicendo, se dare, censetur di-
rectò disponere, quia ipse facit, non autem
144 alij faciendum committit, † *iuxta doctr. Bart.*
in d. l. centurio, num. 43. vers. hoc est, Trentac.
de subst. d. part. 4. cap. 4. num. 15. vers. Item
declaratur, Et in terminis huius verbi declarat
Bart. in d. l. si ita legatum. 68. num. 3. ff. de leg. 1.
Nec obstat, quod etiam fideicommissum
145 dari dicatur † *in l. si Titio 95. §. ult. ff. de leg. 1.*

l. peto:

l. peto. 71. §. mater filio ff. de leg. 2. l. si legatarius. 8. in prin. l. patronus. 34. §. fin. l. pater filium. 36. §. quindecim, & l. qui filium 62. ff. de leg. 3. l. pater Severianam. 100. in prin. & §. 1. ff. de cond. & dem. l. vbi paré. 19. in prin. ff. ad Treb. quia dare ibi sumitur abusiue pro, relinque-
146 re † *vt in similibus terminis explicant Imol. in d. l. cum filiofam. 11. in prin. vers. In text. ibi, & ibi Ias. num. 7. in fin. Bauer. num. 4.* Propriè enim dare non dicitur, nisi, qui directò, & immediatè dat.

Quintum exemplum fit in verbo, dono: nam & hoc nullam habet vim, nisi ea ab adiuncto deducatur. Itaque, si testator dicat, dono Titio meam hæreditatem, refere-
147 tur ad institutionem; † Cæterum, si dicat, dono fundum, vel aliam rem particularem,
148 referetur ad legatum † *l. quæsitum 76. §. 1. ff. de leg. 3. l. Aurelius. 29. §. Titius Seio ff. de lib. legat. Castr. in l. cum pater 79. §. donationis. num. 2. ff. de leg. 2. vbi declarat, quibus casibus hoc procedat*, quippe, quod est etiam dona-
149 tio † *l. legatum. 37. ff. de leg. 2. §. 1. Inst. de legat. Bartol. in l. si fundum per fideicommissum 94. num. 1. ff. de legat. 1.* Quamobrem & huius-
150 modi verbum dicetur † directum non ciuile.

Sextum exemplum afferri potest in verbo, lego, quod nec ipsum sine adiuncto vim aliquam habere potest: Nam, quod dicitur, verbum hoc habere certam significationem separatam, atque distinctam ab institutione, *vt referemus infra num. 157.* procedit respectu tituli, cum scilicet quærimus, an per id denotetur titulus institutionis, an verò titulus legati. Cæterum respectu substantiæ ipsius dispositionis, certum est, nullam eius esse vim, nisi ea deducatur ab adiuncto, puta quia dicat testator, lego fundum Tusculanum, aut quid aliud. Hoc autem verbum, sit ne directum, an obliquum, an verò commune, magna est inter nostros controuersia, quæ inde nata videtur, quia hoc verbum po-
151 test, & largè sumi, & strictè, † largè, quatenus etiam institutionem complectitur, *vt in l. verbis legis. 120. ff. de verb. signif.* Strictè verò, quatenus ad eas tantum dispositiones refertur, quæ specialiter legata nuncupantur, & ab institutionibus distinguuntur, *vt in specie declarant Bart. in l. 1. num. 4. & ibi Castr. num. 2. Alex. num. 2. ff. de leg. 1. Polit. de subst. in prin. num. 6. vers. Addo etiam, Nig. in rub. ff. de leg. 1. num. 25. & 2. seqq. Romul. in l. nemo potest 58. num. 15. ff. eod.* Nam hoc stante censent plerique, verbum hoc esse com-
152 mune, † *vt Roma. consil. 179. num. 8. Alex. in d. l. 1. num. 2. ff. de leg. 1. & in addit. ad Bart. in l. his verbis. 48. in prin. in verb. non trahitur ff. de hæred. inst. Dec. in rub. C. de imp. & al. subst. num. 2. vers. sic etiam*, quod vi sua possit ad vtrumque successionis genus adaptari, & non solum inducere legatum, sed etiam in-
153 stitutionē, aut directā substitutionem, † *vti videre est apud Bald. in l. fin. num. 11. C. fam. erci.* Quamobrem dicimus, etiam hæreditatem appellatione legati contineri, *vti videre est apud Bart. in l. & fideicommissum. 85. ff. de leg. 3.* & verba quæ loquuntur de legatis trahi etiam ad hæreditatem, *l. filium. 5. §. sed & si portio, & ibi Bart. in prin. vers. vides ergo ff. de leg. præst.* Sed hæc opinio communiter
154 ab alijs fuit improbata, † *vti videre est apud Alex. in dict. l. centurio, num. 91. vers. sed, si tu quæris, & vers. & sic resideo, Gul. Ben. in dict. cap. Raynutius, in verb. eidem impuberi succederent, num. 12. Hyer. Tor. in dict. rub. ff. de leg. 1. num. 17. & 18. & ibi Aluar. num. 66. Rum. consil. 17. num. 3. vers. Nec dicatur vol. 2.* quia commune tantum id verbum appellatur, quod sui propria significatione ita potest id directam, vt ad obliquam vocationem
155 adaptari, † *vt declarant Bald. in dict. l. fin. num. 15. C. de sacros. Eccles. Gul. Ben. in d. cap. Raynutius, in verb. eidem impuberi succederent, num. 14.* Sed verbum, lego, ex sui propria significatione non potest ad institutionem, & sic ad directam vocationem referri, quia simplex eius appellatio legatum denotat,
156 non institutionem, † *vt declarant Ang. in l. cum ex filio. 39. in prin. num. 2. ff. de vulg. Alcia. consil. 166. num 3. lib. 9. Roll. cons. 34. num. 11. & 16. in fi. vol. 4. Crass. in §. institutio q. 15. num. 1.* Quamobrem dicimus, verbum hoc habere certam, et specialem significationem separatam, atque distinctam ab institutione,
157 † *vti videre est apud Bart. in d. l. centurio, num. 19. vers. Ideo dicat.* Non est igitur verbum commune.

Nec est contrarium, quod possit etiam in-
158 stitutionem complecti, quia id verum est, † si spectemus latam eius significationem. Cæterùm, si strictam, magis est, vt ad institutionem referri nequeat: Nam lata huius verbi significatio fuit vsu loquendi (cui stādum est) constricta ad eas dispositiones quę specialiter legata nuncupātur, et ab institu-
159 tionibus distinguuntur, † vt patet ex omnibus titulis ad legatorum materiam pertinentibus, *& in specie declarant Bart. in d. l. centurio, num. 19. vers. et per hoc. et ibi Rip. num. 98. vers. Non possum, Bart. in d. l. 1. num. 4 ff. de leg. primo. Bald. in l. quoties. 13. num. 3. vers. si autem C. de hæred. inst. Castr. in l. ex scriptura. 29 num. 3. ff. de test. tut. Corn. cons. 185. num. 5. vers. et, quia, uol. 1. Crisp. in rub. ff. de leg. primo. nu. 99. et ibi Nig. nu. 47. Rip. resp. 129. nu. 11.* et probat etiam (si diligenter ponderetur) locus Pomponij *in d. l. uerbis legis*, non quidem illis verbis, *sed id interpretatione coangu-*
160 *statum est*, † vt male *Bart. in d. l. 1. num. 4. uers. secundum ff. de leg primo. Rip. in d. l. cen. urio, num. 98 uers. Non possum, et ibi Ceph nu. 760. Crisp in d. rub ff. de leg. 1. num. 99. et 100. et ibi Hyer. Torn. num. 13. uers. Nec placet. Romul. in d. l. nemo potest. 58. num. 21. ff. de leg. 1.* quoniam illa, non de vi verbi sunt accipienda, sed de libera legandi, et disponendi fa-
161 cultate, † *ut rectè declarant gl. in dict. l. uerbis legis, in uerb. legum, Alex. in d. l. 1. num. 2. uers. tu, si uis, ff. de leg. primo. Polit. de substit. in prin. num. 6. uers. Addo etiam, Crott. in rubr. ff. de legat. primo, num. 10. uers. ultimo, et ibi Nig. num. 30. uers. 3. et num. 32. Crau. num. 64. uers. Nec obstat, Aluar. num. 46. et sequen. Galuan. in d. l. centurio, num. 326. uers. ita dic, Mantic. de coniect. ult. uolun. lib. 9. tit. 13 num. 11.* quippe, quæ non solum interpretatione prudentum, sed etiam varijs legibus, et Principum constitutionibus fuit constricta: Nam prudentum interpretatione constricta fuit,

eo ipso, quod censuerũt, ita demũ posse testa-
torē de re sua liberè disponere, si suum hære-
dē saltem in legitima instituerit, aut eum no-
minatim exhæredauerit. Legibus verò, puta
lege Furia, Voconia, Falcidia, quatenus certũ
legatis præscripserunt modum, quem testa-
toribus egredi non est permissũ §. 1. *Inst. de leg. Falc. l. 1. §. 1. ff. eod.* Principum denique
constitutionibus, in iis casibus, in quibus
etiam alicui portionem reliquendam sta-
tuerunt, puta vxori quartam, *Auth. præterea C. vnd. vir, & vx.* vel curiali dodrantem §.
excipitur, Auth. de trient. & sem. coll. 3. sed
hoc probat illis verbis, *latissima potestas tributa videtur, & hæredis instituendi, & legata, & libertates dandi*, quippe, quibus apertissimè
distinguit legata ab hæredum institutioni-
bus, *vti rectè animaduertit Alex. in d. l. centurio, num. 91. vers. sed, si tu quæris.*

Hinc igitur alij censuerunt, hoc verbum
162 esse directum † *vti videre est apud Bart. in d. l. centurio, num. 19. vers. fateor tamen, & ibi Iaf. num. 30. & 31. vers. pondera, Ang. in d. l. cum ex filio. 39. in prin. nu. 2. ff. de vulg. & in d. l. mulier. 22. §. vlt. vers. Idem Bart. & vers. & not. benè ff. ad Treb.* quia per id legatum inducitur,
quod directam continet, non obliquam vo-
cationem, *vt ostendimus supra num. 82.* Itaq;
(secundum eos) est directum, quoad lega-
163 tarium, sed non, quoad hæredem, † *vt declarant Bart. in d. l. centurio, num. 19. vers. fateor tamen, Imol. in d. l. cum ex filio 39. in prin. nu. 2. vers. Item not. ff. de vulg. & in d. l. mulier. 22. §. vlt. vers. & licet ff. ad Treb. Hyer. Torn. in dict. rubr. ff. de leg. 1. num. 13.* Quod verum
164 est, † si respiciamus ad ius antiquum, quo le-
gata à fideicommissis differebant: nam eo
iure verbum, lego, non inducebat fideicom-
missum, sed legatum, per quod vocatus recta
via, non per interpositam personam testa-
tori succedebat, siue testator simpliciter di-
165 xisset, lego, † *l. Titiæ textores. 36. in prin. l. si sic legatum 78. §. 1. l. si fundum sub conditione. 83. §. si libertus, & l. si quando 112. in prin. ff. de leg. primo, l. si quis seruum. 8. §. 1. l. Lucio Titio. 23. l. quidam in testamento. 30. l. Mœuio. 42. in prin. l. si ita scripsisset. 47. l. cum filius. 78. §. Lucio ff. de leg. 2. l. vxorem. 39. §. codicillis ff. de leg. 3. l. in singulos. 8. vers. & vsusfructus ff. de ann. legat. l. generalis. 32. in prin. l. vxori meæ 37. l. illi, cum illo. 40. ff. de usufr. leg. l. fin. §. Caio Seio ff. de lib. leg. l. filis, qui ducenta. 14. in prin. ff. de reb. dub. l. demonstratio falsa. 17. in prin. vers. igitur, l. cum tale. 71. §. Mœuiæ, l. auia. 76. in prin. & l. pen. in prin. ff. de condit. & demon.* siue (vt
frequentissime legitur in Pandectis) do lego
166 † *l. planè. 34. § sed & si quis. d. l. si fundũ sub conditione 83 §. Seiũ, §. Titio, & §. his verbis, & l. huiusmodi. 86 §. quibus ff de legat primo, l. Lucius Titius. 90. §. omnibus ff. de leg. 2. l. quæsitum. 76. §. cum vir, l. si chorus. 77. §. 1. l. prædijs 89. §. Titio, & l. hæres meus. 98. §. vxori, l. his verbis 100. §. ult. ff. de leg. 3. l. Titia. 19. §. fin. ff. de ann. leg. l. cum ita legatum. 41. ff. de usufr. legat. l. cum ita legatur. 9. in prin. ff. de opt. leg. l. si ita testamento. 15. in prin. & l. Seiæ. 20. §. liberto. ff. de fund. instr. l. Seia. 6. l. si quis ita legauerit. 32. l. quis autem. 33. ff. de aur. & arg. leg. l. Aurelius. 29. §. Titius Seio ff. de lib. leg. l. 3. in prin. l. sicut 5. l. alumnæ. 30 in prin. & §. fin. ff. de adim. leg. l. in conditionibus. 19. §. 1. l. falsa demonstratio 33. §. fin. l. Publius Mœuius. 36. in prin. l. nonnunquã. 51. & l. si ita expressum 68. ff. de cond. & demonstr.* Sed hodie sublato legatorum,
& fideicommissorum discrimine, magis est,
vt quod inducit legatum, censeatur obli-
quam, non directam dispositionem conti-
nere, scilicet, quia per id res capitur de ma-
nu alterius, quod directæ successioni refra-
gatur. Quamobrem verbum, lego, fre-
quentiùs, & recte dicitur à nostris verbum
obliquum, non directum, aut commune,
167 † *vti videre est apud Bald. in dict. l. cum ex filio. 39. in prin. num. 2. & ibi Iaf. num. 5. ff. de vulg. Alex. in d. l. centurio, num. 91. vers. & sic residio, & ibi Rip. num. 100. Ceph. num. 748. vers. In oppositum, Gul. Ben. in d. cap. Raynutius, in verb. in eodem testamento relinquens primo, num. 6. & in verb. Eidem impuberi succederent, num. 12 Corn. d. cons. 185. num. 5. vol. 1. Ruin. cons. 17. num. 3. vers. Nec dicatur, vol. 2. ubi ait, cum hoc transire magis communiter DD. Nigr. in d. rub. ff. de leg. primo, num. 32. & 33. & ibi Crau. num. 75. vers. sed, ubi, Trentac. de subst. d. part. 4. cap. 4. num. 14. Craff. in d. §. substitutio, q. 5. num. 23. Cutac. ad l. 1. ff. de vulg.*

Septimum exemplum sit in verbo, relin-
quo: nam nec huius certa potest esse vis, aut
qualitas, nisi ea ab adiuncto deducatur. Quã-
obrem pro varietate adiuncti, vel directum,
168 vel obliquum cẽsebitur, † *vt declarat Bald. in Auth. vnde. si parins, nu. 4. vers. Secus C. de inoff. testa. & patebit ex ijs, quæ latè dicemus in hoc cap. q. 4. & 12.* vt proinde non immeritò verbum
hoc frequentiùs à nostris dicatur commune,
169 † *vti videre est apud Bald. in d. l. vlt. num. 1. C. de sacros. Eccles. Castr. in l. nam quod. 14 §. non omnis, num. 3. & ibi Alex. num. 7 & 8. ff. ad Treb. Castr. in l. 1. in prin. num. 13. ff. ad l. Falc. Imol. in l. illa institutio. 32. in prin. num. 8 et in l. ex facto. 35. num. 12. in fi. ff. de hæred. inst. Roma. dict. cons. 179. num 8 Alex. in d. l. centurio, num. 91. vers sed. si tu quæris, & vers. fateor, & ibi Iaf. nu. 61. vbi testatur, ita communiter teneri, & nu. 62. & Galiau. num. 328. Alex. cons. 70. num. 8. vol. 2. Gul. Ben. in d. cap. Raynutius, in verb. in eodẽ testamento relinquens primo, num. 6. Caccialup. in d. l. precibus. 8. num. 102. C. de impub. & al. sub. Nig. in rub. ff. de leg. primo, num. 32. & ibi Crau. num. 74. Hyer. Toru. num. 17. Alcia. cons. 95. num. 7. lib. 9. Ruin. cons. 17. nu. 3. vol. 2. Armil. Teren. inter cons. ult. uol. cons. 22. nu. 4. uol. 2. Trentac. de subst. d. part. 4. cap. 4. num. 26. Craff. in d. §. substitutio q. 5. num. 16. Gratia. d. cap. 774. discep. for. num. 30.* quod sui natura possit ad
170 vtrunque successionis genus adaptari, † *vt declarant Bald. in d. l. ult. num. 1. C. de sacr. Eccles. Imol. in d. l. illa institutio. 32. num. 6. uers. pro prædictis ff. de hæred. inst. Crau. in d. rub. ff. de leg. primo, nu. 73.* Non solũ enim legatũ, aut
fideicommissum relinquitur, sed etiam hæ-
171 reditas † *l. si pupillus 26. ff. de cõd. inst. l. peto, 71. in prin. ff. de lega. 2. l. is, cui sub conditione. 18. ff. de cõd. et dem. l. 1. §. fin. ff. de tab. exh. l. hac edictali. 6. in prin. C. de sec. nup. l. omnimodo, 30. in prin. uers. & hæc quidem, C. de inoff. testam. §. 1. Auth. de trien. & sem. coll. 3. §. si uerò nulla, & ibi not. gl. in uerb. relictis, Auth. de hæred. & Falcid. coll. 1. §. hæc autem disposuimus, uers. cæterum Auth. ut, cum de app. cogn. coll. 8. Bart. in dict.*

l. illa

l. illa institutio. 32. num. 2. vers. & pro opinio-
ne, & ibi Imol. num 6 vers. & id etiam ff. de hæ-
red. inst. Roman. d. cons. 179. num. 8. Ceph. in d. l.
centurio, num. 751. & seq.

Octauum sit exēplum in verbo, constituo:
172 nam, licet id censeatur directum, † vti videre
est apud Bald. in d. l. humanitatis. 9. num. 51. C. de
imp. & al. subst. tamquam continens actum
testatoris facientis, non autem faciēdum alij
committentis, secundum ea, quæ diximus su-
pra num. 144 non tamen sciri potest, vtrum
ad institutionem referatur, an verò ad lega-
tum, nisi hoc ab adiuncto deducatur. Itaque,
si testatore dicat, constituo te hæredem, refe-
retur ad institutionem, ad quam etiam referri
173 posse † scripsit Mantic. de coniect. ult. volun. lib.
4. tit. 3. num. 8. Si verò dicat, constituo te vsu-
fructuarium, referetur ad legatum. Est igi-
tur directum non ciuile.

Nono verbum, restituo licet censeatur di-
rectum, quoties refertur ad actum testatoris,
174 † vt scribunt Caccialup. in d. l. precibus 8. num.
102. C. de impub. & al. subst. Gul. Ben in d. cap.
Raynutius, in verb. eadem impuberi succederent,
num. 10. vers. & idem dicendum Rip. in d. l. centu-
rio, num. 181. Trentac. de subst. d. part. 4. cap. 4.
num. 15. vers. Item declaratur, Crass. in d. §. sub-
stitutio q 4 num 9 non tamen scire possumus,
vtrum ad directam, vel obliquam dispositio-
nem referatur, nisi hoc deducamus ab ad-
iuncto: Nam, si testator dicat, restituo tibi
meam hæreditatem, referetur ad directam,
175 † vt scribunt Bald. in d. l. humanitatis. 9. num.
53. vers. mirabili C. de impub. & al. subst. Gul.
Ben. in d. cap. Raynutius, in verb. eadem impu-
beri succederent, num. 17. vers. similiter, Perig. de
fideicom. artic. 34. num 62. Si verò dicat, restituo
tibi talem fundum, aut aliam rem particula-
rem, referetur ad obliquam. Est igitur & ip-
sum directum non ciuile.

Decimo verbum, distribuo. & ipsum cen-
setur directum, quoties refertur ad actum
176 testatoris, † vt scribunt Bald. in d. l. fi. num. 16.
vers. si autem C. de sacr. Eccl. Gul. Ben. in d. cap.
Raynutius in verb eadem impuberi succederent,
num. 10 vers. & idem dicendum, sed ab adiun-
cto deducitur, vtrum ad directam, an ad ob-
liquam vocationem debeat referri: Nam, si
testator dicat, distribuo meam hæreditatem,
referetur ad directam, si verò dicat, distribuo
talem fundum, aut aliam rem particularem,
referetur ad obliquam. Est igitur & hoc ver-
bum directum non ciuile: Idem dicendum
est, & de verbo, diuido, quod eandem ha-
bet vim: Nam & hoc est directum non ciui
le, & sic effectu commune per ea, quæ dice-
mus infra num. 178. Quamobrem commune
vocatur à Bald. in d. l. quoties. 10. num. 3. C.
fam. ercis.

Vndecimo id ipsum dicitur, & de verbo,
177 assigno: nam & hoc censetur directum, † vt
scribunt Bald. in d. l. fin num. 16. vers. si autem
C. de sacr. Eccl. Gul. Ben. in d. cap. Raynutius, in
verb. eadem impuberi succederent, num. 8. versic.
Idem dico, Rip. in d. l. centurio, num. 181. & ibi
Oria. num. 11. vers. & per hoc, Caccial. in d. l. pre-
cibus 8. num. 102. C. de impub & al. subst. Trenta.
de subst. d. part. 4 cap. 4. num. 4. sed ab adiuncto
deducimus, vtrum debeat ad directam, an
ad precariam, siue obliquam vocationem
referri; nam, si testator dicat, assigno meam
hæreditatem, vel omnia mea bona, refere-
tur ad institutionem, siue substitutionem di-
178 rectam, † vti videre est apud Alex. cons. 12. num.
13. volum. 3. Si verò dicat, assigno talem fun-
dum, referetur ad legatum, vt scribit Mantic.
de coniect. vlt. volunt. lib. 8 tit. 1. num. 6. Quam-
obrem & hoc verbum debet censeri directū
non ciuile. Idem dicendum est & de verbis,
cōsigno, et resigno, quippe, quę ab eodē fonte
procedunt: nam & hæc censentur directa,
179 † vt docuit Trentac. de subst. d. part. 4. cap. 4.
num. 4. Quamobrem ea, quæ de verbo, assi-
gno, diximus, debent etiam in ijs censeri re-
petita.

Duodecimo verbum, cedo, seu, concedo,
180 directum est, † vt scribunt Bald. in d. l. vlt. num.
16. C. de sacr. Eccl. Gul. Ben. in d. cap. Raynutius,
in verb. eadem impuberi succederent, num. 8. &
10. vers. & idem dicendum, Caccial. in d. l. preci-
bus 8. num. 102. C. de impub. & al subst. Oria. in
d. l. centurio, num. 11. vers sed quid, Trenta. de
181 subst. d. part 4. cap 4. num. 5. quia † testator per
id sibi assumit officium executoris, vt scri-
bunt Bald. in d. l. fin nu. 16. C. de sacr. Eccl. Gul.
Ben. in d. cap. Raynutius, in verb eadem impuberi
succederent, nu. 10. vers. & idem dicendum Oria.
in d. l. centurio, num. 11. vers. sed quid, sed ab eo
quod conceditur, colligere debemus, vtrum
ad institutionem, an verò ad simplex reli-
ctum referri debeat: nam, si testator dicat, ce
do, seu concedo hæreditatem, vel omnia bo
na, referetur ad institutionem, si verò rem
aliquam particularem, referetur ad legatum
182 † l. fin. in prin ff de donat. Quamobrem, &
hoc verbum censetur directum non ciuile.

Decimotertio id ipsum dicitur, & de ver-
bo, adiudico, quod etiam directum dici-
183 tur † a Bald. in d. l fin. num. 5. vers. modo venio
C de sacr. Eccl. Gul. Ben. in d. cap. Raynutius,
in verb. eadem impuberi succederent, nu. 7. Cac-
cial. in d. l. precibus, num. 102. Oria. in d. l. centu-
turio, num. 11. Trenta. d. part. 4. cap. 4. num 4.
nam à re, quæ adiudicatur, colligimus, vtrū
ad institutionem, an verò ad legatum debeat
referri. Quamobrem & hoc verbum cense-
ri debet directum non ciuile.

Decimoquarto simile præcedētibus est ver
bum, adijcio, siue (vt rectiùs dicitur) addi
184 co: nam & hoc directum vocatur † a Bald. in
d. l fin. num. 5. vers. modo venio C. de sacr. Eccl.
Gul Ben. in d. cap. Raynutius, in verb. eadem im-
puberi succederent, num. 6. Caccial. in d. l. preci-
185 bus, num. 102. quia † denotat translationem,
quæ fit in alium recta via, vt patet ex tit. Inst.
de eo, cui lib. caus. bon. add. & ex l. ergo. 4. §. 1. vers.
&, cum inuitus ff. de fideic. lib. Et in specie decla-
rant Bald & Gul. Ben. in relatis locis, Sed inter-
dum refertur ad institutionem, interdum ve
rò ad legatum, prout denotat res, quam te-
stator addicit. Quamobrem, & hoc verbum
censeri debet directum non ciuile. Et, vt ge-
neraliter concludam, Omne verbum, quod
in persona testatoris includit dispositionem,
& executionem, quatenus iuris est, cense-
186 tur directum. † Ita definiunt Bald. in
d. l. fin. num. 16. C. de sacr. Eccl. Orian. in d. l.
centurio, num. 11. vers. ratio est, Decia. consil. 26.
num. 27. vol. 2. Et hæc quidem sunt verba, quę
ad testatorem referuntur.

Secundum vero genus est eorum verborum, quæ diriguntur ad vocatum, siue honoratum, Et hæc sunt in duplici differentia: quædam enim denotant essentiam, quædam vero factum ipsius vocati.

Essentiam, quæ denotant, per se nullam, aut vim, aut qualitatem habent, nisi ea ab adiuncto deducatur. Itaque, si testator dicat, hæres esto, quia verbo, esto, adijcit verbum, hæres, quod est ciuile, vt *diximus supra num.* 115. ideo operatur, vt prædicta verba
187 censeantur directa, & ciuilia: † *Directa enim dicuntur in d. l. quoniam indignum* 15. *C. de testa. & à Bart. in d. l. centurio num.* 43. *& ibi Alex. num.* 91. *uers. Addo etiam, Ias, num.* 62. *Oris. num.* 9. *Bald. in dict. l. ult. num.* 17. *vers. Istud est certum C. de sacros. Eccl. Imol. in l. mulier.* 22. *§. ulti. uers. licet ficus ff. ad Treb. Gul. Ben. in dict. capit. Raynutius, in uerb. eidem impuberi succederet, nu.* 11. *Duran. de art. testam. tit.* 5. *caut.* 12. *num.* 4. *Nicol. Bellon. in §. qua ratione, num.* 21. *Inst. de pupill. Trentac. de substitut. dict. part.* 4. *capit.* 4. *num.* 6. 7. *&* 10. *Menoch. cons.* 105. *num.* 10. *Cuiac. ad l.* 1. *& ad l. verbis ciuilibus,* 7. *ff. de uulg. Et ciuilia à Bart. in dict. l. centurio, num.* 56. *Imol. in dict. l. ex facto,* 35. *num.* 12. *in fi. ff. de hered. inst. Alex. cons.* 45. *num.* 9. *volum.* 1. *Mantic. de coniect. ult. volun. lib.* 5. *tit.* 16. *num.* 23. *Et directa ciuilia ab eodem Bart. in dict. l. centurio, num.* 15. *&* 18. *& ibi Imol. num.* 1. *vers. Item directorū, & num.* 11. *in fi. & num.* 24. *vers. & si. patet. & num.* 26. *Alex. num.* 65. *uers.* 3. *& num.* 89. *Ias. num.* 62. *Galeat. num.* 262. *&* 506. *&* 527. *Rip. num.* 180. *Altia. num.* 98. *vers. limitatur Cephal. num.* 509. *Bald. in dict. l. precibus.* 8. *num.* 50. *vers. Item quæritur, & in dict. l. humanitatis* 9. *num.* 55. *C. de impub. & al. subst. Ang. cons.* 13. *num.* 3. *Ias. in d. §. quidam recte, num.* 8. *& ibi Socin. iun. num.* 13. *Peregr. de fideic. artic.* 34. *num.* 49. *&* 54. *Crass. in dict. §. substitutio q.* 5. *num.* 2. *Seu uerò directa à Galeat. in d. l. centurio, num.* 439. *uers. sed dic*, & per consequentias, vt ad institutionem, vel directam substitutionem, puta
188 vulgarem, aut pupillarem referantur: † *Ita enim de institutione constat ex l.* 3. *§. in col. commodissimè,* 10. *l. si ita scriptum,* 13. *in prin. & §. testamentum, & l. Gallus,* 29. *in prin. ff. de lib. & posth. l. cum in secundo,* 16. *§. fin. ff. de iniust. rupt. l.* 1. *§. qui neq; l.* 3. *§. si quis ita scripserit, l. si inæqualibus,* 12. *l. interdum,* 13. *in princip. l. ex facto* 19. *l. Titius, & Seius,* 24. *l. si ita quis institutus sit,* 28. *l. cum in testamento,* 37. *§. hæc verba, & §. fin. l. si Mæuia* 45. *l. si ita scriptum fuerit,* 47. *in princ. l. his verbis* 48. *§.* 1. *l. talis* 51. *in prin. l. potiss.* 56. *l. nemo dubitat* 58. *in prin. l. liber homo* 59. *§. Titius hæres, l. si ita quis hæredes instituerit* 66. *l. si ita scriptum fuerit* 67. *l. si quis Sempronium* 68. *l. Cornelius* 69. *l. asse toto.* 77. *l. iam dubitari,* 86. *& l. ei, qui soluendo,* 88. *ff. de hered. inst. l. Caius Seius* 88. *in prin. ff. de leg.* 2. *l. si Titius.* 14. *& l. Lucius Titius,* 82. *ff. de cond. & demon. & scribit Vlp. tit.* 21. *Inst. De substitutione vero vulgari ex l.* 1. *§.* 1. *l.* 2. *in princ. vers. sed & si, et tot. tit. ff. de vulg. l. si is, qui ducenta,* 14. *§. item, si paterfam. ff. de reb. dub. l.* 9. *§.* 9. *in eo ff. de lib. & posth. l. si ita quis institutus sit,* 28. *& l. cum in testamento,* 37. *in prin. ff. de hered. inst. De pupillari uerum*
ex l. ita tamen, 27. *§. qui fuit spectam, ff. ad Treb. l. cum filio.* 2. *l. qui liberis,* 8. *in prin. & §.* 1. *l. si ita quis substituerit* 21. *l. in substitutione,* 31. *l. qui plures,* 38. *in prin. & l. ex facto.* 43. *§. Item quero ff. de vulg.* Hanc enim habent tacitā, & ex propria ipsorum natura prouenientem
189 significationem, † *vt ait Bart. in dict. l. centurio, num.* 19. *vers. Ideo dicas*, adeo, vt, etiā si prædicta verba non fuerint à testatore expressa, sed per interpretationem suppleantur, vt, cum testator ait, Lucius esto, quo casu suppletur verbum, hæres, vel, cum ait, Lucius hæres, quo casu suppletur verbum, esto, nihilominus censeantur directa, & ciuilia, & per consequentias ad institutionem
190 referantur † *l.* 1. *§. si ex fundo, & §. fin. ff. de hær. instit. Et in specie declarant Bald. in dict. l. humanitatis,* 9. *num.* 51. *C. de impub. & al. substit. Gul. Ben. in d. cap. Raynutius, in verb. eidem impuberi succederent, num.* 11. *Trenta. de subst. dict. part.* 4. *cap.* 4. *num.* 7. Idem est, &, si testator dicat, hæres sit, vel, erit: nam, quia nulla est hodie differentia, vtrum imperatiuo, an alio modo verba proferantur *dict. l. quoniam indignum,* 15. *C. de testa.* ideo fit, vt etiam prædicta verba censeantur directa ci-
191 uilia: † *Directa enim dicuntur a Bald. in l.* 1. *in prin. vers. Item dico ff. de hær. inst. & in dict. l. humanitatis* 9 *num.* 51. *Alex. in d. l. quoniā indignum,* 15. *num.* 3. *Caccial. in d. l. precibus num.* 102. *Ceph. in dict. l. centurio, num.* 468 *&* 491. *Trenta. dict. part.* 4. *cap.* 4. *num.* 10. *Caroc. decis.* 68. *num.* 8. *&* 9. *Et directa ciuilia a Bart. in dict. l. centurio, num.* 14. *& ibi Imol. num.* 12. *in fi. Ias. num.* 5. *Imol. in dict. l. verbis ciuilibus* 7. *num.* 3. *vers in glo.* 1. *ff. de vulga. Rui. in dict. §. quidam recte, nu.* 19. *vers.* 2. *aduertendum, Bursa. cons.* 221. *num.* 11. & per consequentias, vt ad institutionem referan-
192 tur, † *vti constat ex dict. l. quoniam indignum, & ex Vlp. dict. tit.* 21. *Inst.* Denique idem est, &, si non adijciat verbum, hæres, sed verbum, dominus, quod & ipsum directum
193 est, † *vt scribunt Galeat. in dict. l. centurio, num.* 508. *Dec. dict. consil.* 607. *num.* 1. *vers. cui adde:* Nam, quia simplex, domini, seu, dominij appellatio de directo intelligitur
194 † *l.* 1. *§. qui in perpetuum ff. si ag. vect. Et in his terminis declarant Bald. in dict. l. fin. num.* 17. *vers. istud est certum C. de sacros. Eccles. Gul. Ben. in dict. capit. Raynutius, in verb. eidem impuberi succederent, num.* 11. *in fi. & Galeat. in dict. l. centurio, num.* 508. ideo & hęc verba, dominus esto, censentur directa,
195 † *vt scribunt Bald. in d. l fin. num.* 17. *uers. Istud est certum, Gul. Ben. in d. cap. Raynutius, in verb. eidem impuberi succederet, num.* 11. *in fin. Oris. in d. l. centurio, num.* 9. *Trentac. de substit. d. part.* 4. *cap.* 4, *num.* 6. *Crass. in d. §. substitutio q.* 5. *num.* 6. Quamobrem, si adijciantur vniuer-
196 sitati referentur ad institutionem † *l. his verbis* 48. *in prin. ff. de hered. inst.* Cœterùm, si adijciātur rei particulari, referentur ad simplex legatum: Hinc intelligimus, verbum, dominus, esse quidem directum, sed non ciui-
197 le, † *vt declarat Galeat. in d. l. centurio, num.* 508. quia non habet certam significationem, sed potest, vel ad institutionem, vel ad legatum referri pro varietate rerum, quæ adijciuntur. Planè vno casu crediderim esse ciuile,

uile, cum scilicet testator facit mentionem
de hæreditate, puta dicit, hæreditatis meæ
198 dominus esto. † ut in d. l. hi uerbis 48. in prin.
in quibus terminis veram esse puto sententiam
Pereg. d. artic. 34. num. 49. & aliorum existimā
199 tium, † ea verba esse directa ciuilia, quia, licet verbū, dominus, non sit ciuile, hanc
tamen qualitatem recipit ab adiuncto, nempe ab, hæreditatis, verbo, quod ciuile reputa
tur. Nec obstat, quod hæres, idem videatur
200 esse, quod dominus † §. pro hærede, Instit. de hæred. qual. & diff. Et scribunt Ias. in d. l. centurio,
num 31. uers. Pondera, Dec. d. cons. 607. num. 1.
uers. & ad hoc facit, Pic. in l. in quartam 90.
num. 166 ff. ad leg. Falc. eaque ratione, si verba, hæres esto, sunt ciuilia, debeant etiam ci
201 uilia reputari verba, dominus esto † ut considerat Pereg. d. artic. 34. num. 49. quia, licet verum sit, hæredem significare dominum, non
tamen verum est, eandem esse vtriusque verbi vim, scilicet, quia latiùs patet domini,
202 quam hæredis appellatio: † Dominus enim
dicitur, quicunque plenum in re ius habet, &
ex quacunque causa, hæres verò non, nisi,
qui id habet ex causa hæreditaria. Itaque
quicunque hæres est, idem est & dominus,
sed non contra. Ex quo fit, vt, licet verbum,
hæres, tamquam denotans successorem in
vniuersum ius defuncti, cēseatur ciuile, non
tamē ciuile censeri possit verbum dominus,
quippe, quod magis est, quam illud generale, vt supra dictum est. Denique, si testator
non adijciat verbum, hæres, aut, dominus,
sed dicat, sit contentus, verius est, dispositionem non trahi ad institutionem, sed ad sim-
203 plex legatum, aut fideicommissum, † ut de legato cōstat ex l. quæsitum 76. §. 1. ff. de leg. 3. De
fideicommisso verò ex l. peto. 71. in prin. & l. cum
pater. 79. §. pater ff. de leg. secundo. l. fideicommissa. 11. §. si quis ita scripserit ff. de leg. 3. & Paul.
lib. 4. sent. tit. 1. §. qui fideicommissum.

Eorum verò verborum, quæ denotant vocati factum, varia possunt exempla afferri.

Primum in verbo, hæreditet, quo plerunq;
notarij, vel testatores imperiti vtuntur. Et
204 hoc, quia denotat esse hæredem, † ut declarant
Ias. in d. l. centurio, num. 74. & ibi Rip. nu. 180.
quæ res non potest ex dispositione testatoris
contingere, nisi beneficio institutionis, aut
substitutionis directæ, ideo censetur directū.
205 & ciuile: † Directum enim dicitur a Ias. in d. l. centurio, num. 74. & ibi Rip. num. 180. Trentac. de subst. d. part. 4. cap. 4. num. 7. Mantic. de
coniec. ult. uolunt. lib. 8. tit. 1. num. 6. Directum
vero, & ciuile à Galeau. in d. l. centurio, num.
538. Mantic. d. lib. 8. tit. 1. nu. 16. Pereg. de fideic.
d. art. 34. num. 49.

Secundum verò exemplum afferri potest
in verbo, succedat, quod est magis generale, quā verbum hæreditet: Non solum enim
per hæreditatem, vel bonorum possessionem
206 succeditur † l. 1. & l. 2. C. comm. de success. l. si abducta 10. C. de furt. l. si in personam. 21. C. de
fidei. l. quamquam 10. C. ad leg. Falc. sed etiam
207 per legatum, aut fideicommissum, † ut de legato constat ex l. si rem legatam. 6. ff. de except.
De fideicommisso vero ex l. non enim. 38. ff. ad
Treb. l. 2. §. si defunctus ff. pro empt. l. sed & eius
25. §. 1. ff. famil. ercis. Et ideo verbum hoc a no
208 stris frequentiùs dicitur commune, † ut uidere est apud Bart. in d. l. centurio, num. 52. & ibi
Imol. num. 16. uers. Item quia Alex num 65. Ias.
num. 30. uers. Tu responde, & num 71. ubi ait, cū
Bart. teneri indifferenter alios, & uers. tene, ubi
testatur sententiam Bart. esse communem, Galeau.
num. 525. Rip. num. 71. uers. Nec obstat, & num.
192. Oria num. 10 Ceph. num 484 Bart. in l. non
tantum 51. ff. de fideic lib Bald. in d. l fin. nu. 17.
uers. Idem dico C. de sacr. Eccl. Ang. cons. 148.
num. 4. & 5. Alex. cons. 3. num. 1. uolum. 7. & in
d. l. precibus, nu. 10. uers. in ea ibi, & ibi Caccial.
num. 102. C. de impub. & al. subst. Duran. de art.
testa. tit. 5. caut. 12. num 6. Gul. Ben. in d. cap. Raynutius, in uerb. eidem impuberi successerint, in
prin & num. 16. Natt. cons. 551. num. 2. Rub. in
d. §. quidam rectè num 24. uers tertio adducitur.
Trent. de subst. d part. 4. cap. 4 num. 22. Crasi. in
d. §. substitutio q. 5. num. 20. Cont. inter cons. ult.
uol. cons. 33. num. 3. & 5. uol. 1. Petr de Barbob.
inter eadem cons in cons. 138. num. 9. & 10. eod.
uol. Bursat. cons. 261. num. 6. ubi testatur, hanc
esse receptiorem sententiam. & cons. 381. num 6.
Mantic decis. 367. num. 2. Gratia. discep for. cap.
407. num. 9. & cap. 542. num. 26. Menoch. consil.
797. num 43. quia sui natura potest ad vtrūq;
209 successionis genus adaptari † l. non solum. 6.
ff. de in integ. rest. Et declarāt Galeau. in d. l. centurio, num. 527. Natt. d. cons. 551. num. 2. Cont. inter d. cons ult. uol. cons. 33. num. 4. uol. 1. Bursat. d.
cons. 381. num. 6. Nec est contrarium, quod in-
210 terdum dicatur obliquum † ut ab Ang. consil.
83. num. 2. quia hoc euenit ratione adiuncti,
211 † ut declarat Bal in d. l. fin. nu. 17. vers. idem dico
C. de sacr. Eccl. Nam, quia verbum commune adiectum certæ rei vim habet obliquam,
ut dicemus in hoc cap. q. 12. ideo hoc respectu
frequenter dicitur obliquum. Planè, quod
diximus esse commune, procedit, si principaliter referatur ad res, secundariò vero ad
personam, cui succeditur, prout euenit cum
testator ait, Titius succedat in bonis, vel, cum
loquitur impersonaliter, puta dicit, Titius
succedat. Cœterùm, si principaliter refera
tur ad personam, cui debet succedi, puta, quia
testator dicat, Titius succedat filio meo, ma
212 gis est, vt censeatur directum. † Ita declarāt
Bald in d. l. ult. num. 17. uers. idem dico C. de sacr.
Eccl. Gul. Ben. in d. cap. Raynutius, in uerb. eidem
impuberi succederent, num. 16. Oria. in d. l. centurio, num. 10. Petr. de Barbo. inter d. cons. ult. uol.
cons. 138. nu. 10 uolum. 1. Trentac. d. part. 4. cap.
4. num 22. Mantic. d. deci. 367. nu. 8. Sed hac de re
latè dicemus in hoc cap. q. 14. in 4. casu.

Tertium exemplum afferri potest in verbo, veniat, quatenus ad honorati factum
213 refertur: Nam & hoc est commune, † ut
sentiunt ij, qui simpliciter dicunt, id esse commune, non distinguentes, vtrum ad honorati factū,
an vero ad rem ipsam referatur, quos referimus
214 infra num. 319. quia † non solum ad hæreditatem quis venire dicitur, vt in l. 2. § sed, si sint
sui ff. ad Tert. sed etiam ad legatum, vel fideicommissum, vt de legato constat ex l. si pluribus. 33. ff. de legat. primo. Quamobrem,
& hoc verbum à testatore prolatum poterit
ad vtrunque successionis genus adaptari, &
trahi, vel ad institutionem, aut directam
substitutionem, vel ad legatum, aut fideicommissum.

Quartum exēplum potest afferri in verbo

perueniat. quatenus etiam ad honorati fa-
215 ctum refertur: Nam, quia † peruenire quis
dicitur, non solum ad hæreditatem, vt in l.
mater filio 92. ff. de condit. & demon. sed etiam
ad legatum, vel fideicommissum, vt de
legato constat ex dict. l. si pluribus. 33. ff. de
leg. primo, & hoc modo sumitur hoc verbum,
& in sensu directo, & in sensu obliquo, ideo
216 dicitur commune, † vti videre est apud eos,
quos referemus infra num. 334. simpliciter dicen-
tes, id esse commune. Quamobrem, si fuerit
in testamento expressum, poterit, vel ad insti-
tutionem, seu directam substitutionem trahi,
vel ad legatum, aut fideicommissum, pro
varietate adiuncti, et, specierum, quæ propo-
nentur.

Quintum exemplum afferri potest, in ver-
bo, capiat, quod à nostris communiter dici-
217 tur directum, † vti videre est apud Galiau. in
dict. l. centurio, num. 177. Caccial. in dict. l. preci-
bus 8. num. 102. C. de impub. & al. subst. Tiraq.
in dict. l. si vnquam, in verb. reuertatur, num.
189. Trenta. de subst. dict. part 4. cap. 4. nu. 5.
Craff. in dict. §. substitutio q. 5. num. 5. scilicet,
218 quia † (secundum eos) denotat vocatum
debere capere manu sua, non autem de ma-
219 nu alterius, † vt in specie declarant Galiau.
in dict. l. centurio, num. 177. & ibi Rip. num. 69.
vers. primo. Sed, quia non explicat, vtrum
debeat capere, vt hæres, an verò, vt legata-
rius, cum tamen vtroq; modo id facere pos-
sit, scilicet, quia et hæres capere dicitur, et
220 legatatius, † vt de hærede constat ex dict. l. cen-
turio, 15. ff. de uulg. l. unum ex familia, 69. §. fin.
ff. de leg. 2. De legatario verò ex l. si hæres, 76.
§. uerū, l. si Titio 95. in prin. l. si mihi Sempro-
nius, 103. & l. ciuitatibus, 125. §. fin. ff. de leg. 1,
l. si Titio, 7. l. cum ei, qui partem, 43. & l. debitor.
84 §. seruo, ff. de leg. 2. l. cum quis decedens, 35. in
prin. ff. de leg. 3. l. cum in annos 11. ff. de ann. leg.
l. si seruus legatus. 27. § fin. ff. de adim. leg. l. sed, si
hoc. 61. §. fin. & l. hoc genus legati, 105. ff. de cond.
et dem. l. 1. §. si usufructus ff. ad l. Fal. et de utroq;
ex l. planè, 97. §. fin. ff. de leg. 1. l. 1. §. 1. ff. ad l.
Falc. ideo, tamquam non habens certam, et
determinatam significationem dicitur di-
221 rectum non ciuile, † uti uidere est apud Bart.
in dict. l. centurio, num. 16. & ibi Imol. num. 26.
vers. Item etiam adde, Galiau. num. 508. uers.
credo, Rip. num. 69. uers primo. & num. 71.
Ceph. num. 514. & 713. uers. 2. Quamobrem
eius vis erit ab adiuncto deducenda: Nam,
si adijciatur vniuersitati, et alius institutus
non sit, referetur ad institutionem, si verò
alius institutus sit, aut adijciatur rei particu-
lari, referetur ad legatum.

Sed mihi verius videtur, hoc verbum esse
222 commune, non directum † ut rectè censuit
Galiau. in dict. l. centurio, num. 177. uers. sed ad-
uerte, quia, cum ad vtrunque acquisitionis
genus adaptari possit: ita enim capere dici-
tur, qui ab alio capit, veluti fideicommissa-
223 rius, vt, qui propria authoritate, † sicuti de
hærede diximus supra num. 220. De fideicom-
missario uero constat ex l. filiusfam. 117. § fidei-
commissum ff. de leg. primo, l. si deportati. 7. in
prin ff. de leg. 3. l. libertis, 4. in prin. ff. de alim.
lega. l. ubi purè, 19. in prin. ff. ad Treb. Conse-
quens est, vt sit commune, secundum ea, quæ
diximus supra num. 67.

Nec obstat, quod hoc verbo, capito, relin-
querentur olim legata, quæ non, nisi directis
verbis dari poterant, ut diximus supra num.
25. quia id locum habuit iure vetere, quo
directa censebantur omnia verba, imperati-
ua, siue imperatiuo modo prolata, adeo, vt
etiam verbum, dato, quod hodie sine dubio
censetur obliquum, inter directa numerare-
tur, ut diximus supra num. 25. & dicemus etiam
infra num. 286. uers. Nec est contrarium. Sed
hodie, quia non spectamus modum loquen-
di, sed vim, et effectum verborum dict. l. quo-
niam indignum, 15. C. de testam. d. l. 2. in prin.
C. com. de legat. magis est, vt non censean-
tur amplius directa, sed communia, si vi sua
possunt vtrumque sensum, directum scilicet, et
obliquum recipere, secundum ea, quæ supra
diximus.

Minus obstat, quod verbum capiat, vi sua
denotet, vocatum debere accipere propria
authoritate, quia hoc est perspicuè falsum,
224 † vt scribūt Galiau. in dict. l. centurio, num. 260.
Rip. in l. 1. in prin. num. 11. & §. si quis ex mor-
tis, num. 3. ff quor. lega. Men. de adip. poss. rem.
2. num. 45. & 50. Et patebit ex ijs, quæ de
verbo, accipiat, mox dicemus.

Sextum exēplum sit in verbo, accipiat,
quod in proposita materia, in qua respicimus
225 ad factum, non differt à verbo, capiat, † qua
ratione cum eo confunditur in l. si ita quis te-
stamento. 53. in princip. & l. si mihi, &
Titio, 57. §. 1. ff. de legat. 2. licet aliàs dif-
ferat in eo, quia capere non dicitur, nisi qui
rem cum effectu capit, id est, acquirit, et reti-
net, accipere verò dicitur etiam is, qui eam
retinere nequit, vt ostendemus in hoc cap. q. 48.
nu. 14. Nam et hoc verbum (secundum eos)
226 directum est, † vti videre est apud Bart. in dict.
l. centurio, num. 19. Et ibi Imol. num. 19. vers. si
autem est facta, Galiau. num. 336. & 339. Ceph.
num. 830. Caccia. in d. l. precibus, 8. num. 102. C.
de imp. & al. subst. Alex. cons. 45. nu 9. vol. 1. &
cons. 12. num. 12. vol. 3. Tiraq. in d. l. si unquam,
in verb. reuertatur, num. 189. Trentac. de substit.
dict. part. 4 cap. 4. num. 2. Craff. in d. §. substitu-
227 tio. q. 5. num. 3. quia † denotat vocatum de-
bere capere manu propria, non autē de manu
228 alterius † l. Titia 35. §. 1. ff. de leg. 2. Sed quia
non habet certam, et specialem significatio-
229 num, † vt ait Bart. in d. l. centurio, num. 19. vers.
ideo dicat: Non enim explicat, vtrum debeat
accipere, vt hæres, an verò, vt legatarius, cum
tamen vtroq; modo intelligi possit, scilicet,
quia et hæres dicitur accipere, et legatarius,
230 † vt de hærede constat ex §. 1. vers. si verò conti-
gerit, Auth. de incest. nupt. coll. 2. de legatario verò
ex l. 1. §. non quærimus, uers. dolo autem ff. si quis
om. cau. test. l. cum seruus, 18. ff. de cond. inst. l.
cum res, 49. § ult. l. non quocunq; 84. in prin. l.
huiusmodi, 86. § sicut homo, § ædes, §. qui seruū,
& §. fin. & l. si mihi Stichus 100. ff. de leg. primo,
l. Imperator. 72. in prin. & l. Lucius Titius, 90. §.
Sempronia, ff. de leg. 2. l. 3. §. 1. l. ex parte, 22. l. al-
teri, 25. & l. libertus, 29. ff. de adim. leg. l. cum sub
hac 66. l. Titio fundus, 72. in fi. et l. auia 76. in
prin. uers. Nam, et cum ff. de cond. et dem. Et de
utroq; ex l. quæ sub conditione, 8. in prin. ff. de
cond. instit. l. ab eo. 9. C. de fideicom. Et in specie
declarat Bart. in dict. l. centurio, num. 16. ideo
231 dicitur verbum dubium † a Galiau. in d. l. cen-
turio,

turio num.338. in fi. & frequentiùs directum
232 non censuit,† *sicuti uidere est apud Bart.in d.l.cēturio,num.16. & 18 uers.si uero substituit, & ibi Imol nu.1.uers Item directorum.& nu. 26. uers. Item etiam adde. Alex.nu.65.uers tertia. Galiau. num.334.342 & 508.uers.credo, Rip. num.103. Ceph.nu.514. Alex d.conf.12.nu.19.uol.3.* Quāobrē eius quoq; vis erit ab adiuncto deducenda,ita, vt, si adijciatur vniuersitati, referatur ad institutionem, vel directam substitutio-
233 nem, si modo alius institutus non sit.† *vt declarant Galiau.in d.l.centurio, num. 336. & ibi Rip.num.104.vers.tertio aduerte, Et accipiendi suat Bart in d l.centurio,num.21.uers.sed istud verbum & alij simpliciter dicentes ad directam trahi, si ad uniuersitatem bonorum referatur.* Si verò adijciatur rei particulari referetur ad le-
234 gatum, † siue alius institutus sit,*vt in d.l.Titia 35.§.1.ff. de leg.secundo,* siue non, *vt declarat Rip.in d.l.centurio,num.104 uers.tertio aduerte.* Et ita frequentiùs dicitur.

Sed mihi veriùs videtur, hoc etiam verbū,
235 nō directū esse sed commune,† *vt etiam censuerunt Imol. (licet sub dubio) in d.l.centurio, num. 19. versic. si autem est facta, & ibi Iaf. num. 38 versic. reperio, Roman. consil. 200. num. 1. Bapt. de S. Blas. inter cons. ult. uolumi. consil. 46. num. 8. uolum. 1. & cons. 34. num. 9. uolum. 2. Caroc. decis. 45. num.9.* quia
236 † tam ad obliquum, quam ad directum capiendi genus potest adaptari, *l. Antoninus 42.*
237 *ff de fid.liber.* Ita enim accipere dicitur, † qui ab alio, vt, qui propria authoritate capit: Quo sensu dicimus, mutuum accipere *l. fin. §.quatuor ff. de leg. 2.* Vnde Plaut.in Curcul.

Ibi sunt, qui dant, quique accipiunt fœnore.

Et fideicommissarius, quem certum est capere de manu alterius, non propria, dicitur accipere *l qui solidum 80.ff de leg.secundo, d l. libertis.4.in prin.ff.de alim leg l.ergo.4.§.his, qui fideicommissam ff.de fid liber.l.quoties 23 ff. ad Treb. d. l.ab eo.9.C. de fideicom. Et in specie declarat Galiau.in d.l.centurio, num. 338.uers sed aduerte.* Denique verbum, accipiat, à testatore prolatum inducit fideicommissum *in d.l. Titia 35.§.1.ff.de leg.2.*

Nec obstat, quod hoc verbum, denotet capionem, quæ fit à se ipso, eaque ratione testator, qui disponendo vtitur verbo, accipiat, videatur dare facultatem capiendi propria authoritate *d.l.Titia 35.§.1.ff.de leg.secūdo,* quia hoc est perspicuè falsum: Licet enim verum sit, testatorem posse etiam legatarijs, & fideicommissarijs dare facultatem capien-
238 di propria authoritate, † *vt de legatarijs scripserunt glo. in d.l Titia 35.§.in verb.non sic interpretandum, vers. uel tertio sit, & ibi Bart. num.3 ff.de leg.2. Bart.in l. nemo potest 58. nu. 10.& ibi Rip.num 61.ubi testatur hanc esse communem ff. de leg. primo,Crisp.in rub.ff. de leg. 1. num.115.Menoch.de adip.poss d. rem. 2. nu. 43. Pereg.de fideicom.d.artic.34.num. 33. De fideicommissarijs verò Rip in d.l.nemo potest num.64. Menoch.d.rem.2. num. 45.* Non tamen verum est, censeri eam dedisse eo ipso, quod vsus est
239 verbo, capiat, vel accipiat,† *vt rectè docuerunt Galiau.in d l.centurio.nu.260.& 324. Rip. in d.l.1.in prin.num. 11.ff. quor. leg. Menoch.de adip poss.d.rem.2.num.45.et 50.* Quod patet ex eo, quia, si testator duobus hæredibus institutis vni prælegêt fundum his verbis, præcipito, seu præcipiat fundum Tusculanum, licet vtatur verbo præcipiat, quod eandem effectu vim habet, quam verbum, capiat, aut accipiat, non tamen censetur ei dedisse facultatem capiendi propria authoritate rem legatam, quatenus scilicet a cohærede fuit relicta, & per consequentias, quatenus iure legati valet, sed eam debet capere de manu cohæredis, alioquin ei competet interdictū,
240 quorum legatorum † *l. 1 § si quis ex mortis, vers qui vero ff quor leg.& in his terminis considerant Rip. in d l.1.in prin.num.11.ff. quo.leg. Menoch.de adip.d rem.2.num.49* Quamobrem ea pars dicitur à cohærede præstari & ab eo
241 accipi:† *Præstari enim dicitur in l si pater fa.34. ff.fam.ercis. Accipi vero in l. Nesennius 22. in prin. uers.respondi,& l.quod autem.74 l.in quartam 90.uers pro ea uero parte ff. ad leg. Falcid.l. in fideicommissaria 18 §.si legatum, & l. deducta. 58.§.nummis,uers.diuersa ff.ad Treb.*

Nec obstat *l. Titia 35.§.1.* quia respondeo,
242 ideo ibi † censeri datam facultatem capiendi propria authoritate, quia testatur non dixerat simpliciter. volo, vt accipiat, sed, volo, vt accipiat à se ipso. Itaque adiecerat illa verba, a se ipsa, quæ denotant capionem, quæ fit propria authoritate, & opponuntur ei, quæ fit ab alio, vt, cum dicimus, seruum à se ipso libertatem accipere *l.sed etsi conditioni.6.§.ult. ff.de hæred.instit.* vel non à se ipso, sed à cohærede *l.2.§.si primus ff. de statul.* vel, cum dicimus, hæredi ex parte instituto cēseri legatum relictum a se ipso pro portione hæreditaria,
243 pro alia verò à cohærede †*l.& quidem 18.l planè 34.§.si duobus & l.legatum 119. §. 1. ff. de leg primo,d.l.in quartam 90.ff. ad leg. Falcid. l. filium, quem 24.C fam.ercis.& d. l. in fideicommissaria.18.§.si legatum ff. ad Treb. Ita respondent Galiau. in d. l. centurio, num. 260.& 324. Tiraq. in d. l. si unquam 8. in uerb. reuertatur, num.190.C. de reuoc donat.* Quinimo (quod diligenter animaduertendum est) locus ille
244 † probat contrarium: Nam eo ipso, quod testator ideo censetur dedisse facultatē capiendi propria authoritate, quod dixerat a se ipso accipiat, intelligimus, eam dedisse non censeri, si simpliciter dixisset, accipiat, *ut animaduertit Tiraq.in d.l.si unquam,in uerb.reuertatur,num. 190.*
245 Et sanè, cum testator ibi † reliquisset vni ex filijs hæredibus institutis villam his verbis, *uolo eam à se ipsa accipere uillam Gazam cum impositionibus suis omnibus,* alteri vero reliquisset villas steriles his verbis *præcipuam uolo eum à se ipso accipere synthesim sterilium uillarum, cum impositionibus suis,* dubitatum est, quid per illa uerba, *à se ipso accipere*, sensisset; Videbatur autem sensisse primo, se vnicuique eorum relinquere partem prædiorum hæreditariam, quippe, quam solam à semetipsis capiunt hæredes, quibus aliqua res testatoris fuit relicta, cum alia pars necessario sit capienda à cohærede *d.l.deducta. 58. §. nummis uers.diuersa ff.ad Treb.* Sed hanc interpretationem non esse admittendam respondit Modestinus, quia secundum eam dispositio remaneret inutilis, cum hæredi a semetipso inutiliter legetur *d.l.& quidem.18.& d.l.planè 34.§.*

34.§.si duobus ff. de leg. 1. quod non est dicentium, ideoque censeri testatorem totam rem, non autem solam partem hæreditariam singulis reliquisse. Secundo videbatur mens testatoris hæc fuisse, vt quilibet eorum deberet quidem habere integra prædia sibi relicta, sed de sua portione, capere pecuniam, & cohæredi pretium partis persoluere, quasi illa verba, *a se ipso accipere*, non intelligantur de re, sed de pretio. Sed & hanc interpretationem respuit Modestinus, & fideicommissarium nõ esse ad pretij solutionem compellendum respondit, motus (credo) ea quoque ratione, quia alioquin effectu remaneret inutile fideicommissum, si non respectu dominij, saltem respectu pretij, quod testatorem voluisse non est verisimile. Verùm non exprimit postea Modestinus, quid ipse putet, sensisse testatorem. Quamobrem nostri frequentiùs tertio loco censent, mentem testatoris fuisse, vt per illa verba voluerit dare singulis facultatem capiendi rem propria authoritate, quasi dixerit, volo eos accipere prædia relicta, & quidem integra à seipsis, idest, propria authoritate, & manu, non autem de manu cohæredis. *Ita interpretantur glo. in d.l.Titia.§.1. in verb. non sic interpretandum, vers. vel tertio sic, & ibi Bart.num.1.in fin. Aluar.in rub.ff.de leg.primo, num.91.vbi ait ita communiter intelligi.* Et hanc interpretationem verissimam esse puto, quia alioquin cogeremur fateri, testatorem, aut perperam, & inutiliter illa verba, *a seipso*, adiecisse, *contra l. si quando 112.in prin.ff.de leg primo*, aut, si vim aliquam habere voluit, inutiliter legatum singulis reliquisse, cõtra id, quod esse seruandum scripsit Modestinus.

Septimum sit exemplum in verbo, sumat, quod eiusdem est significationis, cuius, & ver
246 bum, capiat, siue accipiat, † *vt ait Tiraq. in d.l.si vnquam, in uerb.reuertatur, num.192.* Et hoc etiam nostri communiter vocant dire-
247 ctum, † quod (secundum eos) & ipsum denotet, vocatum debere capere à se ipso, non autem ab alio, sed quia propriam, & specialem significationem non habet, cum possit intelligi, vt sumat, tamquam hæres, vel, tamquam legatarius, ideo vocant illud directum
248 non ciuile, † *vti videre est apud Bald.in d.l.humanitatis.9.num.55.C.de impub.& al.subst.* cuius vis ab adiuncto sit deducenda, ita, vt, si referatur ad vniuersitatem, nec alius institutus sit, denotet institutionem. Quod, si alius institutus sit, aut referatur ad rem particularem,
249 denotet legatum, † *vt in l. Lucius Titius 90. in prin & §.quisquis ff. de leg.secundo, l. patronus.34.§. Sempronio l uxorem.39.§.fœlicissimo, & l.si mihi Mœuia 90.in prin.ff.de leg.tertio, l. fin.ff.de pecul.lega l.apud Aufidium.20.ff de opt.leg l pediculis.34.§.Item, cum quæreretur ff. de aur.& arg. leg. l.fin. in prin.ff.de dot. prœl. l.si ita legatum sit. 12. ff. de conditio. & demonstr.l.cum responso 12.C.de legat.Vlp. tit. 24. Instit. §.per vindicationem, & §. sinendi modo.*

Sed mihi verbum hoc non minus videtur
250 commune, quam superiora, † scilicet, quia vi sua potest ad vtrumq. capionis genus adaptari: Ita enim sumit, qui ab alio capit, vt, qui propria authoritate, *sicuti animaduertit Tiraq. in d.l.si unquam, in uerb.reuertatur, num. 192.* Quamobrem Plaut. in Amphytr.

Saltem tute, si pudoris egeas, sumas mutuum.

Et in asinaria

Nam si mutuas non potero, sumam fœnore.

Et in Pseudulo

Tu mihi hercle argentum dabis, abs te quidem sumam.

Et Terent. in Adelph.

Postremo à me argentum, quanti est, sumito.

Octauum exemplum sit in verbo, percipiat, quod eiusdem est originis, & naturæ,
251 cuius est verbum, accipiat, † *vt ait Tiraq. in d.l.si vnquam, in verb. reuertatur, num.190.*
252 Et hoc quoque nostri vocant directum. † *vti videre est apud Tiraquel. in d.uerbo, reuertatur, num. 189.* quod denotet vocatum debere capere propria authoritate, non autem ab alio, sed, quia certam, & specialem significationem non habet, cum possit intelligi, vt percipiat, vel, tamquam hæres, vel, tamquam legatarius: Vtrunque enim percipere dici-
253 mus, † *vt de hærede constat ex l.in suis. 11. uers. Itaque ff.de liber.& posthum.De legatario uero ex l. Imperator.72. in prin. uers. sed & si, & §. si centiu, vers. Nec mutanda, & vers. Enimuero. ff. de leg.secundo*, ideo id vocant directum non
254 ciuile, † *uti videre est apud Bal.in d.l.humanitatis.9. num. 55.C.de impub.& al. subst.* cuius vis ab adiuncto sit deducenda, ita, vt, si adijcia-
255 tur rei particulari, referatur ad legatum † *l. cum pater.79. §. filia mea ff. de leg. secundo, l. si mihi Mœuia 90.in prin ff.de leg.tertio.* Si verò adijciatur vniuersitati, referatur ad institutionem, si modo nullus alius institutus sit, aliàs secùs.

Sed & hoc verbum mihi videtur commu-
256 ne, † quia potest etiam ad id genus acquisitionis adaptari, per quod capitur de manu
257 alterius † *§. finimus Auth. de non alie. reb. eccl. coll. 1.* Quamobrem & hoc verbum ad fidei-
258 commissum refertur, † *in l.libertis.4.in prin.ff. de alim.leg.* & à testatore prolatum potest etiã fideicommissariam inducere vocationem.

Nonum exemplum sit in verbo, præcipiat, quod eiusdem est cum præcedentibus naturæ, eo solo excepto, quod præcipere non dicitur, nisi, qui ante capit, puta ante diuisionem hæreditatis, vt euenit in vno ex duobus, aut pluribus hæredibus, cui aliquid relictum est: nam, quia id capit ante partem, seu an-
259 te diuisionem, quæ inter eos fieri solet † *l. si ita legatum fuerit 43. ff.fam. ercis. l. si qua fideicommissorum.7.C.eod.l.qui filiabus.17.§ fin.ff.*
260 *de leg.primo*, ideo præcipere dicitur † *l. si a pluribus 110. in prin ff. de leg.primo.* Quamobrem & relictum ipsum dicitur prælegatum, seu
261 legatum præceptionis † *l. cum responso. 12. C. de legat. l. 1. § si quis ex mortis, uers. qui uero ff. quor. leg. l.alteri. 25. ff. de adim. leg.l.3. §. quidã libertis ff. ad Treb.* aut per præceptionem relictum *§ sed olim, Inst de lega. Vlp.d.tit.24. Inst. § per præceptionem, Paul.lib.3 sent.tit.6. in prin.* Idem est, &, cum hæres institutus grauatur hæreditatem restituere aliqua re præcepta, *vt in §. si quis una. Inst.de fideicom.hæred.* Nam, quia rem illam deducit ante restitutionem,
262 ideo dicitur eam præcipere † *d. l. in quartam 90.uers. sed in fideicommissaria ff. ad leg. Falc l. 1. §. si hæres ff. ad Treb.* Hoc igitur verbum

nostri

263 nostri communiter vocant directum: † Et
264 rectè non, quia † denotet vocatum debere
capere propria authoritate, quia hoc à vero
alienum esse demonstrauimus, *supra nu. 239.*
sed, quia denotat, eum debere capere recta
via *d. l. legatum 82. ff. de leg. 2.* Verum, quia
prolatum à testatore nõ refertur ad institu-
tionem, sed ad legatum, quod eidem insti-
265 tuto relinquitur † *l. Lucius Titius, 90. in prin. & §. quæ marito, ff. de leg. 2. l. si mihi Mœuia, 90. in prin ff. de leg. 3. l. demonstratio falsa, 17. §. 1. ff. de cond. & demon. l. prædia, 27. §. liberto ff. de fund. instr. l. fin. ff. de pecul. leg. l. si ita legatum fuerit, 43. ff. fam. ercis. l. cum responso, 12. C. de legat. Vlp. d. tit. 24. Inst. §. per præceptionem*, ideo
vocant directum non ciuile: Est enim di-
rectum, quoad legatarium, non, quoad
hæredem, vt de verbo, lego, diximus *supra num. 164.*

Decimum exemplum sit in verbo, reci-
266 piat, quod etiam directum vocatur † *à Tiraqu. in dict. l. si vnquam, in verb. reuertatur, nu. 189.* Sed mihi verius videtur, id esse com-
267 mune, † quia recipere dicitur etiam is, qui ab
268 alio recipit, † *l. si quis post hac, 9 in prin. C. de bon. proscrip.* puta legatarius, aut fideicom-
missarius, *vt de legatario constat ex l. Imperator, 72. in prin. vers. sed & si ff. de leg. 2. De fideicommissario vero ex l. quoties 23. ff. ad Treb. & l. obligari, 9 § hæreditatem ff. de auth. tut.* Idem
269 dicitur, & de verbo suscipiat, † Nam hæres
suscipere dicitur hæreditatem *l. filij, 6. §. 1. ff. ad Tert.* & fideicommissarius *l. 1. ff. de fid. her. pet. §. neque tamen, Inst. de auth. tuto. l. 1. §. sed & quoties, & l. cogi, 16. §. si seruo ff. ad Treb.*
Quamobrem, & hoc verbum censebitur
commune.

Vndecimum exemplum sit in verbo, ha-
beat, quod denotat successionis, siue acqui-
sitionis effectum: Nam habere dicitur, qui
successit, & rem acquisiuit. Qua ratione ve-
teres ferè semper cum verbo, sumat, vel præ-
cipiat, quod ad acquisitionem refertur, iun-
gebant verbum, habeat, dicentes, præcipito,
sumito, sibique habeto, aut, præcipiat, su-
270 mat, sibique habeat † *vt videre est in l. cum pater, 79. §. filia, & d. l. Lucius Titius 90. in prin. & §. quisquis ff. de leg. 2. d. l. si mihi Mœuia, 90. in prin. ff. de leg. 3. d. l. apud Aufidium 20, ff. de opt. lega. d. l. pediculis 34 §. Item. cum quæreretur ff. de aur. & arg. leg. d. l. prædia, 27. §. liberto ff. de fund. instr. d. l. fin ff. de pecu. leg. & apud Vlp. tit. 24. Inst. §. sinendi modo.* Vnde,
quia successio, siue acquisitio potest esse, vel
directa, vel obliqua, ideo & habere quis
271 vtroque modo potest † *vt declarat Bart. in dict. l. centurio. num. 50.* Nam, & hæres ha-
bere dicitur, & legatarius, & fideicommis-
272 sarius, † *vt de hærede constat ex l. si ita relictū fuerit, 44. in prin. ff. de leg. 2. l. pater filium 36. §. quindecim ff. de leg. 3. l. si ita scriptum sit 13. in prin. & §. regula ff. de suis, & legit. l. qui vxorem 15. ff. de inoff. rupt. l. 2. §. impuberem vers. quare, & §. si sit agnatus ff. ad Tersul. De legatario verò ex l. si pluribus, 33. l. planè, 34. §. si coniunctim, §. inde dicitur, & §. fin. l. seruis vni. 70. §. fin. l. planè, 97. §. si cui Stichus. ff. de legat primo, l. qui concubinam, 29. §. 1. ff. de leg. 3. De fideicommissario demum ex l. Titia, 35. §. 1. ff. de leg. 2. l. fideicommissa. 11. §. si filio ff. de leg. 3. l. libertis, 4. in prin. vers. Videntur ff. de alim leg. Et de vtroque ex l. posthumus, 12. in prin vers. idcirco ff. de inius. rupt.* Est igitur hoc
273 verbum commune, † *vt scribunt Bart. in dict. l. centurio, num. 50. & ibi Ias. num. 69. Galiau. num. 121. Rip. num. 190. Ursa. num. 14. vers. probabilius Nat. consil. 68. num. 9. Duran. de art. test. dict. tit. 5. caut. 12. num. 6. Bapt. de S. Blas. inter dict. consilium vol. cons 46. num. 9. volum. 1. & cons. 39 num. 9. volum. 2. Trentac. de subst. dict. part 4. cap 4. num. 27. Crass. in dict. §. substitutio quæst. 5. num. 12. Bursat. consil. 9. num. 21. Men. consil 637. nu. 2.*
274 scilicet quia † ad vtrumque successionis ge-
nus adaptari potest: Quamobrem ab adiun-
cto vis eius erit æstimanda, quia si adijciatur
vniuersitati referetur ad institutionem, *vt declarat Ias. in dict. l. centurio, num. 69.* Si
verò adijciatur rei particulari, referetur ad
275 legatum, vel fideicommissum: † *Ad legatum enim refertur in l. planè. 34. §. si ita Titius ff. de leg primo, l. Titia, 35. § Lucius Titius 2. & §. fin. l. cum pater, 79 §. filia mea, l. Lucius Titius, 90. in prin. & §. quisquis ff de leg. 2. l. qui concubinā 29. §. si Stichus, l. pater filium, 36. § quindecim, & l. si mihi Mœuia 90. in prin. ff. de leg. 3 l. quidam, 14 & l. fin. ff. de pecu. leg. l. apud Aufidiū, 20. ff. de opt. lega. l. pediculis, 34. §. Item, cum quæreretur ff. de aur & arg. leg. l. prædia. 27. §. liberto ff. de fund. instr. & apud Vlp. dict. tit. 24. Inst. §. per vindicationem, & §. sinendi modo Ad fideicommissum vero in l. fideicommissa. 11. §. si filio. & ibi not. Bartol. num 1 ff de leg. 3.*
Planè, si imperatiuo modo fuerit prolatum,
puta, quia testator dixerit, habeto, censent
frequentius, non esse commune, sed directū
276 nō ciuile, † *vti videre est apud Bald. in d. l. humanitatis, 9. nu. 5. C. de impub. & al. subst. Rip. (licet non determinet) in dict. l. centurio, num. 190. & Trentac. dict. part. 4 cap. 4 num. 27. Mantic. de con. vlt. volun lib 5. tit. 16 nu. 23.*
277 Sed hoc, † quamquam olim esset verum, *vt patet ex ijs, quæ diximus supra num. 25* hodie
tamen, quia non spectamus modum & figu-
ram loquendi, sed vim, & effectum verbo-
rum, magis est, vt etiamsi imperatiuo modo
proferatur, non tamen debeat censeri dire-
ctum, *vt in specie declarat Bart. in l. 2. in prin. num. 2 vers. Et ista differentia C. comm de legat.*
sed commune *secundum ea, quæ diximus supra num. 273* & per consequens variè pro varie-
tate adiuncti æstimari.

Duodecimum exemplum sit in verbo,
potiatur, quod & ipsum denotat acquisitio-
nis effectum: Nam, & hoc nostri vocant
278 commune, † *vti videre est apud Ang. in dict. l. centurio, num. 9. & ibi Imol. num. 26. vers. de aliquibus etiam, Ang. in l. licet 19. num. 2. C. de pact. Caccial. in dict. l. precibus, 8. num. 102. C. de impub. & al. subst. Tiraq. in dict. l. si vnquam 8. in verb. reuertatur, num. 200. C. de reu. don. Trent. dict. part. 4. cap. 4. num. 25. Crass. in*
279 *dict. §. substitutio, q. 5. num. 15.* quia † potest
ad vtrunque successionis genus adaptari, cō-
firmatur, & in sensu directo, *vt in l. licet, 19. & ibi not. Bald. nu. 1. vers. 4. not. C. de pact.* &
in sensu obliquo. Quamobrem à testatore
prolatum, interdum ad institutionem, vel
directam substitutionem, interdum vero
ad simplex legatum, vel fideicommissum

pro varietate specierum referetur.
Decimumtertium exemplum sit in verbo, vindicet, quod & ipsum commune di-
280 citur † a Trenta. dict. part. 4. cap. 4. num. 19.
281 quia † potest ad vtrunque successionis genus adaptari: Nam & hæres vindicare dicitur
282 hæreditatem, aut res hæreditarias, † vt de hæreditate videre est in l. 2. in prin. vers. sed si filius, & §. si mater, ff. ad Tert. & l. 1. §. si cohæredis ff. ad l. Falc. De rebus vero hæreditarijs ex l. si ager 51. ff. de rei vind. l. 3. ff. quemad. test. aper. & legatarius, ac fideicommissarius res sin-
283 gulares † vt de legatario constat ex l. si ex toto, 8. §. fin. l. si duobus 16. §. fin. l. quod in rerum, 24. §. fin. l. si pluribus, 33. l. duobus 87. ff. de leg. primo. De fideicommissario vero ex l. 1. & l. 2. C. comm. de legat. & scribit gl. in l. facta, 63. in prin. in verb. in bonis ff. ad Treb. Quamobrem & hoc verbum à testatore prolatum pro varietate adiuncti, vel ad institutionem, aut directam substitutionem, vel ad legatum, aut fideicommissum referetur. Et hæc quidem sunt exempla eorum verborum, quæ ad vocatum diriguntur.
Tertium genus est eorum verborum, quæ diriguntur ad grauatum, siue ad eum, à quo relinquitur, seu cui fit substitutio, Et horum varia quoq; possunt exempla afferri.
Primum in verbo, det, quod est precarium, siue obliquum, non directum, aut commu-
284 ne, † vt scribunt Cacctal. in dict. l. precibus, 8. num. 102. C. de impub. & al. subst. Rip. in dict. l. centurio, num. 18. vers. exempla, & ibi Ceph. num. 757. Trent. de subst. dict. part. 4. num. 12.
285 quia † requirit factum grauati, à quo res præstari debet, vt declarat Trent. ibi, ideoque per
286 id non, nisi fideicommissum inducitur † l. etiam, 118. & l. & eo modo. 121 ff. de leg. primo, l. sed & si sic, 6. l. cum quis decedens, 35. §. pater, l. post emancipationem, 38. in prin. & l. quisquis 93. ff. de leg. 3. l. annua. 20. §. 1. ff. de ann. leg. l. alio. 9. ff. de alim. leg. l. ex facto 17. §. peto. ff. ad Treb.
Nec est contrarium, quod etiam his verbis, hæres meus dato, damnas esto dare, relinquerentur olim legata, quæ non, nisi ciuilibus verbis relinqui poterat, vt diximus supra num. 25. quia hoc verum est, si respiciamus ad ius antiquum. Cœterum, si ad ius nouum, quo non modum, sed vim, & effectũ verborũ spectamus l. 2. in prin. C. com. de legat. magis est, vt etiam, si imperatiuo modo concipiatur dispositio, censeatur obliqua, dummodo verba dirigantur ad actum grauati, vt diximus supra num. 277. Maximè, cum etiam olim per illa non, nisi damnationis legata relinquerentur, quæ effectu non differebant à fideicommissis, sed per omnia secundum eorum naturã regulabantur, vt diximus in 5. cap. q. 25. num. 60. & in 6. cap. q. 21. num. 5. & seqq.
Secundum exemplum afferri potest in verbo, præstet: nam, & hoc censetur precarium, siue obliquum, non directum, aut
287 commune † quia denotat rem ab alio, non à se ipso capi debere. Quamobrem præstari dicuntur legata, & fideicommissa, quæ ab
288 hærede capiuntur, † vt de legatis constat ex l. cum res, 49. in prin. l. si seruus Titij 73. l. si domini, 74. §. qui confitetur, & l. quidam, 99. §. quotiens ff. de leg. primo. l. si quis Titio 17. §. fin. l. Celsus 29. §. fin. l. legatorum, 34. §. fin. l. Titia 35. in prin & §. Lucius Titius, & l. Lucius Titius 90. §. testator ff. de leg. 2. l. filio præterito, 17. ff. de iniu. rupt. l. 3. §. fin. ff. de ann. lega. l. alumna, 30. in prin. ff. de alim. leg. l. si ijs legatum, 4. in prin & l. in conditionibus, 19. §. fin. ff. de cond. & dem. l. 1. §. denique, & l. nam, quod. 14. §. 1. vers. nemo ff. ad treb. De fideicommissis vero ex l. planè 97. §. si. ff. de leg. primo, l. cũ patronus, 28. l. si alienus, 64. l. vnum ex familia, 69. §. sed, & si fundum, vers. Quod, si talia, l. peto, 71. §. mater filio, l. cum pater 79. §. eorum, & §. filius matrem, l. si quis testamento 83. l. Caius Seius 88. §. Titius, l. Titia Seio, 89. §. ult. & l. Lucius, Titius, 90. §. filiam ff. de legat. 2. l. si legatarius, 8. in princip. l. cum quis decedens 35. §. pater, & §. vlt. & l. vxorem, 39. §. agri plagam ff. de leg. 3. l. annuam, 6. & l. Mœuia 13. in prin. vers. quæro ff. de ann. lega. l. cogi, 16. §. si pater, vers. sed, si seruo ff. ad Trebell. l. quotiens 22. l. hæres statu liberum, 65. & l. pater Seuerianam, 100. §. fin ff. de cond. & demon. Et de vtrisque ex l. Plautius, 43. vers. Nam, quemadmodum ff. eod. Eaque ratione verbum hoc, si fuerit à testatore prolatum, non inducet institutionem, aut directam substitutionem, sed simplex legatum, aut fideicommissum:
289 † Legatum enim inducit in l. a vobis, 5. ff. de ann. legat. Fideicommissum vero in l. si pecunia 80. l. quidam, 99. § si tibi seruus. & l. si seruus legatus 111. §. qui margaritam ff. de leg. primo, l. cum quis decedens, 35. §. pater ff. de legat. 3.
Tertium exemplum afferri potest in verbo, tribuat, quod etiam precarium, siue obli-
290 quum est, † tamquam id, quod grauati factũ requirit, ideoq; à testatore prolatum, non ad institutionem, aut directam substitutionem trahitur, sed denotat simplex legatum, aut
291 fideicommissum † l. cum filius 78. §. pater ff. de leg. 3.
Quartum exemplum sit in verbo, distribuat, quod & ipsum precarium, siue obliquũ
292 est. † Quamobrem per id etiam fideicom-
293 missum inducitur, non directa dispositio † l. cum pater 79. §. rogo ff. de leg. 2.
Quintum sit exemplum in verbo, reddat, quod etiam dicitur precarium, siue obliquũ,
294 † vti videre est apud Rip. in d. l. centurio, nu. 185. vers. exempla, Nico. Bello. in d. §. qua ratione nu. 21. Inst. de pupil. eaq; ratione, si fuerit prolatũ à testatore, non denotat institutionẽ, aut directam substitutionem, sed simplex legatũ,
295 aut fideicõmissum, † ut de legato constat ex l. hæres meus, 98. in prin. ff de leg. 3. De fideicõmisso vero ex l. si mihi Stichus, 100. l. Lucius Titius, 126. §. fin. ff. de leg. 1. l. vnũ ex familia, 65. §. fin. ff. de leg. 2. l. pater filium 36. §. Tusculanus, l. vxorem, 39. §. fin. & l. Lucius Titius, 91. §. Sẽpronia ff. de leg. 3. l. species, 16. ff. de aur. & arg. leg. l. Publius Mœnius, 36. §. Titia ff. de cond. & demon. Hinc tam frequenter legimus reddi, quod ex legato, vel fideicommisso præstatur, vt de legato videre est in d. l. hæres meus, 98. in prin. ff. de leg. 3. De fideicommisso vero ex l. cum pater, 79. §. cum pater ff. de leg. 2. l. post emancipationem, 38. §. fin. ff. de legat. 3. l. Plautius, 43. in prin. ff. de cond. & dem. l. cogi, 16. §. si ego ff. ad Treb.

Sextum

Sextum exemplum sit in verbo, restituat,
quod haud dubiè precarium, siue obliquum
296 est, non directum, † *vt scribunt Bart. in d. l. centurio, num. 20. & ibi Ias. num. 5. Galiau. nu. 251.*
Rip. num. 185. vers. exempla, Ceph. nu. 373. Bart.
in l. cohæredi 41. §. quod, si hæredem num. 1. ff. de
vulg. Ias. in l. filium, quem 24. nu. 5. & ibi Aemil.
Ferr. num. 2. C. fam. erc. Ias. in d. l. quoniam indi-
gnum. 15. num. 1. C. de testam. Gul. Ben. in d. cap.
Raynutius, in verb. eidem impuberi succederent,
num. 17. vers. similiter, Duran. de art. test. d. tit. 5.
caut. 12. num. 5. Nico. Bell. in d. §. qua ratione nu.
21. Inst. de pupil. Trentac. de subst. d. part. 4. cap.
4. num. 15. Incert. author inter cons. vlt. uol. cons.
88. num. 12. uol. 1. & cons. 103. num. 28. uolum. 2.
Crasi. in §. substitutio d. q. 5. nu. 24. ideoq; pro-
latum à testatore fideicommissariam, non di
297 rectam inducit dispositionē † *l. si seruus lega-*
tus. 111. §. qui margaritam ff. de leg. primo, l. cum
quidam 24. l. vnum ex familia. 69. §. rogo, & l. cū
pater. 79. in prin. ff. de leg. secundo, l. post emanci-
pationem. 38. §. fin. & l. uxorem 39. §. sorori, §.
Seium, & §. fin. ff. de leg. 3. l. alio. 9. ff. de alim. leg. l.
Publius Mæuius. 36. §. Titia, l. cum tale. 71. §. Ti-
tius, & l. pater Seuerianam. 100. §. ita fideicom-
misso ff. de cond. & demon.

Septimum sit exemplum, in verbis, insti-
tuat, vel faciat hæredem, quæ, licet ad testa-
toris actum relata censeantur ciuilia, & hæ-
redis institutionem importent, *vt diximus su-*
pra num. 116. & 130. tamen relata ad actum
grauati, censentur precaria, siue obliqua, &
non, nisi fideicommariam inducunt dispo-
298 sitionem † *l. filiusfam. 117. §. vt quis hæredem*
ff. de leg. primo l. ex facto. 17. in prin. ff. ad Treb.
l. Imperator. 72. §. cum quidam, & ibi gl. in verb.
faceret ff. de leg. secundo, Et in specie declarant
Bartol. in dict. l. centurio, num. 44. & ibi Alex.
num. 65. versic. 7. Orian. num. 13. vers. quarta,
Galia. num. 509. Rip. nu. 185. Duran. de art. test.
d. tit. 5. caut. 12. num. 5. Crasi. in d. § substitutio q.
4. num. 9. uers. quando, Pereg. de fideicom. d. artic.
299 *5. num. 8.* quia † perinde est, ac, si testator ro-
gasset hæredem, vt hæreditatem suam Titio
restitueret *d. l. filiusfam. 117. §. vt quis hæredem,*
& d. l. ex facto 17. in princ. Idem est, &, si post
hæredis institutionem testator subijciat, reci-
300 pias tibi cohæredem in tali fundo Titium † *l.*
pater filium. 36. §. vlt. & l. Lucius Titius. 91. §. ult.
ff. de leg. tertio, Et scribunt Bart. in d. l. centurio,
num. 44. & ibi Rip. num. 185. Bart. in d. l. pater
filium. 36. §. vlt. Ang. in l. quoties 13. num. 2. in fi.
& ibi Alex. num. 9. uers. unde etiam C. de hæred.
inst. Pereg. de fideic. d. artic. 5. num. 8.

Octauum sit exemplū in verbo, relinquat,
quod, licet sit commune, quoties refertur ad
actum testatoris, *vt diximus supra num. 169.*
tamen, quando refertur ad actum alterius,
censetur obliquum, & simplex inducit fidei-
301 commissum † *d. l. ex facto. 17. in prin. versic. si*
quis cauerit, & § peto ff. ad Treb. d. l. vnum ex
familia. 69. §. sed etsi fundum, & d. l. cum pater
79. §. a te peto, & l. codicillis. 91. §. matre ff. de
leg. secundo, l. fideicommissa. 11. §. si filio ff. de leg.
tertio.

Nouum exemplum sit in verbo, moriatur,
non, quatenus in cōditione ponitur, vt, cum
testator ait, si moriatur, vel, cum morietur,
vel, post mortem substituo; Nam tunc pro-
priè loquentibus, nec directum, nec preca-
rium, siue obliquum, nec commune dici po-
test, quoniam hæ sunt qualitates propriæ il-
lorum verborum, quæ inducunt dispositio-
nem, scilicet, quia per ea testator, vel directò
vocat honoratum, vel per obliquum, quæ
res dici non potest, de verbis in conditione
positis, quippe, quæ nihil ponunt in esse, *l. si*
quis sub conditione dandorum. 8. ff. si quis om.
caus. test. & sic non vocant, sed vocationem
alijs verbis factam qualificant, tamquam
dispositionum qualitates, sed loquimur de
verbo, moriatur, quatenus ponitur dis-
spositiuè, vt, cum testator ait, si filius meus
decesserit, Titio moriatur, idest, moriatur ad
vtilitatem, & commodum Titij, qui loquen-
di modus, licet non sit frequens, legitur ta-
302 men † *in cap. si pater de testa. in sexto, & in §.*
fin. vers. si enim, Auth. de incest. nupt. coll. 3.
Et in hoc casu verbū, moriatur, à nostris fre-
303 quentiùs dicitur directum, † *vti uidere est apud*
Bart. cons. 25. num. 3. lib. 1. Bald. in l. fin. num. 12.
vers. tertia regula, & num. 17. uers. Istud est cer-
tum C. de sacr. Eccl. & in l. humanitatis. 9. num.
51. C. de impub. & al. sub. & cons. 38. num. 5. lib.
2. Roman. cons. 158. num. 7. vers. tertio, Ias. in
d. l. centurio, num. 45. vers. circa ista, & ibi Orian.
num. 9. vers. sed dubitatur, Galiau. num. 339. &
& 536. in fi. Rip. nu. 196. vbi ait ita sequi com-
muniter alios, Gul Ben. in d. cap. Raynutius, in
verb. eidem impuberi succederent, num. 5. Crasi.
304 *in d. § substitutio q. 5. num. 8.* quia † significat,
inter mortem instituti, & ius substituti nullū
dari medium, *vt declarant Bal. in d. l. fin. num.*
17. vers. Istud est certum C. de sacros. Eccl. Gul.
Ben. in d. cap. Raynutius, in uerb. eidem impube-
ri succederent, num. 5. vel, quia datiui, quod
adijcitur, natura est, vt significet per modum
305 acquisitionis, † *sicuti declarat Ias. in d. l. centu-*
rio, num. 73. uers. Ego assigno, & uers. in contra-
rium, sed, quia propriam, & specialem signi-
ficationem non habet, cum possit intelligi,
vt moriatur Titio, tamquam hæredi, vel, tā-
306 quam legatario, † *vt declarat Bart. in d. l. centu-*
rio, num. 19. uers. ideo dicas, ideo vocatur dire-
307 ctum non ciuile, † *vti uidere est apud Bart. in*
d. l. centurio, num. 16. & 56. Et ibi Imol. num. 1.
vers. Item directorum, & num. 11. in fin. & num.
16 & 26. Ias. nu. 36. 39. & 45. uers. est ergo, Oria.
num. 21. Galiau. num. 334. & 508. uers. credo,
Rip. num 71. uers. mouetur, & nu. 196. uers. mihi
placet, Ceph. num. 514. Alex. cons. 165. num. 1. &
2. uolum. 5. Ceph inter cons. ult. uolunt. cons. 132.
num. 2. uol. 2. Pereg. de fideicom. d. artic. 34. num.
21. & 57.

Sed alij probabiliùs dixerunt, verbum hoc
308 esse dubium, siue ambiguum, † *vt Ang. in*
d. l. centurio, num. 8. & ibi Imol. num. 25. uersic.
adde primo, Ias. num. 45. vers. grauiter, quia in-
terdum ad directam, interdum ad obliquam
vocationem referri potest. *secundum Ang. ibi,*
ideoque ratione huius dubitationis debet
potius censeri commūne, quam directum
309 † *Ita scribit Ang. in d. l. precibus 8. num. 12. &*
in d. l. centurio, num. 8. quem non improbat ibi
Ias. num. 73. & probat Imol. d. num. 25. vers. ad-
de primo, Duran. de art. test. d. tit. 5. cau. 12 num.
5. Cacial. in d. l. precibus 8. num. 10 ibi,
Cagn. num. 218. C. de impub. & al. sub. A n. d.
cons. 165. num. 2. uol. 5. Ceph. inter d. cons. ult. uol.
cons. 132. num. 2. uol. 2. Lader. cons. 2. nu. 2. Men.
cons.

conf.551.num.26. Trenta de subst.d par 4.cap.
4.num.30. Maxime, cum in hac materia ver-
ba directa non ciuilia parum, aut nihil diffe-
rant à communibus, *vt in his terminis conside-*
rant Alex.d.conf.165.num.1.& 2.uol.5. Trenta.
d.par 4.cap.4. num. 30.

Quartum genus est eorum verborum, quæ
impersonaliter proferuntur, Et horum pariter
varia exempla possunt afferri.

Primum in verbo, detur: quod obliquum
310 est, non directum, † *vt scribunt Bart.in dict.l.*
centurio, num.23.& ibi Imol.num.25.Orta. nu.
13.uers.exempla. Bald.in d l.fin. num. 16. uersic.
exemplum C. de sacros.Eccl. Ias. in l. cum filius fa.
11.num.7 ff.de leg.primo,Gul.Ben.in d.cap. Ray-
nutius, in uerb eidem impuberi succederent,nu.
13.uers.modo uideamus, Duran.de art.test.d.tit.
5.cau.12.num.5.Crass.in d § substitutio q 5.nu.
22. Ideoque fideicommissariā non directam
311 inducit vocationem † *l. cum quis decedens. 35.*
§. Titia ff.de leg.tertio, Et scribit Gul. Ben. in d.
verb.eidem impuberi succederent,num.13. uersic.
modo videamus.

Secundum in verbo, distribuatur, quod &
312 ipsum obliquum est, non directum, † *vt do-*
cent Caccial in d l.precibus,num. 102. Trenta.
de substitut d part 4.cap 4 num.13. Et de verbis
dentur, & distribuantur Bart. in d. l. centurio,
num.21 & ibi Ias.num.38.uers mouetur secun-
do. Alex conf 45.num.10.uol. 1.

Tertium in verbo præstetur: nam & hoc
obliquum est, non directum, aut commune.
313 † Quamobrem à testatore prolatum fideicō-
missarium, non directam inducet dispositio-
nem, *vt patebit ex locis, quos referemus infra*
num. 392. & 394.

Quartum in verbo, reddatur, quod etiam
obliquum est, non directum, aut commune,
314 † *vt scribunt Bart.in d.l.centurio,num.45.& ibi*
Orta.num.13 uers.exempla.Duran d.tit.5. caut.
12.num.5.Trenta de subst.d part.4 cap 4 num.
14 Quamobrem per id nō, nisi fideicommis-
sum induci solet.

Quintum, in verbo restituatur: nam & hoc
315 obliquum est, *vt scribit Bart in d.l.centurio,*
num.45 & ibi Imol num.25 Orta.num.13.uers.
exempl. Bald in d.l.fin.num 16.uers exemplum
C.de sacr.Eccl.Gul Ben in d.uerb.eidem impube-
ri succederent num.13.uers modo uideamus,Cac-
cial.in d.l precibus num.102.Crass.in d.§.substi-
tutio q 5. num. 22. Ideoque in testamentis fi-
deicommissum denotat, non directam insti-
316 tutionem aut substitutionem, † *vt scribit Gul.*
Ben.in d.verb.eidem impuberi succederent nu.13.
vers.modo uideamus.

Sextum in verbo, conferatur: Nam &
317 hoc est obliquum non directum. † Quamob-
rem ad fideicommissum trahitur, non ad in-
stitutionem, aut directam substitutionem
l. pater filium. 36. § pater filios ff. de leg. 3.

Septimum in verbo, refundatur, quod etiā
318 obliquum censetur, † ideoque fideicommis-
sum importat *l. filius.17.& ibi Bart.num.2.ff.*
de auro & arg leg.

Quintum, & vltimum genus est eorū ver-
borum, quæ ad rem ipsam, de qua disponi-
tur, diriguntur, & eius obuentionem signi-
ficant, Et hæc vt plurimum censentur com-
munia, quia sui natura ita possunt ad eam di-
spositionē referri, per quam res capitur pro-
pria authoritate, vt ad eam, per quam capi-
tur de manu alterius. Exempla sint

Primum in verbo, veniat: Nam hoc dici-
319 tur commune, † *vti uidere est apud Tiraq. in*
d.l si vnquam, in verb.reuertatur, num. 197. &
198 Trenta.de subst.d part.4. cap. 4. num. 23.
320 *Crass.in d.§.substitutio,q.5.num.21.* quia † repe-
ritur, & in sēsu directo, & in obliquo, *vt osten-*
dit Tiraq. in d.l.si vnquam, in verb.reuertatur,
num.193. & 196. cum venire dicatur non so-
lum id quod acquiritur ex causa hæreditaria
l.1.C.de mil.test.& l.2.C.de bon.quæ lib. sed etiam,
quod ex causa legati, vel fideicommissi.
Quamobrem hoc verbum à testatore prola-
tum potest, & ad directam, & ad obliquam
dispositionem referri, & inducere, vel insti-
tutionem, aut directam substitutionem, vel
321 legatum, aut fideicommissum, † *vt apud Nat.*
conf 63 num.4.

Secundum exemplum sit in verbo, aduc-
322 niat: Nam & hoc commune dicitur † *a Cac-*
cial. in d l precibus, num. 102. Tiraq. in d.l. si
vnquam, in verb reuertatur, num. 197. & 198.
Trenta. de subst.d. part.4.cap 4.num. 18. quia
323 † reperitur etiam in vtroque sensu, *vt docet*
Tiraq. in d.uerb. reuertatur, num. 193. & 196.
cum dicantur aduenire non solum hæredita-
tes, sed etiam legata, & fideicommissa. Quo
fit, vt in testamento possit ad vtramque di-
324 spositionem adaptari, † & tam institutionē,
seu directam substitutionem inducere, quam
legatum aut fideicommissum.

Tertium sit exemplum in verbo, obueniat,
325 quod etiam commune dicitur, † scilicet quia
vtrunque sensum habere potest cum obueni-
re dicantur non solum hæreditates sed etiam
326 legata, & fideicommissa, † *vt de hæreditatibus*
constat ex l.lege obuenire 130.ff.de uerb.sign. l. 3
§.de illo, & l. & quia 10 ff.pro soc. De hæredita-
tibus uero, & legatis ex l. nec adiecit 9.ff.eod. Quā-
obrem, & hoc verbum à testatore prolatum
potest ad vtrunque dispositionis genus ada-
327 ptari, † & inducere, vel institutionem, aut di-
rectam substitutionem, vel legatum, aut fidei
commissum.

Quartum exemplum sit in verbo, deue-
niat; quod etiam in vtroque sensu reperitur,
328 † *ut scribit Ang. in d.l.precibus,nu.12. & osten-*
dit Tiraq. in d.l si unquam, in verb. reuertatur,
num.193.& 196. Nam deuenire dicitur, non
solum id quod hæres adeundo consequitur,
sed etiam, quod legatarius aut fideicommis-
329 sarius, † *ut de hærede constat ex l.pen & ibi glo. in*
uerb deuenit ff.de solut. & l 2.C.de bon.quæ lib.
Quinto etiam & hoc verbum commune vo-
330 catur † *a Bald in d.l fin num.17.uers. item dico*
C.de sacr Eccl. Ang.in d l precibus,num. 12. &
ibi Caccial.num.102. Ang.in d.l.2.C.de bon.quæ
lib.& conf 13. num. 3. Alex.conf 57.num.1.uol.
2.& conf 36.num.2.uolum.3 Pet.de Vbald. in-
ter consil.ult.uolum.conf.29 num.6.uolum. 1. Ias.
in d.l.centurio,num.63.ubi testatur, ita commu-
niter omnes tenere,& num.64.& ibi Galiau. nu.
516.ubi pariter testatur hanc esse communem, &
Rip.nu.188.& Orta.num.12. & Pom. in addit.
ad Bart. sub num.48.in uerb.perueniat, ubi si-
militer testatur, hanc esse communem Gul. Ben.
in d cap. Raynutius,in uerb. eidem impuberi suc-
cederent,num.14.uers.2.regula, Tiraq. in d.l. si
unquam,8 in uerb.reuertatur num 197. et 198.
Trenta.

Trenta. de subst. dict. part. 4. cap. 4. num. 18.
Grass. in dict. §. substitutio q. 5. num. 10. & à
testatore prolatum, vel directã vel fideicom-
331 missariam inducit dispositionem; † Directam
enim inducit apud Bart. in l. si ita scriptum, 8.
§. qui filio, num. 1. ff. de bon. poss. sec. tab.

Quintum exemplum sit in verbo, perue-
niat: Nam quia id etiam in vtroque sensu
332 reperitur, † vt ostendunt Bart. in dict. l. cen-
turio, num. 48. uers. hoc etiam, & Tiraq. in d.
l. si unquam, in uerbo reuertatur, num. 195. &
196. cum ad nos peruenire dicatur, non so-
lum legatum, aut fideicommissum, sed etiã
333 hæreditas, † vt de legato constat ex l. fideicom-
missum, 81. & l. duobus 87. ff. de legat. primo,
De hæreditate verò ex l. de emancipatis, 13. C. de
legit. hered. l. cum virum, 16. C. de fideicom. l. 2.
§. peruenisse ff. de hered. uel act. uend. l. qui uxo-
rem, 15. ff. de iniust. rupt. l. quidam, 46. ff. de her.
inst. l. 1. §. fin. ff. si quis om. caus. test. l. si duo-
bus, 16. §. 1. & l. si Titio 95. §. ult. ff. de leg. 1.
l. cum pater, 79. §. cum existimaret, & l. Lucius
Titius, 90. §. quæ marito ff. de leg. 2. l. si legata
rius, 8. l. qui concubinam, 29. §. cum ita legatum
2. l. pater filium, 36. §. pater filios, l. post emanci-
pationem, 38. §. fin. l. uxorem, 39. §. Seium, &
§. fin. l. quod his uerbis, 81. in prin. & l. fin. in
prin. ff. de legat. 3. l. 1. §. si is, qui quadringenta,
vers. neminem, & l. cogi, 16. §. sed & si quis, l.
Ballista, 32. l. scribit, 33. l. heredes mei, 57. in
princip. & l. Lucius 78. §. tres heredes ff. ad
Treb. l. Lucius Titius, 14. ff. de fideicom. libert.
Et de utroque genere successionis ex l. hereditatis,
12. C. de her. inst. ideo à nostris dicitur com-
334 mune, † uti uidere est apud Bart. in dict. l.
centurio, num. 48. & ibi Pom. in add. in uerb.
perueniat, Ias. num. 63. ubi testatur cum
Bart. tenere communiter legistas, & Canonistas,
Galiau. nu. 516. ubi testatur, hanc esse commu-
nem, & Rip. num. 188. ubi ait, ita communiter
omnes tenere, & Orta. num. 12. in fi. Bart. in
l. Lucius, 45. in prin. num. 4. ff. de uulg. l. fidei-
commissa. 11. §. hæc uerba, num. 1. ff. de leg. 3.
Bald. in dict. l. fin. num. 17. C. de sacr. Eccles.
Alex. in dict. l. precibus, num. 9. uers. In ea gl.
ibi, & ibi Caccial. num. 102. Cagn. num. 135.
Alex. consil. 57. num. 1. & consil. 162. num. 7.
uolum. 2. & cons. 36, num. 2. uolum. 3. & cons.
43. num. 1. uolum. 5. Gul. Ben. in dict. capit.
Raynutius, in uerb. eidem impuberi succederent,
num. 14. uers. 2. regula, Ruin. cons. 100. num
32. uolum. 2. et consil. 128. num. 16. uolum. 3.
Duran. dict. titul. 5. caut. 12. num. 5. Incert.
inter consil. ult. uolum. cons. 88 num. 12. uol. 1.
et consil. 103. num. 28. uolum. 2. Alex. Tert.
inter eadem consil. in consil. 60. num. 10. uol. 2.
Tiraqu. in dict. l. si unquam, in uerb. reuerta-
tur, num. 197. et 198. Trentac. de subst. dict.
part. 4. capit. 4. num. 18. Grass. in dict. §. sub-
stitutio q. 5. num. 14. Bursa. consil. 227. nu. 38.
Caroc. decis. 45. num. 9. Quamobrem, si fue-
rit à testatore prolatum poterit ad vtramque
335 substitutionis genus adaptari, † & induce-
re, vel fideicommissum, ut in l. ubi pure, 49.
in prin. l. heredes mei, 57. §. cum ita, l. epistolã.
75. §. fin. et l. heredibus, 77. §. fin. ff. ad Treb.
l. fideicommissa. 11. §. hæc uerba, et ibi Bartol.
num. 1. et l. Pamphilo, 37. in prin. ff. de leg. 3.
§. 1. in uers. manifestum, Auth. de restit. fideic.
coll. 9, et apud Aret. consil. 75. num. 18. lib. 9. et
Alex. Tert. inter dict. consil. ult. uolum. cons.
60. num. 10. uolum. 2. vel institutionem, aut
directam substitutionem, ut declarant Bart.
in dict. l. fideicommissa. 11. §. hec uerba, num. 1.
ff. de legat. 3. Bursat. dict. consil. 227. num.
38.

Sextum sit exexplum in verbo, superue-
336 niat: Nam & hoc commune dicitur † a Rip.
in dict. l. centurio, num. 188 Trentac. de subst.
337 dict. part. 4. capit. 4. num. 18. quia † potest
vtrunque sensum recipere, & prolatum in
testamento, vel institutionem, aut directam
substitutionem, vel simplex legatum, aut fi-
deicommissum denotare.

Septimum exemplum sit in verbo, decur-
rat, quod etiam vtrunq; sensum habere po-
test, cum decurrere dicatur, tam id quod di-
rectò, quam quod per fideicommissum ali-
338 cui quæritur † l. libertis, 4. in prin. uers. et an
die ff. de alimen. lega. l. 2. uers. hæres autem C.
quand. et quib. quart. pars debet. lib. 10. Quã-
obrem & hoc verbum dicitur à nostris com-
339 mune, † uti uidere est apud Ang. in dict. l.
centurio, num. 9. et ibi Imol. num. 26. uers. De
aliquibus etiam, Ang. in dict. l. precibus, nu. 12.
et ibi Caccial. num. 102. et Trentac. de subst.
dict. part 4. cap. 4. num 19. & in testamentis
prolatum, vel ad institutionem, aut directã
substitutionem, vel ad simplex legatum, aut
fideicommissum trahitur.

Octauum exemplum sit in verbo, perti-
340 neat: Nam et hoc dicitur commune † à
Bart. in dict. l. centurio, num. 49. et ibi Ias.
nu. 67. ubi ait, cũ Bart. transire omnes, et num.
72. Galiau. num. 438. et nu. 519. Rip. nu. 188.
Bart. in l. 1. num. 1. et ibi Castr. num. 4. C. de
pact. int. empt. et uend. Bart. in l. licet, 19. nu. 6.
uers. dico tamen C. de pact. in l. Lucius Titius
90. §. filium, num. 1. ff. de leg. 2. & in l. fideicom-
missa. 11. §. si filio ff. de leg. 3. Gul. Ben. in dict.
capit. Raynutius in verb. eidem impuberi succe-
derent, num. 15 Caccial. in dict. l. precibus. nu.
102. Duran dict. tit. 5. caut. 12. nu. 5. Tiraq.
in dict. l. si unquam, in verb. reuertatur, num.
200. Trentac. de substit. dict. part. 4. cap. 4.
num. 24. Grass. in dict. §. substitutio q. 5. num.
341 13. quia † potest esse, & directum, & obli-
quum: Directum enim est in l. licet. 19. prout
ibi not. Bart. num. 2. & Bald. num. 1. vers. 4.
not. C. de pact. & apud Bart. in l. Seia. 42. nu. 2.
ff. de don. caus. mort. obliquum verò in l. 1.
ubi Bart. num. 1. C. de pact. int. emp. & vend. &
in l. etiam, 8. ubi Bart. num. 1. C. de iur. dot.
& apud Bart. in l. 1. num. 12. ff. de donat. cum
ad nos pertinere non solum dicatur hæredi-
342 tas, † l. cum mater. 28. ff. de inoff. testa. l. lege
Cornelia, 12. ff. de testam. l. si posthumus. 14. in
prin. ff. de lib. & posth. l. Lucius. 45. in prin. ff. de
vulg. l. si Titio, 63. §. Iulianus l. miles 77. §. pro
parte l. Caius Seius, 88. in prin. & l. Lucius Ti-
tius, 90. §. quisquis ff. de leg. 2. l. si ita fuerit 9. l.
pater filium, 36. §. Iulius ff. de leg. 3. l. licet, 19.
C. de pact. l. 1. §. si nemo, l. 2. §. sed si sint sui, &
l. pen. ff. ad Tertul. sed etiam legatum, aut
343 fideicommissum, † vt de legato constat ex l.
grege. 21. l. non amplius 26. in prin. l. plane, 14. §.
si duobus l. seruum filii, 46. §. 1. l. si post mortem 71.
in prin. l. si domino Stichus, 102. ff. de leg. primo, l.
Titia, 35. §. Caius Seius, l. si duobus 41. l. si ita
scriptum sit, 46. §. si sub conditione l. si mihi pure

61.

61. l. peculium 67. §. 1. & l. Caius Seius, 88. §. Titius ff. de leg. 2. l. patronus 34. §. Sempronio, l. pater filium, 36. §. Tusculanus, l. si quid tarum, 45. in prin. l. argento, 51. l. ligni. 53. vers. sed vtrum, l. quasitum 76. §. 1. vers. eadem epistola, & §. prędia, & l. Lucius Titius, 91. §. quidam ff. de leg. 3. l. Mænius, 54. ff. de condit. & demonst. De fideicommisso vero ex l. si deportati, 7. in princip. l. nomina, 33. in prin. & l. pater filiũ, 36. §. quindecim ff. de leg. 3. l. cogi, 16. §. si quis hæres, in fi. ff. ad Treb. & communiter de hæreditate, & legato ex l. non oportet 54. ff. de leg. 2. Quamobrem & hoc verbum à testatore prolatum ad
vtrunque successionis genus adaptari pote-
344 rit, † & inducere, vel fideicommissum, *vt in l. Lucius Titius, 90. §. filiam, & ibi Bart. not. ff. de legat. 2. l. fideicommissa. 11. §. si filio, vbi etiam not. Bart. & l. pater filium, 36. §. filiam, & §. quindecim, & l. quod his verbis 81. §. fin. ff. de leg. 3. l. codicillis, 34. in prin. ff. de usufr. leg. §. 1. vers. manifestum Auth. de rest. fidei. coll. 9.* vel institutionem, aut directam substitutionem, *vt declarant Bart. in dict. l. fideicommissa. 11. §. si filio ff. de leg. 3. Ang. in dict. l. licet. 19. num. 2. C. de pact, Castr. in dict. l. 1. num. 4. C. de pact. int. empt. & vend. Rip. in dict. l. Lucius, 45. in prin. num. 7. ff. de vulg.*

Nonum sit exemplum in verbo, spectet,
345 quod & ipsum commune dicitur † *a Trentac. de subst. dict. part. 4. cap. 4. num. 19.* sci-
346 licet, quia † spectare dicitur, non solum
id, quod quis acquirit ex causa legati; vel
fideicommissi, sed etiam quod ex causa hæreditaria. Quamobrem & ipsum prolatum
à testatore poterit & ad directam, & ad obliquam dispositionem adaptari, & inducere,
vel legatum, aut fideicommissum, vel institutionem, aut directam substitutionem.

Decimum exemplum sit in verbo, com-
347 petat; Nam & hoc dicitur commune † *ab Ang. in dict. l. presbiter, num. 12. Galtau. in dict. l. centurio, num. 537. Tiraq. in d. l. si vnquã, in verb. reuertatur, num. 203. Trenta. de subst. dict. part. 4. cap. 4. num. 29. Crass. in dict. §. sub-*
348 *stitutio, q. 5. num. 9.* quia † reperitur, & in
sensu directo, *ut in l. ergo, 4. §. 1. & §. si quis autem exemplum, l. Lucius Titius, 14. et l. generaliter 24. §. in testamẽto ff. de fid. liber.* & in sensu obliquo, *vt in dict. l. ergo, 4. §. item si minor, et in l. si quis de pluribus, 28. ff. de reb. dub.* eaq; ratione dicitur obliquũ *a Caccia. in dict. l. presbiter, num. 102. Et in specie declarat Trenta. d. part. 4.*
349 *cap. 4. num. 29.* cum competere dicatur † non
solum hæreditas, *vt in l. substitutio. 42. ff. de acq. her. dom., l. fin. in princip. ff. de donat.* sed
etiam legatum, aut fideicommissum, *vt de legato constat ex l. peculium 67. §. Titio ff. de leg. 2.* Quamobrem & hoc verbum, si fuerit à
testatore prolatum, poterit, vel directam,
vel fideicommissariam inducere dispositionem; *vt in dict. §. 1. vers. manifestum, vbi Ang. num. 3. Auth. de restit. fid. coll. 9.*

Vndecimum exemplum sit in verbo, va-
dat, quod, licet à nostris passim dicatur di-
350 rectum † *vti videre est apud Trentac. de subst. dict. part. 4. cap. 4. nu. 9. Gratian. capit. 542. discept. foren. num. 23.* mihi tamen verius vi-
351 detur, id esse commune, † *ut et Alex. Tert. inter cons. ult. uol. cons. 60. num. 10. uol. 2.* non
minus, quam verbum, veniat, cum eadem
vtriusque vis esse videatur. Quamobrem
& hoc verbum à testatore prolatum poterit
ad vtrunque successionis genus adaptari, &
inducere, vel directam, vel obliquam dispositionem:

Duodecimum exemplum sit in verbo, ce-
352 dat, quod etiam commune dicitur † *à Bart. in dict. l. centurio, num. 51. et ibi Ias. num. 70. Galtau. num. 524. Rip. nu. 191. Orta. nu. 12. Ang. in dict. l. presbiter, num. 12. et ibi Caccia. num. 102. Gul. Ben. in dict. cap. Raynutius, in verb. eidem impuberi succederent, num. 14. vers. 2. regula, Tiraq. in dict. l. si unquam, in verb. reuertatur, num. 160.* ideo, quia potest ad
vtrumque successionis genus adaptari: Nam
353 cedere dicitur, † non solum legatum, aut
fideicommissum, sed etiam hæreditas, quæ,
vel ex testamento, vel ab intestato defertur
l. si duobus, 38. ff. de mil. test. l. peto, 71. in fi. prin. & l. cum pater. 79. §. cum pater ff. de leg. 2. l. Iurisconsultus. 10. in princip. ff. de grad. & affin. Quamobrem, si testator disponendo sit vsus
verbo, cedeat, poterit eius dispositio, vel directam, vel precariam inducere successionem.

Decimumtertium sit exemplum in verbo,
reuertatur: Nam & hoc commune dicitur
354 † *à Bart. in dict. l. centurio, un. 53. & ibi Ias. num. 72. Galtau. num. 528. Rip. num. 194. Orta. num. 12. Bald. in dict. l. fin. num. 17. C. de sacr. Eccles. Aug. in l. si unquam. 8. num. 3. C. de reu. don. Castr. in l. licet. 19. num. 4. C. de pact. & in l. 1. num. 4. C. de pact. int. empt. & vend. Caccial. in dict. l. presbiter s. num. 102. C. de impub. Duran. dict. tit. 5. caut. 12. num 5. Gul. Ben. in d. cap. Raynutius. in uerb. eidem impuberi succederent, num. 14. uers. secunda regula, & num. 15. Alcia. consil. 41. num. 3. lib. 9 Tiraqu. in d. l. si unquã, in uerb. reuertatur, num. 6. Trentac. de subst. dict. part. 4. cap. 4. num. 21. Gratia. capit. 556.*
355 *discept. for. num. 9.* quia † repetitur & in sensu
directo, & in sensu obliquo, *ut considerant Ias. in dict. l. centurio, num. 72. & ibi Galtau.*
356 *num. 528.* cum reuerti dicatur, † non solum
id, quod ab alio capitur *l. qui ea lege 3. C. de pact. inter empt. & uend. gl. in l. 1. in uerb. mortis causa donatio, in fin. ff. de donat.* puta restituitur ea causa fideicommissi *§. 1. Auth. de restit. & ea, quæ par. coll. 4.* sed etiam id, quod
capitur propria authoritate *l. quisquis. 6. C. de omn. agr. deser. lib. 11. l. si totas. 5. C. de inoff. donat.* Quamobrem hoc verbum interdum
dicitur directum, *vt à Bald. in dict. l. si unquam, in fi. Crass. in dict. § substitutio, q. 5. num. 7.* Interdum non directum, sed obliquum, *vt a Bart. in l. 1. num. 12. ff. de donat.* Et si fuerit
à testatore capressum, poterit, vel ad directã,
357 vel ad obliquam successionem referri, † *vt scribunt Ang. in dict. l. si unquam, num. 3. Castr. in dict. l. 1. num. 4. C. de pact. int. empt. & uend.* & inducere vel institutionem, aut directam
substitutionem, *vt de institutione scribit Castr. in dict. l. licet 19. num. 4. C. de pact.* vel simplex
legatum, aut fideicommissum, *vt in l. filios. 39. ff. de usufr. leg. l. Lucius 78. §. tres hæredes. & ibi Castr. num. 5. ff. ad Treb.*

Decimumquartum exemplum sit in verbo, regrediatur, quod eandem habet vim,
quam verbum, reuertatur: Nam & hoc
interdum censetur directum, interdum
obli

obliquum, quod in vtroque sensu reperiatur
358 † *vt scribit Ang. in d.l.precibus num.12.& in l.si patri.3.num.1.C.de vsufr. Nam in l.si patri.3. C. de vsufr. sumitur in sensu directo, vt ibi declarat Ang.num.* 1. Quamobrem rectè dici-
359 tur à nostris commune, † *vti videre est apud Ang.in d.l.centurio,num.9.& ibi Imol.num.26. vers.De aliquibus etiam,Ang.in d.l.precibus, nu. 12.& ibi Caccial.num.102.Aug.in l.si patri suo 3.num.1.C.de vsufr.Trentac.de substit.d.part.4. cap.4.num.19.*& prolatum in testamentis, vel ad directam, vel ad obliquam dispositionem referetur.

Decimumquintum sit exemplum in verbo, deuoluatur, quod etiam commune di-
360 citur † *a Bart. in d. l. centurio, num. 54. & ibi Galian.num. 534. vbi ait,ita simpliciter transire caeteros, & Rip.num.194.vbi ait,cum Bart.trāsire alios, & Oria.num. 12.& in fin.Bart.in l.2. num.4.ff. de alim.leg.Ang. in d.l.precibus,num. 12. Bald. in d.l.fin. num. 17. C. de sacros. Eccl. Gul. Ben. in d. cap. Raynutius, in verb. eidem impuberi succederent, num. 14. vers. secunda regula, Duran.d.tit.5.caut.12.num.5.Trentac.de substit.d.part.4.cap.4.num.28.Crass.in*
361 *d.§.substitutio,q.5.num.11.*scilicet,quia † potest esse & directum, & obliquum, *vt declarat Bart.in d.l.2.num.4.ff.de alim.leg.Aug.in l. Lucius 45.in prin.num.3.ff.de vulg.*Nam & hæreditas deuolui dicitur *in l. de emancipatis. 13. C.de legit.hered.d.l.Lucius 45.in prin.vers. aliter ff.de vulg.l.si infanti.17.C.de iur. delib.* & legatum, ac fideicommissum. Quamobrem in testatorum dispositionibus poterit vtrunque
362 successionis genus denotare, † & modo directam, modo obliquam inducere successionem, *vt declarat Rip.in d.l.Lucius 45. in prin. num.10.vers. in text.ff. de vulg.*

Decimumsextum exemplum sit in verbo, labatur;nā & hoc ita potest ad hęreditates,vt
363 ad legata, vel fideicommissa referri † *vt de omnibus constat ex l.vn.vers.Lucratiuas C. de impo.lucr.descrip lib.*10. Quamobrem commu
364 ne vocatur † *ab Aug.in d.l.centurio,num. 9.& ibi Imol.num.26.vers.De aliquibus etiam, Caccial.in d.l.precibus,num.102.Trentac.de substit. d.part.4.cap.4.nu.19.*& prolatum in testamen tia potest ad vtrunque successionis genus referri, &, vel directam,vel obliquam inducere dispositionem.

Decimumseptimum exemplum sit in verbo, sequatur, quod etiam commune dicitur
365 † *ab Ang. in d.l.centurio,num.9.& ibi Imol. nu. 26.vers De aliquibus etiam,Caccial.in d. l.precibus,num.102.Trentac.de substit.d.part.4.cap.4. num.* 19. eo, quod vtrunque sensum possit recipere. Quamobrē, & hoc in testamentis erit aptum ad directam, & obliquam dispositionem inducendam.

Decimumoctauum exemplum afferri potest in verbo, maneat; Nam & hoc dicitur
366 commune † *à Tiraq.in d.l.si vnquam, in verb. reuertatur,num.*205.quia apud nos manere dicitur, & id, quod ex legato, vel fideicommisso consequimur, &, quod ex hæreditate. Quamobrem, & hoc verbum sui natura potest ad vtrāque successionis speciem adaptari, & vel directam inducere, vel precariam, siue obliquam dispositionem.

Decimumnonum exemplum sit in verbo remaneat: Nam, quia remanere dicitur
367 † non solum id, quod propria authoritate capitur, vt hæreditas *l. prætor.3.in princ. vers sed si non cauent ff. de coll.bon.* sed etiam, quod ab alio restituitur, *vt in l.tale pactum 41.§.si ff. de pact.& in l.si,enim ante.7.C.de donat. aut. nupt.* Et sic potest habere sensum, tam directum,
368 quam obliquum,† *vt declarant Bart. in d.l.si, enim ante,nu.1.& ibi Ang.ante nu.1.Bart.in l.3. n.2.ff.de col.bon.Ias.in d.l.centurio,nu.70.Seraph.*
369 *decis.250.nu.3.*ideo dicitur cōmune,† *vti videre est apud Bart. in d.l.centurio, num. 51. & ibi Ias.num. 70. Galian. num. 523. Rip.num. 191. Oria.num.12. Bart.in d.l.si enim ante 7. num.1. C.de donat. aut. nup. & in l.tale pactum 41. §. fin.num.1.ff.de pact.Bald.in d.l.fin.num.17.C. de sacr.Eccl.Gul.Ben.in d. cap. Raynutius, in verb.eidem impuberi succederent,num.14.vers.2. regula, Caccial.in d.l.precibus,num.102. Durā. d.tit.5.caut.12.num.5.Tiraq.in d.l.si vnquam in verb.reuertatur,num.205. Nat.d.cons.68.nu. 9. Trentac. de substit. d. part. 4. cap.4.num.20. Crass.in d.§.substitutio,quæst.5.nu. 17. Coccin. decis.267.num.15.*Quo fit, vt, si fuerit à testatore prolatum, possit ad vtrunque successionis genus adaptari, & per consequentias inducere, vel directam, vel obliquam dispositionē pro varietate specierum, quæ proponentur.

Vigesimum sit exemplum in verbo, defe-
370 ratur: Nam, quia, non solum † hæreditas dicitur deferri, *vt in l.lege obuenire 130.ff.de verb. sign.l.vn.§.Cuius C.de impo.lucr.desc.lib.*10.sed etiam legatum, aut fideicommissum, ideo
371 dicitur commune, † *vti videre est apud Imol.in d.l.centurio,num.26. vers. De aliquibus etiam Caccial. in d. l. precibus, num. 102. Trentac. de substit.d.part.4.cap.4.num.19.* Quamobrem,si fuerit à testatore prolatum, vel inducet legatum, aut fideicommissum, vel directam institutionem, aut substitutionem pro varietate specierum, quæ proponentur.

Vigesimumprimum exemplum sit in verbo, redigatur, Nam & hoc commune dici-
372 tur † *ab Ang. in d.l.centurio,num.9.& ibi Imol. num.26.vers.de aliquibus etiam, Ang.in d.l.precibus,num.12.& ibi Caccial.num.102.C. de impub. & al.subst.Trentac.de substit.d.part.4.cap.*
373 *4.num.19.*quia † redigi dicitur, tam id, quod directò capitur, *vt in l.vn.C.de vend.rer. fisca. lib.* 10. quam, quod per obliquum. Quamobrem à testatore prolatum pro varietate adiuncti, inducet, vel institutionem, aut directam substitutionem, vel simplex legatum, aut fideicommissum.

Vigesimumsecundum sit exēplum in verbo, accrescat, quod, licet à nostris frequen-
374 tiùs dicatur directum,† *vti videre est apud Bar. in d.l.centurio,num.55.& 56.vers.puto tamen & ibi Imol.num.26.Galian.num.535. Rip. nu. 195.vbi testatur,hanc esse communem, Oria. nu. 11.vers.sed, quid,Bald.in d.l.fin.num. 16.C. de sacros. Eccl.Caccial.in d.l.precibus,nu. 102. Gul. Ben. in d.cap.Raynutius,in verb.eidem impuberi succederent,num.10.Tiraq. in d. l.si vnquam in verb.reuertatur,num.206.& 207.Trenta. de substit.d.part.4.cap.4.num.3.Crass. in d.§. sub-*
375 *stitutio q.5.num.4.*quod † ad eam tantum successionis speciē adaptari possit, per quā quis propria authoritate capit, non de manu alterius, *vt considerant Bart. in d. l. centurio, num.*

55. *Caccial in d.l.precibus, num.* 1oa. *&* patere
videtur ex tota hac iuris accresce͂di materia,
in qua, cum partem dicimus accrescere, in-
telligimus id fieri ipso iure, & sine facto alte-
rius, *vt latius ostendemus in octauo cap. q.* 1. *&*
2.*qq.seqq.* Mihi tamen veriùs videtur, hoc etiã
376 verbum esse commune, † *vt rectè consuerunt*
Castr.cons 67.*num.* 3.*uolum.*2.*Rip.in d.l.centu-*
rio,num. 195 *uers.se l uideretur*, cum possit ad
vtrunque successionis genus adaptati: Non
solùm enim nobis accrescere dicitur, quod di-
rectò, & immediatè capimus, sed etiã, quod
mediatè, & sic per interpositam personam,
seu de manu alterius. Quamobrem & hoc
verbum, si fuerit à testatore prolatum, vel
fideicommissariam inducet dispositionem,
vt in l.codicillis 34. *in prin.ubi hoc not. Bart.nu.*
a. *ff. de usufr. leg.* vel directam pro varietate
specierum quæ proponentur.

Nec obstat, quod *in d. l. codicillis*, verbum
377 accrescat, fuerit prolatum in codicillis, † in
quibus verba etiam directa trahuntur ad fi-
deicommissum *l.Scoeuola.*76.*& ibi Bart.num.*
a.*ff.ad Treb.* ideoq; nil mirum, si induxerit fi-
deicommissum, *Quomodo respõdet Bart.in d.l.*
*centurio, num.*55. quia, licet hoc in se verum
sit, non tamen impedit, quominus verbum,
accrescat, etiam in testamento prolatum ad
fideicõmissariam vocationem adaptari pos-
sit: Nam, cum accrescere idem sit, quod ac-
cedere, & adiungi, *ut diximus in primo cap.q.*
1.*num.*2. & ita per fideicommissariam, vt per
directam vocationem fiat accessio, Conse-
quens est, vt ad vtranque verbum hoc sui na-
tura possit adaptari.

Denique non obstat, quod accrescere di-
catur pars, quæ ipso iure, & sine hominis fa-
cto accedit, quia hoc verum est, si loquantur
de ea accretione, quæ fit ex dispositione le-
gis, &, de qua nos in toto hoc tractatu ver-
ba facimus. Cœterũ, si loquamur de ea, quę
fit ex dispositione hominis, magis est, vt pos-
sit etiam ad eam accessionem referri, quæ fa-
ctum hominis requirit, prout euenit in om-
nibus casibus in quibus testator vult, rem vni
quæsitam alteri certo casu accrescere: Nec
enim id sine alterius ministerio fieri poterit.
Quinimo eo ipso, quod eam accretionem,
quæ fit potestate iuris dicimus fieri ipso iure
*l.*2.*§ si duo.ff.de bon.poss.sec.tab.l.un.§.his ita*
definitis C. de cad. toll. intelligimus, verbum
accrescere simpliciter prolatum posse etiam
de ijs accessionibus intelligi, quæ factum ho
minis desiderant, quia alioquin frustra ad-
derentur ipso iure, si sola accretionis appel-
latio vi sua id importaret, *ut in similibus ter-*
minis cõsiderat Tiraq.in d.l.si unquã, in uerbo re-
uertatur, num. 198. *& in proposito considerat*
*etiam ibi, num.*207. Magis igitur est, vt sui na-
tura possit ad vtrunque accessionis genus re-
ferri, *secundum ea, quæ supra diximus.*

Vigesimumtertium exemplum sit in ver-
bo, fiat, quod denotat acquisitionem do-
378 minij † *l.*2 *§.appellata ff. si cert. pet.§.* 1. *Instit,*
quib.mod.re contr. obl. Nam, quia dominium
ita potest ex obliqua, vt ex directa disposi-
tione acquiri, *ut dicemus in seq.exemplo*, ideo
fit, vt hoc verbum censeatur commune,
379 † *uts uidere est apud Rip.in d. l. centurio, num.*
200. & prolatum à testatore possit ad vtranq;
dispositionem adaptari, & inducere, vel le-
gatum, aut fideicommissum, vel institu-
tionem, aut directam substitutionem;

Vigesimumquartum exemplum afferri po-
test in verbo, sit, aut, sit, & esse debeat, quod
etiam denotat pertinentionis effectum, nempe
acquisitionem dominij: Nam, cum hoc ita
possit ex obliqua dispositione procedere, vt
ex directa, scilicet, quia tam ex causa hære-
ditaria, dominium nobis acquiritur *l. si ager*
51. *ff. de rei vind. l.* 1.*ff. de bon possess.* quam ex
causa legati, vel fideicommissi. *vt delegato*
*constat ex l.legatum.*82.*ff.de leg. secũdo, De fidei-*
*commisso vero ex l.facta.*63. *in prin. ff. ad Treb.*
ideo verbum prædictum debet censeri com-
380 mune † *vt rectè scripsit Natt.cons.*68.*num.*9.*Et*
*est de mente Caroc.decis.*68.*num.*9.*dicentis non*
esse directum, non autem directum, *vt censue-*
runt Bart.in d.l. centurio, num. 18. *vers. si verò*
*substituit, & num.*19.*uers.ideo dicas, & ibi Ceph.*
num. 713. *vers. secundo, Caccial. in d.l.precibus,*
num. 102. Quamobrem, si fuerit à testatore
prolatum, vel inducet fideicommissum, *vt*
*in l. alio.*9.*ff.de alim. leg.et apud Trenta.de subst.*
*d.part.*4.*cap.*4.*num.* 10. vel institutionem, aut
directam substitutionem pro diuersitate spe-
cierum, quæ proponentur.

Et hæc quidem sunt verba, quæ per se, &
sine alterius verbi adminiculo dispositionem
inducunt. Sunt & alia, quæ eam non indu-
cunt, nisi alterius verbi adiectione roboren-
tur. Huiusmodi sunt hæc, volo, mando, iu-
beo, rogo, peto, fideicommitto, scio, cre-
do, cupio, desidero, opto, exigo, indico,
& similia: nam eorum vis nulla est ad indu-
cendam dispositionem, nisi ea deducatur ab
aliquo verbo adiuncto, puta à verbo, dari,
381 vel fieri, esse, vel habere, aut alio simili, † *vt*
scribunt Bart.in l. serui electione 5.*in prin.num.*
4.*ff. de leg. primo, in l.apud Aufidium.* 20. *num.*
2.*ff.de opt. lega.& in l.*1.*num.*3.*C.de summ.trin.*
& fid.cat.Cont.inter cons.vlt. uolunt. consil 33.
*num.*7. *& seqq. uolum.* 1. Quamobrem etiam
ab adiuncto debet æstimari, vtrum ea directa
382 sint, an precaria, an verò communia. † *vt do-*
*cent Bart. in l.cum quis decedens.*35.*§ Seiam,*
*num.*2.*ff.de leg.tertio, & in l.verbis ciuilibus.*7.
*num.*5.*ff.de vulg.Caccial.in d.l. precibus, num.*
102.*Ceph.in d.l.centurio, num.*996.*Crisp.in rub.*
*ff. de leg. primo, num.*126.*Decia.consil.* 26. *num.*
25.*volum.*2. Nam, si verba adiecta per se, &
simpliciter prolata sint directa, & ciuilia, cen-
sebitur etiam directum, & ciuile verbum
volo, aut aliud simile, & ad institutionem
referetur.

Exemplum sit, si testator dicat, volo, vel
mando, vel cupio, Titium esse meum hære-
383 dem † *d. l.quoniam indignum.* 15. *C. de testam.*
vel, Titium esse meum hæredem iubeo *l.* 1.
*§.vlt.ff.de hæred.instit.& apud.Vlpia.tit.*21. *In-*
384 *stit.* Nam, quia † ex illorum verborum, esse
hæredem, adiectione constat, eius mentem
esse, vt Titium hæredem faciat, ideo, quo-
cunque modo concepta sit dispositio debet
ad institutionem referri *d.l.quoniam indignũ.*
Quamobrem prædicta verba dicuntur dire-
385 cta, † *vt de verbis, volo Titium esse hæredem,*
videre est apud Bart.in d.l. quoniam indignum,
*num.*2. *& ibi Ias.num.*1.*Decia.cons.*1. *num.*68.
*volum.*1.

Nec

Nec obstat, quod his verbis, meum hære-
dem esse volo, facta dispositio non censea-
386 tur institutio, sed fideicommissum † in l. cum
quis decedens 35. §. Seium ff. de leg. tertio, & decla-
rant Aluar. in rub ff. de leg. primo, nu. 56. Mātic.
de coniect. vlt. volunt. lib. 8. tit. t. num. 16. quia,
387 vel ea ratione id factum est, † quod talis di-
spositio fuerat facta in codicillis, in quibus
directa institutio fieri nequit l. quod per ma-
nus 10. ff. de iur. cod. & verba directa trahuntur
ad fideicommissum l. Scæuola 76. ff. ad Treb.
vel, quia Scæuola respexit ad ius antiquum,
quo verbo, volo, fieri non poterat institutio,
vt innuit Constantinus in d. l. quoniam indi-
gnum, eo ipso, quod ius antiquum correxit.
At, si verba, quæ adijciuntur per se, & sim-
pliciter accepta sint precaria, vt, quia referan-
tur ad actum grauati, secundum ea, quæ dixi-
mus supra num. 284. & seqq. censebitur etiam
obliquum verbum, volo, aut aliud simile, &
ad fideicommissum referetur. Et ita accipien-
di sunt, qui simpliciter dixerunt, verba præ-
388 dicta inducere fideicommissum, † vt Ceph. in
d. l. centurio, num. 506. Aluar. in d. rubr. ff. de leg.
primo, num. 92. Io. Canenor. inter cons. vlt. vol.
cons. 34. num. 2. vol. 1.
Exemplum sit, si testator dicat, volo, vel,
iubeo, vel peto, vel, mando, vel, rogo, vel,
cupio, videt, præstet, tribuat, distribuat, red-
dat, restituat, instituat, hæredem faciat, re-
389 linquat, & similia. † in l. si seruus legatus 111.
§. qui margaritam. l. etiam 118. l. & eo modo 121.
& l. Lucius Titius 126. in prin. & §. fin. ff. de
leg. primo, l. cum quidam 24. l. vnum ex familia
69. §. sed, & si fundum, & §. rogo, & l. cum
filius 78. § pater l. cum pater 79. in prin. & §. ro-
go, & l. Titia Seio 89 §. Stia libertis ff. de leg. se-
cundo, l. sed, & si sic 6. l. fideicommissa. 11. §. hæc
verba l. Stichus 12. l. cum quis decedens 35. §. pater
l. pater filiū 36. §. Tusculanus, & §. vlt. l. post emā-
cipatione 38. §. fin. l. si mihi Mæuia 90. §. his
verbis l. Lucius Titius 91. §. vlt. & l. quisquis
93. ff. de leg. tertio, l. annua 20. §. 1. ff. de ann. lega.
l. alio 9. ff. de alim. lega. l. species 16. ff. de aur.
& argen. leg. l. Sempronio 33. §. fin. ff. de vsu-
fruct. leg. l. Publius Mæuius 36. §. Titia l.
cum tale, 71. §. Titius, & l. pater Seuerta-
nam 100. §. ita fideicommisso ff. de conditio. &
demonstrat. l. cogi 16. §. sed, & si quis l. ex facto.
17. in prin. & §. peto, & §. fin. & l. epistolam
75. §. fin. ff. ad Trebell. vel, scio, seu, credo, aut
390 certus sum, cum daturum, vel facturum, † vt
in d. l. etiam 118. & d. l. & eo modo 121. ff. de leg.
primo, l. alumnæ 30. in princip. ff. de adim. leg.
Nam in his omnibus casibus, & alijs simili-
bus verba censebuntur obliqua, & ad fidei-
commissum referentur. Idem est, &, si verba
apposita impersonaliter concipiantur, puta,
quia testator dicat, volo, vel, peto, vel cupio,
vel mando, dari, præstari, erogari, concedi,
comparari, & similia fieri: nam hæc omnia
391 censentur obliqua, † vt de verbo dari scribit
Bart. in d. l. centurio, num. 45. & de verbis, da-
ri, & erogari scribit Alex. cons. 162. num. 7. vol.
392 2. & ad fideicommissum referuntur, † vt pa-
tet ex l. quidam 99. in princ. ff. de leg. primo, l.
Titia 35. §. Titia, & l. cum pater 79. §. dulcis-
simis ff. de leg. secundo, l. cum quis decedens 35.
§. vlt. l. Lucius Titius 91. §. 1. l. his verbis 100.
§. alumno ff. de leg. tertio, l. codicillis 18. in princ.
& l. Titia 19. in prin. ff. de vsufr. leg. l. Seia, cum
nuberet 12. ff. de dot. præleg. l. vlt. §. Caio Seio, ff.
de lib. leg. l. libertis 4. in prin. & l. alimenta 16. §
fin. ff. de alim. leg. l. alumnæ. 30. §. Titia, & §. fin
ff. de adim. lega. l. quidam 6. in prin. ff. de reb. dub.
l. Paulus respondit 61. ff. ad Treb. Et, quamuis
prædictis verbis facta dispositio interdum le-
gatum appelletur, siue ad grauatum verba
393 fuerint directa, † vt in l. quæsitum. 76. §. peto, &
d. l. si mihi Mæuia. 90. §. his verbis ff. de lega.
tertio, l. a vobis 5 ff. de ann. leg. l. Lucius 7. ff. de
aur. & arg. leg. l. seruos. 17. ff. de alim. leg. siue im-
394 personaliter prolata, † vt in l. si ita relictum
44. in prin. & l. pen. §. Seio ff. de leg. secundo, l.
vxori. 32. §. vxori, & l. vxorem 39. §. in testa-
mento, §. testamento, & §. concubinæ l. qui ha-
bebat 99. §. peto, & l. his verbis 100. §. paterfa.
ff. de leg. tertio, l. Mæuia, 13. §. fi. & l. liberto. 21.
in prin. ff. de ann. leg. l. patrimonij. 22. l. generali
32. §. 1. l. Sempronio. 33. in prin. & §. 1. l. vxori
vsumfructum 35 l. fundi Trebatiani 38. ff. de
vsufruct. lega. l. qui dotem 13 ff. de dot. præleg. l.
pen. ff. de optio. leg. l. Seia 20. §. Caio Seio l. præ-
dia. 27. § ita legatum est ff. de fund. instr. l. domi-
nus Sticho. 23. §. testamento ff. de pecul. leg. l. à fi-
lio. 15. in prin. & §. testator l. testamento 19. & l.
Stichus, 20. in prin. ff. de alim. leg. l. vxori. 14. l. fin.
in prin. & §. fin ff. de aur. & arg. leg l. fi. in prin.
ff. de liber. leg. l. alumna, 30. in prin. ff. de adim.
leg. l. vlt. ff. de reb. dub & l. libertis, 107. ff. de cond.
& demonst. id tamen factum est abusiuè acci-
piendo legatum pro fideicommisso, quia,
quod priùs dicitur legatum, in eodem ipso
395 loco postea vocatur fidèicommissum, † vti
videre est in l. nomen. 33. in prin. l. patronus 34.
§. libertis l. vxorem. 39. §. agri plagam ff. de
leg. tertio, l. Caius Seius, 12. & l. Mæuia 13. in
prin. ff de ann. lega. l prædia 27. §. adfinis ff. de
fund. instr. l. Aurelius 29. in prin. & § legatum
est, & §. testamento, & § fin. ff. de liber. leg.
Denique, si verba adiecta sint communia,
erit etiam commune verbum, volo, vel, man-
do, vel aliud simile, & ad vtrunque succes-
sionis genus poterit adaptari. Exemplum sit,
si testator dicat, volo Titium habere, vel,
volo ad Titium peruenire, seu pertinere, aut
simili vtatur dicendi genere: Nam his ver-
bis, non solum intelligi potest constituisse
396 fideicommissum, † vt in d. l. & eo modo 121. ff.
de leg. primo, l. Lucius Titius. 90. §. filiam ff. de
leg. secundo, l. pater filium. 36. §. filiam, & §.
quindecim, & l. Pamphilo. 37. in prin. ff. de leg.
tertio, l. codicillis, 34. in prin. ff. de vsufr. lega. sed
etiam directam institutionem, aut substitu-
tionem ordinasse pro varietate specierū, quæ
proponentur.
Hinc intelligimus, locos, in quibus huius-
modi verba simpliciter dicuntur precaria, si-
397 ue inflexa, † vt d. l. quoniam indignum 15. C.
de testa. & d. l. 2. in prin. C. comm. de lega. prout
etiam dicuntur ab Anto. Gouea lib. 1. varia. lect.
cap. 2. Cuiac. in not. ad Paul lib. 4 sent. tit. 1. §. fi-
deicommittere, Aluar. in d. rub. ff. de leg. primo,
num. 87. Et specialiter de verbo, volo, scribunt
Ruin. cons. 128. num. 17. volum. 3. Nig. in d. rub.
ff. de leg. primo, num. 47. & 48. & ibi Aluar. num.
56. Cuiac. ad leg. Titia 35. §. qui iuncta ff. de leg.
secundo, in 5. lib. respons. Modest. De verbis, volo,
& mando, Bald. in d. l. quoniam indignum. 15.
vers. secundo, C. de testam. Galeat. in d. l. centurio,
num. 402. Cuiac. ad l. 1. ff. de vulg. De verbo, ro-
go, Imol. in l. mulier. 22. §. vlt. vers. &, licet ff.
ad

ad Treb. Caccialup. in d. l. precibus, num. 102.
398 esse accipiendos† inspecto iure antiquo, quo
directa non censebãtur verba, nisi essent im-
peratiua, siue imperatiuo modo prolata, *vt*
diximus supra num. 19. Cœterùm inspecto iu-
re nouo, quo vim, & effectum verbi specta-
mus, non loquendi modum, & figuram *d. l.*
quoniam indignum, verius est, ea qualificari à
verbo adiuncto, & secundum eius naturam
regulari, *vt diximus supra num.* 382. Quam-
obrem possunt esse directa, *vt scribit Ias. in*
d. l. quoniam indignum num. 1. & directam in-
ducere dispositionem, *vt docent Gaitau. in d.*
l. centurio num. 492. *Hug. Cels. consil.* 42. *nu.* 6.
Sanè de verbo, iubeo, dubitarunt, etiam
veteres: Nam, quia vim quandam habet præ-
399 ceptiuam, ideo directum videtur, † prout
id appellat Iustinianus *in d. l. 2. in priu. C. com-*
mu. de legat. Quamobrem, etiam his verbis, hę-
redem esse iubeo, constat, vtiliter fieri potuis-
se institutionem, *ex Vlp. d. tit. 21. Instit. & l. 5.*
§. fin. ff. de hæred. inst. Et his, hæredem meum
dare iubeo, potuisse relinqui legatum, *ex eo-*
dem Vlp. tit. 24. Inst. §. per damnationem, & l.
Titia. 35. §. Lucius Titius ff. de leg. secundo.
Denique directam libertatem his potuisse
dari verbis, liberum esse iubeo, *docet idem*
Vlp. tit. 2. Inst. §. libertas.
Sed magis est, vt, etiam olim debuerit eius
400 qualitas ab adiuncto æstimari, † cum his ver-
bis, reddi iubeo, relictum fideicommissum
legamus, *in l. Lucius Titius. 91. §. 1. ff. de leg. ter-*
tio, & l. Aurelius 29. §. fin. ff. de liber. leg. Quo
fit, vt hoc verbum dicatur dubium, & am-
401 biguum, † *à Cuiac. lib. 11. obs. cap. 25. & lib. 17.*
cap. 15. quod directum esse possit, & precariũ,
vt ait idem Cuiac. ad leg. 1. ff. de vulg. & ad Paul.
d. lib. 4. sent. tit. 1. § fideicommittere. & sic vtram-
que vim recipere, *secundum eund. Cuiac. d. lib.*
11. obser. cap. 25. Quamobrem, & Iustinianus
402 *in d. l. 2.* non dixit simpliciter, † hoc verbum
esse directum, sed adiecit dictionem, fortè,
significans, se de hac re dubitare.
Hinc etiam intelligimus, locos, in quibus
prædicta verba dicuntur verba fideicommis-
403 sorum, seu fideicommissaria, † *vt §. vlt. Inst.*
de sing. reb. per fid. rel. & Paul. lib. 4. sent. tit. 1. §.
fideicommittere, vt etiam dicunt Crott. in rub. ff.
de leg. primo. num. 27. vers. Præmittendo, & ibi
Aluar. num. 87. & 88. Alcia. cons. 31. num. 17.
lib. 9. Cuiac. ad leg. Titia 35. § qui inuita ff. de
leg. secundo, in 5. lib. resp. Modest. de quibus ac-
cipiendæ sunt, *l. ex ea scriptura 29. in prin. ff. de*
testam. l. posthumus 12. §. fin. ff. de iniu. rupt. l.
cum pater. 79 § cui dictis. §. pater certam, §. ab
instituto, §. pater filia, § donationis, & l. qui
solidum 80. §. prædium ff. de leg. secundo, l. fidei-
commissa. 11. §. 1. ff. de leg. tertio, l. pater Seueria-
nam. 100. in prin. ff. de condit. & demonst. l. ver-
bis 5. ff. ad leg. Falc. & l. 2. vers. hæres autem C.
quand. & quib. quart. pars deb. lib. 10. de verbis
fideicommissi loquentes, quasi per ea sola fidei-
commissa potuerint relinqui, esse intelligen-
404 dos, † si verba sequentia alterius dationem,
aut factum contineant, non etiam, si propria
authoritate capiendi facultatem, *secundum*
ea, quæ supra diximus.
Denique ex hoc intelligimus, verbum, in-
405 dico, non esse commune, † *vt voluerunt Bald.*
in d. l. fin. num. 16. vers. si autem C. de sacros. Eccl.
Caccialup. in d. l. precibus num. 102. Oria. in d. l.
centurio, nu. 12. Trentac. de subst. d. part. 4. cap.
4. num. 19. licet iudicium defuncti de omni
406 testatoris dispositione prædicetur, † *vti vide-*
re est in l. vnum testamentum. 24 ff. de testam. l. 1.
C. de sacros. Eccl. l. duos mater. 69 ff. de condit. &
demonst. l. 1. in prin. ff. si quis om. caus. test. §. præ-
terea, Inst. quib. non est perm. fac. test. quia, cum
hoc verbum sit ex genere illorum, quæ per
se nullam habent vim, nisi ea deducatur ab
aliquo verbo adiuncto, necessariò sequitur,
debere ab eodem sumere qualitatem, ita, vt,
vel directum, vel obliquum, vel commu-
ne dicatur pro varietate uerbi, quod adiun-
gitur.
Ex quo patet, cum quærimus, an prædicta
verba sint directa, an precaria, an verò com-
munia, semper esse ad eorum, quæ adijciun-
tur, verborum qualitatem respiciendum, &
per consequentias recurrendum ad ea, quæ
supra num. 130. & seqq. diximus de verbis, quę
per se, ac sine alterius verbi adminiculo di-
spositionem inducunt. Et hæc de verbis, qui-
bus testatores vtuntur.

SVMMARIVM.

1 *Dispositio facta in quota verbis directis, & ci-uilibus refertur ad institutionem, & cur, num. 3.*

2 *Dispositio facta in quota verbis ciuilibus trahitur ad uniuersum.*

4 *Dispositio facta in quota uerbis obliquis non trahitur ad institutionem, & cur, num. 6.*

5 *Dispositio facta in quota uerbis obliquis non trahitur ad uniuersum.*

7 *Verbum, lego, adiectum quotæ hæreditatis non trahitur ad institutionem, Declara, ut num. 9. et seqq.*

8 *Verbum, lego, adiectum quotæ bonorum non trahitur ad institutionem, Declara, ut num. 9. & seqq.*

9 *Verbum, lego, non trahitur ad institutionem, quoties alius in testamento fuit institutus, siue sit adiectum quotæ bonorum, siue etiam quotæ hæreditatis.*

10 *Verbum, lego, adiectum quotæ trahitur ad institutionem, quoties alius in testamento non fuit hæres institutus, Sed contra num. 24. et cur, nu. 26. et seqq.*

11 *Verbum, lego, adiectum uniuersitati non instituto alio hærede importat institutionem, Sed contra, num. 29. Declara, ut num. 15. et 48. & seqq.*

12 *Institutio quibuscunque uerbis fieri potest, Declara, ut num. 14. et 31.*

13 *Verbum, lego, est aptum ad denotandam institutionem.*

15 *Verbum, lego, ut importet institutionem, debet proferri coram septem testibus.*

16 *Verbum, lego, prolatum coram quinque testibus nunquam importat institutionem.*

17 *Testamentum non consistit sine hæredis institutione.*

18 *Testator legando omnia bona coram septem testibus declarat, se uelle hæredem instituere.*

19 *Consequens, qui uult, censetur uelle, et omne necessarium antecedens.*

20 *De-*

20 *Declaratur cap. Raynaldus extra, de testam. et nu.32. et seqq.*

21 *Declaratur l.qui filium.5.§.sed et si portio.ff. de leg.praest.et num. 43.*

22 *Verbum,lego,eãdem habet uim, quam uerbum, relinquo,Sed contra,num.45.*

23 *Interpretatio ea est facienda, per quam actus sustinetur potius, quam pereat, Declara, ut num.47.*

27 *Verbum,lego,non differt hodie à uerbo fideicommitto.*

29 *Verbum,lego,adiectum uniuersitati non trahitur ad institutionem, etiamsi alius in testamento non sit hæres institutus.*

30 *Verbum, lego, adiectum uniuersitati bonorum non trahitur ad institutionem.*

37 *Priuatio, licet supponat habitum, non tamen habitum,qui non est,inducit.*

44 *Declaratur l.cum unus 10. §. si.ff. de alim.leg.*

46 *Declaratur l.1.§. fi.ff.de hæred. inst.*

49 *Verbum, lego, trahitur ad institutionem, si testator alicui leget totam hæreditatem, uel etiam indefinitè hæreditatem, non instituto alio hærede.*

50 *Verbum,lego,trahitur ad institutionem,si testator alicui leget omnia sua bona,uel etiam indefinitè sua bona non instituto alio hærede.*

51 *Verbum,lego,non trahitur ad institutionem,etiãsi adijciatur totalitati bonorũ, quoties alius fuit hæres institutus.*

52 *Verbum,lego,non trahitur ad institutionem,etiãsi testator dicat,lego totam meam hæreditatem, uel indefinitè meam hæreditatem, quoties alius fuit hæres institutus.*

53 *Verbum, lego, non trahitur ad institutionem, etiamsi testator dicat, lego omnia mea bona, uel indefinitè mea bona Titio,quoties alius fuit hæres institutus.*

54 *Verbum, lego, nunquam trahitur ad institutionem, quoties alius in testamento fuit hæres institutus.*

55 *Dispositio facta in quota verbo directo non ciuili, quando trahatur ad institutionem, & num.seqq.*

58 *Verbum,commune adiectum quota non trahitur ad institutionem, quoties alius in testamento fuit hæres institutus,& cur,num.61.*

59 *Verbum commune non trahitur ad institutionem, quoties alius institutus est, siue sit adiectum quotæ bonorum, siue etiam quota hæreditatis.*

60 *Verbum commune adiectum quota non trahitur ad institutionem.*

62 *Verbum commune etiam adiectum totalitati bonorum non trahitur ad institutionem, si alius in testamento fuerit hæres institutus.*

63 *Verbum commune nõ trahitur ad institutionem, etiamsi testator dicat,relinquo omnia mea bona, vel indefinitè mea bona, si alium in testamento hæredem instituit.*

64 *Verbum commune adiectum vniuersitati non trahitur ad institutionem, quoties alius in testamento fuit hæres institutus.*

65 *Verbum commune adiectum quotæ trahitur ad institutionem, si alius non sit hæres institutus, Declara,vt num. 68. & seqq.*

66 *Verbum commune adiectum vniuersitati trahitur ad institutionem, quoties alius non est hæres institutus, Declara, vt num. 75. & seqq.*

67 *Verbum commune adiectum vniuersitati trahitur ad institutionem, Declara, vt num. 75. & seqq.*

68 *Verbum commune adiectum quotæ hæreditatis trahitur ad institutionem, si alius non fuerit hæres institutus,& cur num. 70.*

69 *Verbum commune trahitur ad institutionem, si testator dicat, relinquo totam meam hæreditatem, aut etiam indefinitè meam hæreditatem, & alius in testamento non sit hæres institutus, & cur,num.71.*

72 *Verbum commune adiectum quota bonorum non trahitur ad institutionem, etiamsi alius non fuerit hæres institutus,& num.82.& cur, num.73.& seq.*

74 *Quota bonorum non est quid vniuersale, sed particulare.*

76 *Verbum,relinquo,trahitur ad institutionem,si testator dicat, relinquo Titio omnia mea bona, vel etiam indefinitè mea bona, non instituto alio hærede.*

77 *Verba hæc, relinquo omnia mea bona, vel indefinitè mea bona, restrunntur ad institutionem.*

78 *Verbum, relinquo, trahitur ad institutionem, si alius non sit hæres institutus.*

79 *Verbum, relinquo, trahitur ad institutionem.*

80 *Verbum,relinquo,interdum est directum.*

83 *Verbum commune,vel directum non ciuile trahitur ad institutionem, si testator per quotas distribuerit totam hæreditatem, & cur, num. 84.*

85 *Assignatio portionum vim institutionis habet, licet non apponantur verba ciuilia, hæres esto.*

86 *Dispositio facta in quota verbis communibus, trahitur ad institutionem,si ex verbis,aut coniecturis appareat, testatorem voluisse hæredem instituere,& cur, num. 87.*

88 *Dispositio facta in quota verbis precarijs, & communibus, aut etiam directis non ciuilibus in persona vnius non trahitur ad institutionem.*

89 *Testator, si dicat, instituo, & lego Titio trientem censetur eum hæredem instituisse, & cur, num. 90.*

91 *Testator, si vnũ instituat in dimidia, alteri verò leget,vel relinquat alteram dimidiam, censetur vtrunque hæredem instituisse.*

Quando dispositio facta in quota censeatur facta per modum institutionis, quãdovè per modũ legati,aut fideicommissi.

Quæstio Quarta.

HIS ita præmissis videamus, quando dispositio facta in quota cẽseatur facta per modum institutionis, quandovè per modum legati, aut fideicommissi,& per consequentias,quando trahatur ad vniuersum, & , quando non. Constat autem in hac re sex esse distinguendos casus, quorum

Primus est, quãdo dispositio fuit concepta verbis

verbis directis, & ciuilibus, puta, quia testa-
tor dixit, instituo, vel facio hæredem Ti-
tium in semisse, vel, Titius ex semisse hæres
esto, Et tunc non est dubium, quin referatur
1 ad institutionem † l. 3. §. ante hæredis, vers. in
eo, & l. si ita scriptum sit 13. in princ. ff. de lib.
& posth. l. 2. vers. quam sententiam, l. quoties. 9. §.
si quis tamen l. si quis hæredes. 14. l. Iulianus 15. l.
item, quod Sabinus 17. §. 1. vers. sed, si ille l. hoc
articulo 29 l. si ita scriptum fuerit 47 §. 1. & §. in
testamento l. liber homo. 59 §. 1. & §. Titius ex se-
misse l. illa autem 71. & l. Clemens 81 §. vlt ff. de
hæred. inst. l. 1 ff. de ijs, quæ pro non scrip. hab. l.
Caius Seius. 88. in prin. ff. de leg. secundo, Et scri-
bunt Imol. in l. centurio. 15. num. 24. vers. & sic
patet, & ibi Rip. num. 155. vers. procedendo ff. de
vulg. & per consequentias trahatur ad alias
hæreditatis partes, de quibus testator non di-
2 sposuit, † secundum ea, quæ diximus in hoc cap.
q. 1. num. 1. & seqq. Et ita in specie de dispositione
facta verbis ciuilibus in quota, constat ex l. si quis
ita scripserit, Titius 33. & l. si quis ita scripserit
hæredem. 36. ff. de hæred. subst. l. si ita scriptum 8. in
prin ff. de bon. possess. sec. tab. & scribit Bald. in l.
humanitatis 9. num. 55. C. de imp. & al. substitut.
3 Nam, cũ †, verba ciuilia sui propria significa-
tione denotent hæredis institutionem, vt
ostendimus in q. præced. num. 86. Consequens
est, vt testator, qui disponendo ijs verbis vti-
tur, censeatur declarare, mentem suam esse,
vt vocatum faciat hæredem, non autem lega
tarium, aut fideicommissarium, per ea, quæ
diximus in eadem q præced. num. 1. & seqq.

Secundus verò casus est, quando disposi-
tio facta in quota fuit concepta verbis obli-
quis, puta, quia testator dixit, volo Titio da
ri, aut restitui dimidiã meæ hæreditatis, Et
tunc certi iuris est, talem dispositionem non
censeri factam per modum institutionis, sed
4 per modum legati, aut fideicommissi, † Ita
scribit Gomez. tom. 1. variar. resolu cap. 10 num.
12. vers. ex quo infertur, & per consequentias
non trahi ad alias hæreditatis partes, de qui-
5 bus testator non disposuit. † secundum ea, quæ
diximus in hoc cap. q. 2. & latius dicemus in q. 15.
6 quia, † cum verba obliqua denotent vocatũ
debere capere de manu alterius, vt diximus in
q. præced. nu. 66. Consequens est, vt ex ijs colli-
gamus, testatorem noluisse eum facere hære-
dem, quia alioquin vsus esset verbis denotan-
tibus facultatem capiendi propria authorita-
te, ex qua directæ hæreditatis datio solet æsti-
mari, vt diximus ibi num. 65.

Hinc infertur, si testator per verbum, lego,
relinquat alicui quotam hæreditatis, non cẽ-
seri eum per modum institutionis disposuis-
se, sed per modum legati, quia verbum, le-
go, tamquam obliquum, vt ostendimus in q.
præced. num. 167. adiectum quotæ hæreditatis
7 non trahitur ad institutionem, † l. cum ex filio
39. in prin. & ibi Ang. num. 2. Imol. num. 2. vers.
Item not. ff. de vulg. l. ab omnibus 107 § fin. ff. de
leg. primo, l. si quis seruum. 8 § fin. ff. de leg. secun-
do, l. mulier. 22. §. vlt. & ibi Ang. vers. & not. be-
ne, & Imol. vers. vnde etiam, ff. ad Treb. Hyer.
Toru. in rub. ff. de leg primo, num. 19. Quamob-
rem dicimus, in quota nil referre, vtrum te-
stator dicat, lego, an fideicommitto, vti vi-
dere est apud glo. in d. l. mulier. 22. § vlt. in verb.
retinebitur, vers. nam nulla ff. ad Treb. Idque
multo ma[g]is procedet, si verbum, lego, fue-
8 rit adiectum quotæ bonorum, † l. cum autem.
9. ff. de leg. secundo & scribunt Ang. in d. l. cum
ex filio. 39. in princ num. 2. & ibi Imol. num. 2.
vers. Item not ff. de vulg. Gul. Ben. in d. cap. Ray-
nutius, in verb in eodem testamento relinquens
primo nu. 5. Hyer. Toru. in d. rub. ff. de leg. primo,
num. 19. quippe, quæ censetur potiùs res par-
ticularis, quam vniuersalis, cum de ea sit de-
ducendum æs alienum d. l. cum autem, quod
alioquin de vniuersitate non deducitur d. l. si
quis seruum. 8. §. vlt. ff. de leg. secundo, Et in his
terminis consiaerant Imol. in d. l. cum ex filio. 39.
in princ. num. 4. vers. in ea glo. ibi, & ibi Ias.
num. 7.

Sed hæc dubio carent, si alius in testamen
to fuerit hæres institutus: nam tunc certum
est, verbum, lego, non trahi ad institutionem,
siue fuerit adiectum quotæ bonorum, siue
9 etiam quotæ hæreditatis, † vt de quota bono-
rum constat ex d. l. cum autem 9. ff. de leg. secundo
l. non amplius. 26 § cum bonorum ff. de leg. pri-
mo, & scribunt Ias. in d. l. cum ex filio. 39. in
prin. num. 3. ff. de vulg. Soc. Iun. in rub. ff. de leg.
primo, num. 75. De quota verò hæreditatis constat
ex d. l. cum ex filio. 39. in prin. ff. de vulg. d. l. ab
omnibus. 107. §. vlt. ff. de leg. primo, d. l. si quis ser-
uum. 8 §. vlt. ff. de leg secundo, & d. l. mulier. 22. §.
vlt. ff. ad Treb. & scribunt Alex. in l. centurio.
15. num. 91. vers. addo etiam & ibi Galiau. num.
326. Alex. in l. 1. num. 2. vers. Item responde ff. de
leg primo, Crott. in rub ff. de leg. primo, num. 11.
& ibi Iac. de Nigr. num. 33. vers primo, Soc. Iun.
num. 73. Crau. num. 64. vers. quarto, & num. 76.
Pereg. de fideic. artic. 5. num. 26. Crass. in § insti-
tutio q. 15. num. 3.

Cœterùm, si nullus alius in testamento
fuerit hæres institutus, tunc maior est dubi-
tatio: nam plerique censuerunt, trahi ad insti
10 tutionem, † vt Vaco. à Vacu. lib. 4. declar. iur. ciu.
decl. 55. num. 6. Et videntur accipiendi, qui sim-
pliciter scripserunt, verbum, lego, adiectum quotæ
importare institutionem, vt Fabia. in Auth. nouis
sima, num. 200. vers. & idem dixit C. de inoffic. te-
sta. quia verbum, le[g]o, adiectum vniuersitati
non instituto alio hærede importat institu-
11 tionem, † vt scribunt Alex. in d. l. 1. num. 2. in
prin. & vers. & hoc, quod dixi, vbi ait, hoc in pun-
cto iuris esse verum, licet communis sit in contra-
rium. Sequitur ibi Ias. num. 5. Galiau. in d. l. cen-
turio, num. 327. vers. vnde ego, Crott. in rub. ff. de
leg. primo, num. 9. & ibi Soc. Iun. num. 504. Crau.
num. 70. vers. primus, & num. seqq. ac præcipuè
num. 65. vers. ex quibus, Aluar. num. 76. Romul.
in l. nemo potest 58. nu. 21. ff. de leg. primo, Pereg.
de fideic. d. artic. 5. num. 26. Et accipiendi viden-
tur, qui simpliciter scripserunt, verbum, lego, ad-
iectum vniuersitati trahi ad institutionem, vt
Fabia in d. Auth. nouissima, nu. 200. vers. & idẽ
dixit, Gomez. tom. 1 varia. resol. cap. 10. num. 12.
vers. ex quo infertur, Vaco. a Vacu. d. lib. 4. decl.
55. num. 7. Sed, quoties legatur quota hære-
ditatis, vel bonorum, verbum, lego, censetur
adiectum vniuersitati, non rei certæ, scilicet,
quia pars vniuersitatis, & ipsa vniuersitas est
l. 1. ff. si pars hæred. pet. Quamobrem fideicom
missum quotæ hæreditatis non dicitur fidei-
commissum particulare, sed vniuersale, & se-
cundum vniuersalis fideicommissi naturam
regulatur l. cogi 16. §. & generaliter, vers. cæte-
rum,

rium, tunc iio, §. sed & si quis ff. ad Trebell. Debet igitur ad institutionem trahi. Maior autem illa videtur probari multipliciter, &

Primo, quia institutio quibuscunque verbis aptis tamen ad eam denotandam fieri po-
12 test † *l. quoniam indignum. 15. C. de testa. & in specie declarat Crass. in §. institutio q. 14. num. 1.* Sed verbum, lego, est aptum ad denotãdam
13 institutionẽ, † quia vi sua potest (saltem lata significatione) complecti etiam hæredum institutiones *l. verbis legis 120. ff. de verb. sign. & patet ex ijs, quæ diximus in q. praeced. num. 151. & 153.* Ergo institutio potest etiam fieri verbo, lego.

Nec obstat, si dicatur, vim huius verbi, licet olim esset latissima, fuisse tamen vsu constrictam, & coarctatam ad eas dispositiones, quæ specialiter legata nuncupantur, *d. l. verbis legis, & nos diximus in eadem q. praeced. num. 159.* quia coarctatio, de qua ibi loquitur Pomponius, non est ad verbi significationem referenda, sed ad legandi facultatem, quæ varijs legibus, ac principum constitutionibus fuit coangustata, *vt ibidem ostendimus, & in specie declarant ij, quos ibi retulimus num. 160.*

Minus obstat, quod ita demum possit institutio fieri quibuscunque verbis, si constet,
14 talẽ fuisse mentem testatoris † *d. l. quoniam indignum, vers. si modo,* quia satis videtur de illius mente constare ea qualitate ipsius dispositionis: Nam, cum quærimus, an verbum, lego, adiectum vniuersitati trahatur ad institutionem, supponimus, testatorem disposuisse coram septem testibus, & sic in testamento
15 solemni †, *vt declarant Crott. in d. rub. ff. de leg. primo, num. 9. & ibi Soc. Iun. num. 86. vers. circa secundum*, quia alioquin res careret dubio: Nam, cum institutio non possit fieri in codicillis, aut alia dispositione minus solemni, *vt diximus in 6. cap. q. 18. num. 10.* non posset haud dubie verbum, lego, prolatum coram
16 quinque testibus ad institutionem referri, † *vt in specie declarat Crott. in d. rub. ff. de leg. primo, num 13 vers. Quintus*, sed, quoties profertur corã septem testibus, ea hoc colligimus, testatorem voluisse testari, et de oĩbus bonis disponere, *vt considerat Crott. ibi num. 10. versic. Quarto*. Vnde, quia non potest hoc esse sine hæredis institutione, cum testamentum dici nequeat, nisi in eo fuerit aliquis hæres institu-
17 tus † *l. 1. §. fin. ff. de vulg. l. proximè. 3. vers. Calphurnius ff. de his, quæ in testa. del.* ideo, ne testator videatur inutilem voluisse facere dispositionem, & viam ad infirmanda sua iudicia elegisse *contra l. 3. ff. de milit. testa.* colligimus, cum legando vniuersitatem voluisse
18 honoratum hæredem instituere, † *vt declarat Vasq. a Vasq. d. lib. 4. declar. 55. num. 6.* quia, qui vult aliquid censetur velle id omne, sine quo illud non potest consistere, & , vt vulgò dicimus, qui vult consequens, censetur velle,
19 & omne necessarium antecedens, † *l. quidam 5. in prin. vers. cum igitur C. de necess. seru. hæred. inst. l. 2. ff. de iurisd. l. ad rem mobilem. 56. l. ad legatum 62 ff. de procur.*

Secudo videtur probari maior *ex cap. Raynaldus extra de testa.* vbi S. P. Gregorius IX.
20 simpliciter ait, † Raynaldũ condidisse testamentum, *in quo medietatem partis suæ de rebus prædictis* (erant quædam res particulares super quibus fuerat factum compromissum) *quibusdam auunculis suis, aliam vero medietatem, & reliqua bona paterna eius patruus, suo & eius filijs legauit*, & tamen supponit, patruum illum, tamquam hæredem institutum adijsse illius hæreditatem. Ergo per illa verba, *reliqua bona paterna legauit*, denotat inductam fuisse hæredis institutionem.

Nec obstat, si dicatur, verba prædicta, non esse testatoris, sed S. P. quia dato etiam, quod hoc esset verum, adhuc tamen probant verbum, lego, denotare institutionem, quia S. P. simplici illo verbo, *legauit*, significat, testatorem instituisse vnum ex patruis hæredem, *ut considerãt Alex. in d. l. 1. num. 2. vers. & , quia responsionis ff. de leg. primo, & Aluar. in rub. eiusd. tit. num. 76.*

Tertio videtur probari *l. filium 5. §. sed & si portio ff. de leg. præst* vbi Vlpianus, *Sed et si portio hæreditatis fuerit ei adscripta, qui ex liberis, parentibusvè est*, inquit, *an ei conseruanda sit, vt solent legata? Et Iulianus sæpissimè scripsit, in portione quoque hæreditatis idem, quod in legato probandum, cuius sententia rescripto Diui Pij comprobata est, cum hæreditates non honestiore modo titulo, sed & pleniore onere tribuantur.*
21 Nam ex his verbis apparet, † edictum Prætoris, non solum conseruare legata relicta liberis, & parentibus in pro per contra tabulas bonorum possessionem testamento, sed etiam conseruare portiones hæreditatum, in quibus illi fuerunt instituti *l. nam secundum. 7. ff. eod.* & sic verbum, legati, positum in edicto de legatis præstandis trahi etiam ad hæredum institutiones. Ergo idem dicendum est, & si verbum, lego, fuerit positum in testamento, scilicet, quia ab edicto, siue lege ad testatorẽ valet argumentum *ut diximus in 6. cap. q. 58. num. 44.*

Quarto videtur id ipsum probari ijs locis, in quibus filiæ dos fuit simpliciter legata, & tamen sustinetur testamentum, *ut in l. qui filium 4 ff. ubi pup. educ. deb. & l. cum unus, 10. § ul. ff de alim. leg* quod non contingeret, nisi filia censeretur instituta, scilicet, quia legitima debuit etiam iure Digestorum relinqui titulo institutionis *l. ita tamen 27 § sui rogatus ff. ad Trebell. & docent omnes in Auth. nouissima C. de inoffic. testa.* Ergo per simplex dotis legatum censetur filia instituta, & per consequentias, verbum, lego, adiectum dotis, & sic rei vniuersali trahitur ad institutionem.

Quinto videtur hoc ipsum ea ratione confirmari, quia verbum commune adiectum vniuersitati nullo hærede vniuersali instituto trahitur ad institutionem, *ut ostendemus infra in quarto casu*. Sed verbum, lego, est communem, *ut censent ij, quos retulimus in q. praeced. num. 152.* aut saltem pro communi habetur, scilicet, quia eandem habet vim, quam
22 verbum, relinquo. † Ergo, si fuerit vniuersitati adiectum debebit ad institutionem trahi. *Ita arguunt Alex. in d. l. 1. num. 2. ff. de leg. 1. Crott. in rubr. eiusd. tit. num. 10.*

Sexto facit, quia non debet esse maior vis taciti, siue intellecti verbi, quam expressi, sed, aut minor (cum potentius sit expressum, quam tacitum *l. cum ex filio. 39. §. filio ff. de vulg.*) aut saltem par, cum tacito, & expressi

pat sit virtus *l. cum quid. 3. ff. si cert. pet.* Sed verbum, lego, tacitè intellectum trahitur ad institutionem, si vniuersitati adijciatur: Nã, si testator ita dicat, hæreditatem meam Titio, quo casu suppletur verbum, lego, aut aliud simile, censetur Titium hæredem instituisse *l. 1. §. fin. ff. de hæred. inst.* Ergo debet etiam ad institutionem trahi, si fuerit à testatore expressum. Confirmatur hoc ex eo, quia, cum testator simpliciter ait, hæreditatem meam Titio, non apposito aliquo verbo, censetur Titium hæredem instituisse. *d. l. 1. §. fin.* Ergo, licet expresserit verbum, lego, quod est ineptum ad inducendam institutionem, non tamen debet vitiari dispositio *ex regula l. vn. in prin. vers. eodemque modo C. de rei vxo. actio. Ita arguit Crott. in d. rub. ff. de leg primo, nu. 9. vers. comprobatur.*

Septimo confert, quia in dubio facienda est illa interpretatio, per quam actus sustine-
23 tur potiùs, quam pereat † *l. quoties. 80. ff. de verbor. oblig. l. vbi est. 22. §. 1. ff. de reb. dub. l. cogi. 16. §. in ambiguo ff. ad Trebell*, etiamsi verba deberent impropriari: nam ad sustinendum actum talis impropriatio toleratur, *ut in proposito considerat Alex. in d. l. 1. num. 2. versic. & quia responsiones ff. de leg. primo*. Idque maximè procedit, cum agitur de sustinendo testamento: nam ea pars est potiùs tenenda, quæ sustinet, quam, quæ infirmat testamentum *l. si pars. 10. ff. de inoffic. testa.* Sed, si diceremus, verbum, lego, nõ trahi ad institutionem, testatoris dispositio remaneret inutilis, & totum testamentum corrueret, tamquam non habens hæredem *l. 1. §. fin. ff. de vulg. l. proximè. 3. vers. Calphurnius ff. de his, quæ in test. del.* Contra vero, si dicamus, ad institutionem trahi, valet testamentum, & simul cum eo sustinetur dispositio testatoris. Ergo debemus hanc sumere interpretationem, non obstante, quod à propria vi verbi sit recedendum

Octauo videtur hoc ipsum probari ea ratione, quia dispositio testatoris in dubio debet potiùs interpretari directa, tamquam fauorabilior, quam obliqua *cap. si pater. De testa. in sexto*. Sed hic sumus in dubio, quia ignoramus, an testator legando oĩa bona voluerit hæredem instituere, & sic facere dispositionem directam, per quam testamentum sustinetur, an verò simpliciter relinquere legatum, quod obliquam continet dispositionem, & testamentum sustinere nequit. Ergo debemus potiùs interpretari, eum voluisse hæredem instituere, non autem simplex relinquere legatum, aut fideicommissum. *Ita arguunt Crott. in d. rubr. ff. de leg. primo, num. 9. & ibi Aluar. num. 76.*

Verùm his non obstantibus contrariũ alij frequentiùs tradiderunt, scilicet verbum, lego, non trahi ad institutionem, etiamsi non fuerit alius hæres institutus, siue sit adiectum quotæ bonorum, siue etiam quotæ hæredita-
24 tis. † *Ita enim censuerunt omnes, quos referemus infra num. 29. & seq. dicentes verbum, lego, etiam adiectum vniuersitati nõ trahi ad institutionem. Et specialiter de quota bonorum, aut hæreditatis loquentes ita scripserunt Soc. Iun. in d. rub. ff. de leg. primo num. 105. & ibi Crauet. num. 84. vers. sed restat, Ceph. in d. l. centurio, num. 723. versic. potest etiam, Romul. in l. nemo potest. 58. num. 20. ff. de leg. primo.* Quorum sententiam verissimam esse puto. Non moueor autem, vt ita
25 sentiam ijs iuris locis, † in quibus pars hæreditatis, vel bonorum fuit legata, & tamen honoratus non censetur institutus, sed ad simplex legatũ vocatus *vt in l. mulier. 22. §. vlt. ff. ad Treb. l. si quis seruum. 8. §. vlt. cum l. seq. ff. de leg. secundo, l. cum ex filio. 39. in prin. ff. de vulg.* quia in specie illarum legum fuerat alius hæres institutus, ideoque nil mirum, si verbum, lego, non potuerit ad institutionem trahi, *ut considerant Alex. in d. l. 1. num. 2. vers. Item responde ff. de leg. primo, Crott. in rub. eiusd. tit. num. 11. & ibi Soc. Iun num. 88. Nig. num. 33. vers. primo, & vers. secũdo, Aluar. num. 50. vers. uerum,* cum eo casu, ne verbum quidem cõmune trahi possit, *ut ostendemus infra nu. 64. Et in proposito considerant Ceph. in d. l. centurio, num. 773. Nig. in d. rub. ff. de leg. primo, num. 33. vers. primo.* At nos loquimur, cum nemo alius institutus est, & testator alicui simpliciter legauit partem hæreditatis, vel bonorum, quo casu maior est dubitatio, sed moueor
26 Primo, quia † dispositio testatoris in dubio debet cẽseri facta eo modo, quem denotant verba, *ut patet ex ijs, quæ diximus in q. præced. num. 1. & seqq.* vtpote, à quorum vi, & propria significatione non est in dubio recedendum, *ut diximus ibi num. 16.* Sed, cum testator ait, lego dimidiam meorum bonorum, aut meæ hæreditatis Titio, verba de sui propria significatione denotant legatum, non institutionem, cum verbum, lego, fuerit vsu loquendi constrictum ad eas dispositiones, quæ specialiter legata nuncupantur, & ab institutionibus distinguuntur, *ut ostendimus ibi num. 159.* Ergo talis dispositio debet censeri facta per modum legati, non verò per modũ institutionis.

Nec est, quod respondeas, constrictam quidem esse potestatem legandi, sed non significationem verbi, lego, & ita esse intelligendam *l. uerbis legis. 120. ff. de uerb. sign.* quia, licet nõ inficier, hunc esse verũ illius loci sensum, *ut ostendi in d. q. praeced. num. 160.* adhuc tamen verum est, constrictam esse illius verbi significationem, idque patere non solum ex varijs Digestorum titulis ad legatorum materiam pertinentibus, sed etiam ex ipsamet *l. uerbis legis, sicuti demonstrauimus ibi nu. 161.*

Secundo moueor, quia nulla est hodie differentia inter verbũ, lego, & verbum, fidei-
27 committo † *l. 2. in prin. C. commu. de legat. & in specie declarat glo. in d. l. mulier. 22. §. fin. in uerb. retinebitur ff. ad Trebell.* Sed verbum, fideicommitto, etiam adiectum vniuersitati, vel eius quotæ nunquam trahitur ad institutionem, sed denotat simplex fideicommissum. Ergo & verbum, lego.
28 Tertio moueor, quia † genus dispositionis, non à qualitate rei, sed à vi, & natura verbi debet æstimari: Nam qualitas rei potest quidem diuersam eiusdem dispositionis speciem constituere, sed non ipsum dispositionis genus commutare, vt ecce, si testator verbo, instituo, adijciat fundum, qualitas illius rei operabitur quidem, vt dispositio cẽseatur

patti-

particularis, sed non efficiet, vt desinat esse
institutio, & fiat legatum, licet in plerisque
pro legato habeatur *l. quoties. 13. C. de hæred.
inst. & nos latè ostendemus in hoc cap. quæstio. 9.*
Sic, & qualitas rei, quæ adijcitur verbo, fi-
deicommitto, operatur quidem, vt dispositio
censeatur, vel vniuersalis, vel particularis,
sed non, vt desinat esse fideicommissum, &
in aliud dispositionis genus transferatur, *ut
patet ex tit. Inst. de fideic. hæred. & ex tit. de sing.
reb. per fid. rel.* Ergo, & simili ratione, si ver-
bo, lego, adijciatur quota bonorum, vel hæ-
reditatis, talis adiectio operabitur quidem,
vt dispositio censeatur vniuersalis, sed nō ef-
ficiet, vt desinat esse legatum, & in institutio-
nem conuertatur.

Neque obstat, quod verbum, lego, adie-
ctum vniuersitati non instituto alio hærede
trahitur ad institutionē, quia respondeo pri-
mo, contrariam opinionem esse veriorem,
29 & receptiorem, † *ut uidere est apud Ruin. cons.
52. num. 13. uol 3. Ceph. in d. l. centurio, num. 772.
Hyer. Torn. in d. rub. ff. de leg. primo, num. 10.
uers. ego uerò, & num. 18. ubi testatur, hanc esse
communem conclusionem, Crass. in d. §. institutio
q. 15. num. 3. in fin. ubi ait, hanc opinionem se-
qui dd. magis communiter, ex doctr. Bart. in d. l.
centurio, num. 19. quam in materia substitutio-
num constat esse magis communem, sicuti osten-
demus in hoc cap. q. 6 & q. 14. in secundo casu.*
Et ita etiam videntur sensisse, qui simpl. citer
scripserunt, verbum, lego, etiam adiectum
vniuersitati bonorum nō trahi ad institutio-
30 nem, † *ut Imol. in d l. cum ex filio, 39. in princ.
num. 2. uers. Item not ff de uulg. Corn. cons. 185.
num. 5. uol. 1. Galean. in d. l. centurio, num. 326.
Nig. in d. rubr. ff. de leg. primo, num. 33. & 36.
ubi testatur, hanc esse communem, Natt. in l. hac
consultissima. 21. §. ex imperfecto num. 112. C. de
testa. Crass. in §. substitutio q. 5. num. 23. ubi pa-
riter testatur, hanc esse communem. Menoch.
consil. 86. num. 78. ubi similiter ait, hanc esse
communem opinionem, per ea, quæ supra di-
ximus.*

Neque obstat primo, quod institutio fieri
possit quibuscunque verbis, quia respondeo,
31 hoc procedere, † dummodo verba talia sint,
vt ex ijs colligere possimus, testatorē voluisse
facere hæredem, aut de tali voluntate con-
stet aliunde *d. l. quoniam indignum. 15. uersic. si
modo C. de testam. & in specie declarat Mantic.
de coniect. ult. uolunt. lib. 4. tit. 3. num. 1.* In specie
autem proposita, nec verba talem habere
vim, nec aliunde constare de tali voluntate
testatoris, ideoque non posse censeri factam
institutionem. *Ita respondet Hyeron. Torn. in
d. rubr. ff. de leg. primo, num. 18. uers. Nec ob-
stat.*

Nec obstat, quod satis videatur de tali
mente constare, eo ipso, quod testator se-
ptem adhibuit testes, & de omnibus suis bo-
nis disposuit, quia verius est, hoc non suffice-
re, nisi verba talia sint, vt vi sua possint ali-
quo modo referri ad institutionem, quod de
verbo, lego, dici nequit, quippe, quod vi sua
legatum denotat, non institutionem. *Ita
respondet Hyer. Torn. in d. rubr. ff. de leg. primo,
num. 18. uers. Nec obstat.*

Secundo non obstat *cap. Raynaldus, extr. de
testam.* quia pro illius vt tollenda vanæ so-
lent à nostris responsiones afferri.

Primum enim respondent nōnulli, in hoc
32 differre ius canonicum à iure ciuili, † quod,
licet verbum, lego, adiectum vniuersitati nō
trahatur ad institutionem inspecta disposi-
tione iuris ciuilis, trahitur tamen inspecta
æquitate canonica, secundum quam, non iu-
ris subtilitas, sed nuda mens testatoris debet
attendi. *Ita respondet Hostien. in d. cap. Ray-
naldus, num. 22. & est de mente omnium, quos
referemus in hoc cap. quæstio. 12. in secundo, &
quarto casu.*

Sed horum sententia meritò fuit ab alijs
33 frequentiùs improbata, † *vt a Iac. de Nigr. in
d. rub. ff. de leg. primo, num. 36. Romul. in d. l. nē-
mo potest 58. num. 18. vers. sed ista responsio ff. de
leg primo, & alijs, quos referemus in d. q. 12. in
34 secundo, & quarto casu,* quia † non est inducen-
da differentia inter ius ciuile, & canonicum,
nisi specialiter de ea constet *cap. 1. & 2. extr.
de oper. nou. nunt.* quod in proposito dici ne-
quit, cum, neque in *d. cap. Raynaldus*, neque
in alio iuris Pontifi. ij loco dicatur, testato-
rem legantem censeri hæredem instituere:
Neque obstat, quod iure Pontificio non sit
attendenda iuris subtilitas, quia, vt verbum,
lego, ad institutionem non trahatur, non pro-
uenit à subtilitate iuris, quippe, quæ, ne iure
quidem ciuili esset hodie in testamentis attē-
denda *l. quoniam indignum. 15. C. de testam. &
nos ostendimus in q. præced. num. 17.* sed proue-
nit à vi, & significatione verbi, secundum
quam morentiū dispositiones in dubio sunt
intelligendæ *l. non aliter 67. in prin ff de leg. 3.*
ne alioquin perplexitas in testamentis indu-
catur, *vt ibi ostendimus*. Nam verbum, lego,
sui propria significatione denotat legatum,
non institutionem, *vt demonstrauimus ibi nu.
156.* ideoque testator qui illo verbo vtitur,
censetur legare, non hæredem instituere.

Secundo igitur respondent alij, ideo in
specie *d. cap. Raynaldus*, censeri institutum
35 eum, cui fuerant bona legata, quia † testator
apposuerat pœnam priuationis eorum, quæ
legatario erant, vel ex testamento, vel ab in-
36 testato obuentura. Sed & hæc reprobat † *Crot.
in d. rubr. ff. de leg. primo, num. 7.* quia ex impo-
sitione pœnæ, vel oneris non inducitur insti-
tutio *l. hæreditas ad Statium 65. ff. de hæred. inst.*
Nam pœna continet priuationem, quæ, licet
supponat habitum, non tamen habitum, qui
37 non est, inducit. † Quamobrem Scæuola *in
l. Titia. 59. §. fi. ff de man. test.* scribit his verbis,
*Onesiphore, nisi diligenter rationem excusseris, li-
ber ne esto*, libertatem adimi potiùs, quam da-
ri. Nec dicas, hoc procedere, si sola pœna
adijciatur, secus verò, si cum ea concurrat
38 etiam legatum quotæ bonorum, † *vt censuit
Crott. in d. rub. ff de leg. primo, num. 13. qui ita
putat intelligendum cap. Raynaldus*, quia posset
hoc procedere, si pœna cōtineret ademptio-
nem hæreditatis: nam tunc verum esset, eum,
cui pars bonorum fuit legata, censeri institu-
tum, non quia pœnæ adiectio dationem ope-
retur, sed, quia testator hæreditatem auferē-
do declararet, se per legatum bonorum hæ-
reditatem dedisse, & sic hæredem instituisse.
Cœterùm, si pœna simplicem contineat bo-
norum ademptionem, verius est, supponere
quidem dationem bonorum, sed non datio-
nem

nem hæreditatis, quæ longè distat à bonis *d.*
l. si quis seruum. 8. §. fin. cum l. seq. ff. de leg. se-
cundo.

Quamobrem probabilius est, quod alij tradiderunt, verbum, legauit, positum *in cap.*
Raynaldus, non fuisse prolatum à testatore,
sed à S. P. qui impropriè locutus est, eo ipso,
quod dixit, testatorem legasse patruis, quos
39 tamen re vera scripserat hæredes. † *Ita respon-*
dent Alex. in d. l. centurio, num. 91. & ibi Ceph.
num 738. Gul. Ben. in d. cap. Raynutius, in
verb. eidem impuberi succederent, num. 12. Corn.
cons. 185. num. 5. volum. 1. Hyer. Torn. in d. rubr.
ff. de leg. primo, num. 15. Nec enim nouum est,
hæredes institutos vocari legatarios, & institutionem ipsam dici legatum: Nam hoc etiã
fit, quoties ex re certa fuit aliquis institutus,
vt patet ex l. ex facto. 35. vers. & si fortè ff. de
hæred. inst. vel dici potest, verbum, legauit, ibi
positum ideo denotare institutionem, quia
ex subsequentibus verbis apparebat, testatorem voluisse, patruos, quibus bona legauerat, hæredes instituere; nam eos postea vocauerat hæredes. Vnde, quia verba sequentia declarant præcedentia *l. si seruus plurium*
53. §. vlt. ff. de leg. primo, ideo factum est, vt legandi verbum fuerit ad institutionem relatũ.
Cæterùm amota hac circunstantia, & voluntatis coniectura, magis est, vt non ad institutionem, sed ad simplex legatum referri de-
40 beat. † *Ita respondent Alex. in d. l. centurio, nu.*
91. vers. aut posset, Gul. Ben. in d. cap. Raynutius,
in verb. eidem impuberi succederent, nu. 12. vers.
vel potestis, Aluar. in d. rubr. ff. de leg. primo, nu.
61. & seq. Denique responderi potest, in specie *d. cap. Raynaldus*, necessariò supponendum esse, testatorem instituisse patruum hæ-
41 redem, licet S. P. hoc non expresserit, † quia,
cum non disputaretur de hæreditate, aut validitate testamenti, sed tantum de legatis, &
fideicommissis, non fuit ei necessarium exprimere, factam fuisse hæredis institutionem,
sed suppositis terminis habilibus id tantum
proponere, quod erat in cõtrouersia; Quamobrem, nec aliqua suberit necessitas, quę nos
cogat, fateri, verbum, legandi, fuisse ibi positum impropriè, cum possit etiam propriè
sumi pro vero legato, dummodo supponamus (vt par est) in alia parte fuisse patruum
hæredem institutum. *Ita respondet Crisp. in*
d. rub. ff. de leg. primo, num. 100. vers. ad cap. &
Natt. in l. hac consultissima 21. §. ex imperfecto,
num. 114. vers. vnde pro solutione, vbi att. hunc
intellectum sibi admodum placere. C. de testam.

Et sanè fuisse patruum hæredem institutũ
extra illa verba, *reliqua bona paterna legauit*,
42 conuincitur ex eo, † quia, si fuisset per ea tantum vocatus, non potuisset censeri institutus, etiam secundum opinionem illorum,
qui putant, verbum, lego, adiectum vniuersitati non instituto alio hærede trahi ad Institutionem, *quos retulimus supra num. 11.* Nam
ibi verbum, lego, non fuerat adiectum vniuersitati, sed rei particulari, scilicet, quia Raynaldus legauerat bona paterna, quæ respectu
ipsius testatoris non denotabant rem vniuersalem, sed particularem, perinde, ac, si testator legasset fundum, aut aliam rem certam
l. ita tamen. 27. §. Trebellianum. ff. ad Trebell.
vsque latius ostendemus in hoc cap. q. 14. & in
proposito considerant Crott. in d. rub. ff. de leg. 1.
num. 6. & ibi Crisp. num. 100. in fin. ideoq; non
poterat patruus censeri per ea institutus, quia
verbum, lego, adiectum rei particulari nunquam trahitur ad institutionem, *vt est receptissima dd. sententia, sicuti ostendemus in hoc cap.*
quæst. 12. & tamen S. P. supponit, fuisse eum
hæredem institutum. Ergo necessariò fatendum est, institutionem fuisse factam alijs verbis, siue in alia testamenti parte, & consequenter, locum illum non probare, verbum,
lego, adiectum vniuersitati trahi ad institutionem.

Tertio non obstat *l. filium. 5. §. sed & si*
portio ff. de leg. præst. quia respondeo, edictũ
43 de legatis præstandis non ideo † pertinere ad
institutiones liberorum, aut parentũ in quota hæreditatis factas, quod verbum, lego, denotet etiam institutionem, sed, quia, quod de
legatis statutum erat, fuit ex identitate, &
verò etiam ex maioritate rationis ad institutiones porrectum, *vt patet ex d. §. sed & si portio, & ex d. l. nam secundum 7. ff. eod. Ita in*
proposito respondent Crott. in d. rubr. ff. de leg. 1.
num. 5. vers. defendendo, & ibi Aluar. num. 65.
& Hyer. Torn. num. 15. vers. Non obstat. Quãobrem retorquetur argumentum: Nam, si
verbum, lego, sui propria significatione potuisset etiam institutiones complecti, non
fuisset necessaria constitutio Diui Pij, quæ
prætoris edictum loquens de legatis, ad institutiones extenderet. Cum igitur fuerit necessaria *d. l. nam secundum*. Consequens est,
vt vi sua non potuerit ad institutiones referri.

Quarto non obstant loci, in quibus filiæ
dos fuit simpliciter legata, & tamen illa supponitur instituta respondeo, hoc esse perspi-
44 cuè falsum: Nam † in specie *l. cum vnus. 10.*
§ fin. ff. de alim. lega. filia fuerat à patre exhæredata. Non igitur instituta. Deinde in specie vtriusque loci patet alium hæredem institutum fuerat, ideoque non poterat verbum, lego,
etiamsi fuisset vniuersitati adiectum ad institutionem referri, *vt ostendimus supra num. 9.*
Denique Papinianus, & Iulianus apertè vocant dispositionem testatoris legatum, vt
patet ex illis verbis, *pro modo legata dotis*, quæ
leguntur *in d. l. cum vnus. §. fin.* & ex illis, *ducenta legati causa soluet*, quæ leguntur *in dict.*
l. qui filium. Non est igitur censenda institutio:

Nec obstat, quod, si filia non esset instituta, censeretur præterita, ideoque testamentum esset nullum, & tamen ibi supponitur
validum, eo ipso, quod sustinetur legatum,
quod esse nequit, nisi testamentum consistat
l. 1. in fin. ff. de vulg. quia respondeo primo,
ideo testamentum sustineri, quia pater exhæredauerat filiam, vt patet ex illis verbis, *quã*
solam pater exhæredatæ filiæ iubenti dari voluit, quæ leguntur *in d. l. cum vnus. §. fin. vt animaduertit Aluar. in d. rubr. ff. de leg. primo, num.*
68. Et, quamuis *in d. l. qui filium*, nulla fiat de
exhæredatione mentio, est tamen supponenda, ideo, quia moris erat, vt exhæredatis legaretur *l. cum quidam. 19. ff. de liber. & posthum.*
ne proposita querela testamentum rescinderent, quod dato legato fieri non poterat, scilicet, quia ad excludendum filium exhære-

datum

datum à querela satis erat legitimam titulo legati, vel alio simili relinquere *l. Papinianus. 8. §. si quis mortis, & l. si non mortis. 25. ff. de inoffic. §. vlt. Inst. eod.* quod Iustiniani constitutione postea mutatum est *in §. aliud quoque capitulum, Auth. vt, cum de app. cogn. coll. 8.* Secundo respondeo, dato etiam, quod non fuerit exhæredata, ideo sustineri testamentum, quia iure Digestorum filia præterita nõ dicebat testamentum nullum, sed hæredibus institutis accrescebat, *vt ostendimus in 1. cap. quæst. 1. num.* 16. quod & ipsum hodie correctum est *in l. maximum vitium 4. C. de lib. præt.*

Quinto non obstat, quod verbum, lego, sit commune, aut saltem communi simile, eãdemque, quam illud vim habere censeatur, quia respondeo, neutrum verum esse;
45 † Nam, neque commune est, cum sit obliquum, *vt diximus in q. præced. num. 167. Et in proposito respõdet Aluar. in d. rub. ff. de leg. primo, num. 66.* neque parem cum illo vim habere intelligitur, cum verbum commune maioris sit efficaciæ, quam verbum, lego, *vt patebit ex ijs, quæ dicemus in quarto casu. Ita respondent Iac. de Nigr. in d. rub. ff. de leg. primo, num. 32. & Ceph. in dict. l. centurio, num.* 750.

Sexto non obstat, quod verbum, lego, tacitè intellectum referatur ad institutionem, quia respondeo hoc etiam perspicuè falsum esse. Neque id probat exemplum, quod affertur, quia, licèt d mus illud esse verum non tamen ideo sustinetur dispositio, quod, suppleatur verbum lego, sed potiùs quia suppleiur verbum, do, quod est directum, *vt ostendimus in q. præced. num* 142 aut saltem verbum, relinquo, quod est commune, & potest ad institutionem referri, *vt ostendimus ibi num. 169. & seq.*

Et, si dicas, quare potiùs suppleiur verbũ, do, aut relinquo, quam verbum, lego, cum ita vnum, vt aliud potuerit testator voluisse exprimere, respondeo, id necessariò faciendum esse, quia in dubio debemus illud potiùs verbum intelligere, per quod actus sustinetur, quam illud, per quod redderetur inutilis, vt patet *ex d. l. 1. §. fin. ff. de hared. instit.* Nam,
46 licet ibi † testator nullum expressisset verbũ, sed simpliciter dixisset, *Titium hæredem meũ esse*, & ita suppleri posset verbum, volo, vt verbum, iubeo, nihilominus fuit suppletum verbum, iubeo, non verbum, volo, quia, si per verbum, volo, fuisset facta dispositio, nõ potuisset esse valida, cum institutio non posset tunc temporis eo modo fieri *d. l. quoniam indignum. 15. C. de testam.* Vnde, ne dispositio redderetur inutilis, fuit suppletum verbum, iubeo, per quod etiam eo tempore poterat vtiliter fieri institutio, *vt patet ex Vlp. tit. 21, Inst. & nos diximus in q. præced. num. 39.*

Septimo non obstat, quod ea sit facienda interpretatio, per quam actus sustinetur potiùs, quam pereat, quia respondeo, id proce-
47 dere † in dubio, hic autem rem non esse dubiam, sed claram, quia clara res dicitur, quæ ex vi verborum colligitur *l. ille, aut ille. 25. §. cum in verbis ff. de leg. tertio*, & in proposito non institutionis, sed legati titulus colligitur ex vi verborum, scilicet, quia verbum, lego, sui propria vi, & significatione legatum denotat, non institutionem, *vt ostendimus in q. præced. num. 156.* ideoque dispositionẽ non posse per interpretationem trahi ad institutionem. *Ita respondet Iac. de Nigr. in d. rub. ff. de leg. primo, num. 36. vers. Non obstat.*

Octauo, & vltimo non obstat, quod in dubio dispositio debeat potiùs censeri directa, quã obliqua, q a respõdeo id procedere, si cõueniat verbis expressis à testatore, & personis, de quibus agitur, *vt dicitur in d. cap. si pater, de testam. in sexto.* Hic autem non conuenire verbis, quia fuit facta verbo, lego, quod ad institutionem referri non potest, ideoque non esse interpretandam, nec trahendam ad institutionem. *Ita respondet Nig. in d. rub. ff de leg. primo, num. 31.* Ex quibus apparet, non esse veram opinionem existimantium, verbum, lego, adiectum vniuersitati trahi ad institutionem, si nullus alius fuerit in testamẽto hæres institutus.

Sed posito etiam, quod ea sustineri posset
48 respondeo secundo, eam procedere, † quoties verbum, lego, fuit adiectum totalitati bonorum, puta, quia testator dixit, lego totam meam hæreditatem, aut etiam indefini-
49 tè meam hæreditatem Titio, † *in quibus terminis loquuntur Alex. in d. l. 1. num. 2. & ibi Ias. nu. 5. ff. de leg primo, Crott. in d. rub. ff. de leg primo, num. 9. & ibi Soc. Iun. num. 104. Crau. num. 70. vers. primus, & num seqq. ac præcipuè num. 65. vers. ex quibus, & Vasq. a Vacu d. lib. 4. decla. 55. num. 7.* vel, lego Titio omnia mea bona,
50 aut etiam indefinitè, mea bona, † *vt apud eundem Alex. in d. l. 1. num 2. & ibi Ias. num. 5. ff. de leg primo, Galiau. in d. l. centurio, num. 327. vers. vnde ego, Soc. Iun. in d. rubr. ff de leg. primo, num. 104. Romul. in d. l. nemo potest. num. 21. Vasq. a Vacu. d. lib. 4 decla. 55. num. 6.* Nam in his casibus, & alijs similibus facillimè sustineri potest, verbum, lego, trahi ad institutionem, si alius non sit hæres institutus. Cœterùm, si non sit adiectum totalitati bonorum, sed quotæ, verius est, non trahi ad institutionem, sed denotare simplex legatum, aut fideicommissum, *secundum ea, quæ supra diximus. Ita in specie distinguit Soc. Iun. in d. rub. ff. de leg. primo, num.* 104. Itaque ad hoc, vt ex illorum sententia verbum, lego, adiectum vniuersitati trahatur ad institutionem, duo copulatiuè requiruntur. Primo, vt vniuersitas sit totalis. Secundo, vt alius in testamento non sit hæres institutus. Si igitur vnũ ex ijs deficiat, verius erit, non ad institutionem, sed ad simplex legatum referri. Vnde infertur, si testator dixerit, lego dimidiam meorum bonorum, aut meæ hæreditatis Titio, quia non adiecit verbum, lego, totalitati bonorum, nõ trahi ad institutionem, etiamsi alium hæredem non fecerit, *vt diximus supra num.* 24. Et contra, si alium in testamento hæredem instituerit, non trahi ad institutionẽ, etiamsi verbum, lego, adiecerit totalitati
51 bonorum, † *vt scribit Roll. cons. 34. num. 11. & 20. vol. 4.* puta dixerit, lego Titio totam meam hæreditatem, vel etiam indefinitè
52 meam hæreditatem, † *vt in specie docuit Soc. Iun. in d. rubr. ff. de leg. primo, num. 73. Crast. in d. § institutio q. 15. num. 3. Pereg. de fideicom. art. 5. num. 6.* aut, lego omnia mea bona, vel etiã

indefi-

53 indefinitè, mea bona, † *vt apud Soc. Iun. in d. rubr. ff. de leg primo, num. 75. & ibi Aluar. nu. 50. vers. verum, Peregr. de fideicom. d. artic. 5. num. 26.* Generaliter enim verum est, nō trahi ad institutionem, quoties alius hæres institu-
54 tus est, † *vt scribunt Ceph. in d. l. centurio, num. 773. Menoch. cons. 86. num. 78.*

Planè, licet hæc regulariter vera sint, interdum tamen non procedunt, quod, quibus casibus, contingat, exponemus *in hoc cap. q. 12. in quarto casu*, vbi communiter afferemus omnes casus, in quibus verbum, lego, aut verbum, relinquo, adiectum quotæ, vel certæ rei trahatur ad institutionem, aut in persona filij, siue alterius necessariò instituendi, aut etiam in persona extranei. Quamobrem ad ea recurrendum erit, quæ latè dicemus ibi, quoties pleniorem exigimus huiusce rei cognitionem.

Tertiùs casus est, quando dispositio facta in quota fuit concepta verbis directis non ciuilibus, puta, quia testator dixit, assigno, vel concedo Titio trientem meæ hęreditatis, aut simili est vsus loquendi forma, Et tunc res est ex ijs decidenda, quę dicemus *in casu sequenti*: Nam, quia verba directa non ciuilia parum, aut nihil differunt à communibus, *vt ostendemus in hoc cap. q. 6. & 14.* ideo fit, vt quæcunq; dicemus de dispositione facta in quota verbo communi, debeant etiam intelligi dicta de ea, quæ facta est verbo directo non ciuili. Quamobrem secundum distinctiones, quas ibi afferemus erunt intelligendi, qui simpliciter scripserunt, dispositionem factam in quota verbo directo non ciuili trahi ad insti-
55 tutionem, † *vt Alex. consil. 12. num. 13. vol. 3.*
56 vel contra, non trahi, † *vt Ias. in d. l. centurio, num. 38. in fin. & ibi Galiau. num. 440.* vel, non trahi, nisi, cum alius non est hæres in-
57 stitutus, † *vt Galiau. in dict. l. centurio, num. 326.*

Quartus casus est, quando dispositio facta in quota fuit concepta verbis communibus, puta, quia testator dixit; relinquo trientem, aut semissem Titio, Et tunc constat, multum referre, vtrum alius in testamento fuerit hæres institutus, nec ne: Nam, si alius institututus sit, verbum commune adiectum quotę non trahetur ad institutionem, sed simplex
58 legatum, aut fideicommissum denotabit, † *l. qui concubinam. 29. §. cum ita ff. de leg. tertio, & scribunt Bart. in d. l. centurio, num. 36. & 40. & ibi Imol. num. 24 vers. & hęc ratio, Alex. num. 91. vers. fateor, Ias. num. 61. Galiau. num. 336. & 494. Ceph. num. 1042.* siue sit adiectum quotæ
59 bonorum, siue etiam quotæ hæreditatis, † *vt de quota bonorum scribit Caroc. decis. 80. num. 32. De quota verò hæreditatis Ias. in d. l. centurio, num. 61.* Et ita accipiendi sunt, qui simpliciter dixerunt, verbum commune adiectum
60 quotæ non trahi ad institutionem, † *vt Bart. in d. l. qui concubinam. 29 §. cum ita num. 1. ff. de leg. tertio. Ias. in d. l. centurio, num. 61. Couar. in cap. Raynutius, §. 1. num. 5. extr. de testam. Peregr. de fideicom. artic. 5. num. 40.* vt scilicet loquantur, cum alius fuit hæres institutus:
61 Nam, † quando testator alium instituit hęredem, vel in tota hæreditate, vel in quota, vel etiam simpliciter, apparet, mentem eius nō fuisse, vt etiam is, cui reliquit verbo communi, esset hæres, quia alioquin, vt illum instituit, ita & hunc sciuisset instituere *l. vn. §. sin autem ad deficientis C. de cad. tol.* Idque adeo verum est, vt procedat, etiam si verbū com-
62 mune sit adiectum totalitati bonorum, † *vt scribūt Galiau. in d. l. cēturio, n. 494. & ibi Ceph. num. 1045.* puta, quia testator dixerit, relinqua totam meam hæreditatem, aut etiam indefinitè meam hæreditatem Titio, vel, relinquo Titio omnia mea bona, aut etiam inde-
63 finitè mea bona, † *vt de prima specie scripserunt glo. in l. his verbis 48 in prin. in verb. dominus esto, & ibi Bart. num. 1. & 2. ff. de hæred. inst. Galiau. in d. l. centurio num. 326. & 439. vers. & quod non traheretur, vbi testatur, hanc doctrinam sequi dd. communiter, Crass. in d. §. institutio quæst. 14 num. 3. De secunda vero Ang. de Gamb. cons. 80. num. 8. vers. quoad quartam, iuncto. num. 10.* Nec enim in his casibus censebitur eum hæredem instituisse, sed simplex ei legatum, seu fideicommissum reliquisse. Quamobrem generaliter dicimus, verbum commune adiectum vniuersitati non trahi ad institutionem, sed denotare simplex legatum, aut fideicommissum, si alius in testamē-
64 to fuerit hæres institutus, † *vti videre est apud Ang. de Gamb. d. cons. 80. nu. 8. vers. quoad quartam, iuncto num. 10. Alex. in d. l. 1. nu. 2. vers. & per hoc. ff. de leg. primo. Ruin. cons. 17. nu. 10. vol. 2. Nigr. in rub ff. de leg. primo num. 33. vers. primo, & ibi Aluar. num. 50. vers. verum, Ceph. in dict. l. centurio, num. 773. Armil. Terent. inter consil. vlt. vol. consil. 22. num. 17. volum. 2. Surd. cons. 229. num. 7. Caroc. d. decis. 80. num. 25. & 26.*

Cœterùm, si nullus alius hæres institutus sit, & quærimus, an verbum commune adiectum quotæ trahatur ad institutionem, & per consequentias ad vniuersum, quæstio videtur esse controuersa, *vt ait Coru. consil. 319. num. 7. vers. Nec obstat, si dicatur, vol. 4.* Nam
65 plerique simpliciter dixerunt, trahi † *vt Bart. in d. l. centurio. num. 36. & 40. & ibi Galiau. nu. 336. & Ceph. num. 1042. Alex. cons. 150. num. 8. vers. Nec reperitur, vol. 2. Fabia. in d. Auth nouissima num. 197. C. de inoffic. testam. Pereg. de fideicom. artic. 34. nu. 53. vers. difficultas, & vers. resolutio*; Et videntur etiam accipiendi, qui simpliciter scripserunt, ad institutinem trahi non distinguentes, vtrum alius institutus sit, nec ne, *vt Gul. Ben. in d. cap. Raynutius, in verb. in eodem testamento relinquens primo, num. 3. vers. quod etiam, & num. 4.* quia verbum commune adiectum vniuersitati trahitur ad institutionem, quoties alius non est hæres insti-
66 tutus, † *vt scribunt Bart. in d. l. his uerbis 48. in princ. num. 2. uers. in contrarium. ff. de hæred. inst. Ang. de Gamb. d. consil. 80. num. 8. uersic. quoad quartam, iuncto num. 10. Alex. in d. l. 1. num. 2. uers. si autem ff. de leg. primo, & cons. 70. num. 9. uol. 2. Ias. in rub. ff. solut. matrim. num. 31. Corn. cōs. 161. n. 3. & 6. uers. Nec obstat, uol. 1. Paris. consil. 3. num. 11. uol. 3. Galiau. in d. l. centurio, num. 326. & ibi Ceph. num. 716. Hyer. Torn. in rub. ff. de leg primo, num. 16. uers. Non obstat, & ibi Aluar. num. 66. Armil. Teren. inter consil. ult. uolunt. d. cons. 22. num. 17. uol. 2. Crass. in d. §. institutio quæst. 14. num. 3. ubi testatur, hanc esse communem, Put. decis. 79. num. 3. lib. 1. Caroc. d. decis. 80. num. 26.* In quibus terminis videntur

acci-

accipiendi, qui simpliciter dixerunt, verbum
commune adiectum vniuersitati trahi ad in-
67 stitutionem, † ut Bart. in l. illa institutio 32. in
prin. num. 3. ff. de hered. inst. Aug. in d. l. his uer-
bis 48. in prin. ff. eod. Ang. de Gamb. consil. ult.
num. 6. Imol. in l. 1. § si ex fundo, num. 19. ff de
hered. inst. Ias. in d. Auth. nouissima, num. 33.
ubi testatur, hanc esse ueram, & communem
sententiam, Crott. in d. rub. ff. de leg. primo, num.
10. & ibi Iac. de Nigr. num. 32. & Crau. num. 72.
Hyer. Butig. in l. 1. § si quis ita, num. 13. ff. de
uerb. obligat. Natt. in l hac consultissima. 21. §.
ex imperfecto, num. 115. C. de testam. Em. a Costa
in cap. si pater, part. 1. in uerb. bonis, num. 14.
de testam. in sexto, Armil. Teren. inter d. consil.
ult. uol. cons. 22. num. 2. uol. 2. Bursat. consil. 174.
num. 19. ubi testatur de communi, uol. 2. Sed ita
dicitur adiectum vniuersitati, quoties adijci-
tur quotæ, vt, quoties adijcitur omnibus bo-
nis, ut diximus supra post num. 11. Ergo etiam
adiectum quotæ debet ad institutionem tra-
hi, si alius hæres non existat.

Sed magis est, vt sit distinguendum: Aut
enim fuit adiectum quotæ hæreditatis, Et
68 trahitur ad institutionem, † ut scribunt Bald.
in l. quoties. 10. num. 2. C. fam. ercis. Ias. in dict.
Auth. nouissima, num. 28. uers. sed pro ista, &
num. 33. uers. utrum autem, Crass. in d. § institu-
tio q. 14. num. 4. & 5. ubi testatur, hanc esse com-
munem. Et ita accipiendi sunt omnes, quos retu-
limus supra num. 65. Nam, quemadmodum
trahitur ad institutionem, si fuerit adiectum
totalitati, puta, quia testator dixerit, relin-
quo totam meam hæreditatem, aut etiam in-
69 definitè meam hæreditatem Titio, † ut scri-
bunt Alex. in d. l. 1. num. 2. uers. si autem ff. de
leg. primo, Crass. in d. § institutio q. 14. num. 4.
ita etiam debet trahi, si fuerit adiectum quo-
70 tæ, quia † ad hoc, vt quis censeatur hæres,
non refert, vtrum tota hæreditas, an verò
pars relinquatur, cum vtroque casu denote-
tur successio in vniuersum ius, & in vocatum
iura, tam actiua, quàm passiua transferan-
tur, ut in proposito considerat Crass. in d. § insti-
tutio q. 14. num. 5. Alioquin, nisi ita fieret in-
terpretatio, multi decederent intestati, quia
non omnis scit dicere, hæredem instituo,
ut scribunt glo. in l. quoties. 10. in uerb. dimidit, &
ibi Bald. num. 2. C. fam. ercis. Ang. in d. l. his uerbis
48. in prin. nu. 2. ff. de hered. inst. Ias. in d. Auth.
nouissima, nu. 24. uers. sexto limita, & ibi Fabia.
num. 196. C. de inoffi. testam. Rip. in l. 1. num. 40.
ff. de uulg. Armil. Teren. inter d. cons. ult. uol.
cons. 22. num. 3. uolum. 2. Menoch. cons. 37. num.
149. Aut verò fuit adiectum quotæ bonorũ,
Et tunc verius, & receptius est, non trahi ad
72 institutionem, † Ita enim censuerunt Castr. in
l. nam, quod 14. § non omnis, num. 3. ff. ad Treb.
Ias. in d. Auth. nouissima num. 28. uers. sed pro
ista, & num. 33. uers. utrum autem, Galiau. in
d. l. centurio, num. 440. 494. & seq. Crass. in d. §.
institutio q. 14. num. 6. ubi testatur, hanc esse
communem, & ab ea non esse recedendum, Caroc.
73 d. decis 80. num. 32 quia † verbum commune
adiectum rei particulari non trahitur ad insti
tutiónem, etiam si alius in testamento nõ sit
hæres institutus, ut ostendemus in hoc cap. 12. in
4. casu. Sed quota bonorum non est quid vni-
74 uersale, sed particulare, † quia non continet
iura passiua, nempè æs alienum, quippè, quod
de ea deducitur l. cum autem 9. ff de leg. secundo,
& in proposito considerat Galiau. in d l. centurio
num. 441. nosque diximus supra post num. 8.
Ergo verbum commune adiectum quotę bo
norum non trahitur ad institutionem, etiam
alio non instituto hærede. Ita ratiocinatur
Crass. in d. § institutio, q. 14. nu. 6.

Neque obstat contrarium, quia respõdeo,
75 id procedere † duobus concurrẽtibus, Primo,
quod verbum commune sit adiectum totali-
tati bonorum. Secundo, quod alius in testa-
mento non sit hæres institutus ut declarat Ga-
liau. in d. l. centurio, num. 440. Nam his interue-
nientibus verum erit ad institutionem refer-
ri, ut scribit Ceph. in d. l. centurio. num. 1042.
Itaque, si testator dixerit, relinquo Titio om-
nia mea bona, vel etiam indefinitè mea bo-
na, & alium non scripserit hæredem, cense-
76 bitur illum hæredem instituisse, † ut de prima
specie scribunt glo. in d. l. his uerbis. 48. in prin.
in uerb. dominus esto, & ibi Alex. in add. ad Bart.
post num. 2. in uerb. in contrarium ff. de har. inst.
glo. in §. si uerò nulla, in uerb. relictis, Auth. de
hared. & Falc coll. 1. Alex. in d. l. 1 num. 2. uers. si
autem ff. de leg primo & in d l. nam, quod 14. §.
non omnis, num. 7. ff. ad Treb. & cons. 150. num.
8. uers nec reperitur, uol. 3. & cons. 17. num. 20.
uol. 3. Gul. Ben. in d cap. Raynutius. in uerb. in
eodem testamento relinquens primo, num. 3. &
4. Ruin. cons. 14. num. 6. & 7. uol. 2. Crass. in
d. § institutio q. 14. num. 4. De secunda uero con-
stat ex l. Diuus. 25. uers. cæterum ff. de milit. test.
& § planè, uers. cæterùm Inst. eo. Et scribunt glo.
in d. l. his uerbis 48. in prin. in uerb. dominus esto,
& ibi Bart. nu. 1. ff. de hared. inst. Aug. de Gamb.
d. cons. 80. num. 8. uers. quoad quartam, iuncto
num. 10 Corn. d. cons. 161. num. 3. uol. 1. Et in his
terminis accipiendi sunt, qui simpliciter scri
pserunt, hæc testatoris verba, relinquo om-
nia mea bona, vel indefinitè mea bona, ad
77 institutionem trahi, † ut de prima specie Castr.
in l. ult. num. 2. C. de sacr. Eccl. Imol. in d. l. illa
institutio. 32. in prin. num. 9. uers. illud autem
ff. de hared. inst. Paris. cons. 3. num. 11. uol. 3. Ar-
mil. Terent. inter d cons. ult. uol. cons. 22. num. 3.
uol. 2. de secunda uerò Ang. in d. l. his uerbis. 48.
in prin. ff. de hared. inst. Aug. de Gamb. d. consil.
ult. num. 6. Quamadmodum & ij, qui simpli-
citer dixerunt, verbum, relinquo, trahi ad in-
stitutionem, si alius non sit hæres institutus,
78 † ut Castr. in d. l. ult. num. 3. C. de sacr. Eccl. vel
79 etiam absolutè trahi ad institutionem, † ut
Bart. in d. l. Diuus. 25. num. 3. ff. de mil. test. & in
§. illud quoque num. 3. Auth. de hared. & Falcid.
80 coll. 1. vel esse verbum directum, † ut Bald. in
Auth. unde, si parens, num. 4. uers secus C. de in-
offic. testam. Loquuntur enim omnes de ver-
bo, relinquo, adiecto totalitati bonorum nul
lo alio instituto hærede. Cœterùm, si vnum
ex ijs deficiat, magis erit, ut non ad institu-
tionem, sed ad simplex legatum, aut fideicõ-
81 missum referri debeat. † Itaque, si testator
dicat, relinquo trientem meorum bonorum
Titio, quia verbum commune non fuit ad-
iectum totalitati bonorum, non trahetur ad
institutionem, etiãsi alius in testamento non
82 fuerit institutus, † ut declarant Imol in d. l. cen-
turio, num. 24. uers. & sic patet, & ibi Ceph. num.
1045. uers. secundus. Et simili modo non tra-
hetur ad institutionem, etiamsi dixerit, relin-
quo

quo Titio omnia mea bona, vel simpliciter,
& indefinitè mea bona, si alius in testamen-
to fuerit institutus, *vt scribunt omnes, quos retu-
limus supra num.64.*

Planè interdum ad institutionem refertur
dispositio, etiamsi communi verbo, aut dire-
cto non ciuili, aut etiam obliquo facta sit
in quota: Nec enim inter hæc constituo dif-
ferentiam.

Primum enim, si testator per quotas distri-
buerit totam hæreditatem, magis est, vt etiā si
verbo communi talem fecerit distributionē,
83 censeatur vocatos hæredes instituisse. † *Ita
docēt gl. in d.l. quoties 10. in verb. diuidit C. fam.
ercis. Imol. in d.l. centurio, num.24. vers. & sic pa-
tet, & ibi Ceph. num. 1059. Ias. in d. auth. nouis-
sima, num. 24. vers. sexto limita, Pereg. de fideic.*
84 *artic. 34. num. 19. in fin.* quia † non omnis scit
vti verbis directis, & dicere, hæredem insti-
tuo, *vt in proposito considerant ij, quos retuli-
mus supra num. 71.* Quamobrem dicimus,
portionum assignationem vim institutionis
habere, licet non apponantur illa verba, hæ-
85 res esto, quæ sunt ciuilia † *l.1. §. Diuus autem
Pius ff. de hæred. inst. Bart. in d.l. centurio, num.
36. Pereg. de fideicom. d. artic. 34 num. 52. vbi
ait, hanc doctr. sequi dd. communiter.*

Secundo verò, si ex verbis, aut coniecturis
colligere possimus, testatorem voluisse face-
re hæredem, magis est, vt, etiamsi non ciui-
libus verbis vsus sit, nihilominus debeat eius
dispositio in quota facta ad institutionē tra-
86 hi, † *vt scribit Grauet. in d. rub. ff. de leg. primo,
num. 84. vers. si autem*, quia, vbi constat de
mente testatoris, quibuscunque verbis hodie
87 fieri potest institutio † *d. l. quoniam indignum
15. C. de testam. Crass. in d. §. institutio quæst. 14.
num. 1. & diximus etiam in quæst. præced. num. 7.*
Ex quibus autem verbis, aut coniecturis ta-
lem volūtatem colligere possimus, facilè erit
ex ijs intelligere, quæ dicemus *in hoc cap. q. 12.*
vbi referemus omnes casus, in quibus dispo-
sitio trahitur ad institutionem, etiamsi facta
sit in re certa, scilicet, quia in hac re parum,
aut nihil refert, vtrum in re certa, an verò in
quota facta sit dispositio, *vt dicemus in hoc cap.
quæst. 14. num. 1.* Quamobrem ibi communi-
ter omnes limitationes afferemus, & simili-
ter videbimus, quid iuris sit in persona filij,
vel alterius necessariò instituendi, vt proin-
dè ad eum locum sit recurrendum, quoties
specialiter inquiritur, quando censeatur res
institutionis titulo relicta.

Quintus casus est, quando testator de quo-
ta disponendo vsus est verbis mixtis, sed in
persona vnius, Et tunc, si quidem ea coniun-
xit verba, quæ separatim, & per se posita vim
obliquam habent, puta verba precaria, cum
directis non ciuilibus, aut communibus, res
caret dubio: Certùm enim est, dispositio-
nem non magis censeri factam per modum
institutionis, quam, si simplicibus verbis, aut
precarijs, aut directis non ciuilibus, aut etiam
88 communibus facta fuisset: † quia talis con-
iunctio est multiplicatio inutilium, quæ ni-
hil in testamentis operatur *l. 1. C. de legit. hær.*
Cœterùm, si prędicta verba coniunxerit cum
verbo ciuili, puta dixerit, instituo, & lego,
verius est, talem dispositionem cēseri factam
89 per modum institutionis, † *vt scribit Menoch.
cons. 86. num. 73. vers. Respondetur primo*, quia
90 † in concursu verborum id attendimus, quod
est potentius, & verbum ciuile, tamquam
plenius ad se trahit verbum obliquum, aut
non ciuile, quod est minoris virtutis, & effi-
caciæ, *vt declarant Roll. cons. 34. nu. 23. vol. 4.
Menoch. d. cons. 86. num. 79.*

Sextus, & vltimus casus est, quando testa-
tor, qui de quota disposuit, vsus est verbis
diuersis in personis diuersorum, Et tunc res
erit ijsdem regulis terminanda, quibus substi-
tutionem in quota factam definiemus *in hoc
cap. quæst. 6. in sexto casu*: Sunt enim illę ge-
nerales, & ita possunt ad institutionem, vt
ad substitutionem adaptari. Planè, si testa-
tor inter vocatos totam distribuerit hæredita-
tem, non videbitur referre, vtrum ciuilibus,
an verò non ciuilibus verbis vsus sit. Nam,
si; verbi gratia, vnum instituat in dimidia,
alteri verò leget, aut relinquat, siue assignet
alteram dimidiam, censebitur vtrunque hæ-
91 redem instituisse, † *per ea, quæ diximus supra
num. 83. & seqq. Ita scribunt Soc. Iun. in d. rub.
ff. de leg. primo, num. 110. & Alcia. in d.l. centurio
num. 72. licet in verbo, lego, putet, aliud esse dicen-
dum. Idem scripsit Vac. a Vaen. d. lib. 4. declar. 55.
num. 7.* Et his quidem casibus censetur testa-
tor per modum institutionis de quota dispo-
suisse.

SVMMARIVM.

5 *Substituto in quota accrescit residuum, de quo te-
stator non disposuit, & cur, nu. 3. & 4.*
2 *Substitutio directa facta in quota trahitur ad
vniuersum, & cur, num. 3. & 4.*
5 *Substitutio vulgaris facta in quota non dato eti-
substituto vniuersali trahitur ad vniuersum,
& cur, num. 6.*
7 *Substitutio pupillaris facta in quota trahitur
ad vniuersum, & cur, num. 8. Declara, vt
num. 9.*
10 *Substitutio exemplaris facta in quota trahitur ad
vniuersum, & cur, nu. 11.*
12 *Substitutio fideicommissaria facta in quota non
trahitur ad vniuersum, & cur, nu. 13.*
14 *Substitutio compendiosa facta in quota trahitur
ad vniuersum, si resoluatur in vulgarem, vel
pupillarem, secus vero, si in fideicommissa-
riam.*

An, & quando substituto in quota accrescant reliquæ partes hæreditatis, de quibus testator non disposuit.

Quæstio Quinta.

SVPEREST, vt videamus, quid iu-
ris sit, cum testator per modum substi-
tutionis disposuit de aliqua parte hæ-
reditatis, & dispiciamus, an aliæ par-
tes, de quibus non disposuit, accrescant sub-
stituto, an verò corruat testamentum, & tota
hæreditas venientibus ab intestato deferatur,
& sic, an substitutio in hoc reguletur secun-
dum

dum naturam institutionis, an verò secundum naturam legati. Constat autem, multum referre, vtrum substitutio sit directa, an verò fideicommissaria: Nam, si directa, certi iuris est, substituto in quota accrescere residuum hæreditatis, de quo testator non dispo-
1 suit † *l.cohæredi 41.§.vlt. ff. de vulg. Et scribunt Rip. in l.centurio.15.num.155.vers. quando autem, & num.156. vers. Non obstat ratio ff. de vulg. Cepb.consil.21.num.4.& 11. Decia. consil. 40.num.9.uol.1.* siue (quod idem est) substitutionem in quota factam trahi ad vniuersum,
2 † *vt scribit Peregr.de fideicom.artic.5.num.40.*
3 Nam, † cum directa substitutio sit secundi hæredis institutio *l. ex facto.43.§.Lucius,vers. Nihil autem ff. de vulg.* Consequens est, vt eodem, quo illa, censeatur iure. Atqui institutio facta in quota non dato alio coherede vniuersali trahitur ad vniuersum, *vt ostendimus in hoc cap.q.1.num.1.& seqq.* Debet igitur etiam trahi substitutio. Denique in substitutione directa militat eadem, quæ & insti-
4 tutione ratio: nam, † nisi pars vacans accresceret substituto, decederet testator pro parte testatus, & pro parte intestatus, *vt mox ostendemus*. Vnde, quia hoc est absurdum, fit, vt pars debeat potiùs substituto accrescere, quã ad venientes ab intestato pertinere. Idque procedit in omni genere directæ substitutionis.

Primùm enim procedit in substitutione vulgari: Nam, si hæc fuerit facta in quota, non dato consubstituto vniuersali, trahetur
5 ad vniuersum, † *vt scribit Ang.consi.93. num.*
6 *5.vers.ad aliam autem*, quia † vulgaris substitutio, tamquam hæredis institutio *d.l. ex facto. 43.§ Lucius ff. de vulg.* sustinet testamentum *l.3.§.vlt.ff.de lib.& posthum.* & operatur, vt quis censeatur testatus decedere. Quo fit, vt non possit in parte consistere, quia alioquin aliæ partes necessariò deberent ad venientes ab intestato pertinere, & hoc modo testator decederet pro parte testatus, & pro parte intestatus, quod iuris ratio non permittit.

Secundò procedit etiam in substitutione pupillari: Nam & hæc, si fuerit facta in quota non dato consubstituto trahetur ad vni-
7 uersum † *d.l.cohæredi.41.§. vlt. & ibi Iaf. num. 1.& 3.ff.de vulg. Bart. consi.27. num. 3. vers. ad illud lib.1.Galiau.in d.l.centurio,num.3* 19.quia
8 † substitutio pupillaris, tamquam pupilli testamentum, operatur, vt is censeatur decedere testatus, ideoque nec ipsa potest in parte hæreditatis cõsistere, quia alioquin aliæ partes deberẽt ad veniẽtes ab intestato pertinere, & hoc modo decederet pupillus pro parte testatus, & pro parte intestatus, quod ius nostrum non patitur. *Ita ratiocinantur Galiau. in d.l. centurio,num.439.vers. Non obstat, & ibi Cepb.*
9 *nu. 69* 1. Vtiq; autem loquimur † de substitutione pupillari facta in quota hæreditatis ipsius pupilli: nam, si esset facta in quota hæreditatis paternæ, res non ad hanc quæstionem pertineret, sed ad illam, quam proponemus *in hoc cap.q.13.& 14.* vbi quæremus, an substituto in re certa tota hęreditas accrescat, scilicet, quia patris hæreditas, respectu hæreditatis pupilli, de qua tractatur in substitutione pupillari, non censetur res vniuersalis, sed particularis, *vt latè ostendimus in eadem q.14.*

Tertiò procedit etiam in substitutione exẽplari: nam, & si hæc facta sit in quota nõ dato cõsubstituto vniuersali, trahetur ad vniuer-
10 sum; † quoniam & ipsa furiosi testamentum est, & in ea militat eadem, quæ & in pupilla-
11 ri substitutione ratio, † ne scilicet furiosus decedat pro parte testatus, & pro parte intestatus.

Hinc intelligimus, quæcunq; diximus de institutione *in hoc cap.q.1.* procedere etiam in substitutione directa; Itaque, quibus casibus pars hæreditatis nulli assignata accrescit instituto, iisdem accrescet, & directè substituto, & contra, quibus casibus ius accrescendi cessat in institutione, cessabit etiã in substitutione directa, vt proindè, quæ ad pleniorem huiusce quęstionis tractationem pertinere videbantur, necessariò sumi debeant ex iis, quæ ibi diximus.

Quod, si substitutio non sit directa, sed fideicommissaria, certi iuris est, non trahi ad vniuersum, sed in ea tantum parte consistere, quam testator expressim fideicommisso sub-
12 iecit, † *ut ostendemus in hoc cap. q. 15.* Cessat enim in fideicommissario ratio, propter quã aliàs dicimus, residuum substituto accresce-
13 re, quia, † licet non accrescat, non tamen decedet testator pro parte testatus, & pro parte intestatus, scilicet, quia illa pars remanet apud grauatum, siue eius hęredes, qui sustinent eam sam testamenti, *vt diximus in quinto cap.q.41. num. 7.*

Hinc intelligimus, si testator alicui compendiosè substituat in quota, puta dicat, si filius meus decesserit, aut quandoeunq; decesserit sine liberis, substituo Titium in dimidia, si quidem compendiosa resoluatur in vulgarem, aut pupillarem, trahi ad vniuer-
14 sum, † *ut tri specie declarat Pereg. de fideicom. artic.34.num.18.in prin.& uers.intellige, & nu. 59.* Si verò resoluatur in fideicommissariam, vt, quia moriatur post pubertatem, non trahi ad vniuersum, sed in ea tantum parte consistere, quam testator substituendo expressit,
15 † *ut ostendemus in hoc cap.q. 15.*

SVMMARIVM.

1 *Substitutio facta in quota uerbis ciuilibus trahitur ad directam, & cur, num.2.*
3 *Substitutio facta in quota uerbis ciuilibus trahitur ad directam uulgarem.*
4 *Substitutio facta in quota uerbis ciuilibus trahitur ad directam pupillarem.*
5 *Substitutio compendiosa facta uerbis ciuilibus in quota trahitur ad uulgarem*
6 *Substitutio compendiosa facta uerbis ciuilibus in quota trahitur ad directam pupillarem.*
7 *Substitutio facta in quota uerbis obliquis non trahitur ad directam, sed omni tempore censetur fideicommissaria, & cur, num. 8.*
9 *Substitutio facta in quota per uerbum, lego, non trahitur ad directam, sed est omni tempore fideicommissaria, & cur, num. 10.*
11 *Substitutio facta in quota uerbis obliquis trahitur ad directam, si constet talem fuisse mentem testatoris*
12 *Verba obliqua ex uoluntate testatoris directam uim habere possunt.*
13 *Substitutio trahitur ad directam uulgarem, si te-*

stator

stator dixerit, si filius meus hęres non erit, volo hęreditatem restitui Titio, & cur nu. 14.

15 Conditio, si hęres non erit, est propria vulgaris substitutionis.

16 Verba, volo restitui adiecta vulgari substitutioni referuntur ad restitutionem facti, non iuris.

17 Substitutio censetur directa, si testator dicat, volo restitui Titio per vulgarem.

18 Substitutio censetur directa si testator dicat, volo restitui Titio, substituens eum vulgariter.

19 Substitutio trahitur ad directam, si testator dicat, volo restitui Titio per pupillarem, vel volo restitui Titio substituens eum pupillariter, numer. 20.

21 Substitutio non trahitur ad directam pupillarē, etiamsi testator dixerit, si filius decesserit in pupillari ętate, volo hęreditatem restitui Titio, & cur, num. 22.

23 Fideicommissaria substitutio potest etiam fieri sub conditione, si filius decesserit in pupillari ętate.

24 Substitutionis vulgaris, & pupillaris differentia, & num. 25.

26 Substitutio facta in quota verbis directis non ciuilibus non trahitur ad directam, sed est omni tempore fideicommissaria, & cur, num. 27.

28 Verba directa non ciuilia non differunt ab obliquis, quoties adijciuntur quota.

29 Substitutio facta in quota verbis communibus trahitur ad directam, & cur, numer. 30. Sed contra num. 31. & cur, num. 32. Declara, vt num. 38.

33 Substitutio facta in quota trahitur ad vniuersum, quoties alius non est substitutus in eodē gradu, licet reperiatur institutus, aut substitutus in gradu diuerso, Declara, vt numer. 34. & seq.

36 Verbum ciuile trahitur ad institutionem, etiamsi fuerit adiectum quota. verbum vero commune non aliter trahitur, quam, si fuerit adiectū totalitati bonorum.

37 Verbum commune adiectum vniuersitati, quando trahatur ad directam.

39 Substitutio facta in quota bonorum verbis communibus non trahitur ad directam pupillarē, & cur, num. 40.

41 Bona intelliguntur, quę deducto ęre alieno supersunt.

42 Vniuersitas sui natura continet commoda, & incommoda.

43 Substitutio facta verbis communibus non trahitur ad directam pupillarem, etiamsi facta sit in quota hęreditatis, & cur, num. 44.

45 Substitutio facta in quota hęreditatis verbis communibus trahitur ad directam vulgarem, & cur, num. 46.

47 Substitutio vulgaris ita demum locum habet, si institutus hęres non extiterit.

48 Substitutio facta in quota bonorum nō trahitur ad directam vulgarem, si sit facta verbis communibus, & cur, num. 49.

50 Substitutio facta verbis cōmunibus trahitur ad directam, si testator per quotas distribuerit totum assem, & cur, num. 51.

52 Substitutio facta verbis cōmunibus trahitur ad directam, etiamsi testator distribuerit totum assem per quotas bonorum.

53 Substitutio facta verbis communibus trahitur ad directam, si testator vnum substituat in bonis mobilibus, alterum vero in immobilibus, & tertium in iuribus, tam actiuis, quam passiuis.

54 Substitutio facta in quota verbis communibus trahitur ad directam, si ex verbis, aut cōiecturis constet testatorem voluisse facere hęredem, & cur, num. 55.

56 Substitutio compendiosa facta verbis communibus trahitur ad directam pupillarem, si sit facta in quota, secus vero, si in re certa, Sed contra num. 57.

58 Verba, substituo hęredem, censentur directa, & directam inducunt substitutionem.

59 Substitutio censetur, & directa, & fideicommissaria, si testator dicat, instituo, & substituo, vel substituo, & facio hęredem, siue hęredem esse volo, & cur, num. 60. Declara, vt num. 63. & seqq. & num. 69. & seqq.

61 Substitutio censetur, & directa, & fideicommissaria, si testator dicat, substituo Titium, & ei restitui volo.

62 Verbum, substituo, in eo, qui fuit etiam fideicommisso grauatus, intelligitur directo.

68 Substitutio fideicommissaria potest etiam fieri suo impuberi.

70 Substitutus potest eligere, vtrum venire debeat ex directa, an vero ex fideicommissaria quoties vtroque modo substitutus est, Declara, vt num. 72. & seqq.

71 Substitutus potest eligere, vtrū venire debeat ex directa, an verò ex fideicōmissaria, quoties testator sūi substituit vulgariter pupillariter, & per fideicommissum, Declara, vt nu. 72. & seqq.

72 Substitutus potest eligere, ex qua venire velit, si concurrat vulgaris cum fideicommissaria, & cur, num. 73.

74 Substitutus non potest omissa pupillari venire ex fideicommissaria, Sed contra, num. 75. & cur, num. 77. Declara, vt num. 76.

78 Testator, qui fauore vnius duas facit dispositiones, quę simul esse nequeunt, censetur in arbitrium vocati conferre quę potius locum habere debeat.

79 Substitutio pupillaris regulariter est vtilior, quā fideicommissaria, & cur, num. 80. & seqq.

80 Substitutus pupillariter consequitur omnia bona pupilli tam paterna, quam materna, vel aliunde quęsita.

81 Substitutio pupillaris nullas patitur detractiones.

82 Substitutio fideicommissaria non continet, nisi bona testatoris.

83 Substitutio fideicommissaria patitur detractionē legitimę, & Trebellianicę.

84 Substitutio fideicommissaria interdum est vtilior pupillari, Declara, vt num. seqq.

85 Substitutione ex pupillari quęsita veniunt in restitutionem fideicommissi, quoties illud censetur ab vltimo moriente relictum.

86 Substitutus pupillariter fratri, & grauatus fidei commisso non potest detrahere legitimam, & cur. num. 87.

88 Substitutus pupillariter fratri, & grauatus potest detrahere Trebellianicam, Declara, vt nu. 89. & seqq.

90 Trebellianica potest prohiberi etiam filio primi gradus, si pater eum pupillariter substituerit alteri filio, & grauauerit, & cur, num. 92.

91 Filius, quem pater alteri filio pupillariter substituit, & grauauit, tenetur imputare fructus in Trebellianicam, & cur, num. 92.

93 Fideicommissi in restitutionem non veniunt ea, quę

quæ grauatus non ex iudicio testatoris, sed aliundè consecutus est.

94 *Filius, quem pater alteri filio impuberi substituis uulgariter, pupillariter, & per fideicommissum, & grauauit, si fratris in pupillari ætate defuncti bona simpliciter retinuit, censetur elegisse fideicommissariam, tamquam utiliorem.*

95 *Substitutus, si unus fuerit in quota uerbis ciuilibus, alter uero in residuo uerbis obliquis, illius substitutio censetur directa, huius uerò fideicōmissaria, & cur, num. 96.*

97 *Substitutus, si unus fuerit in quota uerbis ciuilibus, alter uerò in residuo uerbis communibus, utraque substitutio censetur directa, & cur, num. 98.*

99 *Substitutus, si unus fuerit in quota uerbis communibus, alter uero in residuo uerbis ciuilibus, huius substitutio censetur directa, illius uero fideicommissaria, & cur, num. 100.*

101 *Residui appellatione totum continetur*

102 *Substitutus, si vnus fuerit in quota verbis communibus, alter vero simpliciter verbis ciuilibus huius substitutio censetur directa, illius verò fideicommissaria.*

103 *Substitutus, si vnus fuerit in quota verbis communibus, alter vero in residuo verbis obliquis, vtraque substitutio censetur fideicommissaria.*

104 *Substitutus si unus fuerit in quota uerbis directis non ciuilibus, alter vero in residuo uerbis communibus, hic directò, ille uerò per fideicommissum censebitur substitutus, & cur, num. 105.*

106 *Substitutus, si vnus fuerit in quota uerbis obliquis, alter uero in residuo uerbis ciuilibus, hic solus censebitur directò uocatus*

107 *Substitutus, si unus fuerit in quota uerbis obliquis, alter uerò in residuo uerbis communibus, aut directis non ciuilibus, utraque substitutio censetur fideicommissaria, & cur, nu. 108.*

109 *Substitutus, si unus fuerit in quota uerbis ciuilibus, alter uerò in alia quota uerbis obliquis, ille directo, hic non, nisi per fideicommissum censebitur uocatus, & cur, nu. 110.*

111 *Substitutus, si unus fuerit in quota uerbis ciuilibus, alter uerò in alia quota uerbis communibus, aut etiam directis non ciuilibus, ille directò hic uero per fideicommissum uocatus intelligitur, & cur, num. 112.*

113 *Substitutus, si unus fuerit in quota per commune, alius uero in alia quota per obliquum, utraque substitutio censetur fideicommissaria, & cur, num. 114. & seqq. Fallit, ut nu. 118.*

116 *Filiorum appellatione continentur omnes descendentes, si testator in alia testamenti parte fecerit mentionem de liberis.*

Quando substitutio facta in quota censeatur directa, quandouè fideicommissaria.

Quæstio Sexta.

HINC de illo videndum est, quando substitutio facta in quota censeatur directa, quandouè fideicommissaria: Ita enim intelligemus, quando trahatur ad vniuersum, &, quando non. Est autem huiusmodi quæstio, *quam ueteres fusè tractant in l. centurio. 15. ff. de uulg. & in l. precibus. 8. C. de impub. & al. subst.* multum agitata, & ob sui frequentiam varijs iurisconsultorum responsis illustrata, ideoque diligenti, vti par est, tractatu à nobis explicanda. Pro plena autem eius excussione sex arbitramur esse distinguēdos casus, quorum

Primus est, quādo substitutio facta in quota fuit concepta verbis ciuilibus, puta, quia testator dixit, instituo, vel facio hæredem Titium in triente, vel Titius ex triente hæres esto, aut simili est vsus loquendi formula, Et tunc omnes fatentur, substitutionem censeri directam, & per consequentias trahi
1 ad vniuersum, † *uti uidere est apud Galiau. in dict. l. centurio, num. 501. uers. breuiter, & alios*
2 *quos referemus infra num. 4 & seqq.* quia, † cum ex verbis ciuilibus appareat, testatorem voluisse, substitutum esse hæredem, & hoc fieri non possit, nisi per substitutionem directam *d. l. precibus. 8. C. de impuber. & al subst.* Consequens est, vt hoc ipso censeatur voluisse directò substituere.

Hinc infertur primo, si testator ita dixerit, si Titius hæres non erit, Caius ex semisse hæres esto, vel, instituo, seu facio hæredem Caium ex semisse, huiusmodi substitutionem censeri vulgarem, & per consequentias tra-
3 hi ad vniuersum, † *secundum ea, quæ diximus in quæst. praeced. num. 5. Ita probat text. in l. 3. §. ante hæredis, uersic. in eo ff. de liber. & posthum.*

Secundo Infertur, si testator ita scripserit, si filius meus decesserit in pupillari ætate, Titius ex triente hæres esto, vel, instituo, aut facio hæredem Titium ex triente, talem substitutionem, tamquam factam verbis ciuilibus trahi ad directam pupillarem, & per consequentias ad vniuersum pupilli patrimoniū,
4 † *secundum ea, quæ diximus in eadem q. præced. num. 7. Ita probat text. in d. l. cohæredi. 41. §. fin. ff. de uulg. secundum unum intellectum, & scribit Galiau. in dict. l. centurio. num. 439. uersic. sed dic, & uersic. Non obstat, & num. 500. uers. sexto.*

Tertio infertur, si testator compendiosè substituat in quota verbis ciuilibus, puta dicat, si filius meus decesserit, aut quandocunque decesserit sine liberis, instituo, vel facio hæredem Titium in semisse, talem substitutionem trahi ad vulgarem, & sic ad vniuersum defuncti patrimonium, si filius hæres
5 non extiterit, puta decesserit viuo patre, † siue sit facta in quota hæreditatis, siue in quota bonorum, *ut scribit Perg. de fideic. d. artic. 34. num. 18. uersic. intellige, & num. 19.* Et similimodo trahi ad directam pupillarem, & per consequentias ad vniuersum patrimoniū
6 filij, si decesserit in pupillari ætate, † *ut scribunt Bart. in d. l. centurio, num. 18. & ibi Galiau. num. 319. Rip. num. 155. uersic. quando autem, & num. 156. uersic. Non obstat ratio, Cephal. numer. 686. ubi ait, hanc opinionem alios magis communiter sequi, & numer. 696. & 703. Ias. in dict. leg. cohæredi. 41. §. ult. numer. tertio, ff. de uulg. Cephal. consil. 231. numer. quarto, & 11. Decian. consil. 40. num. 9. uol. 1. Perog. de fideicom. d. artic. 34. nu. 51. in fin.*

fiue etiam facta fit in quota hæreditatis, fiue
in quota bonorum, vt declarat Pereg. d. articu.
34. num. 51. in fi.

Secundus verò casus est, quando substitu-
tio facta in quota fuit concepta verbis obli-
quis, puta, quia testator dixit, si decesserit sine
liberis, volo dimidiam meæ hęreditatis resti-
tui Caio, Et tunc res caret omni dubio: nam
certum est, talem substitutionem non posse
aliquo modo censeri directam, & trahi ad
vniuersum, sed omni tempore censeri fidei-
commissariam, & per consequentias in ea tã-
tum parte consistere, quam testator dispon̄-
7 do expressit. † Ita scribit Ias. in d. l. cohæredi. 41.
8 §. fin. num. 3. ff. de vulg. quia, † cum ex verbis
obliquis appareat, testatorem voluisse sub-
stitutum capere de manu aliena, quod repu-
gnat directæ substitutioni, Consequens est, vt
dispositio non possit ad directã trahi, ne fiat
contra ipsius voluntatem.

Hinc infertur, si testator substituẽdo vsus sit
verbo, lego, quod est obliquum, vt diximus in
hoc cap. q. 3. nu. 167. puta dixerit, si filius meus
decesserit sine liberis, lego dimidiam bono-
rum Caio, per hæc verba non censeri eum
directò substituisse, sed simplex fideicom-
9 missum reliquisse, † vt scribit Ias. in l. cum ex
filio. 39. in prin. num. 3. ff. de vulg. & clarius pa-
tebit ex ijs, quę dicemus in hoc cap. q. 14. in 2. casu,
10 quia † verbum, lego, adiectum quotæ nun-
quam trahitur ad institutionẽ, quoties alius
in testamento fuit hæres institutus, vt dixi-
mus in hoc cap. q. 4. num. 8. & seqq. & in his ter-
minis considerat Ias. in d. l. centurio, num. 37.
Et verò, si verbum, lego, non trahitur ad di-
rectam, quoties fuit adiectum totalitati bo-
norum, puta, quia testator dixit, si filius meus
decesserit, lego bona mea, aut etiam omnia
mea bona Titio, vt est verior, & receptior scri-
bentium opinio, sicuti ostendemus in hoc cap. q.
14. num. 2. casu. Consequens est, vt multo mi-
nus trahi debeat, quoties est adiectum quo-
tę, scilicet, quia faciliùs trahitur ad institu-
tionem, quoties totalitati bonorum adiectũ
est, quam, quoties certę portioni, vt patet ex
ijs, quæ diximus in hoc cap. q. 4. num. 48. & seqq.

Planè, si ex verbis, aut coniecturis collige-
re possimus, testatorem voluisse facere hære-
dem, magis erit, vt substitutio trahatur ad di-
rectam etiãsi verbis obliquis, fuerit cõcepta.
11 † Ita scribunt Roll. consil. 68. num. 61. volum. 4.
Mantic. de con. vlt. vol. lib. 5. tit. 1. num. 9. Pereg.
de fideicom. d. articul. 34. num. 62. quia verba
obliqua ex volũtate testatoris directam vim
12 habere possunt † l. quærebatur. 20. & ibi Bart.
num. 1. ff. de mil. test. Rip. in l. 1. num. 39. ff. de
vulg. Rub. in l. Gallus. 29 §. quidam rectè, num.
25. vers. Idem, si dicatur ff. de lib. & posth. Roll.
consil. 35. num. 5. volum. 3. Pereg. d. artic. 34. nu.
62. Huius rei exempla sint.

Primum, si testator dixerit, si filius meus
hęres non erit, volo, dimidiam meę hæredi-
tatis restitui Titio: Nam tunc, licet substitu-
tio facta sit per verbum, restitui, quod est me-
rè obliquum, nihilominus trahetur ad dire-
ctam vulgarem, & per consequentias ad vni-
13 uersum. † Ita simpliciter loquentes scripserunt
Bald. in l. humanitatis. 9 num. 53. vers. Item, si
C. de impu. & al. subst. Gul. Ben. in d. cap. Ray-
nutius, in verb. eidem impuberi succederent, nu.
15. & 17. vers. similiter. Trenta. de subst. part. 4.
cap. 4. num. 15. Pereg. de fideic. d. art. 34. nu. 62
14 quia † exprimendo conditionem illam, si hę-
res non erit, quæ est propria vulgaris substitu-
15 tionis † l. si paterfam 40. ff. de her. inst. l. 1. in
prin. & l. iam hoc iure. 4. vers. hoc itaq. casu. l. si
mater. 33. §. fin. & l. potest. 36. ff. de vulg. & In-
stit. eo. in prin. & §. fin. & titul. Inst. de pupill. in
prin. declarauit testator, se voluisse vulgari-
ter substituere, ideoq; non est habenda ratio
verborum, quia institutiones, & substitutio-
nes possunt hodie verbis, etiam obliquis fie-
ri, dummodo constet de mente testatoris l.
quoniam indignum 15. Cod. de testament. &
diximus in hoc cap. q. 3. num. 7. & q. 4. num. 87.
Itaq; in hoc casu, verbum, restitui, non refe-
retur ad restitutionem iuris, per quam scilicet
ius in recipientem transfertur, sed ad restitu-
16 tionem facti, † vt declarant Bald. in d. l. huma-
nitatis. 9. num. 53. vers. Item, si, Gul. Ben. in d.
cap. Raynutius, in verb. eidem impuberi succede-
rent, num. 17. vers. similiter, & Pereg. d. artic. 34.
num. 62. Idem est, &, si testator dicat, volo di-
midiam meę hęreditatis restitui Titio per
17 vulgarem, † vt scribit Gul. Ben. in d. cap. Ray-
nutius, in verb. eidẽ impuberi succederent, nu. 17.
vel, volo restitui, substituens eum vulgariter,
18 † vt est doctrina Bart. in l. quærebatur 20. num.
3. & ibi Bald. in fi. ff de mil. test. Alciat. in d. l.
Gallus. 29. §. quidam rectè, num. 36. vers. 4.

Secundum exemplum sit, si testator dicat,
volo dimidiam hęreditatis restitui Titio per
pupillarem: Nã, licet vtatur verbo obliquo,
nihilominus cẽsetur pupillariter substituere,
19 † vt scribit Gul. Ben. in d. cap. Raynutius, in
verb. eidem impuberi succederent, num. 17. De-
niq; idem est, &, si dicat, volo dimidiam re-
20 stitui Titio, substituens eum pupillariter, † vt
scripserunt Bart. in d. l. quærebatur. 20. num. 3.
& ibi Bald. in fi. ff. de mil. test. Alcia. in d. l. Gal-
lus. 29. §. quidam rectè, num. 36. vers. 4. ff. de lib.
& postu. Pereg. de fideic. d. artic. 34. num. 62. &
63. vers. limita. Planè, si formam pupillaris
substitutionis simpliciter exprimeret, puta
diceret, si filius decesserit in pupillari ætate,
volo dimidiam hæreditatis restitui Titio, nõ
intelligeretur testator fecisse pupillarem sub-
stitutionem, & per consequentias non trahe-
21 retur eius dispositio ad vniuersum, † vt con-
stat ex l. cohæredi. 41. §. cum filio, vers. quod, si
hæredem ff. de vulg. & scribit Pereg. d. artic. 34.
22 num. 63. quia † ex prædicta conditione non
possumus inferre, necessariò, testatorem vo-
luisse pupillariter substituere, cum etiam fi-
deicommissaria sub ea cõditione fieri possit
23 † d. l. cohæredi. 41. §. cum filio ff. de vulg. ideoq;
tamquam in re dubia non debemus recede-
re a propria significatione verbi, restitui,
quod sui natura denotat obliquam, non di-
rectam vocationem, vt ostendimus in hoc cap.
q. 3. num. 297.

Nec est contrarium, quod, si testator expri-
mat formam vulgaris substitutionis, cense-
tur directò substituere, licet vtatur verbo re-
stituat, quod est obliquum, vt diximus supra
num. 13. quia in hoc differt vulgaris a pupil-
24 lari, † vt animaduertit Pereg. d. art. 34. nu. 63.
vers. ratio; Diuersitatis autem ratio est, quia
25 † forma vulgaris substitutionis, tamquam ea,
quæ respicit tempus non aditæ hæreditatis
non

non potest verificari in fideicōmissaria, quę
non, nisi post aditam locum habet *l. ille, a quo*
13. §. si de testamento ff. ad Treb. ideoq; iamquā
ei repugnans non permittit, vt possimus in-
terpretari testatorē voluisse facere fideicō-
missariā. At hęc ratio cessat in forma pupil-
laris, quippe, quæ potest etiam ad fideicom-
missariam adaptari, *vt supra dictum est*, ideoq;
si verba dispositionis eam importent, prout
important verba, volo restitui, nō impediet,
quominus dispositio censeatur fideicom-
missaria.

Tertius casus est, quando substitutio facta
in quota fuit concepta verbis directis nō ci-
uilibus, puta, quia testator dixit, si filius meus
decesserit, aut quādocunq; decesserit sine li-
beris, assigno Titio dimidiam, Et tunc re-
ceptior est scribentium opinio substitutionē
non trahi ad directā, siue ad vniuersum, sed
26 esse omni tempore fideicommissariā. † *Ita*
enim scripserunt Bart. in d. l. centurio, num. 18.
vers. si verò substituit, & ibi Galiau. num. 336.
& 500. vers. 6. Rip. num. 104. vers. 3. aduerte,
Ceph. num. 713. vers. 2. & num. 1051. Alex. cons.
45. nu. 9. vers. & plus vol. 1. Ias. in l. cohęredi. 41.
§. vlt. nu. 3. ff. de vulg. Arml. Terent. inter cons.
vlt. vol. cons. 22. num. 7. & 16. vol. 2. Pereg. de fi-
27 *deic. artic. 34. num. 53. vers. resolutio,* quia, † cū
verba directa non ciuilia nihil, aut parum,
differant a communibus in hac materia, *vt*
ostendemus in hoc cap. q. 14. in 3. casu, Conse-
quens est, vt eorum exemplo vim obliquam
habere debeant, *secundum ea, quæ dicemus in*
casu sequenti, Quamobrem dicuntur a verbis
obliquis nō differre, quoties adiciuntur quo-
28 tę, † *vti videre est apud Ceph. in d. l. centurio,*
num. 1051.

Quartus casus est, quando substitutio fa-
cta in quota fuit concepta verbis commu-
nibus, puta, quia testator dixit, si filius meus
decesserit sine liberis, substituo Semproniū
in dimidia, vel, volo dimidiam ad Sem-
pronium pertinere, Et tunc, si in alia dimidia
neminem substituerit, quæstio est mirum in
modum agitata, Nunquid talis substitutio
trahatur ad directam, & per cōsequentias ad
vniuersum: Nam pleriq; censuerunt trahi,
29 † *vt Gul. Ben. in d. cap. Raynutius, in verb. in eo-*
dem testamento relinquens primo, nu. 264. vers.
secus autem Ceph. cons. 411. num. 21. Rot. apud
30 *Ludouis. decis. 132. num. 3.* quia † verbum cō-
mune adiectum vniuersitati trahitur ad in-
stitutionem, *vt diximus in hoc cap. q. 4. nu. 67.*
Sed hic fuit adiectū vniuersitati, quia quo-
ta vniuersitatis, & ipsa vniuersitas est, *vt di-*
ximus ibi num. 70. Ergo debet trahi ad insti-
tutionem, & per consequentias ad directam
substitutionem.

Verum hoc non obstante censuerunt alij
frequentiùs non trahi ad directam, sed omni
31 tempore censeri fideicommissariam. † *Ita*
enim censuerunt Bart. in d. l. centurio, num. 36.
& ibi Ang. num. 13. in fi. Imol. num. 24. versic.
Item adde, Galiau. num. 439. vbi ait, cum hac
conclusione transire communiter dd. & nu. 441.
vers. quicquid sit, vbi ait, hanc opinionem esse tu-
tiorem, & ab ea non esse in practica recedendum,
& num. 495. vers. & moueor, & num. 501. vers.
Breuiter, Rip. num. 155. vers. procedendo, & nu.
156. vers. ego credo, & Ceph. num. 1045. vers. se-
cundus. Alex. in l. 1. num. 9. vers. plus dico ff. de
vulg. & cons. 45. num. 9. vers. & plus, vol. 1. Ias.
in d. l. cohęredi. 41. §. vltim. num. 3. ff. de vulg.
Crau. in rub. ff. de leg. prim. num. 84. vers. sed re-
stat, Men. cons. 262. num. 2. & 15. vers. Non ob-
stat, & num. 17. Pereg. de fideic. artic. 5. num 40.
32 *& art. 34. num. 53. vers. resolutio,* quia † verbū
commune adiectum quotæ non trahitur ad
institutionem, quoties in testamento fuit
alius hæres institutus, *vt diximus in hoc cap. q.*
4. num. 58. Sed hic fuit alius hæres institutus,
nempe filius, & post eius mortem ipsius hę-
redes; Ergo verbū commune adiectum quo-
tę non poterit ad institutionem, & per con-
sequentias ad directā substitutionem trahi.
Ita arguunt Bart. in d. l. centurio, nu. 36. & ibi
Galiau. nu. 336. Pereg. de fideic. d. art. 5 nu. 40.
& d. artic. 34. num. 53. vers. difficultas, & vers.
resolutio.

Nec obstat, si dicatur, regulā prędictā pro-
cedere, quoties alius fuit hęres institutus in
eodem gradu, secus verò, quoties in diuerso,
vt patet ex substitutione pupillari, quę si fue-
rit facta in quota, trahitur ad vniuersum, li-
cet alius in primo gradu reperiatur institu-
33 tus, † *d. l. cohęredi. 41. §. vlt. ff. de vulg. Qua ratio-*
ne moti Imol. in d. l. centurio, num. 24. vers. & hęc
ratio, & ibi Rip. nu. 155. vers. procedendo, Ceph.
num. 1045. vers. secundus, supradictam rationē
improbarunt, quia respondeo, hoc procede-
34 re, † si dispositio in quota facta sit verbis ciui-
libus: Tunc enim verum est, requiri, vt alius
sit hęres institutus in eodem gradu, ad hoc, vt
illa non possit trahi ad vniuersum, si in quo-
ta facta sit, *vt diximus in primo casu.* Contrà,
si sit facta verbis communibus, aut etiam di-
rectis non ciuilibus, quę effectu nō differunt
a cōmunibus, verius est, procedere, etiamsi
in diuerso gradu reperiatur alius hęres insti-
tutus.

35 Cuius diuersitatis ratio est, quia, † quando
testator substituēdo vsus est verbis ciuilibus,
apparet, mentem eius esse, vt substitutus sit
hęres: Est enim hęc propria vis, & significatio
verborum ciuilium, *vt patet ex ijs, quę dixi-*
mus in hoc cap. q. 3. num. 86. Vnde, quia iuris
ratio non permittit, vt sit hęres pro parte, &
pro parte non, ne testator decedat pro parte
testatus, & pro parte intestatus, fit, vt necessa-
riò debeamus ex voluntate testatoris trahe-
re substitutionem in quota factam ad vni-
uersum, *secundum ea, quæ diximus in primo*
casu. At hæc ratio cessat in verbis commu-
nibus, quia, cum ea sint dubia, siue ambigua,
non possumus ex ijs colligere, vtrum mens
substituentis fuerit, facere hæredem, an verò
fideicommissarium, cum verba vtrumq; sub-
stitutionis genus denotare possint, ideoque
necessariò debemus ad alias circumstantias
recurrere, & ex ijs colligere voluntatis con-
iecturam. Nulla autem est maior cōiectura,
quam ea, quę colligitur ex re, de qua testator
disposuit: Nam, si disposuit de omnibus bo-
nis, & sic verbum commune adiectū totali-
tati bonorum, tunc, quia ostendit, mentem
suam esse, vt nihil remaneat penes filium, si-
ue eius hęredes, ex hoc colligimus, eum vo-
luisse facere hęredem, & sic directò substi-
tuere, & hoc modo excludere venientes ab
intestato. At, si non disposuit de omnibus

bonis, sed tantum de parte, & sic verbum commune adiecit, non totalitati bonorum, sed quotæ, tunc, quia declarauit, mentem suam esse, vt aliquid remaneat penes filium, sine eius hæredes, & hoc modo non censẽ eos excludere, sed tacitè vocare, & instituere. *l. Lucius.90 §. filiam ff. de leg. secundo, & in specie declarat Galiau. in d. l. centurio, num. 439. vers. defendido, & num. 501. vers. Breuiter*, ideo ex hoc colligimus, noluisse eum faeere hæredem, & sic directò substituere, sed simplex relinquere fideicommissum eius tantum par tis, quam substituendo expressit. *Ita ratiocinantur Bart. in d. l. centurio, num. 36. & ibi Galiau. num. 443. & Rip. num. 155. vers. Credo, vbi ait, hanc rationem esse veram, & esse rationem fundamentalem differentiæ inter verba singlia, & communia. Hanc etiam rationem attulit Crauet. in d. rub. ff. de leg. primo, num. 84. vers. sed restat.* Quamobrem dicimus, verbum ciuile trahi ad institutionem, etiamsi fuerit adiectum quotæ, verbum verò commune non aliter trahi, quam, si fuerit adiectum totali-

36 tati bonorum, † *vt uidere est apud Imol. in d. l. centurio, num. 24. uers. & sic patet, & ibi Ceph. num. 1045. qui hanc unam putat esse ueram diuersitatis rationem.*

Hinc intelligimus non obesse cõtrarium: Nam, quod dicitur, verbum commune adie ctum vniuersitati trahi ad directam, proce-

37 dit, † quoties est adiectum totalitati bonorum, & alius in testamento non est heres institutus: Tunc enim verum est, trahi ad institutionem, & per consequentias ad directam substitutionem, *vt de institutione diximus in hoc cap. q. 4. num. 75. & seqq. De substitutione verò scribunt Alex. in d. l. centurio, num. 91. uers. sed si tu quæris, & ibi Rip. nu. 157. Galiau. num. 440 Ceph num. 1056. Arml. Teren. inter cons. ult. uol. cons. 22. num. 17. uol. 2. Hond. consil. 73. num. 25. uol. 1.* Cœterùm, quoties est adiectum quotæ, veriùs est, non trahi ad directã *ex ijs, quæ supra diximus.*

Planè hæc ita intelligenda sunt, vt proce-

38 dant, † si filius hæres patri extiterit, & decesserit in pupillari ætate, & sic tractetur de trahenda substitutione ad directam pupillarem: Nam tunc verum est, ad eam non trahi, si fuerit facta in quota verbis cõmunibus, sine

39 facta sit in quota bonorum, † *in quibus terminis loquitur Imol. in d. l. centurio, num. 24. uers. Item adde, & ibi Rip. num. 155. uersic. proceden do, & Galiau. num. 442.* quo casu res mino-

40 rem habet dubitationem, scilicet, quia † talis substitutio censetur potiùs facta in re certa, quam in vniuersitate, *vt declarat Imol. in d. l. centurio, num. 24. uers. Item adde*, cum bona

41 intelligantur deducto ære alieno † *l. subsignatum. 39 §. bona ff. de uerbor. sign. l. mulier bona. 73. ff. de iur. dot. l. cum autem. 9. ff. de leg. secundo, l. 2. §. illud ff. de coll bono. l. ult. § fin autem at alic num C. de bon. quæ lib. l. vlt. ff. de usufr. leg. l. usufructu bonorum 69. ff. ad leg. Falc. l. ea demum. 6. C. de collat.* quæ res vniuersitati repugnat, quippè, quæ sui natura continet commoda,

42 & incommoda † *l. 3. in prin. ff. de bono. possess. & in proposito considerat Galiau. in d. l. centurio, num. 441.* siue etiam facta sit in quota hæ-

43 reditatis, † *vt in specie declarant Imol. in d. l. centurio, num. 24. uers. Item adde, & ibi Rip. num. 156. uers. Ego tredo, Galiau. num. 442. & seq. Hond. d. consi 73. num. 25. uol. 1. Pereg. de fideicõ. d. artic. 5. num. 40.* Nam † testator, qui non di-

44 sponit de tota hæreditate, sed tantum de parte, & vtitur verbo communi, ostendit, mentem suam esse, vt non faciat hæredem, sed legatarium, aut fideicommissarium, *ut diximus supra num. 35. circa fin.*

Cœterùm, si filius, aut etiam extraneus hæres non extiterit, & sic tractetur de trahen da substitutione ad directam vulgarem, puto multum referre, vtrum substitutio communibus verbis facta sit in quota hæreditatis, an verò in quota bonorum; Nam, si in quota hæreditatis, magis est, vt trahatur ad directam vulgarem, & per consequentias ad vni

45 uersum, † *secundum ea, quæ diximus in quæst. præced. num. 5. Ita scribit Peregr. de fideicom. d. artic. 34. num. 18. uers. Intellige, & num. 53. in*

46 *prin. & uers. In vulgarem*, quia † verbum com mune adiectum quotæ hæreditatis trahitur ad vniuersum, quando nullus alius reperitur hæres vniuersalis, *vt diximus in hoc cap. quæst. 4. num. 68. & in his terminis considerat Perg. d. artic. 34. num. 53. uers. difficultas, & uers. resolutio.* Sed in casu proposito nullus alius reperitur hæres ex testamento, quia, licet testator hæredem instituerit eum, cui dedit substitutum, supponimus tamen eum non fuisse hæredem, eo ipso, quod loquimur de vulgari, quippè, quæ ita demum locum habet, si in-

47 stitutus hæres non extiterit † *l. 2. & l. precibus. 8. uers. nam non est incerti C. de impub. et al. subst. tit. Inst. de pupil. in prin.* Debet igitur in hoc casu ad totum trahi verbum commune, etiã si quotæ hæreditatis fuerit adiectum. *Ita arguit Pereg. de fideicom. d. artic. 34. num. 53. uers. in uulgarem.* At, si facta sit in quota bonorum, veriùs est, non trahi ad directã vulgarem, & sic ad vniuersum, sed in ea tãtùm parte consistere, quæ fuit à testatore expres-

48 sa, † *vt scribit Perg. d. artic. 34. num. 19. uersic.*

49 *aut fuit*, scilicet, quia † substitutio facta in quota bonorum perindè habetur, ac, si in re certa facta fuisset. *vt declarat Pereg. d. art. 34. num. 18. uers. aut facta, & patet ex ijs quæ diximus supra num. 40. & seqq.* Vnde, quia compendiosa facta in re certa verbis communibus non trahitur ad vniuersum, *vt diximus in hoc cap. q. 14. in quarto casu*, sed censetur restricta ad rem illam, quasi vulgaris facta in legato, aut fideicommisso, fit, vt nec facta in quota bonorum trahi debeat.

Planè interdum trahitur etiam ad directã pupillarem, licet verbis communibus, aut etiam directis non ciuilibus (nec enim inter hæc constituo differentiam) in quota facta proponatur.

Primùm enim, si testator per quotas totũ assem inter substitutos distribuerit, magis est, vt directam censeatur substitutionem fecisse, perinde, ac, si vnum tantum in tota hæredi-

50 tate substituisset. † *Ita scribunt Bart. in d. l. centurio, num. 36. & 41. uers. quandoque, & ibi Imol. num. 24. uers. Item adde, & uers. & sic patet, Rip num. 157. uers. declara secundo. Galiau. nu. 444. & 499. uers. quarta, Pereg. de fideicom.*

51 *d. artic. 34. num. 19. in fin. & num. 52.* quia † portionum assignatio vim institutionis, & consequenter etiam directæ substitutionis habet, licet

liect non apponantur illa verba hæres esto,
*vt diximus in hoc cap. q. 4. num. 85. & in proposi-
to considerantijs, quos ibi retulimus.* Idque pro-
cedit, non solum, si distribuat totum assem
per quotas hæreditatis, sed etiam, si per quo-
52 tas bonorum, † *vt declarant Galiau. in d. l. cen-
turio, num. 444. & Pereg. d. articu. 34. num. 52.*
Quinimo procedit, etiam si vnum substituat
in bonis mobilibus, alterum verò in immo-
bilibus, & tertium in iuribus, & actionibus,
53 tam actiuis, quam passiuis, † *vt declarat Pereg.
d. artic. 34. num. 52.*

Secundo verò, si ex verbis, vel ex conie-
cturis constet testatorem voluisse facere hæ-
redem, certi iuris est, substitutionem etiam
communibus, aut directis non ciuilibus ver-
54 bis factam in quota trahi ad directam, † quia,
quoties apparet de voluntate testatoris insti-
tutio, & per consequentias etiam directa
substitutio quibuscumq; verbis fieri potest
55 † *l. quoniam indignum. 15. C. de testa. et diximus
in hoc cap. q. 3. num. 7.*

Quando autem dicatur de tali voluntate
apparere, si quæramus, res erit ex ijs deciden-
da, quæ dicemus *in hoc cap. q. 14. in 4. casu:* Nã,
quibus casibus ad directam trahitur, si com-
munibus verbis facta sit in re certa, trahetur
etiam, si fuerit facta in quota, scilicet, quia
nihil, aut parum inter se differunt huiusmo-
di substitutionum formæ, *vt dicemus ibi in 3.
casu.* Imo faciliùs erit trahenda, si fuerit fa-
cta in quota, quam, si in re certa, quia portio
faciliùs accrescit portioni, quam rei certæ,
*l. quoties. 13. C. de hered. inst. & diximus in hoc
cap. q. 1. num.* 10. cum in habentibus simbolũ
facilior sit transitus, *vt diximus ibi num. 11.*
Quamobrem pleriq; censent, compendiosã
factam verbis communibus trahi ad directã
pupillarem, si in quota facta sit, secus verò, si
56 in re certa, † *vt Gul. Ben. in d. cap. Raynutius,
in verb. In eodem testamento relinquens primo,
num. 264. vers. secus autem.* Et, quamuis ho-
rum sententia magis communiter sit impro-
57 bata, † *vt patet ex ijs, quæ diximus supra nu. 31.
& seqq.* ex ea tamen colligimus, in quota mi-
norem esse dubitationem, quam in re certa.

Quintus casus est, quando testator de quo-
ta disponendo vsus est in persona eiusdem
substituti verbis diuersis, puta dixit, si filius
meus decesserit sine liberis, instituo, & sub-
stituo Titium in dimidia, vel, Titium in di-
midia substituo, & facio hæredem, siue hære-
dem esse volo, & ita coniunxit verba ciuilia
cum communibus, Et tunc duplex incurrit
dubitatio, vna, an testator censeatur illis ver-
bis vtranq; substitutionem fecisse, an verò so-
lum directam. Altera verò dato, quod vtran-
que fecisse censeatur, an id debeat intelligi
vno, & eodem tempore, an verò successiuè,
& subordinatè, ita, vt ex casus contingentia
sit æstimandum, vtrum directæ, an fideicom-
missariæ substitutioni debeat esse locus.

Et in prima quidem quæstione cẽsent no-
stri frequentiùs, esse distinguendũ: Aut enim
verbum directum venit ad determinationẽ
verbi communis, vt euenit, cum testator ait,
si filius meus decesserit sine liberis, substituo
Titium hæredem, quo casu censetur adiecis-
se verbum, hæredem, quod est directum, ad
declarandum, & determinandum verbum,
substituo, quod est commune, Et tunc omnes
fatentur, talem adiectionem, siue coniun-
ctionem operari, vt verbum, substituo, quod
erat commune, ex vi adiuncti incipiat esse
directum, & ciuile, eaq; ratione non, nisi di-
58 rectam inducat substitutionem. † *Ita enim
censuerunt Bald. in d. l. precibus. 8. num 43. C.
de impub. & al. subst. Alexan. in l. iam hoc iure. 4.
nu. 3. vers. limita tamen, & ibi Ias. num. 6. ff. de
vulg. Alex. in d. l. centurio, num. 95. vers. posset
tamen, & ibi Ias. num. 59. vers. limita, Rip. num.
174. vers. sed quid, Oria. num. 12. in fi. Alex. in
d. l. recusare. 6. §. Titius, num. 2. ff ad Treb. Soc.
Sen. cons. 144. num. 3. vers. secus forte, vol. 1. Pe-
reg. de fideic. artic. 34. num. 49. Men. cons. 551.
num. 38. & consil. 797. num. 46.* Aut verò ver-
bum directum non venit ad determinatio-
nem verbi communis, sed stat per se, & prin-
cipaliter, vt euenit, cum testator ait, instituo,
& substituo, vel, substituo, & facio hæredem,
seu hæredem esse volo, Et tunc receptum est,
vtranq; substitutionem contineri, quia ver-
bum, instituo, seu facio hæredem intelligitur
directò, verbum verò, substituo, intelligitur
59 per fideicommissum. † *Ita declarant Bart. in
d. l. centurio, nu. 38. vers. vel meliùs, & ibi Imol.
num. 24. vers. Item adde dictis, Alex. num. 95.
Rip. num. 170. Ceph nu. 981. vbi ait, cum Bart.
transire coeteros magis communiter, & ipse se-
quitur, nu. 598. vers. his tamen, Bart. in d. l. recu-
sare. 6. §. Titius num. 3. & ibi Castr. num. 2. vers.
dicit tamen, & Alex. num. 2. ff. ad Treb. Alex.
cons. 82. in prin. vol. 2. Dec. cons. 86. num. 1. vers.
accedat, Ruin. cons. 99. num. 2. cons. 103. num. 25.
& cons. 174. num. 15. vol. 2. cons. 158. num. 11.
vol. 3. Fabia. de Mõt. inter cons. vlt. vol. cons. 149.
num. 25. vol. 1. Cels. Hug. cons. 20. num. 53. Rub.
in l. Gallus 29. §. quidam rectè, num. 19. vers. 2.
aduertendũ ff. de lib. & posth. Trentac. de subsstit.
part. 4. cap. 4. num. 17. in fi. Men. d. cons. 797. nu.
45. Surd. cons. 236. num. 31.* Licet enim verbũ,
substituo, tamquam commune possit etiam
directam inducere substitutionem, *vt dixi-
mus in hoc cap. q. 3. num.* 124. tamen, quoties
coniungitur cum verbo ciuili, cènsetur obli-
quum, & obliquam tantum dispositionem
60 inducit. Nec ab re: Nam † hoc virtus coniũ-
ctionis operatur, scilicet, quia, quoties duo
verba coniunguntur, ita facienda est inter-
pretatio, ne aliquod ex ijs censeatur inutili-
ter appositũ, sed, vt aliquid operetur *l. si quan-
do 112. in prin. ff. de leg. primo.* Vnde, si verbum,
substituo, iungatur cum verbo, instituo, refer-
tur ad obliquam vocationem, *vt supra dictũ
est.* Contra verò, si iungatur cum verbo merè
obliquo, refertur ad directã. Itaq; si testator
dicat, substituto Titium, & ei restitui volo, &
sic coniungat verbum commune cum obli-
quo, continebitur etiam vtraq; substitutio,
directa scilicet propter verbum commune, fi-
deicommissaria verò propter verbum obli-
61 quum. † *Ita scribunt Bart. in d. l. centurio, nu.
38. vers. Idem putarem, & ibi Galian. num. 498.
vers. 3. mouetur.* Et hoc est, quod dicimus, ver-
bum, substituo, in eo, qui fuit etiam fideicõ-
62 misso grauatus intelligi directo † *d. l. recusare.
6. §. Titius, et ibi Bart. num. 1. et 3. ff. ad Trebell.*

Nec obstat, si dicatur imo verbum com-
mune debere a directo declarari, & sic ad di-
rectam vocationem referri, *ex regula l. si ser-*

uus plurium. 53. §. *vlt. ff. de leg. primo*, quia hoc
procedit, quando idem verbum relatum est
ad plura, & in vno corũ fuit declaratus eiuſ-
dem verbi intellectus, ſecus verò, quãdo duo
verba referuntur ad idem, nec alterum eorũ
fuit alibi declaratum: Tunc enim procedit,
quod ſupra diximus, ſcilicet, faciendam eſſe
interpretationem, ne aliquod ex ijs ſiet in-
utiliter. *Ita reſpondet Imol. in d. l. centurio, nu.
24. verſ. Item adde dictu.*

Planè, quod diximus, compendioſam fa-
ctam verbis, & directis, & communibus
vtramque continere, procedit ſine dubio, ſi
63 † reſpicimus ad potentiam, ſcilicet, quia ta-
lis ſubſtitutio poteſt, vel in directam, reſolui,
vel in obliquam pro varietate ſpecierũ, quæ
contingent. Cœterùm, an actu contineat
vtramque, ſi quæramus, conſtat eſſe diſtin-
guendum; Aut enim caſus, qui venit, talis
eſt, vt in eo non niſi vna ex ſubſtitutionibus
verificari poſſit, Et tunc res caret dubio: nam
certum eſt, non vtramque, ſed eam tantum
64 contineri, quæ locum habere poteſt, † *vt in
ſpecie declarat Corn. conſil.* 158. *num.* 4. *volum.* 3.
Exemplum ſit, ſi is, cui facta eſt ſubſtitutio,
deceſſerit viuo teſtatore: Nam tunc ſola vul-
65 garis locum habere poteſt, † cum fideicom-
miſſaria ſupponat aditionem hæreditatis fa-
ctam à grauato *l. ille, a quo.* 13. §. *ſi de teſtamen-
to ff. ad Trebell.* quæ in propoſito, nec facta
fuit, nec fieri potuit, ſcilicet, quia viuo eo,
de cuius bonis agitur, non potuit inſtitutus
adire illius hæreditatem *l. neminem.* 27. *ff. de
acquir. hæred.* quippe, quæ nec eſſe intelligitur
l. 1. *ff. de hæred. vel act. vend.* Idem eſt, & ſi is, cui
facta eſt ſubſtitutio, deceſſerit poſt aditam,
ſiue quæſitam hæreditatem, ſed ſimus in ca-
ſibus, in quibus directa ſubſtitutio locum ha-
bere nequit, vt, quia inſtitutus ſit extraneus,
vel ſuus pubes quibus in ſecũdũ caſũ directò
ſubſtitui nõ poteſt *l. verbis ciuilibus* 7. *& l. in pu-
pillari* 14. *ff. de vulg.* § *fin. inſt. de pupill.* Nam
tunc non poterit etiam vtraque ſubſtitutio
66 contineri, ſed tantum fideicommiſſaria, † *d.*
§ *fin.* Aut vero caſus, qui contingit, talis eſt,
vt in eo poſſit, non ſolum directa, ſed etiam
67 fideicommiſſaria verificari, † prout euenit,
cum inſtitutus, non moritur, ſed recuſat adi-
tionem, quo caſu poteſt vtroque modo ſub-
ſtitutus venire, vel ex vulgari, adeundo ſci-
licet hæreditatem ex ſubſtitutione, vel ex
fideicommiſſaria, cogendo hæredem adire,
& reſtituere, & ita datur concurſus fideicom
miſſariæ cum vulgari, *vt in d. l. recuſare.* 6. §.
Titius ff. ad Trebell. vel, cum filius moritur in
pupillari ætate, quo caſu poteſt habere locũ,
& pupillaris, & fideicommiſſaria, quippe,
68 quæ etiam ſuo impuberi fieri poteſt † *l. coha-
redi.* 41. §. *cum filia ff. de vulg. l. Scæuola.* 76. *ff.
ad Trebell. & in ſpecie declarat Corn. d. conſil.*
158. *num.* 4. *uol.* 3. Et tunc

Secunda ſuccedit quæſtio, in qua viden-
dum eſt, an compendioſa facta verbis dire-
ctis, & communibus, vel cum clauſula, vul-
gariter, pupillariter, & per fideicommiſſum,
contineat vtrãque ſubſtitutionem ſimul, &
eodem tempore, ita, vt detur concurſus di-
rectæ, & fideicommiſſariæ ſubſtitutionis, an
verò ſucceſſiuè, & ſubordinatè. Et non-
nulli quidem cenſuerunt, non, niſi ſubordi-
natè, & ſic ſuo caſu, & tempore continere;
quia mens teſtatoris, qui ita ſubſtituit, non
eſt, vt omnes ſubſtitutiones faciat vno, eo-
demque tempore, ſed, vt faciat plures ſub-
ſtitutiones in diuerſis caſibus, ita, vt, ſi filius
moriatur ante quæſitam hæreditatem, cen-
ſeatur ei ſubſtituiſſe vulgariter, ſi verò poſt,
& intra pubertatem, cenſeatur ſubſtituiſſe
pupillariter. Quod, ſi deceſſerit poſt puber-
tatem, cenſeatur ei ſubſtituiſſe per fideicom-
69 miſſum. † *Ita cenſuerunt Cin. in l. precibus* 8.
num. 26. *& ibi Dec. num.* 20. *C. de impub. & al.
ſubſtit. Imol. in d. l. centurio, num.* 24. *verſ. quid
autem, & ibi Rip. num.* 170. *verſ. aduerte, &
verſ. ſed, quia, Soc. Iun. nu.* 310. *verſ. ſed conſide-
ra, & num.* 312. *Aquilin. part.* 4. *num.* 365 *Imol.
in d. l. recuſare.* 6. §. *Titius, verſ. ſed fortè poteſt
dici ff. ad Treb. & in l. Latinus Largus* 85. *verſ.
& ſic facit ff. de leg. ſecundo, Coſta in d. cap. ſi pa-
ter, part.* 3. *in verb. obliqua, num.* 9. *&* 25. *de teſta.
in ſexto.*

Sed alij frequentiùs cenſuerunt, vtramque
ſubſtitutionem vno, & eodem tempore con-
tineri, ſed, quia ſubſtitutus non poteſt ſimul
venire, & ex directa, & ex fideicommiſſa-
ria, ideo eſſe in eius electione, ex qua venire
70 velit. † *Ita enim cenſuerunt Bart. in d. l. centurio
num.* 38. *verſ. vel melius, & ibi Alex. num.* 95.
Alcia. num. 103. *&* 104. *& Ceph. nu.* 981. *&* 998.
verſ. his tamen, Bart. in d. l. recuſare. 6. §. *Titius,
num.* 1. *ff. ad Trebell. Bald. in d. l. precibus* 8. *nu.*
47. *verſ. ſed, quid, ſi teſtator. & ibi Caceial. nu.*
80. *Cagn. num.* 236. *&* 237. *& Adden. ad Dec.
poſt num.* 20. *in lit. e. C. de impuber. & al. ſubſtit.
Alex. in d. l. iam hoc iure num.* 3. *verſ. quod in-
tellige ff. de vulg. & conſ.* 82. *in prin. uolum.* 2.
Natt. conſ 365. *num.* 3. *Menoch. de præſumptio.
lib.* 4. *præſumpt.* 20. *nu.* 8. *Gratia. cap.* 542. *diſcep.
for. num.* 26. Idque procedere, non ſolũ, quan-
do teſtator dixit, inſtituo, & ſubſtituo, vel
ſubſtituo, & facio hæredem, *in quibus termi-
nis loquuntur ferè omnes dd. ſupra allegati*, ſed
etiam, quando poſt factam ſubſtitutionem
ſubiecit (vt moris eſt) illam clauſulam, vul-
gariter, pupillariter, & per fideicommiſſũ:
Nam per talem adiectionem operatur, vt ſit
etiam in electione ſubſtituti, vtrum velit ſuc
cedere ex directa, an verò ex fideicommiſſa-
71 ria. † *Ita ſcripſerunt Bart. in d. l. centurio. num.*
38. *verſ. Idem, ſi teſtator, & ibi Alex. num* 96.
Rip. num. 171. *Bart. in d. l. recuſare.* 6. §. *Titius,
num.* 2. *& ibi Caſtr. num.* 3. *Alex. num.* 1 *ff. ad
Trebell. Bart. in d. l. ſi Titio.* 10 *num.* 3. *ff. de vſu-
fruct. leg. Soc. Sen. conſ.* 20. *num.* 12. *vol.* 1. *Ruin.
conſ.* 103. *num.* 25. *uol.* 2. *Fabia. de Mont. inter
conſil. ult. uol. d. conſ.* 149 *num.* 25. *uol.* 1. *Alcia.
in l. Gallus.* 29. § *quidam rectè, num.* 36. *ff. de
liber. & poſth. Guidop. q.* 532. *vbi teſtatur, ita
fuiſſe determinatum in Camera conſilij, Peregr.
de fideic. artic.* 5. *num.* 49 *Menoch. conſ.* 154 *nu.*
13 *& d. conſ.* 797. *nu.* 47. *&* 48.

Verùm hæc ſententia, licet procedat ſine
dubio, quoties datur concurſus vulgaris, &
72 fideicommiſſariæ, † *vt patet ex d. l. recuſare.*
6. §. *Titius, & ibi in ſpecie declarant Caſtr. &
Alex. num.* 1. *Roman. conſ.* 480 *num.* 4 *Gul. Ben.
in d. cap. Raynutius, in uerb. ſi abſque liberis ſecũ-
do, in materia breuiloq. num.* 20. *Rip. in d. l. centu-
rio, num.* 170. *verſ. Item ſecundum quoſdam
Ruin. conſ.* 7. *num.* 13. *uol.* 3. *Cagn. in d. l. precibus,
nu.* 4.

num.236. Rub.in d.l. Gallus. 29. §. quidam re-
ctè num.17. ff. de lib.& post. Men.cons.303. nu.
35.& d cons. 554. num. 13. & de præsumpt. lib.
4 præs. 63. num. 6. & 11. vers. Distinguendum
73 scilicet, quia † tunc non agitur de præiudicio
alicuius tertij, sed tantū de cōmodo substitu
ti, vt considerat Rip.in d.l. centurio, nu. 170. vers.
Itē secundum quosdam, cuius potest interesse,
fideicōmissariam potiùs habere locum, quā
vulgarem, propter legata in substitutione re-
licta, quæ non debentur, si hæreditas ex insti-
tutione adeatur l. quoties. 13. C. de fideic. & in
proposito considerat Vlpianus in d. l. recusare. 6.
§. Titius, vers. quia interesse, tamen, quando
datur concursus pupillaris, & fideicommis-
sariæ, res magnam videtur habere dubitatio-
nem, ideo, quia, cum intentio testatoris, qui
filio pupillariter substituit, fuerit, vt ei prospi
ceret, dando substitutum, qui ipsius esset hæ-
res, non videtur ponendum in arbitrio sub-
stituti omittere pupillarem, & ex fideicom-
74 missaria succedere, † quia hoc modo impu-
gnaret vtilitatem pupilli l. si pupillus paterna.
42. vers. Impugnat ff. de acqu. hæred. & ita face-
ret contra voluntatem testatoris, quod ei nō
debet esse permissum. Quamobrem neces-
sariò videtur ex pupillari (si ei potest esse lo-
cus) admittendus, vt fit in omnibus casibus,
in quibus pupillo substitutus potest alia via
consequi bona testatoris, vti videre est in l.
quidam elogio. 20. C. de iur. delib. Et ita in specie
censuerunt Rip.in d.l. centurio, num. 170. vers.
Item secundum quosdam, & Menoc.d.cons.303.
num. 37.& d.lib.4. præs. 63. num. 13. qui in his
terminis ait procedere sententiam Imol. & alio-
rum, quos retulimus supra num. 69.

Sed est verius, quod alij frequentiùs tradi-
derunt, scilicet, eligendi facultatem compe-
tere substituto, etiam in concursu fideicom-
missariæ cum pupillari, ita, vt possit, si velit,
omittere pupillarem & ex fideicommissaria
75 succedere: † Ita enim censuerunt omnes, quos
retulimus supra num. 70. & 71. prout in specie
declarant Gul.Ben.in d.cap. Raynutius, in verb.
si absque liberis. 2. in materia breuiloca, num. 20.
Soc.Sen.d.cons.144. num. 3. volu. 1. vbi testatur,
hanc esse communem opinionem, & cons. 290. nu.
3. vol. 2. Ruin.d.cons.7. nu. 13. vol. 3. Aleia. in d.
l. centurio, num. 103. Corn. d. cons. 158. num. 4.
vol. 3. vbi ait, hanc esse magis communem, prout
etiam fatetur Rip.in d.l. centurio, num. 170. vers.
sed, quia Sequitur etiam Nat. d. cons. 365. nu. 3.
Nam, quod dicimus, substitutum non posse
omissa pupillari alia via consequi bona te-
statoris, ne faciat contra ipsius voluntatem,
76 quæ fuit, vt filio prospiceret, procedit, † quā-
do pater filio in pupillari ætate decedenti so
lani fecit pupillarem, vt in specie d. l. quidam
elogio. Coeterùm, quando fecit, & pupillarē,
& fideicommissariam, prout euenit, cum fi-
lio quandocunq; decedenti substituit vul-
gariter, pupillariter, & per fideicommissum,
quo casu propter vim copulæ censetur vno,
& eodem tempore fecisse, & directam, & fi-
deicommissariam substitutionem, non po-
test censeri voluisse filio absolutè prospice-
re, sed ita demum, si voluerit substitutus:
77 † Est enim hoc generale in omnibus casibus,
in quibus testator fauore vnius duas fecit dis
positiones, quæ simul esse nequeunt, vt cen-
seatur arbitrio vocati remisisse, cui locus esse
78 debeat † vt in l. si quis seruo. 56 ff de man. testa.
d.l. recusare. 6. §. Titius ff. ad Treb. l. fin. C. de
codicill. l. 1. §. si proponatur ff. si quis om. caus.
test. Quamobrem substitutus, qui omissa pu-
pillari eligit fideicommissariam, non poterit
dici facere contra voluntatē testatoris, quip
pe, qui totum hoc in eius contulit arbitrium
l. debiter. 59 in prin. vers. nā, &, cum ff. ad Treb.

Huius autē rei vtilitas in eo consistit, quia,
licet regulariter vtilius sit substituto venire
79 ex pupillari, quam ex fideicommissaria, † cū
per pupillarem succedat in omnibus bonis
pupilli, siue a patre, siue a matre, siue aliunde
80 prouenerint † l. sed, si plures. 10. §. ad substitu-
tos, vbi Bart. Bald. Ang. Castr. Alex. Ias. & alij
not. ff. de vulg. §. non solum, Inst. de pupill. &
scribunt Bart.in l. 2. in prin. num. 30. & ibi Ias.
num. 28. vers. 5. ff. de vulg. Paris. cons. 59 num.
4. volu. 2. Crass. in §. substitutio q. 29. num. 2.
Surd.cons. 48. num. 7. Menoc. de præsumpt lib. 4.
præs. 48. num. 10. Gratiat. discep. for. cap. 528. nu.
19. & præterea nullas patiatur detractiones
81 † l. si quis ad declinandam 38. & ibi Castr. num.
1. C. de episc. & cler. cap. si pater, & ibi Em. a Cost.
part. 2. in verb. absq; deductione, num. 1. de testa.
in 6. Castr. in l. fi. num. 2. C. de sacr. Eccl. Molin.
de primog. Hisp. lib. 1. cap. 17. num. 2. Mantic. de
con. vlt. vol. lib. 5. tit. 1. num. 5. Pereg. de fideicom.
artic. 3. num. 12. cum alioquin ex fideicom-
missaria non succedat, nisi in bonis testato-
82 ris † l. cohæredi. 41. § cum filiæ ff. de vulg. & pre-
terea patiatur detractionem legitimæ, &
Trebellianicæ, quæ pertinent ad ipsius pu-
83 pilli hæredes † cap. Raynutius, & cap. Raynal-
dus, extr. de testa. eaque ratione tam frequens
sit in iudicijs controuersia, vtrum compen-
diosa intra pubertatem contineat pupillarē,
an verò solam fideicommissariam, vt pate-
bit ex ijs, quæ dicemus in hoc cap. q. 14. per tot.
Interdum tamen vtilius est substituto succe-
dere ex fideicommissaria, quam ex pupilla-
84 ri; † Nam si testator duos habens filios eos
inuicem substituat vulgariter, pupillariter, &
per fideicōmissū, &, si ambo sine liberis mo-
riantur, substituat extraneum, si quidē vnus
ex filijs moriatur impubes, & frater ei succe-
dat ex pupillari, deinde factus pubes dece-
dat sine liberis, & sic fiat locus substitutioni
fideicommissariæ, posito, quod ea censeatur
vltimo tātum decedenti iniuncta, vt pleriq;
malunt, in fideicommissi restitutionem ve-
85 nient etiam quæsita ex pupillari, † vt est rece-
ptior dd. opinio, sicuti latè ostendunt Pereg. de fi-
dei. artic. 8. num. 38. in fi. & Men. de præs. lib. 4.
præs. 74. num. 7. Nec de ijs poterunt eius hæ-
redes detrahere legitimam, sed eam tenebū-
86 tur restituere † l. si Titio. 95 § fin ff. de leg. pri.
Et in specie docuerunt Bart. in d. l. cohæredi. 41.
§. cum filiæ vers. quod, si hæredem, num. 2. ff de
vulg. Bald. in l. ex tributis. 26. num 6. & ibi Castr.
num. 6. C. de inoff. test. Castr. cons. 239. num. 2.
vers. 3 principaliter vol. 2. Alex. cons 67 num. 2.
vers. modo in proposito vol. 1. Ruin. cons. 52. nu.
7. vol. 2. & cons. 118. num. 22. vol. 3. Galiau. in d.
l. centurio. num 408. & 409. & ibi Rip. nu. 127.
Clar. in §. testamentum q. 72. num. 5. Em. a Cost.
in d. cap. si pater, part. 2. in verb. debitæ, num. 16.
& 21. Mantic. de con. vlt. vol. lib. 8. tit. 3. num. 1.
Crass. in §. legitima q. 39. num. 6. Men. cons. 144.

nu.25.vers.Quintus, Pereg.d.articul.8.num.25.
Surd.consf.541.nu.11.& 29.vers. respondetur 2.
87 quia, † aut volunt eam detrahere ex persona
pupilli,& non possunt, quia fideicommissũ
non ab eo,sed ab eius substituto relictum,est,
vt considerant Bald.in d.l.ex tribus,nu. 6. & ibi
Castr.num 6.Ruin.d.cons.118.num. 22.volu.3.
Galiau.in d.l.centurio,num.408.& 409.Clar.in
d.§ testamentum q.72.num. 5. Costa in d. cap. si
pater,part.2.in verb. debitę, num. 21.Mantic.
d.lib.8.tit.3.nu.3.Pereg.d. artic. 8.nu.30.& 41.
aut verò volunt eam detrahere ex persona
ipsius substituti, & nec etiam possunt, quia,
cum censeatur grauatus, vt substitutus pu-
pillariter,& sic,vt institutus, & grauatus a fra
tre,cum pupillaris substitutio perinde habea
tur, ac, si pupillus ipse testatus esset, & sub-
stitutum hæredem instituisset, & grauasset
§. igitur Inst. de pupill.& in proposito considerāt
Costa in d.cap. si pater,part.2.in verb.debitę, nu.
15.& Pereg d.artic.8.num. 24. & in bonis fra-
tris nulla fratri legitima debeatur, nisi perso-
na turpis fuerit instituta *§.soror Inst. de inoff.*
l.fratres.27.C.eod. §. primùm itaq; Auth.de hęr.
*& Falc.coll.*1.Consequens est, vt ex ipsius per-
sona non possint eius hęredes legitimam de-
trahere,*vt in specie declarant Castr.in d.l.ex tri-*
bus, num.6.& d.cons.239.num.2.vers.ex his pa-
tet, vol. 2. & Pereg. d. artic. 8. num.42. vers.aut
vero substitutio. Sane Trebellianicam pote-
88 rũt ex illius persona detrahere, † *vt scribunt*
Ruin. cons. 58.num.13. vol.2.Galiau.in d.l.cen-
turio,num.410.Costa in d.verbo,debitę,num.21.
Mantic.d.lib.8.tit.3,num.3.Pereg.d.artic.8.nu.
30. & 41. cum eam detrahat quilibet extra-
neus fideicommisso grauatus *l. 1.C. ad Treb.*
l.quamquam.10 C.ad l.Falc.§. sed, quia hęredes,
89 *Inst.de fideic.hęred.*sed ita demum, † si nõ fue-
rit a testatore prohibita,nec per imputationẽ
fructuum extincta: Licet enim (vt in plerisq;
tribunalibus obseruatur) non possit pater fi-
lius primi gradus Trebellianicæ detractionẽ
prohibere, nec in eam teneãtur filij imputa-
re fructus interim perceptos *l. iubemus. 6. in*
prin.& ibi dd.C. ad Trebell. potest tamen eam
prohibere filio pupillariter alteri substituto,
90 & grauato, † *vt scribunt Castr.d. cons. 239. in*
fin.vol.2. Ruin.cons 147.num.4.vol.3.Mantic.
d.lib. 8.tit.3.num.2.Pereg. d.artic.8.num.41.&
artic.12.num.46.Surd.d.cons 541.num.34. Et
simili modo tenetur filius in eam (si nõ fue-
rit prohibita) fructus interim perceptos im-
91 putare, † *vt in his terminis ait Pereg. d.artic.8.*
92 *n 41.& d.artic.12. n.46.* quia † non grauatur,
vt filius,sed,vt frater,& sic, vt extraneus, cui,
& Trebellianica prohiberi post,& fructuum
iniungitur imputatio *l. in fideicõmissaria. 18.*
in prin.vers.Planè,& l.mulier 22.§.si hęres ff.ad
Trebell. At,si frater non succedat ex pupillari,
sed ex fideicommissaria, quæ legitimam ip-
sius pupilli successionem non excludit, pote-
rit,vt fideicommissarius consequi dimidiam
portionis bonorum paternorum, quæ perti-
nuit ad pupillum,& eam cogetur fideicom-
missario restituere, sed aliam dimidiam, quã
pupillus fideicommisso grauatus poterat de-
trahere iure legitimę, & Trebellianicę, &
alia omnia bona, quæ pupillus habuit non a
patre, sed aliunde, consequetur, vt hęres pu-
pilli veniens ab intestato, nec tenebitur ea fi-
deicommissario restituere, quia in fideicom-
missi restitutionem non veniunt ea, quę gra-
uatus, non ex iudicio testatoris,sed aliunde
93 consecutus est † *l. 3. §. hoc amplius, vers. quia*
matrimonij ff.de dot. pręleg.l. qui fundum. 86.§.
qui filios, versic. Dicet aliquis ff. ad l. Falc. latè
Pereg. de fidei. art.6.num.7. Itaq; remanebunt
ea in hęreditate ipsius filij puberis, & hoc
modo vtilius erit huic filio succedere ex fi-
deicommissaria,quam ex pupillari.

Hinc intelligimus,ad euitandam quęstio-
nem illam, quæ dicitur esse de apicibus iuris,
an scilicet fideicommissum iniunctum duo-
bus filijs inuicem substitutis, si ambo sine li-
beris decesserint, vno priùs in ętate pupillari
defuncto,altero verò postea mortuo pubere
sine liberis,censeatur iniunctum vtriq;an ve-
rò solum vltimo morienti ad finem detrahẽ-
dę, aut excludendę ex persona pupilli legiti-
mę,& Trebellianicę, *quam tractant omnes in*
d.l.ex tribus 26.C.de inoff.test.& Pereg.de fideic.
d.artic.8.num.42.& seqq. & nos proposuimus in
*cons. 36. num.66.vers. In 2.& num. seqq.*debe-
re aduocatos recurrere ad eligendi facultatẽ
datam filio puberi per clausulam,vulgariter,
pupillariter, & per fideicommissum, & de-
monstrate puberem censeri (saltem pręsum-
ptiuè) elegisse fideicommissariam, tamquã
94 vtiliorem,† *iuxta doctr.Soc.Sen.d.cons.144.nu.*
4.vol.1.& Nat. d.cons. 365. num.4. Nam hoc
modo nulla pręcedentis quęstionis excutiẽ-
dę suberit necessitas, quia filius pubes non
censebitur per pupillarem fratri successisse,
sed ab intestato, & tamquã hęres impuberis,
qui fideicommisso fuerat grauatus poterit
legitimam, & Trebellianicam, ceteraq; ip-
sius bona retinere, & solum bonorum pater-
norum fideicommissum, quod dimidiã por-
tionis pupilli continet, sequenti fideicom-
missario restituere. Et ita in quadam causa
mihi delegata iudicaui.

Sextus, & vltimus casus est, quando testa-
tor substituẽdo vsus est verbis diuersis in per-
sonis diuersorum, Et tunc constat multum
referre,vtrum vnus fuerit substitutus in quo-
ta, alter verò in residuo, siue alia quota, quę
residuum cõtineat, an verò vterq; fuerit qui-
dem in quota substitutus, sed inter eos non
fuerit tota hęreditas distributa: Nam, si tota
distributa sit, & quęramus, vtrius substitutio
trahatur ad directam & per consequentias
ad vniuersum, constat quatuor esse subdistin
guendos casus,quorum.

Primus est, quando in quota substitutus
fuit vocatus verbis ciuilibus, Et tunc, aut sub
stitutus in residuo fuit vocatus verbis obli-
quis, Et in quota substitutus censebitur dire-
ctò vocatus,& per consequentias eius substi-
tutio trahetur ad vniuersum, substitutus verò
in residuo non censebitur ad illud, nisi per fi-
95 deicommissum vocatus. † *Ita scribunt Imol.*
in d.l.centurio,num.24.vers.Item adde in quan-
96 *tum,& ibi Rip.num.176.* quia,† licet verba ci-
uilia adiecta quotæ trahantur ad directam,
vt diximus supra num. 1. non tamen ad eam
trahuntur verba obliqua, sed simplex indu-
cunt fideicommissum, *vt diximus num.7. Et*
in proposito considerat Imol. in d. l.centurio, nu.
24.vers.Item adde in quantum. Aut vero in re-
siduo substitutus fuit vocatus verbo com-
muni,

muni, seu directo non ciuili, Et tunc etiam
97 is censebitur directò substitutus. † *Ita scribunt*
Bart. in d.l.centurio, num.40. uersic. quandoque
vnum, & ibi Ang.num.13.in fin. Imol.nu. 24.
vers.Item adde in quantum, Galiau.num. 497.
vers.ubi autem, & uers.Imo plus, & num.498.
vers.sed aduerte, & uers.Item in primo, & Rip.
num. 175. uers. Quinta conclusio, Cephal. num.
98 1047. quia, † cum in residuo nemo reperiatur substitutus, Consequens est, vt verbum
commune, tamquam adiectum vniuersitati
trahatur ad vniuersum, *secundum ea, quæ diximus supra num. 37. Ita ratiocinantur Bart.*
in d.l.centurio, num.40.uers. quãdoque unum, & ibi Galiau.nu.497. uers. Imo plus, Rip.num.
175.vers.Quinta conclusio, Ceph.num.1047.

Secundus verò casus est, quando in quota
substitutus fuit vocatus verbo communi, Et
tunc, aut substitutus in residuo fuit vocatus
verbo ciuili, Et is censebitur directò substitutus, & vniuersum patrimonium consequetur, vocatus verò in quota non, nisi per fidei-
99 commissum substitutus intelligetur. † *Ita*
scribit Cephal. in d.l. centurio, num. 1043. quia
100 † verbum commune adiectum quotæ nunquam trahitur ad directam, vbi alius vniuersaliter, & directò substitutus est, *vt diximus*
supra num.31. & seqq. Sed hic reperitur alius
vniuersaliter, & directò substitutus, nempè
vocatus ad residuum, cuius appellatione to-
101 tum, & sic vniuersitas continetur † *l.2.C.de*
hered.instit.l.potest 95. & l. cæterorũ 160.ff. de
verb.signif.l.cum optio. 17.ff. de optio.leg. Non
poterit igitur in persona alterius verbum cõmune trahi ad directam. *Ita ratiocinatur*
Ceph.in d.l.centurio, num.1043.uers.ratio, & in
terminis sequentibus Rip.ibi num.175.uers.circa
secundum. idque procedit, etiamsi alius non
in residuo, sed simpliciter fuerit substitutus:
nam, quia censetur & ipse substitutus in tota
hæreditate, ideo fit, vt in persona alterius
non possit verbum commune adiectũ quotæ
trahi ad directam, eaque ratione simplex in-
102 ducat fideicommissum. † *Ita scribunt Bart.in*
d.l.centurio, num 40. vers. Hoc præmisso, & ibi
Ang.num.13.in fi. Rip.num.175. vers. circa secundum, Ceph. num. 1046. Aut verò substitutus in residuo fuit vocatus verbo obliquo, Et
vtraque substitutio censebitur fideicommis-
103 saria, † quia, nec verbum commune adiectum quotæ trahi potest ad directam, quoties alius in testamento fuit hæres institutus,
vt diximus supra num. 32. nec verbum obliquum etiam adiectum vniuersitati ad directam trahi potest, si ex alijs verbis non constet, talem fuisse mentem testatoris, *vt diximus supra num.8. & 12.*

Tertiùs casus est, quando in quota substitutus fuit vocatus verbo directo non ciuili,
substitutus verò in residuo fuit vocatus verbo communi, Et tunc vocatùs per commune censebitur directò substitutus, vocatus verò per directum non ciuile, censebitur substi-
104 tutus per fideicõmissum. † *Ita scripsit Galiau.*
105 *in d.l centurio, num.* 501. quia † verbum commune adiectum vniuersitati, siue totalitati
trahitur ad directam, quoties in ea non reperitur alius substitutus, *vt diximus supra num.*
98. Sed hic fuit adiectum vniuersitati, siue
totalitati, quia, vt dictum est, residui appellatione totum continetur, & in ea non reperitur alius substitutus, *ut ibi considerat Galiau.*
Debet igitur trahi ad directam. Verùm hæc
sententia non caret dubio, per ea, quæ dicemus *in casu sequenti, & num.* 117. quippè,
quæ militant etiam in hac specie.

Quartus denique casus est, quando in quota substitutus fuit vocatus verbis obliquis, Et
tunc, aut substitutus in résiduo fuit vocatus
verbis ciuilibus, Et sine dubio censebitur is
solus directò substitutus, & grauatus alij quo-
106 tam relictam restituere, † *per ea, quæ diximus*
supra nu.99.& seq. Aut verò fuit vocatus verbis communibus, vel directis nõ ciuilibus, Et
vtraq; substitutio censebitur fideicõmissaria,
107 † *vt scribit Rip.in d.l.centurio, nu.177. vers. ter-*
108 *tia conclusio,* quia † testator non grauando substitutum per commune restituere portionem
substituto per obliquum, videtur voluisse, ius
primi hæredis durare, *vt dicemus infra nu.* 117.
& vbi alius reperitur hęres, verbum cõmune non trahitur ad directam, *vt diximus supra num.32. Ita ratiocinatur Rip. in d. l.centurio, nu.177.vers.Tertia conclusio.* Et, quamquã
de hoc dubitet *Galiau.in d.l.centurio, nu.* 499.
non est tamen ab hac sententia recedendũ,
quia ratio Bartoli, in qua fundatur, communiter est recepta, *vt ostendemus infra nu.* 117.

Sed hęc quidem dicuntur, cũ vnus in quota substitutus est, alius verò in residuo, siue
alia quota, quę residuũ cõtineat. Caeterùm,
cum vterq; fuit in quota substitutus, & inter
eos non fuit tota hęreditas distributa, si quæramus, vtrius substitutio trahatur ad directã,
& per consequentias ad vniuersum, constat
tres esse distinguendos casùs, quorum

Primus est quãdo vnus fuit in quota substitutus verbis ciuilibus, alter verò in alia
quota verbis obliquis, Et tunc vocatus verbis
ciuilibus cẽsebitur directò substitutus, & vniuersum patrimonium consequetur, vocatus
verò verbis obliquis censebitur substitutus
109 per fideicommissum. † *Ita scribunt Bart.in*
d.l.centurio, num.40.vers.quãdoque testator, &
ibi Ang.nu.13.in fin.Imol.num.24. uers.Item
adde in quantum, Rip.num. 176.Ceph.nu. 1051.
110 *ubi ait, ita omnes transire,* quia, † licet verbum
ciuile adiectum quotę trahatur ad directam,
ut diximus supra num. 1. non tamen ad directã trahitur verbum obliquum, sed simplex
denotat fideicommissum, *ut ostendimus supra*
num.7. Et in his terminis considerant Imol.in d.l.
centurio, num.24.uers.Item adde, in quantum, et
ibi Rip.num. 176.

Secundùs verò casus est, quando vnus fuit
in quota substitutus verbo ciuili, alius verò
in alia quota verbo communi, aut directo
non ciuili, Et tunc similiter vocatus verbo
ciuili censebitur directò substitutus, vocatus
verò verbo communi, aut directo non ciuili
censebitur per fideicommissum substitutus
111 in portione assignata. † *Ita scribunt Imol.in*
d.l.centurio, num.24. uers.Item adde, in quantũ,
& ibi Galiau.num.496.uers.& hoc non obstante,
& num.500.uers.& aduerte, & Rip. num. 175.
112 *uers.quarta conclusio,* quia, † licet verbum ciuile adiectum quotæ trahatur ad directam,
ut diximus supra num. 1. non tamen ad eam
trahitur verbum commune, aut directũ non
ciuile, quoties tota hæreditas non est per
quo,

quotas distributa, *ut diximus num. 31. Et in proposito ratiocinatur Rip. in d. l. centurio, num. 175. vers. Quarta conclusio.*

Tertius deniq; casus est, quando testator vnum substituit in quota per commune, alium verò in alia quota per obliquum, Et tunc receptum est, vtranque substitutionem censeri fideicommissariam, ideoq; nō trahi ad vniuersum, sed in ea tantum parte consistere, quam testator substituendo expressit.
113 † *Ita censuit Bart. in d. l. centurio, num. 41. quem ibi probarunt Ang. num. 13. in fin. Galiau. nu. 498. Rip. nu. 177. vers. Secunda conclusio. Cepb. nu. 1055. Men. cons. 699. nu. 5.* Huiusautē cōclusionis tres a nostris rationes afferuntur.

114 Prima, quia † verbum cōmune non trahitur ad directam, nisi, quādo est adiectum totalitati bonorum, & alius non est hęres, *vt patet ex ijs, quæ diximus supra num.* 31. & 37. Sed hic non fuit adiectum totalitati bonorum, sed quotę, & pręterea in testamēto fuit alius hęres institutus, nempe filius. Non potest igitur verbum commune trahi ad directam. *Ita ratiocinantur Bart. in d. l. centurio, num. 41. & ibi Galiau. num. 498. Rip. num. 177. vers. Secunda conclusio, Cepb. num. 1056.*

Nec obstat, si dicatur, inde sequi, si vnus vocatus sit ad quotam per ciuile, alius verò ad residuum per commune, non trahi commune ad directam, propterea quod non est adiectum totalitati bonorum, & tamen iuxta veriorem, & receptiorem opinionem trahitur, *vt ostendimus supra num. 96.* quia verius est, imo censeri adiectum totalitati bonorū; nam residui appellatione totum continetur, *vt diximus supra num.* 100. ideoq; nil mirum, si trahatur ad directam, *vt respondet Galiau. in d. l. centurio, num. 498. vers. Item in primo.* At in specie proposita non est adiectum totalitati, sed quotę ideoq; non potest trahi ad directam, *vt supra dictum est.*

Deniq; non obstat, si dicatur, inde etiam sequi, si vnus sit vocatus in dimidia per ciuile, alius verò in alia dimidia per commune non posse commune trahi ad directā, quod non sit adiectum totalitati bonorum, quia respondeo, ideo trahi, quia testator per quotas distribuit totam hęreditatem, quo casu procedunt ea, quę diximus *supra num. 50. Ita in specie respondet Galiau. in d. l. centurio, num. 498. vers. Item in primo.*

115 Secūda ratio affertur, quia † vna substitutio, siue vna pars declarat aliam *l. si seruum plurium 53. §. fin. ff. de leg. primo.* Sed substitutio facta in quota verbis obliquis haud dubiè est fideicommissaria non directa, *vt patet ex ijs, quę diximus supra num. 7.* Ergo debet etiam censeri fideicommissaria, quę in quota facta est verbo communi. *Ita ratiocinātur Bart. in d. l. centurio, num. 41. & ibi Galiau. nu. 498. vers. 3. mouetur.*

Nec est, quod obijcias, id, quod dicitur, vnā substitutionem declarare aliam, procedere quoties verba sunt ambigua, & pręterea substitutiones factę sunt ijsdem verbis, in specie autem proposita verbum commune non esse ambiguum, & substitutiones fuisse factas verbis diuersis, ideoq; non procedere, *Qua ratione motus Cepb. in d. l. centurio, num. 1058. ait, sibi non placere hanc secundam rationem,* quia respondeo, imo verbum cōmune dici ambiguum, quod sui natura possit vtrunq; sensum, directum scilicet, & obliquum recipere, *vt diximus in hoc cap. q. 3. nu. 67.* Deniq; licet verba sint diuersa, sufficit tamen, verbū, quod est ambiguū, posse sui natura habere eundem sensum, quem habet certū, ad hoc, vt ex certo possit inferri ad declarationem ambigui, vt patet ex filiorum, & liberorum appellationibus, quę sunt diuersæ: Nā, si testator in vna testamenti parte faciat mētionem de liberis, in alia verò de filijs, hæc ex illa declaratur, quasi testator filiorum appellatione voluerit omnes liberos, & descēden-
116 tes comprehendere. † *Ita scribunt Curt. Iun. cons. 111. num. 7. cons. 113. num. 8. & cons. 116. num. 12. vers. 3. Crau. cons. 62. num. 12.*

117 Tertia demum affertur ratio, quia, † cum ex substitutione facta in quota verbis obliquis constet, testatorem voluisse fideicommisso grauare hæredem, & non grauauerit substitutum, Consequens est, vt cēseatur voluisse grauare legitimos filij hæredes, & per consequētias, vt hoc modo declarauerit, se noluisse pro filio testari, & sic facere pupillarem substitutionem, & excludere legitimos eius successores, sed illis hæreditatem vltrò relinquere, & illos fideicommisso grauare. *Ita ratiocinatur Bart. in d. l. centurio, nu. 41. quem ibi probarunt Galiau. num. 498. vers. Quarto mouetur, & Cepb. nu. 1058. vers. Tertia.*

Hinc infertur, si testator grauet vocatum in quota per cōmune, vt pręstet aliam quotā vocato per obliquum, verbum commune
118 trahi ad directam, † quia cessat ratio Bartoli. *Ita declarat Galiau. in d. l. centurio, num. 498. vers. Quarto mouetur.*

SVMMARIVM.

1 *Hæres in re certa institutus non dato cohęrede vniuersali, dempta mentione rei fit vniuersalis, & num. 3. & cur, num. 4. Declara, vt num. 7. & seqq.*

2 *Institutio particularis nō dato cohęrede vniuersali trahitur ad vniuersum, & cur, nu. 4. Declara, vt num. 5. & seqq.*

5 *Hæredi particulari non dato cohęrede vniuersali tota hęreditas accrescit, Declara, vt num. 7. & seqq.*

6 *Hæres particularis non dato cohęrede vniuersali totam hęreditatem consequitur per ius accrescendi, Sed contra, num. 7. Declara, vt num. 9.*

10 *Ius accrescendi, quod competit hęredi particulari qui non habet cohęredem vniuersalem, est de seipso ad seipsum.*

An instituto in re certa tota hęreditas accrescat

Quæstio Septima.

ET hæc quidem dicuntur, quoties testator, non disposuit de parte hæreditatis. Caeterùm, quoties non disposuit de tota hæreditate, vt euenit, cum in testamento fecit aliquam dispositionem particularem, puta vocauit aliquem ad fundum

dum, vel domum, vel aliam rem, seu quantitatem certam, sed neminem instituit hęredem vniuersalem, & quæritur, an illi particulariter vocato tota hæreditas accrescat, cõstat etiam multum referre, vtrum illa particularis dispositio facta sit per modum institutionis, an verò per modum legati, vel fideicommissi, an denique per modum substitutionis: nam, si per modum institutionis, & quæratur, an locum habeat ius accrescendi, non in eo consistet dubitatio, vtrum tota hęreditas pertineat ad institutum, quia indubitati iuris est, pertinere, cum is dempta mentione rei perinde habeatur, ac, si in tota hæ-
1 reditate fuisset institutus † *l. 1. §. si ex fundo l. quoties. 9. § si duo l. si alterius. 10. l. Titius. 11. l. ex facto. 35. ff. de hęr. inst. l. cū quidam. 19. ff de lib. & posth. l. cohęredi. 41. §. vlt. ff. de vulg. l. ide est. 13. in fi. ff. de mil. test. l. hęreditate. 19. §. filiusf. ff. de castr. pecu. l. si quis priore. 29. ff ad Trebell. §. sed & si quis priore, Inst quib. mod. test. inf.* Quo sensu dicimus institutionem rei certæ nullo dato cohæiede vniuersali trahi ad vniuer-
2 sum, † *vti videre est apud Bald. in d. l. cohæredi. 4. §. vlt. in princ. & in 3 not. & ibi Imol. in 1. not. Ias. num. 1. & 2. ff. de vulg. Ang. in d. l. 1. § si ex fundo, num. 1. & 2. & ibi Imol nu. 9. 72. & 75. ff. de hæred. inst. Ang. in l. cogi. 16. §. & generaliter, num. 1. ff. ad Treb. & cons. 358. num. 2. Castr. in d. l. quoties. 9 § si duo, num. 2. & ibi Imol. nu. 33. ff. de hęr. inst. Castr. in d. l. cum quidam. 19 nu. 1. & ibi Ias. in prin ff de lib. & posth. Alex. in l nam quod. 14. §. non omnis, num. 6. ff. ad Treb. Dec. in l. 1. num. 9. in fi. C. de testa. mil. Galiaul in d. l. d. cēturio. 15. n. 146. & ibi Aquilin. part. 3. num. 20. Ceph. num. 706. ff de vulg. Soc. Iun. cons. 111. num. 10. vol. 1. Incert. inter cons. vlt. vol. cons. 103. num. 20. vol. 2. Duran. de art. testan. tit. 5. caut. 10. num. 1. & caut. 11. nu. 2 & tit. 6. caut. 2. n. 2. Ceph. cons. 436. nu 66. Mantic. de con. vlt. vol. lib. 4 tit. 3. n. 17. & lib. 7. tit. 6. nu. 10. vers. sed diuersa,* siue (quod idem est) hæredem in re certa institutum non dato cohęrede vniuersali totam consequi hæreditatē,
3 seu fieri hęredem vniuersalem, † *vti videre est apud Ang. in d. l. quoties 13. num. 1. C. de hæred. inst & cons. 83. nu. 1. vers. in successionibus. Ang. de Gamb. de testa. gl. 59. nu. 2. Imol. in l. 2. in prin. n. 8. vers. Item adde. ff. de vulg. Io. Guter. in l. vn. num. 18. vers. 2. C. quand. non pet. part. Mantic. de con. vlt. vol. lib. 4. tit. 8. num. 15. vers. sed ego considero, Couar. in cap. Raynutius §. 1. num. 9. extr. de testa. Crass. in §. hęreditas q. 3. nu. 2. Men.*
4 *cons. 232. nu. 18.* quia, † cum testator non possit decedere pro parte testatus, & pro parte intestatus, *vt in his terminis ait Thryphoninus in d. l. hęreditate. 19. § filiusf. ff. de castr. pecul. & Marcellus in l. neq; enim. 14 iuncta l. praced. in fi. ff. de milit. test. & pro ratione considerant Abb. in cap. 2. num. 4. vers. & aduerte de testa. Imol. in d. §. si ex fundo, num. 9. & 19. vers. Item aduerte, & num. 72. & in d § si duo, num. 35. Alex. in d. l. C. quoties. 13. nu. 5. & ibi Ias. nu. 5. C. de hęred inst. Dec. in d. l. 1. nu. 9. in fi. C. de testa. mil. Ruin. cons. 54. num. 6. vol. 2. Gul. Ben. in d. cap. Raynutius, in verb. in eodē testamento relinquēs primo, nu. 262. vers preterea, Galiaul. in d. l centurio. 15. num. 146. ff. de vulg. Soc. Iun. cons. 95. num. 12. & d. cons. 111. nu. 9. & 10. vol. 1. Bonif. inter cons. Purp. cons. 358. nu. 3. 7. & 8. vers. nec etiam, & ibi Purp. num. 18. vers. ergo, Ceph. cons. 390. num. 72. & cons. 716. num. 7. & 19. Incert. inter cons. vlt. vol. cons. 88. nu. 7. & seqq. vol. 1. & cons. 103. n. 24 vol. 2. Gomez. tom. 1. varia. resol. cap. 10. n. 8. Mant. de con. vlt. vol. d. lib. 7. tit. 6. n. 10. vers sed diuersa, Crass. in d. §. hęreditas. q. 3. num. 2. Pereg. de fideic. artic. 11. nu. 65. & artic. 34. num. 49. vers. ratio est. Peralt. in l. & Proculo 20. num. 39 ff. de leg. 2. Cauall. in suis comm. contra commu. q. 214. n. 12. Ludouis. decis. 244 n 8.* necessariò debet alterum ab altero trahi. Vnde, quia causa testati est potentior causa intestati, *vt dicimus in 10. cap. q. 16. nu. 22.* fit, vt institutio particularis, tamquam ea, quę continet causam testamenti trahat ad se totam hęreditatem, quæ alioquin deberet ad venientes ab intestato pertinere. *Ita ratiocinantur Bald. in rep. l. 1. nu. 8. vers. sed tu oppones C de sacr. Eccl. Ang. in d. l. 1. num. 5 vers. 3. casu C. de testa. milit. Castr. in l. si posthumus. 14. in prin. nu. 2. ff. de lib. & posth Soc. Iun. d. cons. 95. num. 12. & d. cons. 111. num. 11. vol. 1.* Sed dubitatio in eo consistet, an tota hęreditas pertineat ad institutum in re certa per ius accrescendi, an verò alio iure. Et nostri quidem passim, & communiter supponere videntur per ius accrescendi pertinere, dum aiunt, hęredi particulari non dato cohęrede vniuer-
5 sali totam hęreditatem accrescere, † *vti videre est apud Bart. in d. l. ex facto. 35. num. 2. ff de hæred. instit. Bald in l. vn. num. 13. vers. Item ex re certa C. quand. nō pet. part. Alex in d. l. quoties 13. num. 5. vers. pro hoc etiam facit C. de hęred. inst. & cons. 188. num. 7. vers. sed aduertendum, vol. 2. Ias. in d. l. cum quidam. 19. in prin. & nu. 8. ff. de lib & post. & cons. 8. col. 2. vers. 4. facit, & cons. 72. col. 3. vers. 3. vol. 3 Crott. in d. l. si con iūcti, num. 164. vers. & ista conclusio, Ruin. cons. 98. num. 5. vol. 3. Alb cons. 310. num. 16. Ceph. cons 411. num. 6. Gomez. d. tom. 1. varia. resol. cap. 10. num. 8. & 20. vers. confirmatur, Mantic. de con. vlt. vol. lib. 10. tit. 3. num. 14. Men. de adip. possess. remed. 4. num. 117. & seqq. & num. 128. Hond. cons. 89. nu. 5. vol. 1. Pereg de fidei c. artic. 11. num. 65.* Quod etiam explicitè docuerūt *Ang. cons. 148. num. 4. vers. & licet, Alex. cons. 58. num. 3. & 4. vol. 3. Ruin. cons. 165 num. 10. vol. 3. Soc. Sen. cons. 75. num. 4. & 5. vol. 3. Alcia. in l. centurio, 15. num. 97. vers. vnde talibus & ibi Ceph. num. 691. ff. de vulg. & Auth. incer inter cons. vlt. vol. cons. 88. num. 3. & 11. volum. 1. cons. 103. 20. vol. 2* quibus etiam consentiūt ij, quos referemus, *in hoc cap quæst. 9. num. 16.*
6 † dicentes, hæredi particulari accrescere totam hęreditatem, si cohæres vniuersalis a testatore datus deficiat.

Sed alij rem diligentiùs perpendentes cēsuerunt, imo non accrescendi, sed alio iure
7 pertinere, † *vt Ang. cons. 358 num. 2. Ias. in d. l. cum quidam. 19 num. 4. ff. de lib. & posthum. Claud. Tut. in d. l. vn num. 149. C. quand. non pet. part. Gomez. d. tom. 1. varia. res. cap. 10. nu. 9. Mantic. de con. vlt. volun. d. lib. 7. tit 6. nu. 11.*

Primo, quia ius accrescendi, tamquam id, quod ex coniunctione nascitur, *vt diximus in 5. cap. q 36. num. 3.* non potest considerari, vbi non est coniunctio *vt diximus ibi num. 6.* Cum igitur in proposito nulla sit cōiunctio quippe, quæ ad sui essentiam duo saltem requirit extrema, idest, duorum, aut plurium

voca-

vocationem, *vt ostendimus in 4.cap.q.4.nu.6.* cum alioquin is, qui solus ex certis rebus institutus est, vnum tantum faciat extremum, Consequens est, vt ius accrescendi considerari nullo modo possit. *Ita Ang. d. cons. 358. num. 2.*

Secundo, quia ius accrescendi portionis est, non totius: Per id enim portio portioni accrescit, non totũ toti, *vt diximus in primo, cap.q.1. num. 28.* Sed, quoties instituto in re certa tota hęreditas defertur, nõ portio portioni accrescit, sed totum toti, quia hęreditas dicitur tota, etiamsi abstrahatur aliqua res particularis, quippe quæ pars hæreditatis dici non potest *l. quamuis. 14. ff. si quis om. caus. testam.* cum hęreditas in quotas, nõ res certas diuidatur *§. hæreditas, Inst. de hæred. inst.* Ergo talis delatio non fit iure accrescendi, sed alio iure. *Ita Ang d. cons. 358. num. 2. Imol. in d. §. si ex fundo, num. 33. & 91.*

Et hanc sententiam verissimam esse puto, quia, si iuris rationem spectare volumus, necessariò fateri debemus, hæredem rei certæ non iure accrescendi fieri hęredem vniuersa-
8 lem, sed † iure institutionis, seu, verbi, instituo natura, quæ rei certæ adiectione non minuitur: Frustra enim verbo vniuersali res adijcitur, *vt ait Bald. in d. l. vn. num. 13. vers. Itẽ ex re certa C. quand. non pet. part.* scilicet, quia talis adiectio tollitur, quasi contraria iuri, quippe, quod non patitur, eumdem pro parte testatum, & pro parte intestatum decedere *l. ius nostrum. 7. ff. de reg. iur.* Quamobrem sublata rei mentione manet simplex institutio *d. l. 1. §. si ex fundo, d. l. quoties. 9. si duo, d. l. si alterius. 10. ff. de hæred. inst. d. l. si quis priore. 29. ff. ad Treb. d. §. sed & si quis priore, Inst. quib. mod. testa. infir.* quæ sui natura complectitur vniuersam hæreditatem: Paria enim sunt dicere, Titius ex asse hæres esto, vel simpliciter, Titius hæres esto. Itaque verè non est hoc ius accrescionis, sed conuersionis, quia particularis institutio detracta rei mentione conuertitur in vniuersalem. *Ita declarant Angel. in l. cogi. 16. §. & generaliter num. 1. ff. ad Treb. & cons. 83. num. 1. vers in successionibus, & d. cons. 358. num. 2. & 3. Imol. in l. 2. in prin. num. 8. vers. Item adde ff. de uulg. Ias. in d. l. cum quidam. 19. num. 4. ff. de lib. & posth. Mantic. de cõie. ult. uol. d. lib. 7. tit. 6. num. 11.*

Sed, quia sanè effectu ipso aliquid rei datę accrescit, cum particularis institutio per hãc conuersionem recipiat totius hæreditatis incrementum, quo respectu saluari posse communem dd. locutionem *Imol. in d. §. si ex fun-*
9 *do, num. 83 & alij* plerique tradiderunt, † ideo ad hoc respicientes dicamus, & nos cum alijs hæreditatẽ instituto accrescere, ne alioquin videamur, ab vsu loquendi deflectere, qui passim in forẽsibus disputationibus inualuit; Maximè, cum hę sententiæ (si diligenter perpendantur) non ita sint contrariæ, quin adhibita distinctione conciliari possint: Nam, qui putant, hoc non fieri per ius accrescendi, respiciunt ad veram, & propriam eius naturam, quæ non potest ad huiusmodi speciem adaptari. Coeteri verò, qui tradunt, hæreditatem instituto accrescere, dum fatentur, ius accrescendi esse improprium, & irregulare, *uti uidere est apud eos, quos retulimus in 4. cap. q. 4. n. 16.* tum, quia totius est, non portionis, *ut considerant Imol. in d. §. si ex fundo. num. 33. & 91. & alij,* cum alioquin proprium ius accrescendi portionis sit, *ut ostendimus in d. cap. 1. q. 1. nu. 28.* tum etiam, quia est de seipso ad se ipsum,
10 † *ut ait Bald. in l. sed si plures. 10. §. ad substitutos, uers. not. hic ff. de uulg.* & sic non continet duorum, aut plurium vocationem, quæ alioquin est ad propriam eius essentiam necessaria, *sicuti demonstrauimus in d. cap. 4. q. 4. num. 6.* quæ sunt aduersa partis fundamenta, non obscurè significant, se cum alijs in hoc consentire, vt institutus in re certá non fiat hæres vniuersalis per ius accrescẽdi, si ad veram, & propriam eius naturam respiciamus. *Et ita conciliando opiniones communem defendit Imol. in d. §. si ex fundo, num. 34. & 91.*

SVMMARIVM.

1 *Filio in re certa instituto accrescit tota hęreditas, si cohęres uniuersalis ei datus deficiat, & cur, num. 2.*

3 *Filio instituto in legitima, aut aliqua re, quæ succedat loco legitimæ, accrescit tota hæreditas, si cohæres uniuersalis ei datus deficiat.*

4 *Filię institutæ in dote accrescit tota hęreditas, si cohęres uniuersalis ei datus deficiat.*

5 *Filię institutæ in dote accrescit tota hęreditas, etiamsi dos in uita patris fuerit soluta.*

6 *Filię institutæ in re, seu sũma certa, quæ pro dote sit relicta, uel etiam simpliciter, accrescit tota hæreditas, si cohęres uniuersalis ei datus deficiat, & cur, num. 7.*

8 *Filio in legitima, uel re certa instituto accrescit tota hęreditas, etiamsi testator ius accrescendi prohibuerit.*

An, & quando filio in re certa instituto tota hęreditas accrescat, si cohæres vniuersalis a testatore datus deficiat.

Quæstio Octaua.

PLanè de illo dubitari potest, an hęc, quę de particulari hærede diximus, procedant etiam in eo, cui datus est cohæres vniuersalis, si is postea deficiat, ita, vt, quemadmodum instituto in re certa tota hæreditas accrescit, si nullus ei datus sit cohæres vniuersalis, ita etiam accrescat, si datus sit, & postea deficiat, puta repudiet hæreditatem, vel viuo testatore decedat. Quæstio est inter veteres mirum in modum agitata, quam nos hic meritò duximus explicãdam, propterea, quod, licet non pertineat ad propositam disputationem, vtpote, in qua loquimur de re nulli assignata, magnam tamen cum ea cõnexitatem habet, ideoq; commodius alibi, quam hic explicari nequit. Pro faciliori autem eius expositione separatim nobis erit dispiciendum, Primo, quid iuris sit, si hæres in re certa institutus sit filius. Secundo, quid, si extraneus.

Et, si quidem sit filius, omnes fatentur, totam ei hæreditatem accrescere, si vniuersalis
1 deficiat † *Ita enim scripserunt Bald. in l. vn. nu.*

14. *uerſ. ſol. dico C. quād. nō pet par. Ang. in l. Lucius 45. in prin. num. 8. & ibi Imol. num. 11. uerſ. Item adde ff. de vulg. Caſtr. conſ. 86. num. 1. vol. 2. Alex. in d. l. quoties. 13. num. 4. C. de hæred. inſt. Curt. Iun. conſ. 13. num. 7. ubi teſtatur, hanc eſſe communem, & Gul. Ben. in d. cap. Raynutius, in uerb. in eodem teſtamento relinquens primo, num. 265. Duran. de art. teſt. tit. 3. caut. 5. num. 2. Nat. in l. hac conſultiſſima. 21. §. ex imperfecto nu. 112. C. de teſta. Em. a Coſta in cap. ſi pater, in uerb. in re certa num. 13. de teſtam. in 6 Et eſt in confeſſo apud eos, quos referemus in hoc cap. q. 11. num. 8. & ſeqq.* Itaque pauciſſimos reperies, qui contrariam opinionem ſint amplexi, *quo in numero eſt Bereng. in l. in quartam. 90. num. 176. ff. ad leg. Falc.* quod patet ex eo, quia, qui communem ſequuntur exiſtimantes, hæredi particulari totam hęreditatem accreſcere, ſi vniuerſalis repudiet, aut aliter deficiat, *quos referemus in q. ſeq. num. 16.* ij ſine dubio cēſent accreſcere, non ſolum filio, ſed etiam extraneo, *vt declarant ij, quos referemus ibi, uerſic. & ſpecialiter*, & ſic in filio minorem, quam in extraneo ſupponunt eſſe dubitationem, *quod etiam explicitè declarat Purp. d. conſ. 558. num. 28. uerſ. nam, quando*. Qui vero contrariam ſequuntur opinionem, declarant eam procedere in extraneo, non etiam in filio, *uti uidere eſt apud eos, quos referemus in q. ſeq. num. 2.* Itaque in filio omnes conſentiunt locum habere ius accreſcendi. Et ratio eſt (ſecundum
2 eos) quia, † quod ei relinquitur titulo inſtitutionis particularis, ſuccedit loco legitimę, quæ, cum ſit quota, faciliùs ad ſe trahit vniuerſam hæreditatem, quam res certa, *ut tradunt omnes, quos referemus in dict. quæſt. ſeq. num. 2.*

Ex quo intelligimus, non eſſe dubitandum, quin, ſi filius inſtituatur in ſua legitima, aut etiam in aliqua re particulari pro ſua legitima, debeat habere ius accreſcendi, ſi
3 vniuerſalis deficiat, † *ut tradunt omnes, quos referemus in hoc cap. q. 11. num. 8.* quia, ſi id habet, quoties ſimpliciter inſtituitur in re certa, quo caſu tacitè cenſetur illa res pro legitima relicta, *ut diximus ſupra num. 2. & dicemus infra num. 7.* Conſequens eſt, vt multo magis id habere debeat, cum expreſsè pro legitima relinquitur: De natura enim legitimę eſt, vt habeat ius accreſcendi, *vt dicemus in d. q. 11. nu. 6. & 7.* eaque ratione cautum eſt, vt debeat relinqui titulo inſtitutionis, *ut ibidem oſtendemus num. 5.* Idem eſt, & ſi filia inſtituatur in
4 ſua dote † *ut ſcribit Lader. conſ. 72. num. 10.*
5 etiam ſi fuerit ſoluta in vita teſtatoris, † *ſecūdum Caſtr. conſil. 86. num. 3. uol. 1. Rip. in d. l. re coniunctis, num. 89. Seb. Sap. in d. l. un. num. 51. C. quand. non pet. part. Lader. ib. d. conſ. 72. nu. 10.* vel inſtituatur in re, ſeu ſumma certa, quæ pro dote relinquatur, aut etiam ſimpliciter,
6 † *ut ſcribunt Bald. in l. in teſtamento. 6. num. 12. uerſ. non obſtat ratio C. de teſta. mil. Ang. in d. l. Lucius. 45. in prin. num. 8. & ibi Imol. num. 11. uerſ. Item adde ff. de uulg. Caſtr. d. conſ. 86. num. 1. uol. 1. Alex. conſ. 188. num. 7. uerſ. ſed aduertēdum, uol. 2. Purp. in d. l. un. num. 96. Cod. quand. non pet. part. Grau. conſ. 856. nu. 15. uerſ. non ob-*
7 *ſtat:* Nam, quia † huiuſmodi relicta ſuccedunt loco legitimæ, ideo fit, vt eius exemplo debeant habere ius accreſcendi. Idq; adeo verum eſt, vt procedat, etiamſi teſtator id ex-
8 preſſim prohibeat: † nam, licet quæſtio ſit controuerſa, vtrum talis prohibitio valeat, & vitiet teſtamentum, an verò potiùs ipſa vitietur, & ea non obſtante particularis hæres totam hæreditatem conſequatur, *ut oſtendemus in 10. cap. q. 16. num. 23. & q. 17. per tot.* tamen in filio inſtituto in legitima, vel re, quæ legitimæ loco ſuccedat, omnes admittūt vitiari prohibitionem, *ut dicemus in d. q. 17. num. 55.*

SVMMARIVM.

1 *Ius accreſcendi non competit hæredi in re certa inſtituto, ſi datus ei ſit cohæres uniuerſalis, etiā ſi poſtea deficiat, & cur, num. 4. & ſeqq. Sed contra, num. 16. & cur, num. 17. 21. & ſeqq.*
2 *Filio particulariter inſtituto accreſcit tota hæreditas, ſi cohæres uniuerſalis deficiat, non etiam extraneo, & cur, num. 3. & 4. Sed contra num. 24.*
5 *Inſtitutio uniuerſalis, & particularis ſunt iura, & diſpoſitiones multum inter ſe diuerſa.*
6 *Res certa multum differt ab hæreditate.*
7 *Hæres particularis dato cohærede uniuerſali habetur loco legatarij, Declara, ut num. 31. & ſeqq. & num. 49. & ſeqq.*
8 *Inſtitutio particularis dicitur legatum.*
9 *Inſtituto ex re certa datur actio ex teſtamento.*
10 *Falcidia detrahitur de particulari inſtitutione.*
11 *Teſtator inſtituendo aliquem in re certa, & dando ei cohæredem uniuerſalem, uidetur illi ius accreſcendi prohibere, Sed contra num. 59.*
12 *Declaratur l. quo loco. 20. §. 1. ff. de hær. inſt. & num. 60.*
13 *Declaratur l. 1. §. ſi ex fundo ff. de hæred. inſt. & num. 61.*
14 *Hæreditas debet accreſcere legatario, cui plus eſt relictum, non inſtituto particulari, cui fuit relictum minus. Sed contra, num. 62.*
17 *Diſpoſitio, quæ locum habet aliquo non exiſtente, habet etiam locum eo exiſtente, ſed ſine effectu.*
18 *Paria ſunt, aliquem ab initio non extare, uel extare, ſed poſtea deficere.*
19 *Paria ſunt, non eſſe aliquem inſtitutum hæredē, uel eſſe inſtitutum, ſed poſtea excludi morte, uel repudiatione.*
20 *Diſpoſitio teſtatoris, quoties non habet effectum, perinde habetur, ac, ſi non fuiſſet facta.*
22 *Ceſſante cauſa excluſionis ceſſare debet, & ipſa excluſio.*
25 *Teſtamenti cauſa eſt fauorabilis, ideoq; interpretatione adiuuanda.*
26 *Hæres uniuerſalis, & particularis ſuccedunt eodem iure, Sed contra, num. 27.*
28 *Hæres particularis deficiente uniuerſali non conſequitur totam hæreditatem per ius accreſcendi, ſed per ius conuerſionis.*
29 *Ius accreſcendi locum habet in hæreditatibus, etiā inter eos, qui nullo modo ſunt coniuncti.*
30 *Ius accreſcendi improprium competit etiam ei, qui portionem non habet.*
31 *Hæres particularis non eſt merè legatarius, ſed in multis participat de natura hæredis, & maximè in iure accreſcendi.*
32 *Hæres particularis habetur loco legatarij in concernentibus rem ipſam, ut in exemplis, quæ ſubiciuntur, nu. ſeqq.*

35 *Ha-*

35 *Hæres particularis non potest a creditoribus conueniri.*
36 *Hæres particularis patitur Falcidiam.*
37 *Prælegatum deducitur, ante diuisionem hæreditatis.*
38 *Hæredes particulares, qui dēpta mentione rerum fiunt vniuersales, deducunt ante diuisionem res, in quibus fuerunt instituti, & cur, nu. 39.*
40 *Legatarius grauatus non potest detrahere Falcidiam.*
41 *Hæres particularis grauatus non potest detrahere Falcidiam.*
42 *Remedium l. vlt. C. de edict. Diu. Hadr. toll. non competit hæredi particulari pro re, in qua fuit institutus.*
43 *Hæres particularis potest authoritate propria capere possessionem rei sibi relictæ, & cur, nu. 44.*
45 *Hæres particularis non habetur loco legatarij, quoad effectus extrinsicos, qui rem ipsam non respiciunt.*
46 *Hæres particularis non habetur loco legatarij, sed loco hæredis, quoad excludendam querelã, seu ius dicendi testamentum nullum.*
47 *Filius in quota institutus non potest dicere testamentum nullum.*
48 *Filius etiam in re, vel summa minima institutus non potest dicere testamentum nullum.*
49 *Hæres rei certæ non habetur loco legatarij, quãdo nullus ei cohæres vniuersalis datus est.*
50 *Hæres rei certæ habetur loco legatarij, si datus ei sit cohæres vniuersalis qui adierit hæreditatem.*
51 *Remedium l. vlt. C. de edict. Diu. Hadr. toll non competit hæredi particulari, si cohæres vniuersalis ei datus adierit hæreditatem.*
52 *Hæres rei certæ non habetur loco legatarij, si cohæres vniuersalis ei datus defecerit.*
53 *Remedium l. vlt. C. de edict. Diu. Hadr. toll. competit hæredi particulari, si cohæres vniuersalis ei datus non sit, uel datus defecerit.*
54 *Remedium l. ult. C. de edict. Diu. Hadr. toll. competit etiam hæredi particulari.*
55 *Hęres particularis, an habeatur loco legatarij, dum uniuersalis deliberat, pendet a futuro euentu.*
56 *Hæres particularis habetur loco legatarij, dum uniuersalis deliberat.*
57 *Remedium l. ult. C. de edict. Diu. Hadr. toll. non competit hæredi particulari, dum uniuersalis deliberat, & cur, num. 58.*

An, extraneo in re certa instituto tota hæreditas accrescat, si cohæres vniuersalis a testatore datus deficiat

Quæstio Nona.

AT, si non filius, sed extraneus sit in re
certa institutus, & quęramus, an vni-
uersali repudiante, vel alter defi-
ciente tota hęreditas ei accrescat, constat, rē
inter veteres fuisse mirum in modum agita-
tam: Nam plerq; censuerunt, non accresce-
re, sed corruere testamentum, & fieri intesta-
1 tæ successioni locum: † *Ita enim simpliciter lo-
quentes censuerunt Nicol. de Matarell. Martin.
Sylimæ. & Iacob. Butrig. quos refert, & sequitur.
Bald. in l. quoties. 13. num. 1. & 3. uers. in gl. C. de
hęred. inst. & in l. quoties 9. §. si duo q. 3. ff. eo. Et
in specie de extraneo scripserũt ij, quos referemus
num. seq.* Itaq. (secundum eos) in hac re
multum est inter filium & extraneum discri-
minis; nam filio competit ius accrescendi,
2 extraneo verò non item † *Ita Bald. in d. l. quo-
ties. 13. num. 1. & 3. uers. in gl. C. de hæred. inst.
Sichar. in Auth novissima, num. 9. C. de inoff. test.
Et uidetur etiam sensisse Roma. cons. 179. nu. 10.
dum ait, hæredem rei certæ haberi loco legatarij,
quoties quis inter extraneos testatus est, & unum
instituit hæredem uniuersalem, alium uero parti-
cularem, hæredis uero loco haberi quoties testatus
est inter filios.* Cuius diuersitatis hanc afferunt
3 rationem, quia † institutio particularis in fi-
lio reducitur ad quotam, cum succedat loco
legitimę, quę est triens, aut semis §. 1. *Auth.
de trien. & sem. coll. 3. Auth. nouissima C. de inoff.
testa.* ideoq; faciliùs ad se trahit hęreditatem,
quam in extraneo, vt pote, in quo cessat hæc
ratio. Quamobrem dicimus hæreditatem fa-
cilius accrescere quotæ, quam certę rei *d. l.
quoties. 13. C. de hęred. inst. & nos etiam dixi-
mus in hoc cap. q. 1. num* 10. Et, quamuis legi-
tima non sit quota hęreditatis, sed bonorum,
ut diximus in 6. cap. q 8. num. 33. habet tamen
magnam cum quota hæreditatis similitudi-
nem, *ut ibi retulimus num. 34.* ideoq. faciliùs
admittit ius accrescendi, cum in habentibus
4 simbolum facilior sit trãsitus † *l. in rem. 24. §.
item quæcunque ff. de rei uind. Ita Bald. in d. l.
quoties. 13. num. 1. C. de hęr. inst.* Nititur autē
hæc sententia, quæ extraneum a iure accre-
scendi repellit, varijs fundamentis, ac
In primis eo, quia ius accrescendi non ha-
bet locum inter eos, qui diuerso succedunt
iure *l. sed cum patrono. 6. in prin. ff. de bon poss.
& nos late diximus in 5. cap q. 43. num. 1.* maxi-
mè, si ad res diuersas vocentur, *ut ostendimus
ibi nu. 22.* Sed hęres vniuersalis, & institutus
in re certa succedunt diuerso iure, *ut scribunt
omnes, quos retulimus ibi num. 19.* quia institu-
tio vniuersalis, & particularis sunt iura, & dis-
5 positiones multum inter se diuersę † *d. l. quo-
ties. 13. C. de hęred. inst. & patebit ex ijs, quæ dice-
mus infra num. 31. & seqq.* & præterea vocãtur
ad res diuersas: Vniuersalis enim vocatur ad
hęreditatem, particularis verò ad rem certã,
6 quæ multum ab hæreditate distat † *l. 1. C. de
eutct. Ruin. cons. 54. num. 10. uol. 2.* Non pote-
rit igitur inter eos locum habere ius accre
scendi.

Secundo, quia ius accrescendi non habet locum, nisi inter coniunctos, *ut diximus in 5. cap. q. 36 num. 6.* Sed hæres vniuersalis, & particularis non sunt coniuncti, tum, quia portiones non habent, *ut considerat Ang. in l. in testamento. 6. num. 5. uers. deinde quæro C. de test. mil.* tum etiam, quia vocantur ad res diuersas *ut supra dictum est.* Ergo inter eos non potest habere locum ius accrescendi.

Tertiò, quia ius accrescendi non competit ei, qui portionem non habet, *ut dicemus in hoc cap. q. 73. num. 1.* cum per id portio portioni, nō psonæ accrescat *l. si Titio. 39. §. 1. ff. de usuf.* Sed hæres rei certæ portionem non habet, cū res particularis pars hæreditatis dici nequeat *l. quamuis. 14. ff. si quis om. caus. test.* Non poterit igitur ei competere ius accrescendi.

Quarto, quia ius accrescendi non habet
locum

locum inter hęredem vniuersalem, & legata-
rium, *ut ostendemus in hoc cap. q. 11. num. 1.*
Nec enim actioni ex testamento directa hæ-
reditas accrescit, *ut dicemus ibi num. 2.* Sed hę-
res particularis dato cohærede vniuersali le-
7 gatarius est, seu legatarij loco habetur † *d. l.
quoties. 13. & ibi Bartol. et alij Cod. de hæred. inst.*
Quamobrem legatarius appellatur, ipsaque
8 particularis institutio legatum † *in l. ex facto.
35. ff. de hæred. inst. Mantic. de con. ult. uol. lib.
9. tit. 13. num.* 10. eaque ratione secundum le-
gatorum naturam regulatur: nam & actio-
9 nem ex testamento patit, † *ut scribit Bald. in
d. l. quoties 13. num. 1. C. de hæred. inst.* & pati-
10 tur Falcidiam † *d. l. ex facto. 35. uers. &, si for-
tè ff. de hæred. inst.* & excluditur a remedio
l. ult. C. de edict. diu. Hadr. toll. Non debet igi-
tur inter eum, & hæredem vniuersalem ha-
bere locum ius accrescendi.

Quinto, quia hæres rei certæ non habet ius
accrescendi, quando testator id prohibuit
*d. l. quoties. 9. §. si duo ff. de hær. inst. secundum
unum intellectum, quem referemus in 10. cap. q.
17. num.* 8. Sed limitando institutionem ad
rem certam, & dando cohæredem vniuersa-
lem, vtique censetur testator ius accrescendi
11 prohibere † *ut scribunt Bald. in d. l. quoties. 13.
num. 1 C. de hæred. inst. Rub. in l. non solum. 8.
§. morte, num. 366. ff. de op. nou. nunt.* Non
debet igitur hæres particularis habere ius ac-
crescendi, licet vniuersalis postea deficiat.

Nec obstat, si dicatur, prohibitionem, tam-
quam factam ex certa causa, nempe fauore
hæredis vniuersalis eo deficiente, quasi ces-
sante causa cessare, *ex ijs, quæ dicemus in eodem
cap. 10. q. 19. num.* 17. quia replicatur, imo non
cessare: nam, quoties testator ab eo, quod vni
dat, censetur alium excludere, talis exclusio
durat, etiamsi dispositio in persona vocati
12 suum non sortiatur effectum, † vt probat
l. quo loco. 20. §. 1. ff. de hær. inst. vbi, si testa-
tor primum, qui mortuus sit, instituat ex qua-
drante, secundum ex dodrante, & tertium si-
ne parte, licet re vera tempore testamenti va-
cet portio primo data, vtpote, quæ pro non
scripta habetur, & per consequentias supersit
quadrans, qui potest intelligi datus tertio sine
parte scripto, quia tamen testator, quoad se
totum assem distribuit, ideo tertius secundū
assem consequetur, propterea, quod inspecta
voluntate testatoris, qui credebat primum
viuere, nulla pars assi deerat, quæ posset intel-
ligi data tertio: Nec enim censeri potuit te-
stator voluisse tertio dare quadrantem, quem
primo dederat, ideoque talis voluntas seruā-
da est, etiamsi primi institutio suum nō sor-
tiatur effectum. Quod etiam videtur com-
probari argumento ducto ab hærede scripto
in priore testamento, qui remanet ab hæredi-
tate exclusus, etiamsi hæres scriptus in secun-
do non adeat hæreditatem *l. 3. §. sed & si ff. de
iniust. rupt. §. posteriore, Inst. quib. mod. test. inf.*

Sexto mouentur *l. 1. §. si ex fundo ff. de hęr.
13 inst.* vbi † ex fundo institutus dempta mētio-
ne fundi totum consequitur, si alius non sit
hæres vniuersalis institutus. Ergo a contra-
rio sensu, si alius institutus sit, non conseque-
tur totum.

Septimo fortissimum huius opinionis ar-
gumentum ducitur ex eo, quia, cum affirma-
tiua sententia iuris authoritate careat: Nullū
enim extat in iure nostro vestigium accre-
tionis, quæ vniuersali repudiante fiat hæredi
particulari, cum alioquin multi sint loci, ex
quibus constat, fieri talem accretionem, si ne-
mo sit hæres vniuersalis institutus, *vt patet ex
ijs locis, quos retulimus in hoc cap. quæst. 7. num. 1.*
Consequens videtur, vt admitti non debeat:
Erubescimus enim cum sine lege loquimur
§. consideremus Auth. de trient. & sem. coll. 3.

Nec dicas, hoc casu factum esse, quasi non
euenerit prudentibus, vt de huiusmodi specie
respondere debuerint, quia vix est, vt hoc di-
ci possit: Nam, cum frequentiùs accidat, vt
hæredes vniuersales deficiant, puta morian-
tur ante aditam, quam, quod nullus institu-
tus sit, cum testatores rarò soleāt hæredis vni-
uersalis institutionem omittere, verisimile
non est, iurisprudentes ideo mentionem hu-
ius accretionis non fecisse, quod in facto nō
fuerit eis proposita species, in qua de tali ac-
cretione dubitari posset, sed potiùs, quia pro
indubitato habebant vniuersali repudiante
corruere testamentum, nec posse ab hærede
particulari sustineri.

Octauo facit, quia cessante ratione dispo-
sitionis, cessat, & ipsa dispositio *cap. cum ces-
sante, de appella. l. adigere. 6. §. quamuis ff. de iur.
patro.* Sed in proposita specie cessat ratio dis-
positionis *d. l. 1. §. si ex fundo ff. de hæred. inst.*
quæ vult hæredem particularem cōsequi to-
tam hæreditatem, si alius hæres vniuersalis
institutus non sit: Ratio enim est, quia lex
tollit mentionem rei, ne alioquin testator
videatur sine hærede vniuersali testari, & sic
inualidum testamentum condere voluisse,
quæ ratio cessat, quoties hæredem vniuersa-
lem instituit: Nec enim tunc potest tolli mē-
tio rei, ne fiat iniuria hæredi vniuersali. De-
bet igitur cessare prædicta *§. si ex fundo*, dis-
positio.

Nono videtur hæc pars comprobari argu-
mento ducto ab absurdo euitando, quod ar-
gumentum in iure validum est *l. nam absur-
dum. 7. ff de bon. lib.* Nam, si vniuersali repu-
diante tota hæreditas accresceret particula-
ri, sequeretur in specie, qua testator filium hę-
redem vniuersalem instituit, matri verò le-
gauit mille, & instituit Ecclesiam in quinq;
deficiente filio, non matri, sed Ecclesiæ totā
hæreditatem debere accrescere. At hoc es-
14 set absurdum, † quia hoc modo Ecclesia, quę
minus habet, & minus est dilecta, quam ma-
ter, esset melioris, quam illa conditionis *con-
tra regulam l. Publius. 36 §. 1. ff. de cond. & dem.*
Ergo absurdum est, & antecedens. *Ita Bald. in
d. l. quoties 13. nu. 1. in fin. C. de hæred inst.*

Nec dicas; hoc absurdum non esse, stante
diuersitate verborum, quæ iuris diuersitatem
operatur, quia replicatur, non esse faciendam
vim in verbis, vt pote, quę ad libitum notarij
potiùs, quam ex voluntate testatoris varian-
15 tur † *vt in his terminis considerat Bald. in d. l.
quoties. 13. num. 1. in fi. C. de hæred instit.* sed po-
tius esse faciendam vim in voluntate testato-
ris, quæ colligitur ex quantitate, & summa
relicta scilicet, quia testator magis censetur
diligere eum, cui plus relinquit, quam,
cui minus, *vt dictum est, Et in specie declarant
Soc. Iun. cons. 71. num. 19. & 20. vol. 1. Men. cons.*
434.

434 num.41.& conf.554.num.14.
Verum his non obstantibus contrariam
sententiam, quæ receptior est, veriorem esse
puto, scilicet, etiam extraneo in re certa insti-
tuto accrescere totam hęreditatem, si cohæ-
res vniuersalis datus repudiet, aut alia ratio-
16 ne deficiat:† Ita enim simpliciter loquentes cen-
suerunt Bart. in d. l quoties. 13. in prin. &
num.2. & ibi Castr. num.2. Alex. num. 4.& 5.
Ias. num.5.& 6 in fin C. de hęred. inst. Bart. in d.
l. quoties 9 §. si duo. num.3. & ibi Ang. num.1.
vers si vero talis, Castr. num.2. vbi testatur, hanc
esse communem, Ias. num.6. ff. eod. Bart. in l. si ne-
mo 9. num. 5. ff. de testa. tut. & in l. ex facto. 35.
num.2. ff eod. Bald. in l. inter coetera. 30. ff. de lib.
& posth. Ang. in d. l. 1. §. si ex fundo. nu.1. vers.
sed his, & num.3. & ibi Imol. num.9. 11. & 73. ff.
de hared inst. Ang. in l. Lucius. 45. num.8. ff. de
vulg. & in l qui patris. 59. nu. 11. ff. de acq. har.
Alex. in l. si quis priore. 29. num.4. ff. ad Treb. &
conf. 58. num.4. vol.3. Petr. de Vbald. de canon.
Episco. cap.3. nu.4. vers. Itē sequeretur, Ias. conf.
72. col.3. vers. 3. vol.3. Ruin. cons. 54. nu.7. vers.
aut cōditio deficit, & conf. 97. nu.2. vbi loquitur,
quando sunt instituti incapaces, & conf. 190.
num.6. vol.2. conf.98. num. 5. vol. 3. Dec. in l. vlt.
num.23. C. de edict. Diu. Hadr. toll. Corn. conf.
25. in fi vol.1. conf.324. num.8. vers. cum ergo, &
num. 10. vol.4. Sib. Sap. in l. vn. num.45. vers.3. &
ibi Claud. Tut. num.149. Purp. num.96. Cagn.
num.61. vers.3. C. quand. non pet. part. Alcia. in
d. l. re coniuncti, num. 56. Cagn. in rub. C. quand.
non pet. part. num.28. Purp. conf.558. num.28.
vers. nam, quando, vbi testatur, hanc esse commu-
nem, Rub. in l. pater filium 14. nu.121. ff. de inoff.
Alb cons.310. num. 16. vbi pariter asserit, hanc
esse magis communem, Fabia. de Pep. in Auth.
praterea, num.96. C. vnd. vir, & vx. Duran. de
art. testan. tit.6. caut. 2. num. 2. vbi ait hanc esse
communem opinionem, Io. Bapt. Villal. in comm.
opin. in lit. I. vers. ius accrescendi, Clar. in §. testa-
mentum, q.38. num.1. & q.74. nu 1. Nico. Bello.
lib.4. suppu. cap. 18. num.1. vbi testatur, hanc esse
communem, Ceph. conf.59. num.13. vers. 3. conf.
411. num.7. & conf.716. num.12. Couar. in cap.
Raynutius §.1. nu. 9. extr. de testa. Odd. conf.10
num.47. vbi pariter attestatur, hanc esse commu-
nem, Crass. in §. hareditas q.3. num.3. ubi testatur
hanc esse magis communem opinionem, & in §.
institutio. q.22. num. 3. Men. conf.483. num.2.
Surd. decis.152. num.9. Et specialiter de extraneo
scripserunt Aug. de Gamb de testam. gl.59. num.
3. Imol. in d. l. 1. §. si ex fundo, nu.16. vers. & hęc
opinio, & num.40 & 81. vers. & ista opinio ff. de
hared. inst. Alex. in d. l. quoties. 13. num 5. vers. ue-
rū, quia isti C. eod. Gul. Ben. in d. cap. Raynutius,
in verb in eodem testamento relinquens primo,
num.270. in fi. Em. a Costa. in cap. si pater, part.
1. in verb. in re certa, nu.13. De testa. in 6. Gomez.
tom.1. varia. resol. cap.10. num.13. Men. d. conf.
483. num. 3. Ludouis. decis. 144. nu.7. Probatur
autem hęc sententia
Primo, quia dispositiones, & iura, quæ lo-
cum habent aliquo nō existente, locum etiā
habent eo existente, sed sine effectu, puta, si
17 repudiet, aut aliter deficiat, † vt ecce, mater
quæ ex S.C. Tertuliano vocatur ad successio-
nem filij intestato defuncti nō existente suo
hærede, aut patre, vocatur etiam existente
suo, qui se abstineat, aut etiam existēte patre,
qui hæreditatem repudiet, aut alia ratione ab
ea excludatur. l. 2. §. sed, si sint sui, & §. sed & si
ipsa ff. ad Tertul. Et patronus, qui vocatur ad
successionem liberti, si is non reliquerit suū
hęredem, vocatur, etiamsi reliquerit eum, qui
postea effectu non succedat l. &, si ex modica
6. §. si filius ff. de bon. lib. §. sed uostra, Inst. de
success. libert. Et substitutus posthumo non na-
to vocatur etiam eo nato, & ante aditam de-
functo l. vlt. C. de instit. & subst. Paria enim sūt
aliquem Initio non extare, vel extare, sed po-
18 stea deficere † l. si quis sub conditione 11. ff. de
testam. tut. l. si infantis. 18. vers. sin vero C. de iure
delib. Et faciunt l. si quis in senatorio. 27. & l. eos,
qui. 65. ff. de rit. nupt. l. si res aliena. 52. §. fin. ff.
ad Trebell. Et simili modo paria sunt non esse
aliquem institutum hęredem vniuersalem,
vel institutum postea excludi morte, vel re-
19 pudiatione † l. neq, enim. 14 §. vlt. ff. de mil. test.
Et in his terminis considerant Gomez. d. tom. 1.
var. resol. cap. 10. num. 13. Crass. in d. §. hareditas
q.3. num.3. quia, quoties dispositio testatoris
locum non habet, perinde habetur, ac, si non
20 fuisset facta † l. legatarius. 38. §. 1. ff. de leg. primo,
Sed ius accrescendi, quod competit hęredi
rei certę, locum habet non existente, siue nō
instituto hærede vniuersali d. l. 1. §. si ex fundo;
Debet igitur etiam habere locum eo existē-
te, siue instituto, si postea deficiat. Ita arguūt
Bald. (licet de filio loquatur) in l. un. nu.14. vers.
sol. dico C. quand. non pet. part. Imol. in d. §. si ex
fundo, num.77. vers. Item non obstat, Alex. in d. l.
quoties. 13. num. 5. & ibi Ias. num. 5. vers. 2. &
subtilius, & d. conf.58. num.4. uol.3. Gul. Ben. in
d. cap. Raynutius, in uerb. in eodem testamento re-
linquens primo, num.269. uers. pręterea, Duran.
de art. test. d. tit.6. caut.2. num.2. Alb. d. conf 310.
num.17. Ceph. d. conf.59. num.13. uers.3. & num.
seqq.
Secundo probatur, quia, vbi locum habet
ratio dispositionis, ibi, & ipsa dispositio locū
habere debet l. illud. 32. ff. ad l. Aquil. l. a Titio.
108. ff. de uerb. oblig. Sed ratio dispositionis d.
§. si ex fundo, quæ vult, non dato cohęrede
vniuersali totam hæreditatem accrescere in-
stituto in re certa, locum habet etiam dato
21 cohęrede, qui postea deficiat, † quia ratio est,
ne testator decedat pro parte testatus, & pro
parte intestatus, ut ostendimus in hoc cap. q. 7.
nu.4. quæ regula etiam inter institutos, & vo-
catos locum habet ut patet ex ijs, qua diximus
in 5. cap. q 41. num.9. Ergo etiam dato cohęre-
de, & postea deficiente locum habere debet
prædicta §. si ex fundo, dispositio. Ita arguunt
Ang. in d. §. si ex fundo, num. 1. uers. sed his, &
num 3. & ibi Imol. num.12. uers. Item non obstat
ultima. Alex. in d. l. quoties. 13. nu. 5. & ibi Ias. n.5.
uers. unde inducas, Alb. d. cons. 310. n. 17. Gomez.
d. cap. 10. num. 13. Ludouis. d. decis. 244. num. 8.
Tertio probatur, quia cessante causa ex-
clusionis, seu cessante persona, quæ est causa
exclusionis, cessare debet, & ipsa exclusio,
22 † vt patet ex omnibus exemplis, qua retulimus in
primo fundamēto. Quamobrem, &, si vulgaris
substitutio, quæ ius accrescendi excludit, lo-
cum non habeat cessat exclusio iuris accre-
scendi, ut ostendemus in 10. cap. q.23. num. 3. &
seqq. Et in his terminis considerat Imol in d. §. si
ex fundo, num. 16. uers. & pro pradicta, & num.
81. vers. & per pradicta. Sed, quando hęres vni-
uer-

uersalis non adit hæreditatem, cessat causa
siue persona, propter quam hæres particula-
23 ris fuit a tota hæreditate exclusus † *vt patebit ex ijs, quæ dicemus in eod. 10. cap. q. 19. num. 17.*
Nam testator ideo censetur eum exclusisse, quia volebat hæreditatem ad institutum hæredem vniuersalem pertinere, *vt ibi dicemus.* Debet igitur cessare, & ipsa exclusio.

Quarto probatur, quia vniuersali repudiãte tota hæreditas accrescit filio particulariter instituto, vt omnes fatentur, *& nos etiam diximus in q. præced. num. 1.* Ergo, & extraneo. Consequentia probatur, quia non potest afferri probabilis diuersitatis ratio inter filium,
24 & extraneum: † Nam, quod dicitur de quota, falsum est, quia dato etiam, quod relictum filio intelligeretur datum pro legitima, & sic, quod perinde esset, ac, si testator filium in legitima, & sic quota instituisset, non tamen sequitur, debere ei totam hæreditatem accrescere vniuersali repudiante ex vi legitimę, sed ex vi institutionis, quia legitima non est quota hæreditatis, sed bonorum, quæ nullam habet cum hæreditate similitudinem. *Ita Gul. Ben. in d. cap. Raynutius, in verb. in eodem testamento relinquens primo, num. 269. vers. primo.*

Quinto me maxime mouet illud, quia, cũ
25 testamenti causa sit fauorabilis, † scilicet, quia, non solum testatorum, sed etiam Reip. interest, testamenta sustineri, & suum sortiri effectum *l. vel negare. 5. ff. quemad. test. ap.* fit, vt ea, quæ testamenti sustinendi causa fuerunt introducta, siue supplendo, siue tollendo, tãquam fauorabilia debeant interpretatione adiuuari, & ampliari potiùs, quam constringi *l. cum quidam. 19. ff. de lib. & post.* Nam, & hac ratione dicimus, in dubijs causis eam præualere sententiam, quæ sustinet, non quæ infirmat testamentum *l. si pars. 10. ff. de inoff.* & causam testati, tamquam fauorabiliorem ad se trahere causam intestati, *vt patet ex ijs, quæ dicemus in x. cap. q. 17. num. 48.* Cum igitur cõuersio particularis institutionis in vniuersalem fuerit a iure ciuili introducta, non quidem supplendo, vt fit in legitima *l. omnimodo. 30. in prin. C. de inoff. test.* sed tollendo, scilicet, quia tollitur mentio rei, & perinde habetur, ac, si institutio fuisset facta simpliciter, *vt diximus in hoc cap. q. 7. num. 1.* non aliam ob causam, quam, vt sustineatur testamentum, quod alioquin, tamquam non habens hæredem non consisteret *l. proximè. 3. vers. non potest ff. de his, quę in testa. del.* Consequens est, vt, tamquam fauorabilis debeat interpretatione adiuuari, & ampliari, ita, vt, licet iura loquantur de hærede particulari, cui non est datus cohæres vniuersalis, procedant tamen etiam in eo, cui datus est, sed postea defecit.

Neque huic sententię aduersantur cõtraria: Ad primum enim respondent nostri passim, imo hæredem vniuersalem, & particularem succedere eodem iure, quia succedunt, vt hęredes, siue, vt instituti: Ita enim hęres est, particularis, vt vniuersalis quod patet ex eo, quia dicitur haberi loco legatarij. Ergo non est legatarius, sed hęres: Aliud enim est, quid
26 esse tale, aliud haberi pro tali. † *Ita respondẽt Imol. in d. §. si ex fundo, num. 11. & 77. versic. sed aduerte. Ias. in d. l. quoties. 13. num. 6. in fi. C. de hæred. inst. Gul. Ben. in d. cap. Raynutius, in verb. in eodem testamento relinquens primo, nu. 270 vers. Nec obstat prima ratio, Rip. in d. l. re coniunctis, num. 181. Claud. Tut. in d. l. vn. num. 149. Cod. quand. non pet. part. Fabia. de Pep. in d. Auth. præterea, num. 97. C. vnd. vir. & vx.*

Verum hæc responsio mihi non probatur,
27 † quia identitas iuris non solum ex identitate tituli debet æstimari, sed etiam ex identitate rei: Alioquin enim omnes, qui vocantur eodem titulo, puta titulo institutionis, aut legati, licet ad res diuersas vocarentur, possent dici succedere eodem iure, quod in materia iuris accrescendi nemo rectè dixerit, *vt ex ijs, quæ diximus in 5. cap. q. 43. num. 22. facilè est intelligere.*

Quamobrem verius est, hæredem particularem, & vniuersalem succedere diuerso iure, & nihilominus repudiante vniuersali totã hæreditatem pertinere ad particularem, quia non venit per ius accrescendi, sed per ius con-
28 uersionis: † Nam institutio particularis detracta mentione rei conuertitur in vniuersalem eodem modo, quo conuerteretur, si nullus ab initio fuisset institutus hæres vniuersalis, *vt diximus in hoc cap. q. 7. num. 7 & 8. Et in specie declarat Corn. d. cons. 324 num. 8. vers. cum ergo, vol. 4.* Nec obstat, quod vulgo dicimus, ei totam hæreditatem accrescere, quia, cum ita loquimur, abutimur iuris accrescendi verbo respicientes potius ad effectum incremẽti, quod capit institutio particularis, quam ad incrementi causam, & modum: Nam proprium ius accrescendi non magis in hac, quam in superiore specie, considerari potest, *vt scribunt omnes. quos retulimus in 4. cap. q. 4. num. 16.* Eodem modo responderi potest. &

Ad secundum, quamquam, & illud dici possit, maiorem non procedere, quoties agitur de accretione hæreditatis: nam tunc locũ habet ius accrescendi, etiam inter omnimo-
29 do disiunctos, † ne alioquin testator decedat pro parte testatus, & pro parte intestatus, *vt ostendimus in 5. cap. q. 41. num. 8. & seqq. Et in specie respondent Imol. in d. §. si ex fundo, num. 11. vers. item non est responsum, & num. 77. vers. sed aduerte, & Gul. Ben. in d. cap. Raynutius in verb. in eodem testamento relinquens primo, num. 270. vers. minus obstat secunda ratio.*

Ad tertium similiter respondeo, id esse verum, si agatur de proprio iure accrescendi, secus verò, si de improprio, vt euenit in omnibus casibus, in quibus res trahit ad se totum: nam improprium ius accrescendi, qualecunque sit, haud dubiè competit ei, qui nullam portio-
30 nem habet, † cum in eo non possit portio dici accrescere portioni, quæ non est, *vt ostendemus in hoc ipso cap. q. 72. Ita respondent Imol. in d. §. si ex fundo, num. 83. Ias. d. cons. 72. col. 4. vers. non obstat 2. vol. 3. & in d. l. quoties. 13 nu. 7. in fin. C. de hared. instit. Ceph. d. cons. 231. nu. 13.* Quæ responsio probabilior est ea, quam *Ang. in l. qui patris. 59. num. 11. ff. de acq. hæred. & alij,* plerique attulerunt dicentes, rem certam, licet non sit quota hæreditatis, tamen, quantum ad inducendum ius accrescendi habere locum quotæ. Supponunt enim in hac specie, proprium ius accrescendi, quod est partis, non totius, posse cõsiderari, quod perspicuè falsum est.

Ad quartum respondeo primo, id proce-

dere in eo, qui est merè legatarius, cuiusmodi non est hęres particularis, quippe, qui in multis participat de natura hęredis, & maxi-
31 mè in iure accrescendi, † ut declarant Ang. in d. l. quoties. 13. nu. 1. uers. si verò talis, & ibi Castr. num. 2. in fi. & Alex. nu. 5. C. de hæred. inst. Ang. d. cons. 148. num. 4. uers. & licet, Imol. in d. §. si ex fundo, num. 22. uers. quinta, & nu. 23. Gul. Ben. in d. cap. Raynutius, in uerb. In eodem testamento relinquens primo, num. 257. & ibi Couar. §. 1. num. 9. extr. de testa. Ita in specie respondet Imol. in d. §. si ex fundo, num. 17. & 82. uers. Item non obstat. Quamobrem particularis institutio dicitur mixtum genus participans de natura hęredis, & legatarij, uti uidere est apud Bart. in d. l. ex facto. 35. num. 2. uers quid ergo dicemus ff. de hæred. inst. Em. a Costa in d. cap. si pater, part. 1. in uerb. in re certa, nu. 12. uers. Insistentes ergo, De testa. in 6. Crass. in d. §. hæreditas q. 3. num. 1. vers. Tertij, & num. 3. uers. sed Bart. ubi ait ita sequi dd. communiter.

Secundo respondeo, quod dicimus, hęredem particularem haberi loco legatarij recipere distinctionem: Aut enim consideramus effectus respicientes ipsam rem, Et indistinctè verùm est; eũ haberi loco legatarij,
32 † ut scribunt Ang. in d. l. quoties. 13. num. 1. uers. si uerò talis, & ibi Castr. num. 2. uers. qua opinio, Imol. in d. §. si ex fundo, num. 24. uers. sed dicendum. Crass. in d. §. hæreditas q. 3. num. 4. Ex quo infertur.

Primo, quemadmodum ex legato res acquiritur ipso iure, etiam sine agnitione, l. cum pater 79. §. surdo ff. de leg. 2. l. filius. 16. in fi. ff. de testa. ita etiam sine agnitione acquiri ex par-
33 ticulari institutione, † ut latè ostendemus in hoc cap. q. 41.

Secundo infertur, quemadmodum legatarius post diem legati cedentem moriens transmittit legatum etiam non agnitum ad hæredes, l. si post diem. 5. in prin. ff. quand. dies leg. ced. ita etiam hæredem rei certę transmittere rem sibi particulariter relictam etiam
34 ante agnitionem, † ut ostendemus in eadem q. 41.

Tertio infertur, quemadmodũ legatarius non potest a creditoribus hæreditarijs conueniri §. si quis una, Inst. de fideic. hæred. ita etiã non posse conueniri hęredem particularem,
35 † d. l. quoties. 13. & ibi Ang. num. 1. uers. si uero talis Gul. Ben. in d. cap. Raynutius, in uerb. In eodem testamento relinquens primo, num. 255. & 257. uers. 2. Ceph. in d. l. centurio, num. 699. Crass. in d. §. hęreditas q. 12. num. 21. uers. Intellige.

Quarto infertur, quemadmodum legatarius patitur Falcidiam l. 1. in prin. & tot. tit. ff. ad l. Falc. ita etiam eam pati hæredem in re
36 certa institutum † l. ex facto. 35. uers. & si fortè ff. de hęred. inst. Et scribũt Ang. in d. l. quoties. 13. num. 1. uers. si uero talis C. eod. Imol. in d. §. si ex fundo, num. 21. Gul. Ben. in d. uerb. In eodem testamento relinquens primo, nu. 257 uers. 3. Crass. in d. §. hęreditas q. 3. nu. 5. Gratia cap. 771. discep. for. num. 16.

Quinto infertur, quemadmodum hęres in diuisione hæreditatis deducit rem sibi pręle-
37 gatam † l. qui filiabus. 17. §. fin. ff. de leg. primo, l. si ita legatum. 43. ff. fam. ercis. l. si qua 7. C. eod. ita etiam deducere rem, in qua fuit particula-
38 riter institutus † d. l. ex facto. 35. ff. de hęr. instit. & nos dicemus in q. seq. num. 7. quod eius re-
39 spectu habeantur loco legatarij. † ut declarant Ang. in d. §. si ex fundo, nu. 3. Nico. Bello. d. lib. 4. suppu. cap. 18. num. 1. & 11.

Sexto infertur, quemadmodum legatarius grauatus rem restituere non potest detrahere
40 Falcidiam † l. lex Falcidia. 47. §. nunquam ff. ad leg. Falc. ita nec posse eam detrahere hæredẽ particularem, si fuerit eius restitutione gra-
41 uatus, † ut scribunt Gul. Ben. in d. uerb. In eodem testamento relinquens primo, num. 257. uers. 5. Gratia d. cap. 771. disc. for. num. 16.

Septimo infertur, quemadmodum legatario pro re legata non competit beneficium l. ult. C. de ed. Diu. Hadr. tollen. ita nec competere hæredi particulari pro re, in qua fuit in-
42 stitutus, † ut scribunt Ang. in d. l. quoties. 13. nu. 1. uers. si uero talis Crass. in d. §. hæreditas q. 3. num. 5.

Planè in eo legatarij loco non habetur, etiam in respicientibus ipsam rem, quia, licet legatarius non possit capere possessionem rei legatę propria authoritate, sed eã debeat capere de manu hæredis l. 1. in prin. ff. quo leg. §. 1. Inst. de legat. nisi testator hanc ei facultatem indulserit, quod eum facere posse certũ est l. Titia 35. §. 1. & ibi gl. in verb. non sic interpretandum, uers. uel 3. sic ff. de leg. 2. & nos diximus in hoc cap. q. 3. num. 238. tamen institutus in re certa potest eam capere propria autho-
43 ritate † ut scribunt Bart. in d. l. ex facto. 35. num. 2. & ibi Imol. num. 12. ff. de hæred. inst. Imol. in d. §. si ex fundo, num. 23. uers. Item, quia potest, Castr. in d. l. quoties, 13. num. 2. uers. qua autem opinio, & ibi Alex. num. 5. Ias. num. 8. uers. caue etiam, Ias in d. l. centurio, num. 62. uers. sed responde, Dec. cons. 607. num. 1. uers. & ad hoc facit Gul. Ben. in d. uerb. In eodem testamento relinquens primo, nu. 258. uers. 2. Ruin. cons. 190. nu. 6. uol. 2. Pic. in l. in quartam 90. num. 167. ff. ad l. Falc. Ceph. in d. l. centurio. num. 699. Roll. cons. 74. num. 23. uol. 2. Nico. Bell. d. lib. 4. Suppu. cap. 18. num. 5. Gomez. d. tom. 1. uaria. resol. cap. 10. n. 15. Crass. in d. §. institutio, q. 22. nu. 4. & in §. testamentum. q. 35. num. 3. & in §. hæreditas q. 3.
44 num. 1. uers. alij contrarium. quia † testator, qui talem potestatem dare potest, censetur eam dedisse, eo ipso, quod rem non reliquit titulo legati, sed titulo institutionis; Ita Imol. in d. §. si ex fundo, num. 23. uers. Item quia potest, Alex. in d. l. quoties. 13. num. 5. & ibi Ias. num. 8. uers. sic in proposito, Nic. Bello. d. lib. 4. suppu. cap. 18. num. 18.

Aut verò consideramus effectus extrinsecos, Et eorum respectu uerius est, eum non
45 haberi loco legatarij, sed loco hæredis. † Ita scribunt Ang. in d. l. quoties. 13. num. 1. uers. si uerò talis, Imol. in d. §. si ex fundo, num. 24. uers. sed dicendum.

Hinc infertur primo haberi loco hæredis, quoad excludendam querelam, seu (quod veriùs dicitur) quoad excludendum ius di-
46 cendi testamentum nullum; † Ita enim post. gl. in l. si quis priore. 29. in verb. ex certis ff. ad Treb. scripserunt Ang. in d. l. quoties. 13. num. 1. uers. si uero talis & ibi Castr. num. 3. Alex. num. 4. Ang. d. cons. 148. num. 4. uers. & licet, Imol. in d. §. si ex fundo, nu. 39. & in l. illa institutio. 32. nu. 9. uers. sed hęc loquimur ff. de hęred. inst. Gul. Ben. in d. uerb. In eodem testamento relinquens primo,

num.

num, 255. & 258. Em. a Costa in d. cap. si pater,
part. 1. in verb. in re certa, num. 12. Decis. in 6.
Graß in d. §. hæreditas q. 3. nu. 6. Men. de præs. lib.
4. præs. 20. nu. 5. Nam, quemadmodum filius
hæres, vel ex asse, vel ex parte institutus non
47 potest dicere testamentum nullum, † *l. omni-*
modo. 30. in prin. C. de inoff. testa. ita, nec pote-
rit dicere nullum, si fuerit in re, vel summa
48 certa, etiam minima institutus † *§. hac autem*
dispofuimus, vers. Cœterum, Auth. vt, cu de app.
cogn. coll. 8. Et scribunt gl. in d. l. si quis priore 29.
in verb. ex tertis, & ibi Alex. num. 3. ff. ad Treb.
Bald. in l. hac edictali. 6. in prin. num. 8. C. de sec.
nupt. Castr. in d. l. quoties. 13. num. 3. & ibi Alex.
nu. 4. Ias. nu. 5. vers. vltra Bart. C. de hær. instit.
Ias. in d. auth. nouissima. num. 15. & ibi Fabia.
num. 193. C. de inoff. testa. Gul. Ben. in d. verb. In
eodem testamento relinquens primo, num. 20. Soc.
Iun. in rubr. ff. de leg. 1. nu. 83. vers. Aliquando,
& 2. Cagn. in Auth. ex causa num. 66. C. de lib.
preter. Craß in d. §. institutio q. 22. num. 5. Schen.
cons. 76. num. 1. & 2. vol. 1. quod tamen facere
posset, si quid ei titulo legati relictum esset,
§. aliud quoq; capitulū Auth. vt, cū de app. cogn.
coll. 8. scilicet, quia legitima debet relinqui
titulo institutionis, *vt dicemus in hoc cap. q. 11.*
num. 4.

Secundo infertur, haberi etiam loco hære-
dis, quoad ius accrescendi, *vt scribunt omnes,*
quos retulimus supra num 31. Nam, quemad-
modum id ei competit, qui ex parte, & sic
vniuersaliter institutus est, *vt diximus in 6.*
cap. q. 1. nu. 2. & in hoc cap. q. 1. nu. 1. & seqq. ita
etiam competit ei, qui institutus est particu-
lariter, qua tamen iure distinguendi sunt qua-
tuor casus, quorum.

Primus est, quando nullus ei datus est co-
hæres vniuersalis, Et tunc verum est ius ac-
crescendi ei competere, & per consequentias
non haberi eum loco legatarij, sed detracta
mentione rei per omnia fieri hæredem vni-
49 uersalem, † *vt diximus in hoc cap. q. 7. num. 1.*
Et in specie declarant Ang. in d. §. si ex fundo,
num. 3. & ibi Imol num. 21. vers. Tertia fuit, vbi
ait, rem non habere dubium. Castr. in d. l. quoties.
13. num. 1. vers. sed nunc opp. & ibi Alex. nu. 5.
C. de hæred. inst. Craß. in d. §. hæreditas q. 3. nu. 2.
Pereg. de fideic. art. 5. num. 34.

Secundus verò casus est, quando datus est
cohæres vniuersalis, qui adiuit, Et tunc certū
est, ius accrescendi cessare, & consequenter
hæredē particularē non haberi loco hæredis,
50 sed loco legatarij † *d. l. quoties. 13. C. de hæred.*
inst. Et in specie declarant Bart. in §. quartam,
num. 7. Inst. de inoff. test. Ang. in d. §. si ex fundo,
num. 3. & ibi Imol. num. 39. & 81. vers. & sic eo-
dem modo, Ang. cons. 83. num. 1. vers. cum autem
Imol. in l. illa institutio. 32. num. 9. vers. sed hic
loquimur ff. de hæred. inst. Alex. in d. l. quoties. 13.
num. 5. Ias. in d. l. centurio num. 36. Dec. in l. vlt.
num. 23. C. de edict. Diu. Hadr. toll. Nico. Bello.
d. lib. 4. Supp. cap. 18. num. 11. Craß. in d. §. hære-
ditas q. 12. nu. 21. vers. Intellige. Men. de adipisc.
poß. rem. 4. num. 133. Pereg. de fideic. artic. 5. nu.
33. cons. 71. nu. 10. vol. 2. Gratia. cap. 771. discep.
for. num. 16. Quamobrem in hac specie non
competet ei remedium *l. vlt. C. de ed. Diu.*
Hadr. toll. quippe, quod hæredi non etiam le-
51 gatario datur. † *Ita scribunt Imol. in d. §. si ex*
fundo, num. 27. & 34. Alex. in d. l. si quis priore.
29. num. 4. in fi. ff. ad Treb. Gozad. cons. 21. nu.
30. Nico. Bello. d. lib. 4. supput. cap. 18. num. 12.
Gomez. d. tom. 1. varia. resol. cap. 10. nu. 15. Men.
de adip. d. rem. 4. num. 132.

Tertius casus est, quando datus est cohæ-
res vniuersalis, qui tamen repudiauit hære-
ditatem, vel aliter defecit, ita, vt certum sit,
eum amplius heredem esse non posse, Et tūc
verius est, hæredi particulari competere ei
ius accrescendi, & sic non haberi eum loco
legatarij, sed dempta mentione rei fieri hære-
52 dem vniuersalem; † *secundum ea, quæ supra*
diximus. Ita declarant Bart. in d. §. quartam, nu.
7. Inst. de inoff. Ang. in d. §. si ex fundo, num. 3.
& ibi Imol. nu. 81. vers & sic eodem modo. Alex.
in d. l. quoties, num. 5. Nico. Bello d. lib. 4 supput.
cap. 18. nu. 1. vers. 2. casu. Pereg. de fideic. d. artic.
5. num. 34. Craß. in d. §. hæreditas q. 3. num. 3.
Ludouis. d. decis. 244. num. 7. Quamobrem in
hoc casu competet ei remedium *d. l. vlt. C. de*
ed. Diu. Had. tol. non minus, quam, vbi nullus
53 ei datus est cohæres vniuersalis, † *vt de priore*
specie scripserunt Ang. in d. l. quoties 13. num. 1.
vers. si vero talis, Imol. in d. §. si ex fundo, num.
27. & 34. Alex. in d. l. si quis priore 29 num. 4.
in fi. ff. ad Treb. Gomez. d. to. 1. var. res. cap. 10.
num. 15. Craß. in d. §. hæreditas q. 3. num. 2. vers.
Hinc est. De vtraq; demum Dec. in d. l. vlt. num.
23. C. de ed. Diu. Had. toll. Men. de adip. d. rem.
4. num. 116. Et ita etiam videntur accipiendi,
qui simpliciter scripserunt, hæredi particula-
54 ri dictum remediū competere, † *vt Gul. Ben.*
in d. cap. Raynutius, in verb. in eodem testamento
relinquens primo, num. 259. vers. tertio.

Quartus denique casus est, quando res est
dubia, vt euenit, cum hæres vniuersalis non-
dum adiuit, aut repudiauit, sed adhuc delibe-
rat, Et tunc, licet vera determinatio pen-
deat à futuro euentu, scilicet, quia, si vniuer-
salis adeat, particularis habebitur pro legata-
rio, & à iure accrēscendi excludetur, si vero
repudiet, habebitur pro hærede, & totam hæ-
55 reditatem consequetur, † *vt declarant Ang.*
in d. §. si ex fundo, num. 3. & ibi Imol. num. 40.
Ang. de Gamb. de testam. glo. 59. nu. 3. Alex. in
d. l. quoties, num. 5. tamen interim verius est,
56 eum pro legatario habendum, † exceptis ijs,
quæ retulimus *supra num. 46. & seqq. Ita de-*
clarat Imol. in d. §. si ex fundo num. 4[illegible]. Quam-
obrem non competet ei remedium *dict. l. vlt.*
57 vt rectè nostri frequentiùs tradiderunt, † *sicuti*
videre est apud Imol in d. §. si ex fundo, num. 27.
& 34. Dec. in d. l. vlt. num. 23. Nico. Bello. d. lib. 4.
supp. cap. 18. num. 3. & 12. Gomez. d. cap. 10. nu.
15. Menoch. de adipisc. d. rem. 4. num. 145. vbi te-
statur, hanc esse receptiorem, tametsi plerique
contrarium censuerint, *vt Bart. licet sub dubio*
in d. l. ex facto. 35. num. 6. ff. de hær. instit. Nam,
58 † cum ei nondum hæreditas deferatur, vtpo-
tè ad quam non, nisi vniuersali deficiente, &
sic sub conditione nondum purificata voca-
tur, Consequens est, vt nec ei possint illa iu-
ra competere, quæ hæredibus, idest, ijs, qui
ad hæreditatem vocantur, dari solent, *vt in*
his terminis considerat Menoch. d. rem. 4. num.
146. Hinc intelligimus, in proposito non ha-
beri hæredem particularem loco legatarij,
quia supponimus vniuersalē deficere, ideoq;
ei totam hæreditatem accrescere. *secundum*
terminos tertij casus, & ea, quæ supra diximus.

Ad quintum respondeo primo, negando cessare ius accrescendi, si testator id prohibeat, quoties agitur de hæreditate, quia verius, & receptius est, non posse testatorem ius accrescendi in hæreditate prohibere, *ut latè ostendemus in 10. cap. q. 16. num. 20. & q. 17. nu. 13. & seqq.*

Secundò verò respondeo, etiam si prohibere posset, vt alij censuerunt, non tamen id censeri prohibuisse, eo ipso, quod hæredi particulari dedit cohæredem vniuersalem,
59 † quia ad hoc requiritur manifestissima voluntas *l. quoties. 9. §. si duo ff. de hær. inst. secundum unum intellectum, quem referemus in eodem cap. 10. q. 17. num. 8.* cuiusmodi non est voluntas eius, qui simpliciter aliũ scribit hrẽdem vniuersalem, *ut declarant Bart. in d. l. quoties. 9. §. si duo, num. 3. ff. de hær. inst. Bald. in d. l. quoties. 13. num. 1. C. eod. Imol. in d. §. si ex fundo, nu. 17. uers. nec obstat si dicatur, & num. 82. in fine.*

Tertiò respondeo dato etiam, quod censeretur prohibuisse, hoc tamen intelligi, si vniuersalis adeat, secus verò, si repudiet, aut aliter deficiat; nam, quia talis prohibitio censetur facta contemplatione hæredis vniuersalis, *ut de expressa dicemus in eodem 10. cap. q. 19. num. 17.* ideo fit, vt illo deficiente, quasi cessante causa prohibitionis cessare debeat, & ipsa prohibitio, *Quam in rem faciunt ea, quæ supra diximus in tertio fundamento.*

Neque obstat *l. quo loco. 20. §. 1. ff. de hær. inst.*
60 quia respondeo † aliud esse, quando tractatur de dispositione testatoris, aliud, quando de dispositione legis: Dispositio enim testatoris debet intelligi non iuxta id, quod est in veritate, sed iuxta id, quod est in eius mente, & intentione, quæ, quoties instituit primum in dodrante, & secundum, quem viuere credebat, in quadrante, & sic distribuit totum assem si postea tertium sine parte scribat hæredem, non est, dare tertio quadrantem, quem dederat secundo, sed alterum assem, quia, quoties, nihil assi deest, quod hæredi sine parte scripto possit intelligi datum, censetur testator ad dupondium transiuisse. Nec obstat, quod in proposita specie re vera vacaret quadrans secundo datus, quia in hoc non est spectanda veritas, sed testatoris opinio, secundum quam non poterat intelligi vacare, cum eam dedisset secundo, quem viuere credebat. At dispositio legis, de qua nos loquimur, declaratur à ratione, propter quam fuit introducta, adeo, vt, vbi ea locum habet, ibi etiam locum habere debeat, & ipsa dispositio. Cum igitur ratio, propter quam lex disposuit, vt institutus in fundo dempta mentione rei totam consequatur hæreditatem, si non alius sit hæres vniuersalis institutus, sit, ne testator decedat pro parte testatus, & pro parte intestatus. *ut diximus in hoc cap. q. 7. num. 4.* & ea locum habeat etiam in casu, quo scriptus hæres non adiuit, sed defecit, Consequens est, vt & ipsa dispositio locum habere debeat. Maximè, cum secundum leges pana sint aliquem non extare, vel extare, & non posse succedere, ideoque, qui in illo casu vocantur, intelligantur etiam in hoc vocati, *ut dictum est in primo fundamento. Ita ferè respondet Imol. in d. §. si ex fundo, num. 12. uers. item non obstat ultima, & num. 78.*

Non obstat, quod hæres in primo testamẽto scriptus remaneat ab hæreditate exclusus etiamsi hæres institutus in secundo nõ adeat, quia respondeo non esse eãdem hæredis particularis, & hæredis in primo testamento instituti rationem: Nam potentia adeundi, quæ competit hæredi instituto in secundo testamento sufficit ad perpetuò excludendum hæredem scriptum in secundo *l. pater filio. 54. ff. de hæred. inst.* quia, cum nemo possit eodem tempore habere duo valida testamenta, fit, vt statim atque conditum est secundum, ita vt ex eo possit mortuo testatore deferri hæreditas, primum infirmetur, &, vbi semel est ruptum, licet postea non adeatur ex secundo hæreditas, & hoc modo testamentum fiat irritum, non tamen illud, quod semel fuit extinctum, possit ampliùs reuiuiscere, cum à priuatione ad habitum non detur regressus. At potentia adeundi, quæ competit hæredi vniuersali scripto in eodem testamento, in quo particularis institutus est, non sufficit ad hunc perpetuò excludendum, quia, quoties vnus vocatur in defectum alterius, non sufficit in hoc potentia ad illum excludendum, sed requiritur realis acquisitio, vt patet ex substitutis, & coniunctis, qui vocantur alijs deficientibus; nam eorum exclusio non à potentia acquirendi, quæ in alijs consistit, sed à reali acquisitione proficiscitur. *Ita respondet Imol. in dict. §. si ex fundo, num. 17. & 82.*

Ad sextum respondeo argumẽtum à contrario sensu non posse sumi in casu nostro,
61 † quia resultaret absurdum eo ipso, quod excluderetur dispositio à casu simili, & habente eandem rationem. *Ita respondent Imol. in d. §. si ex fundo num. 12. uers. Item non obstat, & num. 77. uers. Item non obstat alia ratio, Gul. Ben. in d. cap. Raynutius, in uerb. in eodem testamento relinquens primo num. 270. uersic. postremo.*

Ad septimum respondeo, licet hoc non reperiatur decisum expressè, reperiri tamen decisum tacitè eo ipso, quod parificantur hæc, cohæredem non esse datum, vel datum postea defecisse. *Ita respondent Imol. in d. §. si ex fundo, num. 12. & 77. uers. item non obstat, Gul. Ben. in d. cap. Raynutius, in uerb in eodem testamento relinquens primo num. 270. uersic. pariter.*

Ad octauum respondeo cessare rationem inspecta dispositione testatoris, sed non inspecto exitu, qui in hac parte non minus, quã dispositio spectari debet. Quamobrem, vt instituto in quota residuum accrescit, si de eo testator non disposuit *l. interdum. 13. §. 1. ff. de hær. inst. & nos latè diximus in hoc cap. q. 1. num. 1. & seqq.* ne pro parte testatus, & pro parte intestatus decessisse videatur, *ut ibi diximus num. 2.* ita & pari ratione accrescit, si de eo disposuit instituendo cohæredem, qui postea defecerit *l. un. §. his ita definitis C. de cad. toll. & nos diximus in sexto cap. q. 1. num. 2.* Vt igitur ob hanc causam mentio rei tollitur de institutione particulari, si testator neminem instituit hæredem vniuersalem, ita etiam tolli debet, si instituit eum, qui postea defecit.

Ad

Ad nonum, & vltimum respondeo, Imo in specie à Baldo proposita hæreditatem non
62 matri, sed Ecclesiæ accrescere, † quia, non legatarius habet beneficium iuris accrescendi, sed hæres particularis, *vt dicemus in hoc cap. q. 15. num. 1.* etiamsi in re minima institutus sit. *Ita respondent Imol. in d. § si ex fundo, num. 15. Crott. in d. l. re coniuncti, num. 164. Gul. Ben. in d. cap. Raynutius, in verb. in eodem testamento relinquens primo num. 269. uersic. nec obstat.*

Nec obstat, quod hoc videatur absurdum, cum legatarius, tamquam vocatus ad maiorem quantitatem videatur magis dilectus, quam institutus, ideoque debeat præferri, quia respondeo primo legatarium censeri magis dilectum vniuersali adeunte, secus vero eo repudiante, *secundum Imol. in d. § si ex fundo, num. 14. & 80. uers. & ad rationes.* Secundò respondeo, imo institutum censeri magis dilectum, quam legatarium; quia, licet quantitas legati sit maior, titulus tamen institutionis est honorabilior, & vtilior propter ius accrescendi *l. filium. 5. §. sed & si portio. ff. de lega. præst.* ideoque, qui instituit censetur magis diligere vocatum, quam, qui legat. Qua ratione fit, vt si filius instituatur in re minima, sustineatur testamentum, non etiam, si amplum ei legatum, vel fideicommissum relinquatur, *vt diximus supra num. 48. Ita respondent Imol. in d. §. si ex fundo, num. 15. et 80. vers. et ad rationes, Crott. in d. l. re coniuncti, num. 164.*

Non obstat, quod non videatur facienda vis in verbis, quippe, quæ apponuntur ad libitum notariorum, qui plerunque sunt imperiti, quia respondeo, imo in dubio spectanda esse verba, vtpotè ex quibus colligitur mens testatoris *l. Labeo. 7. uers. id Tubero ff. de supp. lega.* Alioquin enim frustra diceremus, legitimam esse relinquendam titulo institutionis, si non esset habenda ratio verborum. Nec est verum, huiusmodi verba solere apponi ad arbitrium notariorum, qui, vt plurimum sunt imperiti, quia imo regulariter præsumuntur in arte periti, et quicquid scribunt in testamento, censentur scribere de voluntate & mandato testatoris. *Ita respondent Imol. in d. § si ex fundo, num. 16. et 81. Gul. Ben. in d. cap. Raynutius, in verb. in eodem testamento relinquens primo num. 270.*

Ex his intelligimus, verissimam esse communem dd. opinionem, quæ vult, vniuersali repudiante, aut aliter deficiente totam hæreditatem ad institutum in re certa pertinere; Quo fit, vt, quæcunque dicuntur de hærede particulari, cui non est datus cohæres vniuersalis, eadem sint dicenda et de eo, cui datus est, si postea defecerit.

SVMMARIVM.

1 *Hæredibus institutis in certo genere bonorum accrescit tota hæreditas, siue nullus cohæres vniuersalis datus sit, siue datus defecerit, et num. 2.*

3 *Instituti duo, uel plures in certis rebus non dato cohærede vniuersali dempta mentione rerum fiunt hæredes vniuersales, Fallit, ut num. 9. et 10.*

4 *Instituti in certis rebus inæqualiter detracta mentione rerum fiunt hæredes uniuersales æqualiter, et cur, num. 5. Fallit, ut num. 6.*

7 *Instituti in rebus certis, licet detracta mentione rerum fiant hæredes uniuersales, tamen in diuisione deducunt res illas, tamquam prælegatas, saluo iure Falcidiæ*

8 *Coniuncti in particulari institutione censentur etiam coniuncti in hæreditate, quæ illis accrescit, et num. 12.*

11 *Ius accrescendi locum habet inter hæredes particulares respectu hæreditatis, quæ illis accrescit.*

13 *Hæreditas accrescit instituto in re certa, etiam, quoad rumpendum prius testamentum.*

14 *Hæres particularis habetur loco legatarij, si alius sit institutus hæres uniuersalis in eodem testamento, secus, si in diuerso.*

15 *Hæredi particulari accrescit tota hæreditas, etiamsi fuerit institutus sub conditione.*

16 *Portio cohæredis uniuersalis deficientis accrescit alijs in quota, uel simpliciter institutis, non hæredi particulari.*

17 *Hæreditas accrescit hæredi particulari, etiamsi plures hæredes uniuersales instituti sint, si tamen omnes deficiant.*

18 *Hæredi particulari accrescit tota hæreditas, etiamsi testator instituerit hæredem uniuersalem, eum, quem uiuere credebat, cum iam esset defunctus.*

19 *Hæredi particulari accrescit tota hæreditas, siue uniuersalis deficiat ante acquisitionem, siue post.*

20 *Hæredi in usufructu instituto accrescit tota hæreditas, siue nullus hæres uniuersalis institutus sit, siue institutus defecerit.*

21 *Vxori in usufructu instituta accrescit tota hæreditas deficiente uniuersali, etiamsi statuto caueatur, ne quicquam ei, præter usumfructum relinqui possit*

22 *Hæredi particulari accrescit tota hæreditas, etiam si testator ius accrescendi prohibuerit.*

23 *Hæredi particulari accrescit tota hæreditas etiã si fuerit institutus in re aliena, et cur num. 24.*

25 *Testari de bonis alienis nemo potest*

26 *Legata, si fuerit res aliena, debet hæres eam redimere, et præstare, si potest, alias debet præstare pretium.*

27 *Hæredi particulari accrescit tota hæreditas, etiamsi decesserit ante defectum uniuersalis, dummodo prius rem particularem agnouerit.*

28 *Hæredi particulari accrescit tota hæreditas, etiam in foro conscientiæ, & num. 29. & cur, num. 30.*

31 *Testator in dubio censetur conformare suam uoluntatem cum iure communi.*

32 *Hæredi particulari non accrescit tota hæreditas, si testator sit idiota, & neminem instituerit hæredem uniuersalem.*

33 *Hæredi particulari non accrescit tota hæreditas, si testator dolo fuerit inductus ad eum instituendum.*

34 *Executores testamentarij censentur eodem iure, quo ij, pro quibus sunt executores deputati.*

35 *Hæredi particulari non accrescit tota hæreditas, quando absurdum non est, testatorem decedere pro parte testatum, & pro parte intestatum, ut in casibus, qui referuntur nu. seqq.*

44 *Hæredi particulari non accrescit tota hæreditas, si contraria sit uoluntas testatoris, Sed contra, num. 45.*

46 *Hæres particularis non transmittit hæreditatem accrescentem, si decedat ante agnitionem rei.*

47 *Subhæredatio facta in re certa non trahitur ad totum.*

Quibus casibus hæredi in re certa instituto accrescat tota hæreditas, si nullus cohæres vniuersalis datus sit, aut datus defecerit.

Quæstio Decima.

QVamobrem communiter videamus, quibus casibus procedat id, quod diximus, hæreditatem accrescere instituto in re certa, si cohæres vniuersalis datus non sit, vel datus defecerit. Constat autem procedere.

Primò, non solum, si fuerit institutus in certa specie, puta fundo, vel certa quantitate, sed etiam, si fuerit institutus in certo genere bonorum, puta in bonis castrensibus,
1 vel paganicis: † Nam, licet huiusmodi bona videantur continere diuersas, & diuersorum hominum hæreditates, *vt dicimus in 10. cap. q. 24. num. 45.* nihilominus inspecto iure communi ad institutum in castrẽsibus, etiam paganica pertinebunt, & contra, siue in alio genere bonorum nemo fuerit institutus, siue
2 institutus postea defecerit, † *l. hæreditate. 19. §. 1. ff. de castr. pecul. l. idem est. 13. vers. sed, si tam ff. de mil. test. Et scribit Molin. de primog. Hisp. lib. 1. cap. 17. num. 23.* Idem est, &, si instituatur in bonis paternis, aut maternis *l. qui non militabat 78. in prin. ff. de hæred. inst.*

Secundò procedit, nõ solum, si nullus omnino datus sit cohæres, sed etiam, si datus sit, non vniuersalis, sed particularis: nam, si duo, vel plures fuerint ex certis rebus, vel bonis hęredes scripti, intelligentur omnes detracta mẽtione rerum, vel bonorum hęredes in vni-
3 uersum instituti † *d. l. quoties. 9 § si duo, d. l. si alterius 10. d. l. Titius. 11. & d. l. ex facto. 35. & d. l. qui non militabat 78. in prin. ff. de hæred. instit. Et scribunt Imol. in d. l. 1. § si ex fundo, nu. 39. & 72 & in d. l. quoties 9. § si duo in prin. & num. 35. ff. eod. Ang. de Gamb. de testam. glo. 59. num. 3. Alex. in d. l. quoties. 13. num. 5. C. de hęred. instit. Gul. Ben. in d. cap. Raynutius, in verb. in eodem testamento relinquens primo, num. 263. Em. à Costa in cap. si pater, part. 1. in verb. bonis suis num. 4. vers. concludo de testam. in sexto, Bonif. Oliuar. inter cons. Purp cons 558. num. 3. vers. in dimidia, & vers. sed tamen, Nico. Bello. lib. 4. suppu. cap. 18. num. 1. Crasi. in §. institutio, q. 22. nu. 8.* adeo, vt, etiam si fuerint scripti in fundis, aut etiam eiusdem fundi portionibus inęqualibus, puta vnus in triente, alter verò in besse, nihilominus detracta fundorum, seu partium mentione pro æquis partibus instituti
4 intelligantur † *d. l. quoties. 9. § si duo, d. l. si alterius 10. & d. l. ex facto. 35. & d. l. qui non militabat 78. in prin. ff. de hæred. inst. Et scribunt Imol. in d. l. 1. § si ex fundo, num. 39. & in d. l. quoties. 9. § si duo, num. 33. ff. eo. Ang. de Gamb. de testa. d. glo. 59. num. 3. Ruin. cons. 165. num. 2. volum. 3. Gomez. tom. 1. variar. resol. cap. 10. nu. 14. Crasi. in d. §. institutio, q. 22. num. 8. Mantic. de coniect. vlt. volun. lib. 4. tit. 10. nu. 5. Menoch. de pręsump.*
5 *lib. 4. præsump. 18. num. 5.* quia † quando duo, vel plures sine partibus scribuntur hæredes, pro æquis, & virilibus partibus instituti intelliguntur *d. l. quoties 9 §. hæredes ff. de hæred. inst. §. si plures, inst. eod.* Sed, quando ex certis rebus, vel rerum partibus instituuntur, habentur pro institutis sine partibus, quia sublata mentione rerum, & partium manet simplex institutio, *vt diximus in hoc cap. q. 7. num. 1. & 8.* Debent igitur censeri pro æquis partibus instituti. *Ita ratiocinantur Vlpianus, & Paulus in d. l. quoties. 9. §. si duo, & d. l. si alterius. 10. & d. l. ex facto 35. ff. de hæred. inst. Et post eos Gomez. d. tom. 1. varia. resol. cap. 10. nu. 14.*

Planè, si ex coniecturis appareat, contrariam fuisse mentem testatoris, cẽsebuntur instituti hæredes vniuersales pro ijs partibus,
6 quas in fundo habuerunt † *d. l. quoties. 9. §. si duo, vers. si modo secundum veriorem intellectũ, de quo nos latius dicemus in 10. cap. q. 17. nu. 42. Et in his terminis scribunt etiam, Imol. in d. §. si ex fundo, num. 39. & in d. §. si duo, in prin. Gul. Ben. in d. cap. Raynutius, in verb. in eodem testamento relinquens primo num. 263.*

Præterea, licet ex æquis partibus intelligantur instituti, & reliqua bona hæreditaria cum omni ære alieno nominibusq; debitorũ viriliter diuidant, officio tamen iudicis continetur, vt res illas, in quibus fuerunt instituti quasi iure præceptionis detrahant iudicio familiæ erciscundæ saluo semper legis Falcidię
7 beneficio † *d. l. ex facto. 35. & d. l. qui non militabat. 78. in prin. ff. de hęred. inst. Et scribũt Ang. in d. §. si ex fundo, num. 3. Imol. in d. §. si duo, num. 34. Ang. de Gamb. de testa. d. gl. 59. num. 3. Alex. in d. l. quoties. 13. nu. 5. C. de hęred. inst. Gul. Ben. in d. cap. Raynutius, in verb. In eodem testamento relinquens primo, num. 263. Ruin. d. cons. 165. num. 2. vol. 3. Em. à Costa in d. cap. si pater, part. 1. in verb. bonis suis, num. 5. De testa. in 6. Bonif. Oliu. inter d. cons. Purp. cons. 558 num. 3. vers. in dimidia, & vers. sed tamen, Nico. Bello. d. lib. 4. suppu. cap. 18. num. 1. Crass. in d. §. institutio q. 22. num. 8.*

Item, si ex tribus, aut pluribus ex certis rebus institutis duo coniunctim fuerint, ad eãdem rem, vel partem vocati, censebuntur etiam coniunctim vocati ad hæreditatem, & sic constituent vnum corpus, & vnam tantũ
8 ferent portionem. † Itaque si testator ita scripserit, Primus, & Secundus ex fundo Corneliano hæredes sunto Tertius ex Sẽproniano hæres esto, erunt quidem omnes detracta mẽtione rerum hęredes vniuersales, sed Primus, & Secundus intelligentur coniunctim vocati ad dimidiam hæreditatis, Tertius verò ad aliam dimidiam, quia coniunctio facta circa institutionem particularem censetur etiam facta circa vniuersalem. *Ita scribit. Iabolenus in d. l. Titius. 11. & ibi not. Imol. nu. 2. ff. de hęred. inst.*

Insuper, quod diximus, omnes particulares hæredes detracta mentione rerum fieri hæredes vniuersales, procedit, nisi constet de
9 contraria voluntate testatoris, † puta, quia vnum instituerit hæredem particularem simplici-

pliciter, alterum verò cum taxatiua, vel, cum
clausula, &, quod plus petere non possit, aut
alia simili, per quam censeri possit ius accre-
scendi prohibuisse, *secundum ea quę dicemus
in 10. cap. q. 19. num. 10. & seqq.* Nam, tunc is
solus hæres vniuersalis efficietur, qui simpli-
citer institutus est, non etiam alius, *vt scribūt
Bonif. Oliu. inter d. cons. Purp. cons. 558. num. 3.
vers. sed, si constaret, & num. 4. & ibi Purp. num.*
10 *28. uers. ita, ut ex omnibus*, quia, † licet dubium
sit, an valeat prohibitio, quando non adest,
qui testamenti causam sustineat, & verior
(secundū nos) sit opinio existimantium, nō
valere, *vt ostendemus in eodem 10. cap. q. 17. nu.
53. & seqq.* tamen, quando sunt duo, vel plu-
res hæredes, & ius accrescendi prohibetur in
persona vnius, certum est, valere prohibitio-
nem, & hæreditatem ad eum tantum perti-
nere, cui non est prohibitum ius accrescendi,
quia licet alij non accrescat, non tamen de-
cedet testator pro parte testatus, & pro parte
intestatus, cum accrescat alteri, qui sustinet
causam testamenti, *ut ostendemus in d. cap. 10.
q. 16. num. 11.*

Deniq; si ex duobus hæredibus in re certa
institutis vnus repudiet, quin alter totam hę-
reditatem consequatur, dubium nō est, quia,
cum pro hæredibus vniuersalibus reputentur
Consequens est, vt inter eos sit ius accrescen-
11 di; † *Ita Bald. in d. §. si duo q. 2. & ibi Imol. num.
35. vers. quid autem.*

Plane in specie, qua plures sunt hæredes
particulares, si deficiat vnus ex ijs, qui coniū-
ctim, & sic in vnam portionem fuerunt vo-
cati, pars eius accrescet cęteris coniunctis,
12 non alijs, † quia coniunctio circa institutio-
nem particularem inducit etiam ius accre-
scendi respectu vniuersalis, & qui sunt con-
iuncti in expresso, cēsentur etiam cōiūcti in
tacito. *Ita Imol. in d. l. Titius. 11. ff. de her. inst.*

Tertio, quod diximus hęredi particulari
totam hæreditatem accrescere, procedit etiā,
quoad rūpendū prius testamentum: nam, si
quis priore facto testamento posterius con-
dat, & in eo scribat aliquem ex certis rebus
hæredem, licet alium hæredem vniuersalem
non faciat, nihilominus prius testamentum
censebitur sublatum, quia hæres scriptus in
posteriore perinde efficitur vniuersalis, ac, si
nulla rerum mentione facta fuisset institu-
13 tus † *l. si quis priore. 29. ff. ad Treb §. sed, & si quis
priore, Inst. quib. mod. testa. in fin. Et scribunt
Imol. in d. §. si ex fundo, num. 39. & 73. Alex. in
d. l. si quis priore, num. 2. Ias. cons. 8. col. 2. uers. 4.
facit, uol. 3.* Ex quo intelligimus, quod dicitur
hęredem particularem haberi loco legatarij,
si alius fuerit institutus hæres vniuersalis *l.
quoties. 13. C. de hęred. inst.* procedere, si vniuer-
salis fuerit institutus in eodem testamento,
14 secus, si in diuerso † *Ita declarant Ang. in d. l.
quoties. 13. num. 1. vers. Item loco hęredis, & ibi
Ias. num. 1. uers. limita.*

Quarto procedit, non solum, si particula-
ris institutio sit pura, sed etiam, si conditiona-
15 lis † *ut scribunt Ang. in d. §. si ex fundo, num. 2.
vers. & si ut, & Imol. in l. cohęredi. 41. §. ult. ff. de
vulg.* Quod patet ex eo, quia locum habet
etiam in substitutione *d. l. cohęredi. 41. §. ult. ff.
de uulg. & dicemus in hoc cap. q. 13. num. 1.* quæ
nihil aliud est, quam conditionalis institutio
d. l. cohęredi. 41. §. cohęres, ff. de uulg.

Quinto procedit, non solum, si datus sit
vnus tantum cohæres vniuersalis, sed etiam
si dati sint plures: nam, licet vno ex ijs defi-
ciente, non admittatur particularis, sed eius
portio accrescat alijs in quota, vel simplici-
16 citer institutis, † *ut scribunt Imol. in d. §. si ex fū-
do, num. 11. uers. aliter, & num. 75. uers. quod li-
mita, Ang. de Gamb. de testa. d. gl. 59. num. 4.
Corn. cons. 324. num. 10. uol. 4. Bertr. cons. 36. nu.
2. uol. 6. Quam in rem faciunt ea, quę diximus in
hoc cap. q. 1. num. 9.* tamen omnibus vniuersa-
libus deficientibus hæreditas accrescet parti-
17 culari, † *ut docent Bald. in l. in testamento. 6. nu.
12. uers. non obstat ratio C. de testa. mil. Imol. in
d. §. si ex fundo, num. 75. uers. quod limita.*

Sexto procedit, etiamsi testator instituerit
hęredem vniuersalem eum, quem viuere cre
debat, cum iam esset mortuus: nam etiam in
hoc casu hæreditas illi de facto delata accre-
scet hæredi particulari, qui in eodem testa-
18 mento fuit institutus. † *Ita scribunt Bart. in d.
l. quoties. 9. §. si duo, num. 3. ff. de hęred. inst. Ang.
in d. §. si ex fundo num. 1. uers. quinimo, & ibi
Imol. num. 11. uers. quinimo Mantic. de con.
ult. uol. lib. 3. tit. 10. numer. 9. Men. cons. 483.
num. 2.*

Septimo procedit non solum, si vniuersalis
deficiat ante acquisitionem, sed etiam, si de-
19 ficiat post, † in ijs scilicet casibus, in quibus
etiā post emolumentum acquisitum ius ac-
crescendi locum habere potest, *quos referi-
mus in hoc cap. q. 59. nu. 28. & seqq.* vt, cū hęres
vniuersalis propter inobedientiam priuatus
est hæreditate: nam ea particularibus accre-
scet, *vt scribit Ang. cons. 148. num. 4.* Quod vtiq;
intelligo prius, quam deferatur legatarijs, &
fideicommissarijs secundum dispositionem
*§. si quis autē nō implēt, Auth. de hęred. & Falc.
coll. 1. & Auth. hoc Amplius C. de fideic.* Nam,
quemadmodum priùs applicatur alijs hære-
dibus vniuersalibus, quam transitus fiat ad le
gatarios, vel fideicommissarios, ita etiam de-
bet priùs applicari hæredibus particularibus,
quippe, qui in vniuersalium defectum pro
vniuersalibus habentur, *vt sæpè dictum est.*

Octauò procedit, non solum, si hæres fue-
rit institutus in fundo, vel alia proprietate,
sed etiam, si in vsufructu: nam ad huc ei tota
hæreditas accrescit, siue cohæres vniuersalis
20 datus non sit, siue datus defecerit, † *vt scribunt
Alex. cons. 162. num. 2. & vers. & similiter vol. 2.
Rum. cons. 54. num. 7. vers. aut conditio deficit,
vol. 2. Ceph. cons. 59. num. 16. & cons. 60. num. 5.
vers. & primo, & cons. 390. nu. 71. Nat. cons. 463.
num. 13. vers. dicam nunc, Men. de adip poss. rem.
4. num. 128. & seq. Caroc. decis. 80. num. 6.* adeo,
vt, si duo particulares hæredes instituti sint,
vnus in fundo, alter verò in vsufructu, nullo
dato cohærede vniuersali, vel dato, qui defi-
ciat, hæreditas æqualiter ad vtrunq; pertineat
*secundum ea, quæ diximus supra nu. 4. Ita Bonif.
Oliuar. inter. d. cons. Purp. cons. 558. num. 3. vers.
in dimidia.*

Nono procedit, etiamsi statuto caueatur,
ne vxor quicquam ex testamento mariti con-
21 sequi possit, præter vsum fructum: Adhuc
enim vniuersali repudiante totam vxor, quā
maritus instituit in vsufructu, hæreditatem
consequetur, *secundū eos, quos referimus in 10.*

cap.q.14. nu. 44. vbi tamen de huius rei veritate latè differemus.

Decimo procedit, etiamsi testator hæredi
22 in re certa instituto ius accresc̄edi prohibuerit, puta insserit, vt sit tacitus, & contentus rebus sibi datis, nec quicquam vlteriùs petere possit; Adhuc enim nō obstante tali prohibitione totam ipso iure cōsequetur hæreditatē secundum veriorem, & receptiorem sententiam, *vt ostendemus in eodem cap. 10. q. 17. num. 13. & seqq.* licet teneatur per fideicommissum hæreditatem venientibus ab intestato restituere, *vt dicemus in eodem cap. q. 18. num. 1. & seqq.*

Vndecimo procedit, non solum, si particularis institutio facta sit in re propria testatoris, sed etiam, si in re aliena: nam etiam in hoc casu accrescet tota hæreditas instituto.
23 † *Ita Bald. in d. l. humanitatis, 9. num. 55. C. de impub. & al. subst. Gul. Ben. in d. cap. Raynutius in verb. in eodem testamento relinquens primo,*
24 *num 262. vers. quod est verum,* quia † cum accrescat instituto in certa summa, seu quantitate, Consequens est, vt debeat etiam accrescere instituto in re aliena, quippe, qui videtur institutus in æstimatione, & sic in pecunia *l. alienus. 61. in fi. ff. ad l. Falc. Ita Bald. in d. l. humanitatis, num. 55. Gul. Ben. in d. verb. In eodē testamento relinquens primo, nu. 262. vers. quod est verum.*

Nec obstat, si dicatur, ad hoc, vt ius accrescendi locum habeat, necessarium esse, vt detur fundamentum in re, vel portione propria testatoris, cui fiat accretio, cum hoc ius sit earundem, non diuersarum rerum, *vt ostendimus in 5. cap. q. 42. num. 1. & seqq.* &, quod accrescit, fieri debeat eiusdem naturæ, cuius est id, cui fit accessio, *vt dicemus in 9. cap. q. 43. num. 1. & seqq.* Cum autem hęres instituitur in re aliena, non dari tale fundamētum, tum, quia institutio non videtur de iure valida,
25 cum de alienis rebus testari nemo possit † *l. conficiuntur. 8 § si post factum ff. de iur. codic. l. vlt. vers. sin autem C. de hered. inst. Auth. ingressi C. de sacros. Eccl.* Quod lex xij. tab. quæ testandi facultatem tribuit, his fuerit concepta verbis, Vti legasset rei suæ, ita ius esto *l. verbis legis 120. ff. de verb. sign. §. 1. Inst. de leg. Falc. § disponat, Auth. de nup. coll. 4.* tum etiam, quia dato, quod valeret, non tamen præbet fundamentum in re testatoris, ideoque non videri instituto in re aliena posse testatoris hæreditatem accrescere, *vt prædicta ratione motus censuit Gomez. d. tom. 1. varia. res. cap. 10. num. 16.* quia respondeo primo, hoc procedere in iure accrescendi proprio, quod est portionis ad portionem. Coeterum in improprio, cuiusmodi est id, quod in hærede rei certæ consideratur cum sit veriùs ius conuersionis, quam ius accrescendi, *vt ostendimus in hoc cap. q. 7. num. 8.* veriùs est, non requiri tale fundamentum, cū ei competat, qui nullam hæreditatis partem habet, sed fuit tantum in aliqua re particulari institutus, *vt diximus ibi num. 7. vers. 2.*

Secundo respondeo, etiam in specie proposita ius accresc̄edi fundari in re testatoris, quia, cū testator instituit aliquem in re aliena, licet dispositio non valeat in pręiudiciū domini, valet tamen in præiudicium hæredis quippe, qui cogitur eam redimere, & præstare, aut, si redimi non possit, præstare pretium
26 † *§. non solum Inst. de legat. l. cum alienam 10. C. eod. Et in proposito fatetur etiam Gomz. d. cap. 10. num. 16. vers. Item, & vlterius.* Itaq; effectu censetur testator reliquisse pretium, seu pecuniam, quæ de propria ipsius hæreditate capi debet. Vnde, quemadmodum tota hęreditas accresceret hæredi particulari, si fuisset institutus in certa quantitate, *vt scribunt omnes, quos retulimus in eadē q. 7. num. 2. & 3.* Ita etiā debet ei accrescere, si fuerit institutus in re aliena, quia perinde habetur, ac, si in pecunia fuisset institutus, *vt supra dictum est, & de legato rei alienæ diximus in 5. cap. q. 9. num. 11.*

Duodecimo procedit, etiamsi particula-
27 ris moriatur ante defectum vniuersalis: † nā, si agnouerit particularem institutionē, trasmittet totam hęreditatem ad suos hæredes, *vt ostendemus in hoc cap. q. 41.*

Decimotertio procedit, etiam in foro cō-
28 scientię: † Nam, licet pleriq; censuerint, institutum in re certa posse quidem in foro fori totam consequi hęreditatem, si nullus ei cohęres vniuersalis datus sit, aut datus defecerit, sed non posse eam in foro poli retinere, ideoq; debere eam venientibus ab intestato restituere, *vti videre est apud Cauall. in suis commu. contra communes q. 214. num. 10. & 11.* quod in foro conscientię non spectemus iuris subtilitates sed nudam testatoris voluntatem, quę cessat in hærede particulari, scilicet, quia testator, qui instituit in re certa, hoc ipso declarat, se nolle eum habere totū. Qua ratione dicitur habere hæreditatem contra voluntatē testatoris, *vt videre est apud Cauall. d. q. 214. num. 11.* Contrarium tamen verius est, & receptius, posse scilicet eum, etiam in foro conscientiæ totam hæreditatem retinere, nec cogi eam venientibus ab intestato re-
29 stituere. † *Ita enim censuerūt Feder. de Sen cons. 171. Abb. in cap. 2. num. 4. vers. sed est dubium extra de testa. Galsaul. in l. centurio. 15. nu. 146. ff. de vulg. Gul. Bin. in d. cap. Raynutius, in verb. In eodem testamento relinquens primo, num. 262. Crott. in d. l. re coniunctis, num. 172. Gomez.*
30 *d. tom. 1. varia. resol. cap. 10. num. 8.* Nam † cum acquisitio hęreditatis, quę fit hęredi in re certa instituto probetur ab Ecclesia, quippe, quę censetur approbare omnes leges canonibus non repugnantes *cap. 1. de oper. non. nunt.* Cōsequens est, vt etiam in foro conscientię retineri possit, scilicet, quia Ecclesia non permittit aliquid, quod vergere possit in dispendium salutis æternę *cap. cum contingat, extr. de iureiur. cap. quamuis, de pact. in 6.* Deniq; cum in foro cōscientię retineri possint omnia, quę aut iure gentium, aut iure ciuili, seu positiuo acquiruntur, & hæreditas acquiratur iure ciuili, seu positiuo, nempe ex dispositione *d. l. 1. §. si ex fundo ff. de hared. inst.* sequitur, etiam in foro conscientię posse retineri.

Neq; obstat contrarium, quia respondeo, imo non repugnare voluntati testatoris, quippe, qui in dubio censetur voluntatem suam conformare cum dispositione iuris
31 communis † *l. 3. C. de testa. mil. Ita respondet Crott. in d. l. re coniunctis, num. 172. vers. Non obstat.*

Sanè duobus concurrentibus putarim cōtrarium posse sustineri, & hæredem in foro
con-

conscientiæ teneri hæreditatem venientibus
ab intestato restituere, si nempe testator sit
idiota, & nullum instituerit hęredem vniuer-
32 salem: † Nam, quia idiota id tantum velle
creditur, quod verbis exprimit, ideo institué-
do solum hæredem particularem non potest
censeri voluisse de tota hęreditate disponere,
eaq; ratione debet ea saltem iure fideicom-
missi ad venientes ab intestato pertinere, *se-
cundum, ea quæ dicemus in 10. cap. q. 18. num. 5.
& seqq.* Cæterùm, si instituat aliquem hære-
dem vniuersalem, quo casu declarat, se nolle
hęreditatem pertinere ad venientes ab inte-
stato, faciiè censeri potest, ideo hæreditatem
non dedisse particulari, quia credebat vni-
uersalem aditurum; Quo fit, vt eo non adeū-
te, quasi cessante causa voluntatis, nihil sit
impedimento, quominus dispositio iuris lo-
cum habere possit, vt *in specie declarat Purp. in
rub. C. quand. non pet. part. num.* 13. & in simili
dicimus de testatore iubente instituto in re
certa, vt sit tacitus, & contentus rebus datis,
nec quicquam vlteriùs petere possit, si cohę-
redem habeat, qui postea deficiat, *sicuti vi-
dere est in* 10. *cap. q.* 19 *num.* 17. Quæ, si in idio-
ta procedunt, multo magis in cæteris admit-
tenda sunt.

Deniq; si testator fuisset dolo inductus ad
33 aliquem in re certa instituendum, † vt, quia
persuasum ei sit, non posse institutum habere
regressum ad alia bona, magis est, vt residuū
in foro conscientiæ retinere non possit, *secun-
dum Abb. in d. cap. 2. num. 4. in fi. de testa. Crott.
in d. l. re coniunctis, num.* 172. *versic. limitatur
tamen.*

Decimoquarto procedit etiam in execu-
toribus testamentarijs: nam, quia censentur
eodem iure, quo ij, pro quibus sunt executo-
34 res deputati, † *vt scribit Paris. d. cons. 74. num.
42. vol.* 3. ideo fit, vt, si particularis dispositio
ad eos relata cōcepta sit ijs verbis, quibus in-
stitutiones fieri solent, ita debeat eis hæredi-
tas accrescere, vt accresceret ijs, pro quibus
deputati sunt, si fuissent in re certa hęredes in-
stituti. Accrescet autem, non ad ipsorum
commodum, sed ad commodum eorum, in-
ter quos fieri debet distributio, scilicet, quia
censetur accrescere cum eodem onere distri-
buendi, cum executores non censeantur vo-
cati, vt ad emolumentum, sed, vt ad onus, *si-
cuti dicemus in hoc cap. q. 14. in 2. casu.*

Planè interdum supradicta cessant, & in-
stituto in re certa non accrescit hæreditas, si-
ue cohæres vniuersalis datus non sit, siue da-
tus defecerit.

Primùm enim, si simus in casibus, in qui-
bus absurdum non est, quem decedere pro
parte testatum, & pro parte intestatum, ma-
gis est, vt hæreditas non accrescat particula-
ri, sed ad venientes ab intestato pertineat,
siue nullus hæres vniuersalis institutus sit,
35 siue institutus defecerit, † *vt scribit Peregr.
consil. 145. num. 3. volum. quinto*, quia cessat
tunc causa, propter quam particularis insti-
tutio sublata rei mentione fit vniuersalis,
ideoque, & ipsa conuersio cessare debet. Hu-
ius rei multa possunt exempla afferri.

Primùm in testamento militis: nam, si is
aliquem ex fundo scribat hæredem, non da-
to cohærede vniuersali, hæreditas, non ad in-
stitutum, sed ad venientes ab intestato perti-
36 nebit, † quia miles potest decedere pro parte
testatus, & pro parte intestatus *l. si miles vnum
6. ff. de mil. test. & latè dicemus in 10. cap. q. 24. nu.
99. & seqq.* Idem est, & si vnum instituat in re
certa, alterum verò hæredem vniuersalem,
qui postea deficiat: nam hæreditas non illi,
37 sed venientibus ab intestato deferetur, † *vt
ostendemus ibi num.* 101.

Secundum exemplum afferri potest in te-
stamento ad pias causas, in quo similiter ab-
surdum non est, quem decedere pro parte te-
statum, & pro parte intestatum, *vt diximus in
quinto cap. q. 41. num.* 14. Quamobrem nec in
38 eo accrescet hæreditas particulari hæredi, † si-
ue testator de ea non disposuerit, siue dispo-
suerit instituendo hæredem, qui postea defe-
cerit. Idem est, & in testamento condito ab
ingrediente religionem: Nam, si in eo filij
fuerint ex certis rebus instituti, & de residuo
non sit à testatore dispositum, non accrescet
residuum filijs, sed ad monasterium pertine-
39 bit, † quia fauore religionis, cuius id cedit
commodo, absurdum non est, huiusmodi te-
statorem pro parte testatum decedere, & pro
parte intestatum. *Auth. si qua mulier, vers. &
quod eis, & ibi Bald. num. 12. vers. quæro vtrum
C. de sacros. Eccl. Gul. Ben. in d. cap. Raynutius,
in verb. in eodem testamento relinquens primo nu.
264. vers. secundo.*

Tertium sit exemplum in testamento in-
ter liberos, in quo pariter receptum est, posse
quem decedere pro parte testatum, & pro par
te intestatum, *vt diximus in quinto cap. q. 41.
num.* 13. Nam & in eo, si testator instituat ali-
quem hæredem particularem, non accrescet
40 ei tota hæreditas, † siue datus non sit cohæ-
res vniuersalis, siue datus defecerit.

Quartum exemplum sit, si statuto caueа-
tur, vt possit quis de parte bonorum testari,
seu, pro parte testatus decedere, quod fieri
posse diximus *in eodem quinto cap. q. 41. num.*
15. Nam, nec in hoc casu accrescet hæreditas
41 instituto in re certa, † sed ad venientes ab in-
testato pertinebit, *vt diximus in 10. cap. q. 9.
num.* 4.

Quintùm denique sit exemplum in omni-
bus casibus, in quibus hæres particulariter in-
stitutus, vel ex dispositione legis, vel ex di-
spositione statuti, non est ea pax solidi, *vt in
varijs exemplis, quæ referemus in eodem cap. 10.
q. 13. num. 2. & seqq. q. 14. num. 2. & seqq.* Nam
tunc, quia non est absurdum, quem decede-
re pro parte testatum, & pro parte intestatū,
vt ostendemus in eodem cap. 10. q. 10. num. 4. fit,
vt et, si fuerit in re certa institutus, non accre-
42 scat tota hæreditas, † sed ea pertineat ad ve-
nientes ab intestato, *vt ostendemus in d. q. 13.
& q. seq.* Quod vtique ita accipiendum est, vt
43 procedat, † si res particularis, in qua fuit insti-
tutus contineat totum id, cuius institutus est
capax: nam, si minus contineret, quin vsque
ad eius quantitatem ius habeat accrescendi,
non est dubitandum, scilicet, quia vsque ad
illam cessat limitatio, *vt dicemus in d. q. 14.
num.* 10.

Secundò verò, si, vel ex verbis, vel ex con-
iecturis, aut præsumpta mente testatoris, con-
stet, eum noluisse hæreditatem accrescere
instituto in re certa, cessabit ius accrescendi,

&

& desit.tuto testamento hæreditas ad venien-
44 tes ab intestato pertinebit, † *secundum vnam sententiam. quam referemus in eodem cap. 10. q. 17. num 6.* Dicitur autem de tali voluntate
constare, si simus in ijs casibus, quos referemus, *in eodem cap. 10. q. 19. num. 10. & seqq.* Sed
quia contrariam sententiam nos, & veriorẽ,
45 & receptiorem arbitramur, † vt scilicet vitietur prohibitio, & tota hæreditas etiam inuito testatore accrescat hæredibus in re certa institutis, ita tamen, vt censeantur per fideicommissum grauati eam venientibus ab intestato restituere, *vt patebit ex ijs, quæ dicemus in eadem q. 17. num. 13. & seqq. & q. 18. num. 5. & seqq.* ideo, quoties ex verbis, aut coniecturis, seu præsumpta mente testatoris apparebit, eum noluisse, particularem hæredem habere totum, accrescet quidem ipso iure hæreditas, sed non, quoad effectum retentionis, scilicet, quia cogetur eam restituere, *vt dictum est.*

Tertiò, si hæres in re certa institutus moriatur ante agnitam rem sibi relictam, non censebitur ad hæredes suos transmisisse ius
46 adeundi totam hæreditatem, † ideoque cessabit ius accrescendi, *vt ostendemus in hoc cap. q. 41.*

Quartò demum in exhæredationibus cessat huiusmodi accretio: Non enim, vt institutio, ita & exhæredatio in re certa facta tra-
47 hitur ad totum, † scilicet, quia institutio fauorabilis est, ideoque benigna interpretatione adiuuanda, exhæredatio verò est odiosa, ideoque strictè intelligenda *l. cum quidam. 19. ff. de lib. & posth. & nos latè diximus in sexto, cap. q. 25. num. 1. & seqq.* Et hæc, cum particularis dispositio facta est per modum institutionis.

SVMMARIVM.

1 *Legatario, vel fideicommissario particulari non accrescit tota hæreditas, si, vel nullus hæres institutus sit, vel institutus defecerit, & num. seqq. & cur, num. 9.*

2 *Actioni ex testamento directa hæreditas non accrescit*

4 *Legitima est filio relinquenda titulo institutionis, & cur, num. 5.*

6 *Legitima habet ius accrescendi ad totam hæreditatem, & num. 7.*

8 *Filio instituto in legitima accrescit tota hæreditas, si, vel nullus datus sit cohæres vniuersalis, vel datus defecerit*

10 *Legatum vsusfructus non trahitur ad totam hæreditatem*

11 *Hæreditas non accrescit legatario, sed hæredi particulari, etiamsi in minore summa, quam legatarius fuerit institutus.*

12 *Legatarijs, & fideicommissarijs accrescit tota hæreditas, si hæres ob prohibitam a testatore Falcidiam adire nolit.*

13 *Legatarijs, & fideicommissarijs accrescit tota hæreditas, si hæres ob spretum præceptum testatoris priuetur hæreditate.*

An, & quando legatario vel fideicommissario particulari tota hæreditas accrescat.

Quæstio Vndecima.

NVnc videamus, quid, si particularis dispositio facta sit per modum legati, aut fideicommissi, an procedant ea, quæ diximus. Et certi iuris est, non procedere: Non enim, vt hæredi particulari, ita, & legatario, vel fideicommissario tota hæreditas accrescit, si, vel nullus hæ-
1 res institutus sit, vel institutus defecerit, † *vt scribunt Bart. in l. ex facto. 35. nu. 2. ff. de hæred. instit. & in § quartam, num. 7. inst. de inoff. Bal. in Auth. nouissima, num. 2. C. de inoffic. testam. in l. quoties. 9 § si duo quæst. 3. ff. de hær. inst. & in l. quoties. 13. num. 3. vers. in glo. & ibi Cast. num. 2. C. eod. Ang. in l. qui quadringenta. 2. num. 3. & ibi Imol. num. 4. ff. ad Treb. Ang. in l. cogi 16. §. & generaliter num. 1. ff. ad Treb. & consil. 148. num. 4. vers. & licet, Imol. in d. l. 1. § si ex fundo, num. 10. & 17. vers. item non obstat, & num. 76. & 82. vers. item non obstat ff. de hæred. instit. & in l. Lucius Titius. 90. § quisquis, num. 7. ff. de leg. secundo. Alex. in d. l. si quis priore. 29. num. 3. ff. ad Treb. Paul. de monte Pic. in d. l. vn. num. 28. C. quand non pet. part. Io. Ign. in Auth. ex causa, num. 68. C. de lib præter. Ruin. consil. 190. num. 6. volum. 2. Alcia. lib. 4. Parad. cap. 9. num. 2. Fabia. in auth. nouissima num. 192. & 196. C. de inoffic. testam. Crauet. in rubr. ff. de leg. primo, num. 68 & cons. 856. num. 17. Ceph. cons. 436. nu. 67. & 83. Mynsi. in § si eadem num 4. inst. de leg. Pereg. de fideicom. art. 34. num 55. vers. ratio.* Quamobrem dicimus, actioni ex testamento
2 directam hæreditatem non accrescere, † *vti videre est apud Bald. in d. l. quoties. 13. num. 1. C.*
3 *de hær. inst.* Et sanè, † si deficiente hærede vniuersali accresceret hæreditas legatario, vel fideicommissario, vtique posset is exemplo instituti in re certa eam adire, & eo modo testamentum sustinere. Atqui adire non potest, vt ex eo intelligimus, quia, si institutus non adeat, corruit testamentum, & simul cum eo corruunt legata, & cætera relicta, *l. eam, quam. 14. C. de fideicom. l. si nemo. 9. ff. de testa. tut. l. si nemo. 142. ff. de reg. iur.* Non accrescit igitur hæreditas legatario, vel fideicommissario. Alioquin semper valeret testamentum etiam sine hęredis institutione, dummodo in eo legatũ aliquod esset relictum, quod dicere absurdum est *l. proximè 3. ff. de his, quæ in test. del. l. 1. in fin. ff. de vulg. & in proposito considerat Crauet. in d. rub. ff. de leg. primo, num. 68.* Nec alia ratione cautum videtur, vt legitima
4 debeat relinqui titulo institutionis † *§. aliud quoque capitulum, Auth. vt, cum de app. cogn. coll. 8. Et scribunt glo. in Auth. nouissima, in verb. titulo, & ibi Ias. num. 13. C. de inoffic. testa. Bart. in l. omnimodo. 30. in prin. num. 3. C. eod. & in §. quartam, num. 7. Inst. eod. Bald. in d. l. quoties. 13. num. 3. & ibi Alex. nu. 4. C. de hæred. insti. Bald. in Auth. vnde, si parens, num. 4. C. de inoff. testa. Ang. in l. nam, etsi parentibus 15. in princ. num.*

num.2.ff.de inoffic.Alex.in l.inter coetera.30.nu. 2.vers.sed iure nouissimo.ff. de lib. & posth. & in l.nam, quod. 14. §. non omnis, num.7.vers.ergo debet ff.ad Trebell.& in l.humanitatis.9.num.2. C.de impub.& al.substit.& in l.ex asse 52.num.2. vers.hodie autem ff.ad leg.Falc.& cons. 106. nu. 3. volum. 4. Ias. in l. multi non nota.18.num.7. & in l. Gallus 29.§.quidam rectè, num. 9. versic. ergo fortius.ff.de liber.& posthum.Gul. Ben. in d. cap. Raynutius, in verb.in eodem testamento relinquens primo, num. 19.Romul. in l.nemo potest.58.num.17.vers.item tenetur ff.de leg.primo, Rip.resp.129.num.5.Pic.in l. in quartam 90.nu. 165.ff.ad leg.Falc.Cagn.in Auth.ex causa, num. 3.C. de lib. pręt. & in l.Papinianus.8.§.quarta, num.3 ff.de inoffi.Clar.in §.testamentum, q. 38. num.1.Crasi. in §.legitima,q.33.num. 1. quam,
5 quia, † si relinqueretur titulo legati, vel fideicommissi, non haberet filius ius accrescendi, quod alioquin habet, quãdo fuit in legitima institutus, vt declarant Bart.in d. Auth.nouissima,num.1.& ibi Bald.num.2.Ias.nu.13. Fabia. num.192.& 197.Sicbar.num.9.C.de inoffi. testa. Bart.in d. l.ex facto.35.num.2.ff.de hæred.instit. in d.l.filium 5.§.sed & si portio,num.1.vers.item dicunt ff.de leg.præst.& in d.§. quartam num.7. Inst.de inoffic.Bald. in l.inter coetera. 30.ff.de liber.& posthb.Imol.in d.l.centurio num.24. vers.item adde, & in d.§.si ex fundo num. 15.& 80. vers.item pro hoc allegat,Castr.in d.l.quoties.13. num. 3. vers.sed in quo consistit, & ibi Alexan. num.4.in fin. C.de hær.inst. Ant.de Rosel.de succ. ab intest.num.240.vers.tertio,Io.Ign.in d. Auth. ex causa, num. 68. C. de lib.prætr. Alex.in d.l.si quis priore.29.num.3.ff.ad Treb. Ias.in rub. ff. sol.matr.num.32. Gul.Ben.in d.cap.Raynutius, in verb.in eodem testamento relinquens primo,nu. 35.& 56.vers.tum etiam,& nu.64.& 256. vers. præterea,& num.269.vers. non enim, Pic.in d.l. vn.num.28.& ibi Purp.nu.101.vers.& ex præmissis C.quand.non pet.part. Aemil.Ferr.in l.filium,quem 24.nu.23.C famil.ercisc.Nat. in l.hac consultissima 21.§ ex imperfecto,num.112. C. de testam. Molin.de primoge.Hisp.lib.2.cap.15. nu. 19.Did.Spin.in suo Specul.testa.glo.17.num. 29. Mynsin §. vlt.num.3.& 4.Inst.de inoffi. Crasi. in d. §.testamentum q. 35. num. 3. vers.deinde.
Quamobrem dicimus, legitimam habere ius
6 accrescendi ad totam hæreditatem, † vti videre est apud Bart.in l.si arrogator. 22.num. 11. vers.9.ff.de adopt.Bald.in d. Auth.nouissima, num.9.& ibi Fabia.num.219.& 220. vers. hanc partem, Anto.de Rosell.de success. ab intest.num. 240.vers.probatur ista determinatio, Purp. in d. l.vn.num.101.vers.& ex præmissis C.quand.non pet.part. Peral.in l.& Proculo.20.num.38.& 39. ff.de leg.secundo,Ludouis.decis.244.num.6.& 7. siue, de natura legitimæ esse, vt habeat ius
7 accrescendi, † vti videre est apud Dec. in l.hæres instituta.3.num.5.vers.replicari potest C. de impub.& al.substit. Ambr.de Opizo.in l.filiusf.117. §.Diui.secundo,num.45.ff.de leg.primo, Rip. in l.1.num. 157. ff. de vulgar. Menoch. de præsump.lib.4.præsump. 101. num. 46. Ideo, quia supponimus filium fuisse in legitima institutum, & ea ratione totam hæreditatem ei accrescere, si, vel nullus datus sit cohæres vni-
8 uersalis, vel datus deficiat, † vt de secunda specie scribunt Duran.de art.testan.tit.3.caut.1. num.1.Sicbar.in d.Auth.nouissima,num.9. Did. Spin.d.glo.17.num.30.Mynsin d.§.vlt. num. 3. Inst.de inoff.Pereg.de fideicom.artic.38.num.5. De vtraque demum Bald.in d. Auth. nouissima, num.2.Crasi.in d.§.hæreditas q.8.num.3.Et simpliciter loquentes Ant. de Ros. de succ. ab int. d. nu.240.vers.tertio,Fabia.in d. Auth. nouissima, num.231.Rub.in l.pater filium.14.num. 119.ff. de inoff.test.Crauet.in l.in quartam 90. num. 50. vers.secundo,ex his ff.ad leg. Falc. Gratia. discep. for. cap.178.num.4. adeo, vt accrescat ei etiã inuito, sicuti dicemus in octauo cap.q.5.nu. 12.

Nec enim potest acceptare legitimã,& residuum hæreditatis respuere, vt ostendemus in 9.cap.q.24.num. 32.& seqq.

Cur autem legatario, vel fideicommissario non idem sit tributum beneficium, quod hæredi rei certæ indulgetur, si quæramus, pu-
9 to rationem † ex diuersa vi verborũ prouenire: nam, licet hæc verba, hæres esto, vel instituo, vel facio hæredem, sui natura importent totius hæreditatis dationem, vt diximus in hoc cap.q.7.num.8. non tamen idem important verba, do, lego, aut similia, quippe, quæ simpliciter, & sine adiuncto prolata non referuntur ad hæreditatem, sed inutilem reddunt dispositionem, tamquam factam sine expressione rei, quæ data intelligatur. l. Titia. 35.in prin.ff.de leg.secundo,l.cum post.70.§.gener. ff.de iur. dot. Hinc prouenit differentia, quæ est inter particularem institutionem, & legatum, aut fideicommissum particulare: nam, cum testator ait, instituo, seu facio hæredem Titium in tali fundo, siue, Titius ex tali fundo hæres est, si rei adiectio tollatur, manet simplex dispositio, quæ sui natura totius hæreditatis dationem operatur, secundum ea, quę diximus in hoc cap.q.7.num.8. At, cum legat fundum, si tollamus mentionem fundi, dispositio manet sine re, quippe, quæ tacitè non potest intelligi ex natura verbi, vt supra dictum est. Nil mirum igitur si hæredi particulari, quasi simpliciter instituto tota deferatur hæreditas, non etiam legatario particulari. Subest enim in hærede dispositionis, siue institutionis fundamentum, quod alioquin in legatario deest.

Hinc infertur primo, si testator alicui leget vsumfructum, vel vnius rei, vel etiam omnium bonorum, non futurum illum hæredẽ vniuersalem, siue alius institutus non sit, siue institutus defecerit, quia legatum vsusfructus
10 non trahitur ad totam hæreditatem, † vt scribit Caroc.decis.80.num. 6. & patebit ex iis, quæ dicemus in hoc cap. quæst. 16. cum simplex legatum ius accrescendi non habeat, vt scribit Soc.Sen.cons.75.num.4.vol. 3. & patet ex iis, quæ diximus supra num.1. & seqq.

Secũdo infertur, si testator vni instituat in decẽ, alteri verò leget mille, deficiente vniuersali totã hæreditatẽ non habẽti mille, sed
11 habenti decem accrescere, † quia hæreditas non accrescit legatario, sed hæredi particulari, etiam si fuerit in minore summa institutus, secundum receptiorem sententiam, quam probauimus in hoc cap.quæst.9.num. 62. reprobata Baldi contrarium sentientis opinione.

Planè interdum etiam ad legatarium, vel fideicommissarium tota pertinet hæreditas instituto deficiente: nam, si hæres scriptus ob prohibitam à testatore Falcidiam nolit

adire

adite hæreditatem, permittitur legatarijs, &
12 fideicommissarijs, vt eam adire possint † §. *si verò expressim Auth. de hæred. & Falc. coll. 1. Auth. sed, cum testator C. ad l. Falc.* quemadmodum, &, si hęres ob spretum testatoris preceptum priuetur hæreditate: nã ea addicetur legatarijs, & fideicommissarijs post institutos, & substitutos ex constitutione Iustinia-
13 ni † *in §. si quis autem non implent, Auth. de hęred. & Falc. coll. 1. Auth. hoc amplius C. de fideic.* Sed hæ species singulares sunt, ideoq; ad exemplum non trahendæ *l. quod vero 13. ff. de legib.*

SVMMARIVM.

1 *Dispositio facta verbis ciuilibus in re certa trahitur ad institutionem, & cur, nu.2. Declara, vt num.3.*

4 *Filius, tamquam præteritus potest dicere testamẽtum nullum, si pater instituto extraneo dixerit, volo eum esse contentum, vt filius meus sit institutus in tali fundo.*

5 *Dispositio facta verbis obliquis in re certa non trahitur ad institutionem, sed est simplex legatum, aut fideicommissum.*

6 *Dispositio facta in re certa per verbum, lego, non trahitur ad institutionem,*

7 *Dispositio facta in re certa per verbum, lego, non trahitur ad institutionem, etiamsi non fuerit alius hæres institutus*

8 *Dispositio facta in re certa per verbum, lego, trahitur ad institutionem in persona filij, vel alterius, qui necessario debeat institui, & cur, num. 9. & 10. Sed contra num. 11. & cur, num.13.*

12 *Exhæredatis olim, vt plurimum legabatur.*

14 *Dispositio facta verbis directis non ciuilibus in re certa non trahitur ad institutionem, & cur, num.15.*

16 *Verbis directis, an verò obliquis facta sit dispositio, non refert in relictis particularibus*

17 *Verbum commune adiectum certa res, vel quantitati non trahitur ad institutionem.*

18 *Dispositio facta verbis communibus in re certa non trahitur ad vniuersum.*

19 *Verbum commune adiectum certa rei non trahitur ad institutionem. si alius institutus sit.*

20 *Verbum commune adiectum certa res non trahitur ad institutionem, etiamsi alius in testamento non fuerit institutus*

21 *Verbum commune censetur obliquum, siue obliquam vim habere intelligitur, quoties adijcitur res. vel quantitati certa.*

22 *Verbum commune adiectum rei certa trahitur ad institutionem, in persona filij, vel alterius necessario instituendi, & cur, num. 24. & 25. Sed contra num.26. & cur, num.28.*

23 *Declaratur cap. Raynutius, extra de testa. & nu. 29. & seqq.*

24 *Verba in dubio debent intelligi, secundum qualitatem personę, ad quam referuntur,*

25 *Sententia illa est amplectenda, quę sustinet testamentum, non, quæ illud infirmat, Declara, vt num.46.*

27 *Declaratur §. aliud quoq; capitulum, Auth. vt, cum de app. cogn. coll.8. & num.82. & seq.*

31 *Legitima est relinquenda titulo institutionis, etiã iure canonico*

33 *Legitima de iure Codicis poterat relinqui quoquo titulo, Sed contra num.35.*

37 *Dos est ius vniuersale,*

38 *Dotis legatum, siue relictum trahitur ad institutionem, si fuerit factum filiæ, Sed contra, num.42.*

39 *Filia, cui pater aliquid reliquit pro dote, censetur instituta Sed contra num.43.*

40 *Filius censetur institutus, si simpliciter fuerit ei relictum peculium, Sed contra, num.44.*

47 *Verbum commune adiectum rei certæ, trahitur in persona filij ad institutionem, si alius nõ sit institutus, secus, si institutus, Sed contra, num.48.*

49 *Verba communia, aut alia non ciuilia adiecta rei certa trahuntur ad institutionem si ex verbis, aut coniecturis constet, talem fuisse voluntatẽ testatoris, & cur, num 50.*

51 *Verba communia, vel similia trahuntur ad institutionem, si addantur hæc verba, iure institutionis.*

52 *Verba communia, vel similia non trahuntur ad institutionem in persona extranei, etiamsi addantur illa verba, iure institutionis, & cur, nu. 53. Sed contra, num.54.*

55 *Verba hæc, iure institutionis non differunt ab his, hæredem instituo.*

56 *Verba communia trahuntur ad institutionem in persona filij, si dictum sit, iure substitutionis.*

57 *Verbum, relinquo, trahitur ad institutionem, si dictum sit, iure restitutionis.*

58 *Verbum commune trahitur ad institutionem, si testator in alia parte testamenti declarauerit, se iure institutionis reliquisse.*

59 *Institutionis iure quid fuisse relictum probari potest per duos testes.*

60 *Institutionis titulo fuisse rem relictam potest declarari in codicillis, Sed contra, num.62. & cur, num.63.*

61 *Verba ambigua possunt in codicillis declarari, Intellige, vt num.64.*

65 *Institutionis titulo censetur pater reliquisse, si faciat mentionem de legitima, & cur, num. 81.*

66 *Verbum, commune trahitur ad institutionem, si relicta sit legitima, licet aliqui contrarium senserint, num.77.*

67 *Verbum commune trahitur ad institutionem, si testator dixerit, se relinquere pro legitima licet nonnulli contrarium verius arbitrentur, vt num.78. Declara tamen, vt num.92.*

68 *Verbum commune trahitur ad institutionem, si testator dixerit, se relinquere pro Falcidia, & cur, num.69.*

70 *Falcidia in ijs, quibus legitima debetur, accipitur pro legitima*

71 *Verbum commune trahitur ad institutionem, si pater dixerit, se filio relinquere pro sua parte*

72 *Legitima censetur relicta titulo institutionis, si pater dixerit, se relinquere filio pro sua benedictione, & cur, num.73. Licet nonnulli contrarium censuerint, num.79.*

74 *Legitima censetur relicta titulo institutionis, si pater mediante relicto voluerit filiam, esse contentam pro omni sua legitima, Falcidia, seu parte*

75 *Filius censetur institutus, si mediante relicto iussus sit esse tacitus, & contentus, vel prohibitus, plus petere, & cur, num.76. licet aliqui contrarium tenuerint, num.80.*

84 *Legata, & alia relicta imputantur in legitimam*

Ex-

85 *Expressio eius, quod tacitè inest, nihil operatur.*
86 *Taciti, & expressi non est par virtus in ijs, quę pro forma requiruntur*
87 *Pater, qui scienter pręterit filium, censetur eum tacitè exhaeredare.*
88 *Institutio, vel exhaeredatio filij requiritur pro forma*
89 *Declaratur l. humanitatis. 9. C. de impu. & al. subst.*
90 *Benedictio patris non importat institutionem, vt nec maledictio exhaeredationem, Declara, vt num. 91.*
93 *Pater, qui vnum ex filijs instituit, si subijciat, Item relinquo alteri filio centum, censetur etiã hunc instituisse.*
94 *Dictio, item, est repetitiua qualitatum praecedentium.*
95 *Legitima censitur relicta titulo institutionis, si addita sit clausula, omni meliori modo, & cur, num. 96.*
97 *Testator, si mandauerit testamentum extendi ad dictamen sapientis, potest notarius ex illius dictamine addere hęc verba, iure institutionis, & cur, num. 99. Licet aliqui contra senserint, num. 98.*
100 *Legatum, si fuerit relictum filio addita dictione, &c. poterit notarius addere hae verba, iure institutionis.*
101 *Verbum commune trahitur ad institutionem, si testator per assignationem rerum particularium distribuerit vniuersum patrimonium.*
102 *Verbum, distribuit, importat etiam institutionem*
103 *Verbum, relinquo, prolatũ ab imperito trahitur ad institutionem, & cur, num. 104. Sed contra num. 105.*
106 *Imperitia iuris neminem excusat*
107 *Testamentum minus ritè factum sub praetextu imperitiae non debet sustineri.*
108 *Dispositio facta in re certa verbis, & directis, & obliquis, aut communibus trahitur in persona eiusdem ad institutionem, & cur num. 109.*

Quando dispositio particularis censeatur facta per modum institutionis, quandovè per modum legati, aut fideicommissi.

Qustio Duodecima.

HInc necessariò nobis est dispiciendum, quando dispositio particularis censeatur facta per modum institutionis, quandovè per modum legati, aut fideicommissi: Ita enim intelligemus, quando dempta mentione rei ita habetur ad vniuersum, &, quando non. Constat autem in hac quæstione eosdem esse distinguendos casus, quos retulimus *in hoc cap. q. 4.* scilicet, quia in hoc nihil, aut parum differt dispositio facta in re certa à dispositione facta in quota, *vt dicemus in hoc cap. q. 14. nu. 1.* Quamobrem in hac materia pleriq; de vtraque promiscuè loquuntur, *vti videre est apud Gomez. tom. 1. variar. resol. cap. 10. num. 12. vers. ex quo infertur.* Casus autem, quos ibi retulimus, sunt sex.

Primus, quando dispositio fuit concepta verbis ciuilibus, puta, quia testator dixit, instituo, vel facio hæredem Titium in tali fundo, vel, Titius ex tali fundo hæres esto, Et tũc res nullam prorsus dubitationem habet: Nam certi iuris est, huiusmodi dispositionem censeri factam per modum institutionis, &
1 per consequentias trahi ad vniuersum † *l. Titius. 11. ff. de hæred. inst. Et in specie declarant Bald. in l. humanitatis. 9. num. 55. C. de impub. & al. substit. Ang. cons. 148. num. 5. Castr. in l. nam, quod. 14. § non omnis. num. 3. ff. ad Trebell. Imol. in l. ex facto. 35. num. 12. in fin. ff. de hæred. inst. & in l. mulier. 22. §. vlt. vers. licet secus ff. ad Treb. Crasi. in §. substitutio q. 4. in fi. Author inc. inter cons. vlt. volunt. cons. 88. num. 3. vol. 1. & consil. 103. num. 2. vol. 2. Gomez. d. tom. 1. variar. resol. cap. 10. num. 12. Pereg. de fideicom. artic. 34 num.*
2 *49. vers. in his autem*, quoniam † hæc est vis, & significatio verborum ciuilium, vt importent institutionem, *sicuti demonstrauimus in hoc cap. q. 3. num. 86.* Quamobrem in his terminis accipienda sunt omnia, quæ diximus *in hoc ipso cap q. 7. & 10.*

Sed hæc ita intelligenda sunt, vt proce-
3 dant, † si verba ciuilia referantur ad testatorem, & eius factum denotent, vt, quia dicat, instituo, vel facio hæredem Titium, vel referantur ad vocatum, vt, quia dicat, Titius hæres esto. Caeterùm, si referantur ad alium, vt, quia dicat, facias tibi cohęredem Titium in tali fundo, non trahentur ad institutionẽ, sed tanquam inflexa simplex inducent fideicommissum, *vt ostendimus in hoc cap. q. 3. num. 298. & seqq.* Vnde, si testator extraneum hæredem instituat, deindè subijciat, volo, te esse contentum, vt filius meus sit institutus in tali fundo, censebitur filius præteritus, ideoque testamentum erit ipso iure nullum, quia prædicta verba, tamquam ad hæredem, non ad filium relata non trahũtur ad institutionem,
4 sed ad simplex fideicommissum, † *vt supra dictum est. Ita scribunt Ias. in d. l. quoties. 13. num. 7. vers. secundo limita C. de hæred. inst. Gul. Ben in d. cap. Raynutius, in verb. in eodem testamento relinquens primo num. 41.*

Secundus verò casus est, quando particularis dispositio fuit concepta verbis precatijs, siue obliquis, puta, quia testator dixit, volo Titio restitui fundum, Et tunc similiter res caret dubio: nam certum est, dispositionem non censeri factam per modum institutionis, sed per modum legati, aut fideicommissi, & per consequentias non trahi ad vniuersum
5 † *secundum ea, quæ diximus in q. praeced. num. 1. & seqq. quippe, quæ in his terminis procedunt. Ita scribunt Bart. in l. cogi. 16. in prin. num. 3. ff. ad Treb. Ang. cons. 83. num. 2. Alex in l. nam, quod 14. §. non omnis, nu. 6. ff. ad Treb. Gomez. d. tom. 1. variar. resol. cap. 10. num. 12. Auth. incert. inter cons. vlt. volunt. cons. 88. num. 13. vol. 1. & cons. 103. num. 29. vol. 2. Crauet. in rub. ff. de leg. primo, num. 68. Menoch. de præsumpt. lib. 4. præsumpt. 20. num. 4. Peregr. de fideicom. artic. 5. num. 36.*

Hinc infertur, si testator rem certam alicui relinquat per verbum, lego, quod est obliquum, *vt ostendimus in hoc cap. q. 3. num. 167.*

cen-

censeri per modum legati, non per modum
institutionis disposuisse, quia verbum, lego,
adiectum certæ rei nõ trahitur ad institutio-
nem, sed denotat simplex legatum, aut fidei-
6 commissum, † *vt patet ex omnibus locis, quos
retulimus in d.q.3.num.165.& seq. Et in specie
declarant Soc. Iun. in rub. ff. de leg. primo, nu. 112.
Roll. cons. 34. nu. 19. vol 4. Crasi. in §. institutio.
q. 15. num. 1. vbi ait, in hoc omnes concordare,
Menoch. d. lib. 4. præs. 20. num.* 4. siue alius hæ-
7 res vniuersalis institutus sit, siue non, † *vt
declarat Soc. Iun. in dict. rubr. ff. de leg. primo,
num. 112.*

Sed hæc sine dubio procedũt in extraneo.
Coeterùm in filio, qui necessariò debet in-
stitui, magna est controuersia, an verbum,
lego, adiectum certæ rei, vel quantitati tra-
hatur ad institutionem: Nam plerique cen-
8 suerunt, trahi, *vt Thes. decis. 58. num. 8. & seqq.
vbi Thes. Iun. in addit. subijcit, ita solere Senatum
obseruare, & ita sæpiùs iudicatum esse, quod cer-
tè meis temporibus non contingeret, per ea, quæ
dixi in 6. cap. q. 15. num. 73. Eiusdem sententiæ
videtur fuisse Bald. in l. fin. num. 11. C. fam. ercis.
licet de quota loquatur.* Huius autem opinio-
nis duo præcipua sunt fundamenta.

9 Primùm, quia, † quoties verba sunt ambi-
gua, debemus eam sumere interpretationem
quæ sustinet, non, quæ infirmat testamentum
l. si pars. 10. ff. de inoffic. Sed in specie proposita
verba sunt ambigua, quia verbum, lego, ita
potest ad institutionem, vt ad simplex legatũ
referri *l. verbis legis. 120. ff. de verb. sign. & patet
ex ijs, quæ diximus in eadem q. 3. num. 151.* Ergo
in persona filij debet referri ad institutionem
quæ sustinet testamentum, non autem ad
simplex legatum, quod testamentum reddit
nullum.

10 Secundum fundamentum est, quia † in
particularibus verbũ, lego, & verbum, relin-
quo, æquiparantur, *vt scribit Ceph. in d. l. centu-
rio, num. 773.* Nulla enim in ijs est differentia
inter verba obliqua, & cõmunia, seu directa
non ciuilia, *vt declarat Pereg. de fideic. artic. 34.
num. 54. & patebit ex ijs, quę dicemus infra nu.
15. & 16.* Sed verbum, relinquo, adiectũ certę
rei in persona filij, vel alterius necessariò in-
stituendi, denotat institutionem, *ex sententia
multorum quos referemus infra num. 22.* Ergo,
& verbum, lego.

Sed his non obstantibus contraria senten-
tia verior est, & receptior, scilicet, etiam in fi-
lio, vel alio qui necessariò debeat institui,
verbum, lego, adiectum certæ rei non trahi
ad institutionem, sed simplex legatum deno-
tare, eaq; ratione nullum reddere testamen-
11 tum † *Ita enim scripserunt Soc. Iun. in rub. ff.
de leg. primo, num. 83. vers. Aliquando, & 3. &
num. 113. vbi subiicit, id procedere, etiam iure ca-
nonico. Men. de præs. lib. 4. pręs. 20. num. 9 Idipsũ
censuit Nat. in l. hac consultissima. 21. §. ex imper-
fecto, num. 112. C. de testam. dum ait, verbum, le-
go, etiam ad vniuersitatem bonorum relatum a
patre non trahi ad institutionem. Et videtur etiã
sensisse Alcia. in d. l. centurio, num. 72. vers. Ego
tamen dubito, dum ait, verbum, lego non trahi ad
institutionem, etiamsi tractetur de fauore susti-
nendi testamenti.* Quod præter id, quod ex in-
numeris iuris locis constat, verbum, lego etiã
ad filij personam relatum denotare legatũ,
non institutionem, ideoq; veteres prudentes
supponunt, filium, cui simplex legatum reli-
12 ctum est, fuisse a patre exeredatum, † *vti vide-
re est in l. cum quidam. 19. ff. de lib. & posth. l. 1. §.
per contrarium ff. de dot. præleg. l. cum vnus. 10.
§. fin. ff. de alim leg.* conuincitur etiam hac ra-
13 tione, quia, † si verbum, lego, in persona filij
denotaret institutionem, frustra diceremus,
pro validitate testamenti requiri, vt legitima
relinquatur filio titulo institutionis, non autẽ
sufficere, si fuerit relicta titulo legati § *aliud
quoq. capitulum, Auth. vt, cum de app. cogn. coll.
8. & nos diximus in q. præced. num. 4.* quia sem-
per censeretur relicta titulo institutionis: Nã,
aut fuit relicta verbo ciuili, Et certum est,
censeri relictam titulo institutionis, non au-
tem titulo legati, *vt patet ex ijs, quæ diximus
supra num. 1.* aut verò fuit relicta verbo com-
muni puta verbo, relinquo, Et (secundum
eos) non censebitur etiam relicta titulo le-
gati, sed titulo institutionis, *vt referemus infra
num. 22.* aut deniq; fuit relicta verbo, lego,
quo potissimum legata relinquuntur, Et ne
hoc quidem casu censeretur ex eorum sen-
tentia relicta titulo legati, sed titulo institu-
tionis. Nunquam igitur censebitur relicta ti-
tulo legati, & consequenter numquam dabi-
tur casus, quo nullum sit testamentum, ideo,
quia legitima fuerit relicta titulo legati, non
autem titulo institutionis, prout est necessa-
rium, & tamen regula prædicta supponit dari
casum, ne alioquin sit inutilis, & frustratoria.
Ergo, si datur, tunc potissimum dari intelligi-
tur, cum legitima fuit relicta per verbum, le-
go, quippe, quo legata, non institutiones dari
consueuerunt, *vt patet ex ijs locis, quos retuli-
mus in hoc cap. q. 3. num. 165. & seq.*

Neq; obstant contraria: Ad primum enim
respondeo, id procedere, quoties verba sunt
ambigua; Verbum autem, lego, non esse am-
biguum, sed certũ, quia vi sua denotat lega-
tum, non institutionem *vt diximus in eadem
q. 3. num. 156 & seq.* ideoq. non relinquere in-
terpretationi locum.

Ad secundum verò respondeo, Primo ne-
gando maiorem, quia verbum relinquo, tã-
quam commune potentius est, quam verbũ,
lego, faciliusq; quam illud, trahitur ad insti-
tutionem, *vt patet ex ijs, quę diximus in hoc cap.
q. 4. num. 45.*

Secundo respondeo, negando minorem:
nam verior, & receptior est sententia existi-
mantium, verbum, relinquo, adiectum certæ
rei ne in persona quidem filij trahi ad insti-
tutionem, *vt ostendemus infra num. 26. & seqq.*

Tertius casus est, quando particularis dis-
positio fuit concepta verbis directis non ci-
uilibus, Et in hoc etiam casu certũ est, dispo-
sitionem non trahi ad institutionem, sed sim-
plex legatum, aut fideicommissum denota-
14 re, † *vt scribunt Bart. in d. l. centurio, num. 35.
vers. Idemq; dicerem, & ibi Alcia. num. 98. Bald.
in d. l. humanitatis. 9. num. 55. vers. vnde C. de
impub. & al. subst. & in l. quoties. 10. num. 3. C.
fam. ercis. Pereg. de fideic. d. artic. 34. nu. 55. vers.
15 ratio,* quia † verba directa non ciuilia, quan-
tum ad institutionem, vel substitutionem di-
rectã reputantur pro obliquis, *vt ostendemus
in hoc cap. q. 14. in 3. casu.* Quamobrem dici-
mus in relictis particularibus, non referre,
Vtrum

verum diſpoſitio fiat verbis directis, an verò
16 obliquis † *l. 2. in prin. & ibi Bart. num. 2. verſ.*
In legatis C. commu. de lega. Bart. in d. l. centurio,
num. 18. verſ. ſi vero ſubſtituit, & ibi Galiau. nu.
324. Rip. num. 97. Alcia. num. 98. Ceph. nu. 714.
783. & 827. Alex. conſ. 45. num. 9. verſ. ex prædi-
ctis, uol. 1. Ceph. conſil. 411. num. 16. Surd. conſil.
229. num. 11. Pereg. de fideicom. d. artic. 34.
num. 54.

Planè, ſi ex verbis, aut coniecturis conſtet,
teſtatorem voluiſſe hæredem inſtituere, ma-
gis eſt, vt etiam verba non ciuilia trahantur
ad inſtitutionem, ſicuti latè oſtendemus *in*
caſu ſeq. num. 49. & ſeqq. vbi limitationes om-
nes communiter afferemus.

Quartus caſus eſt, quando particularis di-
ſpoſitio fuit concepta verbis communibus,
puta, quia teſtator dixit, relinquo Titio fun-
dum, Et in hoc pariter caſu receptum eſt, ta-
lem diſpoſitionem non cenſeri factam per
modum inſtitutionis, ſed per modum legati,
aut fideicommiſſi, quia verbum commune
adiectum certæ rei, vel quantitati nunquam
17 trahitur ad inſtitutionem † *l. cogi. 16. in prin.*
verſ. & generaliter, & ibi Bart. num. 3. Ang. nu.
2. ff. ad Treb. l. Seio 20. §. Tyrannæ ff. de fund.
inſtr. l. Pamphilo. 37. §. propoſitum eſt ff. de leg.
tertio, Et ſcribunt Bart. in d. l. centurio, num. 34.
& 49. verſ. Nec obſtat, & ibi Alex. num. 89.
Galiau. num. 433. & 436. vbi teſtatur, hanc eſſe
communem, Rip. num. 152. Ceph. num. 715. Bart.
in l. illa inſtitutio 32. num. 3. & ibi Alex. in addi.
in lit. C. ff. de hæred. inſt. Bart. in l. his verbis. 48.
in prin. num. 2. verſ. In contrarium eſt veritas ff.
eod. Bald. in l. humanitatis 9. num. 55. & ibi Alex.
num 2. C. de impub. & al. ſubſt. Bald. in d. l. quo-
ties 10. num. 3. C famil. erciſ. Ang. in l. quoties 13.
num. 1. verſ. tertio fallit C. de hæred. inſt. Caſtr. in
l. 1. in prin. num. 13 ff. ad leg. Falc. Roman. conſ.
179. num. 9. & 10. verſ. Nec refragatur, & conſ.
200. num. 1. Ang. de Gambel. conſ. 80. num. 8.
verſ. Quoad quartum, Alex. in l. 1 num. 2. verſic.
& Imol ff. de uulg. & in l. nam quod. 14. §. non
omnis, num. 6. ff. ad Treb. & conſ. 105. num. 3.
volum. 4. Iaſ. in Auth. nouiſſima, num. 33. & ibi
Fabia. num. 197. C. de inoffic. teſtam. Iaſ. in rub. ff.
ſolut. matrim. num. 31. Corn. conſ. 101. num. 6.
volum. 1. Ruin. conſ. 190 num. 5. vol. 2. & conſil.
12. num. 13. volum. 3. Rip. reſp. 129. nu. 9. Alcia.
conſ. 138. num. 6. lib. 5. Ceph. conſ. 411. num. 20.
Natt. conſ. 68. num. 4. Auth. incert. inter conſ. vlt.
volunt. conſ. 88. num. 6. & 13. vol. 1. Couar. in
cap. Raynutius. §. 1. num. 5. extr. de teſtam. Em. à
Coſta in cap. ſi pater, part. 1. in verb. bonis ſuis,
num. 14. de teſta. in 6. Craſ. in §. ſubſtitutio. q. 4.
in fin. & in §. inſtitutio q. 14. num. 2. vbi teſtatur,
hanc opinionem eſſe communiter approbatam,
& num. 6. Mago. deciſ. Luc. 32. num. 18. Menoc.
conſ. 483. num. 6. & 7. de præſ. lib. 4. præſ. 20. num.
4. Surd. conſ. 229. num. 6. Caroc. deci. 80. num. 24.
18 & per conſequentias nec ad vniuerſum, † *vt*
ſcribunt Caſtr. in d. l. nam, quod 14. § non omnis,
num. 3. ff. ad Treb. Imol. in l. ex facto. 35. num.
12. in fin. ff. de hæred. Inſtit. Incert. inter conſ. vlt.
volunt. conſ. 203. num. 23. & 29. uol. 2. Mago.
deciſ. Flor. 34. num. 15. Pereg. de fideicom. d. artic.
34. num. 55. verſ. Ratio, Menoch. d. conſ. 483. nu.
6. ſiue alius inſtitutus ſit hæres vniuerſalis,
quo caſu res minorem habet dubitationem,
19 † *vt videre eſt apud Caſtr. in l. vlt. num. 3. C. de*
ſacr. Eccl. Alex. conſ. 50. num. 8. vol. 7. Pereg. de
fideic. artic. 5. num. 43. ſiue etiam non inſtitu-
20 tus, † *vt conſtat ex l. Lucius. 90. § filiam ff. de*
leg. ſecundo, l. Pamphilo 37. § propoſitum eſt ff. de
leg. tertio, Et ſcribunt Galiau. in d. l. centurio, nu.
433. & 436. Mago. deciſ Luc. 32. num. 18. Pereg.
de fideicom. d. artic. 34. num. 55. verſ. Ratio: Cen-
ſetur enim obliquum, ſiue obliquam vim ha-
bere quoties adijcitur certæ rei, vel quantita-
21 ti, † *vt declarant Bald. in d. l. illa inſtitutio 32.*
col. 2. verſ. in ea glo. ſtatute, & ibi Imol. num. 8.
ff. de hæred. inſtit. Bald. in l. fin. num. 10. C. fam.
erciſ. & in Auth. vnde, ſi parens num. 4. verſ. ſecus
C. de inoffic. teſta. Ang. in d. l. cogi. 16. in prin verſ.
& generaliter num. 2. ff. ad Trebel. Rip. in dict.
l. centurio, num. 186. Alcia. conſil. 44. num. 45.
lib. 9.

Sed hæc ſine dubio procedunt, quoties agi
mus de extraneo, id eſt, eo, qui neceſſariò non
eſt inſtituendus, vel exhæredandus. Coete-
rùm, quoties agimus de filio, vel alio, qui ne-
ceſſariò debeat inſtitui, vt valeat teſtamen-
tum, magna ſolet eſſe controuerſia, an ver-
bum commune, vt verbum, relinquo, aut
aliud ſimile adiectum certæ rei, vel quantita-
ti trahatur ad inſtitutionem, an verò deno-
tet ſimplex legatum, aut fideicommiſſum:
Nam pleríque cenſuerunt, trahi ad inſtitu-
22 tionem, † *vt Alex. conſ. 12. num. 20. verſic. uel*
ſecundum, vol. 3. vbi ait, hoc habere magnā æqui-
tatem, quia multi ſunt, qui non intelligunt, an
verbum, relinquo, vim habeat inſtitutionis. Idem
Alex. conſ. 105. num. 18. & 19. uolum. 4. Rip. in
l. in quartam 90. num. 142 ff. ad leg. Falc. Fabia.
in d. Auth. nouiſſima, num. 200. C. de inoffic. teſta.
Nat. in l. hac conſultiſſima. 21 § ex imperfecto, nu.
117. C. de teſta. Burſat. conſ. 174. num. 19. volum.
2. vbi teſtatur, hanc eſſe communem, Mantic. de
coniect. vlt. volunt. lib. 4. tit. 3. num. 28. Theſaur.
deciſ. 58. num. 10. Mouentur autem, vt ita ſen-
tiant

Primo ex *cap. Raynutius. extr. de teſtam.* vbi,
23 † cum teſtator ſimpliciter reliquiſſet filiæ cer-
tam quantitatem, ſupponit Sum. Pont. teſta-
mentum fuiſſe validum. Atqui hoc eſſe non
potuiſſet, niſi filia fuiſſet inſtituta. Ergo per
illa verba cenſetur facta inſtitutio.

Secundo mouentur, quia verba in dubio
debent intelligi ſecūdum qualitatem perſo-
24 næ, ad quam referuntur † *l. plenum. 12. §. equi-*
tij ff. de vſu, & habit. Sed qualitas filij, ad quē
verba referuntur, importat titulum inſtitutio-
nis, vtpotè, quo legitima neceſſariò debet ei
relinqui, *vt oſtendimus in q. præced. nu. 4.* Ergo
de huiuſmodi titulo, & iure debent intelligi
verba communia, & ſic dubia, quæ à teſtato-
re expreſſa ſunt.

Tertio mouētur, quia in dubio illa eſt am-
plectenda ſententia, quæ fauet teſtamento,
& ſic, quæ illud ſuſtinet, non, quæ infirmat,
25 † *l. ſi pars. 10 ff. de inoffic. teſta.* Sed, ſi diceremus,
verbum commune referri ad legatum, teſta-
mentum corrueret, quia filius, tamquam præ-
teritus diceret nullum teſtamentum *l. 1. ff. de*
iniu. rupt. l. ſi filius. 7. ff. de lib. & poſth. tit. Inſtit.
de exh. lib. in prin. Contra verò, ſi dicamus re-
ferri ad inſtitutionem, teſtamentum ſuſtine-
bitur, cum filius etiam in re certa, & minima
inſtitutus illud impugnare nequeat, §. *coete-*
rùm, verſ. hac autem diſpoſitione, Auth. vt, cum
de

de app.cogn.coll.8. & nos diximus in hoc cap.q. 9.
num. 48. Ergo debemus hanc potiùs, quam
illam amplecti sententiam. *Ita arguit Alex.d.*
conf.17.num.20.verf.vel secundum,vol.3.

His tamen non obstantibus verius, & receptius est, verbum cõmune adiectum certæ
rei,vel quantitati,ne in persona quidem filij,
vel alterius, qui necessaariò sit instituendus,
trahi ad institutionem,sed denotare simplex
26 legatum,aut fideicommissum. † *Ita enim cen-*
suerunt Bart.in d.l.his verbis.48.in prin.num.2.
verf. In contrarium est veritas, & ibi Ang.nu.1.
ff.de hæred.inst.Bald.in d. Auth. vnde,si parens,
num.4.verf.secus C. de inoff. testa. & in d.l. fin.
num.10. C.fam.ercif. Castr.in d.l.vlt.num.3.C.
de facr. Eccl. Alex.in d. l.nam, quod. 14. §. non
omnis,num.6.vbi ita communiter teneri,& nu.7.
verf. sed prima, vbi ait, hanc esse magis tutam, &
tenendam ff.ad Treb.& in d.l.humanitatis 9. nu.
2. C.de impub. & al.subst. & conf.70. num. 6.
& 10.verf. Non obstat, & verf. prima est, vol.2.
Soc.Sen.conf. 66. num.9. volum. 3. Galiau.in d.
l centurio,num.436. Cagn.in Auth.ex causa,nu.
4.C. de lib. præt. vbi testatur, hanc esse communẽ
scribentium sententiam.Couar.in d.cap. Raynu-
tius,§.1. num. 5. Em. a Costa in d. cap. si pater,
part.1.in verb.bonis suis, num. 14. Mantic.de
con.vltim.vol.lib.4.tit. 3.num.23. Craff. in d.§.
institutio q.14.num.7.vbi testatur, hanc esse ma-
gis communem, & veriorem opinionem, quam
etiamsi verbum relinquo fuerit adiectum quo-
tæ hæreditatis in persona filij procedere censuerũt
Couar.in d.cap. Raynutius,§.1.nu.5. & Adden.
ad Magon. decis. Luc.32. sub num. 17.in verb.
institutionem hæredis,in lit. G. Probatur autem
hæc sententia

Primo ex §. *aliud quoq; capitulum, Auth.vt,*
27 *cum de app.cogn. coll.8* vbi † Iustinianus constituit,non sufficere filio relinquere legitimã,
nisi relinquatur titulo institutionis. Ergo
simplex relictum non trahitur ad institutionem. *Ita arguunt Bart. in d. l.his verbis.48.in*
prin.num.2. verf. In contrarium est veritas ff.de
hæred.inst.Alex.in d. l. nam, quod 14.§.non om-
nis,num.6. ff.ad.Treb.

28 Secundo probatur, quia † forma debet
impleri specificè, non autem per æquipollẽs
l. qui hæredi. 44. in prin. & l. Moeuius 54.ff.
de cond & dem. Sed, vt filius debeat institui,
requiritur pro forma testamenti *l.inter cætera*
30.ff.de lib. & posth. tit. Inst. de exh. lib. inprin.
Ergo debet specialiter institui,non autem per
simplex relictum, quasi per æquipollens vocari. *Ita sensit Alex. in d.§. non omnis, num. 7.*
verf. sed prima.

Neq; obstant cõtraria: Ad primum enim
respondent nostri multipliciter, & primo,
quod dicimus,verbum, relinquo, nõ importare institutionẽ,intelligi de iure ciuili, secus
29 verò de æquitate canonica,† *vt in d.cap.Ray-*
nutius.Ita respondet Alex.in d. §.non omnis,nu.
7.verf.sed prima, quod etiam probauit in d.conf.
115. num. 19. vol. 4. & sequuntur Fabia. in d.
Auth.nouissima,num.200.verf. Adde insuper,&
Grau.in d.rubr. ff.de leg.primo,num.74.

Sed hæc responsio,nec ijsipsis visa est tuta,
vti videre est apud Alex.in d. §.non omnis, nu.7.
*verf.tamen præcedentes,*nec mihi videtur vera,
30 † *vt nec Couar.in d.cap. Raynutius §.1. num.5.*
quia non est interius ciuile, & canonicum
inducenda differentia,nisi quibus casibus expressim inducta reperitur *cap. cum expediat,*
De elect.in 6.& in his terminis considerant Iaf.in
d. Auth.nouissima, num.32. C.de inoff.testa.Soc.
*Iun.in d.rub.ff.de leg.primo,num.113.*cuiusmodi non est casus de quo loquimur. Quamobrem, vt iure ciuili legitima debet relinqui
31 titulo institutionis, ita & iure canonico, † sicuti verior, & receptior est sententia, *de qua*
videre est apud Iaf.in d. Auth. nouissima nu. 31.
Duran.de art.test.tit.3.caut.1.num. 1. vbi testa-
tur,hanc esse magis communem.

Secundo igitur respondent *cap.Raynutius,*
32 loqui † inspecto iure Codicis, quo legitima
33 poterat,quoquo titulo relinqui † *l.omnimodo.*
30.in prin.C.de inoff. testa. Ita respondet Alex.
in d.l. nam, quod. 14.§. non omnis, num.7. verf.
Non obstant ff.ad Treb.

Sed neq; hæc responsio est admittenda,
34 † Primo, quia verius est, filium omni iure, &
sic etiam iure Codicis debuisse institui, aut
nominatim exhæredari pro validitate testa-
35 menti † *l. maximum vitium. 4. C. de lib. præt.*
ideoq; satis non fuisse legitimam ei relinquere titulo legati, vel fideicommissi, nisi hoc
fieret in persona exhæredati, aut eius,qui pro
exhæredato habetur,ad hoc, vt a querela excluderetur, *secundum ea, quæ diximus in 6. cap.*
q.30.num.19.Et in specie declarat Vigl. in §.vlt.
num.2.Inst.de inoff.

Secundo verò dato etiam, quod eo iure
potuerit relinqui quoquo titulo,quia tamen
nouella Iustiniani constitutione fuerat (secundum eos) ius illud correctum, & iterum
inductum, vt deberet relinqui titulo institutionis *in d.§ aliud quoq; capitulum, Auth.vt,cũ*
de app.cogn.coll.8. & talis dispositio vigebat,
quo tempore lata est decretalis *Raynutius,*
verisimile non est, Summ. Pont. voluisse ad
ius correctum respicere omisso eo,quod tunc
temporis obtinebat.

Hinc igitur alij tertiò respondent, ideo ibi
36 filiam censeri institutam, quia † fuerat ei re-
37 licta dos, quæ est ius vniuersale † *l. quod dici-*
citur 5.in prin. ff.de impen.in reb.dot.fact.l. 1.in
fin.prin. ff. de dot. prælег. & verbum, relinquo
adiectum vniuersitati trahitur ad institutionc,*vt diximus in hoc cap.q.4 num. 67. Ita respõ-*
dent Iaf.in rub. ff. sol.matr.nu.32.in fi.Soc. Iun.
in d.rub. ff.de leg.primo,num. 114. Nat. in d. l.
hac consultissima. 21. §.ex imperfecto,num.115.
*C.de testam.*Qua ratione plerіq; more generaliter tradiderunt, dotis legatum, siue relictũ
38 factum filiæ trahi ad institutionem, † *vti de*
legato videre est apud Soc. Iun.in d.rub. ff.de leg.
primo,nu. 76. verf.2. De relicto verò apud Alex.
conf.17 num.20.vol.3.Iaf.in d.rubr. ff.sol.matr.
num.31.Gul.Ben.in d.cap. Raynutius,in verb.in
eodem testamento relinquens primo,num. 4. verf.
& est casus, Parif. in addit. ad Bart. in d.l. his
verbis.48. in prin.in verb. si testator ff. de hæred.
instit. Soc. Iun.in d. rub. ff.de leg.primo,nu.114.
& ibi Grau.num.74. Mantic.de con. vlt.vol.lib.
4.tit.3.num.3.& 25.Thes.d.decis.58.num.9. Et
filiam,cui pro dote fuit aliquid relictum, cen-
39 seri institutam, † *vti videre est apud Alex in*
addit.ad Bart.in Auth.vnde,si parens,in lit.A.
C. de inoff.test.& conf.106.num.18.vol.4.Cagn.
in d. Auth.ex causa, num. 64.verf. Non videtur
C.de lib. præt. Nam, & simili ratione dicunt
alij,

alij. censeri filium institutum, si fuerit ei reli-
ctum peculium, quippe, quod est vniuersi-
40 tas † *l. quæsitum.31.in prin. & l. peculium nasci-
tur 41.ff.de pecul. Ita enim scribūt Ias.in d. Auth.
nouissima num.24.vers.Sexto limita C. de inoffic.
testa.Gul.Ben.in d.cap. Raynutius.in verb. in eo-
dem testamento relinquens primo,num.4. Ruin.
cons.17.num.3.vol.2.Mantic.de coniec.vlt.vol.
lib.4.tit.5.num. 24.*

Verùm hæc sententia mihi videtur à verò
41 aliena, † quia, si simplex dotis relictum tra-
heretur ad institutionem, non esset in perso-
na filiæ, cui dos fuit relicta, necessaria ex-
hæredatio ad sustinendum testamētum, quia
tamquam instituta non posset illud impugna-
re. *§. coeterùm, Auth. vt cum de app. cogn. coll.* 8.
Atqui necessaria est exhæredatio, *vt patet ex
l. cum vnus*. 10. §. *ult. ff. de alim.leg*. Ergo non
trahitur ad institutionem. Et ita in specie
filiæ, cui dos fuit simpliciter relicta, vt non
42 censeatur instituta † scripserunt *Alex.cons.*150.
*num.8.vers. Nec ad hoc obstat, volum. 2. Ias.in
d. Auth.nouissima.num. 33. vers. Item in quan-
tum, Ruin.d.consil.17.num.9.uol.2.Vinc. Salu.
in d.rub.ff.solut. matrim.num. 134. vbi in specie
reprobat supradictam responsionem*. Quemad-
modum, &, si quid fuerit ei relictum pro do-
43 te, † *vt apud Alex.cons.70.num. 6. vbi testatur,
hanc opinionem magis communiter approbari, &
num.8.uol.2. Gul.Ben.in d.cap.Raynutius,in
uerb. in eodem testamento relinquens primo num.
56.uers.quod autem, & in fin. & nu.57.Soc. Sen.
cons.75.num.4. uol. 3.*

Nec obstat, quod verbum commune ad-
iectum vniuersitati referatur ad institutionē,
quia debet hoc intelligi, si tractemus de ea
vniuersitate, quæ defuncti personam repre-
sentat, cuiusmodi est hæreditas, secus verò,
si de alijs vniuersitatibus, puta grege, pecu-
lio, dote, & similibus; Sunt enim hę potiùs
facti, quam iuris vniuersitates. *Ita respon-
dent Ruin.d.cons.17.num.9.vol.2.Vinc. Salu. in
d. rub. ff.sol.matr.num.*134. Vnde, licet pecu-
lium relinquatur filio, non tamen is cense-
44 bitur institutus, † *vt in specie declarat Alexā. d.
cons 150.num.8 uers. Nec ad hoc obstat, uol. 2.*
quia peculium, nō est vniuersitas repręsenta-
tiua, & sic vniuersitas iuris, sed facti, *secundū
ea, quæ supra diximus.*

Quamobrem veriùs est, illa verba, *in eodem
testamento relinquens*, quæ leguntur *in d. cap.
45 Raynutius*, non esse † testatoris, sed Summ.
Pont. qui non expressit, quo titulo fuerit fa-
ctum relictum, sed simpliciter dixit, fuisse
relictam quantitatem, quæ verba in legibus
prolata possunt secundum subiectam mate-
riam, etiam ad institutionem referri, quippe,
quæ, & ipsa dicitur relinqui, & relicti verbo
continetur, *vt patet ex locis, quos retulimus in
hoc cap.q.3.num.* 171. Quamobrem & ad eam
ibi referri debent, propterea, quod supponen-
di sunt termini habiles, & sic supponen-
dum est, testatorem reliquisse eo modo, quo
debuit, ad hoc, vt validè testatus intelliga-
tur. *Ita declarat ibi glo. in verb. relinquens, &
post eam Alex.in d.l.nam, quod 14. §. non om-
nis, num.7.uers.Non obstat ff.ad Trebell. & Soc.
Iun. in d. rub. ff. de leg. primo, num.*113.*uers. &
vbi contrarium*. Ideo autem Summ.Pont. ibi
de institutione mentionem non fecit, quia,
cum nō disputaretur de titulo, sed de alijs iu-
ris articulis, qui testamenti validitatem sup-
ponebant, non fuit ei necesse dicere, relictam
fuisse filiæ quantitatem titulo institutionis,
sed satis ei fuit, id proponere, quod erat in cō-
trouersia, quia sola illius propositio suppo-
nebat validitatem testamenti, quæ sine insti-
tutione filiæ esse non potuit. *Ita respondet
Soc. Iun. in d.rub.ff.de leg.primo,num.*100.*uers.
Dico ergo.*

Ad secundum verò respondeo, personam
filij importare titulum institutionis, quoad
iuris necessitatem, sed non quoad facti sub-
stantiam: Non enim ex eo, quod debet in-
stitui, sequitur, eum censeri institutum, nisi
exprimantur verba, quæ sui natura institutio-
nem importent, cuiusmodi non sunt verba
communia, *vt supra dictum est*. Alioquin
enim frustra diceremus legitimam debere re-
linqui titulo institutionis, non autem alio re-
licti titulo, si persona filij operaretur, vt sim-
plex relictū cēseretur factū iure institutionis.

Ad tertium denique respondeo, procede-
46 re, † si verba sint ambigua, ita, vt eam possint
interpretationem recipere, quæ fauet testa-
mento. Coeterùm, si talia non sint, vt non
sunt verba communia adiecta certæ rei, ma-
gis est, vt eam debeamus sequi sententiam,
quæ significationi verborum inhæret *l. non
aliter.67.in prin.ff.de leg.* 3.

Non distinguo autem, vtrum alius institu-
tus sit, necne, quasi priore casu non trahatur
ad institutionem, etiam in persona filij, po-
47 steriore verò contra, † *Quomodo distinguit
Thes.d.decis.58.num.4.ubi ait, hanc esse commu-
nem*, quia imo veriùs, & receptiùs est proce-
48 dere indistinctè; † Nam verbum commune
adiectum certæ rei nunquam trahitur ad in-
stitutionem, siue alius institutus sit, siue non,
vt patet ex locis, quos retulimus supra num. 17.
& seqq. Idque procedit etiam in filijs, *vt con-
stat ex d.l.Lucius* 90. §. *filiam ff.de leg.secundo,
qua de filia loquitur, & ita intelligunt omnes,
quos retulimus supra nu.*26.

Plane, si constet, vel ex verbis, vel ex con-
iecturis, aut præsumpta mente testatoris, eum
de institutione sensisse, dubium non erit, quin
particularis dispositio, tametsi verbo, relin-
quo, aut lego, aut alio communi, vel obli-
quo, aut directo non ciuili (nec enim inter
hęc constituo differentiam) facta ad institu-
49 tionem referatur. † *Ita scribunt Ang.cons.*148.
*num.5.Roman.cons.179.num.9.& 10. vers. Nec
refragatur, Alex.in d.l.1.num.2.uers. Negari ta-
men ff. de leg.primo, Gul.Ben. in d.cap.Raynu-
tius, in verb.in eodem testamento relinquens pri-
mo, num.79.Soc.Iun. in d. rubr. ff. de leg. primo,
num.86.Mantic.de coniect.ult.uolunt.lib.4.tit 3.
50 num.23.* Nam, † vbi constat de voluntate te-
statoris, non est habenda ratio verborum, sed
quibuscunque verbis censeri potest facta insti
tutio *l. quoniam indignum 15.C.de testam Et in
specie declarant Mantic. d. lib. 4. tit. 3. num. 1.
Menoch. de præsump.lib.4.præsump. 20. num. 9.
nosque diximus in hoc cap.q.3.num. 7. & seq.* Et
verba etiam obliqua in directa resoluuntur,
si constet testatorem voluisse directam face-
re dispositionem *l.quærebatur.20.ff.de mil.test.
Rub.in l.Gallus.29.§.quidam rectè.nu. 25.uers.
idem est ff.de liber. & posthum. Aluar. in d.rub
ff.de.*

ff. de leg. primo, num. 60. & nos diximus in hoc cap. q. 6. num. 12. Dicitur autem de tali volũtate constare.

Primo, si testator dixerit, se relinquere, vel legare iure institutionis: Nam, quia prædicta verba clara sunt, & continent manifestam voluntatis declarationem circa titulum, quo rem in vocatum conferre intendit, ideo non est dubitandum, quin per ea censeatur testa-
51 tor honoratum instituisse. † *Ita scripserunt Bart. in l. filium 5. §. sed & si portio, num. 2. ff. de leg. præst. Alex. in addit. ad Bart. in Auth. vnde, si parẽs, in lit. a. C. de inoff. & d. cons. 70. num. 6. vol. 2. Gul. Ben. in d. cap. Raynutius, in verb. In eodem testamento relinquẽs primo, num. 79. Soc. Sen. cons. 66. num. 9. vol. 3. Men. cons. 483. num. 7. & de præs. lib. 4. præs. 20. num. 6.*

Sed hoc, licet in filijs, & alijs personis, quæ necessariò debent institui, sine difficultate procedat, in extraneis tamen, qui non sunt instituendi, an locum habeat, dubitari potest, Et nonnulli quidem censuerunt, non habere.
52 † Itaq; licet testator dixerit, se relinquere iure institutionis, non tamen (secundũ eos) ad institutionem traheint dispositio, si communibus verbis, aut alijs similibus facta sit. *Ita enim censuit Men. d. cons. 483. nu. 7.* scilicet,
53 quia † testator, qui ita loquitur, errat, credens, se teneri illum extraneum hæredem instituere, quod tamen verũ non est, ideoq; tamquã errans non debet censeri voluisse hæredem instituere *ex regula l. si per errorẽ. 15. ff. de iurisd. l. nihil consensus. 117. §. non videntur ff. de reg. iur. Ita arguit Men. d. cons. 483. num. 7. vers. 2.*

Sed hoc non obstante contrarium mihi
54 videtur verius: † Nam, quod dicimus, institutionẽ quibuscũq; verbis fieri posse, dummodo constet de voluntate testatoris, non restringitur ad filios, sed generaliter procedit in omnibus, qui hęredes instituuntur, etiamsi sint extranei, *vt patet ex d. l. quoniam indignũ.* Cum igitur in proposito constet, testatorem voluisse hæredem instituere eo ipso, quod dixit, se relinquere iure institutionis, *vt dictum est*, Consequens est, vt etiamsi loquamur de extraneo, nihilominus debeat testator censeri eum hæredem instituisse.

Nec est contrarium, quod erret testator, qui ita loquitur, cum supponat, se teneri eum hęredem instituere, quod a vero alienum, est, quia hoc apertè negatur: Nam, cum testator possit etiam extraneum hæredẽ instituere *l. extraneum. 11. C. de hęred. inst.* Consequens est, vt hoc agendo nõ possit dici errare: Quemadmodum enim non diceretur errare, si ita loqueretur, instituo Titium hæredem in tali fundo licet is esset extraneus, quia alioquin particularis institutio nunquam traheretur ad vniuersum, quoties extraneus institutus est, quod repugnat receptissimę omnium cõclusioni, quæ vult, institutionem particularem trahi ad vniuersum, siue filius institutus sit, siue extraneus, si cohęres vniuersalis datus non sit, vel datus defecerit, *vt ostendimus in hoc cap. q. 9. numer. 16. & seqq.* ita etiam errare credendus non est, cum ita loquitur, relinquo iure institutionis, scilicet quia non differunt hæc, instituo hæredem, vel, iure in-
55 stitutionis relinquo. † *vt scribunt Bart. in d. l. filium. 5. §. sed & si portio, num. 2. vers. sed trussa est ff. de leg. præst. Gul. Ben. in d. cap. Raynutius, in verb. in eodem testamento relinquens primo, nu. 36.* Sanè, si subijceret aliquid, ex quo colligere possemus, eum supposuisse necessitatẽ instituendi, tunc verum esset, censeri eum errasse, quia respectu extranei nulla subest instituendi necessitas. Itaq; tunc procederẽt ea, quæ dicemus *infra num. 92.* Coeterùm, si simpliciter dicat, se relinquere iure institutionis, verius est, non posse eum censeri hoc fecisse per errorem, sed potiùs consultò, vt vocatum magis honorificaret, & redderet in aliorum defectum habilem ad consequendam vniuersam hæreditatem, *secundũ ea quę diximus in eadem q. 9. num. 16. & seqq.*

Adeo autem verum est, quod diximus, ad institutionem trahi particularem dispositionem factã verbis communibus, si testator dixerit, se relinquere iure institutionis vt procedat

Primo, etiamsi dixerit, se relinquere iure substitutionis: Nam, quia substitutio est secũdi hæredis institutio *l. ex facto 43. §. Lucius, in fin. ff. de vulga.* ideo, qui dicit, se relinquere iure substitutionis, censetur dicere, se relinquere iure institutionis. Quamobrẽ, si pater extraneo hęrede instituto relinquat aliquam rem particularem filio adiectis his verbis, iure substitutionis, non poterit filius nullum dicere testamentum, quia per ea censebitur
56 institutus. † *Ita scribit Gul. Ben. in d. cap. Raynutius, in verb. in eodem testamento relinquens primo, num. 37. vers. pari modo, & num. 61.*

Secundo procedit, etiamsi dixerit, se relin-
57 quere iure restitutionis: † Nam, quia apertè constat, erratum esse, cum scriptor imperitus loco, institutionis dixerit, restitutionis, ideo talis error, & imperitia non debet obesse. *l. errore. 7. C. de testa. Ita scribunt Alex. in addit. ad Bart. in l. 1. §. quibus, in lit. C. ff. quod cuiusq; vniu. Ias. in d. Auth. nouissima nu. 30. C. de inoff. testa. Dec. in l. si librarius. 92. num. 1. vers. & ideo ff. de reg. iur. Gul. Ben. in d. cap Raynutius, in verb. in eodem testamento relinquens primo, nu. 37. & 61. Rip. in l. 1. num. 50. ff. de vulg. & resp. 129. num. 5. Gallin. de verb. sig. lib. 3. cap. 5 nu. 9.*

Tertio procedit, non solum, si prędicta verba expresserit in ipsamet dispositione, sed etiam, si postea declarauerit, se iure institutionis reliquisse, † adeo, vt sufficiat, si id fe-
58 cerit enuntiatiuè, puta post factum legatum, aut rem communi verbo relictam dixerit, filium, quem institui in tali re, aut, quem feci hæredem. *Ita declarat Gul. Ben in d. cap. Raynutius, in verb. in eodem testamento relinquens primo, num. 39. vers. præterea, & num. 79.* Quinimo licet in testamento non legantur verba, quæ talem contineant voluntatis declarationem, sufficit tamen per duos testes probari, quod simpliciter relictum est, fuisse relictum titulo institutionis ad sustinendum testamentũ, † *vt scribit Mantic. de con. vlt. vol.*
59 *lib. 12. tit. 16 num 4.*

Sanè, si talis declaratio facta sit in codicillis, an idem operetur, dubitari potest. Et
60 hoc pleriq; affirmant, † quod verba dubia
61 possint in codicillis declarari † *l. hæredes palã 21. §. si quid post ff. de testa. Ita enim cẽsuit Roma. cons. 179 num. 7.*

Sed est verius, qud alij tradiderunt, debere

talem

talem declarationem fieri in eodem testamē
to, ideoque, si fuerit facta in codicillis non
62 idem operari. † Ita scripserunt Ias. in d. Auth.
nouissima, num. 25. & Gul. Ben. in d. cap. Raynutius, in verb. in eodem testamento relinquens
primo, num. 39. vers. præterea, & num. 80. vers. &
63 hæc vera, quia, † quemadmodum in codicillis non potest fieri institutio l. si idem. 7. C. de
codicill. ita, nec, quæ facta non est, vt facta declarari, si verba testamenti ad eam trahi nequeant, vt considerat Gul. Ben. in d. cap. Raynutius, in verb. in eodem testamento relinquens,
primo, num. 39. vers. præterea. Alioquin facilimè posset testator, eum, quem re vera fecerat in testamento legatarium, aut fideicommissarium, facere in codicillis hæredem, declarando, se voluisse eum instituere, non autem ei legare, aut alio titulo relinquere, quod
quia absurdum esset, scilicet quia hoc modo
vires testamenti tribuerentur codicillis, contra l. quod per manus. 10. ff. de iur. codic. & d. l. si
idem. 7. C. de codic. ideo non debet admitti

Nec obstat, quod verba ambigua possunt
etiam in codicillis declarari, quia respondeo
64 distinguendo, † Aut declaratio respicit dispositionis qualitatem non substantiam, puta,
quia non dubitetur, an dispositio facta in testamento sit institutio, an verò legatum, vel
fideicommissum, sed, an testator senserit de
vna persona, vel re, vel numorum qualitate,
an verò de alia, Et tunc verùm est, talem declarationem posse fieri in codicillis d. l. hæredes palam 21. § si quid post, quæ in his terminis loquitur. Aut verò declaratio respicit ipsius dispositionis substantiam, Et veriùs est,
non posse eam fieri in codicillis, quia alioquin hęreditas, quę testamento data non est,
posset dari in codicillis, aut, quæ verè data
est, posset in codicillis adimi, quod iuris nostri ratio non permittit, ut diximus in 6. cap. q.
18. num. 11.

Secundo verò, licet testator non dicat, se
relinquere iure institutionis, si tamen disponendo faciat mentionem de legitima, cense-
65 bitur eo ipso iure institutionis reliquisse, † qa
eo modo videtur ad ius respicere, & velle eo
titulo legitimam relinquere, quo de iure est
relinquenda, & sic titulo institutionis, ut
considerant Bald. in l humanitatis 9. num 20. C.
de impub. & al. subst. & in d. Auth. unde, si parens, num. 4. C. de inoffic. testa. Cagn. in d. Auth.
ex causa num. 4. C. de lib. præter. Exempla sint, si
testator dicat, se relinquere, vel legare filio
66 legitimam, † ut scribunt Alex. in addit ad Bart.
in d. l. his uerbis 48. in princ. in uerb. in contrarium ff. de hæred. instit. Soc. Iun. in d. rub. ff. de
leg. primo num. 78 & 83. uers. Aliquando, & 4.
& ibi Aluar. num. 78. & 79. Fabia. in d. Auth. nouissima, num. 196. in fin. & num. 197. vel, se
67 relinquere rem pro sua legitima, † ut sentit
Bart. in d. Auth. unde, si parens num. 2. & explicitè docet ibi Bald. num. 4. C. de inoffic. testa. Bald.
in d. l. humanitatis. 9. num. 20. per illum text. C.
de impub. & al. subst. Castr. in l. ult. num. 3. C. de
sacr. Eccl. Alex. cons 56. num. 1 . uol. 7. ubi testatur, hanc esse magis communem Socin. Iun. in d.
rubr. ff. de leg. primo, num 78. & 83. uers. Aliquando, & quarto & ibi Crauet. num. 74. Rip. d. resp.
129. num. 9. Cagn. in d. Auth. ex causa, num. 4. et
64. ubi ait, hanc esse communem scribentium sententiam, Fabia. in d. Auth. nouissima, num 156.
Crass. in §. institutio q. 14. num. 8 ubi testatur,
hanc esse communem, & in d. §. testamentum. q.
35. num. 14. & 16. Mantic de coniect. ult. uolunt.
lib. 4. tit. 3. nu. 22. Et de quota loquentes Soc. Iun.
in d. rubr. ff. de leg primo. num. 77 & ibi Hyppo.
Torn. num. 19 Molin. de primogen. Hispa. lib.
2. cap. 15. num. 22. Idem est, &, si dicat, se re-
68 linquere pro sua Falcidia, † ut docent Bartol.
in dict. Auth. unde, si parens, num. 2. & ibi
Alex. in addit. in lit. a. & Bald. num 4. C. de
inoffic. testa. Castr. in l. 1. in princ. num 13. ff ad
leg. Falc. Alex. in add. ad Bart. in d. l filium. 5. §.
sed & si portio, in lit. a ff de leg præst. & in addit.
ad eundem in d l. his uerbis. 48. in princ. in uerb.
uerbum additur ff. de hæred. instit. Fabia in dict.
Auth. nouissima, num. 196. Cagn. in d. Auth ex
causa, num. 4 ubi testatur hanc esse communem
scribentium sententiam, Crass. in d. §. testamentum quæst. 35 num. 15. & 16 Mantic de coniect.
ult uolunt. d. lib. 4. tit. 3. num. 22. scilicet, quia
69 † in eo, cui legitima debetur Falcidia pro le-
70 gitima sumitur † §. 1. Auth de immen don. coll.
7. d. Auth. unde, si parens C. de inoffic. testam. l.
quisquis. 5 §. ad filias C. ad leg. Iul. maiest. ideo
dicendo, pro sua Falcidia, censetur pro legitima reliquisse, ut considerant Bal in d. Auth.
unde, si parens, num. 4. Dec. in d. l. si librarius.
92. num. 1. vers. & eodem modo ff. de regul iur.
Denique idem est, &, si dicat, si relinquere
71 pro sua parte, † ut scribunt Bart. in l. scimus
36. in prin. num. 3. C. de inoffic. test. Bald. in d. l.
humanitatis. 9. n. 20. C. de impub. & al. subs. Alex.
in addit ad Bart. in d. l filium. 5. §. sed et si portio,
in lit. a. ff. de leg. præst. Idem Alex. cons 105. nu.
18. volum. 4 & cons. 50 num. 11. vol 7. ubi testatur, hanc esse magis communem, Crass in d. §. testamentum q. 35 num. 16. Mantic. d. lib. 4. tit. 3.
num. 23. Quinimo procedit, etiam si dicat, se
72 relinquere pro sua benedictione † secundum
Alex. in addit ad Bart. in d. Auth. vnde, si parens, in lit. a Cagn. in d. auth. ex causa, num 64.
Crass in d § institutio, q. 14. num. 9 ubi ait, hanc
esse veram, & communem sententiam, a qua
non est recedendum, & in d § testamentum q. 35.
num. 18. ubi pariter testatur hanc esse veriorem,
73 & magis communem: Nam, quia † benedictionis verbo, etiam datio hæreditatis, siue successionis continetur §. item opponitur 22. q. 2.
ideo, qui rem filio pro sua benedictione reliquit, perindè est habendus, ac, si pro sua
legitima reliquisset. Idque adeo verum est,
vt procedat, etiam si talis mentio, siue adiectio non sit facta in ipsamet dispositione,
sed in alia parte testamenti; Nam, si testator ita dicat, relinquo filiæ centum, &
postea subijciat, & ijs mediantibus volo
eam esse tacitam, & contentam pro omni
sua legitima, Falcidia, & Trebellianica cen-
74 sebitur eam instituisse. † Ita scribit Alex. in
addit. ad Bart. in d. l. his verbis 48. in princ. in
verb. in contrarium ff de hæred. instit. Quinimo
licet non exprimat illa verba, pro sua parte,
seu pro sua legitima, aut Falcidia, si tamen
mediante relicto iubeat ei, vt sit tacitus, &
contentus, vel prohibeat ne plus petat de bonis suis, censebitur iure institutionis reliquis-
75 se, † vt scribunt Bald. in l si adulta. 6. num. 2. C.
de hæred. actio. vbi ait, hoc esse notabile, & menti
tenendum, Alex. in addit. ad Bart. in d. l. his ver-

bis.48.in prin.in uerb.in contrarium ff.de hæred.
inst. Fabia.in d.Auth.nouissima, num.200. vers.
76 *Item videtur C. de inoff. test.* quia † hoc modo
ostendit, se relinquere pro eo, quod filio de-
betur, & sic pro legitima.

Et, quamquam hæc a plerisq; reprobentur
existimantibus verba communia non trahi
ad institutionem, etiamsi testator dixerit, se
77 filio relinquere legitimam, † *vti videre est apud*
Alex. in d. l. humanitatis 9 num. 2. vers. Ang.
autem C.de impub. & al. subst. & d.cons.70.num.
11.vol.2. Gul. Ben.in d.cap Raynutius, in verb.
in eodem testamento relinquens primo, num. 56.
in fin. aut rem pro sua legitima, vel pro sua
78 Falcidia, seu parte, † *vt censuerunt Alex.in d l.*
nam, quod.14.§. non omnis, num.7.vers. & hac
opinio, vbi ait, hanc opinionem fortè de iure ve-
riorem, & in d. l. humanitatis, num.2.& d.cons.
70.num.10.vol.2. Ias.in d.Auth. nouissima.nu.
24.vers.5.& num.28.vers.teneas breuiter, Rip.d.
resp.129.num.7.vers. Non obstat, & num.9.Gul.
Ben.in d.cap Raynutius, in verb.in eodem testa-
mento relinquens primo, num.56.in fi. & nu.58.
vers sed in hoc, vbi ait, se putare hanc esse iuris ve
ritatem, & sequitur ibi Couar. §.1. num.6.licet
fateatur, contrariam esse communem, a qua non
est tutum recedere consulendo, aut iudicando,
Duran. de art. testa. tit.3. caut.1. num.1. vbi ait,
hanc esse communem, vel pro sua benedictio-
ne, nisi constet receptum esse consuetudine,
vt benedictio pro institutione accipiatur,
79 † *vt visum est Alex. in d.l.nam. quod 14.§.non*
omnis, num.10. ff.ad Treb. & d.cons.70.num.9.
vol.2. Ias.in d. Auth nouissima, num.9.vers.con
trarium tamen, Rip.d.respon. 129. num 5.vers.
Hinc est, Gul. Ben.in d.cap. Raynutius in verb.
in eodem testamento relinquens primo, num.213.
Durant.de art.testa.d.tit.3.caut.1.nu.1. Mantic.
de con.vlt.vol.lib.4.tit.4.num 4 aut etiam post
rem simpliciter relictam prohibuerit, plus
80 petere, † *secundum Alex.in d l.nam quod.14.§.*
non omnis num 9. Ias in d. Auth. nouissima, nu.
24.vers 5 Gul.Ben in d cap. Raynutius in verb.
in eodem testamento relinquens primo, num.60.
vers.ego nunquam, non est tamen a superiore
sententia quæ receptior est, recedendum, sci-
81 licet, quia † (vt sæpè dictum est) in testa-
mentis non est habenda ratio verborum, vbi
possumus ex aliqua circunstantia colligere,
testatorem voluisse heredem instituere *l.quo-*
niã indignum. 15.vers. si modo C. de testa. Vnde,
cum ex verbis prædictis satis apertè colliga-
mus, testatorẽ respexisse ad iuris necessitatẽ,
siue ad ea, quæ de iure facere tenetur, & vo-
luisse suæ obligationi satisfacere, necessariò
fateri debemus, eum ita dicendo sensisse de
institutione, quia alioquin non satisfecisset
iuris necessitati, & consequenter inutilis te-
status esset, quod eius fuisse mentis verisimi-
le non est *l.3. ff.de mil testa & in specie declarãt*
ij. quos retulimus supra num.65.

Nec obstat, quod satis non sit filio relin-
quere legitimam, nisi titulo institutionis re-
82 linquatur † *§. aliud quoq; capitulum Auth. vt,*
cum de appell.cogn.coll.8 Qua ratione moti Alex.
in d.l. humanitatis.9. num.2. & d cons.70.num.
10.vol.2 & Couar in d.cap Raynutius §. 1.nu.
6.contrariam sunt amplexi sententiam, & obsta-
re simpliciter dixit Soc. Iun. in d. rub. ff. de leg.
primo, num. 83. vers. Aliquando & 4. quia id
83 verum est, si † relictum fiat simpliciter: nam,
si testator rem filio leget, vel alio titulo relin-
quat, nec adiiciat, se pro legitima relinquere,
non censebitur iuris necessitati satisfecisse,
licet re vera ita disponendo censeatur legi-
timam reliquisse, quod res illa contineat in-
tegram legitimæ quantitatem: Hoc enim est
quod ibi Iustinianus ait. Cœterùm, si specia-
liter adiiciat, se relinquere pro legitima, aut
exprimat alia verba æquipollentia, quia re-
spicit ad iuris necessitatem, & ei vult satisfa-
cere, magis est, vt intelligatur titulo institu-
tionis reliquisse, *secundum ea, quæ supra di-*
ximus.

Minus obstat, quod hæc verba, pro sua le-
gitima, videantur continere expressionem
eius, quod tacitè inest, scilicet, quia, licet te-
stator hoc non dicat, tacitè tamen intelligi-
tur relinquere pro legitima, vt pote, in quam
84 legata, & alia relicta imputantur, † *l. omni-*
modo.30. in prin. C.de inoff.test.l. siue patronus.
21.§. 1. ff. de iur. patro. l. etiam. 3. §. si debita ff.
de bon.liber §.vlt. Inst.de inoff.test. ideoq; nihil
85 operari debeant, † *l.3. ff.de leg. primo, l.3.C.de*
fideius.l.hæc verba.12 ff.de cond.inst.l.Cornelius.
69.ff.de hæred.instit.vt arguunt Alex.in d.l.nã,
quod.14.§.non omnis num.7.vers.& hæc opinio,
& in d.l.humanitatis num.2.& d. cons.70.num.
10.vers.prima est, vol. 2. Ias. in d. Auth nouissi
ma, num.28. vers.2. stringit, & Couar.in d.cap.
Raynutius § 1.num. 6. quia respondeo, in iis,
quæ pro forma requiruntur, non esse parem
86 vim taciti, & expressi, † vt patet ex eo, quia,
licet is, qui scit, se habere filium, & eum præ-
87 terit, videatur eum exhæredare † *l. sicut 9.C.de*
testa. mil. & in specie declarat Bart. in Auth. ex
causa, num.3.C.de lib.prater. non tamen huius-
modi exhæredatio sustinet testamentum, vt
sustinet expressa, scilicet, quia eius expresso
88 requiritur pro forma † *l. inter cætera. 30. ff. de*
lib.& posth tit. Inst.de exhæred.lib.in prin. Vnde
in proposito, licet pater, qui filio relinquit,
censeatur pro eo relinquere, ad quod tenetur
& sic pro legitima, non tamen sequitur, hu-
iusmodi relictum habere eandem vim, quã
haberet, si expressim pro legitima reliquisset,
scilicet, quia, talis expressio loco institutionis
est, quæ pro forma debet exprimi, *vt supra di-*
ctum est.

Minus obstat, quod communis opinio nõ
videatur iure probari, cum illa verba *legitima*
portione et, vel eis relicta, quæ leguntur *in d.*
89 *l.humanitatis*, non sint verba † testatoris, sed
Imperatoris, *vt respondendo considerat Alex.in*
d.cons.70. num. 10.vers.& non obstat, & in d §.
non omnis, num.7. vers.nec obstat, quemadmo-
dum & illa, *in eodem testamento relinquens*, quę
leguntur, *in d. cap. Raynutius, vt ostendimus*
supra num 45. & in proposito respondet Alex.d.
cons.70.num.6.vol.2. quia, licet non probetur
lege, probatur tamen ratione, quæ, tamquam
fundata in constitutione Constantini, qui
noluit haberi rationem verborum, quoties
ex aliqua circunstantia constat testatorem
voluisse instituere, *d.l.quoniam indignum*, non
minorem, quam lex authoritatem habere
debet.

Denique non obstat, quod patris benedictio
non importet institutionem, vt, nec maledi-
90 ctio exhæredationem, † *vt considerant Ias.in*
d.

d. Autb. nouissima, num. 19. vers. Confirmatur, & Gul. Ben. in d. cap. Raynutius, in verb. in eodẽ testamento relinquens primo, num. 213. ideoq; licet testator dicat, se relinquere filio pro sua benedictione, non tamen sequi, eum reliquisse titulo institutionis, cum hæc verba ita possint significare, pro suo legato, seu relicto, vt pro sua parte, vt considerat Alex. d. cons. 70.
91 num. 9. vol. 2. quia respondeo, aliud esse, † si testator simpliciter benedicat, aliud, si pro benedictione relinquat: nam primo casu certum est, non importare institutionem, imo nec aliud relictum. At verò, cum filio rem aliquam relinquit, & addit, se relinquere pro sua benedictione vt faciunt rustici, perinde est habendus, ac, si dixisset, se relinquere pro sua legitima, siue pro sua parte, quia benedictionis verbo successio, & per consequentias etiam legitima, quæ pars successionis est, denotatur d. §. Item opponitur. 22. quæst. 2. Et, licet locus ille non loquatur de ea specie, in qua verba sunt relata ad rem certam, de qua nos loquimur, vt respondendo considerat Alex. in d. §. non omnis, num. 10. sufficit tamen probare, benedictionis verbo successionem denotari, vt pro benedictione relictum intelligatur relictum pro legitima, quæ pars successionis est.

Planè procedunt hæc in filijs, & alijs, qui necessariò sunt instituendi. Coeterùm in extraneis, quibus nihil institutionis titulo relin-
92 quendũ est, verius est, non procedere. † Itaq; licet testator dicat, relinquo centum fratri, aut sorori pro sua legitima, vel pro sua Falcidia, vel pro sua parte, vel pro omni eo, quod prætendere potest in bonis ipsius testatoris, non tamen censebitur hoc ipso eum hæredem instituisse, quia, cum cesset instituẽdi necessitas, Consequens est, vt cesset ratio, propter quam institutionis titulum inducimus. Deniq; cum ait, se relinquere pro sua legitima, vel parte, aut simili vtitur loquendi genere, ostendit, se putare, necessitatem sibi impositam relinquendi, & per consequentias, se errare, cum frater non teneatur fratri, aut sorori relinquere legitimam, nisi turpem personam instituerit §. primum itaq; Autb. de hæred. & Falc. coll. 1. §. soror, Inst. de inoff. testa. Quo fit, vt ex tali adiectione, tamquam per errorem facta non possit instituendi voluntas colligi. Et in his terminis procedere potest opinio, quam retulimus supra num. 52. & seqq. non etiam, cum nominatim testator ait, se relinquere titulo institutionis, quia tunc non potest in dubium reuocari voluntas instituendi, quippe, quæ ex claris testamenti verbis colligitur, vt diximus ibi num. 54.

Tertio, si testator vni ex filijs relinquat rẽ certam iure institutionis, deinde subijciat, Item alteri filio relinquo fundum, censebitur etiam huic iure institutionis reliquisse,
93 † quia dictio, item, est repetitiua qualitatum
94 præcedentium † l. item veniunt. 22. in prin. ff. de pet. hær. l. Item legato. 47. in prin. ff. de leg. 3. Ita scribit Gul. Ben. in d. cap. Raynutius, in verb. in eodem testamento relinquens primo, nu. 77. & 78.

Quarto, si in testamento inseratur clausula, omni meliori modo, operabitur, vt ea, quę verbo communi, aut directo non ciuili relicta sunt, censeantur relicta iure institutionis,
95 si testamentum aliter sustineri nequit. † Ita scripserunt Alex. in d. l. nam, quod. 14. § non omnis, num. 9. ff. ad Treb. & cons. 50. num. 9. & 12. vol. 7. Ias. in d. Autb. nouissima num. 20. & 23. vers. 3. fallit, & num. 24. vers. 8 limita C. de inoff. testa. Soc. Sen. cons. 66. nu. 9. vol. 3. Soc. Iun. in d. rub. ff. de leg. primo, nu. 85. Rip. in l. in quartam. 90. num. 142. ff. ad l. Falc. Paris. cons. 3. nu. 8. vol. 3. Alcia. cons. 166. num. 3. lib. 9. Cagn. in d. Autb. ex causa, num. 4. C. de lib. præt. Nat. in d. l. hac consultissima 21. §. ex imperfecto, num. 119. licet non firmet, Bapt. a S. Blas. inter cons. vlt. vol. cons. 34. num. 3. vol. 2. Duran. de art. test. tit. 3. caut. 1. num. 6. caut. 2 num. 5. Crass. in §. testamẽtum q. 35. num. 8. Men. cons. 637. num. 10. & 11. vbi ait, id procedere, etiam in extraneis, & Caroc. decis. 45. num. 12. & 14. Tametsi contrarium censuerit Gul. Ben. in d. cap. Raynutius, in verb. in eodem testamento relinquens primo, num.
96 76. quia † cum prædicta clausula operetur, vt expressus censeatur modus, sine quo dispositio sustineri nequit, Consequens est, vt eius vi debeat etiam censeri expressus titulus institutionis, vt pote, sine quo testamentũ esset ipso iure nullum.

Quinto, si testator mandauerit, vt testamẽtum extendatur ad dictamen sapientis, poterit tabellio ex sapiẽtis dictamine supplere, &
97 addere hæc verba, iure institutionis † Ita post Ias. de Ar. scripserunt Ang. in d. l. illa institutio. 32. nu. 1. vers. in gl. ibi, & ibi Imol. nu. 6. vers. quę facit ad quęstionem, & num. 8. vers. & ista opinio, & num. 9. vers. & sic uidetur, ubi ait, hanc opinionem sine dubio esse æquiorem licet negari non possit quin articulus sit dubius. Idem scripserunt Ias. (licet nihil determinet) in d. Autb. nouissima, nu. 34. Gul. Ben. in d. cap. Raynutius, in uerb. in eodem testamento relinquens primo, num. 52. in fi. Duran. de art. test. d. tit. 3. caut. 1. num. 6. uers. Tertium, Crass. in d. §. testamentum q. 35. num. 19. ubi testatur, hanc esse communem, & de consuetudine seruari, Mantic. de con. ult. uol. lib. 3. tit. 1. num. 19. Men. cons. 637. num. 12. Thes. d. decis. 58. num. 11. Quæ sententia vera est,
98 quicquid censuerint † Reccar. Malumb. & Raynutius de Forliu. quos refert, & sequitur Bart. in d. l. illa institutio, num. 2. uers. concludo, & num. 3. uers. quid dicemus. ff. de hæred. inst.
99 Nam † voluntas testatoris, qui ita scribit, cẽsetur esse, vt testamentum extendatur cum omnibus clausulis, quæ illud possunt reddere validum, cum verisimile non sit, eum voluisse facere testamentum inutile d. l. 3. ff. de mil. testa. prout esset, si non possent addi illa verba, ut in proposito considerant Imol. in d. l. illa institutio. num. 6. uers. facit etiam, & num. 9. uers. & ideo uidetur, & Mantic. d. lib. 3. tit. 1. num. 19. Alioquin multa testamenta annullarentur, quia non omnes testatores sciunt dicere, relinquo iure institutionis, vt diximus in hoc cap. q. 4. num. 71. Et in his terminis considerat Bald. in d. l. illa institutio, col. 2. vers. In ea gl. statuti.

Sexto, si dispositioni factæ in re certa per verbum, relinquo, aut etiam verbum, lego, addita sit dictio, &c. poterit notarius ex vi illius dictionis addere hæc verba, iure institu-
100 tionis, † vt rectè censuit Senatus apud Thes. d. decis. 58. num. 6. vers. In oppositum, & nu. 10. in fi. 2.

fin. l'cet in simplicibus terminis aliud communiter sit receptum, vt ostendimus supra num. 11.

Septimo, si testator per assignationem rerum particularium distribuat vniuersum patrimonium, magis est, vt censeatur eos, inter quos talem fecit distributionem, hæredes in-
101 stituisse, † per ea, quæ de quota diximus *in hoc cap. q. 4. num. 83. Ita in specie docuerunt glo. in l. quoties. 10. in verb. diuidit C. fam. erc. Ang. in d. l. his verbis 48. in prin. num. 2. ff. de hæred. inst. Galiau. in d. l. centurio. 15. num. 444. ff. de vulg.* Et ita accipiendi sunt, qui simpliciter scripserunt, verbum, distribuit, etiam institu-
102 tionem importare, † *vt Ias. in d. Auth. nouissima, num. 24. vers. adde quod idem.*

Octauo, si verbum relinquo, aut aliud commune proferatur ab imperito, trahetur ad
103 institutionem, † *secundum Roman. cons. 179.*
104 *num. 9. in fin.* quia, † cum imperitus vim, & significationem verborũ ignoret, *vt ait Gul. Ben. in d. cap. Raynutius, in verb. in eodem testamento relinquens, primo num. 39. vers. nisi dicamus*. Consequens videtur, vt talis ignorantia non debeat ei nocere.

Sed vix est, vt hæc opinio sustineri possit:
105 † nam, cum iuris imperitia neminem excu-
106 set † *l. regula. 9. in prin. ff. de iur. & fact. ignor.* cum facilè quis possit consulere peritiores *l. in bonorum 10. in fin. ff. de bon. poss.* Consequens est, vt ex eo, quod quis per imperitiam non est testatus eo modo, quo debuit, non
107 possit testamentum sustineri † *l. codicillis. 91. §. vlt. ff. de leg. secundo.*

Quintus casus est, quando testator de re certa disponendo vsus est in persona eiusdem verbis mixtis, puta, quia dixit, lego, & heredem facio Titium in fundo, quo casu vsus est verbis directis, & obliquis, vel, relinquo fundum Titio, quem in eo facio hæredem, quo casu vsus est verbis directis, & communibus, Et tunc verius est, dispositionem trahi ad in-
108 stitutionem, † *vt in specie scripsit Menoch. de*
109 *præsump. lib. 4. præsump. 20. num. 6.* quia † in concursu verborum id debet attendi, quod est potentius *l. quæritur. 10. ff. de stat. hom.* & verbum directum, tamquam plenius trahit ad se verbum obliquum, quod est minoris virtutis, & efficaciæ, *vt diximus in hoc cap. quæst. 4. num. 90.*

Sextus, & vltimus casus est, quando testator, qui de re certa disposuit, vsus est verbis diuersis in personis diuersorum, Et tunc res erit eodem modo terminanda, quo substitutionem in re certa factam definiemus *in hoc cap. q. 14. in sexto casu*: Nam, quæcunque ibi dicemus, possunt etiam ad institutionem adaptari. Quamobrem ad ea recurrendum erit, quæ latius ibi commemorabimus, quoties quærimus, in cuius persona dispositio trahatur ad institutionem. Et his quidem casibus censetur particularis dispositio facta per modum institutionis.

VMMARIVM.

1 *Substitutio directa facta in re certa trahitur ad vniuersum, & cur, num. 2. & 4.*
3 *Substitutio fideicommissaria facta in re certa nõ trahitur ad vniuersum, & cur, num. 5.*
6 *Substitutio vulgaris facta in re certa trahitur ad vniuersum.*
7 *Substitutio vulgaris est directa.*
8 *Substitutio pupillaris facta in re certa trahitur ad vniuersum.*
9 *Substitutio pupillaris est directa.*
10 *Substitutio exemplaris facta in re certa trahitur ad vniuersum.*
11 *Substitutio exemplaris est directa.*
12 *Substitutio compendiosa facta in re certa trahitur ad vniuersum, si resoluatur in vulgarem, vel etiam in pupillarem, vt num. 13. secus, si in fideicommissariam, vt num. 14.*

An, & quando substituto in re certa tota hæreditas accrescat.

Quæstio decimatertia.

SVperest, vt videamus de ea particulari dispositione, quæ facta est per modum substitutionis, & dispiciamus, an, & quando ei tota hæreditas accrescat. In hac autem quæstione, eadem est facienda distinctio, quã adhibuimus in quæstione quota: Aut enim substitutio est directa, Et trahi-
1 tur ad vniuersum † *l. cohæredi. 41. §. vlt. & ibi Bald. in princ. & in tertio not. ff de vulg. Et scribunt Bart. in l. si arrogator. 22. num. 9. vers. opp. 7. ff. de adopt. Bald in l. precibus. 8. num. 50. vers. Item quæritur C. de impub. & al. subst. Ang. in l. 2. §. fin. num. 2. ff de vulg. Roman. cons. 200 nu. 1. Alex. in l. quoties. 13. num. 5. C. de hæred. instit. Ias. in l. centurio. 15. num. 35. & 61. vers. Not. diligenter, & ibi Rip. num. 175. vers. Tertia conclusio, & num. 176 Ceph. num. 713. vers. 2. & num. 1049. ff. de vulg. Ias. cons. 8. col. 2. vers. quarto facit, & cons. 71. col. 2. vers. moueor in primis, & col. 3. vers secundo, ad istud vol. 3. Gul. Ben. in d. cap. Raynutius, in verb. in eodem testamento relinquens primo, num. 264. Paris. cons. 74. num. 67. volum. 3. Ceph cons. 231. num. 11. 21. 22. & 24. cons. 411. num. 5. & 8. & cons. 716. num. 18. Decia. cons 40. num. 9. volum. 1. Crauet. cons. 62. num. 5. Nico. Bello lib. 4. suppu cap. 18. num. 1. Menoch. de adip. possess. rem. 4 num. 127. vers. extenditur primo, & num. 211. & cons. 232. num. 19. Pereg. cons. 145. num. 3. vol. 5. Surd. decis. 152. num. 9. Gratia. cap. 533. discep. for. num. 8.* quia,
2 † cum sit hæredis saltem secundi institutio *l. ex facto. 43. § Lucius ff. de vulg.* Consequens est, vt in hac iuris parte debeat secundum institutionis naturam regulari. Vnde, quemadmodum institutio in re certa facta non dato cohærede vniuersali trahitur ad vniuersum, *l. 1. § si ex fundo ff. de hær. inst. & nos latè diximus in hoc cap. q. 7. num. 1. & seqq.* ita etiã ad vniuersum trahi debet directa substitutio. *Ita arguit Papinianus in d. l. cohæredi. 41. §. vlt. ff. de vulg.* Quamobrem ea, quæ de particulari institutione diximus *in eadem q. 7. & 3. qq. seqq.* debent etiam censeri in particulari substitutione repetita, ita, vt, quibus casibus hæreditas accrescit instituto in re certa, iisdem etiam accrescat in re certa substituto. Aut verò substitutio est fideicommissaria, Et non
3 trahitur ad vniuersum, † sed in ea tantum re consistit, quam testator substituẽdo expressit

vt ostendemus in hoc cap. q. 15. & patebit etiam ex ijs, quæ dicemus in q. seq.
4 Cuius diuersitatis ratio est, quia † in substi-
tutionibus directis, nisi hæreditas accresceret
substituto, decederet quis pro parte testatus,
& pro parte intestatus: Substitutus enim con-
sequeretur rem sibi particulatiter relictam, &
hæreditas ad venientes ab intestato pertine-
ret, quod rationi iuris refragatur, *vt in his ter-
minis considerant Bald. in l. sed, si plures. 10. §. ad
substitutos, vers. Not. hic ff. de vulg. Imol. in d. l. 1.
§. si ex fundo, num. 19. vers. idem subdit. ff. de
hæred. inst. Alex. in d. l. centurio, num. 89. & ibi
Rip. num. 81. in fi. Ceph. num. 691. Alex. cons. 12.
num. 17. vol. 3. Ruin. cons. 54. num. 7. vers. & per
hanc vol. 2. Soc. Iun. cons. 95. num. 12. & cons. 121.
num. 20. vol. 1. Nico. Bello. ad tit. Inst. de pupill.
num. 25.* At hæc ratio cessat in substitutione
5 fideicommissaria, scilicet, quia, † licet hære-
ditas non accrescat fideicommissario parti-
culari, non tamen decedet testator pro parte
testatus, & pro parte intestatus, quoniam ea
remanet apud grauatum, qui sustinet cau-
sam testamenti, *vt diximus in 5. cap. q. 41. nu. 7.*
Hinc infertur primo, vulgarem substitu-
tionem factam in re certa, non dato consub-
6 stituto vniuersali trahi ad vniuersum. † *Ita
enim scripserunt Ang. in d. l. 1. §. si ex fundo, nu.
2. vers. & sicut, & ibi Imol. num. 19. vers. Item
subdit, Alex. cons. 162. nu. 2. uolum. 2. Ruin. consil.
54. num. 7. uers. & per hanc, volum. 2. Pereg. de
fideicom. artic. 34. num. 19.* quia vulgaris substi-
7 tutio est directa non fideicommissaria † *l. post
aditam. 5. C. de impub. & al. subst. §. codicillis, Inst.
de codic.*
Secundo infertur, ad vniuersum etiam tra-
hi substitutionem pupillarem, licet in re cer-
8 ta facta sit † *d. l. cohæredi. 41. §. vlt. & ibi Bald.
Ang. Imol. Ias. & alij not. ff. de vulg. Bart. in d. l.
si arrogator 22. nu. 9. vers. opp. 7. ff. de adopt. Bald.
in d. l. sed, si plures. 10. §. ad substitutos, vers. Not.
hic ff. de vulg. Ang. in d. l. 1. § si ex fundo, num.
2. vers. & sicut, & ibi Imol. num. 19. versic. item
subdit ff. de hær. inst. Ang. in d. l. sed, si plures. 10.
§. si ex asse, num. 2. ff. de vulg & in l. 2. §. fi. num.
2. ff. eod. & in l. quoties 13. num. 2. C. de hæred. inst.
& cons. 13. num. 2. & cons. 148. num. 3. uers. si igi-
tur. Roman. cons. 58. num. 1. Imol. in d. l. 2. in
princ. num. 8. vers. Item adde, & ibi Ias. num. 28.
vers. quinto, ff. de vulg. Alex. in l. 1. num. 8. uersic.
Nec obstat, si pro opinione. ff. eod. & cons. 12. nu.
17. volum. 3. Ias. in d. l. centurio, num. 36. & ibi
Ceph. num. 691. & 699. Gul. Ben. in d. cap. Ray-
nutius, in verb. in eodem testamento relinquens
primo, num. 261. uers. sicut, Soc. Sen. cons. 117. nu.
1. 2. & 7. uers. & pro maiori uolum. 4. Ruin. cons.
54. num. 7. vers. & per hanc, uolum. 2. Paris. cons.
74. num. 65. uolum. 3. Soc. Iun. cons. 95. num. 11.
& cons. 121. num. 15. vol. 1. Bonif. Oliua. inter
cons. Purp. cons. 558. num. 7. & 8. vers. Nec etiam
Ceph. cons. 231. num. 21. & 22. Duran. de art. te-
stan. tit. 5. caut. 10. num. 1. Nico. Bello. ad tit. Inst.
de pupill. num. 25. Armil. Teren. inter cons. vlt.
vol. cons. 22. num. 7. uol. 2. Mantic. de coniect. vlt.
volunt. lib. 7. tit. 3. num. 14. Crass. in §. substitutio
q. 29. num. 3. Surd. cons. 48. num. 8. Menoch. consil.
1163. num. 13. Hond. cons. 73. num. 27. uolum. 1.*
quoniam, & hæc directa est, non precaria
9 substitutio † *l. centurio. 15. ff. de vulg. cap. si pater,
de testa. in 6.*

Tertio infertur, ad vniuersum etiam trahi
exemplarem substitutionem, si in re certa fa-
10 cta sit, † *vt scribunt Bald. in l. humanitatis. 9. nu.
55. C. de impub. & al. subst. Ang. in d. l. 1. §. si ex
fundo, num. 2. vers. & idem, & ibi Imol. num. 19.
vers. item subdit ff. de hæred. inst. Alex. cons. 25.
in fin. uolum. 1. Mantic. de coniect. vlt. vol. lib. 5.
tit. 16. num. 23.* quoniam, & ipsa, non preca-
11 ria est, sed directa substitutio † *d. l. humanita-
tis. 9. C. de impub. & al. subst. §. qua ratione, Inst.
de pupill.*
Quarto infertur, si testator aliquem in re
certa substituat compendiosè, puta dicat, si
Titius decesserit, aut, quandocunque deces-
serit, substituo Caium in tali fundo, & talis
substitutio resoluatur in vulgarem, vt, quia
Titius moriatur viuo testatore, aut etiam post
eius mortem, sed ante aditam hæreditatem,
huiusmodi substitutionem, licet in re certa
facta sit, nihilominus trahi ad vniuersum,
12 † *per ea, quæ diximus supra num. 6. Ita scribit
Pereg. de fideicom. artic. 5. num. 41. & artic. 34.
num. 19.* Idem est, &, si resoluatur in pupilla-
rem, vt, quia filius, cui facta est compen-
diosa moriatur in pupillari ætate: nam, & eo
casu trahetur ad vniuersum, licet in re certa
13 facta sit, † *vt scribũt Cast. in l. nã, quod. 14. §. non
omnis num. 3. uers. & ex prædictis ff. ad Treb. &
Pereg. d. artic. 34. num. 19. & nos latiùs ostende-
mus in q. seq.* At, si resoluatur in fideicom-
missariam, vt, quia extraneus, cui facta est
compendiosa, decesserit post aditam hæredi-
tatem, siue intra, siue post pubertatem, aut
decesserit post pubertatem, si sit suus, tunc
veriùs, & receptius est, non trahi ad vniuer-
sum, sed in ea tantum re consistere, quam te-
14 stator substituendo expressit, † *vt ostendemus in
hoc cap. q. 15. nu. 17.*
Planè, si militaris sit substitutio, & quæra-
mus, an & ipsa, tamquam directa *d. l. centu-
rio. 15. ff. de vulg.* trahatur ad vniuersum, si in
re certa facta sit, res erit ex ijs terminanda,
quæ dicemus *in 10. cap. q. 24* vbi prosequemur
illam quæstionem, an in testamento militis
locum habeat ius accrescendi.

SVMMARIVM.

1 *Substitutio facta in re certa parum, aut nihil differt à substitutione facta in quota*
2 *Doctores in materia substitutionum promiscuè loquuntur de substitutione facta in quota, vel in re certa*
3 *Substitutio facta in re certa verbis ciuilibus trahitur ad directam, & cur, nu. 4. & seqq.*
8 *Substitutio vulgaris facta in re certa verbis ciuilibus non dato consubstituto vniuersali trahitur ad vniuersum.*
9 *Substitutio pupillaris facta in re certa verbis ciuilibus nõ dato consubstituto vniuersali trahitur ad vniuersum.*
10 *Substitutio facta in forma pupillaris censetur directa, & trahitur ad vniuersum pupilli patrimonium, etiam si testator substituendo se restrinxerit ad personam, seu bona sua, dummodo sit vsus verbis ciuilibus, & cur num. 11. Declara, vt num. 14. & seqq.*
12 *Conditio, si filius decesserit in pupillari ætate est propria substitutionis pupillaris forma.*
13 *Testatorem voluisse pupillariter substituere col-*

ligimus ex expreſſione conditionis, ſi filius deceſſerit in pupillari ætate.

16 Bona plerunque dicuntur noſtra ratione curæ, & ſolicitudinis.

18 Pater, qui pupillariter ſubſtituit filio, diſponit de illius bonis, tamquam de bonis proprijs.

19 Subſtitutio facta in re certa verbis ciuilibus trahitur ad exemplarem, & conſequenter ad vniuerſum patrimonium furioſi.

20 Subſtitutio facta verbis ciuilibus trahitur ad directam exemplarem, etiamſi teſtator ſe reſtrinxerit ad ſua bona, & cur, num. 21.

21 Subſtitutio exemplaris introducta eſt ad exemplum pupillaris, & ferè in omnibus ſecundum illius naturam regulatur.

22 Subſtitutio compendioſa ciuilibus verbis facta in re certa trahitur ad directam vulgarem, & conſequẽter ad vniuerſum patrimonium teſtatoris, ſi filius hæres non extiterit.

23 Subſtitutio compendioſa ciuilibus verbis facta in re certa trahitur ad directam pupillarem, ſi cum dinumeratione temporum facta ſit, & cur, num. 24.

25 Subſtitutio compendioſa facta verbis ciuilibus in re certa non trahitur ad directam pupillarem, ſi facta ſit ſine dinumeratione temporum, & cur, num. 29. Sed contra num. 30. & cur, num. 41. Declara, vt num. 31. & ſeqq.

26 Subſtitutio compendioſa etiam ciuilibus uerbis facta non trahitur ad directam pupillarem, ſi fuerit reſtricta ad bona teſtatoris, & non ſit facta dinumeratio temporum, Sed contra num. 30. & ſeqq.

27 Subſtitutio compendioſa facta uerbis ciuilibus in re certa, & ſine dinumeratione temporum non trahitur ad directam pupillarem, etiamſi facta ſit per verba relata ad eum, cui teſtator ſubſtituit, Sed contra num. 35.

28 Declaratur l. cohæredi. 41. §. vlt. ff. de vulg. & nu. 43. & 112.

36 Subſtitutio compendioſa facta verbis ciuilibus in re certa trahitur ad directam pupillarem, etiam ſi verba referantur ad perſonam teſtatoris, licet nonnulli contrarium cenſuerint, num. 37.

38 Subſtitutio compendioſa facta uerbis ciuilibus, & reſtricta ad bona teſtatoris trahitur ad directam pupillarem, etiam ſi teſtator ſciuerit pupillum habere alia bona, & cur num. 40. Licet nonnulli contrarium cenſuerint nu. 39.

42 Argumentum ab inſtitutione ad ſubſtitutionem ualet.

45 Vna & eadẽ res diuerſis reſpectibus diuerſo quoq; iure cenſeri poteſt.

46 Subſtitutio facta in re certa uerbis obliquis non trahitur ad directam, & cur, num. 47.

48 Subſtitutio facta in re certa per verbum, lego, non trahitur ad pupillarem, ſed eſt omni tempore fideicommiſſaria, & cur. nu. 49.

50 Subſtitutio facta per uerbum, lego, non trahitur ad pupillarem, etiam ſi fuerit adiectum uniuerſitati bonorum.

51 Subſtitutio facta per uerbum, lego, non trahitur ad directam pupillarem, etiam ſi teſtator dixerit, lego bona mea, aut etiam omnia mea bona Titio.

52 Verbum, lego, adiectum uniuerſitati, quando trahatur ad inſtitutionem, & nu. ſeq.

54 Subſtitutio non trahitur ad directam pupillarem, ſed eſt ſimplex fideicommiſſaria, ſi teſtator dixerit, ſi filius meus deceſſerit ſine liberis, bona mea dentur, & diſtribuantur inter pauperes, & cur, num. 55.

56 Subſtitutio compendioſa trahitur ad directam pupillarem, ſi teſtator dixerit, quandocunque filius meus deceſſerit ſine liberis, bona mea dentur, & diſtribuantur inter pauperes per meos commiſſarios, & cur, num. 57. & ſeqq. Sed contra num. 61. & cur, num. 62. & ſeqq.

67 Verba hæc, bona mea, non excludunt pupillarem, & num. 94. Declara, ut num. 68. & 95.

69 Executores teſtamentarij quando, & qualiter cenſeri poſſint tenere locum hæredum, & num. ſeqq.

72 Subſtitutio facta in re certa uerbis directis non ciuilibus non trahitur ad directam pupillarem, ſed cenſetur omni tempore fideicommiſſaria, & cur num. 75.

73 Subſtitutio facta in re certa uerbis directis non ciuilibus non trahitur ad exemplarem.

74 Subſtitutio facta in re certa uerbis directis non ciuilibus non trahitur ad directam uulgarem.

76 Verba directa non ciuilia non differunt à communibus in materia ſubſtitutionum.

77 Subſtitutio facta in re certa uerbis communibus non trahitur ad directam, ſed omni tempore cenſetur fideicommiſſaria, & cur, nu. 78. Declara, ut num. 83.

79 Subſtitutio facta in re certa uerbis communibus non trahitur ad directam exemplarem.

80 Subſtitutio facta in omnibus bonis mobilibus, & immobilibus cenſetur facta in re certa, & cur, num. 81.

81 Bonorum mobilium, & immobilium appellatione non continentur iura, & actiones.

82 Subſtitutio facta uerbis communibus in omnibus bonis mobilibus, & immobilibus non trahitur ad directam pupillarem, ſed eſt omni tempore fideicommiſſaria.

84 Subſtitutio facta uerbis communibus in bonis maternis non trahitur ad directam pupillarem, ſed eſt omni tempore fideicommiſſaria.

85 Subſtitutio facta uerbis communibus, & reſtricta ad perſonam, uel bona teſtatoris non trahitur ad directam pupillarem, ſed eſt omni tempore fideicommiſſaria, & cur, num. 87. et ſeqq. Fallit, ut num. 100. et ſeqq.

86 Subſtitutio facta uerbis communibus, et reſtricta ad bona teſtatoris non trahitur ad directam exemplarem, ſed eſt omni tempore fideicommiſſaria.

88 Subſtitutio compendioſa reſtricta ad bona teſtatoris reſpectu pupilli cenſetur facta in re certa, et cur, num. 89. et ſeqq.

90 Hæreditas aliena, quæ obuenit teſtatori, reſpectu ipſius cenſetur res particularis non vniuerſalis.

91 Legatum, aut fideicommiſſum, per quod quis grauatur præſtare, ſeu reſtituere hæreditatem non teſtatoris, ſed alienã, cenſetur particulare, non vniuerſale.

96 Subſtitutio compendioſa cenſetur facta in bonis teſtatoris, & per conſequentias fideicommiſſaria, non pupillaris, ſi teſtator inſtituat filium in bonis ſuis, deinde ſimpliciter ei ſubſtituat appoſita aliqua dictione relatiua, & cur, num. 97. Sed contra num. 98.

99 Subſtitutio compendioſa reſtricta ad bona teſtatoris,

toris, licet non trahatur ad directam pupillarē, trahitur tamen ad directam vulgarem.

101 Substitutio communibus, aut directis non ciuilibus verbis facta in re certa, aut restricta ad bona testatoris trahitur ad directam pupillarem, si ex verbis, aut coniecturis appareat, testatorem voluisse pupillariter substituere, & cur, num. 103. & seqq.

102 Substitutio facta in re certa trahitur ad directam pupillarem ex mente testatoris, etiamsi sit facta verbis obliquis.

103 Substitutio pupillaris potest etiam coniecturis, & præsumptionibus induci.

106 Substitutio facta verbis communibus, & restricta ad bona testatoris trahitur ad pupillarem, si testator exprimat conditionem, si filius decesserit in pupillari ætate, & cur, nu. 108.

107 Substitutio compendiosa facta verbis communibus, & restricta ad bona testatoris trahitur ad directam pupillarem, si cum temporum dinumeratione facta sit, & cur, nu. 108.

109 Substitutio compendiosa facta verbis communibus cum dinumeratione temporum trahitur ad directam pupillarem, si sit facta in bonis testatoris, secus, si in re omnino particulari, Sed contra num. 110. & cur, num. 111.

113 Substitutio facta in re certa, vel restricta ad bona testatoris, licet communibus verbis facta sit, nihilominus trahitur ad directam pupillarem, si testator dixerit, si substituere pupillariter, vel adiecerit (vt moris est) illam clausulam, vulgariter, pupillariter, & per fideicommissum, num. 114. & cur, num. 115.

116 Substitutio facta verbis precarijs, & ad bona testatoris, vel aliam rem certam restricta trahitur ad directam pupillarem, si testator expresserit conditionem, si decesserit in pupillari ætate, & cur, num. 117. Sed contra, num. 118. & cur, num. 119.

120 Substitutio compendiosa facta verbis communibus trahitur ad pupillarem, etiamsi sit restricta ad bona testatoris, si testator dixerit, se velle bona peruenire ad substitutum sine diminutione, vel, se substituere totaliter, vel integraliter, num. 121. vel pleno iure, nu. 122. vel prohibuerit detractionem legitimæ, & Trebellianicæ, num. 123. & cur, num. 124. Sed contra num. 133. Declara, vt num. 135.

125 Substitutio compendiosa facta verbis communibus trahitur ad pupillarem, etiamsi sit restricta ad bona testatoris, si facta sit in omnibus eius bonis, vel tota ipsius hæreditate, & cur, nu. 126. Sed contra, num. 133. & cur, num. 134. Declara, vt nu. 135. & seqq.

127 Substitutio compendiosa, quando censeatur facta in omnibus bonis testatoris, & num. seqq. & num. 145.

136 Substitutio in dubio debet potiùs interpretari directa, quam fideicommissaria, et cur, num. 137.

147 Substitutio compendiosa facta verbis communibus trahitur ad pupillarem, etiamsi sit restricta ad bona testatoris, si testator dixerit, se velle substitutum capere bona propria authoritate, et manu, non autem de manu alterius, et cur, num. 148.

149 Substitutio compendiosa facta verbis communibus trahitur ad pupillarem, etiamsi sit restricta ad bona testatoris, si dictum sit, vt bona perueniant ad substitutum liberè, vel, vt eo ipso perueniant, nu. 150. et cur, num. 151.

152 Substitutio compendiosa facta filio instituto in re non excedente legitimam, trahitur ad pupillarem, etiamsi sit facta in illa re, et cur, num. 153. Sed contra, num. 154. et cur. nu. 155.

156 Substitutio compendiosa facta filio instituto in re certa trahitur ad pupillarem, si sit facta simpliciter, secus vero, si in illa re, in qua fuit institutus.

157 Substitutus, si vnus fuerit in re certa verbis ciuilibus, alius vero, vel in re certa, vel in quota, vel in residuo verbis obliquis, illius substitutio censetur directa, huius verò fideicommissaria.

158 Substitutus, si vnus fuerit in re certa verbis ciuilibus, alius verò, vel in re certa, vel in quota verbis communibus, aut directis non ciuilibus, illius substitutio censetur directa, huius verò fideicommissaria.

159 Substitutus, si vnus fuerit in re certa verbis directis, alius verò simpliciter, vel in residuo verbis communibus, aut directis non ciuilibus, huius substitutio, tamquam directa trahitur ad vniuersum, illius verò substitutio habetur loco legati restricti ad rem expressam.

160 Substitutus, si vnus fuerit in re certa verbis communibus, vel directis non ciuilibus, alius vero verbis ciuilibus, vel simpliciter, vel in quota, vel in residuo, huius substitutio censetur directa, illius verò fideicommissaria.

161 Substitutus, si vnus fuerit in re certa verbis obliquis, alius verò, vel simpliciter, vel in residuo verbis communibus, aut directis non ciuilibus, huius substitutio censetur directa, illius verò fideicommissaria.

162 Substitutio facta verbis communibus deductis legatis non trahitur ad directam, sed est omni tempore fideicommissaria.

Quando substitutio facta in re certa censeatur directa, quandovè fideicommissaria.

Quæstio Decimaquarta.

HInc necessariò videndum est, quando substitutio facta in re certa censeatur directa, &, quando fideicommissaria: Ita enim intelligemus, quando trahatur ad vniuersum, &, quãdo non. Pro faciliori autem quæstionis huius explicatione ijdem erunt distinguendi casus, quos retulimus *in hoc cap. q. 6.* scilicet, quia in hoc parum, aut nihil differt substitutio in re certa facta ab ea, quæ facta est in quota,
1 † *ut scribunt Ceph. in d. l. centurio, num. 690. & Menoch. cons. 144. num. 14. in fi.* Quamobrem doctores in hac materia promiscuè de vtra-
2 que loquuntur, † *uti uidere est apud Bart. in d. l. centurio, nu. 18. & ibi Ang. num. 13. in fi. Imol. num. 24. uers. Item adde, Galiau. num. 500. uers. sexto, Ceph. num. 686. 696. 703. 1045. uers. secundus, & num. 1046. Ias. in l. cohæredi. 41. §. ult. nu. 3. ff. de uulg. Pereg. de fideicom. artic. 34 num. 19. uers. aut fuit, & num. 55. uers. Quamobrem.* Casus autem sunt sex.

Primus, quando substitutio facta in re certa fuit concepta verbis ciuilibus, puta, quia testa-

testator dixit, instituo, vel facio hæredem, vel simili est vsus dicendi genere, Et tunc omnes fatentur, talem substitutionem censeri directam, & per consequentias trahi ad
3 vniuersum. † *Ita enim scripserunt Bart. in d.l. centurio, num. 18. in fin. & ibi Ias. num. 35. & 39. in fin. & num. 61. uers. Not. diligenter, Altia. num. 98. uers. limitatur, Ceph. num. 835. Ias. in d. l. cohæredi 41. §. ult. nu. 3. ff. de uulg. Armil. Teren. inter cons. ult. uol. cons. 22. num. 7. uol. 2. Duran. de art. test. tit. 5. caut. 11. num. 20. Pereg. de fideic. artic. 34. num. 53. uers. communis*, scilicet, quia
4 † ex huiusmodi verbis colligimus, testatorem voluisse facere hæredem, quæ res operatur, vt quamuis eum in vna tantum re substituerit, nihilominus sublata rei mentione debeat censeri, in tota hæreditate substituisse, ne alioquin decedat pro parte testatus, & pro parte intestatus, *secundum ea, quæ diximus in q. præced. num. 4.* Et sanè, quoties verba testatoris non repugnant, sed congruunt directæ substitutioni, toties substitutio debet censeri directa, non fideicommissaria *cap. si pater. De testa. in 6.* Non repugnant autem, cum substi-
5 tutio facta est verbis ciuilibus, † quippe, quibus regulariter solent concipi directæ substitutiones, *ut ostendimus in hoc cap. q. 3. num. 24. & 188.* Debet igitur talis substitutio censeri directa non fideicommissaria.

Nec obstat, si dicatur, imo verba repugnare, quia continent rei particularis dationem,
6 quæ directæ substitutioni refragatur: † Nec enim directa substitutio (si propriè, & strictè substitutionem intelligimus) In vna tantum re fieri potest, scilicet, quia directa dicitur substitutio, per quam substitutus hæres efficitur *l. precibus. 8. C. de impub. & al. subst.* qualis non fit in re certa substitutus, cum hęredis appellatione contineatur vniuersalis non particularis, quippe, qui legatarij loco habetur *l. quoties. 13. C. de hæred. inst.* quia respondeo, re-
7 pugnantiam non considerari † respectu ipsius dispositionis, vtpote, quæ facta est ijs verbis, quibus regulariter fit directa substitutio, *ut supra dictum est*, sed considerari respectu rei, super qua fuit dispositum, & talem repugnantiam non vitiare, sed vitiari, & pro non adiecta haberi, exemplo institutionis, in qua non attenditur repugnantia, quæ ex rei adiectione nascitur, quippe, quæ habetur pro non scripta, sed attenditur solum dispositio, vtrũ scilicet facta sit ijs verbis, quibus regulariter fieri solet institutio, *ut patet ex ijs, quæ diximus in hoc cap. q. 7. num. 1. & seqq. & q. 12. num. 1. & seqq.* Huius autem rei multa possunt, exempla afferri.

Primùm in substitutione vulgari: Nam, si testator ita dixerit si Titius hęres non erit, instituo, vel facio hæredem Caium in fundo, vel, Caius ex fundo hæres esto, non est dubitandum, quin talis substitutio censeatur directa vulgaris, & per consequentias sublata
8 mentione rei trahatur ad vniuersum, † *secundum ea, quæ diximus in quæst. præced. num. 6. Ita scribit Peregr. de fideicom. artic. 34. num. 49. in fin.*

Secũdum exemplum afferri potest in substitutione pupillari: Nam, si testator ita dicat, si filius meus decesserit in pupillari ætate, instituo, vel facio hæredem Titium in fundo, vel, Titius ex fundo hæres esto, dubium etiã non est, quin huiusmodi substitutio censeatur directa pupillaris, & per consequentias
9 trahatur ad vniuersum, † *secundum ea, quæ diximus in eadem q. præced. num. 8. Et ita in specie de pupillari facta uerbis ciuilibus constat ex d. l. cohæredi. 41. §. ult. ff. de uulg. & scribunt Ang. cons. 13. num. 3. uers. secundo, Imol. in l. 2. in prin. num. 8. uers. item adde ff. de uulga. Pereg. de fideicom. d. artic. 34. num. 50.*

Hinc infertur, si testator pupillariter substituendo se restringat ad personam, seu bona sua, puta dicat, si filius meus decesserit in pupillari ætate, Titius mihi hæres esto, vel, Titium in mea hæreditate, seu bonis meis instituo, vel facio hæredem, vel, Titius hæres meus esto, vel, hæres esto in portione, in qua filium institui, substitutionem censeri directam pupillarem, & per consequẽtias ad vni-
10 uersum trahi pupilli patrimonium: † *Ita enim de substitutione facta per dictionem mihi constat ex l. si ita scriptum. 8. § qui filio. ff. de bon. poss. sec. tab. tit. Inst. de pupill. in prin. l. 1. & ibi gl. in verb. Casus Seius hæres mihi ff. de vulg. d. l. cohæredi 41. §. vlt. & ibi Bald. in secundo not. ff. eo. l. pen. & ibi Dec. num. 1. C. de impub. & al. subst. Et scribunt Ruin. cons. 103. num. 18. vers. Nec obstat vol. 2. Polit. de subst. in materia compendiosa, num. 27. Galiau in d. l. centurio num. 328. vers. Non obstat, si dicas. & ibi Rip. num. 100. uers. & si dixeris. Soc. Iun. cons. 121. num. 5. & 23. volum. 1. Rub. in l. Gallus 29. §. quidam rectè, num. 25. ff. de lib. et posth. Duran. de art. test. tit. 5. cau. 10. num. 2. Hond. d. cons. 73. nu. 6. & 35. uol. 1. Pereg. de fideic. d. artic. 34. num. 50. & cons. 32. num. 42. volum. 2. Menoch. de præsump. lib. 4. præsump. 34. num. 12. & 20. & præs. 54. num. 23. De facta verò illis uerbis, hæres meus esto, constat ex l. si quis à filio. 32. in prin, ubi ita not. ff. de leg. primo, & scribunt Rip. in d. l. 1. num. 35. ff. de uulg. Rub. in d. § quidam rectè, nu. 25. Menoch. d. præs. 34. num. 16. De facta illis, instituo in mea hæreditate. Ias. in d. l. centurio num. 39. uers. aduerte etiã Soc. Iun. d. cons. 121. num. 21. uol. 1. Hond. d. cons. 73. num. 6. uol. 1. Pereg. de fideic. artic. 34. nu. 35. in fin. & d. cons. 32. num. 42. uol. 2. De illa uero, hæres esto in portione, in qua eum institui, constat ex d. l. cohæredi 41. §. ult. ff. de uulg. Denique de facta in bonis ipsius testatoris scripserunt Ang. in l. 1. §. si ex fundo, num. 2. uers. & est casus, ff. de hæred. inst. Ias. in d. l. centurio, num. 39. uers. aduerte etiam, & ibi Galiau. num. 328. uers. Non obstat, si dicas, Rip. num. 100. uers. & si dixeris. Paris. cons. 95. num. 10. uol. 2. Polit. de subst. in materia compendiosa num. 27. Pereg. d. cons. 32.*
11 *num. 42. uol. 2.* Nam, † licet in omnibus supradictis casibus, & alijs similibus substitutio cẽseatur facta in re certa, scilicet, quia hæreditas testatoris respectu hæreditatis pupilli, de qua tractatur in pupillari substitutione censetur res particularis, non vniuersalis, *ut ostendimus infra num. 88. & seqq.* tamen, quia facta est verbis directis ciuilibus, tollitur mentio rei, & substitutio, quasi facta simpliciter vniuersum complectitur pupilli patrimonium, *ut declarant omnes, quos supra retulimus.*

Nec obstat, quod prædicta verba videantur significare, testatorem voluisse quidem facere substitutionem directam, sed eam, per quam succeditur testatori, non pupillo, & capi-

capitur testatoris, non pupilli hæreditas, & sic
substitutionē vulgarem, non pupillarem, §. 1.
Inst. de pupill. quia, cum expresserit conditio-
nem, si decesserit in pupillari ætate, quæ est
12 propria substitutionis pupillaris forma † l. 1.
§. 1. l. qui liberis. 8. in prin ff. de vulg. §. 1. Inst. de
pupill. & declarat glo. in l. precibus 8. in uerb. in
secundum casum. C. de impub. & al. subst. satis
apertè colligimus, voluisse eum substituere
13 pupillariter, † ut declarant Ang. cons. 148. num.
5. Galian in d. l. centurio, num. 319. vers. secundo,
& nu. 328. vers. Non obstat, si dicas, & ibi Rip.
num. 100. vers & si dixeris. Part. d. cons. 59. nu.
9. volum. 2. Soc. Iun. d. cons. 95. nu. 13. & 15. vol.
1. Gabr. cons. 113. num. 41. vol. 2. Mantic. de con-
iect. ult. vol. lib. 5. tit. 7. num. 4. & 7. Menoch. de
præs. d. lib. 4 præs. 54. num. 13. Gratia cap. 542.
discep. for. num. 27. Mens enim talis esse præ-
sumitur, qualem verba demonstrant l. La-
beo. 7. vers. id Tubero ff. de supp. leg. Quam-
obrem non est habenda ratio adiectionis, tā-
quam repugnantis, sed talis adiectio est reii-
14 cienda, & pro non scripta habenda † d. l. si ita
scriptum. 8. §. qui filio. ff. de bon. poss. sec. tab. Et
faciendum censent Rip. in l. 1. num. 33. uers. secun-
da, ergo ff. de vulg. Galiau in d. l. centurio, num.
328. vers. Non obstat, si dicas, Hond. cons. 73. nu.
6. & 35. vers. & verba illa, vol. 1. Gratia. cap. 528.
discep. for. num. 15. vel facienda est interpreta-
tio, quasi testator de mediata sua successio-
ne, & hæreditate senserit, scilicet, quia sub-
stituendo filio, qui ipsius testatoris hæres est,
censetur etiam sibi, & in sua hæreditate sub-
stituere, cum hæres hæredis sit etiam hæres
15 testatoris † l. ult. C. de hæred. inst. l. 3. §. 1. ff. de
pet. hæred. l. si quis filium f. 7. §. ult. ff. de acquir.
hæred. l. si defensor 10. §. illud quæritur ff. de inter.
actio. Et in his terminis considerat Paulus in l.
paterfam. 46. ff. de vulg. & post eum Bart. in d. l.
si ita scriptum 8. §. qui filio, in prin. ff. de bon.
poss. sec. tab. Alex. cons. 12. num. 17. vol. 3. Rip. in
d. l. 1. num. 33. vers prima, & ibi Alcia. num. 164.
ff. de vulg. Mantic. de coniect. ult. volunt. lib. 5. tit.
7. num. 5. & 15. vers secundo considero, Hond. d.
cons. 73. num. 35. vol. 1. vel denique facienda
est interpretatio, quasi testator senserit de bo
nis suis respectu curæ, & solicitudinis, quo
etiam respectu bona plerunque propria dicū-
16 tur, † ut est doctr. Bart. in l. Quintus 29. §. argen-
to, num. 8. ff. de aur. & arg. leg. Nam, quia cura
disponendi de bonis filij in pupillari ætate
decedentis pertinet ad patrem l. 2. in prin. ff. de
vulg. §. 1. Inst. de pupill. ideo fit, vt testator pos-
sit hoc respectu bona nuncupare propria, quæ
17 re vera pupilli sunt, † ut considerant Rip. in d. l.
1. num. 37. & ibi Alcia. n. 167. ff. de vulg. Gratia.
cap. 528. discep. for. nu. 16. et 17. & cap. 542. num.
28. Et in his terminis non negat Soc. Sen. in d. l. 1.
num. 11. vers. Non obstat, quod hæc verba. ff. de
vulg. Maximè, cum pater, qui pupillariter fi-
lio substituit, disponat de illius bonis, tam-
18 quam de bonis proprijs, † ut ostendemus in
9. cap. q. 37. Quod patet ex eo, quia, nisi cense-
retur (saltem interpretatiuè) de bonis suis
disponere, non posset eius dispositio sustine-
ri, cum de alienis rebus testari nemo possit,
l. conficiuntur. 8. §. si post factum vers. licet. ff. de
iur. codic. Lex enim xij. tab. quæ testandi facul
tatem tribuit, his fuit concepta verbis, vti le-
gassit rei suæ, ita ius esto. l. verbis legis. 120. ff.
de verbor. signif. §. 1. Inst. de leg. Falc. §. disponat
Auth. de nupt. coll. 4. Hinc fit, vt talis substitu-
tio excludat matrem pupilli etiam à legitima
l. Papinianus. 8. §. sed neque impuberis. ff. de inoff.
cap. si pater, De testam. in 6. à qua non exclu-
deret, si censeretur facta, tamquam de bonis
pupilli, scilicet, quia in bonis filij debetur
matri legitima, §. primum itaq; Auth. de hæred.
& Falc. coll. 1. §. sancimus, Auth. ut, cum de app.
cogi. coll. 8. sed, quia pater disponit, ut de bonis
proprijs, & in bonis mariti nulla vxori debe-
tur legitima, nisi sit inops Auth. præterea. C.
unde uir, & ux. ideo fit, vt nec debeatur fa-
cta pupillari substitutione, sicuti latius osten-
demus in eodem 9. cap. q. 37. Hæc autem multo
faciliùs procederent, si essemus in casibus, in
quibus substitutio trahitur ad pupillarem, &
per consequentias ad vniuersum, etiamsi fa-
cta sit in re certa verbis communibus, quos
referimus infra num. 100. & seqq. Nam in ijs
multo magis traheretur ad pupillarem, si es-
set facta verbis ciuilibus, quippe, quæ ad indu
cendam substitutionem directam maiorem,
quam communia vim habere solent.

Tertiùm exemplum afferri solet in substi-
tutione exemplari: Nam, si testator ita scri-
pserit, si filius meus decesserit ante, quam
compos mentis factus sit, instituo, vel facio
hæredem Titium in tali fundo, aut alijs ciui-
libus verbis substitutionem conceperit, talis
substitutio censebitur directa exemplaris, &
per cōsequentias ad vniuersum filij patrimo-
19 nium trahetur, † secundum ea, quę diximus in q.
præced. num. 10. Ita in specie scripsit Mantic. de
coniect. ult. uolunt. lib. 5. tit. 16. num. 23. quem-
admodum, etsi substitutionem ad bona sua
20 restrinxerit: † Nam, quę de pupillari diximus,
eadem locum habent, & in exemplari, quip-
pe, quæ ad illius exemplum introducta est,
& ferè in omnibus secundum eius naturam
21 regulatur † l. humanitatis. 9. C. de impub. & al.
subst. §. qua ratione, Inst. de pupil.

Quartùm exemplum afferri solet in com-
pendiosa facta in re certa verbis ciuilibus:
Nam & hæc sine dubio trahitur ad directā
vulgarem, & per consequētias ad vniuersum
patrimonium testatoris, si filius hæres non
22 extiterit, puta decesserit viuo testatore, † ut
in specie declarat Pereg. de fideicom. artic. 5. num.
40. & artic. 34. num. 19. Cœterùm, si hæres ex-
titerit, & decesserit in pupillari ætate, an tra-
hatur ad pupillarem, & per consequentias ad
vniuersum pupilli patrimonium, dubitari so-
let. Et, si quidem compendiosa facta sit cum
dinumeratione temporum, puta, quia testa-
tor dixerit, si filius meus decesserit in pupilla-
ri ætate, vel aliàs quandocunque sine liberis
instituo, seu facio hæredem Titium in tali
fundo, res caret dubio: nam certum est, trahi
23 ad pupillarem, † uti uidere est apud Galiau. in
d. l. centurio, num. 319. uers. secundo, & ibi Rip.
num. 96. uers. Non obstat text. qui, licet in compen
diosa facta simpliciter contrariam sententiam
amplectantur, tamen, ubi facta est mentio pupil-
laris ætatis fatentur pupillarem contineri. Et est
in confesso apud eos, quos referemus in quarto ca-
su dicentes trahi ad pupillarem, etiamsi facta
sit uerbis communibus: nam ijdem multo magis
censent, ad eam trahi, si facta sit uerbis ciuilibus,
24 quia, † cum ex illis verbis, si decesserit in pu-
pillari

pillari ætate, satis apertè constet, testatorem voluisse filio prospicere, & pupillarem ei facere substitutionem, *ut diximus supra num.* 13. Consequens est, vt ex adiectione rei non debeat talis voluntas impediri, *ex d. l. cohæredi.41.§.vlt ff.de vulg.* At, si facta sit sine dinumeratione temporum, puta, quia testator dixerit, quandocunque filius meus decesserit, vel, si decesserit sine liberis, instituo, vel facio hæredem Titium in tali fundo, magna solet esse controuersia, nunquid talis substitutio trahatur ad pupillarem; Nam plerique censuerunt, non trahi, sed esse omni tem
25 pore fideicommissariam. † *Ita enim censuerit Bald. in d. l. precibus. 8. num. 50. vers. & hoc, quod dixit C. de impub. & al. subst. vbi ait, se ita consuluisse, Polit. de substit. in materia compendiosæ, nu. 26. vers. Attamen, vbi ait, disputandi causa posse facilimè hanc opinionem sustineri, licet contraria sibi satis placeat. Eandem opinionem tenuerunt Galiau. in d. l. centurio, num. 319. & 3. seqq. & ibi Rip. nu.* 96. Idque procedere, etiam si facta sit in hæreditate, seu bonis testatoris,
26 † *vti uidere est apud Ruin. cons. 103. num. 19. uers. sed, quando, uolum.* 2. vel facta sit per verba relata ad eum, cui facta est substitutio, puta, quia testator dixerit, quandocunque filius meus decesserit sine liberis, facio ei hæredem Titium in tali fundo: Adhuc enim
27 non trahetur ad pupillarem, † *secundum Galiau. in d. l. centurio, num. 321. uers. amplia.* Mouentur autem, vt ita sentiant.

Primo, quia dispositio *l. cohæredi. 41. §. ult.*
28 *ff. de uulg.* quæ vult, † substitutionem etiam restrictam trahi ad pupillarem, cessat in hac specie, Primo, quia Papinianus ibi loquitur de substitutione facta in quota, cum alioquin nos loquamur de substitutione facta in re certa, quæ difficiliùs, quam illa trahitur ad pupillarem, *ut considerat Galiau. in d. l. centurio, num.* 319. Nec obstat, quod arguat ab institutione rei certæ ad substitutionem factam in quota, quia ex hoc non sequitur, posse argui à substitutione facta in quota ad substitutionem factam in re certa: nam hoc modo argumentaremur à maiori ad minus affirmatiuè, quod de iure non est permissum, *ut considerat Galiau ibi num.* 319. Secundo, quia Papinianus ibi loquitur de substitutione, in qua nominatim fuerat facta mentio pupillaris ætatis, quo casu, quia constat, mentem testatoris fuisse, vt filio pupillariter substitueret, *ut ostendimus supra num.* 13. ideo nil mirum, si substitutio trahatur ad pupillarem nõ obstante, quod fuerit à testatore restricta. At nos loquimur de compendiosa facta sine dinumeratione ætatum, quo casu, quia ex verbis testatoris non constat, eum uoluisse pupillariter substituere, ideo non debemus interpretari factam esse pupillarem. *Ita declarant Polit. de subst. in materia compendiosa, nu. 26. uers. Neque obstat, & Galiau. in d. l. centurio, num. 319. uers secundo.*

29 Secundo mouentur, quia † videtur inconueniens, vnam, & eandem substitutionem intra tempora pubertatis esse vniuersalem, post illa verò tempora esse particularem, vt eueniret in proposito, scilicet, quia intra pubertatem esset directa pupillaris, quæ vniuersalis est, post pubertatẽ verò esset fideicõmissaria restricta ad rem illam, quam testator expressit. ideoque, ne tam magna digressio fiat, de vniuersali scilicet ad particularem, & sic de vna specie ad aliam, videtur potiùs dicendum, substitutionem etiam intra pubertatis annos debere censeri fideicommissariã. *Ita arguũt Bal. Galiau. & Rip. in sup. allegatis locu.*

His tamen non obstantibus verius, & receptius est, compendiosam in re certa factam verbis ciuilibus, etiamsi mentio pupillaris ætatis facta non sit, nihilominus trahi ad pupillarem, & consequenter ad vniuersum pupilli patrimonium, si filius in pupillari ætate
30 decesserit. † *Ita enim censuerunt Bart. in d. l. centurio, num. 18. & ibi Alex. num. 89. Ceph. nu. 686. & seqq. & num. 696. & 703. Castr. in dict. l. nam, quod. 14. § non omnis, num. 3. uers. & ex prædictis ff. ad Treb. Alex. cons. 45. num. 9. uol. 1. Soc. Sin. cons. 117. num. 7. uers. & pro maiori, uol. 4. Polit. de substit. in materia compendiosa, num. 26. licet subijciat, disputando facilemè contrariũ posse sustineri, vt supra dictum est. Idem censuerunt Soc. Iun. cons. 95. num. 8. & 10. & cons. 121. num. 18. uolum. 1. ubi testatur, hanc opinionem esse communiter approbatam, nec ab ea consulendo, & iudicando recedendum. Hond. consil. 73. num. 27. uol. 1. Perig. de fideicom. artic. 5. nu. 37. vbi ait, hãc decisionem esse communiter receptam, & num. 40. & d. artic. 34. num. 51. vbi pariter attestatur, hanc esse communem.* Idque procede-
31 re, † non solum, si compendiosa facta sit in re, quæ sit particularis respectu pupilli, sed vniuersalis respectu testatoris, vt euenit, cum testator substituit in hęreditate, vel bonis suis, quo casu compendiosa, tamquam facta in re particulari respectu pupilli, sed vniuersali respectu testatoris trahitur intra pubertatem ad directam pupillarem, eò, quod cessat tunc illa absurditas, quam considerant contrariç sententiç sectatores, *vt retulimus supra num.* 29. cum etiam post pubertatem substitu-
32 tio sit vniuersalis, non particularis, † *ut considerat Rip. in d. l. centurio, num. 95. uers. Tu defende, & uers. unde pro resolutione*, sed etiam, si sit facta in re, quç sit particularis etiam respectu testatoris, vt euenit, cum testator postea, quam filium instituit hęredem vniuersalem, ita substituit, si filius meus decesserit sine liberis, instituo, seu facio hęredem Caium in tali fundo: nam in hoc etiam casu substitutio, si fuerit facta verbis ciuilibus, trahetur intra pubertatem ad directam pupillarem, & per consequẽtias ad vniuersum pupilli patri-
33 monium, † *ut scribunt omnes, quos retulimus supra num. 30. quippe, qui in his terminis loquuntur.* Idem erit, & si testator postea, quã instituit filium in re certa dato ei cohęrede vniuersali, substituerit aliquem in illa re verbis ciuilibus: Adhuc enim substitutio trahetur ad pupillarem, & consequenter ad vni-
34 uersum pupilli patrimonium. † *d. l. cohæredi. 41. §. ult. ff. de uulg. cum ibi not.* Quinimo procedit, non solum, si verba referantur ad eum, cui fit substitutio, vt, quia testator dixerit, si filius meus decesserit sine liberis, facio ei hæ-
35 redem Titium in tali fundo, † *in quibus terminis hoc etiam admittunt Polit. de subst. in materia compendiosa, num. 26. uers. Neque obstat. & Rip. in d. l. centurio, num.* 96. sed etiam, si referãtur ad personam testatoris, vt, quia dixerit,

facio

facio mihi hæredem Titium in tali fundo: † Nam licet in hoc casu plerique censuerint, substitutionem esse omni tempore fideicommissariam, quod huiusmodi verba denotēt, mentem testatoris fuisse, vt substitutus sibi, non etiam pupillo in illa re succederet, & sic non veniret per pupillarem, per quam succeditur pupillo, sed per fideicommissariam, per quam succeditur testatori, † *vt censuit Polit. (licet sub dubio) de substit. in materia compendiosa num. 27. vers. & per hoc etiam, & post eum Rip. in d. l. centurio, num. 96 & in d. l. 1. num. 36. ff. de vulg.* tamen, quia substitutio fuit concepta verbis ciuilibus, quæ denotant, testatorem voluisse directo substituere, *sicuti ostendimus supra num. 4. & seqq.* ideo non refert, ad quem verba dirigantur, sed indistinctè substitutio debet ad directam trahi, *secundum ea, quæ de pupillari diximus supra num. 10. Ita in specie, & reprobando Rip. scripsit Ceph. in d. l. centurio, num. 710. & seqq.* Denique procedit, non solum, si testator, qui compendiosè substituit in bonis suis, ignorauerit filium habere alia bona, sed etiam, si sciuerit: † Nam, licet nonnulli censuerint, in hoc casu substitutionem etiam intra pubertatis annos non esse, nisi fideicommissariam, quod testator, qui scit, pupillum habere alia bona, præter sua, & nihilominus in suis tantum substituit, non videatur ei voluisse facere hæredem, sed tãtum de bonis suis disponere, † *vti videre est apud Castr. in d. l. 1. num. 4. vers. sed si habebat. ff. de vulg.* verius tamen, & receptius est, imo esse pupillarem, & consequenter ad vniuersum trahi pupilli patrimonium. *Ita enim reprobato Castr. censuerunt Alex. in d. l. 1. num. 7. vers. hæc consideratio, & ibi Soc. Sen. num. 11. vers. Aliquando, & 4. Rip. num. 42. Alcia. num. 168. vers. sed, an supradicta. ff. de vulg.* quia, † siue testator sciat, siue ignoret, semper eadem est ratio: nam, &, cum ignorat, cogitare debet, posse eum ante mortem acquirere, *vt dd. supra dictè considerant*. Et sanè ratio, quæ facit, vt substitutio non obstante restrictione testatoris trahatur ad directam pupillarem, & per consequentias ad vniuersum pupilli patrimonium in specie *d. l. cohæredi. 41. §. vlt. ff. de vulg.* militat etiam in omnibus supradictis casibus: Nam ratio est, quia, † cum ex verbis ciuilibus appareat, mentem testatoris fuisse, vt directè substitueret, *vt ostendimus supra num. 4. & seqq.* non debet attendi, si quid adiecerit, quod directæ substitutioni refragetur: nam talis adiectio, tamquam repugnans ei, quod geritur, vitiari debet, & pro non apposita haberi, *vt diximus supra num. 6.* Quemadmodum enim adiectio rei tollitur, quoties apparet, testatorem voluisse hæredem instituere, puta, quia sit vsus verbis ciuilibus, *vt ostendimus in hoc cap. q. 7. num. 1.* ita etiam debet tolli, quoties apparet, testatorem voluisse directò substituere, quia valet argumentum ab institutione ad substitutionem, † *prout in his terminis arguit Papinianus in d. l. cohæredi. 41. §. vlt. ff. de vulg.* Cum igitur in omnibus supradictis speciebus appareat testatorem voluisse directò substituere eo, quod vsus est verbis ciuilibus, Consequens est, vt, siue rem exprimat, siue propriam personam, aut propria bona specificet, non debeat hoc impedire, quominus substitutio directa intelligatur.

Neque obstat, quod Papinianus *in d. l. cohæredi. 41. §. vlt.* loquatur de substitutione facta
43 in quota, quia loquitur † de quota quæ reputatur res singularis, cum sit quota paternæ hæreditatis, quæ respectu pupilli, de cuius successione tractatur in pupillari substitutione, censetur res singularis, non vniuersalis, *vt ostendemus infra num. 88 Ita respondet Ceph. in d. l. centurio, num. 688.* Deindè, licet loquatur de quota, subiicit tamen rationem loquentē de re certa, quæ, quia militat etiam in omnibus supradictis casibus, ideo operatur, vt ad eos trahi debeat prædicta dispositio: Vbi enim militat ratio dispositionis, ibi & ipsa dispositio locum habere debet *l. illud. 32. in prin. ff. ad leg. Aquil. Ita respondet Ceph. in d. l. centurio num. 689.*

Denique non obstat, quod sit inconueniēs eandem substitutionem vno tempore censeri vniuersalem, alio verò particularem, quia
44 posset hoc procedere, † si substitutio esset vna: nam tunc non posset diuerso iure censeri, *ex regula l. eum, qui ædes 23. in fin. ff. de vsucap. & l. 1. vers. Nec ratio ff. de rer. perm.* Atqui compendiosa, licet figura verborum videatur vna, tamen re ipsa plures sub se continet substitutiones, in quas potest resolui, ideoque idem de ea iudicandum est, quod de pluribus substitutionibus eidem, eiusdemque fauore factis, quas non est inconueniens diuerso iure censeri, ita, vt vna sit vniuersalis altera verò particularis. Quinimo, licet compendiosa censeretur vna, non multiplex substitutio, tamen, quia respicit diuersos casus, & diuersa tempora, quorum non est idem ius, non esset inconueniens diuerso eam censeri iure, quia vna, & eadem res diuersis respectibus di-
45 uerso quoque iure censeri potest, † *l. Papinianus. 8. §. sed neque impuberis ff. de inoffic. testa. cap. si pater. in fin. de testa. in sexto.* Quamobrem, & compendiosa in re certa facta verbis communibus censetur vniuersalis, si filius decedat in pupillari ætate, particularis verò, si decedat post pubertatem, quibus casibus ex mente testatoris trahitur ad pupillarem, *quos referemus infra num. 100. & seqq.* Et, cum testator filio particulariter instituto, cui dedit cohæredem vniuersalem, substituit simpliciter non exprimendo rem illam particularem, licet substitutionem concipiat verbis communibus, nihilominus ex recepta dd. sententia cēsetur directa pupillaris, & sic vniuersalis intra pubertatem, postea verò censetur fideicommissaria restricta ad rem illam, quam testator expressit, quatenus scilicet legitimæ quantitatem excedit, *d. cap. si pater, de testa. in sexto, & latius nos ostendemus infra, num. 156.* & tamen hoc non censetur inconueniens. Nec igitur censeri debet inconueniens compendiosam verbis ciuilibus in re certa factam trahi ad pupillarem, & ita fieri vniuersalem intra pubertatis annos, licet postea non sit futura, nisi particularis.

Secundus verò casus est, quando testator in re certa substituendo vsus est verbis merè obliquis, Et tūc certi iuris est, substitutionem non cēseri directam, sed fideicommissariam, ideoque non trahi ad vniuersum, sed in ea tantum re cōsistere, quam testator substituendo expres-

46 expressit, † *secundum ea, quæ diximus in q. præced. nu. 3. Ita in specie de substitutione facta verbis precarijs in re certa scripserunt Bart. in l. cogi. 16. in princ. num. 3 ff. ad Treb. Imol. in d. l. 1. § si ex fundo, num. 17. vers. 4. fallit, & num. 18. ff. de hered. inst. Alex. cons. 45. num. 9. vers. ex prædictis & num. 10. vol. 1. Ias. in d. l. coheredi. 41. §. vlt. num. 3. ff. de vulg. & cons. 72. col. 3. vers. 2. ad istud vol. 3. Gul. Ben. in d. cap. Raynutius in verb. in eodem testamento relinquens 1. num. 264. Paris. cons. 74 num. 44. 65. & 67. vol. 3. Duran. de art. testan. tit. 5. caut. 10. nu. 3. Crau. cons. 856. num. 17. Ceph. cons. 411. num. 17. Auth. Incert. inter cons. vlt. vol. cons. 88. num. 4. vol. 1. Mantic. de con. vlt. vol. lib. 7. tit. 6. num. 12. & 13. Men. de adip. poss. remed. 4 num. 211. Crass. in d. § substi-*
47 *tutio q. 29. num. 3.* Nam, † quia verbis precarijs non, nisi fideicommissa relinquuntur *l. eam quam. 14. C. de fideic. d. l. coheredi. 41. §. cum filio ff. de vulga.* idcò ex eo, quod testator illis vsus est in substituendo colligimus, mentem eius fuisse, non directam, sed fideicommissariam facere substitutionem.

Hinc infertur primo, si testator per verbũ, lego, substituat in re certa, talem substitutionem non trahi ad pupillarem, sed esse omni
48 tempore fideicommissariam, † *vt est in confesso apud eos, quos referemus infra num. 50. & 51.*
49 quia † verbum, lego, tamquam obliquum, *vt ostendimus in hoc cap. q. 3. num. 167.* adiectum certę rei nũquam trahitur ad institutionem, sed denotat simplex legatum, aut fideicommissum, *vt ostendimus in d. q. 3. num. 165. & q. 12. num. 6.* Idq; procedit, etiamsi verbum, le-
50 go, adijciatur vniuersitati bonorum, † *vt docuerunt Alex. in d. l. centurio, num. 91. vers. sed, si tu quæris, & ibi Galeau. num. 327. vers. vnde ego, & Rip. num. 100. Ias. in d. l. cohered. 41. §. vlt. num. 3. ff. de vulg. Iac. de Nigr. in d. rub. ff. de leg. 1. nu. 36. vers. 2.* puta, quia testator dicat, quandocunq; filius meus decesserit sine liberis, lego bona mea, aut etiã omnia mea bona Titio: nam nec eo quidem casu trahetur substitutio ad directam, sed erit omni tẽpore fidei-
51 cõmissaria, † *vt de prima specie scripserunt Bart. in d. l. centurio, num. 19. & ibi Ias. num. 37. vbi ait, cum ista decisione transire indifferẽter omnes, & probant etiam Alcia. ibi num. 72. vers. Igitur videndum & Soc. Iun. in d. rub ff. de leg. 1. num. 108. De secunda vero Alex. in d. l. centurio, num. 90 & ibi Rip. num. 98. & 100. Ceph. num. 719 et seqq. Gul. Ben. in d. cap. Raynutius, in verb. eidem impuberi succederent, num. 12. Polit. de substit. in materia compendiosæ num. 27.*

Nec est contrarium, quod verbum, lego, adiectum vniuersitati nullo dato cohęrede vniuersali trahitur ad institutionem, *vt scribunt ij, quos retulimus in hoc cap. q. 4. num. 11.* quia pręter id, quod contraria sentẽtia videtur esse receptior, *vt ostendimus ibi num. 29. & 30.* cõstat etiam hoc procedere, quoties adijcitur rei, quæ omni respectu vniuersalis est, quod in proposito dici nequit, scilicet, quia
52 † bona testatoris etiam ciuiliter accepta, licet ipsius respectu denotẽt rem vniuersalem, tamen respectu filij, de cuius successione tractatur in substitutione pupillari denotãt rem particularem, *vt diximus supra num. 11. & 31. & latius ostendemus infra num. 88. & seqq. Et in his terminis considerat Soc. Iun. in d. rub. ff. de leg. 1. num. 108.* ideoq; verbum, lego adiectum hęreditati, siue bonis testatoris non magis trahitur ad pupillarem, quam, si fundo, vel alteri rei certę adiectum esset. Sanè, si testator, ita diceret, quandocunq; filius meus decesserit sine liberis, lego omnia eius bona Titio, quia verbum, lego, esset adiectum rei, quæ etiam respectu pupilli censeretur vniuersalis, facilè sustineri posset, inductam esse pupillarem,
53 † *vt in specie censuit Polit. de substit. in materia compendiosæ, num. 27. vers. Ideo mutetur,* posita scilicet ea sententia, quæ vult, verbum, lego, adiectum vniuersitati bonorum trahi ad institutionem. Sed, quia contraria opinio videtur receptior, ideò vix est, vt hęc exceptio locum in iudicijs obtinere possit.

Secundo infertur, si testator, ita scripserit, quandocunque filius meus decesserit, sine liberis, bona mea dentur, & distribuantur inter pauperes, substitutionem, etiam intra tempora pubertatis non esse nisi fideicommissariã,
54 ideoq; ad pupilli bona non trahi. † *Ita enim censuerunt Bart. in d. l. centurio, num. 23. & ibi Ang. num. 6. vers. si vera testator, Alex. num. 83. vers. 2. limita Galeau num. 347. & seq. in fi. Rip. num. 109. Bart. in l. fundi Trebatiani. 38. num. 5 ff. de vsufr. lega. Castr. in d. l. precibus 8. nu. 17. C. de impub. & al. subst. Alex. cons. 45. num. 10. vers. Præterea, vol 1. & cons. 12. nu. 16. vers. Nec obstat, vol. 3. Capell. Tholo. q. 216. Odd. cons. 9. nu. 23. vbi ait, se non videri discrepantem. Pereg. de fideic. artic. 34. num. 64. vers. vbi autem,* quia,
55 † cum illa verba, dentur, & distribuantur, sint obliqua, tamquam ea, quæ denotant, debere pauperes capere de manu alterius, *vt diximus in hoc cap. q. 3. num. 312.* Consequens est, vt ad directam trahi nullo modo possint, *per ea, quę supra diximus.*

Planè, si testator expresserit personas executorum, puta dixerit, si filius meus decesserit aut, quandocunq; decesserit sine liberis bona mea dentur, & distribuantur inter pauperes per infrascriptos meos cõmissarios, siue executores, dubitari solet, an intra tempora pubertatis trahatur ad directam pupillarem, an verò sit omni tempore fideicommissaria. Quæstio est mirum in modum agitata, adcò, vt in materia compendiosę vix alia reperiatur, quæ magis, quam hæc sit inter nostros iuris interpretes controuersa: Nam plerique
56 censuerunt ad pupillarem trahi, † *vt Bart. in d. l. centurio, num. 21. Et ibi Ang. num. 6. Alex. num. 81. in fi. Ias. num. 38. iuncto num. 39. vers. teneat. Bart. in d. l. fundi Trebatiani 38. num. 5. ff. de vsufr. lega. & cons. 3. num. 3. & seq. cons. 56. num. 1. vers. in contrariũ, & cons. 182. lib. 1. Ang. cons 97. num. 3. vers. Contrarium, Abb. cons 59. in prin. vers. sed his non obstantibus, lib. 1. Aufr. in add. ad decis. Capell. Tholos. 216. Alex. cons. 12. num. 11. vol. 3 Pereg. de fideic. d. artic. 34. nu. 64.* Mouentur autem.
57 Primo, quia, † licet expressa substitutionis verba sint precaria, tamen ea, quæ tacitè intelliguntur, sunt directa: Nam testator, qui ita est locutus, perinde est accipiendus, ac, si dixisset, executores accipiant bona mea, & ea distribuant inter pauperes. *l. alio. 9. & ibi gl. in verb. alio herede, in fi. ff. de alim. lega.* Itaq; censetur eos vocasse per verbum, accipiant, quod est directum, cum denotet, eos, debere capere propria

propria authoritate, non autem de manu alterius, *vt ex eorum sententia diximus in hoc cap. q. 3. num. 226.* Ideoq; adiectum vniuersitati bonorum debet ad directã trahi. *Ita arguunt Bart. in d. l. centurio, num. 21. et ibi Ang. num. 6. Ang. d. cons. 97. num. 3. vers. contrarium, Alex. d. cons. 12. num. 11. & 12. vol. 3. Abb. d. cons. 59. in prin. vers. sed his non obstantibus, lib. 1. Pereg. de fideic. d. artic. 34. num. 64.*

58 Secundo mouentur, quia, † directa tunc cẽsetur substitutio, cum per eam quis efficitur hæres, aut loco hæredis constituitur, *d. l. precibus. 8. C. de impub. & al. subst.* Sed in proposita specie executores fiunt hæredes, aut saltem loco hæredum constituuntur, scilicet, quia cum eis assignentur bona inter pauperes distribuenda, & nullus eis detur cohæres vniuersalis, talis assignatio vim vniuersalis institutionis habet *l. his verbis 48. in prin ff. de hæred. inst.* Quamobrem dicimus, eos censeri hęredes institutos, *ex cap. cum tibi, secundum intellectum magis communem, extr. de testa. & scribit Ias. in Auth. nouissima num. 24. vers. Adde, quod idem C. de inoff testa.* & hæredis esse loco, sine locum tenere, *vti videre est apud Mantic. de con. vlt. vol. lib. 4. tit. 7. num. 1.* Ergo talis substitutio debet censeri directa non autem fideicommissaria. *Ita arguunt Bart. in d. l. centurio, num. 21. vers. Pro hoc videtur, & ibi Alex. num. 80. et 81. Ias. num. 39 vers. tamẽ illud, Ang. d. cons. 97. num. 3. vers & pro hoc facit.*

59 Tertio mouentur, quia, † dato etiã, quod non executores, sed pauperes ipsi deberent censeri substituti, adhuc tamen substitutio videretur intra pubertatẽ indicãda directa pupillaris, quia paria sunt relinquere pauperibus, vel relinquere executoribus contemplatione pauperum, scilicet, quia executores sũt veluti pauperum administratores, &, quod administratoribus relinquitur, videtur ei relictum, cuius administratio geritur *l. annua. 20. §. Attia ff. de ann. lega.* vt, & contra relictum ab administratore, puta tutore videtur relictum à pupillo, cuius geritur administratio *l. pupillo. 71. §. matri ff. de leg. 2. l. etiam. 20. C. de fideic.* Sed, si pauperes fuissẽt substituti eo modo, quo tacitè substituti intelliguntur executores, scilicet per verbum, accipiant, talis substitutio, tamquam facta verbis directis ad vniuersitatem relatis intra pubertatem censeretur directa pupillaris. Ergo debet etiam talis iudicari, cum in personis administratorum ita facta intelligitur. *Ita arguunt Alex. in d. l. centurio, num. 79. & ibi Ias. num 40. Alex. d. cons. 12 num. 14. & 15. vol. 3.*

60 Quarto, & vltimo mouentur, quia † dato, quod res esset dubia, nihilominus substitutio deberet potiùs iudicari directa, quam fideicommissaria, *ex regula cap. si pater, De testa. in 6. vt arguunt Abb. d. cons. 59. num. 2. lib 1. Alex. in d. l. centurio, num. 81. vers. & prædicta, & d. cons. 12. num. 16. vol. 3.* Maximè, cum in dubio tenenda sit ea pars, quæ fauet pię causę *l. sunt persona. 43 ff de relig. et sump. fun.* & verò etiam causæ testamenti *l. si pars. 10. ff. de inoff. testa. cap. fin. extr. de sen. & re iud. Et in proposito considerant Abb. d. cons. 59. num. 2. lib. 1. & Ias. in d. l. centurio, num. 39. vers. teneas.*

Verùm his non obstantibus puto verius, quod alij frequentiùs tradiderũt, nempe substitutionem prædicto modo factam censeri omni tempore fideicommissariam, & per consequentias non posse ad pupilli bona tra-
61 hi. † *Ita enim censuerunt Bald. in d. l. precibus. 8. num. 46. vers. dico ergo C. de impub & al. subst. Imol. in d. l. centurio, num. 20. vers. Item non videtur verum, & num 22. vers. & sic ex prædictis, & ibi Galiau. (licet sub dubio) num. 345. vers. vltimus, Rip. num. 105. vers. cõtrariam, Alex. cons. 45. num. 10. vol. 1. & cons. 162. num. 7. vol. 2. vbi ait, magis communem esse cõtra Bart. prout etiam testatur Odd. d. cons. 9. num. 22. & 23.* Probatur autem hæc sententia.

62 Primo, quia † in æstimanda substitutione, vtrum sit directa, an fideicommissaria, debemus eam considerare inspecta persona eorũ, qui sunt vocati, non aliorum. Atqui in specie proposita sunt vocati pauperes, vt pote, qui soli emolumentum substitutionis habere debent, non verò executores, qui nudam in distribuendo curam, nudumq; ministerium exhibere debent, *vt considerat Alex. d. cons. 45. n. 9. vers. & similiter vol. 1.* Ergo ex pauperum persona debet æstimari, vtrum substitutio sit directa, an verò fideicommissaria. Sed inspecta eorum persona non potest aliter censeri, quam fideicommissaria, cum sit facta verbis illis, dentur, & distribuantur, quæ sunt precaria, *vt supra dictum est.* Ergo talis debet iudicari. *Ita arguunt Alex. d. cons. 45. num. 10. vol. 1. & d. cons. 162. num. 7. vol. 2. Rip. in d. l. centurio, num. 105. vers. primo.*

63 Secundo probatur, quia, † quando persona executorum non est expressa, dubium non est, quin substitutio censeatur omni tempore fideicommissaria, *vt apud omnes est in confesso, sicuti ostendimus supra num. 54.* Ergo, & cum est expressa, scilicet, quia eadem semper militat ratio: Nam, &, cum expressa nõ est, executio spectat ad Episcopum *l. nulli. 28. §. 1. & l. si quis ad declinandam 49. §. & si quidem C. de epis. & cler.* &, cum est exprẹssa, si datus executor moriatur, aut sit negligens, ad eundem Episcopum spectat executio, & tamẽ is non efficit, vt substitutio censeatur directa. Nec igitur directa censeri debebit, cum expressim alius executor datus est: *Ita ratiocinantur, Bald. in d. l. precibus. 8. num. 46. C. de impub. & al. subst. & Alex d. cons. 45. num. 10. vers. præterea, vol. 1.*

Nec ẹst, quod respondeas, diuersam esse
64 rationem huius, & illius speciei: Nam † quando nullus est datus executor, & Episcopus venit vt executor legitimus, dictum verbum directum, accipiat, non subintelligitur ex dispositione testatoris, sed ex dispositione legis vt patet ex eo, quia etiam contra volũtatem testatoris administrare potest; Ergo non censetur, tãquam hæres à testatore vocatus, prout censetur, cum expressa est persona executoris, *vt respondent Alex. d. cons 12. num. 16. vers. Nec obstat, vol. 3. & Ias. in d. l. centurio, nu. 38. vers. sed ista ratio,* quia verius est, imo ean-
65 dem esse rationem: Nam, † siue sit deputatus à testatore, siue a lege, semper est administrator legitimus, vt dicimus de tutore etiam testamentario, *sicuti declarat Bald. in d. l. precibus 8. num. 46. C. de impub. & al. sub.* Denique etiam, cum à testatore deputatur, non vocatur ad emolumentum, sed ad onus, quæ vocatio

catio nullam ad inducendam substitutionem directam vim habere potest, scilicet, quia vocatio, ex qua directa, vel obliqua substitutio indicatur, debet in emolumento, non in onere personali consistere.

Tertiò (& hoc ponit rem extra omnem
66 dubitationem) probatur, quia † dato etiam, quod executores censeri possent ad emolumentum vocati, imo, quod testator expressim eos vocasset illis verbis, quæ putant subintelligi, nempe, accipiant bona mea, & ea distribuant inter pauperes, non tamen substitutio intra pubertatem censeri posset directa pupillaris, sed tantum fideicommissaria, quia, cum esset facta verbis directis non ciuilibus, cuiusmodi (secundum eos) est verbum accipiant, *vt ostendimus in hoc cap. q. 3. num.* 226. & esset restricta ad bona testatoris, & sic ad rem particularem respectu pupilli, *vt diximus supra num.* 11. *& latiùs dicemus infra num.* 88. *& seqq.* Consequens est, vt non potuerit trahi ad directam pupillarem, sed omni tempore debuerit esse fideicommissaria, *ex iis, quæ dicemus infra num. 77. & seqq. Ita Alex. d. cons. 45. num. 9. vers. fortificantur, vol.* 1.

Nec obstat, si dicatur, hæc verba, bona
67 mea, non excludere pupillarem, † *vt patet ex iis, quæ diximus supra num.* 10. 14. *& seqq. Et in proposito respondent Alex. d. consil.* 12. *num.* 16. *vers. Nec obstat etiam, vol.* 3. *& Ias. in d. l. centurio, num.* 39. *vers. aduerte etiam*, quia id
68 esset verum, si † substitutio esset facta verbis ciuilibus, aut in figura pupillaris, *secundum ea, quæ diximus supra num.* 10. *& dicemus infra num.* 106. Cæterùm, quoties est facta verbis directis non ciuilibus, aut communibus, & sine figura pupillaris substitutionis, vt facta supponitur in hac specie, magis est, vt excludant pupillarem, quia per eam deberet capi bona pupilli, cum alioquin testator ad sua restrinxerit substitutionem, *vt latè ostendemus infra num.* 77. *& seqq. Et in proposito considerat Rip. num.* 105. *vers.* 3.

Neque obstant contraria: Ad primũ enim respondeo primo, verbum, accipiant, subintelligi non per modum vocationis ad emolumentum, sed per modum vocationis ad onus, quæ vocatio nihil ad finem inducendæ pupillaris substitutionis operatur, *vt supra dictum est*, siue (quod idem est) subintelligi, quoad hoc, vt executores possint agere, & petere bona distribuenda, non, quoad hoc, vt censeantur instituti, seu vocati. *d. l. si quis ad declinandam.* 49. *§ licentia. C. de episc. & cler. prout respondet Alex. d. cons.* 45. *num.* 10. *versic. Item non obstat, vol.* 1.

Secundo respõdeo, dato etiam, quod subintelligeretur per modum vocationis ad emolumentum, esset tamen verbum directum nõ ciuile, ideoque non posse trahi ad directam pupillarem, quoties substitutio est restricta ad bona testatoris, prout restricta supponitur in hac specie, *secundum ea, quæ dicemus infra num. 77. & seqq. de verbo communi, quod parum, aut nihil a directo non ciuili differt, ut ostendemus infra num.* 76.

Ad secundum verò respondent nonnulli
69 distinguendo, † aut testator non instituit aliũ hæredem, Et verum est, censeri institutos executores, aut verò instituit alium hæredem, Et tunc veriùs est, non censeri eos institutos. *Ita distinguit Alex. d. cons. 45. num.* 10. *vers. Nec secundum enim, & uers. Item non obstat, uol.* 1.

Verum hæc responsio non facit ad propositum, quia, cum tractemus de substitutione facta filio decedenti sine liberis, haud dubiè supponimus, fuisse filium hęredem institutum, & post eius mortem iussos executores bona testatoris inter pauperes distribuere.

Quamobrem veriùs est, executores non
70 tenere locum hæredum, quoad hoc, † vt censeantur ipsimet vocati, sed tantum, quoad hoc, vt agere, & conueniri possint, & sic, nõ quoad emolumentum, sed, quoad onus administrationis: *Ita respondet Alex. d. cons.* 45. *num.* 10. *vers. uel secundum, uol.* 1. Denique tenere locum hæredum eo modo, quo hæredes censentur ipsimet pauperes, quorum sunt ad-
71 ministratores. † Itaque, si pauperes fuerunt directò vocati, tenebunt locum hæredum directorum, si verò non directò, sed per fideicommissum vocati intelliguntur, vt in hac specie, magis est, vt teneant locum hæredũ non directorum, sed fideicommissariorum. *Ita respondet Imol. in d. l. centurio, num.* 22. *uers. & hoc casu, & Alex. d. cons. 45. num.* 10. *vers. uel est verum uol.* 1. *Et in simili de Episcopo, qui legitimus pauperum administrator est, declarat Bart. in dict. l. centurio, num.* 23. *uers. Nec obstat.*

Ad tertium respondeo primo, executores non esse vocatos, sed tantum administrationis onere grauatos, ideoque non posse pauperes censeri vocatos eo modo, quo vocati sunt executores. *Ita respondet Alex. d. cons.* 45. *num.* 10. *uers. Nec obstat, quod paria, uol.* 1.

Secundo respondeo, licet pauperes essent vocati eo modo, quo vocati supponuntur executores, non tamen substitutionem posse censeri directam, sed tantum fideicommissariam, quia, cum intelligatur concepta verbis non ciuilibus, & sit restricta ad bona testatoris, Consequens est, vt ad directam pupillarem trahi non possit, *secundum ea, quæ supra diximus, & latius dicemus infra num.* 77. *& seqq.*

Ad quartum denique respondeo id procedere, si verba talem interpretationem patiãtur. *d. cap. si pater, de testa. in* 6. In casu autem proposito eam non pati, quia, cum verba expressa sint obliqua, ea verò, quæ tacitè intelliguntur, sint directa non ciuilia restricta ad bona testatoris. Consequens est, vt ad directam pupillarem referri nullo modo possint, *ut supra dictum est.*

Tertius casus est, quando substitutio facta in re certa fuit concepta verbis directis non ciuilibus, Et tunc omnes fatentur, eam non trahi ad directam pupillarem, & per consequentias ad vniuersum, sed omni tempore
72 censeri fideicommissariam. † *Ita enim scripserunt Bart. in d. l. centurio, num.* 18. *uers. si uerò substituit, & ibi Alex. num.* 89. *Ias. num.* 35. *&* 39. *& in fin. & num.* 61. *uers. Not. diligenter, Galeau. num.* 323. *&* 500. *uers. sexto, Rip. num.* 97. *&* 153. *Ceph. num.* 713. *uers. secundo, & num.* 835. *&* 1051. *Castr. cons.* 114. *num.* 5. *in fin. uol.* 1. *Alex. d. cons. 45 num. 9. uol.* 1. *Ias. in d. l. cohæredi.* 41. *§. ult. num.* 3. *ff. de vulg. Soc. Sen. cõs.* 117. *num.*

num.7.verſ.& pro maiori,vol 4. Polit.de ſubſtit.
in materia compendioſæ num.26. Soc. Iun. conſ.
*95.num.*10.*& conſ.*121.*num.*18 *vol.*1. *Duran.*
*de art.teſtan.tit.*5.*caut.*10.*nu.*3.*Cepb. conſ.*411.
*num.*15.*Hond conſ.*73.*nu.*24.*vol.*1 *Surd. conſ.*
229.*num.*11.*Pereg.de fideic.d. artic.*5 *num.* 37.
*& d.artic.*34.*num.* 54. *&* 55.*verſ. Quamobrem,*
& verſ.Ratio. Quod, & de alijs directis ſubſti-
tutionibus dicitur: Nam, nec ad directam
73 exemplarem trahetur, † *vt oſtendit Mantic.de*
*con.vlt.vol lib.*5.*tit.* 16.*num.* 23. nec ad directã
74 vulgarem, † *vt ſcribit Pereg.d.artic.*34.*nu.* 54.
75 ſcilicet, quia † verba directa non ciuilia adie-
cta certæ rei nunquam trahuntur ad inſtitu-
tionem, ſed denotant legatum, aut fideicom-
miſſum particulare, *vt diximus in hoc cap. q.*
12.*num.*14. cum in relictis particularibus nil
referat, vtrum diſpoſitio fiat verbis obliquis,
an verò verbis directis non ciuilibus, *vt dixi-*
*mus ibi num.*16. Quamobrem ea, quæ de ver-
bis obliquis dicta ſunt, debent cenſeri, etiam
in directis non ciuilibus repetita, quemad-
modum, & ea, quæ dicemus *infra num.*77. *&*
ſeqq. de verbis communibus, ſcilicet, quia cõ-
munia, & directa non ciuilia, quantum ad
propoſitam materiam non videntur differre,
76 † *vt ſcribunt Bart.in d l.centurio,nu.*18.*in fi. &*
num. 40. *verſic. quandoq; teſtator, & ibi Imol.*
*num.*16.*&* 18.*verſ.circa paganum Iaſ num.*38.
*in fi. Rip.num.*104 *verſ.*2 *aduerte, Galiau. num.*
335.*Cepb.nu.*830.*&* 1031. *Alex.conſ.*16.*num.*
1.*&* 20.*vol.*5.*Trenta. de ſubſtit. part.*4. *cap.* 4.
*num.*30 *Craſ.in §.ſubſtitutio q* 5.*num.* 8. *Pe-*
*reg.d.artic.*34 *num.* 49. Qua ratione fit, vt no-
ſtri de ijs promiſcuè loquantur, nóſq; pro
inde declarationes, & limitationes omnes in
ſequenti caſu communiter aſſerendas duxe-
rimus.

Quartus caſus eſt, quãdo ſubſtitutio facta
in re certa fuit concepta verbis communibus
puta, quia teſtator dixit, ſi filius meus deceſ-
ſerit, aut, quandocunq; deceſſerit ſine liberis,
ſubſtituo Titium in tali fundo, vel, volo, ta-
lem fundum ad Titium peruenire, aut ſimili
eſt vſus dicendi genere, Et tunc ex receptiſſi
ma noſtrorum ſententia non trahetur ad di-
rectam pupillarem, aut etiam vulgarem, ſiue
ad vniuerſum, ſed omni tempore cenſebitur
fideicommiſſaria reſtricta ad rem illam, quã
77 teſtator diſponendo expreſſit. † *Ita enim de*
pupillari ſcripſerunt Bart.in d. l. centurio, num.
33.*&* 34.*et ibi Ang.num.*13.*in fi. Imol.num.*24.
*verſ.Item adde, Alex.num.*89.*Galiau. num.*323.
Rip. num. 136. *&* 152. *Alcia. num.* 97. *&* 98.
*Cepb.num.*1045.*verſ.ſecundus.Bald. in d. l.pre-*
cibus 8.*num.*50.*verſ Item quæritur, & in l.hu-*
manitatis 9.*nu.*55.*C.de impub. & al.ſubſt. Ang.*
*conſ.*13.*num.*3.*Roma.conſ* 58.*num.*1. *conſ.*153.
*num.*3.*& conſ.*200.*num.* 1.*Caſtr.in l.nam, quod*
14.*§.non omnis, num.*3. *verſ. & ex prædictis ff.*
*ad Treb. & conſ.*114.*num.*5.*in fi.vol.*1. *Imol. in*
*d.l.*1.*§ ſi ex fundo num.*19.*in prin. & verſ. Idem*
ſubdit et in l.ex facto 35.*nu.* 12.*in fi.ff.de hæred.*
*inſt. Alex.in l.*1.*num.*8.*verſ. Nec obſtat, ſi pro opi-*
nione, & in l. Lucius 45.*in prin.num.*18.*verſ. ſed*
*e contra ff.de vulg. & d.conſ.*45.*num.*9.*vol.* 1. *&*
*conſ.*17.*num.*13.*vol.*7.*Iaſ.in d.l.cohæredi.* 41. §.
*vlt.num.*3.*ff.de vulg. & in l.quoties.* 13. *num.* 1.
*verſ.quod vltimum C. de hæred. inſt. & conſ.*72.
*col.*3.*verſ.Ad iſtud, & col.*4.*verſ. Non obſtat er-*
*go vol.*3.*Soc.Sen.conſ* 117.*num.*3.4.*&* 7. *uerſ.&*
pro maiori.uol 4.*Gul. Ben. in d. cap. Raynutius*
in uerb. in eodem teſtamento relinquens 1. *num.*
264 *Corn.conſ.*161.*num.*6. *uol.* 1. *Polit. de ſub-*
*ſtit.in materia compendioſa, num.*26.*Pariſ. conſ.*
59.*num.*5.*uol.*2.*& conſ.*74. *num.* 45. 46. *&* 67.
*uol.*3 *Soc.Iun.conſ* 95. *num.* 5. 8. *&* 10. *& conſ.*
136.*num.*1.*uol.*1.*Auth.incert.inter conſult. uol.*
*conſ.*88.*num.*5.*uol.*1.*& conſ.*103.*num.*22.*uol.*2.
*Duran.de art.teſt.tit.*5 *caut.* 10.*num.*3.*& caut.*
11.*num.*2.*Nat.conſ* 68.*nu.*4. *Cepb. d.conſ.*411.
*num.*15. *&* 19. *Mago. deciſ. Luc.* 32. *num.* 18.
*Mantic.de con.ult.uol.lib.*7.*tit.*3.*num.*13. *Craſ.*
*in §.inſtitutio q.*22.*num* 9.*Honded.conſ.*73. *nu.*
24.*&* 28. *uerſ.ſed ſubſtitutio. uol.*1. *Men. conſ.*
362.*num.*16.*Morot.conſ.*100.*num.*2.*uerſ. Nec*
obſtat.Surd.conſ 229.*nu.*5.*&* 6. *Pereg. de fideic.*
*artic.*34.*num.*54.*&* 55. *uerſ. quamobrem, Gra-*
*tia.cap.*407.*diſcep.for.num.*20.*& cap.*528.*num.*
13.*Mareſco.lib.*1.*uaria.reſol.cap.*33.*num.* 6. *De*
*uulgari uero Pereg.d.artic.*34 *num.*19.*uerſ. Aut*
78 *fuit, & num.* 54. Nam † verbum commune
adiectum certæ rei nunquam trahitur ad in-
ſtitutionem, ſed denotat ſimplex legatum,
aut fideicommiſſum, *ut oſtendimus in hoc cap.*
*q.*12.*num.*17.*Et in his terminis conſiderãt Bart.*
*in d l.centurio, num.*34.*& ibi Rip. num.* 152.*&*
*Alcia.num.*97.*Nat.d.conſ* 68.*num.*4. *Duran.d.*
*tit.*5.*caut.* 10 *nu.* 3. Qua ratione fit, vt nec tra-
79 hi poſsit ad directam exemplarem, † *ut ſcri-*
bit Alcia in d.l. centurio num. 98. quippe, quæ
pupillari aſsimilatur *l.humanitatis* 9. *C. de im-*
pub. & al ſub.§.qua ratione Inſt. de pupill. Idque
adeo verum eſt, vt procedat

Primo, non ſolum, ſi teſtator exprimat cer-
tum corpus, puta fundum, aut domũ, *in qui-*
bus terminis loquuntur omnes quos retulimus ſu-
*pra num.*77. Sed etiam, ſi omnia bona mobi-
lia, & immobilia: Nam, quia talis ſubſtitutio
80 cenſetur facta in re certa, † *ut declarant Bart.*
in d. l. centurio, num. 27. *& ibi Iaſ. nu.*38. *uerſ.*
*Tu adde, & Rip.num.*136.*Duran.d. tit.* 5. *caut.*
11.*num.*2.*Pereg.d.artic* 34.*num.*56. cum mo-
bilium, & immobilium appellatione non
81 contineantur iura, & actiones † *l. a Diuo Pio.*
15.*§.in uenditione.ff.de re iud. Bart.in d. l. cen-*
*turio, num.*27.*& ibi Iaſ.num.*38.*uerſ. ultra ſcri-*
*bentes Pereg.de fideic artic.*5.*num.*43. ideo, ſi
fuerit concepta verbis communibus non cõ-
tinebit directam pupillarem, ſed erit omni
82 tempore fideicommiſſaria. † *Ita ſcripſerunt,*
Bart in d.l.centurio, num. 27. *& ibi, Rip. num.*
136.*&* 153.*uerſ.amplia* 2.*et Alcia.num.*97. *uerſ.*
Nam, &, cum, Duran.d.tit. 5. *caut.* 11. *num.* 1.
*Men.de præſ.lib.*4.*præſ.*54.*num.*25. *Pereg.d.ar-*
tic. 34. *num.* 56. *Gratia. d. cap.* 528. *diſcep. for.*
num. 22.

Secundo procedit, non ſolum, ſi res omni
reſpectu ſit particularis, ſed etiam, ſi aliquo
83 reſpectu ſit vniuerſalis, † vt, quia contineat
iura, & actiones: Sufficit enim reſpectu pu-
pilli cenſeri particularem, ad hoc, vt com-
pendioſa in ea facta verbis communibus nõ
trahatur ad pupillarem, ſed omni tempore
cenſeatur fideicommiſſaria. Exemplum ſit,
in ſubſtitutione facta in bonis maternis; Nã,
licet ea contineant iura, & actiones, quia ta-
men reſpectu pupilli denotant rem certam
& particularem, *ut patebit ex ijs, quæ mox dice-*
mus, ideo ſubſtitutio, tamquam facta in re-

certa, & verbis communibus non trahetur ad
directam pupillarem, sed erit omni tempore
84 fideicommissaria, † ut rectè scripserunt Alcia.
in d.l.centurio num.97. uers. Idem quoq est, &
Pereg. de fideic. d. artic. 34 num. 19. uers. & in-
tellige, tametsi contrarium, & male tenuerit Rip.
in d. l. centurio, num. 154.

Hinc infertur, si testator substituendo se
restringat ad personam suam, vel suam hære-
ditatem, puta dicat, quandocunq. filius me-
us decesserit sine liberis, substituo mihi Ti-
tium, vel Titium in hæreditate mea, seu bo-
nis meis substituo, sub tali substitutione non
contineri pupillarem, sed tantum fideicom-
85 missariam: † Ita enim scripserunt Bald. in d.l.
precibus 8.num. 44.vers. Preterea & ibi Cag.
228 C.de impub.& al.subst. Alex. d.cons.45. nu.
9.vers.Fortificantur, vol.1.Soc.Sen.in d.l.1.num.
11.vers. Aliquando, & 5. & ibi Alcia.num.167.
uers.quod, si testator ubi ait, hanc esse receptiorem
ff.de uulg.Corn.cons 262 num.7.uol.1. cons. 95.
num.13.& 14.& cons.152.num 26. uol. 2. cons.
93.num. 6. uers. Compendiosa autem, uol. 3. &
cons.205.num. 5. uers. & quicquid alias, uol. 4.
Dec in l.pen.num.2.uers secus C. de impub. & al.
subst.& cons 642 num.1 uers.et talis compendio
sa. Paris. cons. 59. num. 5. ubi ait esse doctrinam
communiter approbatam, & cons.73.num.19. &
20.uol.2.Galiau in d l.centurio num.328 uers.
praterea quicquid, & uers Non obstat, si dicas,
Grau.cons.98 num.10. Gabr. cons. 113. num. 7.
34. & 51.ubi testatur, hanc esse ueram, & com-
munem opinionem uol.2. Mantic de con. ult. uol.
lib.7.tit.3.num.13.& 18 & decis.367.num.2. &
7.Hond.cons 73.num.18.23. et 38. uol. 1. Men.
cons.144 num. 14. uers. aut dicimus, cons 243.
num.39 cons.362.num 3. iuncto num. 22. cons.
551.num.22 et 23.& de pres.lib.4.pres.54.num.
22, Surd.cons 229.num.6. Pereg. de fideic. artic.
34 num.44.& 45.in fi.& cons.32. num.41. uol.
2. Gratia. cap. 407. discep. for. num. 17. & cap.
528.num 22.& 24. Maresco. lib. 1. Varia. resol,
cap.33.num.2.& lib.2.cap. 140. num. 1. & seqq.
Rota apud Farin. in recoll. part. 2. decis. 431.
num. 6. Et simili modo non contineri exem-
86 plarem, † ut in specie docuerunt Dec. cons. 371.
num.3.uers sed tamen, & num. seqq. Rum. cons.
103.num.15.uers. si igitur, & num. seqq. uol 2.
Soc. Iun. cons. 103. num. 47. uol.1. Maresco. d.
lib.1.uaria.resol. cap. 33. num. 12. & 13. quia
87 † talis substitutio nō censetur facta in re vni-
88 uersali, sed particulari, † ut declarant Ias. in d.
l.centurio, nu.38.uers. Tu adde, Soc. Iun. in rub.
ff.de leg.1.num.108. Hond.d.cons. 73. num. 30.
uol.1. Maresco.d.lib.1.Varia.resol.cap.33 num.
89 5.& alij, quos referemus infra num. 92. Nam, †
cum pater filio pupillariter substituit, perin-
de est, ac, si filius ipse sibi testamentum con-
didisset. §. igitur, Inst. de pupilla. Sed si ipse fi-
lius testatus esset, & disposuisset de hæredita-
te patris sibi quæsita, talis dispositio non cen-
seretur facta de re vniuersali, sed de re parti-
culari, quia hæreditas aliena respectu hære-
ditatis testatoris, est quid particulare, non
90 vniuersale † l. ita tamen 27. §. Trebellianum. ff.
ad Treb. & scribunt omnes, quos referemus infra
num.91.& 92. Quamobrem dicimus, legatū,
aut fideicommissum, per quod quis grauatur
præstare, seu restituere hæreditatem, non te-
statoris, sed alienam, esse particulare, nō vni-
uersale, & non differre à fideicommisso fun-
91 di, domus, aut alterius rei certę † l. cum filius.
78.§. Lucio & ibi Bart.num.2.ff.de leg.2. l.cogi.
16.§.sed et si miles.uers.& quamuis & d.l. ita ta-
men 27.§. Trebellianum, & ibi Castr.ff. ad Treb.
Crott.in d.rub.ff.de leg.1.num.6. & ibi Crisp.nu.
100.in fi. Iac.de Nigr. num. 31.in fi. Rip. in d.l.
centurio, num.99.uers.unde dico, Cras. in §. Fal-
cidia q.3. num. 4. uers. Intellige, & Pereg. de fi-
deic.artic.5.num.42. Ergo idem dicendum est,
& cum pater substituendo & se pro filio di-
sponendo, se restringit ad bona sua, siue ad
92 suam hæreditatem. † Ita declarant Ang. in d.l.
1.§. si ex fundo, num.2. uers & est casus ff. de hæ-
red inst. Alex in d l.1.num.8.uers sed, quod imo,
& ibi Soc.Sen num. 11. uers. Praeterea, si pater,
Rip.num.95.uers. primo, & uers. Tu defende, &
num. 99. uers. Nam hæreditas ff. de uulg. Soc.
Iun.d.cons.95.num 25.uol. 1. Hond.d.cons. 73.
num.32.uol.1. Men.cons.144. num.14.uers.aut
dicimus. Præterea substitutio tunc est censen-
da pupillaris, & directa, cum ei conueniunt
verba testatoris, non, cum repugnant d.cap. si
pater, De testa. in 6. & nos diximus supra num.
4. At, cum testator se restrinxit ad personam,
aut bona sua, verba non conueniunt, sed re-
93 pugnant pupillari substitutioni, † cum per
eam non succedatur patri, sed filio §. 1. Inst.
de pupill. & tractetur non de hereditate patris,
sed de hæreditate filij l.2. § interdum, uers. cæ-
terum ff. de uulg & nos latè ostendemus in 9. cap.
q. 37. qua ratione, & filij testamentum nun-
cupatur l. patris, & filij. 20 ff. eod. Ergo non po-
terit censeri pupillaris, sed tantum fideicom-
missaria.

Nec est, quod obijcias, imo expressionem
personæ, seu bonorum patris non repugnare
pupillari substitutioni, nec eius exclusionem
94 operari † ex ijs, quæ diximus supra num. 10.
95 quia id verum est, si † testator vsus sit verbis
ciuilibus, secundum ea quæ diximus num. 11.
aut si communibus, appareat, eum voluisse
facere pupillarem substitutionem, vt euenit,
cum dixit se substituere pupillariter, aut ex-
presserit conditionem, si decesserit in pupil-
lari ætate, secundum ea quæ dicemus infra num.
106. Nam tunc, quia voluntas substituendi
certa est, & clara, ideò non debemus atten-
dere verba, quæ restrictionem videntur ope-
rari, sed ea pro non appositis habenda sunt.
Cœterum, quoties de tali voluntate nō con-
stat, & sic sumus in dubio, prout euenit, cum
substitutio simpliciter, & sine temporum di-
numeratione fit, tunc verius, & receptius est,
spectandam esse restrictionem, & ex ea colli-
gi, testatorem eam tātum substitutionem fa-
cere voluisse, per quam ipsi succeditur, non
per quam pupillo, & sic fideicommissariam,
non pupillarem. Ita distinguendo declarant,
Corn.cons.262.num.7.& 8.uol.1. Dec.cons. 371.
num 8. uers. & huic conclusioni, & d.cons. 642.
num.3. Polit. de subst. in materia compendiosæ,
num.27. Paris.cons.73.num.54 uol. 2. Soc. Iun.
d.cons.103.num.46.uol.1. Galiau. in d.l.centurio
num.328.uers. Non obstat, si dicas, Men.d.cons.
362.num.21.uers. Respondetur 2.& de præsumpt.
d.lib.4 præs. 54.nu.23. Maresco. d.lib. 2. uaria.
resol cap.140.num. 9.

Hinc inferunt nonnulli, si testator insti-
tuat filium in bonis suis, deinde compendio-
sè sub-

sè ſubſtituat appoſita aliqua dictione relati-
ua, puta dicendo, eidem, aut, vt ſupra ſub-
ſtituo, cenſeri ſubſtitutionem reſtrictam ad
bona teſtatoris, & per conſequentias non
continere pupillarem, ſed tantum fideicom-
96 miſſariam. † *Ita enim cenſuit Menoch. conſil.*
144.*num.*13.*uerſ.*8.*Et fuit de mente Dec. conſil.*
97 571.*num.* 3. quoniam † illa verba relatiua in-
ducunt præcedentium repetitionem, & ope-
rantur, vt perinde ſit, ac, ſi teſtator dixiſſet,
ſubſtituo in bonis meis, in quibus eum inſti-
tui, *ut ibi Menoch. declarat.*

Sed vix eſt, vt hæc ſententia ſuſtineri poſ-
98 ſit: † Nam relatio inducit quidem repetitio-
nem, ſed earum rerum, ad quas fit, non alia-
rum. Cum igitur in propoſito relatio fuerit
facta ad perſonam, non ad rem, ſcilicet, quia
non dixit teſtator, ſubſtituo in eiſdem bo-
nis, ſiue, ſubſtituo in bonis, vt ſupra, ſed ei-
dem, vt ſupra ſubſtituo, conſequens eſt, vt
reſpectu bonorum non poſſit repetitionem
operari. Quam in rem facit, quod infra di-
cemus, cenſeri ſubſtitutionem pupillarem,
etiamſi ſit facta inſtitutio in re certa, dummo-
do in ipſamet ſubſtitutione rei mentio facta
non ſit. Tunc igitur ſolum compendioſa cen
ſebitur reſtricta, & pupillaris excluſionē ope-
rabitur, cum teſtator in ipſamet ſubſtitutio-
ne fecit mentionem de bonis ſuis, aut etiam
ſimpliciter de bonis, ſed relatiuè ad præce-
dentem inſtitutionem. Cœterùm, cum poſt
inſtitutionem vniuerſalem factam in bonis
ſuis teſtator ſimpliciter ſubſtituit eidem inſti
tuto, non cenſebitur ſubſtitutio ad eadem
teſtatoris bona reſtricta. *Ita in ſpecie declarat
Mantic. deciſ. 367. num. 3. & ſeqq.*

Illud ſanè diligenter obſeruandū eſt, quod
diximus, compendioſam reſtrictam ad bona
teſtatoris non trahi ad directam, intelligi de
directa pupillari, per quam ſuccedit pupil-
lo, & capiuntur omnia pupilli bona: Nam,
quoad directam vulgarem, per quam ſucce-
ditur teſtatori, & capiuntur bona teſtatoris,
dubium non eſt, quin ad eam trahatur, etiāſi
fuerit ad teſtatoris perſonam, aut bona reſtri-
99 cta, & communibus verbis concepta, † quia
talis reſtrictio non repugnat, ſed conuenit
vulgari ſubſtitutioni, ideoque ſuccedit regu-
la *cap. ſi pater de teſta. in ſexto*, quæ vult, ſubſti-
tutionem in dubio debere cenſeri directam,
ſi ei conueniant verba teſtatoris, & perſonæ,
quibus facta fuit. Ex quo intelligimus, ſi te-
ſtator ita dixerit, quandocunque filius meus
deceſſerit ſine liberis, ſubſtituo in bonis meis
Titium, vel, volo bona mea ad Titium per-
uenire, ſi quidem filius moriatur ante quam
fuerit hæres, ſubſtitutum admitti per vulga-
rem, ſi verò moriatur poſt hæreditatem ac-
quiſitam, admitti per fideicommiſſariā, non
etiam per pupillarem, quippe, quæ ſub illis
verbis contineri nequit, *per ea, quæ ſupra dixi-
mus. Ita in ſpecie declarat Menoch. conſ. 551.
num. 22. & 23. & eſt in confeſſo apud omnes, quos
retulimus ſupra num. 85.*

Planè interdum etiam ad pupillarem tra-
100 hitur ſubſtitutio, † licet in re certa, & commu-
nibus verbis, aut etiam directis non ciuilibus
(Nec enim inter hęc conſtituo differentiam)
facta ſit.

Primùm enim, ſi, vel ex verbis, vel ex con-
iecturis cōſtet, teſtatorem voluiſſe facere ſub
ſtitutionem pupillarem, dubium non erit,
quin ad eam trahi debeat, etiamſi fuerit re-
ſtricta, & communibus, aut directis non ci-
101 uilibus facta verbis † *vt ſcribunt Soc. Sen. conſ.
117. num. 7. uerſ. quædam uerà ſunt uerba com-
munia, uol. 4. Corn. conſ. 35. num. 6. uol. 2. Pariſ.
conſ. 59 num. 9. uol. 2. Soc. Iun. conſ. 95. num. 11.
& 31. uolum. 1. Alcia. in d. l. centurio, num. 72.
uerſ. Illud omnes, Pereg. de fideicom. d. artic. 34.
nu. 33. Gratia. cap. 542. diſcep. for. num. 29. Rota
apud Fariu. in recoll. part. 1. deciſ. 639. num. 6. &
part. 2. deciſ. 431. num. 5.* adeo, vt trahatur,
102 etiamſi facta ſit verbis precarijs, † *uti uidere
eſt apud Mantic. de coniect. ult. uol. lib. 5. tit. 1. nu.*
9. puta verbo, lego, *vt apud Rip. in d. l. centu-
103 rio, num.* 100. Nam † pupillaris, etiam conie
104 cturis, & præſumptionibus induci poteſt † *l.
iam hoc iure. 4. uerſ. Hoc itaque ff. de vulg. l. vlt.
105 verſ. dubitabatur. C. de inſtit. & ſubſt.* quia, † vbi
conſtat de voluntate teſtatoris non attendi-
mus verba, *vt diximus in hoc cap. q. 3. num. 8.*
cum etiam inſtitutiones quibuſcunque ver-
bis fieri poſſint *l. quoniam indignum. 15. C. de
teſtam.* Exempla ſint.

Primùm, ſi teſtator exprimat formam pu
pillaris ſubſtitutionis, nempè conditionem il
lam, ſi filius deceſſerit in pupillari ætate, *ſe-
cundum ea, quæ diximus ſupra num.* 12. Nam
tunc, licet ſubſtitutionem concipiat verbo
communi, aut directo non ciuili, & eam re-
ſtringat ad ſuam hæreditatem, vel ſua bona,
puta dicat, ſubſtituo in bonis meis, vel bona
mea perueniant ad Titium, nihilominus erit
pupillaris, & ad vniuerſum pupilli patrimo-
106 nium trahetur. † *Ita ſcripſerunt Bart. in l. ſi ita
ſcriptum. 8. §. qui filio, num. 1. ff. de bon poſſ. ſec.
tab. Bald. in l. fin. num. 11. C. fam. erciſ. Ang. conſ.
148. num. 5. Caſtr. in l. 1. num. 4. & ibi Alex. num.
7. Soc. Sen. num. 11. verſ. Aliquando, & ſecundo
Rip. num. 37. Alcia. num. 167. ff. de vulg. Alex.
conſil. 12. num. 17. vol. 3. Dec. in l. pen. nu. 2. verſ.
opinio Bart. C. de impub. & al. ſubſtit. & conſil.
642. num. 2. Galiau. in d. l. centurio, num. 328.
verſ. Non obſtat, ſi dicas, Corn. conſ. 152. num.
31. uerſ. & ideo uol. 2. Pariſ. d. conſ. 59. num. 10.
volum. 2. Soc. Iun. d. conſ. 95. num. 13. 24. 26. &
31. uerſ. & iſta limitatio, & conſ. 102. num. 19.
volum. 1. Rub. in l. Gallus. 29. §. quidam rectè, nu.
25. uerſ. Item adde ff. de lib. & poſth. Mantic. de
coniect. ult. uolunt. lib. 5. tit. 7. num. 7. & lib. 7. tit.
3. num. 14. Menoch. de præſump. d. lib. 4. præſump.
34. num. 13. & 16. & præſ. 48. num. 12. & præſ.
54. num. 23. et conſ. 362. num. 23. uerſ. Reſponde-
tur ſecundo, & conſ. 846. num. 17. Hond. d. conſil.
73. num. 7. & 35. uol. 1. Pereg. conſ. 32. num. 41.
vol. 2.* Idem eſt, &, ſi compendioſè ſubſtituat
facta dinumeratione temporum, puta dicen
do, ſi filius meus deceſſerit in pupillari ætate,
aut aliàs quandocunque: Nam, licet ſubſti-
tutionem concipiat verbo communi, & re-
ſtringat ad ſua bona, nihilominus trahetur
ad pupillarem, & per conſequentias ad vni-
107 uerſum. † *Ita ſcripſerunt Ang. d. conſ. 148. nu.
4. uerſ. cum igitur ſit commune, Caſtr. in d. l. 1.
num. 4. & ibi Soc. Sen. num. 11. uerſ. Aliquando,
& ſecundo ff. de vulg. Corn. conſ. 262. num. 8.
volum. 1. & d. conſ. 152. num. 31. uerſ. & idem
putare, uol. 2. Pariſ. d. conſ. 59. num. 11. uol. 2. Soc.
Sen. d. conſ. 117. num. 4. & 7. uerſ. Aliquando, &
6. uol.*

6. uolum. 4. Rip. in d.l. centurio, num. 107. & ibi Alcia. num. 97. uers. quorum tamen sententia, Mantic. d. lib. 7. tit. 3. num. 14. Menoch. d. consil. 362. num. 4. uers. primo, & num. 21. uers. Respondetur secundo, & num. 25 et d. cons. 846. num. 18. Hond. d. cons. 73. num. 28. et 35. uol. 1. Mars. lib. 2. uariar. resol. cap. 140. num. 15. Gratia. d. cap. 542. discep. for. num. 27. Rota apud Farin. in recoll. d. part. 1. decis. 639. num. 5. et d. part. 2. decis.
108 *431. num. 4* quia † ex eo, quod testator expres-
sit formam pupillaris substitutionis, apparet, eum de pupillo intra pubertatem moriente cogitasse, & ei voluisse prospicere, & sic facere pupillarem substitutionem, *vt declarãt omnes, quos retulimus supra num.* 13. Et, quamquam plerique putẽt, hoc ita demum verum esse, si testator in bonis, siue hæreditate sua substituat, non etiam, si in re omnino particulari, puta fundo, siue simpliciter dictum sit, si decesserit in pupillari ætate, siue facta
109 sit temporũ dinumeratio, † *vt videre est apud Soc. Sen. d. cons. 117. num. 7 uersic. Aliquando & quarto uol 4. Rip. in d.l. centurio, num. 153. uers. vltimo amplia, vbi testatur, hanc esse communem, et num. 154. uers. ego dubito, & ibi Galiau. num 438. uers. Tu teneas, Alcia. num. 97. uersic. proceditque, & vers. Idemque, Pereg. de fideicom. artic. 5. num. 38. et d. artic. 34. num. 55. uersic. Quambrem* verius tamen est, hoc procedere
110 indistinctè, † *vt exceptis supradictis tenent omnes alij, quos retulimus supra num.* 107. quia, siue ad bona sua, siue ad fundum, vel aliam rem certam se restrinxerit testator, semper
111 eadem subest ratio: Nam † eo ipso, quod expressit formam pupillaris substitutionis, satis apertè constat, voluisse eum pupillariter substituere, *vt diximus supra num.* 13. quo stante ita debet ad vniuersum trahi substitutio, si sit facta in fundo, vt, si in bonis testatoris, scilicet, quia pupillaris in vna tantum re consistere non potest, ideoque sublata rei mentione simpliciter, & in vniuerso facta intelligitur, *vt diximus supra num.* 14. Quamobrem, & Papinianus *in d.l. cohæredi, 41 § vlt. ff. de vulg.*
112 loquens † de pupillari substitutione facta in bonis testatoris trahit argumentum ab institutione facta in fundo. Itaque declarat, nil referre, vtrum in fundo, an verò in bonis testatoris fiat dispositio, sed vtroque casu dempta mẽtione rei trahi substitutionem ad vniuersum. Idem est, &, si testator dicat, se
113 substituere pupillariter. † *vt scribunt Paris. d. cons. 59. num. 9 & 10. volum. 2. et Soc. Iun. d. cons. 95. nu. 11. uolum.* 1. vel apponat solitam illam clausulam, vulgariter, pupillariter, & per fi-
114 deicommissum, † *vt scribunt Rip. in d. l. centurio, num. 154. uers. limita quarto, & ibi Galiau. num 323. uers. limita primo, Alcia. nu. 98. uers. limitatur, Corn. cons. 35. num. 10. uol. 2. Purp.*
115 *cons. 558. num. 35* Nam † ita dicendo perinde est habendus, ac, si pupillaris substitutionis formam specialiter expressisset.

Planè de illo dubitari potest, an, si non communibus, seu directis non ciuilibus, sed precarijs verbis concepta sit substitutio, & ad bona testatoris, vel aliam rem certam restricta trahatur ad pupillarem, si testator illius formam specialiter expresserit, puta dixerit, si filius meus decesserit in pupillari ætate, volo bona mea restitui Titio. Et hoc plerique
116 fatentur, † *vt Rip. in l. 1. num. 39. & 40. ff. de vulg. et Rub. in d. l. Gallus. 29 § quidam rectè, nu. 25. uers. Idem est, si dicatur, vbi ait, hanc sententiam esse magis consonam voluntati testatoris.*
117 *ff. de lib. & posthum.* quia, † vbi constat de mente testatoris verba etiam obliqua dirèctantur *l. quærebatur 20. ff. de milit. testa. & scribunt Rip. in d.l. centurio, num. 176. Pereg. de fideicom. d. artic. 34. num. 62. nosque diximus in hoc cap. quæst. 6 num. 12. Et in proposito considerant Rip. in d. l. 1. num. 39. ff. de vulg. & Rub in d. §. quidam rectè num. 25. uersic. Idem est, si dicatur.*
118 Sed hæc opinio non est vera, † ideoq; contrarium meritò tenuerunt *Rip. in d.l. centurio, num. 100. uers. et, si dixeris, et Menoch. cons. 554.*
119 *num.* 10. Nam, quia † conditio, si decesserit in pupillari ætate non repugnat substitutioni fideicommissariæ, cum etiam ea possit sub illa conditione concipi *d.l. cohæredi. 41. §. cum filiæ ff. de vulg.* ideo ex illa non possumus necessariò colligere, testatorem voluisse pupillariter substituere, *vt ostendimus in hoc cap. q. 6. num. 21. & 22.* Quamobrem non debemus ob illius expressionem recedere à propria vi verborum obliquorum, quæ est, vt denotent, testatorem voluisse non directò, sed per fideicommissum substituere, *vt in specie declarant Rip. in d.l. centurio, num. 100. vers &, si dixeris, & Menoch. d. cons 554 num.* 10. Tunc igitur solum operabitur illius conditionis expressio, cum substitutio facta est verbis cõmunibus, quippe, quæ tamquam dubia possunt ad vtrũque substitutionis genus adaptari; Nam testator exprimendo conditionem illam, censetur declarare, se velle pupillariter substituere non obstante, quod de bonis suis mentionem faciat, ideoque verbum commune, tamquam dubiũ ab illius conditionis adiectione recipit interpretationem. Cæterùm, vbi facta est verbis precarijs, quæ certam habent vim, & naturam magis est, vt idem operari nequeat.

Secundùm exemplum sit, si testator apponat aliqua verba, ex quibus colligere possimus, eum voluisse bona sua integrè, & totaliter, ac sine aliqua diminutione ad substitutum peruenire: Nam, quia hoc fieri non posset, nisi substitutio esset directa, cum de fideicommissis multa detrahantur, ideo per necessarium antecedens ex hoc colligunt nostri frequentiùs, eum voluisse facere pupillarem substitutionem. Quamobrem aiunt, sub compendiosa pupillarem contineri, si testator dixerit, se velle, bona peruenire ad substitutum sine diminutione, licet substitutionem conceperit verbis communibus, & ad sua bo-
120 na restrinxerit. † *Ita scribunt Bart. in d. l. cẽturio, num. 27. & ibi Ias. num 48. Alcia. num. 98. vers limitatur, Bart. cons. 63. num. 7. lib. 2. Alcia. in l. 1. num. 167. uers. quod, si testator ff. de vulg. Mant. de coniect. ult. uol. lib. 5. tit. 7. nu. 16. Pereg. de fideicom. d. artic. 34. num. 35. Gratia. d. cap. 542. discep. for. num. 30.* Idem esse tradunt, &, si dixerit, se substituere totaliter, vel integra-
121 liter, † *vt videre est apud Galiau. in d. l. centurio, num. 518. uers. tertio limitatur, Trenta. de subst. d. part. 4. cap. 4. num. 31. Crasi. in d. §. substi-*
122 *tutio. q. 4 num. 7.* vel pleno iure, † *vt scripserunt Ias. in d.l. centurio, num. 66. & ibi Pom. in addit.*

ad

ad Bart. *sub num. 48. in uerb perueniat, Alciat. num. 97. uers. nam, & cum, & num. 98. uers. limitatur. Galu. num. 518. Trent. d. par. 4. cap. 4. num. 31. Pereg. d. artic. 34. num. 35.* Quemadmodum, & si prohibuerit detractionem legiti-
123 mæ, & Trebellianicæ, † *uti uidere est apud Gratia. d. cap. 528. discep. for. num. 29. & 30. ubi testatur, contrariam opinionem magis communiter improbari, & Rot. apud Farin. in recoll. part. 1. decis. 639. num. 6. & part. 2. decis. 431. num. 5.*
124 Nam † ex hoc apparet, eum voluisse bona sine diminutione ad substitutum peruenire. Quinimo, licet nullum ex prædictis verbis expresserit, si tamen dixerit, se substituere in omnibus suis bonis, vel in tota, & integra sua hæreditate, hoc ipso censent, eum videri pupillariter, aut exemplariter, & sic directò
125 substituisse. † *Ita enim de pupillari scripserunt Bart. in d. l. centurio, num. 27. & ibi Ias. num. 48. Bart. d. cons. 63. num. 7. & cons 69. col. 2 uersic. Iste autem coniectura, lib. 2. Castr. in d. l. 1. num. 4. & ibi Soc. Sen num. 11. uers. Aliquando, & 3. ff. de vulg. Castr. in d. l. nam, quod. 14. §. non omnis, num. 3. uers. & ex prædictis ff. ad Treb. Dec. cons. 572. num. 6. uers tertio, ad idem facit, Soc. Iun. cons. 94. num. 29 uolum. 1. Mantic. de coniect. ult. nolunt. lib. 5. tit. 7. num. 16. Trentac. de subst. d. part. 4. cap 4. num. 31. Crass. in d. §. substitutio quæst. 4. num 8. Hond. d. cons. 73. nu. 9. & 38. uol. 1. Menoch. de præsump. d. lib. 4. præs. 54. num. 24. et præs 56. num. 13. Pereg. de fideic. d. artic. 34. num. 35. et 47. et cons 32. num. 44. uers. sed ultimus, uol. 2 Gratia. d. cap. 528. discep. for. num. 14. & 36 et d. cap. 542. num. 30. De exemplari vero Menoc. cons. 846 num. 17.* Nam,
126 quia, † qui totum dicit, nihil excludit *l. Iulianus 66. in prin. ff. de leg. tertio*, ideo dicendo, in omnibus bonis, perindè est habendus, ac, si dixisset, sine aliqua diminutione. In omnibus autem bonis videri factam substitutionem plerique censent, non solum, cum
127 † testator expressit aliquam dictionem vniuersalem, sed etiam, cum post institutionem expresse factam in omnibus bonis statim, & continuatiuè subiecit substitutionem: Nam censebitur eam fecisse in ijs rebus, in quibus facta est institutio, & sic in omnibus
128 bonis. † *Ita declarat Pereg. d. cons 32. num. 44. uers. & in omnibus, uol. 2.* & multo magis, si facta sit relatiuè, puta quia dixerit, substituo in
129 dictis bonis, † *secundum eundem Peregr. de fideicom. d. artic. 34. num. 46.* Quinimo putant, in omnibus etiam bonis censeri factam substitutionem, si facta sit in bonis indefinitè, dummodo non sit adiecta aliqua dictio taxatiua,
130 † *uti uidere est apud Soc. Iun. d. cons 94. num. 30. vol. 1. & Peregr. d. consil. 32. num. 44. uolum. 2.*
131 scilicet, quia † indefinita æqui pollet vniuersali *l. si pluribus. 45. in princ ff. de leg. secundo, l. si plures. 95 ff. de leg. tertio.* Denique censent alij videri etiam in omnibus bonis factam substitutionem, si testator per quotas totam inter substitutos hæreditatem diuiserit, quod tunc perinde sit, ac, si vnum tantum in tota hæ-
132 reditate substituisset. † *Ita Alcia. in d. l. centurio, num. 98. in fi. et ibi Ceph. num. 1059.*

Verùm hæc non carent magna dubitatione, quia multi sunt, qui contrariam sunt amplexi sententiam existimantes, testatorem, qui substituit in omnibus bonis suis, siue in tota sua hæreditate, aut integrè, & totaliter, ac sine diminutione, non ideo censeri id fecisse, quod voluerit facere pupillarem substitutionem, quia contrarium apparet ex eo, quod substituit in bonis suis, cum alioquin in pupillari tractetur de bonis pupilli, sed, quia voluit prohibere detractionem legitimæ, & Trebellianicæ, quæ res ostendit, eum voluisse facere substitutionem fideicommissariam.
133 † *Ita enim censuerunt Bald. in d. l. precibus 8. nu. 44. uers. per ista uerba C. de impub. et al. subst. Ang. in d. l. centurio, num 5. uers. et ponit, et ibi Rip. num. 35. et 135. uers. et ista me inducunt, Gabr. cons. 113. num. 54. et 59. uol. 2. ubi ait, banc esse ueriorem, et receptiorem. Maresc. d. lib. 2. variar. resol. cap. 140. num. 32. ubi ait contra Bart. esse communem opinionem.* Et sanè verba prædicta tantum abest, vt præbeant coniecturam substitutionis pupillaris, vt imo, tamquam repugnantia videantur præbere conie-
134 cturam contrariam: Nam, † cum priuatio præsupponat habitum, aut saltem potentiam *l. manumissiones 4. ff. de iust. et iur.* Consequens est, vt testator, qui dicit, se substituere in tota hæreditate, vel in omnibus bonis vel totaliter, aut integrè, & sine diminutione, & hoc modo declarat se nolle, posse fieri aliquam diminutionem, supponat, his verbis amotis substitutionem esse eius naturæ, vt diminutionem patiatur. Atqui hoc dici non porest de substitutione directa, quippe, quæ nullas patitur detractiones, *vt diximus in hoc cap. q. 6. num. 81.* Ergo declarat, se non substituere pupillariter, sed per fideicommissum, de quo tamen nō vult, aliquam posse fieri detractionem. Et ita nos plerunque consulendo probauimus. Sed, quia contraria sententia videtur hodie receptior, ideo putarim, hanc controuersiam adbibita distinctione posse termi-
135 nari: † Aut enim testator simpliciter dixit, se substituere in omnibus bonis, seu totaliter, & integrè, ac sine diminutione, nec fecit mentionem de legitima, & Trebellianica, Et tunc, quia verba sunt ambigua; Possunt enim recipere interpretationem, ut testator censeatur ea protulisse, uel ad finem prohibendæ detractionis legitimæ, & Trebellianicæ *prout censent ij. quos retulimus supra num. 133.* vel ad finem inducendæ substitutionis pupillaris, *vt alij malunt*, & in dubio sumenda est interpretatio, ut substitutio sit potiùs directa,
136 quam fideicommissaria, † *vt generaliter de directa est singularis doctr. glo. in l. uerbis ciuilibus 7. in uerb. uoluntatem, in fin. quam ibi probant Bald. colum. 2. uers. alter tui quaro, et Alex. num. 2. ff. de vulg. Rum. cons. 96. num. 5. nolum. 1. Paris. cons. 41. num. 12. uol. 2. Soc. Iun consil. 95. num. 26. uers. Nouissimè uolum. 1. Roll. cons. 69. num. 8. uol. 1 Menoc. cons. 103 num 41. Gratia. d. cap. 528 discep. for. num. 8. Et specialiter de pupillari constat ex d. cap si pater, de testam. in 6. et scribunt Soc. Iun d. cons 95. num. 16. nolum. 1. Mantic de coniect. ult. nolunt. lib. 5. tit. 7. num. 3.*
137 *Menoch. cons. 362. num. 15.* scilicet, quia † contineret fauorem, & utilitatem pupilli *l. si pupillus paterna. 42. uers. impugnat ff. de acquir. hered.* quippe, cui per eam succeditur. *§. 1. Instit. de pupill.* Fideicommissaria uerò continet eius ordinem, & grauamen, cum per eam non pupillo, sed testatori succedatur *d. l. cohæredi. 41. §. cum*

§. cum filio ff. de vulg. & in dubio facienda est
interpretatio, vt pater voluerit filio prouide-
re, non ipsum grauare *l. 3. §. cum Pollidius ff.*
de vsur. Et in specie declarant Soc. Iun. d. cons.
95. num. 19. vol. 1. Roll. d. cons. 69. num. 9. &
10. vol. 1. Odd. cons. 95. num. 13. & seqq.
ideo verior sit opinio, existimantium, substi-
tutionem esse pupillarem, & per consequen-
tias trahendam ad vniuersas pupilli faculta-
138 tes. † Nec eo casu obstabunt ea, quæ supra
139 diximus, quia procederent, si prædicta verba
intelligerentur prolata per modum prohibi-
tionis, sed in proposito intelliguntur prolata
per modum declarationis, scilicet, quia testa-
tor, ita dicendo censetur declarare, se substi-
tuere eo genere substitutionis, quæ nullam
patitur diminutionem, cuiusmodi est substi-
tutio directa, nō autem eo, quod diminutio-
nem pati potest, cuiusmodi est fideicommis-
saria. Aut verò testator fecit mentionem de
quartis, Et tunc, aut fecit mentionem de sola
Trebellianica, Et res caret dubio.: Nam, quia
noluit includere legitimam, quæ alioquin in
pupillari includeretur *d. cap. si pater De testa. in*
6. ideo ex hoc colligimus, noluisse eum face-
re pupillarem substitutionem, sed tantum fi-
140 deicommissariam. † *Ita censuit Men cons. 554.*
num. 10. Et ita etiam videtur sensisse Rota
apud Farin. in recoll. d. part. 2. decis. 431. num. 5.
vers. & quando, dum ait, nullam esse contro-
uersiam, quādo testator prohibuit etiam de-
tractionem legitimæ: Nam, vbi ea prohibita
non est, non obscurè declarat, se contrarium
sentire, quod, & verius est. Aut fecit mentio-
nem de legitima, & Trebellianica, & tūc sub
distinguendum est. Aut eam fecit in ipsamet
dispositione dicendo, se substituere sine de-
tractione legitimæ, & Trebellianicæ, Et tunc
prædicta verba possunt etiam intelligi prola-
141 ta per modum declarationis, † quasi testator
censeatur etiam dixisse, se substituere eo ge-
nere substitutionis, quod legitimę, & Trebel-
lianicæ detractionem non patitur, & sic dire-
ctò, non per fideicommissum. Aut deniq; de
legitima, & Trebellianica fecit mentionem,
non in ipsamet dispositione, sed in clausulis
accessorijs, quæ postea subijciuntur, vt quia
post factam substitutionem in bonis suis te-
stator prohibuerit detractionem legitimæ, &
Trebellianicæ, Et tunc verius erit, talem pro-
hibitionem non denotare, factam esse dire-
ctam pupillarem, sed denotare, factam esse
142 fideicommissariam, † quia, cum ex huiusmo-
di verbis manifestè cōstet, testatorem ea ex-
pressisse ad finem impediendæ detractionis
legitimæ, & Trebellianicæ, quæ alioquin de
143 fideicommisso fieri potuisset, † non potest
alteri interpretationi, & coniecturæ locus re-
linqui *l. ille, aut ille. 25. §. cum in verbis ff. de leg.*
3. Deniq; cum huiusmodi prohibitio stet ac-
cessoriè, & ad maius fideicommissi robur, vt
scilicet pleniùs voluntas testatoris implea-
tur, consequens est, vt nō possit alterare prin-
144 cipalem dispositionem † *l. ex pupillari. 44. ff.*
de vulg. Alteraret autem, si diceremus, ex ea
sumi argumentum pupillaris substitutionis,
quia ea ante principalis dispositio, tanquā
facta simpliciter in bonis testatoris, non es-
set pupillaris, sed fideicommissaria, & pro-
pter eius adiectionem inciperet esse pupilla-
ris. Non debet igitur ex ea sumi talis conie-
ctura. Et ita controuersiam hanc definien-
dam arbitror.

Illud sanè penes me positum est extra om
nem controuersiam, non censeri testatorē,
qui simpliciter, & indefinitè substituit in bo-
nis suis, siue in sua hęreditate, in omnibus bo-
nis substituisse ad finem inducendæ pupilla-
ris, etiam si post filium in omnibus bonis in-
stitutum cōtinuatiuè fecerit substitutionem,
145 † quia, licet tacitè censeatur in omnibus bo-
nis substituisse, si spectemus eas substitutio-
nes, quibus testatori succeditur, non tamen
censetur in omnibus substituisse, si spectemus
eam, per quam succeditur pupillo, & sic pu-
146 pillarem: † Aliud enim est, si quid exprima-
tur, aliud, si quid tacitè contineatur *l. si ita le-*
gatum. 68 § illi, si volet ff. de leg. 1. quia, quod ta-
citè subintelligitur, non excludit eas quali-
tates, quæ veniunt ex natura rei, & sic in pro-
posito non excludit detractiones, & dimi-
nutiones, quæ fieri possunt de fideicommis-
saria facta in bonis testatoris, quas tamen ex-
cludit expressim facta in omnibus bonis
substitutio. Alioquin destrueretur com-
munis illa traditio, quæ vult, substitutionem
censeri factam in re certa, & per consequen-
tias non trahi ad pupillarem, cum testator
dixit, se substituere in bonis suis, siue in sua
hæreditate. *vt diximus supra num. 85. & seqq.*
Semper enim dici posset, in omnibus bonis
substituisse, tum, quia indefinitè locutus est,
tum etiam, quia ferè semper post filiū in om-
nibus bonis, & sic hæredem vniuersalem in-
stitutum talem cōtinuato sermone facit sub-
stitutionem, quod esset absurdissimum.

Nec obstat authoritas eorum, quos in cō-
trarium adduximus, quia contra eos stat fre-
quentior doctorum opinio, *vt patet ex ijs quos*
retulimus num. 85. & præterea Soc. Iun. decla-
rat, in specie, de qua loquitur, adfuisse aliam
substitutionem in omnibus bonis factam,
ideoq; ab illa ad aliam trahit argumentum,
quia vna substitutio declarat aliam, *vt videre*
re est apud eum d. cons. 94 num. 31. vol. 1.

Tertium exemplum sit, si testator, qui cō-
pendiosè substituit in bonis suis, expressim
dixerit, se velle substitutum capere bona pro-
pria authoritate, & manu, non autem de ma-
nu alterius: Nam, quia hoc est proprium di-
rectę substitutionis, ideo ex hoc colligimus,
147 testatorem voluisse directò substituere. † *Ita*
declarant Bart. in d. l. centurio, num. 27. & in l.
Titia. 35. §. 1. num. 2. ff. de leg. 2. & post alios Pe-
reg. d. artic. 34. num. 33. Et, quamquam dubita-
bilem hanc esse coniecturam dicat *Pereg. ibi,*
& non esse veram putet *Rip. in d. l. centurio,*
num. 123. quod ex licentia capiendi propria
authoritate non possit necessariò inferri ad
directam substitutionem, cum etiam legata-
rijs, & fideicommissarijs talis licentia dari
possit, *vt diximus in hoc cap. q. 3. num. 238.* non
est tamen ab ea, tamquam receptiore rece-
148 dendum, quia, † cum verba prædicta duplicē
possint habere sensum, vt scilicet substitutus
possit propria authoritate capere, vel tam-
quam hæres, vel tamquam legatarius, seu fi-
deicommissarius, in dubio debent intelligi
prolata in potentiore significatione, scilicet,
vt possit ea capere, tamquam hęres, *sicuti rectè*

declarat

declarat Pereg.d.artic.34.num.14. Idem est, & si testator expressent aliqua verba, quæ vi sua denotent authoritatem capiendi propria authoritate, puta, quia testator dixerit, bona
149 mea liberè perueniant ad Titium, † *vt scribūt Bart.in d.l.centurio,num.27. & ibi Pom. in addit.sub num.48.in verb.perueniat, Ias. num. 47. & 67.Galiau.num.518.vers. 3. limitatur, Rip. num.124.Trenta.de subst.d.part.4.cap 4.num. 31.Pereg.de fideic.d. artic.34. num. 35.* vel eo
150 ipso perueniant ad Titium, † *vt scribūt Bald. in l.fin. num. 17.C. de sacr. Eccl. Alex. cons.36. num.2.vol.3.Ias.in d.l.centurio, num. 64. & ibi Galiau.num.517.Oria.num.12. vers. aduertendum, Pom in addit.ad Bart. sub nu 48.in verb. perueniat.Caccialup.in d.l.precibus.8.num. 102. C.de impub.& al.subst.Gul.Ben.in d.cap. Raynutius,in verb.eidem impuberi succederent, num. 15.Roll.cons.61.num.31.vol. 2.Trenta.de substit.d.part.4.cap.4.num.31.Gratia.cap.556. di-*
151 *scep.for.num.10.* Nam † hæc verba, eo ipso, significant, debere rem peruenire sine aliquo hęredis ministerio, & adminiculo, *vt declarāt Bald.in d.l.fin.num. 17.C.de Sacr.Eccl Ias.in d. l.centurio,num.64.et ibi Galiau.num.517. Oria. num.12. vers. aduertendum, Gul. Ben. in d.cap. Raynutius.in verb. eidem impuberi succederent, num.15.Roll.d.cons.61.num.32.vol.2.*

Secūdo verò principaliter tradūt nōnulli, cēseri patrem directò, & sic pupillariter filio substituisse, si eum in re certa non excedente legitimam instituerit, & in illa re communi-
152 bus verbis substituerit: † Nam, quia substitutio esset inutilis, si intelligeretur facta solum per fideicommissum, cum legitima fideicommisso subijci non possit *l. quoniam in prioribus.32.C.de inoff.test.* ideo, vt sustineatur
153 potiùs, quam pereat, † sumenda est interpretatio, vt testator voluerit facere substitutionem pupillarem, quippe, quæ, tamquam fauorabilis, etiam in legitima sustinetur *l. ex tribus 26.C. de inoff. testa.*

Verum hæc sententia meritò fuit ab alijs improbata, quia verius est, talem substitutionem censeri fideicommissariam, non pupil-
154 larem. † *Ita enim censuerunt Rip. (licet non determinet) in d. l centurio, num 154. vers. limita 3.& ibi Alcia.num.97.vers.Idemq; eadem ratione, Nat.cons.68.num 4.& 9. Et est in confessio apud omnes, quos referemus infra num. 156.*
155 Nam, † cum sit facta verbis communibus, & in re certa, Consequens est, vt ad pupillarem trahi nullo modo possit: Alioquin enim destrueretur regula communis, quia ferè omnes loquuntur de filio instituto in re certa, quæ pro legitima, vel expressim fuit relicta, vel tacitè relicta intelligitur, & tamen negant, substitutionem in illa re factā ad pupillarem trahi, *vt videre est apud eos, quos retulimus supra num.77. & magis in specie apud eos, quos referemus infra n.seq.*

Nec obstat contrarium, quia nonnulli respondent, imo fideicommissum non esse inutile, quod censeatur relictum non à filio, sed à legitimis eius successoribus; *Ita enim respondit Alcia.in d. l.centurio,num.97. vers. Idemque eadem ratione.* Sed, quia non est hoc absolutè verum, cum pendeat à diuersitate verborum, quibus testator vsus est, vtrum scilicet ad filium sint relata, an verò simpliciter prolata sint, ideo verius est, dato etiam, quod dispositio remaneat inutilis, non tamen hoc efficere, vt substitutio debeat censeri directa, quia, quod dicimus, faciendam esse interpretationem, vt actus potiùs sustineatur, quam pereat procedit in dubio. At, cum testator substituit in re certa, & vsus est verbis communibus, res non est dubia, sed clara, quia ex ijs apparet, testatorem voluisse facere dispositionem particularem, & sic fideicommissariam, non verò pupillarem, quæ vniuersalis est, & in vna re consistere non potest. Non est igitur alia sumenda interpretatio.

Illud sanè verum est, si substitutio non sit specificè facta in re certa, sed simpliciter, licet facta sit verbis communibus, aut directis nō ciuilibus instituto in re certa nihilominus
156 censeri pupillarem, & ad vniuersum trahi: † Tunc enim solum censetur fideicommissaria, & per consequentias non trahitur ad vniuersum, cum testator substituendo se restrinxit ad rem certam, puta dixit, substituo in tali fundo. *Ita distinguendo declarant Imol. in d. cap.Raynutius, in materia compendiosæ, & post eum Alex.in d l.centurio,num.89.vers.vel secundum eum, & ibi Ias.num.36.Galiau. num. 323. vers.2.limita, Rip.num.154.vers.limita 4. Alcia. num. 98 vers.limitatur, Ciph.num. 718. Alex in l.Lucius 45 in prin.num. 18. vers.sed e contra ff. de vulg.& cons.45.num.9 vers. quia respondet, & vers.& tāto fortius,vol.1.Soc.Sen.d. cons.117. num.7.vers.Aliquando & 5.vol.4.Polit. de subst.in materia compendiosę,num.26. vers.sed cōtra Duran de art testau.tit 5.caut.11. num. 3. Surd.cons.229 num.6.Pereg.de fideic.art. 5. nu. 36.vers & Bartoli traditio, & art. 34 num. 57. Mares.lib.2.varia.resol.cap. 140 num. 23. & 24.Gratia cap.407.disc for.num 18. per text.in d.cap.si pater, De testa. in 6. quem ita censent accipiendum.*

Quintus casus est, quando testator, qui de re certa disposuit, vsus est in persona eiusdem substituti verbis mixtis, Et tunc res erit ex ijs decidenda, quæ de quota diximus *in hoc cap. q.6. num.57.vers.Quintus, & num.seqq.* Nam, quia substitutio facta in re certa nihil, aut parum differt à substitutione facta in quota, *vt diximus supra num.1.* ideo, quęcumq; ibi diximus, debent censeri & in hac specie repetita.

Sextus, & vltimus casus est, quando testator in re certa substituendo vsus est verbis diuersis in personis diuersorum, Et tunc similiter res codē erit terminanda modo, quo quęstionem quoq; definiuimus *in eadē q. 6. num. 94.vers.sextus, & num.seqq. per ea, quæ supra diximus.*

Hinc infertur primo, si testator vnum substituat in re certa verbo ciuili, aliū verò substituat verbo obliquo, substitutionem in illius persona censeri directam, & per consequentias trahi ad vniuersum, in huius verò persona nō censeri, nisi fideicommissariam, siue sit facta in re certa, siue in quota, siue in
157 residuo, siue etiam in vniuersa hæreditate, † quia verba obliqua nunquam trahuntur ad directam, *vt diximus supra num.46. & in d.q. 6.num.7.Ita scripserunt Imol in d.l.centurio,nu. 24. vers. Item adde in quantum, & ibi Galiau. num.496. Rip. num.176.*

Secundo infertur, si testator substituat vnū

in re certa verbo ciuili, alium verò verbo cōmuni, vel directo non ciuili, si quidem hunc etiam substituat in re certa, vel quota, substitutionem in persona illius censeri directam, & per consequentias trahi ad vniuersum, in huius verò persona non censeri, nisi fidei-
158 commissariam, † *secundum ea, quę diximus in praecedenti specie*, scilicet, quia verba communia, vel directa non ciuilia adiecta quotę, vel rei certę nunquam trahuntur ad directam, *vt ostendimus supra num. 72. & 77. & in d.q.6. nu. 26. & 31. Ita in specie scripserunt Imol. in d.l. centurio, num. 24. vers. Item adde in quantum, & ibi Ias. num. 61. vers. 2. not. Galiau. num. 496. vers. secundo, & vers. & moueor, Rip. num. 175. vers. Tertia conclusio, Ceph. num.* 1049. Si verò eum substituat in residuo, vel simpliciter, substitutio in huius persona censebitur directa, & trahetur ad vniuersum, in persona verò illius censebitur quidem directa, sed restricta ad rem illam, quam testator substituē-
159 do expressit, † quia verbum cōmune in persona illius censetur adiectum vniuersitati, ideoq; trahitur ad directam, quo stante non potest substitutio in alterius persona trahi ad vniuersum, quamuis ciuilibus fuerit concepta verbis, quia hæredi particulari non accrescit hæreditas, quando cohæres vniuersalis adest. *Ita scripserunt Imol. in d. l. centurio, num. 24. vers. Item adde in quantum, & ibi Galiau. num. 497. Rip. num. 175. vers. secunda conclusio.*

Tertio infertur, si testator vnum in re certa substituat verbo communi, vel directo nō ciuili, alium verò verbo ciuili, vel simpliciter, vel in quota, vel in residuo, huius substitutionem censeri directam, & consequenter trahi ad vniuersū, illius verò non censeri nisi
160 fideicōmissariā, † quia, vt supra dictū est, verbū cōmune, vel directum nō ciuile adiectū rei certę nunquam trahitur ad directam. *Ita in specie docuit Ceph. in d.l. cēturio, n. 1045. et seq.*

Quarto, & vltimo infertur, si testator vnū in re certa substituat verbo obliquo, alium verò substituat simpliciter, vel in residuo verbo communi, aut directo non ciuili, substitutionem in huius persona censeri directam, & trahi ad vniuersum, in persona verò illius
161 non esse, nisi fideicommissariam, † quia verbum commune adiectum vniuersitati non dato consubstituto trahitur ad vniuersum. *Ita in specie declarant Imol in d.l. centurio, num. 24. vers. Item adde in quantum, et ibi Galiau. nu. 500. in prin. & vers. & eorum, Rip. num.* 177. & 178. Planè, si ita dixerit, volo residuum peruenire ad Titiū deductis legatis, residui substitutio non trahetur ad directam, sed erit
162 etiam ipsa fideicommissaria, † quia verbum commune non censetur adiectum vniuersitati, propter deductionem legatorum, quæ vniuersitati repugnat *l. cogi. 16. §. inde quaeretur ff. ad Treb. Ita scripserūt Bart. in d. l. coge. 16. §. vlt. & ibi Castr. Alex. in l. nam, quod 14. §. vlt. num. 15. ff. eod. Galiau. in d.l. centurio, num. 500. vers. contra, & vers. & eorum.* Et hæc quidem dicuntur, cum loquimur de hęreditate, de qua testator, aut pro parte, aut etiam in totū non disposuit.

S V M M A R I V M.

1 *Legatario, uel fideicommissario partis rei certa non accrescit alia pars, de qua testator non disposuit, & cur, num. 4.*

2 *Pars non data, siue non legata non accrescit, & cur, num. 4.*

3 *Ius accrescendi non habet locum, nisi in parte data, & cur, num. 4.*

5 *Legatario, uel fideicommissario quota non accrescit alia quota, de qua testator non disposuit.*

6 *Substitutio fideicommissaria facta in quota non trahitur ad uniuersum.*

7 *Substitutio compendiosa facta in quota, etiamsi resoluatur in fideicommissaream, nihilominus trahitur ad uniuersum, Sed contra num. 8.*

9 *Fideicommissarius quota hereditatis potest cogere heredem, ut adeat, & restituat totam hereditatem, & cur, num. 10.*

11 *Fideicommissarius quotę, consequitur etiam aliā partem, quæ grauato accreuit.*

12 *Fideicommissario particulari non accrescit hęreditas, de qua testator non disposuit, & cur, num. 15.*

13 *Fideicommissum particulare non trahitur ad uniuersum, & cur, num. 15.*

14 *Verbum obliquum aut commune adiectum certę rei nunquam trahitur ad uniuersum.*

16 *Substitutio fideicommissaria facta in re certa non trahetur ad uniuersum.*

17 *Substitutio compendiosa facta in re certa, quę resoluetur in fideicommissariam non trahitur ad uniuersum.*

18 *Fideicommisso particulari non accrescit uniuersale, etiamsi fiat caducum.*

19 *Hęres institutus in re certa, & grauatus illam restituere, si ei tota hęreditas accrescat, tenetur etiam restituere hęreditatem, quę accreuit, & cur, num. 21. & seqq. Sed contra, num. 24. & cur, num. 25. & seqq. Declara, ut num. 30. & seqq.*

20 *Declaratur l. cogi. 16. § sed, & si miles ff. ad Treb. & num. 28. & seq.*

21 *Substitutio censetur facta de eo, quod est in institutione, Declara, ut num. 30.*

22 *Substitutio ita se habet ad substitutum, ut institutio ad institutum, Declara. ut num. 30.*

23 *Fideicommissis in restitutionem ueniunt etiam ea, quę grauatus consequitur iure accrescende, Declara. ut num. 31. & seq.*

26 *Fideicommissario difficilius restituuntur ea, quę grauatus consequitur ex dispositione legis, quam, quę ex dispositione hominis.*

33 *Ius accrescendi habere locum in legatis, & fideicommissis, quando intelligatur.*

An, & quando in legatis, & fideicommissis pars, aut res, de qua testator non disposuit, accrescat.

Quæstio decimaquinta.

NVNC videamus, an idem iuris sit, cum loquimur de legatis, & fideicommissis, & sic, an & ipsa trahantur ad ea, de quibus testator non disposuit. Vtiq; autem supponimus,

ponimus, fuisse à testatore institutum aliquē
hæredem vniuersalem, qui adierit, aut, si ne-
mo institutus est, non testamentum fuisse
conditum, sed codicillos, ita, vt de solis lega-
tis, & fideicōmissis, et sic obliquis successio-
nibus agi oporteat: Alioquin enim, si defun-
ctus testamentum condidisset, & in eo non
instituisset hæredem vniuersalem, aut insti-
tuisset aliquem, qui postea non adijsset, quia
tractaretur de accretione totius hæreditatis
directæ, res non ad hanc quæstionem perti-
neret, sed ad eam, quam proposuimus *in hoc
cap. q. 2. & q. 11.* vtrum scilicet legatario, vel
fideicommissario quotę aut certę rei tota hę-
reditas accrescat, & ex ijs, quæ ibi diximus,
esset terminanda. At, vbi alius exstiti hęres,
vel ex testamēto, vel ab intestato, tunc rectè
quærimus, an legatario, vel fideicommissa-
rio quotæ, aut certæ rei, accrescant aliæ quo-
tæ, vel res, de quibus testator per obliquum
nō disposuit, idest, quas alijs titulo legati, vel
fideicōmissi nō reliquit. In hac autē quęstio-
ne puto varios esse distinguēdos casus, quorū
Primus est, quādo testator legauit, aut per
fideicommissum reliquit partem alicuius rei
certæ, puta fundi, aut domus, & de alia non
disposuit, & tunc certi iuris est, partem nulli
datam non accrescere legatario, vel fideicō-
missario alterius partis, sed in hæreditate, siue
1 apud hæredē remanere † *l. planè 34 § fin. ff. de
leg. 1. l. Lucius Titius. 90. § filiā ff. de leg. 2. Cast.
cons. 286. num. 1. vol. 1.* Hoc enim est, quod di-
cimus, non datum, seu non legatum non ac-
2 crescere † *l. in testamento ita. 31. ff. de cond. et dem.
Et scribunt Bald. in l. 1. num. 1. vers. 3. C. de ind.
vid. toll. Iaf. in d. l. re coniunctis, num. 178. vers. 3.
& ibi Crott num. 74. vers. 3. Rip. num. 147.* siue
(quod idem est) ius accrescendi non habere
3 locum, nisi in parte data † *vti videre est apud
Gul. Ben. in d. cap. Raynutius in verb. & vxorem
nomine Adelasiam, num. 151. Marc. decis. 677.
num. 6 part. 2.* Et ratio est, quia † in legatis, &
4 fideicommissis cessat ratio, propter quam
aliàs dicimus, ea, de quibus testator non di-
sposuit, accrescere: Nam ideo accrescunt,
quia alioquin testator decederet pro parte
testatus, et pro parte intestatus, quod iuris no-
stri ratio non patitur, *ut ostendimus in hoc cap.
q. 1. num. 2. & q. 7. num. 4.* At hæc ratio cessat
in legatis, & fideicommissis, quia, licet ea, de
quibus testator non disposuit, non accrescāt,
non tamen testator dicetur decedere pro par-
te testatus, & pro parte intestatus, quoniam
ea remanent apud hæredem, qui, si est testa-
mentarius, facit, vt defunctus dicatur in torū
testatus decessisse, si verò est legitimus, facit,
vt dicatur decessisse in totum intestatus, *ut
diximus in 3. cap. q. 1. num. 6. & in cap. 5. q. 41.
num 4. & cap. 6. q. 21. num. 32.* Nil mirum igi-
tur, si in ijs ius accrescendi cesset. *Ita ratioci-
natur Castr. d. cons. 286. num. 1. vol. 1.*
Secundus vero casus est, quando testator
legauit, aut per fideicommissum reliquit par-
tem hæreditatis, & de alia non disposuit, Et
in hoc etiam casu certum est, partem non da-
tam non accrescere, sed in hęreditate, siue
5 apud hæredem remanere, † quia, & hic cessat
absurditatis euitandæ ratio, quę aliàs facit iu-
ri accrescendi locum, *secundum ea, quæ supra
diximus.*

Hinc infertur, si testator hæredi instituto
substituat aliquem in quota, & simus in casi-
bus, in quibus talis substitutio non potest esse
directa, sed tantum fideicommissaria, vt,
quia sit facta verbis obliquis, aut communi-
bus, aut etiam directis nō ciuilibus, *secundum
ea, quæ diximus in hoc cap. quæst. 6. num. 7. 26.
& 31.* non posse eam trahi ad vniuersum, sed
in ea tantum parte consistere, quæ fuit a testa-
6 tore expressa. † *Ita scripserunt Iaf. in d. l. cohære-
di 41. § vlt. num. 3 ff de vulg. Ceph. in d. l. centu-
rio, num. 1057. Pereg. de fideicom. artic. 5. num.
40.* Quod, si substituat compendiosè in quo-
ta, si quidem talis substitutio resoluatur in
vulgarem dubium non est, quin trahatur ad
vniuersum, *vt ostendimus in hoc cap. q. 5. nu.
5.* Cęterùm, si resoluatur in fideicommissa-
riam, res videtur esse controuersa: nam ple-
rique censuerunt trahi etiam ad vniuersum,
7 † *vt Pereg. de fideicom. artic. 34. num. 18.* Sed
est verius, nō trahi, sed eā tantum rem conti-
nere, quam testator substituendo expressit,
8 † *vt rectè Pereg sibi contrarius d. artic. 34. num.
53. in prin & vers resolutio, & alij tradiderunt,*
quia, (vt sæpè dictum est) cessat in hoc casu
ratio, quæ talem accretionem operatur.
Planè interdum etiam fideicommissario
partis accrescit residuum, de quo testator nō
disposuit: Primum enim, si grauatus resti-
tuere partem hæreditatis recuset aditionem,
poterit fideicommissarius eum cogere, vt ad-
9 eat, & restituat totam hęreditatem. † *l. cogi.
16 § si quis hæres, §. sed & si quis, & §. cum qui-
dam ff. ad Treb. Peregr. de fideicom. d. artic. 5.
num. 27. & 40.* Itaque effectu pars non data
accrescet fideicommissario. Sed hoc ideo
10 fit, quia † alioquin sequeretur vnum ex plu-
ribus absurdis: Aut enim fideicommissarius
deberet à iure suo repelli, & hoc modo amit-
tere fideicommissum, Et hoc esset absurdum,
quia recusatio grauati non debet nocere fi-
deicommissario, cui hanc ob causam con-
cessum est beneficium, vt possit desiderare,
suo periculo adiri, & restitui hæreditatem *l.
quia poterat. 4. ff ad Treb. §. ergo, vers. sed si recu-
sabat, Inst. de fideicom hæred.* etiamsi partis fi-
deicommissarius sit *d. l. cogi. 16. § si quis hæres
ff. ad Treb.* Aut verò deberet hæres cogi adi-
re eam tantum partem, quam rogatus est re-
stituere, Et hoc etiam esset absurdum, quia
eiusdem hęreditatis partem adire, & partem
respuere absurdum est *l. vn. §. his ita definitis.
C. de cad. toll. & nos latè ostendemus in 8. cap. q. 4.
num. 10. & seqq. & in cap 9. quæst. 23. num. 2 &
seqq.* scilicet, quia hoc modo defunctus pro
parte repręsentaretur, & pro parte non, quod
esset absurdissimū, *vt ostendemus in d. quæst. 8.
num. 14 & seqq. & d. q. 23. num. 6.* Aut denique
grauatus cogeretur adire totam hęreditatem,
vt restitueret eam partem, quam rogatus est
pręstare, Et hoc similiter absurdum esset, quia
hoc modo cogeretur inuitus sese oneribus hę-
reditatis implicare, saltem pro ea portione,
quam non restitueret, quod esset iniquissi-
mum *l. qui in aliena. 6. in prin. ff. de acquir. hæred.
l. nec emere. 16. C. de iur. delib.* Ergo, vt hęc om-
nia euitētur rectè cautum est, vt grauatus par-
tem restituere, si recuset, cogi possit adire, &
restituere, non quidem partem, sed totum,
ita, vt omne commodum, & incommodum
ad hi-

ad fideicommissarium transferatur.
Secundo verò, si ex duobus hæredibus in-
stitutis vnus sit grauatus partem suam alicui
restituere, alter verò non, & grauatus adeat,
seu sponte, seu compulsus, non grauatus ve-
rò nō adeat, sed ante aditā deficiat, puta, quia
nolit, aut non possit hæreditatem adire, & sic
fiat locus iuri accrescendi, in hoc casu fidei-
commissum partis trahetur etiā ad eam, quæ
postea accreuit, licet testator de ea nō dispo-
11 suerit, † quia, aut accreuit ante restitutionē,
& debet simul cum parte principali restitui,
vt ostendimus in 9. cap. q. 49. num. 26. & seqq.
Aut verò accreuit post, & censetur fideicom
missario non grauato accreuisse, nō quidem
directò, sed vtiliter *l. Papinianus. 43. ff. ad
Treb. & nos latè ostendemus in hoc cap. q. 69. nu.
1. seqq.*
Tertius casus est, quàndo testator vni reli-
quit legatum, aut fideicommissum particu-
lare, & nemini reliquit fideicommissum vni-
uersale, Et tunc certi quoque iuris est, illi par
ticulariter vocato non accrescere residuum,
12 sed apud hæredem remanere: † *Ita sentiunt
omnes, quos referemus num. seq. Et in specie scri-
bit Auth. Incert. inter consil. vlt. vol cons. 103. nu.
19. & 21. vol. 2.* Hoc enim est, quod tam fre-
quenter dicimus, fideicommissum particula-
13 re non trahi ad vniuersale. † *vti videre est apud
Ang. cons. 148. num. 3. vers. ideo autem dixi, &
in l. cogi. 16. §. & generaliter. num 2. & ibi Imol.
in § sed & si miles in prin. ff. ad Treb. Imol. in l.
1. §. si ex fundo, num. 19. vers. Item aduerte ff. de
hær. inst. Alex. in l. nam, quod 14 § non omnis,
num. 6 ff. ad Treb. Mantic de coniect. vlt. volunt.
lib. 7. tit. 6. num. 10. vers. sed diuersa. Peregr. de fi-
deicom. artic. 34. num. 55. vers. ratio*, & verbum
obliquum, aut commune adiectum certæ rei
14 non trahi ad vniuersum, † *vt de obliquo videre
est apud Imol. in d. l. cogi. 16. §. sed & si miles in
prin. ff. ad Treb. & apud Pereg. de fideicom artic.
5. num. 36. De communi verò scribunt Bald. cons.
296. num. 3. vol 4 Castr. in l. nam, quod. 14. § non
omnis n. 3 ff. ad Treb. Imol. in l. ex facto. 35. nu.
12. in fin ff. de hæred. inst. Ias. cons. 72. colum. 2.
vers vnde succedere, & col. 4. vers Non obstat er-
go, vol. 3. Auth. incert. inter cons. vlt. vol. cons. 88.
num. 6. vol. 1. & d. cons. 103. num. 23. & 29. vol.
2. Durant. de art. test. tit. 5. caut. 10. num. 3. Ceph.
in d. l. centurio num. 1046. & 1050. Mazo. decis.
Flor. 34. num. 15. Surd cons 229. num. 6. Peregr.
de fideic. artic. 34. num. 55. vers. Ratio.* Quod
etiam patet ex eo, quia, si traheretur posset
is, cui res certa fuit per fideicommissum reli-
cta, semper cogere hæredem recusantem adi
re, & restituere, vbi nullus alius fideicom-
missarius vniuersalis constitutus est, quia sem
per esset fideicommissarius vniuersalis. At-
qui non potest *l. nam, quod. 14. §. non omnis ff.
ad Treb. l. si quis omissa. 17 ff si quis om. caus. test.*
Ergo non trahitur ad vniuersale. Et sanè ces-
sat etiam in hoc casu absurditatis euitandæ
15 ratio, † propter quam aliàs dicimus, hæredi
particulari totam hæreditatem accrescere,
secundum ea, quæ supra diximus. Quamobrem
& ipsa accretio cessare debet, *vt in his terminis
considerant Imol. in d. l. 1. § si ex fundo, num. 19.
vers. Item aduerte, Ceph. cons. 231. num. 11. et 12.
Man[t]ic. d. lib. 7. tit. 6. num. 10. vers. sed diuersa,
Pereg. de fideic. d. Artic. 5, num. 41. & Incer. inter*
*cons. ult. uol. cons. 88 num. 21. uers. In substitu-
tione autem uol. 1. & d. cons. 103. num. 27. uers. In
substitutione, & num. 31 uol 2.*
Hinc infertur primo, si testator hæredi vni-
uersali, substituat aliquem in re certa, & si-
mus in casibus, in quibus talis substitutio nō
possit trahi ad directam puta, quia sit facta
verbis obliquis, aut communibus, aut etiam
directis non ciuilibus, *ut ostēdimus in hoc cap.
q. 14. num. 46. & seqq.* huiusmodi substitutio-
nem non posse trahi ad vniuersum, & per
consequentias non posse substitutum conse-
qui totam hæreditatem, sed debere esse con-
tentum illa re particulari, quam testator sub-
16 stituendo expressit † *ut diximus in hoc cap. q.
13. num. 3. Et in specie scribūt Bald. d. cons. 296.
in prin. & num. 3. uol 4. Ang. in d. l. 1. § si ex fun-
do, num. 2. & ibi Imol. num. 19. uers. Idem subdit,
ff. de hæred. inst. Ang. cons. 13. nu. 3. uers. 2. Alex.
in d. l. centurio, num. 89. & ibi Ias. num. 35. &
39. in fi. & num. 61. uers. Not. diligenter, Ias.
in l. cohæredi 41. §. ult. num. 3. ff. de vulg. & d.
cons. 72. col. 3. uers. & hoc quando uol. 3. Ceph. d.
cons. 231. num. 11. Author incert. inter cons. ult.
uol. d. cons. 88. num. 2. 4. & 5 uol. 1. Duran. de
art testan. d. tit. 5. caut. 10 num 3. et caut. 11. nu.
2. Mantic. de con. ult uol. lib. 5. tit. 16 num. 23.
Pereg. de fideic. artic. 5. num. 37. & d. artic. 34.
num 54.*
Secundo infertur, si testator filio suo com-
pendiosè substituat aliquem in re certa, licet
talis substitutio trahatur ad vniuersum, si re-
soluatur in directam, puta vulgarem, aut pu-
pillarem, *secundum ea. quæ diximus in hoc cap.
q. 13. num. 13. & 14.* si tamen resoluatur in fi-
deicōmissariam, vt, quia filius moriatur post
hæreditatem acquisitam, & pubertatis annos
non trahi ad vniuersum, sed restringi ad eam
tantum rem, in qua testator substitutionem
17 ordinauit per ea quæ supra diximus † *Ita Pe-
reg. (licet sub dubio) d. artic. 5. num. 41.* Et,
quamuis nōnulli cōtrariam opinionem sint
amplexi, non est tamen à superiore sentētia,
quæ verior est, & receptior aliquo pacto re-
cedendum.
Tertio infertur, si testator hæredi instituto
duos per fideicommissum substituat, vnum
in re certa alterum verò in hæreditate, et sic
vni relinquat fideicommissum particulare,
alteri verò vniuersale, licet hic deficiat, non
tamen illi fideicommissum vniuersale ac-
crescere, sed apud grauatum remanere per ea
18 quæ supra diximus. † *Ita scribunt Alex. in l. 2.
num. 3. vers. & sic facit, & ibi Ias. num. 10. ff. ad
Treb. Alcia. in d. l. vt coniuncti, nu. 29. vers. quæ
sententia, Pereg. de fideic. artic. 9. num. 5. & nos
etiam diximus in 5. cap. q. 43. num. 34.* Tametsi
contrariū, & malè censuerit *Cagn. in rub. C.
quand. non pet. par. num. 54. in fi.* perperam in
hanc rē adducens *Ias. d. cons. 72. vol. 3.* quippe
qui loquitur de substitutione facta verbis ci-
uilibus, et contrarium tenet in facta verbis
communibus, et sic in fideicommissaria. Ita-
que, ne in hoc quidem casu fideicommis-
sum particulare ad vniuersale trahetur.
Quartus, et vltimus casus est, quando hæ-
res in re certa institutus fuit per fideicommis-
sum grauatus eam rem alteri restituere, et illi
tota hæreditas accreuit, vel, quia nullus co-
hæres vniuersalis datus sit, vel, quia datus de-
fecerit,

fecerit, *secundum ea, quæ diximus in hoc cap. q. 7. num. 1. & seqq. & q. 9. num. 16. & seqq.* Et
tunc, licet teneatur restituere rem illam particularem, in qua nominatim fuit grauatus,
dubitari tamen solet, an teneatur etiam restituere hæreditatem, quæ illi accreuit, & sic, an
fideicommissum particulare trahatur ad vniuersale. Et multi quidem censuerunt, teneri
eum restituere etiam hæreditatem, & sic fideicommissum non censeri amplius particula-
19 re, sed vniuersale. † *Ita enim censuerunt Bart. in d. l. cogi. 16. §. sed & si miles nu. 1. ff. ad Treb. & post eum Peregr. de fideicom. d. artic. 5. num. 34. & seqq.* Mouentur autem, vt ita sentiant.

Primo *l. cogi. 16. §. & si miles ff. ad Treb.* vbi Vlpianus, *Sed & si miles*, inquit, *rogauerit quem res Italicas restituere, vel res prouinciales, dicendum est, suspectam dicentem cogi adire, & restituere: Nam, vt eleganter Mæcianus lib. 6. fideicommissorum ait, qua ratione ex certa re miles hæredem instituere potest, actionesque ei dabuntur pari ratione etiam ex Trebellia-*
20 *no transibunt actiones*: Nam ex his verbis † ita argumentatur. Quoties in institutum ex re
certa transeunt actiones, vt euenit in testamēto militis, qui patrimonia distinxit, si is
fuerit grauatus fideicommisso, & recuset aditionem poterit cogi adire, & restituere *d. §. sed & si miles*, Ergo non censetur grauatus fideicommisso particulari, sed vniuersali, quia
alioquin non posset cogi *d. l. nam q. 14. §. nō omnis ff. ad Treb. d. l. si quis omissa 17. ff. si quis om. caus. test.* Atqui in institutum ex re certa
transeunt actiones, quoties hæres vniuersalis datus non est, aut datus defecit, *vt diximus in hoc cap. q. 7. num. 1. & q. 9. num. 16.* Ergo, si
fuerit grauatus fideicommisso, & recuset adire, cogi poterit adire, & restituere. *Et ita not. Bart. in d. §. sed et si miles, num. 1.* & per
consequentias censebitur grauatus fideicommisso vniuersali, non particulari.

Secundo mouentur, quia substitutio cen-
21 setur facta de eo, quod est in institutione † *l. 2. vers. Nam hæres ff. ad Treb.* Itaque, si institutio est vniuersalis, censetur etiam vniuersalis substitutio fideicommissaria, tamquam
eius sequela, *vt ait Pereg. d. artic. 5. num. 36. vers. Obiectio*: Sicut enim se habet institutio
ad institutum, ita, & substitutio ad substitu-
22 tum † *l. in ratione. 11. §. si filio ff. ad leg. Falcid. Bald. d. conf. 296 in prin. volum. 4. Iaf. d. consil. 72. col. 3. vers. tertio pro confirmatione, volum. 3. et in proposito considerat Pereg. d. artic. 5. num. 35.* Sed in specie proposita in institutione cōtinetur tota hæreditas, quia institutio particularis dempta mētione rei conuertitur in vniuersalem, & totam continet hæreditatem, *vt ostendimus in d. q. 7. num. 1.* Ergo etiam de tota hæreditate debet censeri facta substitutio. *Ita arguit Pereg. d. artic. 5. num. 34.*

Tertio mouetur, quia, quæ grauato obueniunt per ius accrescendi, debent restitui fi-
23 deicommissario, † *vt ostendemus in 9. cap. q. 49. num. 26.* vtpote ad quem pertinent omnia
incrementa latentia, quæ ex legibus accedūt rebus fideicommissarijs. Sed tota hæreditas
obuenit hæredi in re certa instituto per ius accrescendi, *vt tradunt omnes, quos retulimus in d. q. 7. num. 5.* Debet igitur restitui fideicommissario. *Ita arguit Pereg. d. artic. 5. num. 36. vers. Obiectio.*

Prędictis tamen non obstantibus puto contrariam sententiam esse veriorem, vt scilicet
non teneatur hęres restituere totam hęreditatem, sed tantum illam rem particularem, in
qua testator eum instituerat, & grauauerat fi-
24 deicommisso. † *Quæ fuit sententia Imol. in d. l. cogi. 16. §. sed et si miles in princ. ff. ad Treb. Mantic. de coniect. vlt. volunt. lib. 7. tit. 6. num. 10. vers. sed diuersa.* Moueor autem, vt ita sententiam.

25 Primo, quia † fideicommissum particulare nunquam trahitur ad vniuersale, *vt ostendimus supra num. 13.* Sed in proposito fideicommissum à testatore ordinatum est particulare, quia testator grauauit institutum in re, quam illi reliquerat. Non poterit igitur trahi ad vniuersum.

Necesse, quod respondeas, hoc non procedere, quoties fideicommissum est de eadem
re, de qua est institutio, ideoque, cum in proposito institutio sit vniuersalis, debere etiam
vniuersale censeri fideicommissum, *vt respondet Peregr. d. artic. 5. num. 36. vers. Obiectio*, quia
hoc verum esset, si substitutio esset facta simpliciter, *vt ostendemus infra num. 30.* Coeterùm, si sit restricta ad rem instituto relictam,
tunc verius est, censeri quidem factam de eadem re, quam testator expressit, sed non
de ea, de qua institutio ex legis dispositione facta intelligitur, *vt ibi ostendemus.*

Secundo moueor, quia quæ institutus cōsequitur ex dispositione legis, difficilius restituuntur fideicommissario, quam, quę con-
26 sequitur ex dispositione hominis † *l. ita tamen 27. § si patronus ff. ad Treb. A. quamobrem præsentem, Auth. de restit. et ea, quæ par. coll. 4.* Sed
hæres ex asse institutus qui consequitur hęreditatem ex dispositione hominis, non tenetur eam restituere, si fuerit grauatus in re certa, q[ui]a, (vt dictum est) fideicōmissum particulare non trahitur ad vniuersale. Ergo multo
minus tenebitur eam restituere institutus in re certa, qui hęreditatem consequitur ex dispositione legis, *vt ostendimus in 2. cap. in prin. num. 4.* si fuerit grauatus rem illam restituere.

27 Tertio, & vltimo moueor, quia † hęres rei certæ, si cohęredem non habeat, perinde habetur, ac, si simpliciter fuisset institutus *l. si alterius. 10. ff. de hær. inst.* Sed, si simpliciter fuisset institutus, & grauatus rem certam restituere, non teneretur reddere hęreditatem, *vt dictum est.* Nec igitur debet teneri eam restituere, cum pro simpliciter instituto habetur.

Neque hinc sententiæ obstant contraria: Ad primum enim respondeo distinguendo:
28 † Aut in institutum in re certa trāseunt actiones, non ex dispositione legis, sed ex voluntate testatoris, prout euenit, cum miles aliquem ex certo patrimonio instituit hęredē,
Et tunc verum est, si fuerit grauatus, & adire recuset, posse cogi, quia res illa, licet respectu pagani censeatur particularis, tamen respectu militis censetur vniuersalis, & pro hæreditate reputatur *l. si certarum 18. §. 1. ff. de mil. testa. et nos late dicemus in 10. cap. q. 24. num. 45.*
Aut verò in institutum ex re certa transeunt actiones, non ex voluntate testatoris, sed ex

d: spositione

dispositione legis, prout euenit, cum institutio particularis dempta mentione rei conuertitur in vniuersalem, *sicuti demonstrauimus in secundo cap q.2.num.*57. Et tunc verius est, si fuerit grauatus rem illam restituere, & adire recusct, non posse cogi, quia fideicommissum non censetur vniuersale, sed particulare, per ea, quæ supra diximus.

29 Ratio autem diuersitatis est, quia † primo casu fideicommissum non recipit incrementum supra id, quod testator expressit, sed eius respectu recipit interpretationem ab institutione: Nam, quemadmodum res illa particularis in persona instituti censetur vniuersalis ex priuilegio militis, ita etiam vniuersalis censetur in persona fideicommissarij, ita, vt eius respectu fideicommissarius habeat eadem iure, quæ ei competerent, si nominatim ad hæreditatem, seu eius partem esset vocatus. At secundo casu, si diceremus fideicommissum effici vniuersale reciperet incrementum supra id, quod testator expressit, quod vtique absurdum esset, scilicet, quia in fideicommissis nemini plus dandum est, quam dari voluerit testator *l. facta. 63. § si sub conditione, versic. plus enim ff. ad Treb.* Non debet igitur ad vniuersum trahi.

Nec obstat, si dicatur, imo etiam in fideicommissis plus interdum dari, quam testator voluerit, vt euenit in eo, quem testator per fideicommissum substituit vni tantum ex cohæredibus, *secundum ea, quæ diximus supra num* 11. quia respondeo, hoc verum esse, quoties incrementum consideratur, vt accessio, In casu autem proposito considerari, vt principale, non, vt accessorium *sicuti ostendemus infra num.* 32. ideoq; fideicommissario dandum non esse.

Ad secundum verò respondeo similiter di
30 stinguendo: † Aut substitutio fuit facta simpliciter, pura, quia testator dixerit, instituo Titium in tali fundo, & si decesserit sine liberis substituo ei Sempronium, Et tunc fateor in substitutionem venire ea omnia, quæ iure institutionis pertinent ad institutum, & sic venire etiam totam hæreditatem, si propter hæredū vniuersalium defectum institutio particularis conuertatur in vniuersalem, & in his terminis veram esse contrariam opinionem, quia, cum substitutio non fuerit restricta ad illam rem, in qua grauatus fuit à testatore institutus, potest intelligi facta vniuersaliter, idest, in toto eo, quod ad institutum peruenerit iure institutionis, vt *scribit Peregr. de fideicom. d. artic. 34. num. 57. & ut similiter diximus de compendiosa simpliciter facta impuberi in re certa instituto, sicuti retulimus in q. praeced. nu.*156. Aut verò substitutio nō est facta simpliciter, sed est restricta ad eā rem, in qua facta est institutio, Et tunc verius est, censeri factam in ea tantum re, quam testator expressit, non etiam in hæreditate, quæ propter aliorum hæredum deficientiam pertinet ad institutum, *secundum ea, quæ supra diximus*, quia, si restrictio facta a testatore, operatur, vt fideicommissum particulare non trahatur ad vniuersale, quoties grauatus totam habet hæreditatem ex dispositione testatoris, *vt ostendimus in tertio casu*, quanto magis id operari debet, quoties eam habet ex dispositione legis, cum, vt dictum est, difficiliùs restituantur ea, quæ quis habet à lege, quam, quæ ab homine.

Ad tertium denique respondeo, id procede
31 re, † quando tractatur de iure accrescendi proprio, per quod scilicet portio portioni accrescit, non etiam, quando tractatur de hærede particulari, cui propter vniuersalis defectum tota hæreditas accrescit: nam tunc non est propriè ius accrescendi, sed ius conuersionis, quia institutio particularis dempta mentione rei conuertitur in vniuersalem, *vt diximus in quarto cap. q. 4. num. 12. & 16. & in hoc cap. q. 7. num.* 8. ideoque, quod ex huiusmodi causa peruenit ad institutum, non venit in restitutionem *per ea, quæ supra diximus. Ita respondet Mantic. d. lib. 7. tit. 6. num.* 11.

32 Ratio diuersitatis est, quia † primo casu id, quod accrescit, consideratur, vt accessorium, ideoque debet assumere naturam sui principalis, *vt ostendemus in 9. cap. q. 43. num. 1. & seq.* At secundo casu non consideratur, vt accessorium, sed, vt principale, quia institutus in re certa dempta mentione rei perinde habetur, ac, si fuisset simpliciter institutus, quo casu nihil est, quod accedat, ideoque, tamquam institutus in vniuerso, & grauatus in re particulari non debet vniuersum restituere, *vt ostendimus supra num.* 27.

Ex his intelligimus, in legatis, & fideicōmissis, quoties tractamus de iure accrescendi,
33 semper nos supponere † portionem, quæ debet accrescere, fuisse à testatore alicui delatam, vel de iure, vel de facto, de iure, cum eius dispositio a principio valuit, sed postea facta est caduca, aut, quasi caduca, *vt in casibus, quos referemus in hoc cap. q. 33. & 2. seqq.* De facto vero, cum iam vsque ab initio non constitit, sed habita est pro non scripta, *secundum ea, quæ dicemus in hoc ipso cap. q. 22. & qq. seqq.* Cœterùm, si portio neutro modo fuit a testatore delata, verius est, non posse tractari de iure accrescendi. *Ita declarat Castr. d. cons* 286. *num.* 1. *vol.* 1. Et his quidem casibus locum habet ius accrescendi, cum res ideo vacat, quia testator de ea non disposuit.

SVMMARIVM.

1 *Hæreditas. quando dicatur dari ex die, &, quando ad diem.*

2 *Hæres ex certo die institutus non expectato die statim mortuo testatore potest adire hæreditatem, & hæres fieri, & cur, num. 4. & seqq.*

3 *Hæreditas ex die dari non potest, &, si detur non vitiatur institutio, sed sublato vitio temporis perinde habetur, ac, si purè, & simpliciter facta fuisset, & cur, nu 4. & seqq.*

5 *Dies sui natura non suspendit iuris effectum, sed tantum exercitium, siue petitionem.*

7 *Testator non potest decedere pro parte temporis testatus, & pro parte intestatus.*

8 *Argumentum a re ad tempus valet.*

9 *Hæres, qui semel est, non potest desinere esse hæres.*

10 *Dispositio testatoris, quæ continet in se repugnantiam, non sustinetur, sed vitiatur, Declara, vt num.* 13.

11 *Testatori imputandum est, cur perplexè disposuerit.*

12 *Testa-*

12 Testator, qui instituit haeredem ex certo tempore, non vult, eum esse haeredem ante illud tempus.

14 Institutio si fiat ex certo die, cur potiùs vitietur adiectio temporis, quam institutio.

15 Causa testati, vt ad se trahit causam intestati respectu rei, ita etiam respectu temporis.

16 Institutus ex certo tempore fit haeres etiam ante tempus non ex vi iuris accrescendi, sed alio iure, & cur, num. 17. & seqq. Licet nonnulli contrarium censuerint, num. 19.

20 Ius accrescendi de tempore ad tempus, quodnam dicatur.

21 Ius accrescendi de tempore ad tempus est improprium.

22 Haereditas potest dari sub conditione, & cur, nu. 33. & seqq.

23 Institutio si fiat sub conditione, non tollitur conditio, & cur, num. 33. & seqq.

24 Haeres sub conditione institutus ante illius implementum adire non potest.

25 Haeredi sub conditione instituto non ante defertur haereditas, quam conditio extiterit.

26 Haereditas, nisi sit delata, adiri non potest.

27 Haeres sub conditione casuali institutus debet illius euentum expectare prius, quam adeat.

28 Haeres institutus sub conditione potestatiua debet implere conditionem prius, quam adeat.

29 Institutus sub cõditione potest adire haereditatem, si extitit, aut impleta est conditio.

30 Institutio conditionalis fit caduca, si conditio deficiat, aut impleri ampliùs non possit.

31 Spes conditionalis institutionis non transmittitur ad haeredes.

32 Ius implendae conditionis non transmittitur ad haeredes.

33 Haereditas cur possit dari sub conditione, non etiã ex certo die, & num. seqq.

35 Conditio quandocunque existens retrotrahitur ad tempus mortis testatoris. & cur, num. 42.

36 Conditio, vbi extitit, perinde habetur, ac si purè fuisset facta dispositio,

37 Aditio haereditatis quandocunque facta, retrotrahitur ad tempus mortis.

38 Testamentum corruit non adita haereditate.

39 Haereditas defertur venientibus intestato, si ex testamento non adeatur.

40 Dies non retrotrahitur ad tempus mortis testatoris, licet retrotrahatur ad conditio, & cur, nu. 42. & seqq.

44 Haereditas non, potest ab intestato deferri, quandiu spes est, posse eam ex testamento adiri.

45 Miles potest ex certo tempore haeredem instituere, & ita efficere, vt interim haereditas pertineat ad venientes ab intestato, & cur, num. 46.

47 Haereditas potest dari ex die, si is per necessariam consequentiam apponatur, aut appositus intelligatur.

48 Seruus proprius, si purè fuerit haeres institutus, ex die vero, vel sub conditione liber esse iussus, ante diem, vel conditionem purificatam haeres esse nequit.

49 Institutio facta ex die omnino incerto valet.

50 Institutio, si fuerit facta ex die omnino incerto, non ante potest haereditas adiri, quam dies extiterit, & cur, num. 52. & seqq.

51 Haereditas, licet non possit dari ex die certo potest tamen dari ex die incerto, & cur nu. 52. & seqq.

53 Dies incertus conditionem in testamento facit.

54 Dies incertus appellatur conditio.

55 Dispositio collata in diem incertum dicitur conditionalis.

56 Dies tunc dicitur omnino incertus, cum incertum est, an, & quando sit futurus.

57 Institutio de aliquo facta, cum pubes erit, cum nupserit, cum erit capax, dicitur collata in diem omnino incertum, & cur, num. 58.

59 Institutio de aliquo facta ex die incerto, an, & quando sit futurus, dicitur conditionalis, seu facta sub conditione, & cur, nu. 60.

61 Dies incertus non differt à conditione, nisi in modo, seu figura concipiendi.

62 Dies mortis est incertus, non, an, sed, quando sit futurus, & cur, nu. 63. & seqq.

63 Moriturum quem esse, certum est.

64 Morte nil est certius.

65 Dispositio collata in diem mortis, aliquo respectu dici potest certa.

66 Mortis hora incerta est.

67 Institutio de aliquo facta, cum morietur tertius, dicitur collata in diem omnino incertum, & cur, num. 68.

69 Institutio de aliquo facta, cum tertius morietur, valet:

70 Dies non reijcitur, sed expectatur, ante, quã haereditas adeatur, si quis haeres instituatur, cũ morietur tertius, & cur, n. 71. Declara, vt n. 240.

72 Declaratur l. extraneum 9. C. de haered. instit. & num. seqq. & num. 89. & seqq. & num. 103.

74 Filius olim non poterat institui, cum tertius morietur, & cur, num. 75. Hodie contra, num. 78.

75 Filius institutus, cum morietur tertius, dicitur institutus sub conditione casuali.

76 Filius olim non poterat institui, sub conditione casuali, nisi in defectum conditionis exhaeredaretur, Hodie contra num. 78.

77 Filius institutus sub conditione casuali poterat olim nullum dicere testamentum, Hodie contra num. 78.

80 Declaratur l. si ita scriptum. 13. §. fin. ff. de lib. & posth.

81 Exhaeredatio non sustinetur, nisi testamẽtum per aditionem haereditatis confirmetur.

82 Dies mortis habetur pro certo, & secundum certi diei naturam regulatur, quoties non est incertum, an sit futurus viuo instituto.

83 Dies mortis instituti censetur certus, & cur, num. 84. & seq.

84 Viuens moritur.

85 Dies mortis instituti, nullam in se continet conditionem.

86 Institutio de aliquo facta, cum ipsemet institutus moritur, valet.

87 Institutus, cum ipse moritur, statim adire potest, & cur, num. 88.

88 Institutio, si fuerit facta, cum morietur institutus, reijcitur dies, & perinde est, ac si purè, & simpliciter fuisset facta institutio.

94 Aditio haereditatis non potest fieri in articulo mortis, Declara, vt num. 121.

95 Filius etiam in articulo mortis suus haeres esse potest.

97 Dies mortis instituti est certus, dies verò mortis tertij est incertus.

98 Institutio facta, cum morietur tertius censetur cõditionalis, ideoq; ante illius euentum non potest haereditas adiri, facta verò, cum morietur institutus, habetur pro purà, ideoque haereditas

tas statim adiri potest, & cur, num. 99.

100 Institutio facta, cum moritur testator, censetur pura, & valida, num. 110. & cur, nu. 101.

102 Vltima voluntates non habent vim, nisi post mortem testatoris.

104 Verba, cum moritur testator, non significant, cum incipiet mori, sed, cum erit perfecte mortuus, & num. 105.

106 Verba, cum moritur, & verba, post mortem multum inter se differunt, & num. seqq. Declara, vt num 118. & seqq.

107 Verba, cum moritur, ita intelliguntur, cum erit in articulo mortis, siue, cum incipiet mori.

108 Verba, post mortem, denotant tempus, quod mortem sequitur.

109 Verba, cum moritur possunt ex subiecta materia variam recipere interpretationem.

111 Institutio facta post mortem tertij, non differt à facta, cum tertius moritur.

112 Institutio haredis non potest ab harede haredis incipere, & cur, num. 113 & 115.

114 Legata relinqui possunt post mortem legatarij.

116 Institutio facta post mortem instituti valet, & cur, num. seqq.

118 Verba, cum moritur, vel post mortem, non differunt, nisi subtilitate quadam, & scrupulositate verborum.

119 Verba, cum moritur, vel, post mortem, nō distinguuntur in ijs dispositionibus, in quibus non spectamus subtilitates verborum, sed nudam testatoris voluntatem.

122 Institutio de aliquo facta, si moritur, non differt ab institutione facta, cum moritur.

123 Institutio de aliquo facta, si tertius moritur, pro pura habetur, & cur, nu 124. & seqq. Sed contra num. 127. & cur, num. 128.

125 Dispositio facta sub conditione, qua omnino est extitura censetur facta purè, aut saltem ex die certa, Declara, vt num. 129.

126 Dispositio tunc censetur conditionalis, cum incertum est, an conditio expressa sit extitura, necne.

130 Conditio, si tertius moritur, reddit vltimas voluntates conditionales, non etiam contractus, & cur, num. 131.

132 Spes contractus conditionalis transmittitur ad haredes.

133 Monasteria prasumuntur destrui, aut capite minus intra triginta annos, Declara, vt nu. 144. & seqq.

134 Declaratur l. hereditatum. 68. in prin. vers. sic denique. ff. ad leg Fals. & num. 152.

135 Declaratur l. pater filium. 36. §. Tusculanus. ff. de leg. 3.

136 Monasterium, aut Ecclesia, vel hospitale, si instituatur post mortem tertij, non potest adire ante illius mortem, & cur, num. 137. & seqq. Sed contra num. 142. & cur num. 143. & seqq.

140 Institutio monasterij, siue Ecclesia, aut hospitalis censetur facta in causam piam.

141 Relictum monasterio, si ante, quam dies legati cedat monasterium destruatur, extinguitur.

146 Principis solius authoritate, quæ fieri possunt, pro impossibilibus reputantur.

147 Casum, & aduersam hominis fortunam expectare, improbum est.

148 Ecclesia, seu monasterio quod relinquitur, censetur relinqui Deo immortali.

149 Ecclesia Romana Deum vbique representat.

150 Ecclesia nunquam moritur.

153 Institutus, si fuerit aliquis ex die certa, & datus sit ei cohares vniuersalis, non tollitur mentio temporis, & cur, num. 154. Sed contra, nu. 155. & cur, num. 156. & seqq.

159 Partis, quoad partem eadem est ratio, qua totius quoad totum.

160 Institutus ex die incerto non potest ante diem adire, etiamsi habeat coharedem institutum purè, & cur, num. 161.

162 Declaratur l. qui filio. 38. in prin ff. de her. inst. & num. seqq. & num. 183. & seqq. & num. 273. et seqq. vsque ad num. 288.

163 Suitas tollitur exharedatione.

165 Hares ex certo die institutus sublato vitio temporis statim adire potest, etiamsi habeat coharedem particularem purè datum.

166 Hares in re certa institutus potest statim agnoscere rem sibi relictam, et eius apprehendere possessionem nō expectata haredis vniuersalis aditione, et cur, num. 67.

168 Hares ex re certa institutus, vtrum sit hares vniuersalis, nec ne pendet ab exitu haredis vniuersaliter instituti.

169 Instituto in vsufructo accrescit tota hereditas, si cohares vniuersalis ei datus deficiat, Declara, vt num. 170.

171 Legatum vsusfructus sine dubio valet, etiamsi hares fuerit institutus ex die certo, et cur, num. 172.

173 Paria sunt diem esse certum, vel incertum, sed pro certo haberi.

174 Vxor, si fuerit in vsufructu instituta, et post eius mortem instituta sit Ecclesia, vel monasteriū, aut hospitale, poterit Ecclesia, vel aliud corpus statim adire, Declara, vt num. 178. et seqq.

175 Vxor in vsufructu instituta, si post eius mortem instituta sit Ecclesia, vel monasterium, aut hospitale, non ante sit hares vniuersalis, quam corpus pium repudiauerit, et num. 176. Declara, vt num. 178. et seqq.

177 Vxori, si fuerit relictus vsusfructus, et post eius mortem instituta sit Ecclesia, vel monasterium, aut hospitale, non est dubitandum de validitate relicti, et cur.

181 Legatum vsusfructus vxori relictum, an valeat, si hares vniuersalis post eius mortem sit institutus, quastio est solemnis, et de apicibus iuris.

182 Legatum vsusfructus relictum vxori non valet, si hares vniuersalis institutus sit post eius mortem, et cur num. 185. et seqq. Sed contra n. 216. et cur, num. 217.

186 Vsusfructus, si alicui legetur, cum ipsemet legatarius moritur, legatum non valet, et cur.

187 Vsusfructus etiam purè legatus vxori censetur relictus post eius mortem, si hares vniuersalis post ipsius mortem institutus sit, et cur, nu. seq. Declara, vt num. 288. et seqq.

188 Dies vsusfructus legati non cedit ante aditam hereditatem, Declara, vt nu. 290.

192 Dispositio testatoris, qua continet in se repugnantiam, nullius est momenti, et cur, num seq. Declara, vt num. 290. vers. 4.

193 Testator sibi imputare debet, cur perplexè loquendo effecerit, vt dispositio non possit sortire suum effectum.

194 Voluntas testatoris omnimodo est seruanda, Declara, vt num. seqq.

195 Va-

195 *Voluntas testatoris ita demum est seruanda, si sit legitima.*

196 *Voluntas testatoris ita demum est seruanda, si possit.*

196 *Voluntas testatoris, quæ est impossibilis, aut legibus refragatur, non est seruanda, & cur, nu. 198.*

199 *Vsusfructus, si vxori fuerit relictus titulo institutionis, sine dubio valet, & vtilis est dispositio, quamuis hæres uniuersalis post eius mortem institutus sit, & cur, num. 200. & seqq.*

201 *Vxor in vsufructu instituta, si ei tota hæreditas accrescit, habet vsumfructum causalem, non formalem.*

202 *Vxor in vsufructu instituta potest statim, & per se, ac propria authoritate vsumfructum percipere.*

203 *Vxor in vsufructu instituta per simplicem agnitionem confirmat testamentum, & cur.*

204 *Vxori in vsufructu institutæ, quæ illum agnouit censetur tota hæreditas iam vsque ab initio accreuisse, si deficiat hæres vniuersalis.*

205 *Vxor, quæ vsumfructum, in quo fuit instituta, agnouit, censetur hæreditatem ad suos hæredes transmisisse, etiamsi prius decesserit, quam defecerit hæres vniuersalis.*

206 *Legatum vsusfructus factum vxori sine dubio valet, si post eius mortem institutus sit filius.*

207 *Testamentum, in quo filius post vxoris mortem institutus est, non valet, & cur nu. 208. Sed contra num. 210 & cur, nu. 2 1.*

209 *Conditio rejicitur de legitima, si sit potestatiua, secus, si casualis. Sed contra nu. 213.*

212 *Institutio facta sub conditione, quæ rejicitur, pro pura habetur.*

214 *Legatum vsusfructus relictum vxori, post cuius mortem hæres vniuersalis institutus est, sine dubio valet, si datus sit ei cohæres in re certa purè institutus, & cur, nu. 215.*

218 *Legatum vsusfructus relictum vxori post cuius mortem hæres vniuersalis institutus est, de consuetudine sustinetur.*

219 *Hæres institutus sub conditione, potest ea pendente agnoscere bonorum possessionem secundum tabulas, & cur, num. 228.*

220 *Institutus sub conditione, qui agnouit bonorum possessionem secundum tabulas, potest bona distrahere, & creditoribus satisfacere, & cur, num. 231.*

221 *Bonorum possessio, quæ pendente conditione datur instituto, operatur, vt dies vsusfructus legati statim cedat, perinde, ac, si adita esset hæreditas, Sed contra num. 225. & 232.*

222 *Institutus sub conditione, qui ea pendente agnouit bonorum possessionem secundum tabulas, potest præstare legata, & fideicommissa, & cur, num. 223. Sed contra num. 225. & cur, nu. 226.*

224 *Legatarij habentur loco creditorum, Declara, vt num. 231.*

227 *Bonorum possessio, quæ pendente conditione datur instituto, nihil operatur, quoad ea, quæ ex testamenti validitate pendent, & nu. 230.*

229 *Bonorum possessio secundum tabulas, quæ pendente conditione datur instituto, conuertitur in contra tabulas, vel aliam ab intestato contingentem si ei potest esse locus.*

233 *Hæres institutus post mortem vxoris, cui testator reliquit vsumfructum omnium bonorum, statim adire potest, & proprietatem acquirere, & num. 244. & cur, num. 234. & seqq. & nu. 245. 247. & seq.*

235 *Institutio hæredis facta post mortem vxoris, cui testator legauit vsumfructum omnium bonorum inspecta mente testatoris est pura, & cur num. 236. & 238.*

237 *Testator, cum vxori legat vsumfructum omnium bonorum, & post eius mortem instituit alium, non censetur adijcere tempus mortis, vt suspendat institutionem, sed, vt differat commodum vsusfructus.*

239 *Eligere viam ad impugnanda sua iudicia nemo censetur.*

240 *Hæredis instituendi post mortem vxoris, cui legatus est vsusfructus, forma procedit ab imperitia notariorum, Sed contra num. 356.*

241 *Hæres institutus post mortem vxoris, cui testator reliquit vsumfructum omnium bonorum, trāsmittit hæreditatem ad suos hæredes, etiamsi viua uxore decesserit, dummodo fecerit aliquem actum, ex quo aditio hæreditatis induci possit.*

242 *Declaratur l. filius à patre. 28. in prin ff. de lib. & post & num seq.*

249 *Verbis in dubio standum est. Declara, ut num. 250*

251 *Consequens, qui uult, non semper censetur uelle necessarium antecedens, licet hoc regulariter uerum sit num. 252.*

253 *Filius si fuerit institutus post mortem uxoris, cui testator legauit usumfructum omnium bonorum, sine dubio statim adire potest, non expectata uxoris morte, & cur, nu seqq. Declara, ut num. 256.*

257 *Vsusfructus relictus uxori non restringitur ad alimenta, & cessat Bulgari consuetudo, quoties filius institutus est post uxoris mortem.*

258 *Vxor, cui legatus est usufructus, non potest cogere hæredem ut adeat.*

259 *Vxor, cui legatus est usufructus, potest eum per se percipere, si testator ei dederit talem facultatem,*

260 *Testator potest cauere, vt legata debeantur, etiam non adita hæreditate.*

261 *Vxor, cui testator legauit vsumfructum omnium bonorum, hærede post eius mortem instituto, potest de facto vti, frui, Sed contra num. 265. & seq.*

262 *Vxor, cui testator legauit vsumfructum omnium bonorum, & post eius mortem instituit alium hæredem vniuersalem, potest propria manu, & authoritate vsumfructum percipere, & cur, num. 272.*

263 *Hæreditas, vbi postea aditur, id, quod antea gestū est de facto, retrofingitur iuridicè factum, Declara, vt num. 267.*

264 *Aditio sequens operatur, vt vxor, quæ prius de facto percepit vsumfructum, retrofingatur eū post aditam hæreditatem percepisse.*

267 *Declaratur l. mulier. 20. §. si quis hæreditarium ff. de cond. instit.*

268 *Vxor, cui legatus est vsusfructus omnium bonorum, si hæres vniuersalis post eius mortem institutus sit, potest implorare officium Iudicis, & ab eo petere, vt legatum præstet, cum nullus adsit, a quo præstari possit, Sed contra nu. 270. & seq.*

269 *Legatum vsusfructus relictum vxori, post cuius mortem*

mortem hæres uniuersalis institutus est, ualit potius tuitione, & officio Iudicis, quam de rigore iuris.

291 Vxori, si relictus sit usufructus titulo legati, non potest quarta, et si tota hæreditas accrescat.

292 Vxor in usufructu instituta, si hæres uniuersalis post eius mortem institutus sit, efficitur hæres uniuersalis, & consequitur, non solum usumfructum, sed etiam proprietatem. & cur, num. 300. & seqq. Sed contra, num. 315. & cur, num. seqq.

293 Hæres institutus post mortem uxoris cui testator reliquit usumfructum titulo institutionis, non potest ea defuncta fieri hæres directo, & cur nu. 294. & seqq. Sed contra, num. 341.

296 Vxor in usufructu instituta censetur per fideicommissum grauata restituere hæreditatem ei, qui post ipsius mortem institutus est.

297 Verbum, instituit, trahitur ad substitutionem ex ordine a testatore sumpto.

298 Vsusfructus si fuerit uxori relictus titulo institutionis, & post eius mortem sit institutus alius, & ii uiua uxore moriatur tota hæreditas remanet penes ipsam uxorem.

299 Vxore in usufructu instituta, & alio post eius mortem scripto hærede, si ei fiat hæreditatis restitutio possunt uxoris hæredes detrahere Trebellianicam.

301 Vsusfructus omnium bonorum respectu hæreditatis, & sic iuris uniuersi censetur res certa.

302 Institutus post mortem uxoris in usufructu institutæ non censetur ei datus, ut cohæres, sed ut substitutus, & cur num. 303. et seqq Sed contra num. 325. et seqq Declara, ut num. 327.

304 Cohæres uenit ex eodem gradu, substitutus uero ex diuerso.

305 Cohæres vocatur ad rem, vel partem diuersam, substitutus vero ad eandem.

306 Institutus post mortem vxoris, cui relictus est vsusfructus titulo institutionis, non venit ex eodem gradu, sed ex diuerso, Sed contra num. 326.

307 Institutus post mortem vxoris cui testator reliquit vsumfructum titulo institutionis, vocatur ad eandem rem, nempe ad eundem vsumfructum, Sed contra num. 322.

308 Vxor in vsufructu instituta fit hæres vniuersalis, etiamsi hæres post eius mortem institutus sit filius, Sed contra, num. 360. & cur, num. seq.

309 Vxor in vsufructu instituta fit hæres vniuersalis, si alius post eius mortem institutus fit, etiamsi testator eam instituerit durante ipsius vita.

310 Vxor in vsufructu instituta fit hæres vniuersalis, quoties alius post eius mortem institutus est, etiamsi testator adiecerit taxatiuam respectu temporis Sed contra num. 367.

311 Vxor in vsufructu instituta fit hæres vniuersalis, si alius post ipsius mortem institutus sit, etiamsi testator adiecerit taxatiuam, respectu rei, & cur, num. seq. Sed contra, num. 366.

313 Vxor, cui relictus est vsusfructus fit hæres vniuersalis, si alius post ipsius mortem institutus fit, etiamsi testator dixerit, se relinquere vsumfructum iure legati, institutionis, & omni meliori modo.

314 Filius hæres institutus in vsufructu, si nepotes ex eo fuerit instituti post eius mortem, fit hæres vniuersalis, sed censetur grauatus hæreditatem nepotibus post mortem suam restituere, Sed contra num. 358. uers. Quamobrem.

317 Hæreditas non accrescit instituto in re certa, quoties is cohæredem uniuersalem habet etiam sub conditione datum, Declara, vt num. 318. & & seqq. & num. 324. 330. & seq. & num. 431. & 461.

323 Hæreditas censetur res a singulis rebus hæreditarijs diuersa.

328 Determinatio debet fieri pariformiter respectu omnium determinabilium. Declara, vt num. 329.

334 Testatorem noluisse præferre uxorē in usufructu institutam hæredibus hæredis uniuersaliter institutis, uerisimile non est, maximè, si sint descendentes testatoris num. 335.

336 Declaratur l. uerbis ciuilibus. ff. de uulg.

337 Declaratur l. 1. § si ex fundo ff. de hæred. inst. & num. seq.

339 Vxor in usufructu instituta non statim fit hæres uniuersalis, sed debet expectare exitum hæredis post ipsius mortem instituti, utrū scilicet fuerit superstes tempore mortis suæ, & adierit, necne, & num. 341. Sed contra num. 342.

340 Hæres post uxoris, eiusdemq; in usufructu institutæ mortem institutus, si præmoriatur, non transmittit ius suum ad hæredes.

343 Hæres institutus post mortem uxoris, cui testator reliquit usumfructum titulo institutionis, potest statim adire non expectata uxoris morte, & num. seqq. & cur num. 346 & seqq.

348 Institutio hæredis facta post mortem uxoris instituta in usufructu ex mente testatoris censetur pura & num. 359.

349 Diuersitas tituli non denotat diuersitatem uoluntatis. Declara, ut num seqq.

354 Vxor, cur potius in usufructu instituatur, quam legato honoretur, & cur hæredis uniuersalis institutio post eius mortem conferatur, & num. seqq.

358 Opinionem communem sequi non tenentur supremæ tribunalia, si cognoscant ueritatem esse contrariam.

362 Vxor instituta in usufructu omnium bonorum, post cuius mortem alius hæres institutus est, haud dubiè non fit hæres uniuersalis, si ex uerbis aut coniecturis constet, testatorem eam habuisse pro usufructuaria, nō pro proprietaria, & quæ sint coniecturæ num. seqq.

363 Vxor instituta in usufructu non fit hæres uniuersalis, si eam testator semper appellat usufructuariam, eum uero, qui post illius mortem institutus est, semper appellet hæredem.

364 Vxor in usufructu instituta non fit hæres uniuersalis, si testator eam appellet legatariam, aut relictum ipsum legatum.

365 Vxor in usufructu instituta non fit hæres uniuersalis si institutio fuerit facta inter legata.

368 Vxor in usufructu instituta non fit hæres uniuersalis, si testator ei reseruauerit usumfructum etiam post mortem instituti.

369 Vxor instituta in usufructu non fit hæres uniuersalis, si testator dixerit, se uelle, eam uti frui simul cum alio.

370 Vxor in usufructu instituta non fit hæres uniuersalis, si testator prohibuerit hæredi, ne ei molestiam inferat.

371 Vxor in usufructu instituta non fit hæres uniuersalis, si testator ei remittat cautionem de utendo fruendo arbitrio boni uiri.

372

372 Vxor in vsufructu instituta non sit hæres vniuersalis, si testator remiserit ei confectionem inuentarij.

373 Vxor in vsufructu instituta non sit hæres vniuersalis, si testator eam liberauerit ab onere reddẽda rationis, maximè, si eam dederit curatricẽ hæredi post eius mortem instituto, num. seq.

375 Vxor, cui relictus est vsusfructus titulo institutionis, non sit hæres vniuersalis, si testator non sit vsus eodem verbo, instituo, quo vsus est vocando hæredem vniuersalem.

376 Vxor in vsufructu instituta sit hæres vniuersalis cum onere tamen restituendæ hæreditatis ei, qui post ipsius mortem institutus est, si ex verbis, aut coniecturis constet, testatorem habuisse eam pro proprietaria. Declara, vt num. seq.

378 Testator, si vxori relinquat vsumfructum, & adijciat aliqua verba, quæ nõ possint ad vsumfructum adaptari, sed tantum ad proprietatẽ, non vsumfructum, sed proprietatem reliquisse intelligitur.

379 Vsusfructus appellatione denotatur proprietas, si verba adiecta per antecedens, vel consequens necessarium importent proprietatem.

380 Vsumfructum domus si alicui testator relinquat, & eum grauet de imponenda seruitute altius non tollendi, censetur ei reliquisse proprietatẽ, & cur, num. 381.

382 Vsumfructum rei si testator alicui relinquat, & eum grauet, vt post mortem suam rem alteri restituat, censebitur ei proprietatem reliquisse, & cur num. 383.

384 Vsumfructum, bonorum si testator alicui relinquat, & postea prohibeat ei bonorum alienationem, censebitur reliquisse proprietatem, & cur, num. 385. & nu. 387. Licet nonnulli contradicant, vt num. 386.

388 Vxor in vsufructu instituta censetur etiam instituta in proprietate, si testator ei iniungat æris alieni solutionem.

389 Succedere pleno iure, & consequi solum vsumfructum distinguuntur.

390 Vxor, si in vsufructu instituatur pleno iure censetur instituta etiam in proprietate.

391 Vxor, si simpliciter hæres instituatur, licet postea fiat mentio de vsufructu per modum causæ, non tamen desinit esse hæres vniuersalis, & cur, num. 392.

393 Adiectio causæ, quæ respicit fauorem vocati, nõ limitat, nec restringit principalem dispositionem.

394 Legans fundum, vel domum censetur legare proprietatem, etiamsi adijciat hæc verba, ad vsum, siue ad vtendum, vel ad vsumfructum, siue ad vtendum fruendum, nu. 395. vel ad alimenta, siue, vt inde alimenta percipiat, num. 396. vel ad gaudimentum, siue ad gaudendum, num. 397. & cur, num. 398. & seq.

400 Legans alicui fundum ad vsum, vel vsumfructum, vel alimenta censetur legare proprietatẽ, si institutus sit extraneus, secus, si filius, Sed contra num. 401.

402 Legans fundum ad vsumfructum vita non censetur legare proprietatem, sed vsumfructum, Sed contra num. 403. Declara, vt num. 404. & seq.

406 Legans alicui fundum donec vixerit, non censetur legare vsumfructum, sed proprietatem, non perpetuò, sed temporaliter, & cur, num. 407.

408 Vxor, cui æquè principaliter relicta est, & proprietas, & vsusfructus, censetur hæres vniuersalis, Declara, vt num. 410.

409 Vsufructuarium omnium bonorum esse quem simul, & hæredem, sunt incompatibilia.

410 Vxor hæres instituta, & relicta vsufructuaria potest eligere, vtrum velit esse hæres, an vero solum habere vsumfructum, & num. 422.

411 Vxor eligens hæreditatem, tenetur per fideicommissum eã restituere instituto post eius mortem.

412 Hæredes vxoris, quæ elegit hæreditatem, possunt detrahere Trebellianicam, cum hæreditatem restituunt instituto post illius mortem.

413 Fideicommissum fit caducum, & remanet penes vxorem, & eius hæredes, si institutus post eius mortem præmoriatur.

414 Vxor relicta domina vsufructuaria, sine copula non censetur hæres vniuersalis instituta.

415 Vxor, quam testator reliquit dominam, & vsufructuariam omnium bonorum, censetur instituta hæres vniuersalis, & grauata hæreditatem ei restituere, qui post ipsius mortem institutus est, & cur, num. 420. & seqq. Sed contra num. 428. & cur, num. 429. & seq.

416 Substitutio fit caduca, & remanet penes grauatã, si institutus post mortem vxoris, quam testator reliquit dominam, & vsufructuariam omnium bonorum, ea superstite decesserit.

417 Trebellianicam possunt detrahere hæredes vxoris, quam testator reliquit dominam, & vsufructuariam omnium bonorum, cum hæreditatem restituũt ei, qui post illius mortem institutus est.

418 Vxor censetur hæres vniuersalis instituta, & fideicommisso grauata, si testator eam reliquerit dominam, & vsufructuariam omnium bonorum, etiamsi post eius mortem institutus sit filius, & cur, num. 419. Sed contra, num. 427.

419 Filius in eo, quod excedit legitimam, censetur, vt extraneus.

421 Testator, quoties æquè principaliter alicui relinquit, & proprietatem, & vsumfructum, attendimus proprietatem.

423 Testator, qui relinquit vxorem dominam, & vsufructuariam omnium bonorum censetur æquè principaliter ei relinquere, & proprietatem, & vsumfructum.

424 Verbum, dominus refertur ad dominium directũ, Declara, vt num. 432. & seq.

425 Verbum, dominus, denotat plenam proprietatem.

426 Relinquens aliquem dominum omnium bonorũ censetur eum hæredem vniuersalem instituere.

427 Verbum, dominus, idem est, quod hæres.

432 Verbum, dominus, quotupliciter in iure nostro sumatur.

433 Vxores appellantur dominæ, non solum a maritis, sed etiam a legibus.

434 Domina dicitur vxor ratione præeminentiæ, quã habet in vita mariti.

435 Declaratur l. his verbis. 48. in prin. ff. de hæred. inst.

436 Vxor relicta domina, & vsufructuaria omnium bonorum, an sit hæres vniuersalis, debet decidi eodem modo, quo quæstio vxoris in vsufructu institutæ.

438 Vxor in vsufructu instituta, censetur hæres vniuersalis, si alius post eius mortem non sit institutus, sed substitutus, & cur, num. 439.

440 Vxor in vsufructu instituta, censetur hæres vniuersalis, si testator dixerit, & post eius mortem instituo, & substituo Titium.

441 *Vxor in vsufructu instituta censetur hæres vniuersalis, si post eius mortem vocatus sit aliquis non verbis directis, sed communibus.*

442 *Vxor in vsufructu instituta censetur hæres vniuersalis, etiamsi post eius mortem vocata sit pia causa si vocatio facta sit verbis communibus, & cur, num. 443.*

444 *Vxor in vsufructu instituta censetur hæres vniuersalis, & fideicommisso grauata, si post eius mortem testator aliquem substituerit vulgariter, & per fideicommissum. & cur, num. 445.*

446 *Vxor in vsufructu instituta censetur hæres vniuersalis, & fideicommisso grauata, si testator post eius mortem instituat aliquem hæredem absque detractione Trebellianica, & cur, num. 447.*

448 *Institutus post mortem alterius in re certa, puta fundo instituti, non ante adire potest, quam ille decesserit.*

449 *Institutus in re certa, qui agnouit rem sibi relictã retrofingitur iam vsque ab initio totam hæreditatem habuisse, si hæres vniuersalis post eius mortem institutus defecerit, & num. 459.*

450 *Institutus in re certa, qui rem agnouit trãsmittit totam hæreditatem, etiamsi moriatur antequã factus sit accretioni locus.*

451 *Institutus in re certa, cui datus est cohæres vniuersalis, statim fit hæres, Sed contra num. 452.*

453 *Institutus in re certa, cui datus est cohæres vniuersalis, statim adire potest, Declara, vt nu. seqq.*

457 *Vxori, si sit relictus vsufructus omnium bonorum, & post eius mortem alius institutus sit hæres vniuersalis, cui datus sit cohæres in re certa purè institutus, tota hæreditas accrescit hæredi particulari cum onere fideicommissi, Sed contra num. 458. & cur, num. 460. & seqq.*

An, & quando locum habeat ius accrescendi, si testator instituat aliquem ex die.

Quæsto Decimasexta.

NVnc videamus, an, & quando locum habeat si res, aut pars ideo vacet, quia testator de ea disposuerit ex die, vel ad diem. Pro faciliori autem huius quæstionis excussione separatim nobis erit dispiciendum, Primo, quid in hæreditatibus. Secundo, quid in legatis, aut fideicommissis, &, tam in his, quam in illis videndum, quid iuris sit, si datio facta sit ex die, quidne, si sit facta ad diem.

Dicitur autem ex die facta datio, quando dies, qui adijcitur, se habet per modum principij, ad diem verò, quando se habet per mo-
1 dum finis. † Itaque, si testator dicat, instituo Titium hæredem post quinquennium, quia mens eius est, vt Titius non incipiat esse hæres, nisi lapso quinquennio, ideo dicitur eum instituere ex die. Quod, si dicat, instituo Titium hæredem vsque ad quinquẽnium, quia diem adijcit ad hoc, vt Titius illo tempore desinat esse hæres, ideo dicitur eum instituere ad diem. *Ita declarant Bald. in l. hæreditas ex die. 34. vers. & ad euidentiam, & ibi Ang. in prin. & Imol. num. 1. & 3. vers. In glos. 1. ff. de hæred. inst. Bald. in l extraneum. 9. num. 1. vers. Sol. l. nostra C. de hæred. inst. Corn. cons. 60. num. 4. vol. 1. Fabia. de mont. inter cons. vlt vol. cons. 149. num. 21. vol. 1. Crass. in §. institutio quæst. 24. num. 4. Cuiac. ad l. obligationum ferè. 43. ff. de actio. & oblig. in 74. lib. Paul. ad edict.*

In hæreditatibus igitur, si datio facta sit ex die, & quæramus, an etiam ante diem hæreditas accrescat instituto, & sic, an respectu temporis in ea locum habeat ius accrescendi, de tribus nobis erit dispiciendum, Primo, quid, si institutus, neq; vniuersalem, neq; particularem cohæredem habeat. Secundo, verò, quid si habeat cohæredem vniuersalem. Tertio demum, quid, si tantum particularem.

Et, si quidem hæres ex die institutus, neq; vniuersalem, neq particularem cohæredem habeat, & quæramus, an etiã ante diem possit hæres esse, constat duos esse distinguendos casus, quorum

Primus est, quando fuit institutus ex die qui omnino certus est, prout euenit, cum testator dixit, Titius post quinquennium hæres esto, Et tunc res caret dubio: Nam certum est, cum non expectato tempore statim mortuo testatore posse adire hæreditatem & adeũdo
a fieri hæredem. † *Ita scribunt Bald. in d. l. hæreditas ex die, vers. Not. hic, & ibi Angel. in prin. vers. Secundo, quia, Bald. in d. l. extraneum, num. 1. vers. sed his non obstantibus, & ibi Castr. nu. 2. Gul. Ben. in d. cap. Raynutius, in verb. reliquit, nu. 4. extr. de testa.* Hæreditas enim ex die dari non potest, &, si detur, non vitiatur institutio, sed sublato vitio temporis perinde habetur,
3 ac, si purè, & simpliciter facta fuisset † *l. quoties. 9. §. si quis ita scripserit, & d. l. hæreditas ex die, 34. & ibi Bald. Ang. & Imol. in prin. ff. de hæred. inst. §. hæres, & ibi Vigl. num. 2. Inst. eo. Et scribunt glo. in l. miles ita. 42. in prin. in verb. intestati hæreditas ff. de mil. test. gl. in l. si quis instituatur hæres. 23. in prin. in verb. certum. ff. de hæred. inst. Azo in summ C. de hæred. inst. nu. 18. Cin. in l. vn in prin. num. 5. C. de cad. toll. Bart. in l. qui filio. 38. in prin. ff. de hær. inst. Castr. in d. l. extraneum, nu. 2. Gul. Ben. in. d. cap. Raynutius in verb. reliquit num. 4. & 6. vers. Nec prædictis obstat & num. 10. Purp. cons. 558. num 21. Rub. in l. non solum. 8 §. morte, num. 366. ff de op. nou. nunt. Duran. de art. testan. titu 4. caut. 5. num. 5. Gomez. tom. 1. varia. resol. cap. 2. num. 8. Crass. in d. §. institutio q. 24. nu. 1. Andr. Faeb. lib. 4. contr. cap. 17. vers. sed posterior. Men. de præs. lib. 4. præs. 141. num. 4. & 21. & de adip. poss. remed. 4. num. 150.*

Huius autem rei duplex afferri solet ratio,
4 vna, quia, † aut dies expectatur ad effectum iuris, vt scilicet ex tunc incipiat hæreditas deferri, & posse adiri, Et hoc repugnat naturæ dici, quæ est, vt non suspendat iuris effectum,
5 sed tantum exercitium, siue petitionem † *l. cedere diem. 213. ff. de verb. signi. §. omnis, Inst. de verb. obligat.* Qua ratione dicimus, diem non suspendere cessionem, & sic iuris effectum, sed tantum facere morã petitioni *l. hæres meus. 78. in prin. ff. de cond. & dem. l. hæredis aditio. 7. in prin. ff. quand. dies leg. ced.* Aut verò expectatur ad effectum exercitij, seu petitionis, vt euenit in legatis, Et hoc frustra fit, quia, cum petitio supponat aliquem, a quo vocatus petere debeat, & hæres neminem habeat, à quo debeat

debeat hæreditatem petere, *l. Quintus. 7. §. 1. ff. de ann. leg. l. hæreditas. 53. in fi. ff. de pet. hæred.* cum ipsemet a seipso, & authoritate propria hæreditatem, & rerum hæreditariarum possessionem consequi possit, *vt diximus in hoc cap. q. 3. num. 31. & 98.* Consequens est, vt petitionis causa frustra expectetur dies, cuius aduentus nihil operatur *l. aliquando. 13. §. fin. ff. ad Velleia.* Quamobrem meritò statutum est, vt non expectetur dies, sed, tamquam superuacuus de institutione reijciatur, ita, vt hęres, quasi purè institutus statim mortuo testatore adire possit, & adeundo consequi hæreditatem. *Ita post Iac. de Are. ratiocinãtur Bart. in d. l. hæreditas ex die, num. 3. vers. Iac. de Are. & ibi Bald. vers. quæro, quæ sit ratio, & vers. sed quare debet, Ang. in prin. vers. 2. quia, Imol. num. 6. vers. Alia ratio assignatur. Bald. in d. l. extraneum, num. 1. vers. sed his non obstãtibus, Gomez. d. tom. 1. var. resol. cap. 2. num. 8. vers. secunda ratio est.*

Altera verò, quæ affertur, ratio est, quia
6 † aliter posito iure sequeretur vnum ex pluribus absurdis: Aut enim interim nemo esset hęres. Et hoc esset absurdum quia hoc modo testator inciperet habere hæredem pro parte temporis, & pro parte non, quod iuris nostri ratio nõ patitur: Defunctus enim, vt pro parte rei representari non potest, *sicuti ostendemus in 8. cap. q. 8. num. 16. & seqq.* ita nec pro parte tẽporis. Aut verò deberet interim hæreditas ad venientes ab intestato pertinere, *vt de milite dicitur in d. l. miles ita. 42. in prin. versicul. & quia diximus ff. de milit. test.* Et hoc etiam esset absurdum, Primo, quia hoc modo decederet testator pro parte temporis testatus, & pro parte intestatus, quod ius nostrum non per-
7 mitit, † *vt in his terminis considerant Bartol. in d. l. hæreditas ex die, num. 3. & ibi Bald. vers. sed quare dies, Ang. in prin. vers. Secundo, quia, Gul. Ben. in d. cap. Raynutius, in verb. reliquit, nu. 4. vers. & ratio est, & num. 5. vers. & ratio, & nu. 6. vers. Nec predictis obstat, Vigl. in d. §. hęres num. 2. Inst. de hęr. inst. Men. de adip. poss. d. rem. 4. num. 154. & alij, quos referemus num. seq.* Vt enim in re non potest quis pro parte testatus decedere *l. ius nostrum. 7. ff. de regul. iur.* ita, nec in tempore, scilicet, quia a re ad tem-
8 pus valet argumentum † *d. l. miles ita. 42 in prin. vers. & quod in bonorum, ff. de mil. test. Ita ratiocinantur ibi gloss. in verb. ei licet, vers. & hęc erit, Ang. in d. l. hęreditas ex die, in prin. vers. ideo autem, & ibi Imol. num. 6. Ias. in d. l. extraneum, num. 2. vers. & ratio. & num 4. vers. ideo est alia, Gul. Ben. in d. cap. Raynutius, in verb. reliquit num. 6. vers. Nec predictis obstat Gomez. d. tom. 1. var resol. cap. 2. num. 8. Crass. in d. §. institutio q. 24. num. 1.* Secundo, quia venientes ab intestato, qui semel adeundo facti essent hæredes, adueniente tẽpore, ex quo fuit institutus hæres testamentarius, deberent desinere esse hæredes, quod & ipsum iure non permittitur
9 † *l. ei, qui soluendo. 88. ff. de hęred. inst. l. &, si fint. 8. §. sed quod Papinianus in fi. ff. de minor. §. restituta, Inst. de fideic. hęred. & nos latius dicemus in q. seq.*

Nec obstat, si dicatur, posse vtrunq; absurdum euitari vitiata institutione, & hęreditate venientibus ab intestato delata, quod ea ratione faciendum videtur, quia, quoties dispositio testatoris, continet in se repugnantiã,
10 haud dubiè vitiari debet † *l. si Titius. 16. ff. de cond. inst. l. qui soluendo. 42. & l. seq. ff. de hæred. inst. & nos latè dicemus in 10. cap. q. 17. num. 9.* Sibi enim imputet testator, qui ita voluit dis-
11 ponere, † *vt scribunt Bart. in l. 1. num. 6. vers. & ratio est, & ibi Imol. num. 12. in fi. ff. de cond. inst. Mantic. de con. vlt. vol. lib. 4. tit. 5. in prin. nu. 20. & dicemus etiam infra nu. 193.* Atqui in specie proposita dispositio testatoris continet in se repugnantiam, quia instituendo hęredem ex certo tempore vult eum non esse hęredem
12 ante illud tempus, † *vt declarat Rub. in d. l. non solum. 8. §. mortis, numer. 366. ff. de op. nou. nunt. & est de mente eorum, quos retulimus supra num. 1.* Contra verò post tempus vult, eum esse hęredem, & ita vult pro parte temporis testatus, & pro parte intestatus decedere, quod continet in se repugnantiam *d. l. ius nostrum. 7. ff. de reg. iur.* Ergo vitiari debet institutio. Quod etiam alia ratione videtur confirmari: Nam ius accrescendi non competit instituto contra voluntatem testatoris ratione rei *l. quoties. 9. §. si duo ff. de hæred. inst. secundum vnum intellectum, quem referemus in 10. cap. q. 17. num. 7. vers. 2.* Ergo, nec ratione temporis, cum, vt dictum est, valeat argumentum a re ad tempus *d. l. miles ita. 42. in prin. vers. & quod in bonorum.* Atqui in proposito voluntas testatoris refragatur accretioni, quia testator, qui instituit aliquem ex certo tempore, non vult eum habere hęreditatem ante illud tempus, *vt supra dictum est*, Ergo non poterit ei ius accrescendi competere, quia ad primum
13 respondeo, id procedere, † quoties repugnantia, & contrarietas est indissolubilis. Coeterùm, quoties ex dispositione iuris dissolui potest, magis esse, vt non vitiet dispositionem, sed ipsamet vitietur, *sicuti ostendemus in eodẽ cap. 10. q. 17. num. 46.* Vnde, cum in proposito contrarietas, & repugnantia sit dissolubilis, scilicet, quia vitiatur temporis adiectio, tamquam iuris regulis repugnans, exemplo adiectionis rei, *vt diximus supra num. 3.* Sequitur, non debere vitiari, sed sustineri dispositionem.

Et, si quæras, cur potiùs vitiatur adiectio temporis, quam institutio? Respondeo, hoc
14 ideo fieri, quia, † si vitiaretur institutio, corrueret testamentum, quippe, quod sine institutione hæredis sustineri nequit *l. 1. in fi. ff. de vulg. l. proximè 3. vers. Calphurnius ff. de his, quæ in testa. del.* & ita fieret intestatę successioni locus *l. 1. in prin. ff. de suis, & leg. tit. Inst. de hæred. quę ab int. def. in prin.* Vnde, quia fauorabilior est causa testati, quam intestati, *vt ostendemus in eodem 10. cap. q. 17. num. 48.* cum Reip. intersit testamenta sustineri, & habere locum *l. vel negare. 5. ff. quemad. test. aper.* ideo fit, vt vitietur potiùs adiectio, quam institutio, & ita sumatur ea interpretatio, quæ sustinet, non, quę infirmat testamentum, *secundum regulam l. si pars. 10. ff. de inoff. test. & cap. fin. extr. de sent. & re iudic. Ita in proposito considerat Gul. Ben. in d. Raynutius, in verb. reliquit, num. 4. vers. & ratio est:* Quemadmodum enim causa testati, tamquam fauorabilior, & potentior trahit ad se causam intestati, respectu rei, *vt ostendemus in eodem cap. 10. q. 17. numer. 48.* ita etiam
15 debet trahere respectu temporis, † *per ea quæ diximus*

diximus supra num. 8. Ita arguunt Bald. in d.l. hereditas ex die, vers. sed, qua est ratio, & ibi Ang. in prin. vers. Ideo autem.

Ad secundum vero respondeo primo, hęredem ex certo tempore institutum non consequi hæreditatem ante tempus ex vi iuris ac-
16 crescendi, sed ex vi purę institutionis, † scilicet, quia institutio sublato vitio temporis pro pura habetur *d. l. hereditas ex die. 34 ff. de hered. inst. d. §. hęres, Instit. eo.* sicuti dicimus de institutione conditionali, quoties reijcitur conditio, & habetur pro non scripta *l. conditiones. 14 ff. de cond. inst.* Nam ius accrescendi non magis in hac specie, quam in specie hęredis ex re certa instituti, cui nullus cohæres vniuersalis datus est, considerari potest.
17 Primo, quia, † ius accrescendi partis est, nõ totius. *vt ostendimus in primo. cap. q. 1. num. 28.* cum alioquin in hac specie tota hæreditas ante tempus deferatur ei, qui post tempus institutus est.
18 Secundo, quia † ius accrescendi duo saltem requirit extrema, idest, duorum, aut plurium vocationem, *vt diximus in 4. cap. q. 4. num. 6.* Cum igitur in proposito vnum tantum reperiatur extremum, nempe vnus institutus Cõsequens est, vt non possit eius respectu ius accrescendi considerari.

Et quamuis vulgò dicatur, hoc fieri per ius
19 accrescendi, † Est enim hoc ius, quod nostri vocant, ius accrescendi de tempore ad tem-
20 pus, † *vti videre est apud Bald. in l. vn. num. 13. vers. Item est ius, & ibi Cagn. num. 29. & seqq. C. quand. non pet. part.* Dicitur tamen id impro-
21 priè, † *vt ostendimus in 4 cap. q. 4. num. 11.* Nam proprium ius accrescendi nõ magis respectu temporis, quam respectu rei considerari potest, *secundum ea, quæ diximus in hoc cap. q. 7. nu. 7. & seqq.*

Secundo respondeo dato etiam, quod tractaretur de iure accrescendi, verius, & receptius esse, in hæreditatibus id etiam refragante voluntate testatoris habere locum, tam respectu rei, quam respectu temporis, *vt de re dicemus in 10. cap. q. 17. num. 13. & seqq. De tempore vero dicemus in q. seq. & in eodem cap. 10. q. 17. num. 57.*

Tertio deniq; respondeo, posita etiam cõtraria sententia, quæ vult, posse testatorem ius accrescendi prohibere, tam respectu rei, quam respectu temporis, eam procedere, si voluntas testatoris sit manifestissima, puta, quia dicat, & ante diem nolo eum quicquam habere. Caeterum, si simpliciter instituat hæredem ex diè, nec aliud adijciat, magis esse, vt voluntas non dicatur manifestissima, & per consequentias, vt non cesset ius accrescendi, *secundum ea, quę de re dicemus in eodem cap. 10. q. 19 num. 30. Et in specie de tempore declarant ij, quos referemus in q. seq.*

Ex his appatet verissimum esse, quod supra diximus, institutum ex certo die posse statim adire hęreditatem, & sublato vitio temporis perinde haberi, ac, si purè, & simpliciter fuisset hæres institutus.

Hinc infertur primo, differre diem a conditione: Nam, licet hæreditas ex die dari nequeat, sub conditione tamen dari potest
22 † *l. suus. 4 in prin. & l. sed & si conditioni. 6. §. 1. & l. potest 56. ff. de hęr. inst. §. hęres. Inst. eod. l. institutio talis 10. in prin. & tot. tit. ff. de cond. instit. Et scribunt Azo in d. summ. C. de har. inst. num. 17. in fi. Imol. in d. l. hæreditas ex die, nu. 2. Gul. Ben. in d. cap. Raynutius, in verb. reliquit, num. 10. Fabia. de mont. inter cons. vlt. vol. d. cons. 149. nu. 21. vers. & licet vol. 1. Gomez. d. to. 1. var. res. cap. 2. numer. 12. Crass. in d. §. institutio q. 25. num. 1. Men. cons. 105. num. 59. Vigl. in d. §. hęres num. 7. Inst. de hęr. inst. Surd. cons. 439. num. 23.*
23 Et, si ita detur, non tollitur conditio, † *vt declarant Ang. in d. l. hęreditas ex die, in prin. vers. ideo autem & ibi Imol. num. 7. vers. & not. Castr. in d. l. extraneum num. 2. vers. sed, si esset, & num. 4. vers. sed pone. Gul. Ben. in d. cap. Raynutius, in verb. reliquit, num. 10.* nec hęres ante illius im-
24 plementum adire potest † *l. is, qui hęres. 13. in prin. vers. hoc ita verum ff. de acq. hęred. Bart. seu quisquis author est in Auth. quod locum, num. 4. vers. Pręterea C. si sec. nups. mul. Duran. de art. test. d. tit. 4. caut. 5. num. 5. Mantic. de con. vlt. vol. lib. 4. tit. 5. in prin. num. 4. Crass. in d. §. institutio q. 26 num. 1. Surd. d. cons. 439. num. 23. vers. Hoc autem casu,* quia nec ante ei defertur
25 hæreditas, † *vt declarant gl. in l. delata. 151. in verb. consequi ff. de verb. sign. Gomez. d. tom. 1. varia. res. cap. 2. num. 13. Crass. in d. §. institutio q. 26. num. 1.* cum alioquin hæreditas, nisi sit
26 delata adiri nequeat † *d. l. delata* Sed debet ex-
27 pectare conditionis euentum, si sit casualis † *l. 3. §. si quis ita scripserit ff. de hæred. inst.* vel debet eam implere, si sit potestatiua, priùs, quã
28 adeat † *d. l. suus. 4. in prin. vers. sed vtrũ, & d. l. sed, & si conditioni. 6 in prin. ff. de hæred. inst. Et simpliciter de cõditione loquẽtes scripserũt Bald. in d. l. hæreditas ex diè, vers. sed, quare debet, & ibi Imol. nu. 4. vers. Alius est;* Itaq; si extiterit, aut fuerit
29 impleta adire poterit † *l. sed & si de sua. 34. §. sed & si, cũ esset. ff. de acq. hær. l. si, qui ita 13. ff. de cõd. inst.* si verò defecerit, aut impleri amplius nõ possit, inst[...], quasi defecta cõditione eua-
30 nescet, & fiet caduca † *l. qui filio 38. §. si quis seruum, vers. quod, si post ff. de hęred. inst. Crass. in d. §. institutio q. 26. num. 1. & 6.* Et si pendente conditione decesserit institutus, similiter caduca fiet institutio, nec ad ipsius hęredes censebitur transmissa, etiamsi postea conditio existat, quia spes conditionalis institutio-
31 nis non transit ad hæredes † *l. liber homo. 59 §. si ita scriptum, vers. sed, si decesserit ff. de hæred. inst. & scribit Gul. Ben. in. d. cap. Raynutius, in verb. reliquit, num. 10. nosq; dicemus in 9. cap. q. 30.* Idem est, &, si hæres instituti velit implere conditionem: Nec enim hoc facere poterit, quia ius implendę conditionis ad eum
32 non transit † *l. a testatore 108. ff. de cond. & dem. & nos etiam diximus in 6 cap. q. 28. num. 36.*

Ratio autem diuersitatis inter diem, &
33 conditionem duplex affertur, vna quia † natura diei certę est, vt non respiciat essentiam, nec suspendat eius effectum, quatenus iuris est, sed tantum executionem, *vt diximus supra num. 5.* Sed natura conditionis est, vt suspendat totum effectum iuris *d. l. cedere diem. a 13. ff. de verb. sign.* Itaq; si diceremus institutum in diem certam nõ posse ante adire, dies operaretur contra suam naturam, quod non euenit in conditione, quippe, quæ suum effectum operatur, & aditionem impedit. *Ita post Iac. de Aren. ratiocinantur Bart. in d. l. hæreditas ex die, num. 3. vers. Iac. de Are. & ibi Bald.*

vers.

verſ. ſed, quare debet, Ang. in prin. verſ. ſecundo, quia, Imol. num. 6. verſ. Alia ratio aſſignatur.

34 Altera verò ratio affertur, quia, † quoties hæres inſtituitur ſub conditione, licet eius euentus expectetur, nec antea poſſit hęreditas adiri, non tamen decedit teſtator pro parte temporis teſtatus, & pro parte inteſtatus *vt ait Paulus in d. l. poteſt. 56. ff. de hęred. inſt.* ſed ſemper decedit, aut teſtatus, aut inteſtatus, *vt declarant Ang. in d. l. hęreditas ex die, in prin. verſ. 2. quia, & ibi Imol. num. 6. Ruin. conſ. 54. num. 7. vol. 2. Gomez. d. tom. 1. varia. reſol. cap. 2. num. 12. verſ. Neq; obſtat. Surd. d. conſ. 439. num. 29. verſ. & hac ratione.* Nam, aut conditio venit, & hæres adit. Et defunctus cenſetur ſemper teſtatus deceſſiſſe, quia conditio quãdocumque exiſtens retrotrahitur ad tempus
5 mortis † *l. quod dicitur. 39. in prin. ff. de mil. teſt.* & perinde habetur, ac, ſi purè fuiſſet facta in-
6 ſtitutio † *l. ſi pupillus. 26. ff. de cond. inſt.* Et ſimili modo ad tempus mortis retrotrahitur aditio
7 † *l. hęres quandocumq; 54. ff. de acq. hęred. l. omnia fere. 154. & l. omnis hęreditas. 181. ff. de regul. iur. l. ſi ex re. 28. §. fin. verſ. quia, quę poſtea ff. de ſtip. ſeruo.* Aut verò conditio deficit, Et defunctus cenſetur ſemper deceſſiſſe inteſtatus, quia, cũ hęreditas ex teſtamento adiri non potuerit, neceſſariò debuit irritum fieri teſtamentum
8 † *l. 1. ff. de iniuſt. rupt.* & per conſequentias ab
9 inteſtato hæreditas deferri † *l. filium. 20. in prin. verſ. ſed, cum exhæredatio ff. de bon. poſſ. contra tab. l. 1. in prin. ff. de ſuis, & leg. §. poſteriore, Inſt. quib. mod. teſt. inf. tit. Inſt. de hæred. quæ ab int. def. in prin.* ita, vt legitimi hæredes, quãdocunq; adierint, cenſeantur ex die mortis hæredes extitiſſe, *ſecundum ea, quæ diximus ſupra num. 37.* At, quoties hæres inſtituitur ex die, ſi is deberet expectari, nec ante poſſet hæreditas adiri, defunctus decederet pro parte temporis teſtatus, & pro parte inteſtatus; Nam ante diem decederet inteſtatus, quia neceſſariò deberet hæreditas ad venientes ab inteſtato pertinere, vt dicimus de milite, qui ex certo tempore hæredem inſtituit, *d. l. miles ita. 42. in prin. verſ. & quia diximus, ibi, conſequẽs eſt ff. de mil. teſta.* Poſt diem verò decederet teſtatus, quia inſtitutus hæreditatem ex teſtamento adiret, nec poſſet ex die mortis cẽſeri hæres extitiſſe, quia non, vt conditio, ita, & dies retrotrahitur, † *vt ſcribunt omnes, quos referemus nu. ſeq* ideo nil mirum, ſi ad euitandam illam abſurditatem, quæ ex teſtati, & inteſtati repugnãtia naſcitur, neceſſariò debeat tolli dies, & pro non appoſita cenſeri, ita, vt inſtitutus quaſi purè ſcriptus cenſeatur ex die mortis hæres extitiſſe, & teſtati cauſam perpetuò ſuſtinuiſſe. † *Ita poſt Dn. ratiocinati sũt Bart. in d. l. hæreditas ex die, num. 3. & ibi Bald. verſ. ſed contra prædicta, Ang. in prin. verſ. ideo autem, & verſ. 2. quia, Imol. num. 6. Iaſ. in d. l. extraneum, num. 4. verſ. ideo alia eſt ratio, Gul. Ben. in d. cap. Raynutius in verb. reliquit num. 6. verſ. ſed iſta ratio, & nu. 10. Fabia. de mont. inter conſ. vlt. vol. d. conſ. 149. nu. 22. vol. 1. Gomez d. tom. 1. var. reſol. cap. 2. num. 12. verſ. Neque obſtat. Vigl. in d. §. hęres num. 7. Inſt. de hęred. inſt. Men. d. conſ. 105. num. 59.*

Et, ſi quæras, cur potiùs conditio, quam dies retrotrahitur? Reſpõdeo, rationem eſſe, quia † conditio non denotat principium diſpoſitionis, ſed eius tantum ſuſpenſionem: Nam, qui dicit, inſtituo Titium hæredem, ſi nauis ex Aſia venerit, cenſetur eum ſtatim inſtituere, ſi modo conditio poſtea extiterit, ideoq; vbi extitit, non facimus contra mentẽ teſtatoris, ſi conditionem retrotrahimus, & dicimus, eum, quaſi purè inſtitutum cenſeri ſtatim hæredem extitiſſe, quia re vera fuit inſtitutus ab initio, ſi modo cõditio poſtea exiſteret. At dies denotat diſpoſitionis principium, *vt oſtendimus ſupra n. 1.* quia, qui dicit, inſtituo Titium poſt quinquennium, ſine dubio non vult, eum eſſe hæredem ante quinquennium, *vt diximus ſupra nu. 12.* & ſic confert initium diſpoſitionis in quinquennij tẽpus, ideoque ſi diem retrotraheremus, & ſic diceremus, eum cenſeri ex die mortis hęredẽ extitiſſe, voluntatem teſtatoris impugnaremus, & ideo, ne hoc contingat, diem non retrotrahimus, ſed tollimus, tamquam iuris regulis repugnantem, & inſtitutionem, quaſi purè factam intelligimus.

Nec obſtat, ſi dicatur, imo eandem videri conditionis, quæ diei, rationem, propterea quod etiam, cum ſub conditione datur hæreditas, videtur teſtator inteſtatus decedere, ſaltem pendente conditione, cum eo tempore non poſſit hæreditas ex teſtamento adiri, *vt diximus ſupra num. 24. & 28.* quia reſpondeo,
43 hoc perſpicuè falſum eſſe: Nam, quia, † dum pendet conditio, ſubeſt ſpes hæreditatis ex teſtamento deferendę, ideo fit, vt interim non
44 poſſit ab inteſtato deferri † *l. quamdiu. 39. ff. de acq. hæred. l. antequam. 8. C. commu. de ſucc. l. 1. C. de bon. poſſ. ſec. tab. l. 2. C. vnd. lib. l. quamdiu. 90. ff. de reg. iur.* Itaq; ſi poſtea conditio eueniat, & hæres in teſtamento inſtitutus adeat hæreditatem ſemper teſtator cenſebitur teſtatus, & nunquam inteſtatus deceſſiſſe, quod in inſtitutione facta ex die non contingeret, niſi tẽporis adiectio tolleretur, *vt ſupra dictum eſt. Ita in ſpecie reſpondent Imol in d. l. hæreditas ex die num. 6. verſ. Nec obſtat, ſi dicatur, & Gomez. d. tom. 1. varia. reſol. cap. 2. num. 12. verſ. Neque obſtat.*

Secundo infertur, in hoc differre hæreditatem a legatis, & fideicommiſſis: Nam, licet hæreditas ex die certa dari non poſſit, legatũ tamen, & fideicommiſſum dari poteſt, *vt oſtendemus in hoc cap. qu. 18.* Cuius diuerſitatis ratio eſt, quia in hæreditatibus militat ratio euitandæ abſurditatis, quæ naſcitur ex repugnantia teſtati, & inteſtati, quæ ceſſat in legatis, & fideicommiſſis, quippe, quæ ante diem remanent (ſaltem reſpectu fructuum) apud hæredem, qui ſuſtinet cauſam teſtamenti, *vt dicemus ibi, & de re diximus in 3. cap. quæſt. 1. num. 6. & 7.*

Tertio infertur, in hoc etiam differre hęreditatem a libertate: Nam, & hęc ex die dari poteſt, licet hæreditas non poſſit, *vt dicemus in eadem q. 18.* Cuius diuerſitatis eadem eſt ratio, quam ſupra retulimus, ſcilicet, quia, licet ante diem ſeruus non fiat liber, non tamen ſequitur inconueniens, quod reſpectu illius teſtator decedat pro parte temporis teſtatus, & pro parte inteſtatus, Nam ante diem ſeruus manet in hæreditate, & ſic in dominio hæredis, qui in totum ſuſtinet cauſam teſtamenti, poſt diem verò fit liber ex teſtamẽto,

 & ita

& ita semper dicitur testator etiam respectu
serui testatus decessisse, vt ostendemus ibi Hinc
fit, vt, si seruo detur libertas ex die, & idem
hæres instituatur, necessario debeat etiam da-
tio hæreditatis differri, sicuti ostendemus infra
num. 47. & seq.

Planè interdum etiam hæreditas ex certo
die dari potest, ita, vt ante diem non possit in-
stitutus hæres esse.

Primum enim miles potest ex certo tem-
pore hæredem instituere, & ita efficere, vt in-
terim hæreditas pertineat ad venientes ab in-
45 testato † l. miles ita. 42. in prin. vers. &, quia dixi-
mus ff. de mil. test. Et scribunt gl. in d. §. hæres, in
verb. ex certo tẽpore, Inst. de hæred. inst. Azo. in d.
summ. C. de hæred. inst. num. 18. Bart. in d. l. hære-
ditas ex die, in prin. & ibi Ang. num. 1. Imol. nu.
2. vers. Item, quod dixi. & num. 3. in fi. Ang. in d.
l. extraneum, vers. Adde secundum Gul. Ben. in
d. cap. Raynutius in verb. reliquit n. 4. vers. qua-
propter, Vigl. in d. §. hæres num. 3. Inst. de hær. inst.
46 scilicet, quia † in milite cessat ratio, propter
quam pagano hoc facere non permittitur:
Nam miles, quemadmodum respectu rei po-
test pro parte testatus, & pro parte intestatus
decedere l. si miles vnum 6. ff. de mil. test. ita etiã
potest respectu temporis. Et ita in proposito
ratiocinatur Tryphoninus in d. l. miles ita. 42.
in prin. vers. &, quod in bonorũ ff. de mil. test. Et
posteum Ang. in d. l. hæreditas ex die, num. 1. &
ibi Imol. num. 2. vers. Item, quod dixi, & num. 4.
Gul. Ben. in d. cap. Raynutius, in verb. reliquit
num. 4. vers. Quapropter. Vigl. in d. § hæres, num.
3. Inst. de hæred. inst.

Secundo verò, si dies non principaliter, sed
per necessariam quandam consequẽtiam ap-
ponatur, aut appositus intelligatur, magis est,
vt tolli nequeat, sed debeat expectari, ad hoc
47 vt institutus hæres esse possit. † Exemplum sit
in seruo proprio, quem testator purè, & sim-
pliciter hæredem instituit, sed liberum esse
noluit ante certum tempus: Nam tunc, quia
non potest esse hæres ante, quam sit liber, &
& liber esse nequit ante diem, ideo dilata li-
bertate necessariò debet etiam censeri dilata
hæreditatis datio l. 3. §. 1. ff. de hæred. inst. Quo
fit, vt institutio, quæ fuerat facta purè, per ne-
cessariam quandam consequentiam censea-
tur etiam facta ex die, ita, vt ante illum non
48 possit seruus hæres esse. † Ita scribit Vlpianus
in l. quoties. 9. §. fin. ff. de hæred inst. & post eum
Bald. in d. l. hæreditas ex die, vers. In text. datur,
& ibi Ang num. 1. Imol. nu. 2. vers. Item fallit.

Secundus verò casus est, quando dies, ex
quo quis fuit hæres institutus, est omnino in-
certus, Et tunc non est dubium, quin valeat
49 institutio, † vt generaliter scribunt Bart. in l. ex-
traneum. 9. in prin. C. de hæred. inst. Imol. in d. l.
hæreditas ex die, numer. 3. vers. &, quod dixi, Et
specialiter ij, quos referemus infra num. 69. & de-
beat expectari dies ante, quã institutus adire
50 possit, † vt scribit Bart. in d. l. extraneũ, in prin.
& sentiunt omnes quos referemus infra num. 70.
Hæreditas enim, licet non possit dari ex die
certo, potest tamẽ dari ex incerto † l. si quis in-
51 stituatur hæres 23. in prin ff. de hæred. inst. l. ab om
nibus 107. §. cum quidã ff. de leg. 1. l. extraneum
9. & ibi Bart. in prin. Bald. num. 1. vers. sed con-
tra, & vers. sol. lex nostra C. de hæred. inst. gloss. in
l. in tempus. 62. in prin. in verb. cum capere ff. eod.
gloss. in §. hæres, in verb. ex certo tempore, Inst. eo.
Azo in summ. C. eod. num. 18. Bart. in d. l. hære-
ditas ex die, num. 1. in prin. & vers. quod supra
dixi, & ibi Bald. vers. quæro nunquid, Ang. &
Imol. in prin vers in text. ibi. & num. 2. & 3. vers.
In ea gl. ibi. Bart. in d. l. qui filio. 38. in prin. & ibi
Imol. num. 1. ff. eod. Ang. in l. 2. vers. tenendo ff. si
pars hæred. pet. & cons. 150. num. 4. vers. sed tunc
dicet, Castr. in l. filius a patre 28. in prin. num. 3.
vers. sed opp. ff. de lib. & post. Duran. de art. test.
tit. 6. caut. 19 num. 1. Vigl. in d. §. hæres, num. 3.
vers. rursus, Inst. de hær. inst Gomez. d. tom. 1.
varia. resol. cap. 2. nu. 11. Crass. in d. §. institutio
52 q. 24. num. 4. quia † non censetur dari ex die,
sed sub conditione d. l. ab omnibus. 107. §. cum
quidam, ff. de leg. pri l. hæres meus. 78. in prin. vers.
hæres meus ff. de cond. & dem. Et scribunt omnes,
quos referemus infra nu. 71. cum dies incertus
53 conditionem in testamento faciat † l. dies in-
certus. 74. ff. de cond. & dem. Et in proposito con-
siderant gl. in d. l. si quis instituatur hæres. 23. in
prin. in verb. vel incertum. ff. de hæred. inst. Bald.
in d. l. hæreditas ex die, vers. Quæro nunquid, &
ibi Imol. num. 2. Gul. Ben. in d. cap. Raynutius in
verb. reliquit, num. 6. vers. sed ista ratio, Vigl. in
d. §. hæres, num. 3. vers. rursus, Inst. de hæred. inst.
54 Quamobrem conditio nuncupatur † in l. talis
scriptura. 30. in prin. vers. sed, & si sub conditione
ff. de leg. pri. gl. in l. si pecunia 12. §. 1. in verb. in
certa die ff. de leg. 2. & dispositio in diem incer-
55 tum collata dicitur conditionalis † l. si, cum
hæres. 4. ff. quand. dies leg. ced. & scribunt omnes,
quos referemus infra num. 59. & 71.

Quando autem dies censeatur omnino in
certus, ita, vt expectari debeat, si quæramus,
constat esse distinguendum: Aut enim dies
est incertus, an, & quando sit futurus, Et tunc
non est dubium, quin censeatur omnino in-
certus, & in eo procedant ea, quæ de incerto
56 die supra diximus, † vt declarant Imol. in d. l.
hæreditas ex die nu. 2. vers. Quod intellige, Corn.
cons. 60. num. 4. vol. 1. Gomez. d. tom. 1. varia. res.
cap. 2. num. 11. Crass. in d. §. institutio quæst. 24.
num. 4.

Exemplum sit, si testator aliquẽ instituat,
cum pubes erit, cum nupserit, cum erit capax:
Nam in his casibus, & alijs similibus censebi-
tur institutio collata in diem omnino incertũ
57 † l. si dies. 21. in prin. ff. quand. dies leg. ced. & decla
rant Azo in d. summ. Cod. de hæred. inst. num. 18.
Imol. in d. l. hæreditas ex die, num. 3. vers. In ea gl.
ibi, Gul. Ben. in d. cap. Raynutius, in verb. reliquit,
num. 7. vers. & idem, Vigl. in d. §. hæres, nu. 3. vers.
58 rursus, Inst. de hær. inst. quia, † non solum igno-
ramus, quando dies sit futurus, sed etiam, an
sit futurus: Potest enim esse, vt institutus ante
pubertatem, vel nuptias, vel capacitatem mo-
riatur l. si Titio. 22. in prin. ff. quand. dies leg. ced.
l. sicut legatur. 51. §. hoc autem legatum ff. de leg.
pri. & in specie declarant Imol. in d. l. hæreditas ex
die, num. 2. vers quod intellige, Gomez. d. tom. 1.
var. resol. cap. 2. nu. 11. Crass. in d. §. institutio q.
24. num. 4. Quamobrem ita facta institutio,
siue dispositio dicitur conditionalis, siue sub
59 conditione facta † d. l. sicut legatur 51. §. hoc
autem legatum ff. de leg. pri. d. l. si Titio. 22. versic.
quoniam ff. quand. dies leg. ced. Imol. in d. l. hære-
60 ditas ex die, num. 3. vers. In ea glos. ibi, quia † re
vera dies incertus non differt a conditione,
nisi in modo, seu figura concipiendi: Nam

conditio

conditio ita concipitur, si pubes erit, si nup-
serit, si capax fiet, dies verò incertus ita, cum
pubes erit, cum nupserit, cũ fiet capax. Itaq;
priore casu per conditionem designatur tem-
pus, posteriore verò per tempus conditio,
61 † *vt eleganter explicat Pomponius in d.l. si Titio.*
22. vers. Nec interest ff. quand. dies leg. ced. & post
eum Imol. in d.l. hæreditas ex die, num. 3. vers. In
ea gl. ibi. Aut verò dies est incertus, non, an sit
futurus, sed, quãdo sit futurus, vt est dies mor-
62 tis, † *sicuti declarant Imol. in d.l. hæreditas ex die,*
num. 2. vers. quod intellige, Ias. in d.l. extraneum,
num. 4. & in l. licet Imperator 77. num. 27. vers.
Nisi dicas ff. de leg. primo, Fabia. de mont. inter
cons. vlt. vol. d. cons. 149. num. 15. vol. 1. Gomez.
d. tom. 1. varia. res. cap. 2. num. 11. vers. Idem est,
Crass. in d. §. institutio q. 24. num. 4. Surd. d. cons.
439. num. 22. quippe, qui certus est, si respici-
mus ad euentum, cum certum sit, quem esse
63 moriturũ † *l. 1. §. dies, & l. hæres meus. 78. in prin.*
vers. quamuis enim ff. de cond. & dem. l. si post
mortem 71. §. fin. ff. de leg. primo, & nihil sit
64 certius morte † *§. his omnibus, Auth. de hæred.*
& Falc. coll. 1. Qua ratione dispositio collata
65 in tempus mortis, dici potest certa † *l. huius-*
modi 13. ff. quand. dies leg. ced. Et in specie decla-
rat gl. in l. miles ita. 42. in prin. in verb. ex certo
tempore ff. de mil. testa. sed, si respicimus ad tẽ-
pus, quando scilicet mors sit futura, dicitur
66 incertus, quia incerta est hora mortis, † *vt de-*
clarat gl. in d. §. his omnibus, in verb. terminus,
Auth. de hæred. & Falc. coll. 1. Et tunc, si quæra-
mus, an talis dies dici possit omnino incertus,
constat, multum referre, verum incertum sit,
an dies ille sit futurus viuo instituto, nec ne:
Nam, si hoc etiam sit incertum, dies mortis
dicetur omnino incertus, & secundum incer-
ti diei naturam regulabitur.

Exemplũ sit, si testator aliquem instituat,
cum morietur tertius: Nam talis institutio
dicitur collata in diem omnino incertum
67 † *d.l. 1. §. dies ff. de cond. & dem. d.l. si pecunia. 12.*
§. 1. ff. de leg. 2. Et in specie declarant gl. in d.l.
miles ita. 42. in prin. in verb. ex certo tempore ff. de
mil. testa. gl. in d. §. hæres, in verb. ex certo tempore,
Inst. de hæred. inst. Azo. in d. summ. C. eo. num. 18.
Bart. in d.l. hæreditas ex die, num. 1. vers. quod su-
pra dixi, & ibi Imol. num. 4. vers. Alius est, &
num. 7. vers. & not. Bart. in d.l. extraneum vers.
Tu concorda. & ibi Ias. in prin. Mantic. d. lib. 4.
tit. 5. artic. 10. nu. 3. Crass. in d. §. institutio q. 24.
num. 4. Men. de præs. d. lib. 4. præs. 141. num. 8.
Pereg. de fideic. artic. 5. num. 20. Vigl. in d. §. hæres
num. 4. Inst. de hær. inst. Hond. cons. 62. num. 15.
vol. 2. non, quia incertum sit, quando sit ille
68 moriturus, sed, quia † incertum est, an sit mo-
riturus viuo instituto, & sic, an institutus illi
tertio superuixerit *d.l. 1. § dies, & d.l. hæres meus*
78. in prin. vers. tamen incertum est ff. de cond. &
dem. d.l. si pecunia. 12. §. 1. ff. de leg. 2. d.l. huius-
modi. 13. ff. quand. dies leg. ced. Et in specie decla-
rant Bart. in d.l. hæreditas ex die, num. 1. vers.
quòd supra dixi, & ibi Imol. num. 2. vers. quod
intellige, & num. 4. vers. Alius est, & num. 7. vers.
& not. Bald. in d.l. extraneum, num. 1. vers. Ter-
tia lectura est, & ibi Castr. num. 4. Alex. num. 1.
vers. Legitur 3. Ias. num. 3. Rum. d. cons. 54. nu.
7. vol. 2. Gomez. d. to. 1. var. resol. cap. 2. num. 11.
vers. Idem est, Crass. in d. §. institutio q. 24. nu. 4.
Men. cons. 273. num. 10. Andr. Fach. d. lib. 4. cap.
16. vers. Ego priorem. Quamobrem institutio
69 eo modo facta valet, † *vt scribunt gl. in d. §.*
hæres, in verb. ex certo tempore, Inst. de hæred. inst.
Cin. in d.l. extraneum, num. 1. & ibi Castr. num.
1. vers. sed secundum tertiam, Ias. in prin. Gomez.
d. tom. 1. varia. reso. cap. 2. num. 11. vers. Idem est,
Crass. in d. §. Institutio q. 24. num. 4. Andr. Fach.
d. lib. 4. contr. cap. 16. uers. Ego priorem, Pereg. de
fideic. artic. 5. num. 20. Nec de ea tempus reijci-
tur, sed expectari debet ante, quam hæreditas
70 adeatur, † *ut probat l. filius a patre 28. in prin.*
ff. de lib. & posth. & scribunt gl. in d.l. extraneum,
in uerb. cum quis morietur, uers. Alij dicunt, &
ibi Bald. num. 4. Castr. num. 1. uers. sed secundum
tertiam, & num. 4. Ias. in prin. & num. 3. Castr.
in d.l. filius a patre. 28 in prin. num. 1. ff. de lib. &
post. Imol. in d.l. hæreditas ex die, nu. 4. uers. Alius
est, & num. 7. uers. & not. Roma. cons. 71. num. 1.
Gul. Ben. in d. cap. Raynutius, in uerb. reliquit
num. 6. Mantic. d. lib. 4. tit. 5. art. 10. num. 3. &
27. & art. 20. num. 8. Pereg. d. artic. 5. num. 20.
Duran. d. tit. 6. caut. 39. num. 1. Et est in confesso
apud omnes, quos referemus infra num. 188 &
71 *seqq.* quia † non censetur facta ex die, sed sub
conditione, *ut scribunt gl. in d.l. extraneum, in*
uerb. cum quis morietur, uers. Alij dicunt, & ibi
Cin. num. 2. vers. credo, Bald. num. 3. vers. Tertia
lectura est Castr. nu. 1. vers. sed secundum tertiã,
& num. 4. Alex. num. 1. uers. Legitur 8. Ias. in
prin. Castr. in d.l. filius a patre, 28. in prin. num.
3. vers. sed opp. ff. de lib. & posth. Roma d. cons. 71.
num. 1. Imol. in d.l. hæreditas ex die, num. 4. vers.
Alius est, Gomez. d. tom. 1. uaria. reso. cap. 2. num.
11. uers. Idem est, Mantic. d. lib. 4. artic. 7. num.
9. & num. 27. & 29. Crass. in d. §. institutio q. 24.
num. 4. Men. d. lib. 4. præs. 141. num. 8. Continet
enim conditionem, si eo tempore vixerit in-
stitutus, *vt scribunt omnes, quos retulimus supra*
num. 68. & 71. quæ de institutione non reijci-
tur, *vt ostendimus num. 23. & seqq.*

Et hoc est, quod significãt Diocletianus, &
Maximianus *in d.l. extraneũ. 9. C. de hæred. inst.*
dũ, *Extraneum,* inquiũt, *etiam, cum quis morie-*
72 *tur, hæredem scribi sibi placuit:* Nã illa verba, † *cũ*
quis morietur, quæ leguntur in vulgatis codi-
cibus, non possunt referri ad ipsummet insti-
tutum, sed ad tertium, & significant, posse ex-
traneum hæredem institui, etiam, cum mo-
rietur tertius, *secundum unum intellectum, quẽ*
ibi refert gl. in uerb. cum quis morietur, uers. Alij
dicunt, & probant ibi Cin. num. 1. Bart. uers. Tu
concorda, Bald. num. 1. uers. Tertia lectura est, ubi
ait, hunc esse uerum eius legis intellectum, Ang. in
fi. ubi pariter ait, hanc esse ueram lecturam, Castr.
num. 1. uers. sed secundum tertiam, & nu. 4. Alex.
num. 1. uers. Legitur 3. & uers. & hæc tertia, ubi
ait, hanc esse meliorem cæteris, Ias. in prin. & nu.
4. uers. teneas ergo, ubi ait, hunc intellectum esse
communem. Et sanè hũc esse verum illius loci
73 sensum, † videtur probari ex illa dictione,
extraneum, quæ non debet censeri absq; iuris
misterio expressa, sed potiùs ad hoc, vt deno-
tet, aliud iuris esse in non extraneo, siue suo
hærede, quippe, quem certum est, tẽpore illius
legis non potuisse institui, cum morietur ter-
74 tius, † *ut considerant ibi Bald. ibi num. 1. uers.*
Tertia lectura est, & ibi Castr. num. 1. uers. secun-
dum tertiam. Alex. num. 1. uers. & hæc tertia,
75 scilicet, quia † talis institutio, tamquam facta
sub conditione casuali, *ut declarant Cin. in d.l.*

si pater.4.num.9.uers. Tamen ista est ueritas C.de
inst & subst. Bald. cons 80.nu.1.uol.4. & Castr.
in d.l. extraneum, num.1. uers sed secundum ter-
tiam, sub qua filius olim hæres institui non
poterat, nisi in defectum conditionis exhæ-
76 redaretur † l. si pater.4. C. de inst. & subst. l. suus.
4. in prin. ff. de hered.inst. l. fin. ff. de cond.instit.
nullius erat momenti, eaq; ratione filius, tã-
quam preteritus dicebat nullum testamentũ
77 † l. Lucius Titius.82. ff. de cond. & dem. d.l. si pa-
ter 4. C. de inst. & subst. Sed hodie potest etiam
filius sub ea conditione hæres institui firmo
manente testamento, quia pro quantitate le-
gitimę reijcitur conditio l. quoniam in priori-
bus.32., C. de inoff. testa. & ideo filius, quasi in
legitima purè, & simpliciter institutus non
potest impugnare testamentum, sed debet
expectare conditionis euentum, vt residuum
78 consequi possit, † sicuti rectè declarat Castr. in
d.l.extraneum.num.1. uers.sed secundum tertiã,
& alij, quos referemus infra num.210. Hoc autẽ
sensu posito non erit illa implicatiua, etiam,
coniongenda cum verbo, extraneum, quod
79 præcedit, quia † significaret, non solum filiũ
posse institui, cum quis moritur, sed etiam
extraneum, quod secundum illa tempora
falsum erat, ut supra dictum est, sed erit con-
iungenda cum verbis sequentibus, vt sensus
sit, extraneum, non solum simpliciter posse
institui, sed etiam, cum moritur testius, ut re-
ctè animaduertit Alex. in d. l. extraneum, nu. 1.
in fi. & post eum Ias. ibi, num. 1.

Hinc intelligimus rationem, cur testamẽ-
tum sit ipso iure nullum in specie l. si ita scrip-
80 tum. 13. §. fin. ff. de lib. & posth. vbi † testator
extraneum heredem instituerat post mortem
filij exhæredati; Nam ratio est, quia exhære-
datio non potuit censeri valida, nisi testamẽ-
tum per aditionem hæreditatis cõfirmaretur
81 † l. si quis Sempronium.68. vers. sic enim ff. de hæ-
red.inst. l. filium.20. in prin. vers. sed, cum exhæ-
redatio ff. de bon.poss.contratab. Atqui in specie
illius legis non potuit confirmari viuo filio,
quia, cum institutio fuerit collata post eius
mortem, & sic in diem incertum, qui condi-
tionem in testamento facit, necessariò debuit
eius euentus expectari priùs, quam hęreditas
adiretur, vt diximus supra num. 70. & per cõ-
sequentias confirmaretur testamẽtum. Quo
fit, vt exhæredatio non potuerit viuo filio cẽ-
seri valida, sed inutilis, & nulla, tamquam
collata post eius mortem l. suus.4. § fin. ff. de
hared inst. & consequenter, vt testamentum,
quasi filio minus ritè exhæredato, & sic prę-
terito l. non putauit. 8. §. non quauis ff. de bon.
poss. contratab. nullius fuerit momenti. Ita de-
clarat Alex. in d.l. extraneum, num.1. vers. & ad
essam.

Sed hæc quidem dicuntur, cum incertum
est, an dies mortis sit euenturus viuo instituto.
Coeterùm, si non sit hoc incertum, magis est,
vt dies habeatur pro certo, & secundum certi
82 diei naturam reguletur, † l. hęres meus. 78. in
prin. ff. de cond. & dem. l. si, cum hęres.4 ff. quãd.
dies leg.ced. Et in specie declarat Imol. in d.l. hęre-
ditas ex die, num. 2. vers. quod intellige;

Exemplum sit, si testator aliquẽ instituat,
cum ipsemet instituturus morietur: Nam tunc,
83 quia certum est, eum esse moriturum, † licet
incertum sit, quando mors sit euentura, vt di-
ximus supra num. 63. & 66. Et in proposito de-
clarant Imol. in d.l hęreditas ex die, num. 2. vers.
quod intellige, & num 4. vers. sed potes soluere, &
versic. extra gl. Crass in d § institutio q.24.nu.4.
Et certum est hunc diem esse venturum ipso
84 viuente, cum viuens moriatur † l qui duos 18.
§. 1. ff. de man testa. l. 1. §. si emancipato. & ibi gl.
in verb. moriente ff. de colla.bono. Et in specie de-
clarant Aul. Gell. lib. 6. Noct. Attic. cap. 13.
Aleia. lib. 2. Pereg. cap 44 Em a Cost. lib. 1. sel.
interp. cap. 14. num 1. Et in his terminis Bart. in
d.l. hęreditas ex die, num. 1. vers. sol. ibi fuit dies,
& ibi Imol. num 4. vers. quartus etiam, & vers.
extra gl. Bart. in d.l. extraneũ, vers. Tu concorda,
& ibi Alex num. 1. vers. legitur tertio, Gul. Ben.
in d. cap. Raynutius, in verb. reliquit nu. 4. vers.
& idem esset Gomez. d tom. 1. varia. resol. cap. 2.
nu. 11. vers. secus tamen, & sic sub tali die nul-
85 la conditio continetur, † d. l hęres meus 78. in
prin. ff de cõd. & dem. Et in specie declarat Bald.
in d.l. extraneum, n. 1. vers. sed his nõ obstantibus,
ideo fit, vt institutio eo modo facta valeat,
86 † vt scribunt Bald. in d l. extraneum, nu. 1. vers.
sed his non obstantibus, & ibi Cast. num. 1. Cuiac.
lib. 3. obs. cap. 34 Tametsi contrarium, & male
senserit Vigl. in d. §. hęres, num. 4. Inst. de hęred.
inst. tamquam facta ex die certo nõ incerto,
vt declarant Imol. in d.l. hęreditas ex die, num. 2.
vers. quod intellige, & nu. 4. vers. sed potes soluere,
& per consequentias, vt hæres ita institutus
87 non expectata morte statim adire possit, † vt
scribunt Bart. in d l hæreditas ex die, num. 1. vers.
sol. ibi fuit dies, & ibi Imol. num. 4. vers. extra gl.
Bald. in d. l extraneum, nu. 1. uers sed his non ob-
stantibus, & ibi Alex. num. 7. uers sed certè, tametsi
contrarium, & malè censuerit Cuiac. d. lib. 3. obs.
cap. 34. quia de huiusmodi institutione reijci-
tur dies, quasi certus, & perinde habetur, ac, si
purè, & simpliciter facta fuisset institutio;
88 † Ita declarant gl. in d. l. extraneum, in uerb. cum
quis moritur, & ibi Cin num. 2. uers. secundum
alium, Bart. uers. Tu concorda, Bald. num. 1. uers.
sed his non obstantibus, Alex num. 1. uers. legitur
tertio, Ias. num. 2. & 3. Imol. in d. l. hęreditas ex
die, num. 4. uers. sed potes soluere, & uers. extra gl.
Gul. Ben. in d. cap. Raynutius, in uerb. reliquit,
num. 4. uers & idem esset, & num. 6. Corn. d. cons.
60. num. 4. uol. 1. Gomez. d. tom. 1. varia. resol. cap.
2. num. 11. uers secus tamen, Crass. in d. § insti-
tutio q. 24 num. 4 Et ita pleriq; censent acci-
89 piendam esse † l. extraneum, ut ibi refert gl. in
uerb. cum quis moritur, uers. alij, cum moritur,
& probant etiam. Cin. numer. 2. uers. secundum
alium, Bart. Vers. Tu concorda, Bald. nu. 1 uers.
2. modo, Castr. num. 1. Imol. in d. l. hæreditas ex
die, num. 4. uers. sed potes soluere, & uers. quartus
etiam. Corn. d. cons. 60. num. 4. uol. 1. Cuiac. d. lib.
3. obs. ca. 34. repugnante Vigl. in d. §. hęres nu. 5. in
fi. Inst. de hæred. inst. Sed hoc ita demum verũ
90 est, si † sublata dictione, quis, ita simpliciter
legatur, Extraneum etiam, cum moritur, hęredẽ
scribi sibi placuit, vt legitur in plerisq; Codici-
bus: Nam alioquin non posset eius legis dis-
positio ad hanc speciem adaptari, vt supra
dictum est. Hoc autem sensu posito illa impli-
catiua, etiam, poterit, vel cum sequentibus
verbis, vel cum precedenti verbo, extraneũ,
91 coniungi; † vt rectè animaduertit Alex. ibi num.
1. in fin. Nam, si cum sequentibus verbis iun-
gatur, eundem quidem habebit sensum quẽ
habere

habere diximus posito intellectu præcedenti, vt scilicet extraneus possit hæres institui, non solum simpliciter, sed etiam, cum ipse morietur. Verum ita iungendo verbum illud, extraneum, non denotabit aliquod iuris mysterium, quia idem est, & in suo herede, quip-
92 pe, qui & ipse eo modo institui, potest, † *vt declarant Cin. in l. si pater. 4. num. 9. C. de inst. & subst. Castr. in d. l. extraneum, num. 1. & ibi Alex. num. 1. uers. sed secundum alium, tametsi contrarium, & male censuerit Cuiac. d. lib. 3. obs. cap. 34.* nisi dicamus, denotare minorem dubitationem in suo, quam in extraneo, *secundum ea, quę mox dicemus, ut censuit Fulg. quem ibi simpliciter refert Alex.* Sed, si iungatur cum verbo, extraneum, quod præcedit, hunc habebit sen-
93 sum, † vt non solum filius institui possit, cum ipse morietur, sed etiam extraneus, in quo tamen maior suberat dubitandi causa: Nam institutio extranei collata in tempus, quo morietur, videbatur inutilis, quia, cum extraneus non fiat hęres, nisi adeat, & aditio, tãquam requirens animi declarationem, non
94 possit fieri in articulo mortis † *vt est doctr. gl. in l. fin. in uerb. cōditionem, uers. Item impletur ff. quād. dies leg. ced. Et in proposito cōsiderat Bald. in d. l. extraneū, n. 1. vers. & hęc lectura,* videbatur inutiliter institui extraneus, cum morietur licet filius eo modo posset vtiliter institui, scilicet, quia nō debet adire, sed fit hęres ipso iure *l. in suis. 14. ff. de suis, & leg.* ideoq; etiam
95 in articulo mortis hęres esse potest † *l. fin. ff. de cod. & dem. l. si filius hęres. 16. ff. de lib. & posth.* Sed, quia dies mortis instituti nullam in se continet conditionem, quæ iuris effectum suspendat, & sic non continet, nisi moram, & dilationem *d. l. hęres meus. 78. in prin. ff. de cōd. & dem.* quæ de institutione reijcitur, ideo pla-
96 cuit, † etiam extraneum, cum morietur, institui posse, quia sublato vitio temporis nihil est impedimento, quominus statim, & non expectata morte adire possit, *ut dictum est supra num. 87. & 88. Ita declarant Bald. in d. l. extraneum, num. 1. uers. & hęc lectura, & ibi Alex. num. 1. uers. sed secundum aliam.*

Hinc intelligimus differre diem mortis instituti a die mortis tertij: Nam ille certus est, siue pro certo habetur, hic verò est incertus
97 † *d. l. hęres meus. 78. in prin. ff. de cond. & demōst.* Quamobrem institutio facta, cum morietur institutus, tamquam facta ex die certa censetur pura, nō conditionalis, ideoq; nō expectata morte statim hęres adire potest, quia dies tamquam certus de institutione reijcitur, *ut diximus supra nu. 87. & 88.* At, si fuerit facta, cum morietur tertius, censetur conditionalis, ideoq, non ante potest hæreditas adiri, quam tertius ille decesserit, & eo tempore vixerit
98 institutus, † *ut diximus num. 70. & seqq. Ita distinguunt Bart. in d. l. hęreditas ex die, num. 1. uers. sol. ibi fuit dies, & ibi Imol. num. 4. uers. sed potest solui, Bart. in d. l. extraneum, uers. Tu concorda, & ibi Bald. num. 1. Castr. num. 1. & 4. Alex. num. 1. uers. Legitur 3. Ias. num. 3. Gul. Ben. in d. cap. Raynutius, in uerb. reliquit, n 6. Gomez. d. tom. 1. uaria. resol. cap. 2. num. 11. uers. Idem est, & uers. sicut tamen, Crass. in d. §. institutio q. 24. num. 1.*

99 Cuius diuersitatis ratio est, quia, † licet certum sit, vtrumque esse moriturum, incertum verò, quando, & sic hoc respectu videantur huiusmodi dies esse pares, differunt tamen in eo, quia incertum est, an dies mortis tertij sit euenturus viuo instituto, cum alioquin dies mortis ipsius instituti non possit non eo viuo contingere, *vt dictum est supra num. 68. & 84.* ideoque sub illo continetur conditio, quæ potest non existere, sub hoc verò nulla conditio continetur; Quo fit vt, non dies mortis instituti, sed dies mortis tertij censeri debeat incertus, quia incertus non dicitur dies eo respectu, quod ignoremus, quando sit futurus, sed eo, quia continet in se conditionem, siue conditionem in testamento facit, *d. l. dies incertus. 74. ff. de cond. & dem. Ita explicat Imol. in d. l. hęreditas ex die nu. 2. vers. quod intellige, Gul. Ben. in d. cap. Raynutius, in verb. reliquit, nu. 6.*

Planè, si institutioni adijciatur dies mortis non instituti, aut tertij, sed testatoris, puta, quia testator dicat, instituo Titium, cum ipse moriar, institutio, non sub conditione, aut ex die certa, vel incerta, sed purè facta intellige-
100 tur, † *ut scribunt Bald. in d. l. extraneum, nu. 1. & 12. Alex. num. 1. uers. & illa verba, Imol. in d. l. hęreditas ex die, num. 4. vers. alius, & tertius,*
101 † *Ema a Coss. d. lib. 1. Sel. int. cap. 14 nu. 3.* quia, licet expectari debeat eius mors, cuius dies est incertus, & quasi caduca fiat institutio, si institutus præmoriatur, *l. eum ex filio, 39 § fin. ff. de vulg. l. Lucius Titius 90. § quisquis ff. de leg. 2.* Est tamen dies, qui tacitè inest omnibus testamentis, siue dispositionibus vltimarum voluntatum, quippe, quæ non, nisi post mortem
102 testatoris vim habere incipiunt, † *l. 1. ff. de testa. l. 2 § si dubitetur ff quemad. test. aper. l. qui duos, 18. §. 1. ff. de man. test. & nos etiam diximus in 6. cap. in prin. num. 3.* Quamobrem, vt institutio facta simpliciter purà dicitur, non obstante, quod tacitè censeatur post mortem testatoris collata, *§. hęres, Inst. de hęred. inst.* ita etiam pura debet intelligi, quæ expressim in tempus mortis testatoris collata fuit, scilicet, quia cōtinet expressionem eius, quod tacitè inest, quæ nihil in testamentis operatur, *l. 3. ff de leg. 1. Ita declarant Castr. in d. l. extraneum, num. 3. & ibi Alex. num. 1. vers. & illa verba.* Et ita ple-
103 rique censent accipiendam † *d. l extraneum, vt refert ibi gl. in verb cum quis morietur, in fi. & Bald. num. 1. Castr. num. 3. Alex. num. 1. vers. sed secundum aliam Imol. in d. l. hęreditas ex die, nu. 4. vers. Alius, & tertius, & Vigl. in d. § hęres. nu. 5. Inst. de hęred. inst.*

Ex quo patet, hæc verba, cum morietur, relata ad personam testatoris non retinere propriã vim, & significationem: Non enim significant, cum incipiet mori, sed, cum erit perfectè mortuus, & sic verba, cum morietur, perinde habentur, ac, si dictum esset, post
104 mortem, † *d. l. qui duos, 18. §. 1. ff. de man. testa.* quia postremæ voluntates non incipiunt habere vim in vita testatoris, aut, cum ipse moritur, sed post eius mortem, & sic postea, quã
105 est perfectè mortuus, † *vt supra dictum est. Et in specie declarat Castr. in d. l. extraneum, nu. 3.*

Et sanè, licet regulariter magna sit differẽtia inter hęc verba, cum quis morietur, & hęc,
106 post eius mortem, † *d. l. qui duos, 18. §. 1. ff. de man. testa. l. scrupulosam, 11. C. de contr. & commit. stip. Vip. tit. 24. Inst. § post mortem, Et latè ostendit Cuiac. lib. 3. obs. cap. 34.* scilicet, quia illa

illa denotant tempus, quod præcedit mortem, non, quod sequitur: Sunt enim verba, quæ conferuntur in vltimum vitæ tempus *l.libertas, 17. in prin. ff. eo.* & ita intelliguntur, cum morietur, id est, cum erit in articulo mortis, siue (quod idem est) cum incipiet mori,
107 † *vt declarant gl. in d. l. extraneum, in verb. cum quis morietur, vers. Alij, cum morietur, & ibi Bald. nu. 1. vers. 2. modo. Vigl. in d. §. hæres nu. 5. Inst. de hæred. inst.* & sic denotant tempus vitæ, licet vltimum, & extremum, non tempus mortis, cum viuens moriatur, *vt diximus supra num. 84.* At hæc, post mortem, denotant
108 tempus, quod mortem sequitur, † *l. si ita scriptum sit, 13. § fin. ff. de lib. & posth.* & sic tempus, quo quis iam perfectè mortuus est, *§. post mortem, Inst. de legat. Et declarat Castr. in d. l. extraneum, num. 3.* tamen illa verba, cum morietur, possunt ex subiecta materia diuersam re-
109 cipere significationem, † *vt ibi Castr. ait.* Itaque si referantur ad personam testatoris, significant, post mortem, *vt supra dictum est*, Si verò referantur ad personam instituti, vel tertij, denotant vltimum vitæ tempus, id est tempus illud, quo quis moritur, *vt dictum est supra num. 84.*

Hinc de illo debitari potest, an, si institutio facta sit, non per hæc verba, cum morietur, sed per hæc, post mortem, procedant ea, quæ supra diximus. Et, si quidem hæc verba referantur ad personam testatoris, res caret
110 dubio: Nam certum est, procedere, † quia, si verba, cum morietur, ad eum relata, nec vitiant, nec alterant institutionem, quod necessariò intelligantur collata post mortem, ob naturam vltimæ voluntatis, quæ est, vt nõ, nisi post mortem testatoris vim habere incipiat, *vt dictum est supra num. 104. & seq.* quanto magis hoc erit dicendum, si verba ipsa, post mortem, exprimantur, quippe, quæ continent expressionem eius, quod tacite inest, factâ eo modo, quo tacitè continetur? Idem est, &, si referantur ad personam tertij, puta, quia testator dixerit, instituo Titiũ post mor-
111 tem Caij: † *vt inl. filius a patre 28. in princ. ff. de lib. & posth. Et in simili de libertate diximus l. qui duos, 18. in prin. ff. de man. testa.* Nam, quia extremum tempus vitæ ita breue est, vt vix possit ab eo, quod mortem sequitur, separari, cũ non consideretur, nisi in eo momento, quo quis moritur, id est, efflat animam, *vt declarat Aul. Gell. d. lib. 6. noct. Attic. cap. 13.* ideo, siue testator dicat, instituo Titium cum morietur Caius, siue, instituo post mortem Cai, semper in diem incertum, & sic sub conditione facta censebitur institutio, & purificabitur per illius mortem, si eo tempore vixerit institutus. Quamobrem rectè nostri nullam inter hęc loquendi genera constituũt differentiam, sed promiscuè loquuntur de institutione post alicuius mortem collata, siue dictum sit, cum quis morietur, siue, eo moriente, siue etiam post eius mortem, *vti videre est apud eos, quos referemus infra num. 182. & seqq. vsque ad finem.*

Planè, si prædicta verba referantur ad personam instituti, puta, quia testator dicat, instituo Titium post eius mortem, magna solet esse dubitatio, vtrum valeat institutio, & in ea procedant, quæ supra diximus, vt scilicet de ea reijciatur tempus, & hæres, quasi purè institutus statim adire possit. Dubitationem autem facit illud, quia, quoties hæres post mortem suam instituitur, talis institutio videtur ab hærede hæredis incipere, quod iure
112 non videtur esse permissum, † *vt considerat Bald. in d. l. extraneum, num. 1. vers. 2. modo.* Licet enim actiones ab hæredibus, & contra hæredes hodie possint ex Iustiniani constitutione incipere *l. vn. C. vt act. ab hæred. & contr. hæred. incip.* non tamen eodem modo viden-
113 tur posse incipere institutiones, quia † hæres hæredis non venit ex iudicio testatoris, *l. qui liberis, 8. § hæc verba, ff. de vulga.* ideoque adire nequit, *l. quoniam sororem, 7. C. de iur. del. l. vn. §. in nouissimo, C. de cad. toll.* nec vllum ius habere intelligitur, nisi, quod priùs erat in persona hæredis radicatum, cum ad illud veniat necessitate quadam successionis, *l. 1. §. non solum, ff. vt leg. nom. cau.* tamquam ad rem, quæ in defuncti hæreditate continetur, & quam à residuo separare nequit, *l. si quis filium fam. 7. §. fin. ff. de acq. hæred.* Nec obstare videtur, quod legata possint hodie relinqui post mor-
114 tem legatarij, † *l. scrupulosam, 11. C. de contr. & comm. stip. d. l. vn. C. vt act. ab hæred. & contr. hæred. § post mortem, Inst. de legat.* quia longe alia videtur legatorum, alia hæreditatis ratio: Legata enim non requirunt agnitionem, sed ipso iure etiam ignorantibus acquiruntur, *l. cum pater. 79. § surdo, ff. de leg. 2. l. filius fam. 16. ff. de testa.* cum alioquin hæreditas non, nisi aditione extraneis acquiratur *l. hæc verba. 12. ff. de cond. inst. l. Cornelius 69 ff. de hæred. inst.* Vnde, quia hæres hæredis adire nequit. *vt supra dictum est*, ideo nec ab eo videtur institutio pos-
115 se incipere. † *Et ita censuit Bald. in d. l. extraneũ. num. 1. vers. 2. modo. & post eum nouissimè Cuiac. lib. 1. obs. cap 34.*

Verum his non obstantibus contrarium mihi verius videtur, posse scilicet quem institui, non solum, cum morietur, sed etiam post eius mortem, ita, vt, quæcunque diximus de institutione facta, cum morietur institutus, vt scilicet habeatur pro pura, & non impediat, quin hęres statim adire possit, procedant etiã in institutione facta post mortem hæredis.
116 † Quod, vt sentiam me maxime mouet illud,
117 quia † differentia, quæ consideratur inter hęc verba, cum morietur, & hæc post mortem, consistit potiùs in subtilitate, & scrupulositate
118 verborum, quam in sui essentia † *d. l. scrupulosam. 11. C. de contr. & com. stip. d. l. vn. in fi. C. vt act. ab hæred. & cont. hær.* Nam, cum momentum moriendi consistat in sola spiritus efflatione, quæ ita cum morte coniungitur, vt ab ea vix separari possit, *vt diximus supra post nu. 111.* ideo morientem a mortuo non, nisi subtili, & inani cogitatione distinguimus, *vt ait Aul. Gell. d. lib. 6. noct. Attic. cap. 13.* Quo fit, vt in ijs dispositionibus, in quibus nõ verborum subtilitates, sed solas defunctorũ voluntates attendimus, nulla inter prædictas
119 loquendi formas constituatur differentia, † vt in libertatibus *l. qui duos. 18. §. 1. ff. de man. test.* & fideicommissis *l. fideicommissa. 11. §. si filio ff. de leg. 3. Vlpia. tit. 25. Inst. §. fideicommissum, & innuit §. post mortem Inst. de legat.* & verò etiam post Iustiniani constitutionem in legatis *d. l. scrupulosam. 11. Cod. de contr. & comm. stip.*

stip. d. l. un. C. ut act. ab hęred. & contr. hæred. d. §. post mortem, Inst. de lega. quippe, quæ per omnia fideicommissis exæquata sunt *l. 1. ff. de leg. 1. l. 2. in prin. C. comm. de lega. §. sed non usque, Inst. de lega.* Cum igitur hodie verborum subtilitates, & scrupulositates etiam in hæredis institutione reprobatæ sint, ita, vt etiam in ea sola sit spectanda mens testatoris *l. quoniam indignum. 15. C. de testa.* Consequens est, vt ita debeat sustineri institutio, si fuerit his verbis concepta, Instituo Titium post eius mortem, vt, si his, instituo Titium, cum morietur, *prout etiam fateri uidetur Cuiac. d. lib. 3. obs. cap. 34. in fi. si diligenter eius uerba perpendantur*: Eadem
120 enim est, vtriusque speciei ratio, quia, † siue testator dicat, cum morietur, siue post mortē, semper ex instituti aditione pendet acquisitio: Nam, si dies mortis esset expectandus ad hoc, vt hæreditas adiri posset, ita esset inutilis institutio, si fuerit concepta, cum morietur institutus, vt, si post eius mortem, quia in articulo mortis non posset institutus adire hæreditatem, *vt diximus supra nu. 94.* nec post eius mortem ipsius hæres, vtpote, in quem ius adeundi non transfertur, ideoque necessariò deberet esse inutilis institutio, sed, quia tempus, quasi certum de institutione reijcitur, & institutus non expectata morte statim adire potest, *ut diximus supra num. 87.* & hoc modo redditur vtilis institutio, quæ facta est, cum morietur institutus, ideo nihil est impedimēto, quominus id ipsum fieri possit, etiam cū hęres post mortem suam institutus est.

Neq; obstant contraria, quia procederent,
121 † si dies mortis esset expectandus ad hæreditatem adeundam: Nam eo casu ne in alia quidem specie hæres hęredis adire posset, sed, quia dies non expectatur, sed reijcitur, & aditio fieri potest ab instituto non expectata morte, ideo fit, vt non ab hærede hæredis, sed ab ipsomet hærede diei debeat incipere institutio.

Sed quid, si testator instituendo non sit vsus dictione, cum, aut, post, sed dictione, si, puta dixerit. instituo, si morietur, procedent ne ea, quæ supra diximus? Et, si quidem hæc verba referantur ad personam instituti, non est dubium, quin procedant, & hæres, quasi
122 purè institutus statim adire possit, † quia, cum certum sit, eum esse moriturum, & sic conditio non possit non existere, frustra eius euentum expectaremus, *secundum ea, quæ dicemus infra num. 125.*

Coeterùm, si non ad instituti, sed ad tertij personam referatur, vt, quia testator dixerit, instituo Titium, si Caius morietur, censent pleriq; non procedere, quia (secundum eos) magna est differentia, verum testator dicat, instituo Titium, cum morietur Caius, an verò, instituo Titium, si Caius morietur: Nam priore casu censetur institutio collata in diē incertum, qui conditionem in testamento facit, ideoq; dies ille debet expectari priùs, quā hæreditas adeatur? *secundum ea, quæ diximus supra num. 67. & seqq.* At posteriore casu non censetur institutio collata in tempus mortis, sed simpliciter facta sub conditione, si Caius morietur, quæ, quia non potest non existere, cum certum sit, eum esse moriturum, nō reddit institutionem conditionalem, & per consequētias nō impedit, quominus hęres, quasi purè institutus, aut saltē institutus sub conditione, quæ pro impleta habetur, statim adire
123 possit. † *Ita censuerunt Petr. Cin. & Alber. in d. l. extraneū. 9. C. de hæred. instit. Cin. in l. si pater. 4. num. 9. vers. Refert tamen C. de instit. & subst.*

Huius autem opinionis fundamentum in
124 eo consistit, quia, † quoties dispositio fit sub conditione, quæ omnino est extitura, non censetur facta sub conditione, sed purè, aut
125 saltem ex die certa † *l. si pupillus. 9. §. qui sub conditione ff. de nouat. l. quod, si ea conditione 18. ff. de cond. ind. d. l. hęres meus. 78 in prin. vers. Nō potest enim ff. de cond. & dem.* Tunc enim sub conditione facta intelligitur, cum incertum est, an conditio expressa sit extitura, necne
126 † *d. l. quod, si ea conditione. 18. vers. licet ff. de cōd. indeb.* Sed, cum testator ait, instituo Titium si morietur Caius, dispositio est facta sub cōditione, quæ omnino est extitura, cum certū sit, eum esse moriturum. *vt diximus supra nu. 63.* Ergo talis institutio non debet censeri facta sub conditione, sed ea certa die, quæ, quia de institutione reijcitur, ideo non debet impedire, quominus hæres non expectata morte illius statim adire possit, *secundum ea, quæ diximus supra num. 2. & seqq.*

Verùm hæc opinio fuit ab alijs communiter improbata, & rectè, quia verius est, nullā inter prædictas concipiendi formas versari differentiam, sed, siue testator dicat, instituo Titium, cum morietur Caius, siue, instituo Titium, si Caius morietur, semper institutionem censeri, & conditionalem, & collatam in diem incertum, cuius euentus debet expe-
127 ctari priùs, quam hæreditas adeatur. † *Ita enim censuerunt Bart. in d. l. extraneum, vers. ista distinctio, & ibi Ang. vers. In ea gl. ibi, Castr. num. 4. vers. sed pone, Alex. num. 2. Ias. num. 4. versic. licet. Gul. Ben. in d. cap. Raynutius, in verb. reli-*
128 *quit, num. 6. vers. Nec est fienda*: Nam † in conditionibus dictio, cum nō differt a dictione, si, nisi in figura loquendi, quia, cum exprimitur dictio, cum, per tempus denotatur conditio, cum verò exprimitur dictio, si, per conditionem denotatur tempus *d. l. si Titio. 22. vers. nec interest ff. quand. dies leg. ced. & diximus etiā supra num. 61.* Quamobrem *in l. quodcumque 45. §. pen. ff. de verb. oblig.* Vlpianus, *Non solum*, inquit, *ita stipulari possumus, cum morieris, sed etiam, si morieris: Nam, sicuti inter hæc nihil interest, cum veneris, aut, si veneris, ita, & ibi nihil interest, si morieris, & cum morieris.* Hinc fit, vt, quemadmodum dispositio censetur conditionalis, quoties ita concipitur, cum morietur tertius *d. l. hæres meus. 78. in prin. vers. hęres meus ff. de cond. & dem. l. si, cum hæres. 4. ff. quand. dies leg. ced.* ita etiam conditionalis intelligitur, quoties ita concipitur, si tertius morietur *l. quibus diebus. 40. §. quidam Titio ff. de cond. & demon.* Nam ita sub hac, vt sub illa cōtinetur conditio, si tempore mortis illius vixerit institutus, aut aliter vocatus, *vt diximus supra num. 68. & 71.*

Neque obstat fundamentum contrarium, quia, licet maior vera sit, non tamen indistin-
129 ctè vera est minor: Nam, † aut loquimur de contractibus, & verum est, cōditionem mortis esse omnino extituram, ideoq; non redde-

te

redispositionem conditionalem, siue referatur ad personam promissoris, siue ad personā stipulatoris, siue etiam ad personam tertij *l. nam, si, cum moriar 17. ff. de cond. indeb.* Aut verò loquimur de vltimis voluntatibus, Et tunc, aut refertur ad personam testatoris, vel honorati, Et verum etiam est, cēseri omnino exituram, ideoq. non reddere dispositionem conditionalem, *vt de morte testatoris diximus supra num. 100. de morte vero honorati num. 83. & seqq.* Aut verò refertur ad personam tertij, Et tunc verius est, non censeri omnino exituram, quia incertum est, an ille sit moriturus viuo vocato *d. l. hæres meus 78. in prin. versicul. quamuis enim ff. de cond. & dem. & diximus supra num. 68. & 71.* Itaque, licet certum sit, omnino esse exituram conditionem expressam, nempe conditionem mortis, non tamen certum est, exituram esse conditionem, quę sub illa continetur, nempe, si superuixerit institutus, aut aliter vocatus.

Hinc intelligimus differre contractus ab vltimis voluntatibus, quia conditio, si tertius morietur, licet reddat vltimas voluntates conditionales, non tamen conditionales red-
130 dit contractus, † *vt respondendo distinguunt Bart. in d. l. extraneum. vers. Die ergo, & ibi Ang. vers. Nec obstat, Castr. num. 4. vers. sed pone.*

131 Ratio autem diuersitatis est, quia † conditiones, quæ contractibus adijciuntur, non cōtinent aliam conditionem, quæ iuris effectū impedire possit, scilicet, quia, siue creditor sit superstes tempore euenientis conditionis, siue non, dummodo ea purificetur, semper nascitur obligatio, saltem fauore hæredis, vt pote, in quem spes conditionalis contractus
132 transfertur † *§. ex conditionali, Inst. de verb. oblig. §. cum quis, Inst. de inut. stipul.* At conditiones, quæ supremis voluntatibus adijciuntur, continent illam conditionem, si tempore illius euentus vixerit institutus, aut aliter vocatus, quia, si sit prædefunctus, licet postea conditio existat, non tamen locum habet dispositio *l. liber homo. 59. § si ita scriptum, vers. sed si decesserit ff. de her. inst.* quippe, quæ non transfertur ad hæredes, si pendente conditione decessent honoratus *l. un. §. sin autem aliquid sub conditione C. de cad. toll.* ideoq; in contractibus conditio, si tertius morietur, tāquam simplex, & omnino exitura non reddit actum conditionalem: At in vltimis voluntatibus, quasi duplex conditionalem reddit dispositionē, non respectu sui, quia est omnino exitura, sed respectu eius, quę sub ea continetur, quippe, quam ignoramus, an sit exitura, nec ne *d. l. hæres meus 78 in prin. vers. Quamuis enim ff. de cond. & demon. Ita ratiocinantur Bart. in d. l. extraneum, vers. Ratio apparet, & ibi Alex. num. 2.*

Planè, quæ de institutione collata in diem mortis tertij diximus, procedunt sine dubio, quoties institutus mortalis est, ita, vt sit incertum, an eo tempore, quo tertius ille morietur, sit futurus superstes, vt euenit in omnibus hominibus, quippe, quorum corpora, tamquam vera morti subijciuntur *§ his omnibus, Auth. de hered. & Falc. coll. 1.* Caeterùm, quoties nō est mortalis, cuiusmodi sunt monasteria, hospitalia, & id genus alia corpora fictitia, quæ nunquam moriuntur, magna solet esse quæstio, nunquid, si fuerint instituta post mortē tertij, talis institutio censeri debeat collata in diem incertum, qui sit expectandus, *secundum ea, quæ diximus supra num. 67. & seqq.* an verò, quasi facta ex die, quem certum est omnino exiturum, debeat haberi pro pura, ita, vt monasterium non expectata illius morte statim adire possit.

Dubitationem autem facit illud, quia, licet huiusmodi corpora, tamquam fictitia verè, non moriantur, possunt tamen mori fictè, scilicet, quia possunt destrui, vel capite minui, imo præsumptio est, quod destruantur, vel capite minuantur intra triginta annos,
133 † *vt in proposito considerat Bart. in d. l. hæreditas ex die nu. 2 & probat l. hæreditatem. 68. in prin.*
134 *vers. sic deniq, ff. ad l. Falc.* vbi † Macer, *Si Resp. vsusfructus legetur*, inquit, *siue simpliciter, siue ad ludos, triginta annorum computatio fit*, & hoc ideo, q̄a pręsūptio est, quod ciuitas intra hoc tempus capite minuatur, *vt ibi declarat gl. in verb. computatio, & post eam Castr. num. 5.* Vnde, quia potest hoc contingere ante mortem illius tertij, & sic ante, quam hæreditas monasterio deferatur, quo casu corrueret institutio, vt probat *l. pater filiū. 36 §. Tusculanus*
135 *ff. de leg. 3.* vbi Scaeuola † scribit quod alicuius templi collegio relinquitur, deficere, si ante quā dies relicti cedat, collegiū dissoluatur, *& in his terminis considerant Imol. in d. l. hæreditas ex die, num. 5. vers. Aduerte,* ideo fit, vt etiam in huiusmodi corporibus subsit illa incertitudo, num tempore mortis illius tertij supersint, quæ sola operatur, vt dies mortis illius expectari debeat, nec ante hæreditas adiri possit, & per consequentias, vt etiam in ijs ius
136 idem sit statuendum. † *Et ita consuerunt Bart. in d. l. hæreditas ex die, num 2. & ibi Imol. num. 5. Soc. Iun. cons. 85. num. 26. vol. 1.* Quod etiam
137 ea ratione videtur confirmari, quia † debemus seruare voluntatem testatoris, vbi aliquo modo seruari potest *l. quæ sub conditione 8. §. quoties, vers. non videtur ff. de cond. inst. Et in proposito considerat Imol. in d. l. hæreditas ex die, num. 5. vers. Fateor tamen.* Atqui in propo-
138 sito seruari potest, quia, † aut tempore, quo tertius ille morietur, extabit monasterium, & seruabitur voluntas eo modo, quem testator expressit, scilicet, quia tale monasterium adibit hęreditatem, & secundum voluntatem testatoris emolumentum consequetur. Aut verò non extabit, & tunc, aut institutio fuit nominatim facta pro salute animę, Et, licet non possit, seruari eo modo, quęm testator expressit, seruabitur tamen per æquipollens, quia conuerteretur hæreditas
139 in alios vsus pios † *secundum regulam l. legatum. 16. ff. de usufr. leg. & in specie declarat Bart. in d. l. pater filium 30. §. Tusculanus ff. de leg. 3.* Aut verò non fuit nominatim facta pro anima, Et tunc, licet censeatur facta in causam piam
140 † *l. illud 16. C. de sacros. Eccl.* tamen, quia causa pia fuit restricta ad illud monasteriū, & sic ad locum ipsius monasterij, ita, vt eo dissoluto
141 relictum extinguatur † *d. l. pater filium. 36. §. Tusculanus, & ibi declarat Bart. ff. de leg. 3.* ideo non poterit seruari, sed hæreditas ad venientes ab intestato pertinebit. Vnde, quia, dum viuit ille tertius, incertum est, an voluntas testatoris sit habitura effectum eo modo,

quem

quem testator expressit, aut alio, aut nullo
modo, ideo interim non videtur permitten-
dum, vt hæreditas adeatur, sed videtur expe-
ctandum tempus mortis illius, ad hoc, vt scia-
mus, an voluntas testatoris possit habere effe-
ctum, & sic, vt eam seruemus eo modo, quo
seruari potest. *Ita ratiocinatur Imol. in d. l. hæ-
reditas ex die num. 5. uers. uel posset etiam dici, &
uers. Nec obstat prædictis etiam, & vers. Nec ob-
stat prædictis si dicatur.*

His tamen non obstantibus contrarium
alij frequentius tradiderunt, scilicet non de-
bere Ecclesiam, siue Monasterium, aut Ho-
spitale mortem illius tertij expectare, sed sta-
tim mortuo testatore adire posse, & adeundo
142 consequi hæreditatem. † *Ita enim censuerunt
Bald. in d. l. hæreditas ex die, vers. vltimo quæro,
& ibi Ang. num. 3. Bald. in d. l. extraneum, nu. 3.
& ibi Alex. nu. 7. vers. sed certè, Bald. in l. id, quod
pauperibus 24. num. 27. vers. vel posset dici C. de
Episc. & Cler. & cons. 456 numer. 1. in fin. vol. 4.
Castr. in d. l. hæreditatum 68. num. 7. ff. ad l. Falc.
Rum. cons. 17. num. 17. vol. 2. vbi testatur, hanc
esse magis communem, Zanch. in d. l. hæredes mei,
57. §. cum ita part. 8. num. 282. & 284. vers. Nec
videntur, & par. 10. num. 62. ff. ad Treb. Mantic.
de con. vlt. vol. lib. 4. tit. 5. artic. 5. num. 1. vers. sed
diuersa, vbi ait, hanc opinionem esse veriorem, &
crebriorem, & num. 8. Crass. in d. §. institutio, q.
24. num. 9. Gratia. cap. 528. discep. for. num. 41.*
Probatur autem hæc sententia.

143 Primo, quia † cessante ratione dispositio-
nis cessat & ipsa dispositio, *l. adigere, 6. §. quã-
uis, ff. de re iur. patro.* Sed in monasterijs, & id
genus alijs corporibus institutis cessat ratio
dispositionis, quæ vult, institutum post mor-
tem tertij non ante posse adire, quam ille de-
cesserit: Ratio enim est, quia fieri potest, vt
eo tempore non viuat institutus, *vt diximus
supra num. 68. & 71.* quæ ratio cessat in mona-
sterijs, & similibus corporibus quippe, quæ
nunquam moriuntur, *vt in his terminis consi-
derat post alios Crass. in d. §. institutio, q. 24. n. 9.*
Ergo in ijs cessare debet prædicta iuris dispo-
tio. *Ita arguit Mantic. dict. lib. 4. tit. 5. artic. 5.
num. 2.*

Nec obstat, si dicatur, posse etiam Eccle-
sias, & monasteria destrui, & hoc modo ex-
tingui, quia respondeo primo, non esse hoc
144 verisimile, † *vt respondit Bald. in d. l. extraneum,
num. 3. & post eum Mantic. d. lib. 4. tit. 5. art. 5.
num. 3.* & dato etiam, quod posset contingere
145 non tamen debere attendi; † quia, aut suppo-
nimus posse destrui authoritate Pontificia,
prout fieri potest, Et hoc non debet attendi,
quia, quæ sola principis authoritate fieri pos-
146 sunt, pro impossibilibus reputantur, *vt in pro-
posito considerat Ang. in d. l. hæreditas ex die, n. 3.*
Quamobrem id, quod dicitur de rebus, quæ
non sunt in commercio, vt scilicet legari non
possint, & si fuerint legata, non debeatur eo-
rum æstimatio, *§. non solum, vers. sed, si talis,
Inst. de legat.* dicitur etiam de rebus, quæ non,
nisi ex authoritate Principis alienari possunt,
l. apud Iulianum, 40. § sed & ea prædia ff. de leg. 1.
Aut verò supponimus, posse destrui, & extin-
gui casu, seu vi maiore, Et multo minus hoc
debet attendi, quia esset expectare casum, &
aduersum fortunam monasterij, quod omni
147 iure censetur improbatum, † vt diximus de
homine libero, *l. inter stipulantẽ, 83. § sacrã ff.
de verb. obli. Et in his terminis cõsiderat Ang. in d.
l. hæreditas ex die, num. 3. & post eum Mantic.
d. lib. 4. tit. 5. art. 5 num. 3.*

Secundo respondeo, licet possit continge-
re, vt monasterium destruatur, non tamen se-
qui, eo tempore, quo morietur tertius, non fu-
turum superstitem institutum. quia, cum id,
quod Ecclesiæ, seu Monasterio relinquitur,
148 censeatur relinqui Deo immortali, † *§. si quis
in nomine, Auth. de Eccl. tit. coll. 9. Bald. d. cons.
456. num. 1. in fin. vol. 4.* quem vbique repre-
149 sentat Ecclesia Romana. † *vt in his terminis
considerat Bald. in d. l. hæreditas ex die, vers. vlt.
quæro, & post eum Mantic. d. lib. 4. tit. 5. artic. 5.
num. 6.* licet destruatur Ecclesia, siue Mona-
sterium, cui inspecto cortice verborum reli-
cta est hæreditas, non tamen dici potest ex-
tingui hæres institutus, quia semper superest
Romana Ecclesia, quæ nunquam moritur,
150 † *cap. liberte Ecclesię, 2. in princ. 12. q. 2. cap. pu-
denda 24. q. 1.* ideoque semper hæreditatem
capere potest. *Ita respondent Bald. in d. l. hære-
ditas ex die, vers. vltimo quæro, & ibi Ang. nu. 3.
Mantic. d. lib. 4. tit. 5. artic. 5. num. 5. & 6.* Idem
dicitur, & de hospitali: Nam, quia, quod ei
relinquitur, censetur relinqui pauperibus qui
semper extant, & semper extabunt, ideo, licet
hospitale destrueretur ante, quam moriatur
ille tertius, non tamen deficeret institutio,
quia superessent pauperes, qui hæreditatem
obtinere possent. *Ita scribit Bald. in d. l. extra-
neum, num. 3.*

151 Secundo probatur, quia, † quoties disposi-
tio fit sub ea conditione, quæ omnino est ex-
titura, non censetur conditionalis, sed pura,
siue pro pura habetur, *vt diximus supra n. 125.*
Sed, quando monasterium siue Ecclesia, aut
hospitale instituitur post mortem tertij, talis
institutio censetur facta sub conditione, quæ
omnino est extitura, quod patet ex eo, quia,
aut consideramus conditionem expressam,
nempe conditionem mortis illius tertij, Et
non est dubitandum, quin ea sit omnino ex-
titura, cum certum sit, eum esse moriturum,
vt diximus supra num. 63. Aut vero conside-
ramus eam conditionem, quæ regulariter cõ-
tinetur sub conditione mortis tertij, nempe,
si eo tempore vixerit institutus, *secundum ea,
quæ diximus supra num. 68. & 71.* Et hanc etiã
certum est, omnino extiturã, quia, vt dictum
est, huiusmodi corpora nunquam moriun-
tur, *vt in proposito ratiocinantur Rum. d. cons.
17. nu. 17. vol. 2. & Zanch. in d. §. cum ita. par. 8.
num. 282.* Ergo talis institutio debet censeri
pura, aut saltem pro pura haberi, scilicet quia
remoto vitio temporis perinde est, ac, si pu-
re, & simpliciter facta fuisset.

Nec obstant contraria, quoniam ex supra-
dictis responsio patet, cum verum non sit ex-
tingui Ecclesiam, licet destruatur monaste-
rium, ideoque conditio, si tertius moriatur
superstite instituto, non possit non existere,
secundum ea, quæ supra diximus.

Neque obstat *l. hæreditatum 68. in princ. vers.
sic denique, ff. ad l. Falc.* quia respondeo ciuita-
tes, & id genus alia corpora fictitia præsumi
152 extinguibilia, † non ad sui detrimentum, sed
ad sui commodum, & vtilitatem, nempe ad
hoc, vt minorem patiantur Falcidiæ detra-
ctionem,

ctionem, quam, si in perpetuum viuere censeretur. Nam, quoties testator legat ciuitati vsumfructum, si in ratione Falcidiæ fieret computatio vsusfructus, quasi perpetuò duraturi, aut saltem per spatium centum annorum, quibus extingui solet vsusfructus, magna nimis redderetur legati quantitas, & per consequentias magna detractio Falcidiæ. At, si computatio ita fiat, quasi vsusfructus non, nisi per triginta annorum spatium præsumatur duraturus, minor haud dubiè reddetur legati æstimatio, minorque per consequentias Falcidiæ detractio, quæ res, quia continet cōmodum, & vtilitatem ipsius ciuitatis, ideo facilè recipitur. At in specie proposita non tractatur de commodo, & vtilitate ciuitatis, sed de ipsius damno, & præiudicio, quia, si præsumeretur posse intra certū tēpus extingui, non posset adire hæreditatē ante mortē illius tertij, post cuius obitū collata esset institutio, quod ei plurimū obesset. Nō debet igitur id admitti. *Ita eleganter respondet Castr. in d.l.hæreditatū,n.7.vers. Restat,& post eū Mant.d. li.4.tit.5.art.5.n.7.* Et, si hoc non recipitur in Rep. siue ciuitate, quanto minus debet recipi in monasterio, siue Ecclesia, aut hospitali, & similibus corporibus, quorum causa, tamquā pia censetur fauorabilior, cum semper capięda sit illa præsumptio, & facienda interpretatio, quę p ę causæ est fauorabilis, & vtilis, nō, quę damnosa. *cap. fin. extr. de sent. & re iud. l. sunt personæ 43. ff. de relig. & sumpt. fun. & in proposito considerat Mantic. d. lib. 4. tit.5.art.5. num.7.* Et hęc quidem dicuntur, quoties hęres ex die institutus, neq; vniuersalem, neq; particularem cohæredem habet.

At, si cohæredem habeat vniuersalem, & quæramus, an de institutione facta ex die tollatur mentio temporis, ita, vt hæres, quasi purè institutus statim adire possit, *secundum ea, quæ diximus supra nu 2. & seqq.* constat, multum referre, vtrum dies, ex qua facta fuit institutio, certus sit, an verò incertus: Nam, si

153 certus, licet plerique censuerint, † non tolli, & in hoc casu limitari regulam *l. hæreditas ex die 34. ff. de hæred. inst.* quod cesset ratio, pro-

154 pter quam illa fuit inducta, scilicet, quia, † licet non tollatur, sed expectetur dies, non tamen decedet testator pro parte temporis testatus, & pro parte intestatus, cum interim eius portio spectet ad cohæredem, qui facit, vt defunctus, etiam pro ea parte, censeatur testatus decessisse. *In qua sententia fuit Ang. in d.l.extraneum 9 in prin. C. de hæred. inst.* Contrarium tamen verius est, & receptius, scilicet, etiam in hac specie tolli mentionem tēporis, & hæredem, quasi purè institutū statim

155 adire posse. † *Ita enim censuerunt omnes, quos retulimus supra num. 3, dum simpliciter, & indistinctè scribunt, tolli mentionem temporis, quoties hæres ex die certo institutus est, nec distinguunt, vtrum habeat cohæredem, necne, Et in specie, qua cohæredem habet, ita reprobato Ang. censuit Imol. in d.l.hæreditas ex die, num.3. vers. Ang. tamen,*

156 *& nu 6 vers. Aduerte,* quia † ratio, propter quam hoc est receptum, ita militat in eo, qui cohęredem habet, vt in eo, qui solus hæres institutus est, siue spectemus rationem Dini, *quam nos retulimus supra num.6. & seqq.* siue rationē Iacobi de Arena, *quam retulimus nu.4 & seqq.*

Nam etiam in hac specie militare rationem

157 Dini, patet ex eo, quia, † aut cohæres datus instituto ex certo die, fuit purè, & simpliciter institutus in parte diuersa ab ea, quæ data est instituto ex die, puta, quia testator vnum instituerit in dimidia post quinquennium, alterum verò purè in alia dimidia, Et respectu dimidiæ datę ex die, decedet testator pro parte temporis testatus, & pro parte intestatus, nisi tollatur mentio temporis, quoniam illa dimidia pendente die, nec ad institutum pertinere poterit, nec ad cohęredem, quippe, qui non ad eam, sed ad aliam dimidiam vocatus est. Aut verò cohæres fuit institutus simpliciter non expressa aliqua portione, Et tunc similiter respectu illius partis, ex qua fuit alter ex certa die hæres institutus, decedet testator pro parte temporis testatus, & pro parte intestatus, nisi tollatur mentio temporis, quia cohæres purè institutus potest quidem ex testamento consequi partem, quæ sibi data intelligitur, sed non eam, quæ fuit data cohæredi, *vt latè ostēdemus in hoc cap. q.37* quia alioquin, si etiam eam consequi censeretur, non posset post ea adueniente die desinere esse hæres, & sic non posset illa pars directo transire in cohæredem, vt transire debet, secundum voluntatem testatoris, *sicut ibi latè ostendemus.* Et licet diceremus purè institutum posse eam obtinere iure administrationis, *secundum opinionem eorum, quos ibi referemus*, non tamen sequeretur, eam obtinere, tamquam hæredem, sed tamquam simplicem administratorem, ideoq; respectu iuris, & nominis hęreditarij decederet testator pro parte testatus, & pro parte intestatus, quia illa pars, nec ad institutum, nec ad eius cohæredem interim pertineret. Ne igitur hoc contingat, dicendum est, tollendam esse mentionem temporis, & hæredē ex certo die institutum, quasi purè scriptum statim adire posse, & adeò consequi suam dimidiam. *Ita ratiocinatur Imol. in d.l. hæreditas ex die, num.6. vers. Aduerte, quia.* Rationē autem Iacobi de Arena militare etiam in

158 hac specie, patet ex eo, quia, † aut dies expectatur ad effectum iuris, Et hoc repugnat illius naturæ, *vt ostendimus supra num.5.* ideoq; non est admittendum. Aut verò expectatur ad effectum petitionis, Et hoc ita frustra fit in parte hæreditatis, vt in tota hæreditate, quia, quemadmodum hęres insolidum a se ipso, non ab alio capit totam hæreditatem, ita, & hæres institutus ex parte capit partem, scilicet, quia eadem est ratio partis, quoad partē,

159 quę totius, quoad totum. † *l. quæ de tota 75. in prin. ff. de rei vind. l. si seruus 81. ff. de acq. hæred.* Ergo, cum vtraq; ratio militet etiam in specie, qua hęres ex certo die institutus habet cohæredem, debet etiam in ea locum habere dispositio, quę vult, diem pro non scripto haberi, & hęredem, quasi purè institutum statim adire posse.

At, si dies, ex quo facta est institutio, sit incertus, vt, quia testator vnum instituerit post mortem tertij, alterum verò purè, Tunc non est dubium, quia purè institutus statim adire possit, institutus verò ex die incerto debeat

160 expectare diem, † *secundum ea, quæ diximus*

161 *supra nu.70. & seqq.* quia, † cum censeatur institutus sub conditione, *vt diximus ibi nu.7c.*

Con-

Consequens est, vt ante illius euentum adire
nequeat, *secundum ea, quæ diximus num.24.*

Ex quo infertur, si testator filium exhæredet, & ei leget seruum, quem pro parte hæredem instituat post mortem ipsius filij, extraneum verò instituat purè, & simpliciter, hunc quidem statim adire posse, illum verò non ante posse adire, quam filius decesserit, quo casu aditio erit facienda iussu hæredis ipsius filij, cuius factus erit seruus, & ita adeundo emolumentum hæreditatis ei acquiret: Hoc enim est, quod significat Iulianus *in l. qui filio 38. in prin. ff. de hæred. instit.* dum ait, *Qui filio impuberi exhæredato Pamphilum legat, eundem post mortem filij ex parte hæredem instituere eo modo potest, quo is, qui seruum Sempronio legatum eundem post mortem Sempronij ex parte hæ-*
162 *redem instituit*, & ita † nullam in hoc esse vult
inter filiũ exhæredatũ, & extraneũ differentiam, scilicet quia exhæredatus pro extraneo habetur, cum per exhæredationem ius sui hæ-
163 redis sublatum censeatur, † *l. 1. §. post suos ff. de suis, & legit. l. 1. §. sed & si quis vetrem ff. de vent. in poss. mitt.* Ideo autẽ ꝑ parte tantũ institutũ seruũ post exhæredati, eiusdemq; legatarij
164 mortem supposuit Iulianus, quia, † si insolidum fuisset institutus, non potuisset testamẽtum substineri: Nam, quia exhæredatio non potest censeri valida, nisi testamentum per aditionem hæredis confirmetur, *vt diximus supra num. 81.* & in proposito non potuerit confirmari ante mortem filij exhæredati, cũ seruus, qui solus fuerat institutus, tanquam vocatus ex die incerta debuerit eius euentũ expectare priùs, quam adiret hæreditatem, *vt diximus num. 70.* ideo nec ante potuisset censeri valida exhæredatio. Quo fit, vt filius, quasi post mortem exhæredatus nullum dicere potuerit testamentum. *l. suus. 4 § fin ff de hæred. inst.* At quia seruus ei legatus non fuit institutus insolidũ, sed tãtũ pro parte, & cõsequẽtur pro alia parte habuit cohæredẽ, qui adire potuit, & adeundo confirmare testamẽtum, ideo nil mirum, si valida fuerit exhæredatio, & seruus post exhæredati mortem adire potuerit, & adeundo hæreditatem ei acquirere, quia filio hæres extitit, vtpotè in quem filius transmiserat legatum, cuius dies ipso viuente cesserat, *secundum regulam. l. si post diem. 5. in princ. ff. quand. dies leg. ced. Ita declarant Bart. in d. l. qui filio. 38. in prin. vers. Aduerte, & ibi Bald. & Imol. ff. de hær. inst.*

Hinc de duobus dubitari solet: Primo, an interim, dum expectatur dies, cohæres adeundo totam hæreditatem consequatur, an verò solum partem. Secundo, dato, quod non, nisi partem consequatur, quis eorum debeat aliã partem administrare, an institutus ex die incerta, an verò cohæres purè, & simpliciter institutus. Sed, quoniam has quæstiones explicabimus *in hoc cap. q. 37.* vbi quæremus, an sub conditione institutus interim faciat partem ei, qui purè institutus est, ideo ex ijs, quę ibi dicemus, erunt deducenda, quæ ad hunc locum pertinere videbuntur.

Superest, vt videamus, quid iuris sit si hæres ex die institutus non vniuersalem, sed particularẽ cohæredem habeat, & dispiciamus, an, & quando in eo procedant, quæ de hærede ex certo, vel incerto die instituto supra diximus. Quæstio est solemnis, & in foro frequentissima, quam nos diligenti, vti par est, tractatu explicaturi necessario varios debemus distinguere casus quorum

Primus est, quando dies, ex quo fuit hæres vniuersalis institutus, est omnino certus, puta, quia testator dixit instituo Titium post quinquennium, Caium autem instituo in tali fundo, vel alia re certa; Et tunc res caret omni dubio: nam certum est, hæredem vniuersaliter institutum statim adire posse, quia sublato vitio temporis perinde habetur, ac, si
165 purè, & simpliciter fuisset institutus † *secundum ea, quæ diximus supra num. 2. & seqq. quæ etiam in his terminis procedunt.* At hæres institutus in re certa poterit quidem statim agnoscere rem sibi relictam, & eius apprehendere possessionem non expectata hæredis
166 vniuersalis aditione, † *vt scribunt oẽs, quos re-*
167 *feremus infra num. 202.* quia † non tenetur eam capere de manu alterius, sed potest eam apprehendere propria authoritate, *vt diximus in hoc cap. q. 9. num. 43.* & ita agnoscendo efficere, vt non sit ampliùs dubitandum de validitate testamenti, cum per talem agnitionem censeatur illud confirmatum, *vt ostendemus in*
168 *hoc cap. q. 62.* Sed ad hoc, vt sciat, † vtrum sit hæres vniuersalis, an verò particularis, debet hæredis vniuersalis exitum expectare, quia, si is adibit hæreditatem, ipse particulariter institutus habebitur loco legatarij, & rem tãtum sibi relictam obtinebit, *l. quoties. 13. C. de hæred. inst.* Quod, si vniuersalis ante aditam deficiat, puta repudiet, aut etiam moriatur, & simus in casibus, in quibus hæreditas non adita non transmittitur, vt est regulare *l. vn § in nouissimo. C. de cad. toll.* tunc sublata mentione rei fiet hæres vniuersalis, siue, vt vulgò dicimus, totam per ius accrescendi hæreditatem obtinebit, *vt patet ex ijs, quæ diximus in hoc cap. q. 9 nu. 16. & seqq.* Idque procedet non solum, si fuerit institutus in proprietate, sed etiam, si in vsufructu, quoniam etiam ei tota hæredi-
169 tas accrescit deficiente vniuersali, † *vt diximus in hoc cap. q. 10. num. 20. Et est in confesso apud eos, quos referemus num. 292. & seqq.*
170 Planè debent hæc intelligi, si † res illa particularis, siue sit proprietas, siue vsusfructus fuerit relicta titulo institutionis; Nam, si titulo legati, aut fideicommissi, non procedetent, quia non, vt hæredi particulari, ita & particulari legatario, vel fideicommissario tota hæreditas accrescit, si vniuersalis hæres deficiat, sed ea destituto testamento pertinebit ad venientes ab intestato, *vt latè ostendimus in hoc cap. q. 11. num. 1. & seqq.* Quando autem res particularis censeatur relicta titulo institutionis, quandovè titulo legati, vel fideicommissi, ex ijs erit deducendum, quæ diximus *in hoc ipso cap. q. 12. per tot.* vbi quæstionẽ hanc fusiùs exposuimus.

Illud sanè diligenter obseruandum est etiamsi res fuerit relicta titulo legati, aut fideicommissi, non tamen in terminis huiusprimi casus esse dubitandum de validitate re-
171 licti, † si modo hæreditas ab instituto ex die
172 postea adeatur: Nam, † aut relicta est proprietas, & certum est, valere relictum, nec posse postea fieri caducum, quia etiamsi legatarius moreretur ante aditam hæreditatem,
nihilo-

nihilominus transmitteret legatum ad suos
hæredes, stante, quod eius dies cedit à morte
testatoris. *l.vn.§.cum igitur, & §. in nouissimo.*
C.de cad.toll.l.si post diem. 5. in prin. ff. quand.
dies leg. ced. Aut verò relictus est vsusfructus,
& adhuc validum censetur relictum, quia, li-
cet eius dies non cedat, nisi ab adita hæredi-
tate, *vt mox dicemus*, & hac ratione non vi-
deatur interim posse legatario vtilitatem af-
ferre, tamen, quia hæres ex certo die institu-
tus potest, quandocunque voluerit adire, *vt*
supra dictum est, & ita potest adire, dum ad-
huc viuit vsufructuarius, quo casu vtetur frue
tur vsque ad mortem, ideo hoc respectu cen-
setur vtile relictum, nec de eius validitate du-
bitari poterit, sed solum in terminis, in qui-
bus hæres vniuersalis post ipsius vsufructua-
rij mortem, & sic ex incerto die fuit institu-
tus iuxta terminos tertij casus, quem postea
referemus.

Secundus verò casus est, quando dies, ex
quo fuit hæres vniuersalis institutus, est quidē
incertus, puta est dies mortis, sed est talis, vt
pro certo habeatur, Et tunc eadem dicenda
sunt, quæ diximus in casu præcedenti, scili-
cet, quia paria sunt, diem esse certum, vel
173 incertum, sed pro certo haberi † *d.l.hæres meus*
78.in prin.ff de cond.& demonst. Huius rei duo
possunt exempla afferri, vnum in specie, qua
testator instituit aliquem hæredem vniuersa-
lem, cum ipsemet institutus morietur: Nam
talis institutio censetur quidem collata in diē
incertum, sed, qui pro certo habetur, & secū-
dum certi diei naturam regulatur, *vt ostendi-*
mus supra num. 83. & seqq. Quamobrem in
hac specie procedent ea, quæ diximus in ca-
su præcedenti. Alterum verò exemplum af-
ferri potest in specie, qua testator vnum in-
stituit hæredem particularem, & post eius
mortem instituit monasterium, siue Eccle-
siam, aut hospitale; Nam, licet talis institu-
tio sit collata in diem incertum, tamen, quia
pro certo habetur, cum non possit non existe
re, *vt ostendimus supra num. 142. & seqq.* ideo
fit, vt etiam in hac specie procedant ea, quæ
diximus in præcedenti casu. Quamobrem, si
testator instituat vxorem in vsufructu, & post
eius mortem instituat Ecclesiā, siue monaste
rium, aut hospitale, poterit monasterium, vel
aliud corpus statim adire non expectata mor
174 te vxoris, † *secundum ea, quæ diximus supra*
num. 142. Et in his terminis scribunt Bald. in l.
id, quod pauperibus 24.num.27.vers.vel posset di-
ci C.de Episc.& cler.& cons.290.vol.3. Ang.in d.
l.hæreditas ex die 63.num.3. ff.de hæred.inst. Soc.
Iun d.cons.85.num.14. vers.præterea. licet num.
26.subijciat, opinionem non esse tutam vol.1. &
contrarium teneat Imol. in d.l. hæreditas ex die
34.num.9.vers sed certè isti modi, ff.de hæred.inst.
Vxor verò poterit etiam non expectata adi-
tione monasterij agnoscere vsumfructum, &
ita confirmare testamentum. *secundum ea,*
quæ dicemus infra num.202.& seqq. sed, vtrum
sit futura hęres vniuersalis, an verò particula-
ris pendebit ex voluntate monasterij: Nam,
si adierit hęreditatem, vxor non erit, nisi vsu
fructuaria, & consequenter habebitur loco
175 legatarij † *d l.quoties 13. C. de hæred. inst. Et in*
his terminis scribit Mant.d.lib.4. tit.5. art.5.n.9.
Quod, si hæreditatem repudiauerit, tunc
vxor fiet hæres vniuersalis, quia deficiente
instituto tota hæreditas censebitur ei accre-
176 uisse, † *secundum ea, quæ supra diximus.* At, si
vxor non fuerit in vsufructu instituta, sed eū
habuerit titulo legati, non poterit haud du
biè prætendere totius hæreditatis accretionē,
etiamsi monasterium repudiauerit, quia tam-
quam legataria ius accrescendi habere ne-
quit, *vt ostendimus in hoc cap. q. 11. nu.1.& seqq.*
sed vsumfructum quin obtinere possit, nulla
177 est dubitatio, † quia, cum hæres vniuersalis
subducto vitio temporis, quasi certi statim
adire possit, Consequens est, vt non sit dubi-
tandum, quin per talem aditionem relictum
vsumfructus confirmetur, ita, vt vxor duran-
te ipsius vita vti frui possit. *Ita scripserunt*
Bald.in d.l.id, quod pauperibus, 24.num.27.vers.
vel posset dici C. de Episc. & cler. Mantic. d.lib.
4.tit.5. artic.5. num.8.

Planè, quod diximus vxorem institutam
in vsufructu non fieri hæredem vniuersalem,
si monasterium, vel aliud corpus pium, quod
post illius mortem vocatum est ad totam hę-
178 reditatē, velit eam consequi, procedit, † quā-
do vocatio facta est verbis directis, ita, vt per
ea censeri possit facta institutio, *secundum ea,*
quæ diximus in hoc cap.q.4.& 12. per tot. Cœte-
rum, si facta sit verbis obliquis, ita, vt ad insti-
tutionem trahi nequeat, verius, & receptius
est, vxorem in vsufructu institutam dempta
mentione vsusfructus censeri hæredem vni-
uersalem, & grauatam hęreditatem post mor
179 tem suam monasterio restituere. † *Ita enim*
scripsit Alex.cons.162.nu.2.vers.& dato,& nu.3.
180 *vol.2.* quia, cum hæres rei certæ non dato co-
hærede vniuersali dempta mentione rei totā
consequatur hæreditatē. *l.1 § si ex fundo.ff.de*
hæred. inst. & nos latè diximus in hoc cap. qu. 7.
num.1.& seqq. & in proposito non fuerit vxo-
ri institutæ in vsufructu, & sic re certa datus
cohæres vniuersalis, cum monasterij vocatio
post illius mortem facta, tamquam concepta
verbis non directis non possit dici hæredis in-
stitutio, & sic datio cohæredis vniuersalis,
Consequens est, vt ea, tamquam non habens
cohæredem vniuersalem dempta mentione
vsusfructus debeat totam consequi hæredita-
tem; Sed quia testator post eius mortem vo-
cauit monasterium, ideo iure fideicommissi
tenebitur hæreditatem illi restituere, *secun-*
dum ea, quæ supra diximus.

Tertius casus est, quando dies, ex quo fuit
hæres vniuersalis institutus, est omnino in-
certus, vt est dies mortis tertij. *sicuti ostendi-*
mus supra num.67.& seqq. & cohæres particu-
laris ei datus fuit institutus in vsufructu, prout
euenit, cū testator instituit vxorē in vsufructu
omnium bonorū, & post eius mortem insti-
tuit fratrem, vel alium extraneum hæredem
vniuersalem, Et tunc de duobus dubitari so-
let, Primo, an valeat relictum vsusfructus.
Secundo verò dato, quod valeat, an hæres
post vxoris mortem institutus adire possit, &
quando, an verò potiùs censeatur hæreditas
vxori in vsufructu institutæ accreuisse.

Et primæ quidem dubitationis resolutio
videtur ab ea quæstione pendere, quam ve-
teres, vt perplexam dicunt esse de apicibus
181 iuris, † *vti videre est apud Ias. in l. filius a patre*
28.in princ.num.26.vers. ista quæstio ff. de lib. &
posth.

postb. & in d. l. extraneum 9. num. 5. vers. Quid
tenendum C. de hæred. inst. Duran. de art. testan.
tit. 6. caut. 39. num. 1. Mantic. de con. vlt. volunt.
lib. 4. tit. 5. in prin. num. 5. an scilicet valeat dis-
positio, quoties testator vxori legat vsumfru-
ctum omnium bonorum, & post eius mortē
instituit alium hæredem vniuersalem: Nam,
quia institutus in re certa habetur loco lega-
tarij l. quoties 13. C. de hær. inst. eaque ratione
particularis institutio legatum dicitur in l. ex
facto. 35. ff. eod. ideo, quæ de vsufructu vxori
legato dicuntur, videntur etiam de eo dicen-
da, qui titulo institutionis relictus est. At-
qui legatum vsusfructus vxori relictum non
valet, si post eius mortem hæres vniuer-
182 salis institutus sit, † vt sensisse videtur Ioan.
Andr. in addit. ad Specul. titul. de pignor. §. 1.
alias est tit. de diuers. caut. sub num. 16. in verb.
durat, & expressim censuerunt Ang. in l. qui fi-
lio 38. in prin. & ibi Imol. num. 1. & 2. vbi ait, se
putare, hanc partem esse de iure veriorem ff. de
hæred. inst. Imol. in l. filius à patre. 28. in prin.
num. 4. vers. ideo potest dici, & num. 6. vers. Nec
obstat, & ibi Alex. num. 3. vers. Istis tamen non
obstantibus ff. de lib. & posth. Imol. in d. l. hæredi-
tas ex die 34 num. 9. circa fin. vers. vnde de ista
quæstione ff. de hæred. inst. Alex. in d. l. extraneum.
9. num. 8. vers. & sic teneo C. eod. Ruin. cons. 54.
num. 18. vers. & in hoc, & cons. 206. nu. 22. vol. 2.
Et posse dici, quoties mortalis institutus est, fatetur
Bald. in l. id, quod pauperibus. 24 num. 27. versic.
vel possit dici C. de Episc. & cler. Ergo nec etiam
debet valere institutio vxoris facta in vsufru-
ctu. Non valere autem legatum videtur pro-
bari.

Primo l. qui filio. 38. in prin. iuncta gl. in verb.
183 qui filio ff. de hæred. inst. Nam, † si seruus ali-
cui legetur, & post legatarij mortem hæres
instituatur, non pro parte, sed ex asse, tale le-
gatum non valet, vt ibi Iulianus innuit, & ex-
pressim docet gloss. in verb. qui filio, & sequuntur
Bart. vers. quærit gl. & Bald. Alex. in d. l. filius
a patre. 28. in prin. num. 3. vers. Istis tamen non
obstantibus ff. de lib. & posth. ideo, quia nemo
est, qui viuo legatario adire possit, vt ibi voluit
gl. communiter approbata. At hæc ratio mili-
tat etiam, quando testator vxori legat vsum-
fructum omnium bonorum, & post eius mor-
tem instituit aliquem hæredē, quia viua vxo-
re nemo est, qui adire possit. Non debet igitur
184 valere legatum. † Ita arguunt Imol. in d. l. qui
filio, in prin. nu. 1. & 2. & Alex. in addit. ad Bart.
in d. l. hæreditas ex die post num. 1. in lit. c. & in d.
l. extraneum, num. 8. vers. sed contrariam, & in d.
l. filius a patre, num. 3. vers. Istis tamen non ob-
stantibus.

Secundo videtur hoc ipsum probari ratio-
185 ne: Nam, † quoties vsusfructus alicui relin-
quitur, aut relictus intelligitur post mortem,
tale relictum nullius est momenti, tamquam
collatum in tempus, quo finiretur vsusfru-
186 ctus, etiamsi vtiliter constitutus esset † l. Titio,
cum morietur 57. ff. de vsufr. & scribunt omnes,
quos referemus infra num. 189. Sed cum testa-
tor vxori legat vsumfructum, & post eius
mortem instituit aliquem hæredem vniuer-
salem, vsusfructus, licet, quoad figuram ver-
borum videatur relictus purè, & simpliciter,
effectu tamen censetur relictus post mortem
187 ipsius vxoris, † quia dies vsusfructus etiam pu-
rè, & simpliciter relicti non cedit ante aditā
188 hæreditatem † l. vn. §. dies ff. quand. dies vsusf.
leg. ced. l. 2. ff. quād. dies leg. ced. l. vn. §. libertatibus
vers. excepto C. de cad. toll. & in proposito nō po-
test hæreditas adiri ante mortem vxoris, cum
hæres post eius mortem institutus, tamquam
vocatus ex die incerto, qui conditionem in
testamento facit, debeat expectare diem an-
te, quam adire possit, vt diximus supra num.
70. & seqq. Ergo tale relictum, tamquam col-
latum post vxoris mortem debet censeri in-
utile, cum nullam ei, aut in vita, aut post
mortem sit vtilitatem allaturum, non in vita,
quia dies eius nondum cessit, neque post mor
tem, quia vsusfructus etiam iure constitutus
morte finitur, & ad hæredes non transfertur.
189 † Ita ratiocinantur Io. Andr. in addit. ad Specul.
d. tit. de pigno. §. 1. qui alias est tit. de diuers. caut.
sub num. 16. in verb. durat, Bald. in d. l. filius a pa-
tre. 28. in prin. vers. ego dico, & ibi Ang. num. 2.
Castr. num. 5. Imol. num 4. in prin. & vers. Ideo
potest dici Ias. num. 26. ff de lib. & posth. Bald. in
d. l. hæreditas 34. vers. quæro hic testator, & ibi
Imol. num. 9. Alex. in addit. ad Bart. post num. 1.
in lit. c ff. de hæred inst. Bald. in d. l. extraneum. 9.
num. 4. & ibi Alex. num. 8. Ias num 5. C. de hæ-
red. instit. Bald. in d. l. id, quod pauperibus 24. nu.
27. C. de Episc. & cler. Roman. cons. 71. num. 1.
quod consilium reperitur etiam inter cons. Castr.
cons. 280. vol. 1. Cast. cons. 459. nu. 1. vol. 2. Alex.
cons. 58. num. 2. vol. 3. Gul. Ben. in d. cap. Raynu-
tius, in verb. reliquit, num. 7. Pic. in l. Titia. 35.
§. fin. num. 97. vers. Redeundo, & num. 104. vers.
Aliquando & tertio. ff. de leg. secundo. Duran. d.
tit. 6. caut. 39. num. 3. Mantic. d. lib. 4. tit. 5. in
prin. num. 16 & seqq. & artic. 10. num. 2. & 3.
Menoch. de præs. lib. 4. præs. 141. num. 36. Peregr.
de fideic. artic. 5. num. 22.

Tertio videtur hoc idem ea ratione con-
190 firmari, quia, † aut vxor viuens vult conse-
qui vsumfructum, quasi ab intestato, & non
potest, quia, cum spes sit ex testamento posse
adiri hæreditatem, sequitur, non posse intesta
tæ successioni fieri locum. l. quandiu 39. ff. de
acq. hæred. aut verò vult eum consequi, quasi
ex testamento, & nec etiam potest, quia ne-
mo est, à quo legatum peti, seu præstari pos-
sit, cum hæres institutus non potuerit viua
vxore adire hæreditatem. Ergo nullo iure
potest vxor, quandiu uiuit, consequi usum-
fructum. Ita dubitando ratiocinantur. Bald. in
d. l. filius à patre. 28. in prin. uers. ego dico, & ibi
Ang. num. 2. ff. de lib. & posth.

Quarto, & ultimo uidetur id ipsum proba-
191 ri ea ratione, quia † dispositio testatoris, quę
continet in se perplexitatem, & repugnantiā,
192 nullius est momenti † l. si Titius 16. ff. de condit.
instit. l. ubi pugnantia. 149. ff de reg. iur. & nos di-
cemus etiam in 10. cap. q. 17 nu. 9. Sibi enim im-
putare dēt testator, cur nō disposuerit eo mo-
do, quo debuit, sed perplexè loquēdo effece-
193 rit, vt dispositio effectū sortiri nequeat, † vt di-
ximus supra numer. 11. & in his terminis consi-
derant Imol. in d. l. filius a patre. nu. 5. vers. Nec
etiam est absurdum, & Mantic. d. lib. 4. tit. 5. in
prin. numer. 20. At, cum testator vxori legat
vsumfructum, & post eius mortem instituit
hęredem, talis dispositio continet in se per-
plexitatem, & repugnantiam, quia testator
legando vsumfructum vult, vxorem durante

ipsius vita posse vti frui; Contra verò insti-
tuendo hæredem post ipsius mortem, & ita in
illud tempus differendo hæreditatis aditio-
nem, vult eam ante mortē non posse vti frui.
Ergo talis dispositio, tamquam perplexa, &
manifestam in se continens repugnantiam
nullius debet esse momenti. *Ita arguunt Ro-
ma.d. cons. 71.num.1.vers.Præterea, Castr.cons.
279.num.1.vol.1. Alex.in d.l. extraneum 9.nu.
8.vers.sed contrarium C.de hæred.inst. Ias.in d.l.
filius a patre. 28. in prin. num.26.vers. videtur
ergo, ff.de lib. & posth.*

Nec videtur obstare, si dicatur, voluntatē
194 testatoris omnimodo esse seruandam † *§.hinc
nobis, Auth. de hæred. & Falc. coll.* 1. quia hoc
195 verum est, si eius dispositio sit legitima † *l.
cum quæstio.23.in fin.C.de legat.* & talis, vt ser-
196 uari possit † *l. quæ sub conditione. 8. §. quoties,
vers. Non videtur ff.de cond.inst.* Coeterùm, si
sit impossibilis, aut legibus refragetur, magis
est, vt, tamquam nulla non debeat obseruari
197 † *l.si quis enim.16.ff. de cond. & dem. §.vlt. Inst.
de legat. Auth.de iureiur.a mor.præst.in prin.coll.*
198 5. quia † nemo potest facere, quin leges ha-
beant locum in suo testamento *l.nemo potest.
58. ff.de leg.primo,*

Verum his non obstantibus certi iuris est,
valere dispositionem, & vtiliter factam cen-
seri, si vsusfructus fuerit vxori relictus titulo
institutionis, licet hæres vniuersalis post eius
199 mortem institutus sit. † *Ita enim scripserunt
Bald.in d.l.id quod pauperibus.24 num.27.vers.
sed ego ostendo C.de epis.& cler.Imol.in d.l. filius
a patre.28.in prin num.6.in prin.& vers.Nec ob-
stat, & ibi Alex. num.5. Alex.in d.l.extraneum.
9.num. 9. & ibi Ias num.6 vers.3.principaliter
limita C.de hæred. inst. Pic.in l. Titia. 35. §.fin.
num.98. & 99. vers. ex quo correlariè, & num.
101.vers. Aliquando vero & 2. ff. de leg.2. Gul.
Ben.in d.cap. Raynutius in verb.reliquit,num.9.
vers. 3. maxime,& num.8 vers.2. Ruin.cons.54.
num. 15. & 16.in prin. & vers.sicut ergo,& nu.
18.vers.& in hoc,& cons.206.nu.22.vol.2.Ceph.
cons. 607.num.29. Mantic.de con.ult.vol.lib.4.
tit.5.art.2.num.5.& 7.vers.sed Pitius,& artic.9.
num.1.vers.sed breuiter,& nu.2. Men.cons.273.
num.4.& 5.& de præs.d.lib.4.præs.141.num.23.
& 26.* Quamuis enim dubitetur, quoties est
relictus titulo legati, non tamen dubitatur,
quoties est relictus titulo institutionis, quia
200 † siue dicamus vxorem detracta mentione
vsusfructus fieri hæredem vniuersalem, *secun-
dum opinionē eorum, quos referemus infra num.
292.* siue non fieri, nisi vsufructuariam, *secun-
dum opinionem aliorum, quos referemus num.
339.& 343.* semper verum est, posse eam, quā-
diu vixerit, vtiliter, & tutò, idest sine periculo
restitutionis vsumfructum percipere: Nam, si
dicamus, eam fieri hæredem vniuersalem,
res caret omni dubio, quia eo modo conse-
quitur per se, & propria authoritate, non so-
lum vsumfructum, sed etiam proprietatem,
& ita vsumfructum non formalem, sed causa-
201 lem, † *vt declarant Bald.in d.l.id, quod pauperi-
bus. 24.num. 27. vers. sed ego ostendo C.de Epis.
& cler. Ceph. d. cons.607.num.64. Roll.cons.29.
numer.26 vol.4. Mantic.d. lib.4.tit. 5.artic.20.
num.11.* At, si dicamus, eam non consequi,
nisi vsumfructum formalem, & hæreditatem
ad illum pertinere, qui post ipsius mortem in-
stitutus est, adhuc idē resultat effectus, quia,
cum ipsa, tamquam hæres in vsufructu, & sic
re certa instituta possit statim, & per se, ac
propria authoritate capere rem sibi relictam,
202 † *secundum ea quæ diximus in hoc cap q.9. num.
43. Et in specie de uxore in usufructu instituta
scripserunt Imol. in d.l. filius a patre. 28.in prin.
num.6.& 14.ff.de lib.& posth. Alex.in d.l.extra-
neum.9. num. 9. C. de hær.inst. Dec.d.cons.277.
num.9.Gul.Ben.in d.cap. Raynutius, in uerb.re-
liquit.num.8. uers.2 Ruin. cons. 51.num.6.uers.
& quia iure, & numer. 10.uers. Nec obstat,& d.
cons.54. num. 14. vers. & propterea, & num.16.
vers sicut ergo & d. cons 206.nu. 21.vers. quibus
non obstantibus,& nu.22.vol.2.Pic.in d.l.Titia.
35.§ fin.num.98. vers. Attende,& num.99.vers.
sed tenendo, & vers. ex quo correlariè ff. de leg.2.
Mantic.d.lib.4.tit.5.art.2.num.7.vers sed Pitius;
& num. 8. & artic.7.num. 1. & artic.9.num.1.
vers.sed breuiter. Men.cons.105.num.70.& 71.
& de præs.d.lib.4 præs.141.num.13.& 23. Andr.
Fach. lib. 4.controu.cap. 16. vers.ergo priorem,*&
ita confirmare testamentum, & efficere, vt
de ipsius validitate non possit amplius dubi-
203 tari, † *secundum ea, quæ dicemus in hoc cap.q.62.
Et in specie de vxore in vsufructu instituta scri-
bunt Imol in d.l. filius a patre, num.14. Alex.in d.
l.extraneum num.9. Gul. Ben.in d.cap. Raynu-
tius, in verb.reliquit,num.8.vers.2. Ruin.d.cons.
54.num. 16.in prin. & vers. sicut ergo, & d.cons.
206 num.21.vers.quibus non obstantibus,& nu.
22.vol.2. Pic.in d.l.Titia.35.§. fin.num.104.ff.
de leg.2. Mantic.d.lib.4.tit.5 artic.2.num.7.vers.
sed Pitius, & num.8 & d.artic.9.num.1.vers.sed
breuiter, Men.d. lib.4.præs.141.num 13.26.&
31.* stante, quod, si postea adeatur ab institu-
to hęreditas, retrofingitur adita ex die mor-
tis, & ita vxor virtute huius fictionis censetur
semper vsumfructum post aditam hæredita-
tem percepisse, *vt declarant Imol in d.l.filius a
patre.28.in prin.num.6.& 14 vers.& propterea,
Ruin cons.21.num.15.vers. Nec obstant contra-
ria,& d.cons.54.num. 14.uers.& propterea, & d.
cons.206 num.21.uers. quibus non obstantibus,
uol.2.Pic.in d.l.Titia.35.§.fin. num. 103.uers.
aut sunt instituti alij.ff.de leg. 2. Mantic.d. lib.4.
tit.5.artic.2.num.7.uers.sed Pitius, & art.7. nu.
1.& 15.* Quod, si non adeatur, sed deficiat, pu-
ta, quia institutus repudiet, vel ante aditam
moriatur, censetur ipsi vxori, iam vsque ab
204 initio tota hæreditas accreuisse, † *ut scribunt
Imol. in d. l. filius à patre. 28. in prin. num. 6.
Ruin.d.cons.51.num.15.uers. Nec obstant con-
traria,& d.cons.54 num.7.& 14.uers.& propte-
rea,& d.cons.206. num. 21. uers.quibus non ob-
stantibus uol.2.Pic.in d.l.Titia.35. §.fin. num.
103.uers.aut sunt instituti alij. Mantic. d. lib.4.
tit.5 artic. 2.num.7.uers sed Pitius,& artic.7.nu.
1. & 15. Pereg. cons. 63. num. 8. & 10. uol. 3.
Christo. Mart. Medic.decis.5.numer.6.* &, licet
prius decesserit, quam factus sit iuri accrescē-
di locus, nihilominus censetur hæreditatem,
quasi iam vsq; ab initio quæsitam ad suos hę-
205 redes transmisisse, † *ut dicemus in hoc cap.q.62.*
ideo non est, quod dubitetur, quin valida, &
vtilis sit dispositio, cum, siue adeatur, siue re-
pudietur hæreditas omnimodo sit vxor vsū-
fructum, quandiu vixerit, habitura, *ut in specie
declarant Imol. in d.l. filius a patre. 28. in prin.
num.6.& Ruin. d. cons.54.num.15.& 16.uers.
sicut ergo uol.2.*

Neq;

Neq. obstat contrarium, quia respondeo, Primo hæredem iure certa institutum, licet in multis participet de natura legatarij, in duobus tamen participare de natura hæredis vniuersalis, quæ in proposito operantur, vt licet dubitetur de validitate dispositionis, quoties vsusfructus relinquitur titulo legati, si hæres vniuersalis post vsufructuarij mortem institutus sit, non tamen dubitetur, quoties relinquitur titulo institutionis: Primum enim participat in eo, quia, quemadmodũ hæres vniuersalis potest authoritate propria apprehendere possessionem omnium rerum hæreditariarũ, *ut diximus in hoc cap. q. 3. num. 98.* ita etiam eam apprehendere potest hæres in re certa institutus, *ut diximus in hoc ipso cap. q. 9. num. 43.* quod tamen facere non posset, si in hoc haberetur loco legatarij, scilicet, quia legatum debet capi de manu hæredis §. 1. *Inst. de legat. l. 1. ff. quor. lega.* Secundo verò participat in eo, quia, quemadmodum hæres vniuersalis habet respectu hæreditatis ius accrescendi *l. un. §. his ita definitis C. de cad. toll. & patet ex ijs, quæ diximus in 6. cap. q. 1. num. 2. & q. 18. num. 12.* ita etiam id habet hæres in re certa institutus, *ut diximus in hoc cap. q. 9. num. 16.* quod alioquin nõ haberet, si in hoc censeretur iure legatarij, *ut patet ex ijs, quæ diximus in hoc cap. q. 11. num. 1. & seqq* Hæc efficiunt, vt de validitate dispositionis non possit dubitari, quoties vsusfructus est relictus titulo institutionis, licet dubitetur quoties est relictus titulo legati, quia vxor, quæ fuit in vsufructu instituta, potest authòritate propria eum capere, & ita confirmare testamentum, propterea, quod, etiamsi postea deficiat hæres vniuersalis, non tamen subest periculum, ne testamentũ infirmetur, cum ipsi vxori censeatur iam vsq; ab initio tota hæreditas accreuisse, *ut supra dictum est,* quæ ratio cessat, quoties vsusfructus relictus est titulo legati, quia legatarius, nec propria authoritate capere potest relictum, nec, si deficiat hęres vniuersalis, totius hæreditatis accretionem habet. *ut supra dictum est.* Quamobrem non immeritò de validitate dispositionis dubitatur.

Secundo respondeo dato etiã, quod vxor in vsufructu instituta habeatur loco legatariæ, imo quod re vera sit legataria, vt, quia testator ei simpliciter vsumfructũ verbis obliquis, aut communibus reliquerit, nihilominus relictum ex veriore, & receptiore sententia valere, & vxori commodum afferre, quãdiu vixerit. Et quidem sine dubio, si post eius mortem institutus sit filius, aut alius, cui legitima debeatur: Nam, quia pro illius quantitate dies, seu conditio de institutione reijcitur, & pro non adiecta habetur *l. quoniam in prioribus. 32. C. de inoff. testa.* eaq; ratione filius, quasi purè institutus potest statim, saltem pro rata legitimæ adire hæreditatẽ, siue (vt verius loquar) paternis bonis se immiscere, ideo fit, vt, quasi confirmato testamento non possit ampliùs dubitari, quin validum, & vtile censeatur relictũ vsusfructus.
206 † *Ita in specie scripserunt Io. Andr. in add. ad Specul. d. t[...]ic pignor §. 1. alias est tit. de diuer. caut. sub nu. 16. in uerb. durat, Alex. in d. l. extraneum. 9. nu. 8. uers. quod tamen limitat, & ibi Ias. num. 6. uers. primo limita C. de hered. inst. Alex. in d. l. filius a patre. 28. in prin. num. 5. ff. de lib. & post. Gul. Ben. in d. cap. Raynutius, in uerb. reliquet, num. 8. Paris cons. 97. num. 2. uol. 2. Pec. in d. l. Titia § fin. num 97. uers. Aliquando enim, & primo, Soc iun. cons 85. num. 12. uol. 1. Mantic. d. lib. 4 tit. 5. art. 3. Andr. Gail lib. 2. obs. 143. num. 4. uers. & ista opinio. Pereg. de fideic. artic. 5. num. 25. Men. cons 273. nu. 3. & de præs. d. lib. 4. præs. 141. num. 10. uers. secundum, & num. 12. & 23.*

Nec obstat, si dicatur, non posse relictum sustineri, stante, quod testamentum censetur ipso iure nullũ eo ipso, quod filius post vxoris
207 mortem institutus est, † *vt censuerunt Dec. cons. 478. in prin. uers. sed breuiter, & Alcia. cons. 11. numer. 13. lib. 5.* cum censeatur institutus sub conditione casuali, nempe, si fuerit superstes, quo tempore morietur vxor, quæ res est casualis, *vt declarant ij, quos retulimus supra post num. 75.* & in defectum eius conditionis non
208 fuerit exhæredatus, ideoq; † videatur præteritus, & per consequentias nullum reddat testamentum *l. si pater. 4. C. de inst. & subst. l. Lucius Titius. 82. ff. de cond. & dem. & nos etiam diximus supra num. 76. & 77.* Idque videri etiam hodie procedere, cum id, quod dicitur, de institutione filij reijci diem, & conditionem pro quantitate legitimæ *d. l. quoniam in prioribus. 32. C. de inoff. test.* locum habeat, si conditio sit potestatiua, non etiam, si casualis,
209 † *ut declarant Bart. cons. 13. num. 2. lib. 1. Bald. in d. l. quoniam in prioribus. 32. num. 1. in fi. C. de inoff. test. Soc. Sen. cons. 97. num. 3. & cons. 98. nu. 1. uol. 3. Alcia. d. cons. 11. num. 14. lib. 5. ubi ait, hãc esse communiorem, Duran. de art. test. tit. 3. caut. 1. num. 3. ubi ait, contrariam opinionem communiter improbari*, quia verius est, imo testa-
210 mentum valere, † *ut rectè tradiderunt Bald. cons. 80. num. 1. uol. 4. Carol. Molin in addit. ad Dec. d. cons. 478. in prin. in uerb. præteritionis, Mantic. d. lib. 4. tit. 5. art. 2. num. 5. Men. d. lib. 4. pręs. 141. num. 23. Pereg. cons 58. num. 7 uol. 3. Et pro in dubitato supponunt ij, quos retulimus supra num. 206. & referemus infra numer. 308.*
211 Nam, † cum pro quantitate legitimæ reijciatur dies, & conditio, & perinde sit, ac si filius purè, & simpliciter fuisset institutus *d. l. quoniam in prioribus*, Consequens est, vt testamẽtum non possit censeri nullum: Non enim nullum dici potest testamentum, in quo filius non est præteritus, sed institutus § *ceterũ, Auth. ut, cum de app. cogn. coll. 8. Et in proposito scribit Mantic. d. lib. 4. tit. 5. artic. 2. num. 5.* & præteritus dici non potest, qui institutus est sub conditione, quę reijcitur, & pro nõ scripta habetur, *ut ait Men d. lib. 4. pręs. 141. num. 23.* scilicet, quia institutio, seu dispositio sub tali
212 conditione facta pro pura habetur † *l. quæ sub conditione. 8. § ult. in fi. & l. conditiones, quę contra 14. ff. de cond. inst.*

Nec obstat, quod ita demum reijciatur cõditio, si sit potestatiua, secus, si casualis, quia verius, & receptius est, imo reijci, etiam si sit
213 casualis, † *vti uidere est apud Bald. d. cons. 80. num. 1. uol. 4. ubi ait, hanc opinionem esse ueriorẽ. Clar. in §. testamentum q. 39. in fi. ubi relatis multorum authoritatibus subijcit, hanc esse magis cõmunem, & ueriorem, & cum sit æquior, & faueat testamento, & adsint tot Illustres dd. affirmantes illam in practica communiter obseruari, non esse*

ab ea consulendo, & iudicando recedendum. Idem
scribit Mantic. d. lib. 4. tit. 5. artic. 2. num. 6. ubi
ait, hanc esse veriorem, & hodie a posterioribus
magis receptam, & probat l. scimus. 36 §. cum au-
tem C. de inoff. test. ad quam non potest bona res-
ponsio accommodari, ut ibi Clar ait. Quamobrē
non est dubitandum, quin valeat legatum, si
vsusfructus fuerit vxori relictus, licet post
eius mortem institutus sit filius, *vt supra di-*
ctum est.

Et simili modo non est dubitandum, quin
valeat, si post eius mortem institutus sit ex-
traneus, & ei datus sit alius cohęres particula-
214 tis, in re certa, † *ut scribunt Alex. in addit. ad*
Bart. in d. l. hereditas ex die. 34 post num. 1. in lit.
c. ff. de her. instit. & d. cons. 58. num. 3. vol. 3. Ias. in
d. l. extraneum. 9. num. 6. vers. 4. & vltimo C. de
her. inst. Gul. Ben. in d. cap. Raynutius, in verb.
reliquit, numer. 9. vers. Quarto, Ruin. d. cons. 54.
num. 16. vers. & sic in dictis locis, & d. cons. 206.
nu 22. vers. & idem etiam, vol. 2. Pic. in d. l. Titia.
§ fin. num. 97. vers. Confirmatur, & num. 106.
insi. Purp. cons. 558. num. 28. Mantic. d. lib. 4 tit.
5. artic. 12. Pereg. de fideic. d. artic. 5. nu. 24. Men.
215 *d. lib. 4. pręs. 141. nu. 7.* quia, † cum is possit au-
thoritate propria, & statim agnoscere rem si-
bi relictam, *vt diximus in hoc cap. q. 9. num. 43.*
& ita confirmare testamentum, & quæcunq;
in eo relicta sunt, *vt dicimus in hoc cap. q. 62.*
Consequens est, vt de vsusfructus relicti vali-
ditate non possit ampliùs dubitari. *Ita ratio-*
cinantur Ias. in d. l. extraneum. 9. num. 6. vers. 4.
& vltimo, Gul. Ben. in d. cap. Raynutius, in verb.
reliquit, num. 9. versic. Quarto, Ruin. d. consil. 54.
num. 16. vers. & sic in dictis, vol. 2. Purp. d. cons.
558. num. 28. Mantic. d. lib. 4. tit. 5. art. 12. Pereg.
d. artic. 5. num. 4.

At, si post vxoris mortem institutus sit ex-
traneus & nullus adsit cohæres in re certa in-
stitutus, tunc maior est dubitatio, *propter ea,*
quæ in contrarium adduximus. Sed adhuc ve-
rius & receptius est, legatum valere, & eius vi
posse vxorem, quandiu vixerit, vsumfructum
216 percipere. † *Ita enim censuerunt Bald. in d. l. id,*
quod pauperibus. 24. num. 27. vers. sed ego osten-
do, & vers. aut vxor, C. de episc & cler. Roma. d.
cons. 71. num. 4. vers. & ideo videtur, & circa fin.
vers. ex quibus, Castr. cons. 279. num. 1. vol. 1. &
cons. 459. numer. 1 vers. Breuiter, & num. 2. vers.
Breuiter Bald. vol. 2. Alex. in addit. ad Bart. in d.
l. hereditas ex die, post num. 1 in lit. c. vbi ait, hanc
opinionem esse æquam, & consonam voluntati te-
statoris, & d. cons. 58. num 2. vol. 3. Ias in d. l. ex-
traneum 9 num. 5, vers. Quid tenendum, & nu.
6. & in d. l. filius a patre. 28 in prin. num. 26. vers.
Ego semper tenui ff. de lib. & post. Pic. in d l Titia.
§. fi. numer. 106. vers sed tenendo, Gul. Ben in d.
cap. Raynutius, in verb. reliquit, num. 7. vers. &
certè, & in fi. Soc. Iun. d. cons. 85. numer. 13. vol. 1.
Carol. Molin. in addit. ad Alex. cons. 162. in fi.
vol. 2. ubi ait, contrariam opinionem esse iniquam,
tamquam repugnantem voluntati testatoris, &
naturę subiectę materię, Couar. lib. 2. varia. resol.
cap. 2. num. 5. Andr. Gail. lib. 2. obs. 143. num. 2.
vers. sed omissis, Mantic. de con. ult. vol. d. lib. 4. tit.
5. in prin. num. 21. vers. sed, & si hæ rationes, &
artic. 9. num. 1. vers. sed breuiter. & num. 2. & ar-
tic. 10. num. 4. vbi testatur, hanc sententiam, quæ
est benignior, magis esse receptam, Crass. in § lega-
tum. q. 23. num. 2. vers. contrarium, vbi ait, hanc
esse veram, & æquam, Men. d. cons. 273. num. 1,
& d. lib. 4. præs. 141. numer 39. vers. contrariam,
Pereg de fideic. d. art. 5. num. 23. Andr Facb. lib.
217 *4. controu cap. 18. vers. existimo:* Nam, † cum ex
ipsamet dispositione testatoris constet eius
mentem, & intentionem fuisse, vt vxor, quā-
diu viuet, percipiat vsumfructū, nec aliquod
subsit impedimentū, quominus eius volun-
tas seruari possit, cum varia sint iuris remedia
quibus mulieri succursum est, vt obtineat re-
lictum, *sicuti ostendemus infra n. 219. & sqq. &*
in proposito considerat Men. d. lib. 4. præs. 141.
nu. 40. Consequens est, vt talis voluntas om-
nimodo seruari debeat *§. hinc nobis Auth. de*
hered. & Falc. coll. 1. Et, licet inspecta iuris sub-
tilitate possit eius validitas in dubium reuo-
cari, nihilominus debet benigna interpreta-
tione sustineri *l. posthumus. 12. in prin. ff. de*
iniust. rupt. ne nimia subtilitate, & scrupulosi-
tate iuris defunctorum iudicia defraudentur
contra l. si quis heredem 7. C de inst. & subst. Ita
ratiocinatur Mantic. d. lib 4. tit. 5. artic. 10. nu. 4.
Maximè, cum in dubio sumenda sit interpre-
tatio, quæ sustinet actum *l. quoties. 13. ff. de*
reb dub. Et in his terminis cōsiderat Men d. lib. 4.
præs. 141. num 40 quæq testamento, siue vlti-
mę voluntati fauet, *l. si pars. 10. ff. de inoff. &*
in proposito considerant Roma. d. cons. 71. num. 5.
vers & hanc opinionem, & Ias. in d. l. extraneum.
9. numer. 6. vers. & pro ista parte C. de hered. inst.
Neq; in hoc magna est inter nostros contro-
218 uersia, cum ita de consuetudine seruetur, † *vt*
Bald. in d. l. id, quod pauperibus. 24. n. 27. vers sed
ego ostendo C. de Epis & cler. Cast. d. cōs. 459. nu.
1. vers. Breuiter, & nu. 2. vers. Breuiter Baldus
vol. 2. Ias in d. l extraneum 9. num. 5. vers. Quid
tenendum C. de hered. inst. & in d. l. filius a patre,
28. in prin. nu. 26. in fi. ff. de lib. & post. Gul. Ben,
in d. cap. Raynutius, in verb. reliquit. num. 7. in fi.
Odd. cons 91. num. 26 vers. & consulendo. Pereg.
de fideic. d. artic. 5. num. 23. & alij passim attestan-
tur Sed controuersia vertitur in eo, quo iure,
quoue modo tale relictum sustineatur: Nam,
quia duo sunt eius sustinēdi modi, vnus, qui
pendet a voluntate, & facto hæredis, alter ve-
rò, qui in sola voluntate, & facto legatarij
consistit, ideo disputant nostri, numquid ex
illo, an verò ex hoc legatum vsusfructus su-
stineri possit.

Et quidem ex facto hæredis posse sustine-
ri dicitur dupliciter, & primo, si hæres viua
vxore, & sic pendente conditione institutio-
nis agnoscat bonorum possessionem secun-
dum tabulas, prout de iure prętorio facere
219 potest † *l. si quis instituatur. 23. in prin. ff. de*
hęred. inst. l. 2. §. si sub conditione l. si sub condi-
tione. 5 in prin. l. hi demum. 6. & l. si seruus 10. ff.
de bon. poss. sec tab. l. non tantum 3. §. si sub ta-
ff. de bon poss. contra tab. licet de iure ciuili non
possit adire hęreditatem, *vt diximus supra nu.*
24. & 70. Nam, quia illius beneficio cōsequi-
tur administrationem omnium bonorū, quæ
defunctus reliquit tēpore mortis, ita, vt, quasi
hæres, & bona distrahere, & creditoribus sa-
220 tisfacere possit † *d. l. si quis instituatur 23 in*
prin. ff. de hæred. inst. ideo per talem agnitio-
nem operatur, vt dies vsusfructus legati, per-
inde cedat, ac, si re vera hæreditatem adijsset,
221 † *vt censuit Ang. in l. miles ita. 42. in prin. nu. 2.*
vers. Tu autem dic ff. de mil. testam. vel saltem
possit,

poſſit, tamquam adminiſtrator, & vices hære-
dis gerens præſtare legatarijs, & fideicom-
miſſarijs ea, quæ a teſtatore relicta ſunt,
222 † *vt malunt Decian. conſ. 129. nu. 64. verſ. Non
obſtat vltimum vol. 3. & Men. conſil. 105. num.
52. & 67. verſ. Non obſtat tertium, & de præſ. d.
lib. 4 præſumpt. 141. num. 43. verſ. Quartum,*
223 quia, † ſi poteſt creditoribus ſatisfacere, cur
non & legatarijs, qui creditorum loco ſunt,
224 † *l. is, cui ſub conditione. 42. ff. de actio. & oblig.*
eaque ratione legata hæreditariarum actio-
num loco haberi dicuntur *in l. hæreditariarũ.
39. ff. eod. Ita arguit Men. d. conſ. 105. nu. 68.*

Verùm hoc, neque legitimum eſt, neque
tutum legati ſuſtinendi remedium, eaque ra-
tione communiter ab omnibus reprobatur,
225 † *vti videre eſt apud Roma. d. conſ. 71. nu. 4. Alex.
conſ 162. num. 3. verſ. quia dico, vol. 2. Iaſ. in d. l.
extraneum. 9. num. 5. verſ. Iſtam opinionem C. de
hæred. inſt. Pic. in d. l. Titia. §. fin. num. 106. verſ.
alia fuit opinio Mantic. d. lib. 4. tit. 5. articu. 10.*
226 *num. 29. verſ. ſed hæc ſententia*; Nam † datio
bonorum poſſeſſionis, quæ pendente condi-
tione fit, licet tribuat ius adminiſtrationis, nõ
tamen quicquam operatur reſpectu eorum,
227 quæ ex teſtamenti validitate pendent, † ſcili-
cet, quia non eſt datio poſſeſſionis, quæ ius
tribuat, & ita confirmet teſtamentum. ſed eſt
ſimplex translatio poſſeſſionis ad effectum
curæ, & cuſtodiæ bonorum, quæ alioquin ſi-
228 ne cuſtode, & adminiſtratore perirent, † *vt in
ſpecie declarant Roma. d. conſ. 71. num. 4. Alex. d.
conſ. 162. num. 3. verſ. quia dico, vol. 2. Gomez to.
1. varia. reſol. cap. 2. num. 13.* Itaque, quoad ea,
quæ teſtamenti confirmationẽ, & ſic veram
aditionem requirunt, non magis operatur,
quam, ſi nulli data eſſet poſſeſſio. Quamobrẽ,
& iacens adhuc dicetur hæreditas, & legato-
rum, tutelarum, libertatumque dationes erũt
in pendenti vſque quo, vel conditio exiſtat,
quo caſu bonorum poſſeſſio, tamquam iure
agnita ius tribuet, & per eam cenſebitur con-
firmatum teſtamentum, & per conſequentias
omnia, quæ in eo relicta ſunt, vel conditio
deficiat, quo caſu, vel bonorum poſſeſſio ſe-
cundum tabulas cõuertetur in bonorum poſ-
ſeſſionem contra tabulas, aut vnde liberi, vel
aliam ab inteſtato contingentẽ, ſi ei poterit
eſſe locus fauore illius, cui pendente condi-
229 tione data fuerat poſſeſſio † *d. l. 2. §. ſi ſub con-
ditione, & d. l. ſi ſub conditione. 5. in prin. ff. de
bon. poſſ. ſec. tab. d. l. non tantum. 3. §. ſi ſub ca ff. de
bon. poſſeſſ. contrat.* vel bona ei auferentur, &
dabuntur ijs, qui ab inteſtato ſunt ſucceſſuri.

Hinc intelligimus, bonorum poſſeſſionẽ,
quæ pendente cõditione datur, nihil interim
ad teſtamenti, & legatorum confirmationem
230 operari, † quia talis confirmatio requirit ve-
ram hæreditatis aditionem, qualis non eſt
prædicta bonorum poſſeſſionis datio, *vt in
ſpecie declarant Roma. d. conſ. 71. num. 4. Alex.
d. conſ. 162. num. 4. vol. 2. Iaſ. in d. l. extraneum.
9. num. 5. verſ. Iſtam opinionem, & Mantic. d. lib.
4. tit. 5. artic. 10. num. 29. verſ. ſed hæc ſententia.*

Nec eſt contrarium, quod hæres, cui data
eſt huiuſmodi bonorum poſſeſſio, poſſit, vt
adminiſtrator creditoribus ſatisfacere. ideoq;
videatur etiam poſſe legatarijs, præſtare lega-
ta, cum legatarij creditorum loco habeãtur,
quia reſpondeo cum Papiniano in [illegible] 3. *in prin.
verſ. ſed creditor ff. de pignor.* legatarios non
benè creditoribus per omnia comparari:
231 † Nam legata non aliter valere poſſunt, quã,
ſi teſtamentum ratum eſſe conſtet, quod, niſi
adeatur hæreditas, dici nullo modo poteſt
*l. ſi patroni. 55. §. qui fideicommiſſariam, verſic.
Cum enim ff. ad Trebell.* At credita valent, &
debentur, etiamſi teſtamentum aditione
ratum non fiat, ideoque licet adminiſtrator
poſſit æs alienum perſoluere, tamquam id,
quod certum eſt deberi, ſiue adeatur, ſiue nõ
adeatur ex teſtamento hæreditas, non tamen
ſequitur, poſſe præſtare legata, quippe, quæ
ita demum certum eſt, debita iri, ſi adita fue-
rit hæreditas *l. ſi Titio 22. §. 1. verſ. quia defini-
tio ff. quand. dies leg. ced.*

Sed dato, quod, vt adminiſtrator hoc fa-
cere poſſit, non tamen eſſet hoc tutum legati
232 ſuſtinendi remedium, quia, † ſi poſtea non
adiretur hæreditas, vt, quia hæres poſt vxo-
ris mortem inſtitutus ea viuente, & ſic pen-
dente conditione decederet, corrueret teſta-
mentum, & ſimul cum eo corruerent legata,
*l. eam, quam 14. C. de fideicomm. Et in his termi-
nis eſt text. in d. l. ſi ſub conditione 5. §. 1. ff de bon.
poſſ. ſec. tab.* ideoque deberet vxor id omne,
quod viuens percepiſſet, quaſi ex indebita
cauſa perceptum, venientibus ab inteſtato re-
ſtituere.

Quamobrem alij frequentiùs cenſent,
aliud eſſe iuris remedium, per quod legatum
vſusfructus ex facto hæredis ſuſtineri po-
teſt, nempe, ſi ſtatim, & non expectata vxo-
ris morte adierit hæreditatem: Nam hoc
modo confirmabit teſtamentum, & efficiet,
vt dies legati ſtatim cedat, & vxor, quandiù
viuet, poſſit vti frui, nec periculo reſtitutio-
nis ſubijciatur: Licet enim aliàs de inſtitu-
tione facta poſt alterius mortem non reijcia-
tur dies, ſed expectari debeat, ad hoc, vt inſti-
tutus adire poſſit, *vt oſtendimus ſupra num. 70.
& ſeqq.* tamen in hac ſpecie non debet expe-
ctari, ſed hæres, quaſi purè inſtitutus ſtatim
adire poteſt, & adeundo confirmare teſta-
mentum, ac eo modo validum, & vtile red-
233 dere legatum, † *Ita enim cenſuerunt Bald. in d.
l. hæreditas ex die 34. verſ. quæro hic teſtator, &
ibi Ang. num. 3. verſ. quinimo, & verſ. ſed præce-
dens, ubi ait, hanc opinionem ſibi placere, tamquã
humaniorem, cum per eam diſpoſitio teſtatoris in
totum conſeruetur ff. de hæred. inſt. Bald. in d. l. fi-
lius a patre 28. in prin. verſ. Ego dico, & ibi Ang.
num. 2. verſ. ſed tu dicas Caſtr. num. 5. Iaſ num.
27. verſ ſed punctus; ff. de lib. & poſth. Bal. in d. l.
id, quod pauperibus 24 num. 27. ver. ex hoc ſequi-
tur, C. de Epiſc. & cler. Caſt. in l. 1. §. ſi ex fundo,
num. 3 ff. de hæred. inſt. & d. conſ. 459. num. 1. ver.
Breuiter. & num. 2. verſ. Breuiter Baldus, vol. 2.
Pic. in d. l. Titia, §. fin. num. 104. verſ. aliquando
vero teſtator, & num. 105. verſ. Alia, ubi ait, hanc
eſſe tutiorem, & ſibi magis placere, Gul. Ben. in d.
cap. Raynutius, in verb. reliquit, num. 7. verſ. &
certè, Pariſ. conſ. 97. num. 3. vol. 2. Carol. Molin.
in addit. ad Alex. conſ. 162. in fi. vol. 2. Couar. lib.
2. varia. reſol. cap. 2. num. 5. Craſſ. in §. legatum,
quæſt. 23. nu. 2. verſ. contrarium, Andr. Gail. lib.
2. obſ. 143. num. 2. verſ. ſed omiſſis, & num. 4. ubi
ait, hãc opinionẽ eſſe benigniorẽ, & materiæ ſubie-
ctæ, ac menti teſtatoris conſentaneam, ideoque iu-
dicem ab ea iudicando recedere non debere, Mant.
Tom. 2.*

de con. ult. uol. d. lib. 4. tit. 5. artic. 10. num. 23. Odd. conf. 91. num. 21. ubi ait, hanc esse crebriorem, & num. 25. ubi ait, esse magis communem, & omnino ueriorem, Pereg. de fideicomm. d. artic. 5. num. 23. in prin. & uers. opinio tamen, ubi pariter testatur, hanc esse receptiorem Men. d. conf. 105. num. 49. Gratia. cap. 518. discep. for. num. 39 & 40. & nouissimè Rota apud Farin. in recoll. decis. 162. num. 2. par. 2. Io. Maria Nouarius inter huius temporis I. C. nulli secundus par. 1. quęstio. for. qu.
234 *168 num. 5. uers. patet enim responsio,* quia † institutio hæredis, licet inspecto cortice verborum videatur esse conditionalis, tamquam collata post vxoris mortem, & sic in diem incertum, qui conditionem in testamento facit, *ut ostendimus supra num. 67. & seqq.* tamen in-
235 specta mente testatoris censetur pura, † *ut scribunt Bald. in d. l. id, quod pauperibus 24 nu. 27. uers. aut uxor, C. de Episc. & cler. Castr. d. conf. 459. num. 1. uers. Breuiter, & num. 2. uers. Breuiter Bald. uol. 2. Pic. in d. l. Titia, § fin. num. 105. uers. Alia, Paris. d. conf. 97. num. 3. 6. & 7. uol. 2. Ceph. conf. 472. num. 8. uers. 3. & num. 9. & 11. Carol. Molin. in add. ad Alex. d. conf. 162. in fin. uol. 2. Couar. d. lib. 2. uaria. resol. cap. 2. nu. 5. And. Gail d. lib. 2. obs. 143. nu. 2. uers. sed omissis, Crass. in d. § legatum, q. 23. nu. 2. uers. contrarium. Men. d. conf. 273. numer. 23. uers. uerum respondetur, Mantic. d. lib. 4. tit. 5. artic. 10. num. 23. & 29. uers. nam quod primo, & num. 30. Andr. Fach. li. 4. contro. cap. 18. uers. Nec improbabiliter, Rota apud Farin. d. decis. 162. num. 2 par. 2. Nouar. d. par. 1. quęstio for. q. 168. num. 5. uers. patet enim*
236 *responsio* quia † testator, qui vxori legat vsufructum, & post eius mortem instituit extraneum hæredem, non censetur adiecisse tempus mortis, vt suspendat existentiam institutionis, sed, vt in eum successiuè vsusfructus præferat vxorem: Mens enim eius est, vt, quandiu viuet vxor, ipsa tota potiatur vsufructu, nec ab hærede turbetur, & hac ratione instituit eum post vxoris mortem, non, vt suspendat institutionem, quoad effectum acquirendæ hæreditatis, sed, vt denotet, hæredem ea viuente nullum commodum vsusfructus cō-
237 sequi debere, † *ut declarant Bald. in d. l. filius à patre 28. in princ. uers. Ego dico, & ibi Ang. nu. 2. uers. sed tu dicas, Castr. num. 5. Ias. num. 27. uers. sed punctus, Bald. in dict. l. hęreditas ex die, uers. quęro hic testator, Castr. d. conf. 459. num. 1. uers. Breuiter uol. 2. Pic. in d. l. Titia, § fin. num. 105. uers. Alia. Paris. d. conf. 97. num. 3. uol. 2. Ceph. conf. 37. nu. 44. in fi. & d. conf. 472. nu. 11. Mant. d. lib. 4. tit. 5. artic. 10. num. 23. 24. & 29. uers. nam quod primo, Caro. Molin. in addit. ad d. conf. 162. Alex. in fi. uol. 2. Couar. d. lib. 2. uaria. resol. cap. 2. num. 5. Andr. Gail. d. lib. 2. obs. 143. num. 4. Crass. in d. § legatum, q. 23. nu. 2. uers. cōtrarium, Pereg. d. artic. 5. num. 23. Andr. Fach. d. lib. 4. contro. cap. 18. uers. Quod uero 2. Gratia. d. cap. 528. discept. for. num. 40. Rota apud Farin. d. dec. 162. num. 2. par. 2. Nouar. d. part. 1. quęst. for. q. 168. num. 5. uers. patet enim responsio.* Hanc autem esse men-
238 tem testatoris probatur ex eo, quia, † qui vult consequens censetur velle, et omne necessarium antecedens. *l. 2. ff. de iurisd. l. ad rem mobilem. 56. l. ad legatū. 62. ff. de procu.* Sed legatum vsusfructus est consequēs, institutio verò antecedens, scilicet, quia vsusfructus non potest deberi, nisi priùs adeatur hæreditas, et sic institutio effectū habeat, *vt diximus supra n. 188.* Ergo testator eo ipso, quod vult, legatum deberi purè, et statim, censetur etiam per necessarium antecedens velle, vt pura quoque sit institutio, et sic, vt hæres statim adire possit. *Ita ratiocinatur Bald. in d. l. id, quod pauperibus 24. num. 27. uers. aut uxor, & post eum Castr. d. conf. 459. num. 1. uers. Breuiter, uol. 2. Ias. in d. l. filius a patre, num. 27. uers. Ad idem benè. Gul. Ben. in d. cap. Raynutius, in uerb. reliquit, nu. 7. uers. & certè, Ceph. d. conf. 472. num. 80. Mant. d. lib. 4. tit. 5. artic. 10. num. 23. Crass. in d. § legatum q. 23. num. 2. uers. contrarium, Andr. Gail. d. lib. 2. obs. 143. num. 3. Peregr. d. artic. 5. num. 23.* Alioquin si vellet, institutionem in tempus mortis differre, efficeret, vt legatum vsusfructus esset inutile, quod, quia non est verisimile, cum nemo censeatur eligere viam ad impugnanda sua iudicia *l. 3. ff. de mil. test.* ideo
239 non est præsumendum. † *Ita arguunt Bald. in d. l. hæreditas ex die, vers. quæro hic testator, & ibi Ang. num. 3. vers. quinimo, & vers. sed pręcedens, Alex. in addit. ad Bart. post nu. 1. in lit. c. Pereg. d. artic. 5. num. 23.* sed potiùs (vt plerique putant) credendum, illa verba, post vxoris mor-
240 tem, fuisse apposita per errorem notarij, † qui nesciens exprimere mentem, & intentionem testatoris, quę erat, vt hæres non haberet commodum hæreditatis, nempe fructus, qui ex hęreditate percipiuntur, nisi mortua vxore, ita concepit verba, vt per ea, nō commodum institutionis, sed ipsamet institutio videatur post vxoris mortem collata, quasi testator non, nisi post eam voluerit, institutum esse hæredem, cum tamen aliud eum sensisse cōstet ex pręedictis, *vt scribūt Castr. in d. l. filius à patre, in prin. num. 5 & ibi Ias. num. 26 vers. videtur ergo, & nu. 27. vers. sed caue. Pic. in d. l. Titia § fi. num 97. vers. & causa, & num. 100. vers. sed postquam.*

Hinc sequitur, posse institutum, etiamsi moriatur viua vxore, transmittere hęreditatem ad suos hęredes, dummodo constet, eum priùs fecisse aliquem actum, ex quo aditio hę-
241 reditatis induci possit, † *vt scribunt Bald. in d. l. id, quod pauperibus, num. 27. vers. ex hoc sequitur, Paris. d. cons. 97. num. 6. & 7. volum. 2. Ceph. d. cons. 472. num. 9. Mantic. d. lib. 4. tit. 5. artic. 10. num. 23. Carol. Molin. in addit. ad Alex. d. consil. 162. in fin. vol. 2. Couar. d. lib. 2. variar. resol. cap. 2. num. 5. Pereg. d. art. 5. num. 23. Odd. d. cons. 91. num. 25.* Vnde, cum hic casus de facto contigisset in Ciuitate Bononiæ, & dubitaretur, an hęres post vxoris, eiusdemque vsufructuariæ mortem institutus, qui ea adhuc superstite decesserat, hęreditatem ad suos hęredes transmisisset, stante, quod aliquos fecerat actus, ex quibus aditio hęreditatis induci poterat, & ardua esset quęstio, fuit à Vicario potestatis, cui causa erat de partium voluntate commissa, decisum, hęreditatem censeri transmissam, quia institutio censebatur pura, ideoque hęres non expectata vxoris morte adire potuerat, & hęreditatē, tamquam aditam in suos hęredes transferre. *vt refert Castr. in d. l. filius à patre 28. in princ. num. 5. ff. de lib. & posth. vbi subijcit, se noluisse pro contraria parte consulere, licet instantissimè fuisset rogatus.* Quam in rem adducit Castren-
242 sis, *ipsam in d. l. filius à patre.* vbi, † si pater in-

stituat

stituat filium, quem habet in potestate pro
parte hæredem sub conditione casuali, & in
defectum conditionis eum exhæredet, potest
cohæres post ipsius mortem hæres institui,
quia illa verba, post mortem, fauore sustinē-
di testamenti, accipiuntur pro illis, cum mo-
rietur, & sic, eum mori incipiet, vt viuo fi-
lio existat institutionis conditio: Nam alio-
quin, si propriam vim, atque naturam retine-
rent, filius, quasi post mortem exhæredatus
in articulo mortis censeretur præteritus, ea-
que ratione nullum redderet testamentum.
sed, quia intelligitur, exhæredatus, cum mo-
rietur, & sic in articulo mortis, ideo valet
testamentum. Pari igitur ratione, & in pro-
posito, verba illa, post vxoris mortem, debent
benigna interpretatione censeri prolata ad
finem differendi commodi vsusfructus, non
etiam ad finem suspendendę institutionis, ne
alioquin mortuo ante vxorem hærede cor-
ruat testamētum, & inutile reddatur legatum
vsusfructus, quod vxori factum est. *Ita ibi ra-
tiocinatur Castr.*

Verum ille locus perperam in hanc rem
adducitur, quia longè alia est eius speciei, &
243 propositæ quæstionis ratio: Nam ibi † tracta-
tur de sustinendo testamento, quod alioquin
ex causa præteritionis corrueret; At hic valet
testamentum, & solùm tractatur de sustinen-
do legato vsusfructus, quod absurdum non
est reddi inutile, si post vsufructuarij mortem
conferatur *l. Titio, cum morietur. 57. in fi. ff. de
vsufr.* Itaque, cum species sint diuersæ, & di-
uersam rationem habentes, non rectè ab vna
ad aliam trahitur argumentum. *Ita rectè ani-
maduerterunt Imol. in d. l. filius a patre. 28. in
prin. num. 4. vers. sed contra, & num. 5. vers. Item
præsupposito, & ibi Alex. num. 3. vers. sed contra-
rium, & Ias. num. 27. vers. sed caue. Idem Ias. in
d. l. extraneum 9. nu. 5. vers. præterea C. de hęred.
inst. & Mantic. dict. lib. 4. tit. 5. in prin. num. 25.
vers. sed ille text.*

Sed, quamquam ex illo text. non probetur
hæc sententia, quam dixi esse receptiorem, est
244 tamē (meo iudicio) verissima, † *quicquid Imol.
in d. l. filius a patre, num. 4. vers. sed contra, & in
d. l. hereditas ex die, nu. 9. vers. sed certè isti modi,
Roma. d. cons. 71. num. 4. vers. & ideo videtur, &
nu. 6. vers. Itē, quod dies, & alij pleriq; censuerint,*
245 quia † testator non ideo censetur institutio
nem post vxoris mortem concepisse, quod
voluerit, hæredem interim non posse adire,
& bonorum proprietatem acquirere, sed, quia
voluit euitare quæstionem illam, an hæres
possit in vsufructu concurrere cum vxore re-
licta vsufructuaria omnium bonorum, in quā
necessariò incidisset, si eum simpliciter insti-
tuisset hæredē, propterea, quod institutiones,
vt plurimùm concipiuntur verbis denotanti-
bus plenum, & integrum ius, ex quibus con-
iecturę ad inducendum concursum sufficien-
tes eliciuntur, *vt patet ex ijs, quæ diximus in 5.
cap. q. 10. num. 33. & seqq.* Vnde testator, vt
ostenderet, mentem suam esse, vt vxor sola
haberet vsumfructum omniū bonorum, nec
hæres ea viuente posset aliquam partem prę-
tendere, ita cōcepit institutionem, vt ius eius
in percipiendo commodo cēseatur post vxo-
ris mortem dilatum, non etiam, vt adeundi
ius intelligatur suspensum, *vt rectè declarant
omnes, quos retulimus supra num. 237.*

Nec obstat, quod institutus post mortem
tertij non possit ante adire, quam ille tertius
246 decesserit, quia hoc verum est, si † dies mortis
sit adiectus substantiæ institutionis, secus ve-
rò, si commodo tantum vsusfructus, vt in ca-
su nostro: Nam tunc, quia inspecta mente te-
statoris censetur pura, ideo non suspendit
adeundi facultatem, *vt supra dictum est.*

Hinc intelligimus, hæredem non ideo sta-
tim adire posse, quod de institutione reijcia-
247 tur dies, † *vt voluerūt Bald. in d. l. filius a patre.
28. in prin. vers. ego dico, & ibi Angel. num. 2.
vers. sed tu dicas, Ias. num. 27. versic. sed
punctus, Ceph. d. cons. 472. num. 30. Mantic. d. lib.
4. tit. 5. in prin. num. 25. vers. sed ille text. Andr.
Fach. d. lib. 4. cōtrou. c. 18. vers. Nec improbabili-*
248 *ter*, sed quia † institutio ipsa inspecta mente
testatoris censetur facta purè, non post mor-
tem vxoris. Alioquin enim non posset reijci
dies, tamquam incertus, qui conditionem in
testamento facit, *vt ostendimus supra num. 67.
& seqq.* Itaq; censetur pura, non per viam re-
iectionis, sed per viam interpretationis, scili-
cet, quia interpretamur, diem mortis nō fuis-
se adiectū institutioni, sed acquisitioni vsus-
fructus, *vt patet ex ijs, quę diximus supra num.
237. & seqq.* ideoq; dies non potest dici reijci
respectu institutionis, quia, quoad eam non
censetur adiectus, neq; respectu vsusfructus,
quia, licet, quoad eam censeatur adiectus, nō
tamen reijcitur, sed expectatur.

Neq; obstat, quod huic interpretationi re-
pugnet vis verborum, cui in dubio videtur
249 standum † *l. non aliter 67. in prin. ff. de leg. 3. &
nos diximus in hoc cap. q. 3. num. 10. Et in his ter-
minis obijciunt Imol. in d. l. hereditas ex die, num.
9. vers. sed certè isti modi, Roma. d. cons. 71. num.
6. vers. non obstat, quod idem, & Ias. in d. l. extra-
neum, num. 5. vers. Item vis,* quia hoc procedit,
250 † nisi ex coniecturis appareat contrariam es-
se mentem testatoris, prout apparet in casu
nostro, *ex ijs, quæ diximus supra num. 238.* Nam
tunc non debent attendi verba, sed mens, quę
verbis præualet, *vt diximus in eadem q. 3. nu. 3.*

Deniq; non obstat, quod de hac voluntate
non videatur constare sufficienter, cum regu-
la, qua dicimus, eum, qui vult consequens,
censeri velle, & omne necessarium antece-
251 dens, non semper sit vera, † *vt patet ex l. pen. §.
illo videlicet C. de necess. seru. hęred. inst. Et in pro-
posito considerat Ias. in d. l. extraneum, nu. 5. vers.
Tamen aduerte,* quia sufficit regulariter pro-
252 cedere, † vt inde sufficiens trahi possit volun-
tatis argumentum *d. l. pen. in prin. vers. cum igi-
tur C. de necess. seru. hęred. inst. §. 1. Inst. qui test.
tuto. dar. poss. §. 1. Inst. de hęr. instit.*

Hęc autem multo faciliùs procedent, si post
vxoris, eiusdemq; legatarię mortem institu-
tus sit filius; Nam tunc dubium non erit,
quin statim, & non expectata illius morte
253 possit insolidum hæres existere, † *vt in specie
docuit Castr. d. cons. 459. num. 2. vers. De residuo
autem vol. 2.* quia, etiamsi sequeremur opi-
nionem existimantium, institutum post mor-
tem vxoris, cui testator legauit vsumfructū
non posse adire priùs, quam illa decesserit,
quos retulimus supra num. 244. tamen in filio
254 longè aliud iuris esset: Nam, † cum pro quan-
titate legitimæ reijciatur dies, & pro eius rata

ſtatim hæres fiat, perinde, ac, ſi purè, & ſim-
pliciter fuiſſet inſtitutus, *vt oſtendimus ſupra*
num. 211. *& ſeqq.* Conſequens eſt, vt debeat
255 etiam ſtatim hæres fieri pro reſiduo, quia, † li-
cet conditio non, niſi pro quantitate legiti-
mę reijciatur, eo tamen ipſo, quod nemo ſu-
pereſt, cui filio præmortuo, & ſic deficiente
cõditione poſsit reſiduum ex teſtamento de-
ferri, cum vxor, tamquam legataria non poſ-
ſit eius reſpectu habere ius accreſcendi, *vt pa-*
tet ex ijs, quæ diximus in hoc cap. q. 11*. num.* 1*. &*
ſeqq. eaq; ratione debeat tota hæreditas cen-
ſeri filio, quaſi legitimam habenti accreuiſſe,
ſecundum ea, quæ diximus in hoc cap. q. 8*. num.*
3*. & ſeqq.* ideo inſtitutio reſpectu illius reſidui
cenſetur coniuncta cũ iure accreſcendi. Quo
fit, vt ſtatim, & ipſo iure non expectata mor-
te, ſeu conditione ei acquiratur, *ſecundum ea,*
quæ diximus in 9*. cap. q.* 18. Fruſtra enim expe-
ctaretur dies, aut conditio, cuius euentus ni-
hil operaretur, ideſt, plus inſtituto non tri-
bueret, quam etiam ea deficiente eſſet habi-
turus *l. aliquando.* 13*. §. fin. ff. ad Velleia. Ita*
declarat Caſtr. d. conſ. 459*. nu.* 2*. verſ. de reſiduo*
autem. vol. 2.
256 Sanè hoc ita intelligendum eſt, † vt ſtatim
fiat hæres vniuerſalis, quoad obtinendam
proprietatem omnium bonorum, & verò
etiam quoad obtinendum vſumfructum le-
gitimæ, vt pote, quem ſtatim habere debet
§. prohibemus Auth. de trien. & ſem. coll. 3*. Et in*
ſpecie declarant Io. Andr. in addit. ad Specul. in
tit. de pign. § 1*. alias eſt tit. de diuer. caut. ſub nu.*
16*. in verb. durat. & Caſtr. d. conſ.* 459*. nu.* 2*. verſ.*
ſi vero ſub conditione, vol. 2. Cœterùm, quoad
conſequendum vſumfructum reſidui debeat
vxoris mortem expectare, cum teſtator vo-
luerit, eam durante ipſius vita vſumfructum
percipere. Neq; in hoc caſu locum habebit
conſuetudo Bulgari, quæ filijs extantibus
vſumfructum conſtringit ad alimenta, quia
prædicta conſuetudo locum habet, quando
filij fuerunt inſtituti purè, non etiam, quando
fuerunt inſtituti poſt vxoris mortem, ſcilicet,
quia tunc manifeſta eſt voluntas teſtatoris,
vt mulier vſumfructum habeat, non cũ filijs
257 alimenta percipiat † *vt in ſpecie declarãt Caſtr.*
d. conſil. 459*. num.* 2*. verſ. ſi vero ſub conditione,*
& conſ. 460*. vol.* 2*. Mantic. d. lib* 4*. tit.* 5*. artic* 2*.*
num. 10*. & lib* 9*. tit.* 7 *num.* 22*. Men. de præſ. lib.*
4*. præſ.* 138*. num.* 7*. & d. præſ.* 141*. num.* 24*. verſ.*
2*. & Pereg. conſ.* 58*. numer.* 0*. vol.* 3*. quicquid ſub*
dubio cenſuerit Pic. in d. l. Titia. §. fin. num. 100*.*
verſ. ſed poſtquam, & num. 101 *verſ. ſed cogita,*
& num. 103*. verſ. Vnde concludo.* Et hic quidẽ
eſt legitimus legati ſuſtinendi modus, qui pẽ-
det a voluntate, & facto hæredis.
Sed, quia plenè non proſpicit vxori, quip-
pe, quam teſtator voluit toto tempore vitæ
ſuæ habere vſumfructum, & tamen poterit
hæres, aut nolle adire, ſeu bonorum poſſeſ-
ſionem petere, aut tardiùs, quam par ſit, adi-
re, vel agnoſcere, & ita efficere, vt vxor, vel
nunquam vtatur, fruatur, vel ſaltem medij
temporis vſumfructum amittat, nec vllum
ei, tamquam legatariæ competit remedium,
quo poſſit eum cogere, vt adeat, vel agnoſcat,
258 † *l. ſi quis omiſſa.* 17*. in fi. ff. ſi quis om. cauſ. teſt. l.*
nam, quod. 14*. §. nõ omnes, verſ. quare ff. ad Treb.*
Et in propoſito conſiderans Pic. in d. l. Titia. §. fi.

num. 106*. verſ. vbi autem, Mantic. d. lib* 4*. titul.* 5*.*
artic. 10*. num.* 31*. & Men d. lib.* 4*. præſ.* 141*. num.*
42*. verſic. Præterea, & num.* 43*. verſic. Cœterum,*
ideo quærunt noſtri, nunquid omiſſo facto
hæredis poſſit vxor aliquo iuris remedio cõ-
ſequi vſumfructum ſibi relictum.
Et, ſi quidem teſtator ei dederit facultatẽ
capiendi legati propria authoritate, prout fa-
cere poterit, *vt diximus in hoc cap. q.* 3*. num.* 238*.*
res caret dubio: Nam certum eſt, poſſe vxorẽ
ex vi illius licentiæ per ſe, & propria authori-
tate capere vſumfructum, nec teneri fructus
alicui reſtituere, etiamſi poſtea non adeatur
259 hæreditas, † *ut in ſpecie docet Mantic. d. lib.* 4*.*
tit. 5*. artic.* 10*. num.* 19. quia teſtator, qui poteſt,
vel expreſſim, vel tacitè cauere, vt legata de-
260 beantur, etiam non adita hæreditate † *§. ſi ue-*
ro expreſſim, Auth. de hæred. & Falc. coll. 1*. Et in*
his terminis ſcribunt Iaſ. in d. l. extraneum, nu. 6*.*
uerſ. & pro iſta parte, & Duran. d. tit. 6*. caut.* 39*.*
num. 3*. uerſ. eſt & aliud*, cenſetur ita cauiſſe,
quoties legatario dedit licentiam capiendi
legati propria authoritate.
Sed, ſi nihil de hac re teſtator cauerit, ſed
ſimpliciter legauerit vxori vſumfructum om-
nium bonorum, & alium poſt eius mortem
hæredem inſtituerit, maior eſt dubitatio. Sed
adhuc tradunt noſtri poſſe mulierem multi-
pliciter ſibi proſpicere.
Primum enim cenſent, poſſe eam de facto
261 vti frui, † *uti uidere eſt apud Bald. in d. l. extra-*
neum, num. 5*. & ibi Iaſ. num.* 5*. Gul. Ben. in d. cap.*
Raynutius, in uerb. reliquit, num. 7*. uerſ. et certè,*
Mantic. d. lib. 4*. tit.* 5*. artic.* 10*. num.* 5*.* 8*. et ſeqq.*
ubi multipliciter hoc defendere conatur, et nu. 31*.*
& ſic propria manu, & authoritate vſumfru-
262 ctum percipere, † *ut ſcribunt Bald. in d. l. extra-*
neum, num. 5 *et ibi Iaſ. num.* 5*. Gul. Ben. in d. cap.*
Raynutius, in uerb. reliquit, num. 7*. uerſ. et certè,*
Mantic. d. lib. 4 *tit.* 5*. artic.* 10*. num.* 5*. et* 31*. Men.*
de adip. poſſ. rem. 2*. num.* 67 *et conſ.* 105*. num.* 69*.*
et de præſ. d. lib. 4 *præſ.* 141*. num.* 38*. uerſ. Præte-*
rea, et num. 42*. uerſic. ſecundum remedium,*
quæ res operabitur, vt, ſi poſtea adeatur hære-
ditas, id, quod actũ eſt, retrofingatur iuridicè
263 factum † *l. mulier.* 20*. §. ſi quis hæreditarium ff.*
de cond. inſt. et declarat Bald. in d. l. extraneum,
num. 5. & mulier cenſeatur iure licito, nempe
poſt aditam hæreditatem, vſumfructum per-
cepiſſe, cum aditio hæredis retrofingatur fa-
264 cta a die mortis teſtatoris † *l. hæres quamdoćũq;*
§. 4 *ff. de c. q. hæred. et nos diximus ſupra num.* 37*.*
et in his terminis declarat Mantic. d. lib. 4*. titul.* 5*.*
art. 10 *num.* 33.
Verùm hoc, neque legitimum eſt, neque
265 tutum legati ſuſtinendi remedium, † *vt ſcri-*
pſerunt Imol. in d. l. hæreditas ex die num. 9*. verſ.*
ſed certè iſto modo, & Men. d. lib. 4*. præſ.* 141*. nu.* 43*.*
266 Non legitimum, quia, † vt ipſi fatentur, per-
ceptio fit de facto, non de iure. Neq; tutum,
quia, ſi poſtea non adiretur hæreditas, non
poſſet id, quod actum eſt, retrofingi factum
iuridicè, ideoque teneretur vxor quicquid
percepit, venientibus ab inteſtato reſtituere,
ſecundum ea, quæ diximus ſupra num. 232*.* De-
niq; cũ mulieri ſit ſuccurſum remedio iuris,
vti poſtea oſtendemus, Conſequens eſt, vt fru-
ſtra recurramus ad remedium facti, *vt in his*
terminis ait Roma. d. conſ. 71*. num.* 5*. verſ. Non*
obſtat. & num. 6*.* quippe, cui nunc ſolum poteſt
eſſe

esse locus, cum is, qui ex voluntate testatoris
facere tenetur, iure id facere non potest, quod
in proposito dici nequit, cum mulier possit
habere iuris remedium, *vt infra ostendemus, &*
in proposito considerat Men. d. lib. 4. præs. 141.
num. 42. vers. Coeterum.

Neq; obstat *l. mulier. 20. § si quis hæreditarium ff. de cond. inst.* quia procedit in terminis
multum diuersis ab iis, de quibus in proposi-
267 ta quæstione loquimur: Nam ibi † testator
instituerat hæredem sub conditione, si seruũ
hæreditarium manumisisset, quæ conditio,
quia iure non poterat impleri, cum manumis
sio fieri debuerit a domino, qualis esse non
poterat hæres ante aditam hæreditatem, stan-
te, quod dominium non potest hæredi acqui-
ri, nisi per aditionem, quæ priùs, quam imple-
ta sit conditio fieri nullo modo potest, *vt di-*
ximus supra num. 24. ideo, ne inutilis reddere-
tur institutio, necessariò debuit impleri de fa-
cto, ita, vt institutus manumittendo seruum
ante aditam hæreditatem, censeri debuerit
impleuisse conditionem, quamuis re vera
seruum liberum non fecerit, vt adita postea
hæreditate manumissio, quæ priùs erat inua-
lida, tanquam facta a non domino, incipiat
fieri valida, & seruus retrofingatur libertatem
ex die manumissionis accepisse. Sed hoc ideo
fit, quia per actum facti consequitur faciens
ius, per quod factum præambulum confir-
matur: Nam per manumissionem etiam non
iure factam consequitur institutus ius adeun-
di, quod secuta aditione operatur, vt manu-
missio censeatur cõfirmata. At in proposito,
licet vxor de facto percipiat vsumfructũ, non
tamen ex hoc consequitur aliquod ius, per
quod vsusfructus perceptio non adita postea
hæreditate confirmari debeat, ideoq; cum
termini sint multum diuersi, & diuersam ra-
tionem habentes, non rectè ab illa specie ad
hanc trahitur argumentum. *Ita rectè animaduertit Imol. in d. l. hæreditas ex die, num. 9 vers.*
sed certe, quem sequitur Alex. in d. l. extraneum,
nu. 8. vers. Nec obstat text. & probat etiam Mantic. d. lib. 4. tit. 5. artic. 10 num. 6.

Secũdo igitur censeri, posse vxorem implo-
rare officium iudicis, & ab eo petere, vt lega-
tum præstet, cum nullus adsit, a quo præstari
268 possit, † *sicut alias obseruatur l. Quintus 7. in fin.*
ff. de ann. leg. l. hæreditas. 53. in fin. ff. de pet. hæred.
Ita Bald. in d. l. extraneum nu. 5. & ibi Iass. nu. 5.
Gul. Ben. in d. cap. Raynutius, in verb. reliquit,
num. 7. vers. & certe. Pic. in d. l. Titia §. fin. num.
106. vers. ubi autem Mantic. d. lib. 4. tit. 5. artic.
10. num. 5. & 31. Men. d. cons. 105. num. 69. &
d. lib. 4. præs. 141. num. 38. vers. præterea. & num.
43. vers. Quintum. & num. 44. quo casu legatũ
valebit potiùs tuitione, & officio iudicis, quã
269 de rigore iuris † *ut declarant Bald. in d. l. id,*
quod pauperibus. num. 27. vers. uel potest dici,
Castr. cons. 279. num. 1. uol. 1. Mantic. d. lib. 4.
tit. 5. artic. 10. num. 9. et 13. in fi.

Sed hoc remedium peccat eodem morbo
270 quo superius, † ideoq; merito reprobatur *ab*
Imol. in d. l. hæreditas ex die, num. 9. vers. sed cer-
271 *tè isti modi*, quia † dat quidem vxori facultatẽ
vtendi, fruendi, sed cum periculo restitutio-
nis: Nam, si hæres ante aditam decederet, iam
non posset ampliùs hæreditas adiri, & ita in-
debitum inciperet esse legatum, eaq; ratione
debetet vxor omnes fructus, quasi indebitè
perceptos venientibus ab intestato restituere,
secundum ea quę diximus supra num. 232.

Quamobrem verum, & tutum remedium
est, quod deducitur ex voluntate testatoris:
Nam eo ipso, quod testator reliquit vxori
vsumfructum omnium bonorũ, & post eius
mortem instituit alium hæredem, & ita vo-
luit, eam sine impedimento hæredis percipe-
re vsumfructum toto tempore vitæ suæ, cen-
setur tacitè, ei dedisse facultatem capiendi
272 legati propria authoritate † & sic permisisse,
vt etiam nondum adita hęreditate possit vti
frui, quæ res operabitur, vt etiamsi postea non
adeatur hæreditas, non tamen corruat lega-
tum, nec teneatur vxor fructus, tamquam per-
ceptos ex voluntate testatoris restituere, *se-*
cundum ea quę diximus supra num. 259. Et ita
in specie declarant *Bald. in d. l. extraneum, nu.*
4. Roma. d. cons. 71. num. 5. Alex. cons. 58. num. 2.
uol. 3. ubi ait, hanc opinionem esse multum ęquam,
et consonam uoluntati testatoris, Mantic. d. lib.
4. tit. 5 artic. 10. numer. 18. et 19. Et est de mente
eorum, quos referemus infra in ultima res-
ponsione ad primum argumentum. Et, quamquã
idem Alex. in d. l. extraneum num 8. uers. Nec
obstat ratio, & alij pleriq; contrarium verius
arbitrentur, non est tamen a prædicta senten-
tia, quæ verior est, & receptior, consulendo, &
iudicando recedendum,

Ex his apparet, verissimum esse, quod su-
pra diximus, relictum vsusfructus factũ vxo-
ri, post cuius mortem alius institutus est, vale-
re, & commodum illi afferre, non solum, si ti-
tulo institutionis factum sit, quo casu res om-
ni dubitatione caret, sed etiam si sit factum
titulo legati, quia, siue adeatur ab instituto hę-
reditas, siue non adeatur, semper aliquo iuris
remedio succursum est mulieri, vt toto tem-
pore vitæ suæ possit sine periculo restitutio-
nis vsumfructum percipere.

Neq; huic sententiæ obstant contraria, &
primo non obstat *l. qui filio. 38. in prin. ff. de hę-*
red. instit. quia diuersa est speciei ibi propositę,
& eius, de qua nos loquimur, ratio: Nam ibi,
273 † ideo legatum nõ valeret, si hęres post lega-
tarij mortẽ fuisset institutus, quia hæreditas,
neq; viuo neq; mortuo legatario adiri potuis
set, ideoq; testamentũ nũquam potuisset per
aditionem hæredis confirmari. At hic hære-
ditas, & viua vxore adiri potest, *secũdũ ueriorẽ,*
et receptiorem sententiam, quam retulimus supra
num. 233. et seqq. & sine dubio post illius mor-
tem, quo casu secuta aditione fit ad tempus
mortis testatoris retrotractio, ita, vt vxor li-
cito iure censeatur vsumfructum toto suę vi-
tæ tempore percepisse, *secundum opinionem*
aliorum, quos retulimus supra num. 244.

Non potuisse autem in specie ibi proposi-
ta adiri hæreditatem, aut viuo, aut mortuo
legatario, vt apertè constet, necessario nobis
erit eiusce loci sententia diligenter explican-
da. Proponit igitur ibi Iulianus duos casus
274 † quos, vt similes, eodemmodo determinat:
Primum enim ait, si pater exheredet filium,
& ei leget, (vt olim moris erat) seruum,
posse hũc post filij mortem hæredem ex par-
te institui, quibus verbis supponit, legatum,
haud dubiè valere, quod eã rationem habet,
275 quia, † cum hæreditas possit à cohærede, qui

sup-

supponitur ex alia parte institutus, *vt ibi declarat Bart. & post eum Ias. in dict. l. extraneum, nu. 5. vers. Tu aduerte, Mantic. d. lib. 4. tit. 5. art. 10. num. 32.* adiri viuo filio, & ita confirmari testamentum, sequitur eo modo confirmari exhæredationem filij, & legatum illi relictũ; Quamobrem filius ex die aditæ à cohærede hæreditatis intelligetur factus serui dominus, & tale dominium transmittet in suum hæredem, cuius postea iussu poterit seruus post filij mortem adire hæreditatem, & illam ipsimet hæredi acquirere. Idque supponit Iulianus, non esse singulare in filio, sed in eo recipi ad exemplum cuiuslibet alterius legatarij, qui
276 secundus est casus ibi propositus: Nam, † si
testator alieni leget seruum, potest eundem post legatarij mortem ex parte hæredem scribere, propter eandem rationem, quam supra retulimus, scilicet, quia per aditionem cohæredis poterit confirmari testamentum, & eo modo ratum fieri legatum, ita, vt serui dominium censeatur ex die aditę hæreditatis quęsitum legatario, & ab eo transmissum in hæredem, cuius postea iussu poterit seruus hæreditatem adire, & eam ipsi hæredi, tamquam domino acquirere.

Sed, quia Iulianus in vtroque casu supponit, seruũ, aut filio, aut extraneo legatũ fuisse post legatarij mortem, non ex asse, sed ex parte hæredem institutum, & hoc modo in-
277 nuit, aliud iuris esse, si ex asse, & sic solus hæ-
res institutus esset, ideo quærit ibi glosa *in verb. qui filio, vers. sed, an valeat*, nũquid valeat legatum, si solus seruus post legatarij mortem institutus sit, Et respondet, non valere, *quia,*
278 *† ante mortem legatarij non, quia nemo est hæres, postea non, quia libera persona inuenitetur legata* quibus verbis significat, ideo legatum non valere, quia seruus, tamquam institutus post mortem legatarij, & sic in diem incertum, qui conditionem in testamento facit, non potest ante illius mortem adire hæreditatem, & ita confirmare testamentum, & ita efficere, vt seruus dici possit factus legatarij. At post illius mortem, licet adire possit, cum purificata sit conditio, sub qua fuerat hæres scriptus, tamen, quia fuit institutus cum libertate, non potest adeundo legatum ipsum confirmare, quia, quoties idem seruus reperitur, & legatus, & hæres cum libertate institutus, aut simpliciter liber esse iussus, præualet datio liberta-
279 tis, & inutile redditur legatũ, † *l. si quis seruũ 16. in prin. l. si seruus communis 18. §. fin. cum l. seq. & l. fin. §. 1. vers. Nos didicimus, ff. de vulg. l. si peculium 10. §. 1 ff. de manu. testa. l. si post mortem 71. §. fin. ff. de leg. 1. & l. si idem 14. in prin. ff. de leg. 2.* Quod procedit, non solum, si seruus legatus sit extraneo, sed etiam, si filio, quia ratio glossæ communis est vtrique speciei à Iuliano
280 propositæ, *vt declarat Imol. in d. l. qui filio nu. 2. vers. Aduerte*, quamquam in prima subsit etiã alia ratio, cur legatũ sit inutile, scilicet, quia
281 † filius effectu reperiretur exhæredatus post mortem, quæ res nullum redderet testamentum, *vt diximus supra post num. 81. Et in specie declarant Bart. in d. l. qui filio vers. aduerte, & ibi Bald. & Imol num. 2. vers. aduerte.*

Hinc colligunt nostri, speciem ibi propositam esse multum diuersam ab ea, de qua nos loquimur, variasq; proinde responsiones afferunt, quibus elidi putant vim contrarij argumenti:

Primum enim nonnulli considerant, in specie Iuliani, fuisse eundem seruum, & legatum, & cum libertate, hæredem institutum, ideoque, si post legatarij mortem adierit, non posse censeri hoc facere ad comodum legatarij, vt scilicet eius legatum confirmetur, sed potiùs ad commodum proprium, quia, cum aditio retrotrahatur ad tempus mortis testatoris, ita, vt ex tunc censeatur seruus, & liber, & hæres extitisse, Consequens est, vt non possit retrotrahi ad conualidandum legatum, quippe, quod in eiusdem, quasi liberi persona
282 consistere non potest; † *vt supra dictum est. Ita respondet Ias. in d. l. extraneum, num. 5. vers. sed ego respondeo.*

Secundo considerant alij, in specie Iuliani non potuisse legatarium vti legato de facto, quia, cum legatus esset seruus, idemque post legatarij mortem liber, & hæres esse iussus, tamquam statuliber, qui post illius mortem sperabat libertatem, non poterat interim à legatario de facto detineri; At in quæstione proposita vxor potest saltem de facto vti frui, cum non tractetur de detrimento tertij, cuius interesse possit esse impedimento, quominus interim voluntas testatoris effectum habeat.
283 † *Ita respondet Pic. in d. l. Titia, 35. §. fi. nu. 106. vers. sed tenendo, ff. de leg. 2.*

Tertio respondent alij, si in specie Iuliani diceremus, posse institutum adire hæreditatẽ viuo legatario, non solum non sequi confirmationem legati, sed imo sequi eius extinctionem, quia seruus non posset adire, nisi esset liber, &, vbi liber esset, non posset legatarius eum consequi, ex quo liber homo legari nequit. Nil mirum igitur, si legatum non consistat; At in quæstione proposita, si dicamus, hæredem post vxoris mortem institutũ statim adire posse, nil impedit, quominus
284 legatum confirmari possit. *Ita responderi posse scribit Imol. in d. l. qui filio 38. in prin. num. 2. ff. de hæred. inst. quem probant Mantic. d. lib. 4. tit. 5. artic. 10. nu. 33. vers. 4. respondet, vbi ait hanc esse veram responsionem, & Men. d. lib. 4. præs. 141. num. 39. vers. cæterum, vbi ait, hanc cæteris esse probabiliorem.*

Quarto denique respondent alij, glossam afferre duplicem rationem, cur non valeat legatum in specie Iuliani. Prima est, quia ante mortẽ legatarij nemo est, qui possit adire hæreditatẽ, & ita confirmare legatum, cum seruus, tanquam institutus post illius mortẽ, non possit ante adire, quam ille decesserit. Secunda verò, quia post mortem legatarij seruus efficitur liber, ideoque per eius aditionem non potest legatum confirmari, quia, cum seruus non possit hæres fieri, nisi etiam liber fiat, &, vbi liber factus est, non possit amplius legatario acquiri, Consequens est, vt legatum nullius censeatur esse momenti. At hæ rationes cessant in specie proposita, quia, aut dicimus, hæredem non expectata vxoris morte statim adire posse, *vt est receptior opinio*, & cessat prima ratio, aut verò dicimus, eum non posse adire, nisi post uxoris mortem, *vt alij maluerunt*, & cessat secunda, quia, cum aditio quandocumque facta retrotrahatur ad tempus mortis testatoris, nihil est impedimento,

to, quominus per eam legatum confirmetur, ita, ut ex tunc censeatur uxor iure licito
285 usumfructum percepisse. † *Ita respondet Mant. lib. 4. tit. 5. artic. 10. num. 32. vers. Tertio igitur, & num. 33.*

Verùm, ut liberè dicam, quod sentio, puto has omnes responsiones, licet in se ueræ sint, ad speciem tamen Iuliani relatas esse commentitias, tamquã dependentes ab uno
286 supposito, quod est falsum: † & longè aliam esse rationem, cur ibi legatum non consistat, quam ueteres sint arbitrati: Supponunt enim omnes, in specie Iuliani, seruum fuisse institutum cum libertate, ideoque tam uarias cõmenti sunt rationes, cur ibi legatum non censeatur ualidum, si solus seruus post legatarij mortem institutus sit. At hoc esse falsum, uel ex eo intelligimus, quia iure Digestorum seruus hæres institutus non aliter liber, & hæres fieri poterat, quam, si testator expressim eum liberum esse iussisset, puta dicendo, Stichus liber, & hæres esto. Cæterum, si simpliciter fuisset hæres institutus, nec libertatẽ, nec per consequentias hæreditatem consequi poterat, quod postea Iustinianus correxit *in d. l. pen. in prin. C. de necess. ser. hæred. inst. §. 1. inst. de hæred. inst.* Cum igitur in specie Iuliani nõ fuerit seruo expressim data libertas, ut patet ex eo, quia nullum ibi legitur verbum, ex quo colligere possimus, datã ibi fuisse libertatem, cum alioquin moris esset, ut eam institutioni iungerent prudentes libertatis dationem, quoties à testatore facta fuerat, *uti videre est in l. sed, si plures 10. § fin. l. si seruus communis 18. § fin. & l. fin. §. 1. vers. secundum hæc, ff. de vulga. l. uxori suæ 23. ff. de don. int. vir. & uxo. & alibi passim*, Consequens est, ut non, nisi commenti è dicant, ibi datam fuisse libertatem, eaque ratione causam inualiditatis ab eo deducant, quod seruus post legatarij mortem fuerit factus liber.

Quamobrem verius est, ideo legatum non valere in specie à Iuliano proposita *in d. l. qui filio*, si seruus legatus solus post legatarij mor
287 tem hæres institutus sit, quia † ad hoc, ut valeat legatum, necessariò debet ab aliquo adiri hæreditas, ita, ut per eius aditionem confirmato testamento ratum quoque legatum esse intelligatur *l. 3. in prin. vers. sed creditor, ff. de pignor.* At, quoties testator seruum proprium alicui legat, & post legatarii mortem eundẽ seruum hęredem instituit ex asse, nullus est, qui hæreditatem, aut viuo, aut mortuo legatario adire possit, quod patet ex eo, quia, aut seruus, vult eam adire ad commodum legatarij, vel eius hæredis, Et hoc neque viuo, nec mortuo legatario facere potest, non eo viuo, quia, cum fuerit institutus post ipsius mortẽ, & sic ex die incerto, qui conditionem in testamento facit, debet illius mortem expectare, nec ante adire potest, *ex ijs, quæ diximus supra num 70.* Neque eo mortuo, quia ad hoc, ut seruus hæres institutus ad commodum alterius adire possit, requiritur persona, quæ ius habeat imperandi, seu iubendi, *d. l. qui filio 38. §. si quis seruum, ff. de hæred. inst.* scilicet, quia seruus, nisi præcedente iussu illius, cui debet acquirere, adire nequit, *l. si quis mihi bona. 25. §. iussum, ff. de acq. hæred.* At in proposito nemo est, qui tale ius habeat, quia ius imperandi non competit, nisi domino, & hæres eius, cui seruus fuit legatus, non est serui dominus, cum dominium non potuerit legatario acquiri ante aditam à seruo hæreditatem, *l. seruum filij 46. §. 1. & l. si tibi homo 88. §. cum seruus. ff. de leg. 1. Et in proposito scribit Scæuola in d. l. fin. §. 1. vers. Porro, ff. de vulg.* licet ante dies eius cessesit, *l. si post diem 5. in prin. ff. quand. dies leg. ced. Et in his terminis scribit Caius in l. si post mortem 71. in prin. vers. Ante enim ff. de leg. 1.* & per consequentias, nec in illius hæredem transferri. Ergo non potest hęres legatarij, tamquã non dominus iubere seruo ut adeat. Quamobrem aditio dicitur impossibilis, quia seruus non potest adire, nisi priùs hęres legatarij fiat dominus, & hæres legatarij non potest fieri dominus, nisi prius seruus adeat. *Ita ratiocinatur Scæuola in d. l. fin. §. 1. vers. Porro, & ibi declarat gl. in verb. non esse ff. de vulg.* Aut verò seruus vult hæreditatem adire ad commodũ proprium, Et neque hoc facere potest, quia, cum simpliciter sit institutus, consequens est, ut secundum ius Digestorum non possit consequi libertatem, & per consequentias, nec hæreditatem, *secundum ea, quæ diximus supra num. 286. vers. cæterum.* Manebit igitur in hæreditate, & tamquam hæreditarius transibit in venientes ab intestato, ut pote, ad quos destituto testamento pertinet hæreditas.

Planè, si seruus non esset solus hæres institutus, sed haberet cohæredem, cuius aditione posset testamentum confirmari, quia serui dominium censetur ex die aditæ hæreditatis translatũ in legatarium, & per consequentias in eius hæredem postea is, tamquam dominus iubere seruo ut adiret, & hæreditatem sibi acquireret, & ita validum censeretur legatum serui, licet is post legatarij mortem esset institutus, *ut ibi Iulianus, ait, & nos exposuimus supra num. 275.* Cæterum, si solus institutus sit, magis est, ut non consistat, *per ea, quæ supra diximus.*

Hinc intelligimus, *l. qui filio*, non obesse communi Doctorum sententiæ, quæ vult legatum valere, si uxori relinquatur usufructus, & post eius mortem instituatur frater, vel alius extraneus quia diuersa est utriusque speciei ratio: Nam in specie, *l. qui filio*, legatum ideo non consistit, quia hæreditas, neq; viuo, neque mortuo legatario adiri potest, *ut supra demonstratum est* At in specie proposita hæreditas, vel viua legataria adiri potest, *secundum receptiorem opinionem*, vel saltem potest adiri post eius mortem. *secundum aliorum sententiam*, ideoque, cum species sint diuersæ, & diuersam rationem habentes, non rectè ab una ad aliam trahitur argumentum. Quinimo, si qua vis in illa est constituenda, debet potiùs constitui ad probandam, quam ad impugnandam communem sentẽtiam, quia probat ille locus, valere legatũ, etiamsi post legatarij mortem hæres institutus sit, quoties hæreditas, aut viuo, aut mortuo legatario adiri potest. Cum igitur in hac specie possit hæreditas, & viua uxore adiri, & sine dubio post eius mortem, *ut supra dictum est*, Consequens est, ut legatum valere debeat.

Etsi quæras, cur potiùs adiri possit in specie nostra, quam in specie Iuliani, si solus seruus hæres institutus sit, respondeo diuersitatis

rationem

rationem ab eo procedere, quod in specie Iu-
liani hæreditatis aditio non pendet à sola vo-
luntate instituti, sed requirit voluntatem. &
iussum alterius, nempe legatarij, aut eius hæ-
redis, qui priùs, quam sit factus dominus, iu-
bere non potest, & ante dominus fieri nequit,
quam seruus hæreditatem adierit, ideoque
ex hoc nascitur perplexitas, quę tamquam ir-
resolubilis vitiat actum, *l. si Titius. 16. ff. de
cond. inst.* At in specie, de qua nos loquimur,
aditio pendet à sola voluntate instituti, qui,
vel statim, vel saltem post vxoris mortē adire
potest, & adeundo confirmare testamentū,
& omnia, quæ in eo relicta sunt, ideoque im-
possibilitas aditionis, quę militat in specie Iu-
liani, cessat in hoc casu. Et ita primum con-
trarium resoluendum puto.

Secundo non obstat, quod legatum vsus-
fructus videatur collatum post vxoris mortē,
eo ipso, quod in illud tempus confertur adi-
tio, quæ est necessaria ad hoc, ut dies legati
cedat, ideoque legatum videatur inutile, quia
respondeo primo, posita communi, quæ vult
hæredem statim adire posse, cessare omnem
288 scrupulum dubitationis, † *vt ait Mantic. d. lib.
4. tit. 5. artic. 10. nu. 33. in fin.* Nam hæres adeū-
do facit, vt dies legati statim cedat, & vxor
libero iure percipiat vsumfructum, *vt ibi decla-
rat Mantic. num. 29. vers. nam, quod primo, &
num. 30. vbi ait hanc esse tutam responsionem.*

Secundo respondeo, dato etiam, quod adi-
re non posset ante vxoris mortem posse tamē
289 illam statim vti frui, † & secuta postea adi-
tione fieri retrotractionem ad tempus mortis
testatoris, etiam ad ipsius commodum, ita, vt
semper videatur vsumfructum ex die aditæ
hæreditatis percepisse, *secundum ea, quæ dixi-
mus supra num. 204.*

Tertio respondeo, quod dicimus, diem
vsusfructus legati non cedere, nisi ab adita
290 hæreditate, procedere † regulariter, sed li-
mitari, quoties ex coniecturis apparet testa-
torem aliter voluisse. In casu autem propo-
sito de tali voluntate constare ex eo, quod
hæredem instituit post vxoris mortem: Nam,
quia voluit, eam habere vsumfructum toto
tempore vitæ suæ, & hoc esse non potest, nisi
ius vtendi, fruendi mulieri competat etiam
ante aditam hæreditatem, ideo hoc ipso cen-
setur voluisse, vt vxor non expectata hæredis
aditione vti frui posset, & vsumfructum per
se, ac propria authoritate perciperet, *secundū
ea, quæ diximus supra num. 272. Ita respondit in
Roma d. cons. 71. nu. 4. vers. Nec obstant, & nu. 5.
Soc. Iun. d. cons. 85. nu. 14. vol. 1. Mantic. d. lib. 4.
tit. 5. artic. 10. num. 31. vers. Præterea, & Men. d.
lib. 4. præs. 141. num. 38.*

Tertio non obstat, quod hæc vxor, neque
ex testamento, neque ab intestato videatur
hunc vsumfructum posse percipere, quia ve-
rius est, imo eum percipere ex testamento:
Nam, si hæreditas statim adeatur, vt fieri pos-
se frequentiùs dicitur, eum percipiet via ordi-
naria, nempe actione ex testamento, per quā
cogitur hæres ei præstare vsumfructum pa-
tiendo scilicet, eam vti frui. Quod si non
adeatur, nisi post vxoris mortem, poterit in-
terim eum percipere per se, & propria autho-
ritate, *secundum ea, quæ supra diximus.*

Quarto denique non obstat, quod dispo-
sitio testatoris videatur esse perplexa, & per
consequentias nulla, quia verius est, nullam
in se perplexitatem, & contrarietatem conti-
nere, siue dicamus hæredem statim posse adi-
re, vt est receptius, siue datam censeri vxori
licentiam vtendi fruendi propria authorita-
te: Nam dispositio censetur facta eo modo,
qui effectum habere potest, *vt in specie respon-
det Roma. d. cons. 71. num. 5. vers. non obstat.* Et
ita definienda est prima quæstio.

Hinc succedit secunda: Nam posito,
quod valeat dispositio, quæritur ad quem de-
beat hæreditas pertinere, an ad vxorem, an
verò ad eum, qui post illius mortem institu-
tus est, &, si ad hunc, an statim adire posit,
an verò debeat vxoris mortem expectare, ita,
vt, si tunc temporis sit superstes, adire possit,
alias tota hæreditas censeatur vxori iam vsq;
ab initio accreuisse. Quæstio hæc proponi-
tur in terminis, in quibus vsusfructus fuit vxo-
ri relictus titulo institutionis, quia, si esset re-
lictus titulo legati, non posset de hac re pro-
babiliter dubitari, cum legatario non accre-
scat hæreditas, etiamsi nullus hæres vniuersa-
291 lis extet, † *vt ostendimus in hoc cap. q. 11. nu. 1.
& seqq. Et in his terminis declarant Ceph. cons.
436. num. 82. vers. Nec vltimum, Men. d. lib. 4.
præs. 141. num. 33. & cons. 637. nu. 5. Lader. cons.
3. num. 1. Andr. Fach. lib. 4. contro. cap. 18. vers.
Nec improbabiliter.* Quinimò, in eo casu pro-
cedent ea, quæ diximus *supra nu. 206. & seqq.*
Sed, cum vxor fuit in vsufructu instituta, aut
pro instituta habetur, tunc rectè quæritur de
accretione hæreditatis, quippe, quæ hæredi
in re certa instituto competit, quoties cohæ-
res vniuersalis, aut datus non est, aut datus
defecit, *vt latè ostendimus in hoc cap. quæst. 9.
num. 16. & seqq.*

In hac autem quæstione tres fuerunt no-
strorum opiniones; Prima, & quidem frequē-
tior, existimantium hæreditatem vxori ac-
crescere, & ita eam consequi non solum vsū-
fructum, sed etiam proprietatem omnium
292 bonorum †. *Quæ fuit opinio Bald. in d. l. id, quod
pauperibus 24. num. 27. vers. sed ego ostendo C. de
episc. & cler. Ang. in l. miles ita 4. in prin. num.
2. vers. Tu autem dic ff. de mil. test. Castr. in l. 1.
§. si ex fundo, num. 2. ff. de hæred. inst. Alex. cons.
111. num. 1. vers. & dato, & cons. 162. nu. 2. vers.
& dato vol. 2. Ias. in d. l. extraneum 9. nu. 6. vers.
3. principaliter limita C. de hæred. inst. Gul. Ben.
in d. cap. Raynutius, in verb. reliquit, nu. 9. vers.
3. maxime, Dec. cons. mihi 277. nu. 2. Ruin. cons.
36. num. 3. vol. 2. Alcia. cons. 38. num. 17. vers. fa-
cit decisio lib. 9. Nico. Bello. cons. 7. num. 5. 11. &
14. in fi. vbi testatur, hanc esse magis communem,
Ceph. cons. 37. num. 9. & 49. in fin. cons. 472. num.
53. 58. & 81. cons. 563. num. 37. & cons. 716. nu.
17. & 22. Decia. cons. 57. num. 2. iuncto num. 54.
vers. Non obstat secundum, vol. 1. Duran. de art.
testan. tit. 6. caut. 39. num. 2. Nat. cons. 459 num.
12. Purp. cons. 558. num. 13. Roll. cons. 29. nu. 26.
vol. 4. Crass. in §. legatum q. 23. num. 2. vers. sed
contrariam, Menoch cons. 105. num. 6. 48. & 66.
cons. 273. num. 6. & 22. vers. His manifestè, & nu.
23. vers. uerum respondetur, & num. 27. versic.
Quartus, & vltimus, & cons. 525. num. 6. consil.
637. num. 2. & cons. 1112. num. 1. ubi ait, hanc
esse magis receptam, & veram dd. opinionem, &
de præs. d. lib. 4. præs. 141. num. 26. vers. secundum,*

Hond.

Hond.conf.62.num.2.& 12.uerf.& quamuis, & num.13. ubi testatur, hanc esse magis communiter receptam, vol.2.Surd.conf.439.num.1.& 18.uerf. Doctores, Pereg. de fideicom.d.artic.5. num. 21. & conf.58.num.4.& conf.63.num. 7.uol.3. ubi pariter testatur, hanc esse communem, & ita fuisse decisum, & conf.44.num.1.uol.5. Lader. conf. 3. num.1.Christo. Mart. Medic.decis.5.num.2. ubi ait hanc esse magis ueram, & magis receptam, & ita fuisse resolutum, quæ res operatur, vt is, qui post illius mortem institutus est, non pos-
293 sit ea defuncta fieri hæres directò, † *ut declarant Bald.in d. l. id, quod pauperibus, num.27. uerf.sed ego ostendo, Menoch.d.conf.273.num.7. & d.conf.1112.num.2.& d.lib.4.præf.141.num.*
294 *26.Lader.d.conf.3.num.1.* quia, † cum ipsa facta sit hæres, consequens est, vt ex dispositione testatoris non possit desinere esse heres, *ut dicemus in q. seq. Et in his terminis considerant Ruin.d.conf.36.num.3.uol.2. Ceph. d. conf. 472. num. 54. & 87. & seq. & d.conf.716. num. 21. Hond.d.conf.62.num.18.uol.2.Surd.d.conf.439. num.19.uerf.& isto casu, Pereg.de fideic.d. artic. 5.num.21.Menoch.d.conf.273.num 8 & d.conf. 1112.num.2.& d. lib.4.præf. 141. num. 27.* nec alius hæres fieri, ne vni duo insolidum hæredes existant, *ut etiam dicemus in eadem.q.seq. Et in proposito considerat Ceph.d.conf.472.num. 88.* Qua ratione dicimus, extraneo, vel suo pubeŕi no posse quem directò substitui post aditam, seu quæsitam hæreditatem, *l.uerbis ciuilibus.7.ff.de uulg.§.ult. Inst. de pupill. Et in his terminis considerant Bald.in d.l.id, quod pauperibus, num.27.uerf.præterea, Dec.d.conf.277. nu. 2. Pereg.d.artic.5.num. 21.* Alioquin enim, si posset adeundo fieri hæres, posset etiam repudiando facere locum intestatæ successioni,
295 quoniam † hæc sunt conuertibilia. At hoc facere non potest, quia hoc modo testator decederet pro parte temporis testatus, nempè, quandiù vixit vxor, & pro parte intestatus, scilicet post eius mortem, quod esset absurdum. Ergo nec potest adeundo directò fieri heres. *Ita in proposito ratiocinatur Bald. in d.l.id, quod pauperibus num. 27. uerf. sed ego ostendo, & post eum Pereg.d.artic.5. num. 21.* Quamobrem necessario debet venire iure fideicommissi, quia, licet vxor ipso iure totam consequatur hæreditatem, eo tamen ipso, quod testator post eius mortem instituit aliũ hæredem, & ita voluit, hæreditatem non remanere penes ipsam, sed transire in institutum, & talis voluntas, ac dispositio non potest valere iure directò, ideo necessariò debet sustineri iure fideicommissi, per quòd censetur vxor grauata post mortem suam hæredi-
296 tatem instituto restituere † *secundum regulam l.Scæuola 76.ff.ad Trebell.Ita in proposito declarant Bald.in d.l.id, quod pauperibus, num. 27. uerf.sed ego ostendo, Castr.in d.l.1.§.si ex fundo, num.2. Alex.d.conf.162.num.2.uerf.et dato, vol. 2.Iaf.in d.l extraneum, num.6.uerf.tertio principaliter limita, Gul. Ben.in d.cap.Raynutius, in verb.reliquit, num.9.uerf.tertio maximè, Dec. d. conf.277.num.2. Rum.d.conf.36.num.3. volum. 2.Ceph.d.conf.37.num.9.& 49.in fin.& d. consil. 472.num.53.& 57.uerf 9. & num. 58. & 81. & d.conf.563.num.37.& d.conf 716.nu.20. Decia. d.conf.57.num.2. iuncto num.54. uerf. Non obstat secundum, vol.1.Purp.d.conf. 558. num. 13. Nico.Bello.d.conf.7.num.5.11.& 14. in fi. Roll. d.conf.29.num.26.volum.4.Durã.d.tit.6. caut. 39.num.2.Crasi.in d.§.legatum q.23.nu.2.uerf. sed contrariam, Hond.d.conf. 62. num. 2. & 12. uerf.& quamuis, & num.13.vol.2.Surd.d.conf. 439.num.19.uerf.& isto casu, Menoch. d. consil. 105.num.48.& 66.d.conf.273. num. 6. 8. & 22. uerf.His manifeste, & num.23.uerf.uerum responsdetur, & num.27.uerf.Quartus, & ultimus, & d conf.637.num 2.et d.conf. 1112.num. 16.et d. lib.4.præf.141.num.27.Pereg.d.artic.5.num.21. d.conf.63.num.7.vol.3.et d.conf 44.num. 1. vol. 5.Lader.d.conf.3.num.1.Christo. Mart. Med. d. decis.5.num.2.*

Nec obst contrarium, quod testator eũ non substituerit, sed instituerit, quia respondent, verbum, instituo, trahi ad substitutionem ex
297 ordine sumpto: † Nam, quia testator vxorẽ primo loco instituit, & post eius mortem instituit alium, qui non potest venire, vt institutus, tamquam post eam, non simul cum ea vocatus, ideo ex ordine, quem testator sumpsit, & expressit, verbum, instituo; necessariò trahitur ad substitutionem. *Ita respondet Bald. in d l id, quod pauperibus.num.28. uerf. Præterea, et post eum declarant Dec.d. conf.277. num. 2.Pereg.d.conf.63.num.6.vol.3.*

Hinc respectu vxoris duo sequuntur commoda, quæ non haberet, si solùm esset vsufructuaria, nec intelligeretur facta heres vniuersalis: Primum enim, si is, qui post illius mortem institutus est, decesserit ea adhuc viuente, hæreditas penes ipsam remanebit, & post eam transibit in ipsius hæredes sine onere fideicommissi, quia, cum is censeatur vocatus per fideicommissum, quod est conditionale, tamquam collatum post mortem vxoris, & sic in diem incertum, qui in se continet conditionem, si tunc temporis sit superstes *l.hæres meus.78.in prin.ff.de cond. et demon. et nos latius dicemus in hoc cap. q. 18.* & ea pendente decesserit, eaque ratione non potuerit illud ad suos hæredes transferre. *l.vn.§. sin autem aliquid sub conditione. C.de cad.toll.* Consequens est, vt, tamquam factum caducum debeat apud vxorem, quasi apud grauatam
298 remanere, † *sicuti dicemus in 9.cap.q.1. num. 9. Ita scribunt Ceph.d.conf.716.num.49. uerf. quibus declinatur, Crasi.in d.§ legatum q.23.num. 3.Men.d.cõf.273.n.27.uerf Quartus, et ultimus, et conf.525.num. 6 Pereg.d. artic.5.num.21.d. conf.58.num.4.et d.conf.63.num.10.vol.3 d.cõf. 44.num.1.vol.5.Christo.Mart.Med.d.decis.5. num.3.uerf.si ergo.*

Alterum verò, quod sequitur, commodũ est, quia, etiamsi post vxoris mortem vocatus superuiuat, & ita veniat casus restitutionis, nihilominus hæredes vxoris poterunt ex ipsius persona detrahere Trebellianicam,
299 † *vt scribunt Castr.in d l.1.§.si ex fundo num. 2. ff.de hæred.inst.Dec.d.conf. 277.num. 2. Ruin.d. consil.36.num.5.vol.2.Duran. d. tit. 6.caut. 39. num.2.Ceph.d.conf.472.num.55.et d.conf. 563. num.39.Hond.d.conf 62.num.3.vol.2. Menoc. d.lib.4.præf.141 num 28 Pereg.d. artic.5.num. 21.d.conf.58.num. 4. et d.conf.63. num.7.vol.3. Lader.d.conf.3.num.1.* quippe, quam detrahũt omnes hæredes etiam extranei, quoties grauati sunt hereditatem restituere. *§.sed, quia hæredes, Inst. de fideicom. hæred.* nisi, quatenus illa

fue-

fuerit per imputationem fructuum diminu-
ta, *secundum l. in fideicommissaria. 18. §. 1. ff. ad Trebell.*

Huius autem opinionis, quam plerique, vt
receptiorem mordicùs tuentur, fundamentū
300 est, quia, † quoties testator aliquem instituit
in re certa, nec ei dedit cohæredem vniuersa-
lem, is detracta mentione rei perinde fit hæ-
res vniuersalis, ac, si simpliciter fuisset hæres
institutus *l. 1. §. si ex fundo ff de hared. inst. & nos latè diximus in hoc cap. q. 7. num. 1. & seqq.*
Idque procedit, non solum, si fuerit institutus
in proprietate, sed etiam, si in vsufructu, *vt diximus supra num. 169. & in hoc ipso cap. q. 10, num. 20.* Sed in specie proposita testator insti-
tuit vxorem in re certa nempe in vsufructu
omnium bonorum, qui respectu hæreditatis,
301 & sic iuris vniuersi certa res intelligitur, † *vt declarant Rum. d. cons. 51. num. 14. vers. & per prædicta, & d cons. 206. num 18. vers. Antequam, & num. 20. vers. si vero adeatur vol. 2. Pic. in d. l. Titia. 35. §. fin num. 102. versic. & istam opinionem, Mantic. d lib. 4. tit. 5. artic. 2. num. 7. & 8. vers. confirmat & artic. 7. num. 1. & 2. vers. sed ego considero, & artic 9. num. 1. vers. sed breuiter & articul. 16. vers. neque ego, Surd d. consil. 439 num. 14. vers. 2. moueor. Men. d. lib. 4. præs. 141. num. 11. vers. Imo confirmabitur, & nu. 26.*
nec ei dedit cohæredem vniuersalem, quia,
licet alium hæredem instituerit, eo tamen ip
so, quod eum instituit post illius mortem, nō
potest is censeri datus, vt cohęres, sed, vt sub-
302 stitutus. † *vt considerāt Bald in d. l id, quod pauperibus, num. 27. vers. sed ego ostendo, Alex. d. cōs. 162. num. 6. vol. 2. Rum. d. cons. 36. num. 4 vol. 2. Ceph. d. cons. 716. num. 38. vers. Ad quartum, & num. seq. Hond d. cons. 62. num. 17. vol. 2. Surd. d. cons. 439. num. 19 vers. & isto casu.* Ergo de-
tracta mentione vsusfructus debet fieri hęres
vniuersalis. *Ita ratiocinantur Bald. in d. l. id, quod pauperibus, num. 27. vers. Sed ego ostendo, Ang. in d. l. miles ita. 42. in prin. num. 2. vers. tu autem dic ff. de milit. test. Dec d. cons. 277 num. 2. Alcia. d. cons. 38. num. 17 vers. facit decisio lib. 9. Ceph. d. cons. 716. num. 17. & 38. vers. ad quartū, & num. seq. Decia. d. cons. 57. num. 2. iuncto nu. 54. vers. Non obstat secundum vol. 1. Roll. d cons. 29. num. 26. volu. 4. Nico. Bello. d cons. 7. num. 11. Hond. d. cons. 62. num. 16. & 17. volum. 2. Surd. d. cons. 439. num. 18. vers. Doctores, Pereg. d. articul. 5. num. 21. Men. d. cons. 273. num. 7. & d. consil. 1112. num. 2. & d. lib 4. præsum. 141. num. 26.*

Non posse autem institutum censeri cohę-
redem, sed substitutum, probant ea ratione,
303 quia † cohæres dicitur, qui venit ex eodem
304 gradu, substitutus verò, qui ex diuerso † *l. cum in testamento. 37. in prin. ff. de hared inst. l. verbis ciuilibus 7 ff. de vulg.* Deniq; dicitur cohęres,
qui vocatur ad rem, vel partem diuersam,
substitutus verò, qui ad rem, vel partem ean-
305 dem † *l. fin. vers. Tunc etenim C. de hæred. inst. l. ex facto. 19. ff. eod. l. 2. ff. ad Trebell.* Sed is, qui
post vxoris mortem institutus est, non venit
306 ex eodem gradu, sed ex diuerso, † quia non
vocatur simul cum vxore, sed post eam, *d. l. cum in testamento. 37. in prin. ff. de hæred. institu.*
& ita in hac vocatione subest quidem suc-
cessionis ordo, qui diuersos denotat succedē-
di gradus *l. 1. & tot. tit. ff. de success. edict.* vt ge-
neraliter euenit in omnibus casibus, in quibus
vnus post alium venire debet, *vt ostendimus in 5. cap. q. 26. num. 22. & seqq.* Deniq; vocatur ad
307 eandem rem, † nempe ad eundem vsum-
fructum, in quo fuerat vxor instituta, cum
post eius mortem vocetur ad totam hæredi-
tatem, & sic, non solum ad proprietatem, sed
etiam ad vsumfructum, *vt considerat Alex. d. cons. 162. num. 6. vol. 2.* Ergo non potest censeri
datus, vt cohæres, sed, vt substitutus, & per cō-
sequentias non potest impedire, quo minus
vxori tota hæreditas accrescat. Idq; adeo ve-
rum esse putant, vt dicant procedere

Primo, non solum, si post vxoris mortem
institutus sit extraneus, sed etiam, si filius, aut
alius, cui legitima debeatur: Nam, licet pro
quantitate legitimę reijciatur dies, & condi-
tio, & filius non expectata vxoris morte sta-
tim eam consequatur, perinde, ac, si purè, &
simpliciter fuisset institutus, *vt diximus supra num. 211. & seqq.* tamen, quia dies, & conditio
non reijcitur de residuo, ideo eius respectu
censetur filius institutus post vxoris mortem,
Quo fit, vt non possit censeri datus, vt cohæ-
res, sed, vt substitutus, & per consequentias, vt
non possit impedire, quominus vxori, tam-
quam non habenti cohæredem, sed substitu-
tum tota hęreditas accrescat, cum onere ta-
308 men fideicommissi, † *secundum ea, quæ ex ipsorum sententia supra diximus. Ita in specie scribunt Ceph. d. cons. 563. num. 37. Roll. d. consil. 29. num. 26. volu. 4 Men. d. lib. 4 præs. 141. num. 10. vers. est & considerandum (vbi tamen id perpeā dicit procedere in specie, qua vsusfructus fuerat titulo legati relictus) & num. 11. vers. Imo confirmabitur, & num. 20. vers. Tertia. & num 22. in fin. Pereg. d. cons. 58 num 6. & 8. vers. sed contra, vol. 3.* quæ res operabitur, vt, si filius præmo-
riatur, & ita caducum fiat fideicommissum,
totum residuum maneat penes vxorem, &
post eam transeat in ipsius hæredes sine one-
re fideicommissi, *secundum ea, quæ diximus supra num. 298.* Quod, si superuiuat, & ei fiat
hæreditatis restitutio, possint vxoris hæredes
ex persona defunctę deducere Trebellianicā,
secundum ea, quæ diximus num. 299.

Secundo tradunt procedere, non solum, si
vxor fuerit in vsufructu instituta simpliciter,
sed etiam, si ad tempus, puta, quia testator di-
xerit, instituo vxorem meam durante ipsius
309 vita. † Nam (secundum eos) illa temporis li-
mitatio non impedit, quominus ei tota hæ-
reditas accrescat, & institutio censeatur pura,
& perpetua, non solum, quoad iura directa,
quippe, quæ nunquam auferri possunt, sed
etiam, quoad iura vtilia: Licet enim hæc de-
beant in fideicommissarium transferri, & fi-
niri in persona hæredis, non tamen hoc fit ex
vi limitationis, seu temporalitatis institutio-
ni adiectæ, quippe, quæ nihil in hæreditate
operatur, sed fit ex vi fideicommissi, siue fi-
deicommissariæ substitutionis, quod patet ex
eo, quia, si iura vtilia finirentur ex vi tempo-
ralitatis adiectæ, non possent apud hæredes
vxoris remanere, etiam si deficeret is, qui post
eius mortem vocatus est, vt de temporali le-
gato dicemus *in hoc cap. q. 19. num. 52.* Atqui
si deficiat is, qui post vxoris mortem institu-
tus est, iura vtilia manent penes hæredes ip-
sius vxoris, *vt patet ex his, quæ diximus supra nu.*

*nu.*298. Ergo in eius persona non debent finiri ex vi temporalitatis adiectæ institutioni, sed ex vi restitutionis, quæ fit ex causa fideicommissi. Et ita in specie vxoris, in vsufructu institutæ, quandiu vixerit, vt non obstante temporis adiectione censeatur hæres vniuersalis, & grauata hæreditatem restituere *scripserunt Ceph.d.cons.*472.*num.*57.*vers.*9.*& num.* 58. *Menoch.d. cons.* 105. *num.* 6. *& d. cons.* 637. *num.*2.

Tertio tradunt procedere, etiamsi respectu temporis addita sit taxatiua, puta, quia testator dixerit, Instituo vxorem in vsufructu durante tantum ipsius vita, quia non obstante illa taxatiua fiet hæres vniuersalis, & solum per fideicommissum grauata intelligetur.
310 † *Ita scribūt Ruin.d.cons.* 36. *num.* 5. *volum.*2. *& Pereg.d.cons.*44.*num.*1.*vol.* 5.

Quarto tradunt procedere, etiamsi taxatiua fuerit adiecta respectu rei, vt, quia testator dixerit, instituo vxorem in vsufructu tantum: Adhuc enim ea non obstante fiet hæres vni-
311 uersalis. † *vt scripsit Ceph.d.cons.*472. *num.*53.
312 *&* 56. *& d.cons.*607.*nu.*30. tum quia † testator non potest in institutionibus ius accrescendi prohibere, *secundum veriorem, & receptiorem sententiam, quam nos referemus in* 10. *cap. q.*16. *nu.*20. tum etiam, quia dato, quod illud prohibere possit, *vt alij malunt*, non tamen in hæreditatibus censeretur id per simplicem taxatiuam prohibuisse, *vt dicemus in eodem cap.* 10.*q.*19.*nu.* 30. *Et in proposito considerat Ceph. d.cons.* 472.*num.* 56.

Quinto tradunt procedere, etiamsi testator dixerit, se vxori relinquere vsumfructum iure legati, institutionis, & omni meliori modo:
313 † Nam licet mentio legati videatur denotare, mentē testatoris nō fuisse, vt vxorem faceret hęredē, sed tantum legatariam, tamē, quia fecit etiam mentionem de institutione, ideo fit, vt vxori, tamquam in vsufructu institutæ tota hæreditas accrescat, *secundum ea, quæ supra diximus. Ita in specie consuit Decia. d. cons.* 129.*num.*65.*vol.*3.*& post eum Mantic. d. lib.* 4. *tit.*5.*artic.*17.*num.*1.*&* 4. *Menoch. d.lib.*4.*præs.* 141.*num.*30.*& d.cons.*637.*num.*2.

Hæc autem, si (secundum eos) procedunt fauore vxoris, multo magis debent procedere fauore filij, si is fuerit in vsufructu institutus, & post eius mortem instituti sint alij, puta nepotes: Nam detracta mentione vsusfructus perinde habebitur, ac, si simpliciter fuisset institutus, non solum pro quantitate legitimæ, sed etiam pro residuo, quia, cum in vita non habeat cohęredem, consequens est, vt tota hęreditas illi debeat accrescere, ita tamē, vt post mortem censeatur grauatus hæredi-
314 tatem filijs suis restituere. † *Ita scripserunt Ceph. cons.* 607. *numer.*25. *& Men. cons.* 277. *num.*.45.

Sed hæc sententia, quam veteres passim sunt amplexi, tamquam repugnās voluntati testatoris, & ijs principijs, quæ certa sunt in materia iuris accrescendi meritò fuit a mul-
315 tis improbata, † *vt ab Imol.in d.l. filius a patre.* 28.*in prin.numer.*4. *vers. sed aduerte ff.de lib.& post.& in d.l.hæreditas ex die.* 34.*num.*9. *vers. sed tu tene ff. de hered.instit. Ruin.d.cons.*54.*num.*4. *& seqq. & d. cons.* 206.*num.*21.*vers. quibus non obstantibus vol.*2. *Pic.in d.l. Titia.*35.*§.fin.nu.* 102.*vers.Quid tenendum ff.de leg.*2. *Vigl in d.§. heres, num.*6.*vers.primū, Inst.de hered.inst. Caro. Molin. in addit.ad Alex.d.cons.*162. *in fin.vol.* 2. *Couar. d.lib.*2.*varia.resol.cap.*2.*num.*5. *Andr. Gail. d.lib.*2.*obs.*143.*num.*5. *vers. sed Molinaus, & num.*6.*vers.sed, cum vtroq; Odd. cons* 91.*nu.* 20.*vers.Nec repugnat, & num.*21.*vers.ex quibus constat, Andr. Fach. lib.*4.*controu.cap.*16.*vers. Ego priorem, & nouissimè a Rota apud Farin. in recoll.decis.*162.*num.*2.*part.*2.

316 Primo, quia † cessat hæreditatis accretio, quoties institutus in re certa cohæredem vni-
317 uersalem habet, etiam sub conditione: † Nā, si cessat, quoties vnus purè fuit institutus in vna parte, alter verò sub conditione in alia *l.*2.*cum ibi not. ff. si pars hæred.pet.& nos latè dicemus in hoc cap.q.*37. scilicet, quia, qui ad partem speratur admitti, interim facit partem, *vt dicemus ibi, & in his terminis considerat Ruin. d.cons.*51.*num.*16.*& d.cons.*54.*num.*9.*& d.cons.* 206.*num.*22. *vers.vnde text.vol.*2. cum ius accrescendi non aliter habeat locum, quam, si pars deficiat, *vt diximus in huius cap. prin. n.*6. *& seqq.* & deficere non dicatur quoties vocatus ad eam speratur admitti, *vt ostendimus in d.q.* 37. *& in proposito considerat Ruin. d. cons.* 51.*num.* 16.*& d cons.*54. *num.*12.*& d.cons.*206. *num.*22.*vers. Præterea, vol.*2. Consequens est, vt multo magis cessare debeat, quoties vnus purè fuit institutus in re certa, alius verò sub conditione in tota hæreditate, cum quota facilius accrescat quotæ, quam hæreditas rei certæ, *vt diximus in hoc cap. q.*1.*num.*10. & in habentibus simbolum facilior sit transitus, *vt diximus ibi num.* 11. *& in his terminis considerat Ruin. d. cons.* 54.*num.*8.*vol.*2. Atqui in specie proposita vxor in vsufructu, & sic re certa instituta cohæredem vniuersalem habet, & quidem purè datum, *secundum eam sententiam, quam referemus infra nu.* 343. *& seqq.* aut saltem datum sub conditione, *secundum eam, quam referemus num.*339. cum is, qui post illius mortem institutus est, censeatur institutus sub conditione, si tunc temporis superuixerit, *vt diximus supra num.*68. Ergo, quandiu spes est, posse eum adire, tandiu cessare debet hæreditatis accretio. *Ita arguunt Pic. in d. l. Titia § fin nu.*102.*vers.& istā opinionē, & Māt. d.lib.*4 [illegible] *artic.*2.*num.*9 *& articu.*7.*num.*2.

Nec est quod respondeas, hoc procedere,
318 † quoties ambo fuerunt in diuersis partibus instituti, sed vnus purè, alter verò sub conditione: Tunc enim verum est, sub conditione institutum, dum ea pendet, facere partem instituto purè, & sic impedire, ne interim totū habeat, quia alioquin eueniente conditione, non posset postea pars, quę iam illi accreuisset, directò transire in cohæredem, prout voluit testator, cum is, qui semel factus est hęres, non possit postea directò desinere esse hæres *vt dicemus in q. seq. Et in his terminis declarat Alex.d.cons.* 162. *num.*5. *&* 6.*vol.*2. vel proce-
319 dere, † quoties vnus fuit purè institutus in re certa, alius verò sub conditione in residuo, quo casu censentur vocati ad res diuersas, *vt declarat Pereg.de fideic.d.artic.*5.*num* 21. aliud
320 verò iuris esse, † si vnus purè instituatur in re certa, alius verò sub conditione, & in illa re, & in residuo, prout euenit in specie proposita vt pote, in qua post vxoris mortem institutus voca-

vocatur ad totam hæreditatem, & sic, non
solum ad proprietatem, sed etiam ad vsum-
fructum vxori relictum, & ita vocatur ad to-
tum illud, quod instituto purè datum est; Nã
tunc verius videtur, hunc non impedire ac-
cretionem, *vt in specie declarant Alex. d.cons.*
162.num.5. & 6.vol.2. Ruin.d.cons.36.num.4.
vol.2. Pereg.d.artic.5.num.21. quia verius, est,
321 imo procedere † etiam in casu proposito, sci-
licet, quia institutus post vxoris mortem non
vocatur ad eandem rem, ad quam vxor fuit
322 vocata, sed ad rem diuersam: † Nam vxor fuit
vocata ad vsumfructum, & sic ad rem certã,
cum alioquin institutus post eius mortem vo
cetur ad hęreditatem, quæ censetur res a sin-
323 gulis rebus hęreditarijs diuersa † *l. 1. C. de evi-*
ctio. l. 1. §. quadam ff. de rer. diu. §. 1. Inst. de reb.
corp. Et in proposito declarant Ruin. d. cons. 54.
num. 1. vol. 2. Ceph. cons. 436. numer. 45. Et, licet
vocetur etiam ad vsumfructum, in quo fue-
rat vxor instituta, non tamen sequitur, voca-
ri ad eandem rem, quia vxor vocata est ad
vsumfructum formalem, hæres verò ad cau-
salem, qui multum ab illo differt, *vt diximus*
in 5. cap. q. 10. nu. 3. & dato etiam, quod essen-
tia non differret, *secundum ea, quæ diximus ibi*
num. 9. non tamen ad eum vocatur principa
liter, sed per quandam consequentiam, scili-
cet, quia vsusfructus rerum hæreditariarum,
tamquam ipsarum rerũ pars *l. vsusfructus. 4.*
ff. de vsufr. a rebus ipsis nõ distinguitur, ideoq;
vt hęreditas censetur res diuersa a singulis re-
bus hæreditarijs, ita etiam debet censeri di-
uersa ab ipsarum rerum vsufructu, qui pars
earum intelligitur.

Minus est, quod respondeas, institutum sub
conditione, tunc impedire totius hæreditaris
324 accretionem, cum † vocatur, vt cohæres, &
sic, vt institutus, non etiam, cum vocatur, vt
substitutus, prout vocatur in casu nostro,
quia verius est, imo vocari, vt cohæredem,
325 non, vt substitutum, † quod patet ex mul-
tis, &

Primo ex eo, quia, cum, non vocetur ad
eandem rem, sed ad diuersam, *vt supra demon-*
stratum est, Consequens est, vt non vocetur,
tamquam substitutus, sed, tamquam cohęres,
ex ijs, quæ diximus in argumento cõtrario, quæq;
proinde retorquentur. Ita arguit Ruin. d. cons.
54. num. 10. vol. 2.

Secundo, quia, si vocaretur, vt substitutus
veniret ex diuerso gradu *d. l. cum in testamento.*
37. in prin. ff. de hæred. inst. Atqui venit ex co-
326 dem gradu, † cum respectu hæreditatis, quæ
non vxori, sed instituto post eius mortem
fuit relicta, testatoris dispositio primum, non
secundum constituat vocationis gradum.
Ergo non vocatur, vt substitutus, sed, vt co-
hęres.

Tertio, quia, quoties vsusfructus vni relin-
quitur, & post eius mortem relinquitur alij,
non potest is censeri primo substitutus, scili-
cet, quia substitutus is tantum dicitur, qui vo-
catur ad eam rem, quæ a mora vocatione de-
beret apud primum remanere *l. 2. ff. ad Tre-*
bell. & nos latè ostendemus in hoc cap. q. 19. num.
56. Atqui vsusfructus etiam a mora secundi
vocatione non remaneret apud primum,
cum eius morte finiatur. Ergo secundus non
potest dici primo substitutus. *Ita arguit Ruin.*
d. cons. 54. num. 10. vers. & eo minus, vol. 2.

Quarto demum, quia dato etiam, quod di-
ci possit substitutus respectu vsusfructus, & sic
rei certæ, quam testator vxori reliquit, non
tamen dici posset substitutus respectu iuris
327 vniuersi, † quippe, quod vxori non fuit expręs-
sim relictum: Nam, cum substitutio sit secun-
da institutio, *vt tradũt omnes in rub. ff. de vulg.*
post gl. ibi communiter approbatam, Consequẽs
est, vt talis dici non possit, nisi respectu illius,
in quo pręcessit prima. Atqui prima non prę-
cessit respectu vnius vniuersi, cum vxor non
fuerit in eo instituta. Ergo eius respectu non
potest vocatus post illius mortem dici sub-
stitutus, sed tantum institutus. *Ita ratiocina-*
tur Ruin. d. cõs. 54. nu. 10. vers. & obstetiã vol. 2.

Nec obstat, si dicatur, institutionem factã
post vxoris mortem, tamquam conceptam
vno, & eodem verbo, instituit, quod respicit,
& proprietatem, & vsumfructum, non posse,
quoad illam importare institutionem, quo-
ad hunc verò substitutionẽ, sed debere vtrũq;
328 pariformiter determinare, † & ita operari, vt,
tam in proprietate, quam in vsufructu cen-
seatur facta substitutio, *ex regula l. iam hoc iu-*
re 4. ff. de vulg. quia respondeo, regulam præ-
329 dictam non procedere, † quoties diuersa est
determinabiliũ ratio, prout est in specie pro-
posita: Nam, quia vsusfructus iam fuit reli-
ctus vxori, ideo institutio post eius mortem
facta, non potest illius respectu dici prima,
sed secunda. At hęreditas non fuit vxori re-
licta, sed ei, qui post illius mortem vocatus
est, ideoque institutio respectu illius debet
censeri prima, non secunda. Quo fit vt non
sit absurdum, verbum, instituit, respectu hęre-
ditatis sumi propriè, respectu vero vsusfru-
ctus impropriè, pro, substituit, cum ob subie-
ctorum diuersitatem pariformis determina-
tio fieri nequeat; *Ita respondet Ruin. d. cons. 54.*
num. 11. vol. 2.

Minus obstat, si dicatur, censeri etiam vxo-
ri relictam hæreditatem, eo ipso, quod alius
in vita illius institutus non est, quia, cum hoc
non fiat ex dispositione testatoris, sed ex dis-
positione legis, quæ tunc demum habet locũ,
cum testator de hæreditate non disposuit, &
in proposito disposuerit fauore illius, quem
instituit post vxoris mortem, Consequens est,
vt non possit vxor censeri in hæreditate insti-
tuta, nisi ob hæredis instituti defectum fiat
iuri accrescendi locus: Alioquin enim seque-
retur, si testator instituat vnum purè in dimi-
dia, alium verò post illius mortem in tota
hæreditate, debere aliam dimidiam accresce-
re instituto purè, eo, quod in vita illius non
fuit alius institutus, quod, quia repugnat ijs
principijs, quæ traduntur *in l. 2. ff. si pars hær.*
pet. & in materia iuris accrescendi sunt rece-
ptissima, *vti nos ostendemus in hoc cap. quæst. 37.*
ideo non est vllo modo recipiendum, sed po-
tiùs dicendum, institutum post mortem alte-
rius, illo defuncto consequi directò illam di-
midiam, quæ nulli data fuerat, alteram verò
dimidiam, in qua fuerat alter institutus, con-
sequi iure fideicommissi, & ita verbum, insti-
tuit, respectu diuersarum partium, & diuersã
habentium rationem, diuersimodè quoque
determinari, *vt considerat Ruin. d. cons. 54. nu.*
11. vers. alias, si id, vol. 2.

Deniq;

Deniq; non est, quod respondeas, id, quod
dicitur, institutum sub conditione facere par-
tem instituto purè, dum conditio pēdet, pro-
330 cedere, † quoties is, qui sub conditione insti-
tutus est, vocatur in vita cohæredis, secus ve-
rò, quoties vocatur post eius mortem, cum
testator eo modo censeatur ordinem quem-
dam succedendi præscripsisse, qui simulta-
neæ vocationi refragatur, *vt patet ex ijs, quæ*
diximus in 5. cap. q. 20. nu. 22. & seq. quia hoc
331 verum est, si † ordo respiciat vnam, & eandē
rem, prout euenit, cum testator vnum insti-
tuit hæredem vniuersalem, donec vixerit, &
post eius mortem instituit alium: Tunc enim
verum est, non posse eum, qui post primum
institutus est, censeri simul cum eo vocatum,
& sic eius cohæredem, sed censeri post eum
substitutum, tamquam successiuè vocatum
ad eandem hæreditatem. Coeterùm, si ordo
respiciat res diuersas, vt in specie proposita, in
qua vxor vocatur ad vsumfructum, hæres ve-
rò post eam vocatur ad hęreditatem, quę cē-
setur res ab vsufructu diuersa verius est, non
impedire, quominus institutus post mortem
primi censeatur illi datus, vt cohæres, vel sta-
tim, vel saltem aduenıente conditione, *secun-*
dum ea, quæ supra diximus.

Secundo verò prædicta confirmātur ea ra-
332 tione, quia † in specie proposita cessat causa,
propter quam hæredi in re certa instituto to-
ta hæreditas accrescit: Causa enim est, ne te-
stator decedat pro parte testatus, & pro parte
intestatus, *vt ostendimus in hoc cap. q. 7. num. 4.*
quæ cessat in hac specie, scilicet, quia, licet
hæreditas vxori non accrescat eo tamen ip-
so, quod potest ab instituto adiri, vel statim,
secundum vnam opinionem vel saltē post vxo-
ris mortem, *secundum aliam*, fit, vt, si adeatur,
testator censeatur semper testatus decessisse,
quoniam aditio quandocunq, facta ad tem-
pus mortis retrotrahitur *l. hæres quandocunq;*
54. ff. de acq hæred. Ergo, tamquam cessante
causa accretionis, debet, & ipsa accretio ces-
sare. *Ita arguunt Rum d cons 51. num. 16. & d.*
cons. 54 num. 6 7. & 11. vers. &, si dicatur, & d.
cons. 206. num. 22. vers. & pro hac opinione, vol. 2.
Mantic. d. lib. 4 tit. 5. art. 7. num. 8. & 9.

Tertio, quando prædicta non sufficerent,
vel hac vna ratione deberet præcedens opi-
333 nio reijci, quia † manifestè repugnat volun-
tati, & intentioni testatoris, adeo, vt totum
contrarium eius, quod testator voluit, opere-
tur: Primum enim voluit testator, vxorem es-
se quidem vsufructuariam, sed non proprieta-
riam, & tamen hęc opinio facit eam proprie-
tariam, *vt considerant Imol in d. l. filius a patre.*
num. 4. vers. sed aduerte. Rum. d. cons. 206. num.
22. vers & ista opinio est etiam, vol. 2. Pec. in d. l.
Titia. §. fin. numer. 102. vers. Quid tenendum.
Secundo verò testator voluit, institutum post
eius mortem fieri hæredem, & sic succedere
directò, & tamen hæc opinio facit eum fi-
deicommissarium. Tertio testator voluit, in-
stitutum habere totum, & tamen hæc opinio
non dat ei, nisi dodrantem, cum velit vxoris
hæredes posse detrahere Trebellianicā, *vt cō-*
siderant Imol in d. l. filius a patre, num. 4. vers.
sed aduerte. Rum. d. cons. 51. nu. 15. in fi. d. cons.
54. num. 5. & d. cons. 206. num. 22. vers. & ista
opinio est etiam vol. 2. Pec. in d. l. Titia. §. fin. nu.
102. vers. quid tenendum. Mantic. d. lib. 4 tit. 5.
art. 7. num. 7. Quarto demum testator voluit,
ius vxoris finiri morte, ita, vt non possit ad
hæredes transire, & tamen hæc opinio facit
ius perpetuum, non solum, quoad ius directū,
sed etiam, quoad vtile, si institutus superstite
adhuc vxore præmoriatur, & hoc modo prę-
fert vxoris hęredes quibuscūq; hęredibus hę-
redis, etiamsi sint eius filij. quod verisimile
334 non est defunctum voluisse, † *vt considerat*
Rota apud Farin. in recoll d decis. 16 . numer. 3.
part. 2. Ergo tamquam repugnans voluntati
testatoris, quę omnimodo est secuāda, debet
reijci, & tamquam iniqua reprobari. *Ita ar-*
guunt Imol. in d. l. filius a patre, num. 4. vers. sed
aduerte, & in d. l. hęreditas ex die, num. 9. vers. sed
tu tene, Pet. in d. l. Titia §. fin nu. 102. vers quid
tenendum, Carol. Molin. in addit. ad Alex. d. cons.
162. in fi. vol. 2. Andr. Fach. d. lib. 4. contro. cap.
16. vers. Ego priorem. Et maximè, cum tractatur
de filio, quem testator post vxoris mortem
335 instituit: Nec enim † verisimile est, eum vo-
luisse extraneos propriis descendentibus prę-
ferre *l. cum acutissimi 30. C. de fideic.* & sic vxo-
rem filio, & vxoris hęredes nepotibus ex filio
descendentibus, prout eueniret, si veterum
sententiam probaremus: Nam vxor, quæ in
solo vsufructu fuit instituta, censeretur etiam
prædilecta in proprietate, vt pote, a qua filiū
perpetuò excluderet, nō solum, quoad ius di-
rectum, sed etiam eo præmortuo quoad vti-
le, imo etiam eo superstite pro portione Tre-
bellianicæ. Deniq; præmortuo filio eiectis
etiam nepotibus vxoris hæredes totam hære-
ditatem retinerent, exclusis nepotibus, vt po-
te, ad quos fideicommissum conditionale nō
transfertur, si filius pendente conditione de-
cesserit, quod, quia communi naturę, & pa-
rentis voto repugnat *l. scripto, 6. in fin ff. vnd.*
lib. ideo, vt iniquum, non debet aliquatenus
admitti. Quam in rem facit, quod scribit Pa-
pinianus *in l. verbis ciuilibus 7. ff. de vulga.* de
336 eo, † quem testator frustra substituit filio suo
verbis ciuilibus vltra pubertatis annos. Nam,
qui nō admittitur, vt substitutus, inquit, vt adie-
ctus hæres quandoq; non erit, ne fiat contra volū-
tatem, si filius non habeat totum interim, quod ei
testamento pater dedit. Ergo, & in proposito nō
debet vxor in vsufructu instituta censeri hæ-
res vniuersalis, ne fiat contra voluntatem te-
statoris, qui post illius mortem voluit, filiū
habere totum. *Ita arguit Rum. d. cons. 54. num.*
4. vers. &, quod non sit vera, vol. 2. & post eum
Mantic. d. lib. 4. tit. 5. artic. 7. num. 7. vers. & hęc
quidem.

Neq; huic sententiæ obstat contrarium
desumptum ex regula *l. 1. §. si ex fundo ff. de*
hæred. inst. quia respondeo, primo, id proce-
337 dere, † quando per talem accretionem non
aufertur id, quod alteri datum est, in totum,
vel pro parte, hic autem, vel in totum auferri,
uel, saltem pro parte, quia secundum prædi-
ctam opinionem, si institutus præmoriatur,
nihil erit habiturus, si verò superuiuat, erit ha
biturus solum dodrantem, ideoq; non posse
habere locum accretionē. *Ita respondet Rum.*
d. cons. 54. num. 5. vers. & per illam, vol. 2.
338 Secundo respondeo, id procedere, † si nul-
lus omnino datus sit cohæres uniuersalis, hic
autem datum esse, uel purè *secundum vnam*

opinionem, uel saltem sub conditione, *secundum aliam*, quæ res sufficit, ut dicatur habere cohæredem, & per consequentias, ut interim ius accrescendi cesset. *Ita respondent Andr. Fach. d. lib. 4. contro. cap. 16. vers. ego priorem, & Rota apud Farin. d. decis. 162. num. 6. part. 2.*

Quamobrem reiecta ueterum sententia censuerunt alij (& hæc est secunda opinio) uxorem, tamquam institutam posse quidem statim non expectata hęredis uniuersalis aditione usumfructum agnoscere, & per se, ac propria authoritate percipere, *secundum ea, quæ diximus supra num. 202.* & ita efficere, ut non sit amplius dubitandum de ualiditate testamenti, cum per simplicem eius agnitionem censeatur illud cōfirmatum, *vt diximus num. 203.* sed non fieri heredem uniuersalem, prius, quam deficiat hæres post eius mortem institutus, ut pote, ad quem tota hæreditas pertinere debet, non, quod statim eam adire possit, quia, cum sit institutus ex die incerto, qui continet in se conditionem, si tunc temporis fuerit superstes, debet (secundum eos) uxoris mortem expectare, *secundum ea, quæ diximus supra num. 70. & seqq.* sed, quia ex eius euentu pendet ius uxoris: Nam, si, eum ipsa moriente, institutus fuerit superstes, & adierit hæreditatem, censebitur uxor simplex fuisse legataria, & usumfructum iure particularis institutionis, quæ iure legati fungitur, percepisse; Quod, si prædecesserit, uel post illius mortem hæreditatem repudiauerit, aut ante illius aditionem obierit, tunc, quia certum est, neminem ex illo testamento futurum hęredem, censebitur hæreditas iam usq; ab initio uxori accreuisse, *secundum ea, quæ diximus nu. 204.* adeo, ut etiamsi decesserit prius, quā factus sit accretioni locus, nihilominus censeatur ius il ud ad suos hæredes transmisisse,

339 † *secundum ea, quæ diximus num. 205. Fuit hæc sententia Imol. in d. l. filius a patre. 28. in prin. nu. 6. & in d. l. hereditas ex die num. 9. vers. sed tu tene, Ruin. d. cons. 51. num. 15. vers. Nec obstant allegata, & d. cons. 54. num. 14. et seqq. et d. cons. 206. num. 21. vers. Quibus non obstantibus, et nu. 22. vers. et ista opinio est etiam vol. 2. Pis. in d. l. Titia 35. §. fin. num. 102. vers. ideo amplectenda et num. 103. vers. aut sunt instituti aliij ff. de leg. 2. Mantic. d. lib. 4. tit. 5. artic. 2. num. 7. vers. sed Picus, et art. 7. num. 1. 7. et 15. vbi ait, hanc magis congruere uoluntati testatoris, et Andr. Fach. d. lib. 4. contro. cap. 16. vers. Ego priorem.*

Hæc opinio conuenit cum prima in eo, quod vtraque vult, institutum post vxoris mortem, si decesserit ea superstite, non transmittere ius suum ad hæredes, ideoque hæreditatem apud vxorem, & eius hæredes absq;

340 onere restitutionis remanere, † *vt declarant Ceph. d. cons. 716. num. 41. vers. Quintum, & nu. 42. Pereg. de fideit. d. artic. 5. num. 21. & d. consil. 61. num. 8. vol. 3. Christo. Mart. Med. d. decis. 5.*

341 *num. 6.* sed differt in tribus, † & primo in eo, quia vxor, quandiu spes est, institutum posse admitti, tandiu (secundum hanc opinionem) non consequitur totam hæreditatem, sed tantum vsumfructum, cum alioquin, secundum aliam, fiat statim hæres pleno iure, & sic hæres vniuersalis. Secundo, quia, si institutus vxori superuixit, secundum hanc sententiam potest adire hæreditatem, & ita succedere directò, *vt declarat Ruin. d. cons. 54. num. 15. vers. & secundum, & num. 17. in prin. & vers. & quāuis, vol. 2. Pis. in d. l. Titia § fin. nu. 104. Mantic. d. lib. 4. tit. 5. artic. 7. num. 1. & 7.* cum alioquin, secundum aliam, non succedat, nisi iure fidei commissi, *vt retulimus supra num. 296.* Tertio demum, quia posita hac posteriore sententia non patietur institutus detractionem Trebellianicæ, *vt declarant Ruin. d. cons. 54 num. 15. vers. & secundum, & num. 17. vers. &, quamuis, & d. cons. 206. num. 23. vol. 2. Mantic. d. lib. 4. tit. 5. artic. 7. num. 7. & 15. & sentiunt etiam ij, quos retulimus supra num. 333. vers. 2.* quam tamen patietur, secundum communem aliorum opinionem, *vt diximus supra num. 299. Ita obseruauit Peregr. de fideicom. d. artic. 5. num. 21.*

Est autem hæc opinio tolerabilior, quam prima scilicet, quia inhæret verbis, & secundum eorum vim, atque naturam rem determinat, sed, quia non est conformis menti testatoris, quæ potiùs, quam verba, debet inspici, *vt diximus in hoc cap. q. 3. num. 8.* cum testator non ideo censeatur vocasse institutum post vxoris mortem, quod voluerit ius adeundæ hæreditatis, & proprietatis acquirendę in illud tempus differre, sed, quia voluit vxorem liberare à molestia, quam ei potuisset hæres in percipiendo vsufructu inferre, *vt diximus supra num. 237. & seqq. & latius dicemus*

342 *infra num. 347. & seqq.* ideo non puto † eam probandam.

Sed potiùs eam, quam ferè omnes recentiores, vt veriorem, & voluntati testatoris magis consentaneam amplectuntur, vt scilicet (& hæc est tertia sententia) possit hæres, licet post vxoris mortem fuerit institutus, statim adire, & adeundo consequi proprietatem totius hæreditatis, ita, vt etiamsi postea moriatur viua vxore, nihilominus eā transmittat ad suos hęredes, sed, si repudiet, vel ante aditam moriatur, censeatur hæredi-

343 tas vxori iam vsque ab initio accreuisse. † *Fuit hæc opinio Vigl. in §. hæres num. 6. vers. primum, Inst. de her. inst. Carol. Molin. in add. ad Alex. d. cons. 162. in fin. vol. 2. Couar. lib. 2. variar. resol. cap. 2. num. 5. Andr. Gail. lib. 2. obser. 143. nu. 5. vers. sed Molinæus, & num. 6. vers. sed, cum vtroque, Odd. cons. 91. num. 10. vers. Nec repugnat, & num. 21. vbi ait, se reperire alios dd. aquè communiter hanc tenere, vt rationabiliorem, & menti testatoris congruentiorem, & vers. ex quibus constat, vbi ait, opinionem contra Bald. esse saltem aquè communem, & secundum omnes veriorem, & humaniorem, & num. 26. vbi ait, communem interpretationem, quà sit, quotius vsusfructus fuit vxori relictus titulo legati, procedere, etiamsi vxor in eo fuerit instituta, quam sententiam nouissimè secuta est Rota apud Farin. in recoll. d. decis. 162. num. 2. part. 2. vbi pariter ait, hanc esse veriorem, & communiorem.* Quæ

344 sententia licet conueniat cum secunda † in tribus, & primo in eo, quia per vtramque potest vxor statim, & per se, ac propria authoritate vsumfructum percipere, & ita confirmare testamentum, & operari, vt de ipsius validitate non sit amplius dubitandum, *secundum ea, quæ diximus supra num. 202. & seqq.* Secundo, quia, si hæres vniuersalis nō adeat, sed repudiet, vel ante aditam hæreditatem moria-

moriatur, vtraque fatetur, hæreditatem censeri vxori iam vsque ab initio accreuisse, *secundum ea, quæ diximus supra nu. 204. & seqq.* Tertio demum, quia post vxoris mortem institutus per vtramque fit hæres directò, non per fideicommissum, si adeat hæreditatem, ideoque detractioni Trebellianicæ nō subijcitur, *secundum ea, quæ diximus num. 341.* dif-
345 fert tamen ab ea † in duobus, & primo, quia per illam non potest institutus ante adire, quam vxor decesserit, cum alioquin per hāc statim adire possit. Secundo, quia, si institutus viua vxore decesserit, secundum illam, nō potest hæreditatem, tamquam non aditam, imo nec delatam ad suos hæredes transferre, cum alioquin secundum hanc possit eam transmittere, si fecerit aliquem actum, ex quo aditio hæreditatis induci possit.

Hanc autem sententiam veriorem esse di-
346 xi, quia † ratio, propter quam dicimus, hæredem institutum post mortem vxoris, cui testator legauit vsumfructum, posse statim adire, militat etiam in specie, qua vxorem in vsufructu instituit, *vt considerat Andr. Gail. d. lib. 2. obser. 143. num. 5. vers. sed Molinæus, & nu.*
347 *6. vers. sed, cum vtroque:* Nam † testator non ideo censetur adiecisse diem mortis vxoris, quod voluerit institutionem suspendere, quo ad effectum aditionis, sed, quia voluit in illud tempus differre commodum vsusfructus, ne interim vxor ab hærede molestiam pateretur, *secundum ea, qua diximus supra num. 237. & seqq. Et in his terminis considerant Andr. Gail. d. obser. 143. num. 5. vers. sed Molinæus, & Rota apud Farin. d. decis. 162. num. 2. part. 2.* ideoque, licet institutio inspecto cortice verborum videatur esse conditionalis, tamen inspecta mente testatoris censetur esse pura,
348 † *vt diximus supra num. 235. Et in his terminis considerant Andr. Gail. d. obser. 143. num. 5. vers. sed Molinæus, & num. 6. vers. sed, cum vtroque, & Rot. d. decis. 162 num. 2 part. 2.* Quam voluntatis interpretationem, si nostri communiter admittunt in specie, qua vsusfructus relictus est vxori titulo legati, non video, cur etiam admittere non debeant in specie, qua relictus est titulo institutionis, cum iuris, siue tituli diuersitas non inducat, nec denotet diuersi-
349 tatem voluntatis, † *vt ait Papinianus in l. cum, qui tacitum. 18. §. fin. in fin. ff. de his, quib. vt ind.*

Nec obstat, si dicatur, Imo tituli diuersi-
350 tatem inducere diuersitatem iuris. † cum vxori non accrescat hæreditas, si vsusfructus fuerit ei relictus titulo legati, secus verò, si titulo institutionis, *vt patet ex ijs, quæ diximus supra num. 291. & latiùs in hoc cap. q. 11. nu. 1. & seqq.*
351 quia hoc verum est, si † deficiat hæres vniuersalis: Nam tunc hæreditas, licet non accrescat legatariæ, accrescit tamen institutæ, sed, vtrum dici possit hæres deficere nec ne, debemus æstimare ex dispositione, & voluntate testatoris, vtrum scilicet testator aliquem hæredem instituerit, qui ex ipsius voluntate sta-
352 tim adire possit, Vnde quia † talis voluntas admittitur subesse quoties testator instituit aliquem post mortem vxoris, cui legauit vsumfructum, ideo dicimus, eandem etiam voluntatem subesse, quoties eum instituit post mortem vxoris, cui reliquit vsumfructum titulo institutionis, scilicet, quia diuersitas tituli respectu vxoris non denotat diuersitatem voluntatis respectu hæredis, post illius mortem instituti. Itaque voluntatem non
353 consideramus, † ex parte vxoris, quippe, quæ in ea non fundatur, cum veniat per ius accrescendi, quod procedit à mera dispositione legis, non etiam à voluntate testatoris, quoties tota hæreditas accrescit instituto in re certa, *vt ostēdimus in 2. c. q. 2. nu. 56. vers. 4.* & testator non censeatur de iure accrescendi cogitasse, quod vix intelligunt illi prudētes, qui in euoluendis legum libris ætatem consumpserunt, *vt in his terminis cōsiderat Odd. d. consil. 91. n. 58.* sed consideramus voluntatem ex parte instituti, & dicimus, testatorem, quemadmodum non censetur adiecisse tempus mortis vxoris, vt in illud differret ius adeundi, quoties illi legauit vsumfructum, ita etiam non censeri ad eum finem illud adiecisse, quoties eam in vsufructu instituit, quia siue titulo legati, siue titulo institutionis relictus sit vsusfructus, semper eadem militat ratio voluntatis, & eius finis, ad quem testator censetur respexisse.

At, dices, si respectu voluntatis nulla est differentia inter vsumfructum relictum titulo legati, & relictum titulo institutionis, cur testator vxorem potiùs in vsufructu instituit, quam simplici legato honorauit? Verùm re-
354 spondeo, hoc factum esse, vt † pleniùs vxori prospiceretur, in eo, quod testator eam habere voluit, nempe in vsufructu, non etiam in proprietate, quippe, quam vxor non ex voluntate, & dispositione testatoris, sed ex mera dispositione legis est habitura, si deficiat institutus: Nam testator, qui voluit vxorem, quamdiu viuet, solam, & sine alicuius impedimento habere vsumfructum omnium bonorum, & remanere in eodem statu, gradu, & præeminentia, quam habebat in vita mariti, ita, vt post eius mortem non videatur à pristina qualitate, conditione, & decore deflexisse, vt hæc voluntas suum plenè sortiretur effectum, necessariò debuit occurrere duabus difficultatibus, quæ potuissent vxori esse impedimento, ne vsumfructum eo modo perciperet, quo testator voluit. Vna difficultas
355 est, quia † potuisset hæres vniuersaliter institutus prætendere partem vsusfructus vxori relicti, non obstante, quod testator dixerit, se ei relinquere vsumfructum omnium bonorū, donec vixerit, *ex ijs, quæ diximus supra n. 245. & latiùs in 5. cap. q. 10. num. 33. & seqq.* Et huic difficultati occurrit, instituendo hæredē post ipsius vxoris mortem: Nam hoc modo declarauit, mentem suam esse, vt is sit quidem hæres, sed emolumentum non percipiat, nisi secuta morte ipsius vxoris, ad hoc, vt illa, donec vixerit, sola percipiat integrum vsumfructum, *vt diximus supra num. 245.* Altera verò
356 difficultas est, quia † vsusfructus relictus debet accipi ab hærede, cuius proinde aditio necessariò videtur expectanda, aut saltem dubitatur, an expectari debeat. Vnde, quia posset hæres aditionem differre, & ita operari, ut uxor tardiùs, quam par sit, usumfructum percipiat, & hoc modo non utatur fruatur toto tempore uitæ suæ, prout ipse uoluit, ideo, ut plenè prospiceret uxori, aut saltem tolleret dubitandi causam, debuit eam hæredem in

usufructu instituere: Nam hoc modo censetur effecisse, ut illa statim, & per se, ac propria authoritate potuerit usumfructum percipere *secundum ea, quæ diximus supra nu.* 202. & ita uitare impedimentum, quod ex hæredis dilatione nasci, aut de quo saltem dubitari potuisset. Ex quo intelligimus, formam instituendæ uxoris in usufructu, hæredis uerò instituendi post eius mortem, non esse per imperitiam notariorum inductam, ut plerique profitētur, sed ex cōsilio alicuius iurisperiti ad euitandas illas ambiguitates, & difficultates, in quas uxor incurrere potuisset.

Et, quamquam plerique ex recentioribus
non probent hanc, quam uocant ultramon-
357 tanorum sententiam, † *uti uidere est apud Perig. de fideicomm. d. artic. 5. num. 22. & 23. in fi. & d. conf. 58. num. 4. & d. conf. 63. num. 7. uol. 3. Christo. Mart. Med. d. dec. 5. num. 6. uers. &, licet*, est tamen, ut uerior, & uoluntati testatoris magis consona probanda consulendo, & iudicādo, præcipuè ab ijs, qui sola facti ueritate inspecta iudicant, cuiusmodi sunt Rotæ, Senatus, consilia, Parlamenta, & alia suprema Tribunalia, quippe, quæ non ita ueterum sententijs, tametsi receptis adstringuntur, ut eas
358 omnimodo sequi teneantur † sed cognita ueritate possunt (concurrente maximè quacumque, uel minima circumstantia) ab illis recedere, & secundum id quod est ueritati, & æquitati congruentius, pronuntiare.

Quamobrem, &, cum Serenissimus quondam Emm. Philibertus Dux Sabaudiæ ad se euocasset causam uertentem inter Illustrissimos DD. Robertum, & Syllam de Rotarijs super testamento quondam Illustrissimæ D. Eleonoræ Sanseuerinæ, in quo prædictum D. Robertum filium suum instituerat in usufructu omnium bonorum, & post ipsius mortem instituerat hæredes eius filios, & per consequentias nepotes ipsius testatricis, ex procerum sententia declarauit, hæreditatem (excepta legitima) non ad D. Robertum, sed ad eius filios pertinere, eosque statim potuisse hæredes fieri, secutus prædictam opinionem, quam, ut testatricis uoluntati consentaneam censuit ueriorem. Et hane etiam probauit Senatus in eadem causa, cum ex principis rescripto de eadem re tractaretur, Et nouissimè secuta est Rota, quæ alioquin uota sua non, nisi rebus diligenter excussis, & perpēsis proferre solet, *uti uidere est apud Farine. in recoll. d. decis. 162. num. 2. part. 2. ubi hanc opinionem supponit, non solum ueriorem, sed etiam communiorem*: Nihil enim in hoc censuit esse discriminis inter vsumfructum relictum titulo legati, & relictum titulo institutionis, quoniā eadem semper militat ratio, scilicet, quia testator, siue vno, siue alio titulo vsumfructum reliquerit, censetur semper hęredem post vxoris mortem instituisse, non, vt in illud tempus differret aditionem, quæ ius tribuit proprietatis, sed, vt differret commodum vsusfructus, & vxor interim nullam ab hærede molestiam pateretur, *secundum ea, quę supra dicta sunt*.

Nec obstat, quod institutio re vera facta sit post vxoris mortem, ideoque, tamquam conditionalis operetur, vt hæreditas non possit ante adiri, quam vxor decesserit, quia hoc ve-
359 rum est, si † spectamus uerba, secus uerò, si
spectamus mentem, & id, quod actum est, prout esse spectandum, patet ex ijs, quę diximus *in hoc cap. qu. 3. num. 8.* Verba enim sunt intelligenda secundum subiectam materiam, & uerisimilem voluntatem testatoris, *ut in proposito considerant Carol. Molin. in add. ad Alex. d. conf. 162. in fin. uol. 2. & Couar. d. lib. 2. uaria. obs. cap. 2. num. 5.*

Hæc autem opinio faciliùs erit probanda in ijs casibus, in quibus maior subest hæredis statim admittendi ratio.

Primum enim faciliùs erit probanda in fi-
lio, quem testator post vxoris mortem insti-
360 tuit hæredem vniuersalem † *ut in specie scripserunt Pic. in d. l. Titia 35. § fin. num. 98. uers. tenendo, & uers. sed tenendo, & num. 99. uers. teneo tamen, & num. 103. uers. unde concludi. Mantic. d. lib. 4. tit. 5. artic. 2. num. 5. & 7. vers. sed Picus, & artic. 9. num. 3. & Lader. d. conf. 57. num. 3. vbi ait, in his terminis se ita semper in foro obtinuisse*,
361 quia † non est verisimile, patrem voluisse vxo-
tis hęredes detrahere Trebellianicā in odiū filij, quem voluit habere totum, *arg. l. verbis ciuilibus 7. ff. de vulg. & in proposito considerant Mantic. d. lib. 4. tit. 5. art. 2. nu. 7. vers. sed Picus Lader. d. conf. 57. num. 2. vers. Tertio*, & multo minus voluisse præferre vxorem, & eius hæredes suis nepotibus, qui alioquin remanerēt exclusi, si filius viua vxore prædecederet, *vt ostendimus supra num.* 335. Licet enim magis dilexerit vxorem suam, quam filium in vsufructu, quippe, quem integraliter voluit eam habere durante ipsius vita, non tamen censetur eam prædilexisse in proprietate, vtpote, quam voluit ad filium pertinere, cum spe consolidationis, vbi vsusfructus per vxoris mortem fuerit extinctus. Habebit igitur filius statim, & pleno iure trientem iure legitimæ, bessem verò non habebit, nisi iure proprietatis, quia vsusfructus debebit ad vxorem, quādiu vixerit, pertinere, & quidem integraliter, non ad alimenta restrictum, quia Bulgari consuetudo cessat, quoties filius post vxoris mortem institutus est, *vt diximus supra num. 257. Ita in specie declarat Men. d. lib. 4. præs. 141. num. 24. vers. Secunda, vbi ait, hanc opinionem esse probabiliorem, &, æquitati magis consentaneam*.

Secundo probanda erit faciliùs, si ex verbis, aut coniecturis appareat, mentem, & intentionem testatoris fuisse, vt vxor esset tantummodo vsufructuaria, & proprietas ad instituturum post eius mortem pertinere: Nam tunc etiam primæ sententiæ sectatores fatentur cessare accretionem, ne fiat contra testatoris voluntatem, quæ omnimodo est seruāda. Et ita passim iudicari, non solum, si post mortem vxoris fuerit institutus filius, quo casu res minorem habet dubitationem, sed etiā,
362 si extraneus, † *vti videre est apud Bald. consil.
273. vers. in oppositum, vol. 4. Ceph. conf. 37. in fi. Odd. d. conf. 91. num. 21. vers. & idem etiā, Lader. d. conf. 57. num. 1. vers. Nihilominus, vbi ait, quādo alia concurrunt, rem esse extra omnem dubitationem, Christ. Mart. Med. d. decis. 5. nu. 12. vers. sed re vera*. Exempla sint.

Primum, si testator in alijs testamenti partibus vocet semper vxorem vsufructuariam, aut de ea loquendo, faciat simpliciter mentionem

tionem

tionem de vsufructu, loquendo verò de hæ-
rede instituto simpliciter eum appellet hæ-
redem: Nam ex hac diuersitate loquendi col-
ligimus, eius mentem, & intentionem fuisse,
vt vxor solum haberet vsumfructum, & hæ-
reditas ad illũ pertineret, qui post illius mor-
363 tem institutus est. † *Ita declarant Bald. consil.
456. num. 1. vers. Item, quia volum. 4. Dec. d. cons.
277. num. 6. Ceph. cons. 436. num. 26. & 28. vers.
4. & num. 32. Men. cons. 115. num. 1. Odd. d. cons.
91. num. 55. vbi ait, hanc coniecturam esse omniũ
fortissimam, Rota apud Farin. d. decis. 162. nu. 4.
in prin. & uers. quamuis part. 2.*

Secundum exemplum sit, si testator vxo-
rem, quam in vsufructu instituit, postea uocet
legatariam, aut relictum ipsum legatum: Nã
ex hoc etiam colligimus, eum noluisse uxorẽ
facere hæredem, non obstante, quod titulo
364 institutionis ei reliquerit usumfructum. † *Ita
scripserunt Dec. d. cons. 277. num. 4. uers. & hoc
secundo, & Odd. d. cons. 91. nu. 55. uers. Quo uerò
ad ipsum.*

Tertium, si dispositio facta fauore uxoris
fuerit inter legata posita: Nam hoc idem
ostendit, testatorem habuisse eam pro legata-
365 ria, non pro hærede. † *Ita considerant Dec. d.
cons. 277. numer. 4. uers. Tertio, Ceph. d. cons. 436.
num. 31. & Odd. d. cons. 91. num. 56. uers. Quinta.*

Quartum, si institutionem vxoris taxauerit,
seu limitauerit respectu rei, puta dixerit, insti-
tuo vxorem meam in vsufructu tantum: Nã,
licet aliàs dubitetur, an simplex illa taxatiua
ius accrescendi excludat, quoties alius nõ est
hæres vniuersalis institutus, & verior, acce-
ptior sit opinio, vt non excludat, *sicuti osten-
demus in 10. cap. q. 19. num. 30. & seqq.* tamen
in specie proposita, in qua testator post vxo-
ris mortem instituit alium hæredem vniuer-
salem, & tractatur de accretione hæreditatis
ad illius exclusionem, sufficit taxatiua, ad
hoc, vt intelligamus, mẽtem testatoris fuisse,
vt vxor non haberet, nisi vsumfructum, & per
consequentias, vt etiam in vita non exclude-
ret institutum ab hæreditate, quam voluit ad
366 eum integraliter pertinere. † *Ita declarãt Bald.
d. cons. 273. vers. In oppositum, vol. 4. Purp. d. cõs.
558. num. 24. & 2 seqq.*

Quintum, si testator eandem vxoris insti-
tutionem limitauerit respectu temporis, puta
dixerit, instituo vxorem meam in vsufructu
omnium meorum bonorũ, donec, vel, quo-
usque vitam vidualem seruauerit, aut duráte
tantum ipsius vita: Nam, licet hæc verba non
impediant, quominus institutio censeatur
perpetua, quoad ius directum, si vxor fuerit
instituta hæres vniuersalis, quo casu non du-
bitatur de qualitate institutionis, *vt ostẽdemus
in q. seq.* tamen, quoties fuit instituta in vsu-
fructu, & post eius mortẽ fuit institutus alius,
& tractamus de declaranda mente testato-
ris, vtrum fuerit, ut uxor haberet etiam pro-
prietatem, & sic esset hæres uniuersalis, ex hoc
solo, quod uoluit ius eius morte extingui; col
ligimus, eum sensisse de solo usufructu, & per
consequentias uoluisse, uxorem habere qui-
dem usumfructum donec uixerit, sed non hę-
367 reditatem, quæ ad tempus dari nequit. † *Ita
scribunt Dec d. consil 277. num 4. versic. Quarto,
Ruin. d. cons. 51. num 17 & d. cons. 206. num. 21.
vers. quibus non obstantibus, & num. 22. vers. &
in casu nostro, vol. 2. Ceph. d. cons. 37. num. 38. &
d. cons. 436. num. 28. Odd. d. cons. 91. num. 31. &
seqq. Rota apud Farin. d. decis. 162. nu. 4. par. 2.*

Sextum, si testator declarauerit, se uelle
uxorem habere usumfructum, etiamsi is, qui
post eius mortem institutus est, prędecederet,
& ita hæreditas ad alium perueniret: Nam
tunc sine dubio ostendit, se non credere, vxo-
rem posse fieri hæredem vniuersalem, quia
alioquin frustra ei reseruaret vsumfructum,
368 cum posset habere totam hæreditatem. † *Ita
scripsit Lader. d. cons. 57. num. 2.*

Septimum, si testator postea, quam vxorẽ
in vsufructu instituit, adiecerit, se velle, vt
vtatur, fruatur simul cum alio: Nam, quia res-
pectu alterius non potest dispositio censeri
vniuersalis, sed tantum particularis, ideo etiã
369 particularis debet censeri respectu vxoris † *Ex
regula l. tam hoc iure. 4. ff de vulg. Ita Lader. d.
cons. 57 num. 2. vers. Hoc ipsum.*

Octauum, si testator uetet uxorem in usu-
fructu molestari: Nam hoc ipso declarat,
mentem suam non esse, ut uxor sit hæres, sed
habeat tantũ vsumfructũ, uerũ, quia posset ab
hærede pati molestiã, ideo se cauere, ut ab eo
370 molestari nequeat. † *Ita scripserũt Dec. d. cõsil.
277. num. 5. Ceph. d. cons. 37. num. 23 uers. His
præmissis, & num. 33. & 34. Mantic. d. lib. 4. titu.
5. artic. 15. num. 1. & 7.*

Nonum, si uxori, quam in usufructu insti-
tuit, remiserit cautionem de utendo, fruendo
arbitrio boni uiri: Nam, quia talis cautio de-
bet ab eo tantum præstari, qui nudum usum-
fructum habet *l. 1. & tot. tit. ff usufr. quẽad. cau.*
ideo remittendo ei huiusmodi cautionẽ aper-
tè declarat, mentem, & intentionem suam
371 esse, ut uxor non sit, nisi usufructuaria. † *Ita
declarant Bald. d. cons. 273. uers. secundo ex co,
vol. 4. Ceph d. cons. 37. num. 34. Alb. cons. 55. nu. 1.
Odd. d. cons. 91. num 42.*

Decimum, si eidem remiserit inuentarij
372 confectionem, per eandem rationem, † *ut scri-
bunt Ceph. d. cons. 37. num. 33. Odd. d consil. 91.
num. 42. Rota apud. Farin. d. decis. 162. num. 4.
uers. Accedit.*

Vndecimum, si eandem liberauerit a red-
373 denda ratione administrationis, † *ut scribunt
Dec. d. cons. 277. num. 5. uers. similiter, Ceph. d.
cons. 37. num. 24. uers. Illud quoque, & num. 33.
34 & 38. Mantic. d. lib. 4. tit. 5. artic. 15. num. 1.
& 7. Odd. d. cons. 91. num. 43. Rota apud Farin.
d. decis. 162. num 4. uers. accedit*, Et maximè, si
eandem dederit tutricem, & curatricem ei,
quem post ipsius mortem instituit hæredem
uniuersalem adiecta prædicta liberatione:
Nã tunc haud dubiè declarat, se credere, insti-
tutũ ẽt in uita uxoris habiturũ bona, quę ad-
ministrari debeant, & sic (ubi de alijs non con-
stat) habiturum bona testatoris, & per conse-
374 quentias posse etiam fieri hæredem. † *Ita de-
clarat Lader d. cons 57. num. 2. uers. Quarto.*

Duodecimum, si testator usumfructum re-
linquendo nõ sit usus eodem uerbo, instituo,
quo usus est, cum alium fecit hæredem uni-
uersalem, sed usus sit uerbo, relinquo, puta di-
xerit, relinquo uxori meæ usumfructum om-
nium meorum bonorum iure institutionis, &
post eius mortem instituo fratrem: Nam ex
hac etiam loquendi diuersitate colligimus,
eum noluisse uxorem facere hæredẽ uniuer-

 salem.

375 salem. † *Ita considerat Rot. apud Farin. d. decis. 162. nu. 3. part. 2. & non improbat Christ. Mart. Medic. d. decis. 5. num. 12. uers. sed re uera.*

Decimumtertium, si testator expressim dederit uxori facultatem percipiendi usumfructum propria authoritate: Nam hoc ipso censebitur declarasse, mentem suam non esse, ut uxor sit hæres uniuersalis, sed tantum usufructuaria, quia alioquin frustratoria esset talis licentia, cum hæres uniuersalis haud dubiè possit per se, & propria authoritate consequi ea omnia, quæ in hæreditate continentur, *ut diximus in hoc cap. q. 3. nu. 98. Ita Ceph. d. cons. 436. num 31. uers. septimo.*

Decimumquartum, si testator in casum contrauentionis priuet hæredes sua hæreditate, & eam applicet uxori: Nam ex hoc etiam colligitur, mentem eius fuisse, ut extra illum casum uxor non haberet hæreditatem, sed ea pertineret ad institutos, tum, quia priuatio præcedentem supponit habitum in persona institutorum, tum, etiam, quia applicatio in uno casu facta denotat exclusionem habitus præcedentis in persona uxoris. *Ita scribunt Ceph. d. cons. 37. num. 24 uers. Illud quoque, & nu. 27 & 30. & d. cons. 436. num. 34 uers. Octauo, & Mantic d. lib 4 tit. 5. art. 15. num. 1.*

Decimumquintum, si testator uxorem ipsam priuauerit usufructu omnium suorum bonorum, casu, quo transeat ad secunda uota, uel aliter contrauenit ipsius uoluntati: Nam, & hoc ipso denotabit, se ei solũ usumfructum reliquisse. quia alioquin etiam hæreditate eam priuasset. *Ita Ceph. d. cons. 37. nu. 30. uers. quæ conclusio.*

Plane, si ex verbis, aut coniecturis colligere possimus, testatorem habuisse vxorem pro proprietaria, tunc sine dubio censebitur hęres vniuersalis, & per fideicommissum grauata hæreditatem ei restituere, qui post ipsius
376 mortem vocatus est. † *secundum opinionem eorum, quos retulimus supra num. 292. quæ in his terminis est verissima.* Quamobrem in hoc casu, & caducum fiet fideicommissum, si institutus viua vxore præmoriatur, *secundum ea, quæ diximus num 298.* & si superuiuat, ac ei fiat hæreditatis restitutio, poterunt vxoris hæredes Trebellianicam detrahęre, *secundum ea, quæ diximus num. 299.* Sed vxor non fiet hęres
377 vniuersalis † ui iuris accrescendi, sed ex ipsamet dispositione, & principali vocatione testatoris, qui, licet inspectis verbis videatur eã in vsufructu instituisse, tamen inspecta mente censetur eam instituisse in tota hæreditate. Itaq; causa, cur dispositio censeatur vniuersalis est multum diuersa ab ea, quam proponũt veteres pro fundamento suæ sententiæ: Nam ipsi non dubitant, quin dispositio testatoris sit particularis, tamquam facta de vsu fructu, nõ de vniuersa hæreditate, sed dicunt eam ex vi iuris accrescendi trahi ad vniuersum, & vxorem, licet ex dispositione testatoris non haberet, nisi vsumfructum, eo tamen ipso, quod in vita non haberet cohæredem vniuersalem, per jus accrescendi, & sic ex dispositione legis totam consequi hęreditatem, *ut retulimus supra num. 300 & seqq.* At hic dicimus eam habere totam hæreditatem ex ipsamet dispositione testatoris, quo casu non est recurrendum ad jus accrescendi, quia cessat illud, quoties a testatore quis fuit hæres vniuersalis institutus. Prouisio enim hominis facit cessare prouisionẽ legis, cuiusmodi est ius accrescendi, *vt patet ex iis, quæ diximus in 2. cap. in prin. num. 4. & seqq.* Itaq; perinde erit, ac, si testator dixerit instituo meam vxorem hæredem, donec vixerit, & post eius mortem instituo Titium, quo casu Titius, nõ, nisi per fideicommissum vocatus intelligetur, *vt late ostendemus in q. seq.* Quando autem ex verbis, aut coniecturis colligere possimus, testatorem habuisse vxorem pro proprietaria, si quæramus, constat, hoc posse colligi multipliciter, &

Primo, si testator vxori relinquat vsumfructum omnium bonorum, & adijciat aliqua verba, quæ non possint ad vsumfructum adaptari, sed tantum ad proprietatem: Nam tunc non vsumfructum, sed proprietatem censebitur reliquisse, & ita vxorem hæredem vni-
378 uersalem instituisse. † *Ita in specie scripserunt Ang. in l. Proculus. 22. & ibi Paris. in addit. ad Bart. ff. de vsufr. Curt. Iun. cons. 14. in prin. vers. Istam conclusionem., Andr. Gail. d. lib. 2. obs. 143. num. 7. Rot. apud Farin. d. decis. 162. nu. 4. vers. Quamuis, Christ. Mart. Medic. d. decis. 5. nu. 13. in fi.* Nec enim nouum est, appellatione vsusfructus proprietatem contineri: Nam id euenit in omnibus casibus, in quibus apposita sũt aliqua verba, aut circunstantiæ, quæ per antecedens, vel consequens necessarium im-
379 portant proprietatem, † vt si testator relinquat alicui vsumfructum domus, hac lege vt legatarius teneatur ei imponere seruitutẽ altius non tollendi, hoc ipso censebitur ei
380 legasse proprietatem † *d. l. Proculus. 22. & ibi Bald. ff. de usufr. Alex. in l. si constante 15. num. 2. ff. sol. matr. Afft. in prælud. feud. numer. 128. Curt. Iun. d. cons. 14. in prin. uers. Istam conclusionem, Soc. Sen. cons. 131. num. 15. uol. 1. Ruin. cons. 35. num. 5. & cons. 133. num. 12. uers. quod etiam confirmatur uol. 2. & cons. 59. num. 6. uol. 5. Paris. cons. 71. num. 2. uol. 2. Mantic. de con. ult. uol. lib. 9. tit. 5. num. 8. Men. de præs. lib. 4. præs. 133. num. 2. Andr. Gail. d. lib. 2. obs 143. num. 7.*
381 quia, † cum seruitus non, nisi a domino imponi possit, Consequens est, vt testator eo ipso, quod iubet legatario, vt imponat seruitutem, per antecedens necessarium declaret, se credere, eum futurum dominum. & ita se ei legare proprietatem non vsumfructum, *ut declarat Bart. in l. ex hac scriptura. 16. num. 3. uers. sed contra prędicta ff. de donat.* Et simili ratione, si testator alicui leget fundi vsumfructum, & grauet legatarium, vt post mortẽ suam fundum alteri restituat, hoc ipso cense-
382 bitur ei proprietatem reliquisse † *l. species 16. ff. de aur. & arg. leg. fin. ff. de usufr. ear. rer. quæ usu cons. Et scribunt Roma. cons. 206. nu. 3. uers. Ad hoc text & uers. coeterum, Alcia. cons. 103. numer. 5. uers. Idem, si cui, & num. 9 lib. 9. Ceph. d. cons. 716. num. 23. Mantic. d. lib. 9 tit. 5. num. 12. tametsi pleriq; quos refert, & sequitur Men. d. lib. 4. præs. 133. num. 7 uers. Coeterum, contrarium*
383 *tenuerint*, quia, † cum restitutio, quasi priuatio præcedentẽ supponat habitum, fit, vt testator, qui iniungit restitutionis onus, declaret, se rem ipsam, quam restitui vult, grauato reliquisse. Deniq; si testator ei, cui fundi, vel bonorum vsumfructũ reliquit, prohibeat eiusdem fundi, vel bonorum alienationem, hoc

ipso

384 ipſo cenſebitur proprietatem reliquiſſe. † Ita
post Bald. in d.l. Proculus. 22. & ibi Ang. uerſ. ex
prædictis ff. de uſufr. ſcripſerunt Roma. d. conſ.
206. num. 3. & 4. Alex. in d.l. ſi conſtante. 25. nu.
2. ff. ſol. matr. Barba. conſ. 64. num. 6. uol. 2. Affl.
in prælud. feud. num. 128. Curt. Iun. d. conſ. 14.
in prin. uerſ. & ideo, Soc. Sen. d. conſ. 131. num. 15.
uol. 1. Ruin. conſ. 182. num. 8. uol. 1. et d. conſ. 35.
num. 5. et d. conſ. 133. num. 13. uol. 2. et d. conſ. 59.
num. 6. uol. 5. Pariſ. d. conſ. 71. num. 1. et ſeqq. uol.
2. Alcia. d. conſ. 103. num. 3. et 5. lib. 9. Men. conſ.
10. num. 9. Rota apud Farin. deciſ. 138. num. 5.
in nouiſſimis, Et regulariter ſequitur etiã Crau.
conſ. 23. num. 30. uerſ. ex præmiſſis, licet in ſpecie
a ſe propoſita contrarium putet eſſe uerius mo-
tus uarijs coniecturis, ex quibus colligebatur, ta-
385 lem fuiſſe mentem teſtatoris, quia, † cũ talis pro-
hibitio, tamquam priuatio ſupponat alienã-
di potentiam, quæ ceſſaret, ſi vocatus vſum-
fructum, non etiam proprietatem haberet,
Conſequens eſt, vt teſtator, qui prohibet alie-
nationem, hoc ipſo declaret, ſe relinquere
proprietatem, non autem vſumfructum. Et,
quamquam pleriq; contrarium verius arbi-
386 trentur, † quod ex illa prohibitione alienatio-
nis non inferatur neceſſariò ad dationem
proprietatis, cũ poſſit intelligi, vt ſit expreſ-
ſio eius, quod tacitè ineſt ex natura rei, ſcili-
cet, quia vſufructuarius non poteſt rem alie-
nare, ut arguunt Roma. et Ari. Pinell. quos re-
fert, et ſequitur Mantic. d. lib. 9. tit. 5. nu. 9. uerſ.
ſed tamen ego, et num. 10. uerſ. ſed enim, et probat
etiam Men. d. lib. 4. præſ. 133. num. 3. non eſt ta-
men a ſuperiore ſententia, quæ, & verior, &
387 receptior eſt, recedendum, quia † alioquin
prohibitio alienationis cenſeretur perperam,
& inutiliter adiecta, quod non eſt ferendum
l. ſi quando 112. in prin. ff. de leg. primo.

Hinc infertur, ſi teſtator inſtituat vxorem
in vſufructu, deinde eam grauet, vt æs alienũ
perſoluat, quia talis adiectio nõ cõuenit vſu-
fructuariç, ſed ꝓprietariç, ſiue hçredi, a quo
regulariter ſoluendum eſt æs alienum, cenſe-
ri eam non ſolum in vſufructu, ſed etiam in
proprietate, & ſic hæredem, vniuerſalem in-
388 ſtituiſſe. † Ita ſcribit Nic. Bello. conſ. 7. num. 14.
in fi. Idem eſt, &, ſi adijciat illa verba, pleno
iure: Nam, quia denotant plenam proprieta-
tem, non vſumfructum, eaq; ratione diſtin-
guntur hçc, ſuccedere pleno iure, & conſequi
389 ſolum vſumfructum † in l. mater 5. C. ad. Ter-
tul. l. foemina. 3. §. illud C. de ſec. nupt. Ideo ex
hoc colligimus teſtatorem voluiſſe vſusfru-
ctus appellatione denotare proprietatem,
& vxorem hæredem vniuerſalem inſtituere.
390 † Ita ſcribunt Ceph. d. conſ. 563. num. 37. verſ. &
præcipuè, & Pereg. d. conſ. 58. num. 8. verſicul. ſed
contra.

Secundo verò, ſi teſtator ſimpliciter in-
ſtituat vxorem hæredem, & poſtea faciat
mentionem de vſufructu, non principali-
ter, ſed per modum cauſæ, puta dicat, inſti-
tuo vxorem meam hæredem, vt, quamdiu
vixerit, vtatur fruatur omnibus bonis meis,
& poſt eius mortem inſtituo alium, ex hoc
etiam colligimus, eum voluiſſe vxorem hæ-
redem vniuerſalem inſtituere, & grauare, vt
poſt mortem hæreditatem inſtituto reſtituat,
391 † ſecundum ea, quæ ex veterum ſententia retuli-
mus ſupra num. 292. & ſeqq. quæque in his ter-
392 minis ſunt veriſſima. quia † adiectio cauſæ,
quæ reſpicit fauorem vocati, non limitat
principalem diſpoſitionem, nec eam reſtrin-
git ad vſumfructum, vel vſum. vel quid aliud,
quod vocati morte extinguatur, ſi diſpoſitio
393 ipſa proprietatem continebat. † l. libertis. 4. in
prin. ff. de alim. leg. Et ſcribunt Bald. in l. Titia.
35. §. fin verſ. quærit glo. & ibi Caſtr. num. 2. ff.
de leg ſecundo, Soc. Sen. conſ. 102. num. 10. vol. 3.
Cepoll. de ſeru. vrb. prædio cap. 4. num. 5. Maſuer.
in addit. ad Iaſ. in l. vlt. ſub num. 4. in verb. gau-
dimentum C. de legat. Quamobrem, ſi teſtator
relinquat fundum, vel bona, vel quid aliud
cenſebitur proprietatem reliquiſſe, licet po-
ſtea adijciat hæc verba, ad vſum. ſiue ad vten
394 dum † l. donationes. 32. §. ſpecies ff. de donat. l. ſi
mulier. 25. & ibi Cin. num. 4 C. de iur. dot. l. fin. ff.
de vſufr. ear. re. quæ vſu conſ. Et ſcribunt Iaſ. in
d. l. vlt. num. 3. C. de legat. Soc. Sen. d. conſ. 102. nu.
10. vol 3. Soc. Iun. conſ. 54. num. 17. vol. 4. Durã.
de art. teſt. tit. 6. caut. 23. num. 2. Mantic. de con.
vlt. volunt. lib. 9. tit. 2. num. 29. & tit. 5. num. 13.
Menoc. d. lib. 4. præſ. 133. num. 11. vel ad vſum-
395 fructum, ſiue ad utendum fruendum † d. l.
Titia. 35. §. fin. & ibi glo. in verb. voluntatem,
Bart. num. 2. Bald. verſ. quærit glo. Caſtr. num. 2.
Imol. verſ. Not. 1. & Pic. num. 11. ff de leg. ſecun-
do, Alex. conſ. 173. num 10. vol. 5. Soc. Sen. d. conſ.
102. num. 10. uol. 3. Alcia. conſ. 103. num. 6. lib. 9.
Cepoll. de ſeru. vrb præd. d. cap 4. num. 4. Ceph.
conſ. 158. num. 4. Maſuer. in addit ad Iaſ. in d. l.
fin. ſub num. 4. in verb. gaudimentum C. de lega.
Mantic. d. lib. 9. tit. 2. num. 29. & tit. 5. num. 13.
Menoch d. lib. 4. præſ. 133. num. 11. Peregr. conſil.
59. num. 5. vol. 1. Odd. d. conſ. 91. num. 2. & 19.
uel, ad alimenta, ſiue, ut inde alimenta per-
396 cipiat † d. l. libertis. 4. in prin. uerſ. uidentur ff. de
alim. lega. Caſtr. in d. l. Titia. 35. §. fin. num. 2. &
ibi Pic. num. 11. ff. de leg ſecundo. Maſuer. in
addit. ad Iaſ. in d. l. vlt. ſub num. 4. in verb. gaudi-
mentum. C. de legat. Duran d. tit 6. caut. 23. num.
2. uel ad gaudendum, ſiue ad gaudimentum,
397 &, ut eo gaudere poſſit, † vt ſcribunt Alex.
d. conſ. 173. num. 10. uol. 5. Iaſ in d. l fin. num. 4.
& ibi Maſuer. in addit. in uerb. gaudimentum,
C. de legat. Duran. d. tit. 6. caut. 23. num. 2. Soc.
Iun. d. conſ. 54. num. 16. uol 4. Menoch. d. lib. 4.
præſ. 133. num. 11. Pereg. d. conſ. 59. num. 5. uol. 1.
398 Nam, † cum in omnibus his caſibus, & alijs
ſimilibus mentio vſusfructus, aut aliarum re-
rum temporalium nõ ſit facta principaliter,
ſed per modum cauſæ & ſic non diſpoſitiuè,
399 ſed cauſatiuè, † vt declarant Bald. in d. l. Titia.
35. § fi. verſ. quærit gl. & verſ. & not. & ibi Imol.
verſ. ſed certè & Caſtr. num. 2. Conſequens eſt,
vt non poſſit alterare principalem diſpoſitio-
nem, & efficere, vt, quæ erat proprietatis, cen-
ſeatur ad vſumfructum, vel vſum, vel alimẽ-
ta reſtricta, & limitata.

Neque in hoc conſtituenda erit differẽtia,
400 vtrum filius inſtitutus ſit, an extraneus, † Quo-
modo diſtinxit Florianus, quem ſimpliciter refe-
rentes probare videntur Iaſ. in d. l. vlt. num. 4. C.
de legat. & Mantic. d. lib. 9. tit. 2. nu. 30. & apertè
probat Cepoll. de ſeru. vrb. prædio. d. cap. 4 nu. 5.
vbi ait, hanc opinionem eſſe æquam, quia verius
401 eſt, procedere, etiamſi ſit inſtitutus filius, † vt
patet ex d. l. Titia. 35. §. fin. & ibi not. ij, quos retu-
limus ſupra num. 395. ff. de leg. 2. Quamobrem
Dd. in hac materia loquuntur indiſtinctè, vt ait

Men.d.lib.4.præf.133.num.12. verſ. & rurſus.
Minus eſt diſtinguendum, vtrum teſtator
adiecerit tempus vitæ, necne, quaſi priore ca-
ſu cenſeatur vſumfructum reliquiſſe, non etiã
402 posteriore, † *Quomodo diſtinxit Men. de præſ.*
lib.4.præſ.133.nu.12. quia verius, & receptius
eſt, procedere, etiamſi teſtator de vita fecerit
mentionem, puta dixerit, relinquo fundum,
aut bona ad vitæ vſumfructum, ſiue, ad vten-
dum, fruendum, donec vixerit, vel durante
ipſius vita: Nam etiam in his terminis cenſe-
403 tur relicta proprietas, non vſusfructus † *d. l.*
Titia.35.§. fin. & ibi gloſ. in verb. voluntatem,
Bart.num.2.Bald.verſ.quærit gl. Imol.verſ.Not.
1. Alex.d.conſ.173.num.10.vol.5.Soc. Sen.d. cõſ.
102.num.10.vol.3.Ceph.d.conſ.158.nu.4. Mãt.
d.lib.9.tit.2.num 29. verſ. & huiuſmodi, Pereg.
d.conſ.59.nu.5. vol.1. vbi reprobat Men. contra-
rium tenentem.

In eo ſanè magna eſt differentia, vtrum
teſtator addendo cauſam fecerit mentionẽ,
de vita, aut morte vocati, nec ne, quia, ſi de ea
mentionem fecit, puta dixit, inſtituo, vel lego
ad vſumfructũ uitę, uel ad uſumfructum du-
rante ipſius uita, ſi ſit legatarius, habebit qui-
dem proprietatem, ſed interim, donec uiuit,
404 & ſic temporaliter, † *vt declarat Bart. in d. l.*
Titia.35.§.fin.nu.2.ff.de leg.2. quia ipſius mor-
te finietur legatum, *ut latè oſtendimus in hoc*
cap.q. 19. num. 3. & ſeqq. Et in ſpecie declarant
Soc. Iun.d.conſ.54.num.17.vol.4. Ceph. d. conſil.
158.num.4.verſ. verum Mantic.d.lib.9.titu.2.
num.28 & 29.verſ & huiuſmodi, Pereg.d.conſil.
59.num.5.vol.1. Si uerò ſit hæres, cenſebitur
grauatus poſt mortem ſuam hæreditatem ue-
nientibus ab inteſtato reſtituere, ſi addita ſit
taxatiua. *ſecundum ea, quæ dicemus in q. ſeq.*
At, ſi nullam uitæ, uel mortis uocati fecerit
mentionem, ſed ſimpliciter adiecerit illa uer-
ba, ad uſumfructum, uel ad gaudimentum,
uerius eſt, legatum cenſeri perpetuum, & ad
405 hæredes tranſmiſſibile, † *d.l. libertis. 4. in fin.*
prin. ff. de alim.legat. Et ſcribunt Iaſ. in d. l.vlt.
num.4.& ibi Maſuer.in addit. in uerb. gaudimẽ-
tum C. de legat. Pic.in d.l. Titia.35.§. fin. nu.11.
ff. de leg.2.Cepoll de ſeru.urb præd.d.cap.4. nu.5.
Duran.d.tit.6.cau.23.num.2. Ceph.d.conſ.158.
num.4. Mantic.d.lib.9.tit.9.num. 29. uerſ.& hu-
iuſmodi. & inſtitutionem cenſeri perpetuam,
& tranſmiſſibilem, non ſolum, quoad ius di-
rectum, ſed etiam, quoad utile, quia inſtitutus
non tenebitur alicui hæreditatem reſtituere,
niſi poſt eius mortẽ aliquis nominatim uo-
catus ſit, *ſecundum ea, quæ dicemus in q. ſeq.*

Hinc intelligimus, ſi teſtator alicui leget
fundum, etiamſi adijciat, donec uixerit, ſeu
durante ipſius uita, & ita uideatur ſentire de
legato eius rei, quæ morte finiatur, & ſic de le-
gato uſusfructus, tamen, quia legando nomi-
nauit fundum, cuius appellatione dominiũ,
ſiue proprietas denotatur, cenſeri eum pro-
406 prietatem, non uſumfructum reliquiſſe † *d. l.*
Titia.35.§. fin. ff. de leg. 2. Et ſcribunt Caſtren.
in l. fin. num.2. & ibi Iaſ. num. 4. Cod. de legat.
407 *Mantic.d.lib 9.titul.2. num. 28.* Nec enim † ex
eo, quod dixit, ſe relinquere, donec uixerit
legatarius, neceſſariò ſequitur, legatum eſſe
uſumfructum, quia etiam proprietatis legatũ
morte finiri poteſt *l. fin. C. de legat. & nos latè*
oſtendemus in hoc cap. quæſt. 19. num. 3. & ſeqq.

Itaque legatarius, dum uiuet, erit dominus,
ſed moriens dominium amittet, & id, quaſi
finitum ad hæreditatem reuertetur *d.l. fin. &*
nos oſtendemus ibi num. 14. Ita in ſpecie declarat
Mantic d.lib 9 tit.2.num. 8.

Tertio. ſi teſtator æquè principaliter relin-
quat vxori, & proprietatem, & vſumfructum,
puta dicat, inſtituo vxorem meam hæredem,
& vſufructuariam omnium meorum bono-
rum, cenſebitur quidem eam hæredem vni-
408 uerſalem inſtituiſſe, † *vt in ſpecie declarat Pereg.*
conſ.63.num.2.& ſeqq. vol. 2.& conſ. 44. in prin.
uol.5. ſed. quia incompatibile eſt, eam eſſe hę-
redem, & ſic proprietariam, & habere vſum-
409 fructum, † cum nemini res ſua ſeruiat, *l. vti*
frui.5 in prin. ff. ſi vſuf. pet. & in ſpecie declarãt
Ang.conſ.150.num.4. Crott. in d. l. re coniuncti,
nu 177.verſ. ſed his non obſtantibus, Purp. conſ.
558.num.2. Mantic.de con.vlt.vol. lib. 4.titu.5.
artic.20.num.6. Dida.Spin. in ſuo Specu. teſtam.
gloſſ 9. num. 32.verſ. his tamen non obſtantibus,
ideo in eius erit electione, vtrum velit eſſe
410 hæres, an verò ſimplex vſufructuaria † *l. ſi*
Titio fundus 10 ff. de vſufruct. leg. Ita ſcribunt
Mantic.d lib.4.tit.5.art.9 num.3. vbi ait, ita
ſe habere communem opinionem, & art. 20. nu.6.
Odd.d.conſ.91.num.59. & alij, quos referemus
infra num.427.uerſ. Ergo. Et, ſi malit eſſe hæ-
res, tenebitur hæreditatem illi reſtituere, qui
411 poſt ipſius mortem vocatus eſt, † *ut declarant*
Mantic.d.lib.4.tit.5.art.9.num. 3. & Pereg.d.
conſ.44.in prin uol. 5. Quamobrem in hac ſpe-
cie procedent ea, quæ diximus *ſupra num.*
[illegible] *ſeq.* vt ſcilicet poſſint eius hæredes de-
412 trahere Trebellianicam, † *ut in his terminis ait*
Mantic.d.artic 9 num. 3. & caducum fiat fi-
deicommiſſum, nec cenſeatur tranſmiſſum
ad hæredes, ſi vocatus ea ſuperſtite prædeceſ-
413 ſerit, † *ut declarat Pereg. d. conſil. 44. in prin.*
uolum.5.

Hinc de illo dubitari ſolet an ſi teſtator di-
xerit, relinquo vxorem meam dominam, &
vſufructuariam omnium meorum bonorũ,
quandiu vixerit, & poſt eius mortem inſtituo
Titium hæredem vniuerſalem, cẽſeatur vxo-
rem, & in proprietate, & in vſufructu inſti-
tuiſſe, ita, vt poſſit arbitrio ſuo, quod velit eli-
gere, *ſecundum ea, quæ ſupra diximus*, an verò
ſolum ei cenſeatur vſumfructum reliquiſſe?
In hac quæſtione, conſtat multum referre,
vtrum teſtator dixerit, ſe relinquere vxorem
dominam vſufructuariam, ſine copula, an
verò cum copula, dominam, & vſufructua-
riam: Nam priore caſu res procedit ſine diffi-
cultate, quia certum eſt, verba prædicta non
importare dominium omnium bonorũ, ſed
tantum vſusfructus, & ſignificare, vxorem
debere eſſe dominam vſusfructus, id eſt, debe-
re vti, frui cum illa præeminentia, quam ha-
bebat in vita mariti, quæque verbo, domina
414 deſignatur; † *ut oſtendemus infra num.434. Ita*
in ſpecie declarat Bald.conſ.456.num.1. uerſ. ex
aduerſo, uol. 4.

At poſteriore caſu, maior ſolet eſſe dubi-
tatio, in qua frequentiùs receptum eſt, vxorẽ
cenſeri inſtitutam hæredem vniuerſalem, &
grauatam hæreditatem ei reſtituere, qui poſt
415 ipſius mortem inſtitutus eſt. † *Ita enim cenſue-*
runt Bald conſ 290.uol.3.& conſ.80.nu.2.uol.4.
Alex.in d.l. filius a patre.28.in prin.num.5.ff.de
lib.

lib. & postb. & in d. l. extraneum. 9. num. 9. C. de hæred. instit. & d. cons. 59. num. 2. uers. Præterea, uol. 2. Parisi cons. 69. num. 11. uol. 2. Crott. in d. l. re coniuncti, nu. 177. uers. Sed bis non obstantibus Ruin. d. cons. 54. num. 16. uol. 2. Cephal. d. cons. 472. num. 57. uers. Nono, Duran. de art. test. d. titul. 6. caut. 39. num. 2 Crass. in § institutio q. 24. nu. 8. ubi testatur esse communem, Mantic. d. lib. 4. tit. 5. artic. 9. num. 1. uers. sed breuiter, & num. 3. & art. 20. num. 4. vers. sed cum hac, & num. 11. Men. d. cons. 273. num. 4. d. cons. 637. num. 3. & d. lib. 4. præs. 141. num. 11. vers. Imo confirmabitur, & n. 20. vers. Tertia, & nu. 22. in fi. & nu. 31. & 32. Did. Spin. d. gloss. 9. num. 32. versicul. bis tamen non obstantibus, vbi transcripsit verba Crotti, de quo tamen nunquam facit mentionem, & Pereg. d. consil. 58. num. 2. et 3. uol. 3. Ex quo sequuntur illa duo commoda, quæ retulimus *supra num. 298. & seq.* scilicet, quia, si institutus decedat viua vxore, caduca fiet substitutio, & hæreditas pleno iure manebit apud vxorem, & per consequentias post eius mortem ad ipsius hæredes irreuocabiliter transferetur, † *vt in specie declarat Mantic. d. lib. 4. tit. 5. art. 20. num. 13.* Quod, si tunc temporis sit

416 feretur, † *vt in specie declarat Mantic. d. lib. 4. tit.*

superstes, & ita debeat ei restitui hæreditas, poterunt vxoris hęredes ex ipsius persona detrahere Trebellianicam, nisi quatenus per

417 imputationē fructuum fuerit diminuta, † *vt in bis terminis scribunt Crott. in d. l. re coniuncti, nu. 179 in fin. Durand. d. titu. 6. caut. 39. num. 2. & Mantic. d. lib. 4. tit. 5. artic. 20. num. 12.* Idque tradunt procedere non solū, si post eius mortem institutus sit extraneus, sed etiam, si filius,

418 aut alius descendens, † *vt videre est apud Bald. d. cons. 80. num. 2. vol. 4. Men d. lib. 4. præs. 141. num. 11. vers. Imo confirmabitur, & nu. 20. vers. Tertia, & num. 22. in fi. & Pereg. d. cons. 58. nu. 8. vers. sed contra, vol. 3.* quippe, qui censetur, vt extraneus in eo, quod legitimam excedit

419 † *cap. Raynutius, & cap. Raynaldus extr. de testa.* Quamobrem, & Trebellianicam patietur, & ab eo censebitur cecidisse, si vxore viua præmoriatur, *secundum ea, quæ de extraneo supra diximus.*

Huius autem opinionis fundamentum in

420 eo consistit, quia, † quoties testator non per modum causæ, sed principaliter relinquit alicui, & proprietatem, & vsumfructum, atten-

421 dimus proprietatem, non vsumfructum, † *vt scribit Imol. in d. l. Titia. 35. §. fin. vers. & not. ff. de leg. 2.* vel saltem relinquimus arbitrio vocati, vtrum velit proprietatem, an vsumfru-

422 ctum eligere † *d. l. si Titio fundus. 10. ff. de vsuf. leg. & diximus supra nu. 410.* Sed, cum testator ait, relinquo vxorem dominam, & vsufructuariam omnium meorum bonorū, principaliter ei relinquit & proprietatē, & vsumfructum,

423 † *vt declarant Ang. d. cons. 150. num. 4. Castr. in d. l. Titia. 35. § fin. num. 3. & ibi Imol. vers. sed certe. Crott. in d. l. re coniuncti, num. 177. vers. sed bis non obstantibus.* Nam de vsufructu non dubitatur, cum hoc denotet verbum, vsufructuaria, *vt declarat Mantic. d. lib. 4. tit. 5. artic. 9. num. 3. & art. 20. num. 6.* De proprietate vero patet ex eo, quia, verbum, dominus, refertur

424 ad dominium directum † *l. 1. §. qui in perpetuū ff. si ag. vectig. Et in bis terminis declarant Bald. d. cons. 456. num. 1. vol. 4. Ang. d. cons. 150. num. 4. Crott. in d. l. re coniuncti, num. 177. vers. sed bis non obstantibus Did Spin. d. gl. 9. num. 32. vers. bis tamen non obstantibus & Mantic. d. lib. 4. tit. 5. artic. 20. num. 5. & nos diximus etiam in hoc cap. q. 3. num. 194.* & denotat plenam proprie-

425 tatem, † *vt declarat Mantic. d. lib. 4. tit. 5. artic. 9. nu. 3.* ideoq; qui relinquit aliquem dominū omnium suorum bonorum, censetur cum

426 hęredē vniuersalē instituere, † *vt scribit Imol. in l. bis verbis 48. in prin. ff. de hęred. inst.* nō minus, quā, si dixisset, relinquo eum dominum meæ hæreditatis *d. l. bis verbis. 48. in prin. et in proposito considerat Mantic. d. artic. 20. num. 6.* cum verbum, dominus, idem sit, quod hæres,

427 † *vt diximus in hoc cap. q. 3. num. 200. Et in bis terminis considerant Alex. in d. l. filius a patre num. 5. & in d. l. extraneum, num. 9. Gul. Ben. in d. cap. Raynutius, in verb. reliquit, num. 9. Ruin. d. cons. 54. nūm. 16. vol. 2. Duran. d. tit. 6. caut. 39. num. 2. Did. Spin. d. gl. 9. num. 32. vers. Vnde dicebat, & Mantic. d. lib. 4. tit. 5. artic. 9. nu. 1. vers. sed breuiter, Men. d. cons. 273 num. 4. & d. lib. 4. præs. 141. num. 12. & 22. Pereg. d. cons. 58. nu. 2. & 3. vol. 3.* & verbum, relinquo, quod est commune, adiectum vniuersitati bonorum trahatur ad institutionem, *vt diximus in hoc cap. q. 4. num. 67.* Ergo, vel debemus attendere proprietatem, & dicere testatorem simpliciter vxorem hęredē vniuersalem instituisse, vel, vt alij malunt, debemus arbitrio vxoris relinquere, vtrum velit hæres esse, & ita consequi plenam proprietatem, an verò simplicem habere bonorum vsumfructum, *vt declarant Ang. d. cons. 150. num 4. Crott. in d. l. re coniuncti, num. 177. vers sed bis non obstantibus Mantic. d. artic. 9. num. 3. & d. artic. 20. num. 6. Did. Spin. d. gl. 9. num. 32 vers Iis tamen non obstantibus. Men. d. cons. 10. num 11.*

Sed mihi probabilius videtur, quod alij tradiderunt, scilicet, per hæc verba non censeri vxorem ex dispositione testatoris institutam hæredem vniuersalē, sed tantum vocatā ad vsumfructum cum ea præeminētia, de

428 qua postea dicemus † *Ita enim censuerūt Bart. in d. l. Titia. 35. §. fin. num. 5. & ibi Imol. vers. in gl. fin. ff. de leg. 2. Ias. in d. l. extraneum 9. num. 6. vers. Ista limitatio C. de hęred. inst. Gul. Ben. (licet sub dubio) in d. cap. Raynutius in verb reliquit num. 9. vers. certè si, & Rota apud Farin. in recoll. d. decis. 162. nu. 7. part. 2.* Nam, † cum hæredem

429 vniuersalem alium instituerit, & hoc modo declarauerit mentem suam esse, vt dominiū bonorum pertineat ad hæredem, non est verisimile, eum voluisse, vt id ipsum pertineat ad vxorem, quippe, cui reliquit vsumfructum *Ita ratiocinantur Bartan d. l. Titia. 35. § fin. nu. 6. & ibi Imol. uers. in gl. fin. ff. de leg. 2.* Quam ita rē facit, quod dicimus, verbum, relinquo, etiā adiectum vniuersitati bonorum non trahi ad institutionem, quoties alius hæres institutus est, *ut ostendimus in hoc cap. q. 4. num. 64.*

430 Nam, † cum hic alius sit hæres institutus, Cōsequens est, vt in persona vxoris, non possit trahi ad institutionem, *Ita arguit Ias. in d. l. extraneum, num. 6. uers. Ista limitatio.*

Nec obstat, quod non sit institutus in vita vxoris, quia sufficit, cum esse institutum sub conditione, vt operetur eosdē effectus, quos

431 pareret, si purè esset institutus, † tam, quoad impediendā accretionē, quam, quoad effici-endum, vt verbum commune non trahatur ad in-

institutionem, *ut considerat Ias. in d. l. extraneũ,*
num. 6. uers. Ista limitatio, Maximè in casu pro-
posito, in quo secundum veriorem senten-
tiam institutio pro pura habetur, *ut ostẽdimus*
supra num. 235. & seqq. & num. 348. & seqq.

Minus obstat, quod testator non solum
vocauerit vxorem vsufructuariam, sed etiam
dominam, cuius appellatione designatur hę-
res, quia respondeo primo, verbum hoc va-
432 riè sumi in iure nostro: † Interdum enim si-
gnificat hæredem, & trahitur ad institutionẽ
vt cum testator ait, Titius hæreditatis meæ
dominus esto *d. l. his uerbis. 48. in prin. ff. de hæ-*
red. inst. & nos diximus in hoc cap. q. 3. nu. 198.
Interdum verò denotat proprietatem alicu-
ius rei particularis, & refertur ad legatum, vt,
cum ait, volo Titium esse dominum fundi
Tusculani, *sicut ibi ostendimus numi. 196.* Inter-
dum deniq; non denotat proprietatem, sed
quandam præeminentiam, quam quis habet
in domo; Et ita sumitur in hoc loco: Nam,
quia vxores viuis etiam maritis habent in
domo quandam præeminentiam, siue pote-
statem dominandi, & imperandi toti fami-
lię, propter quam, non solum mariti, sed etiã
433 leges eas vocant dominas, † *ut de maritis con-*
stat ex l. uxorem. 39. in prin. ff. de leg. 3. l. fin. §.
uxore ff. de aur. & arg. leg. l. Titia. 19. § qui Mar-
to ff. de ann. lega. § illud quoq; Auth. quib. mod.
nat. eff. leg. coll. 6. De legibus uero ex l. 1. ff. rer.
amo. l. 1. §. si uir ff. ad Syllan. et latè comprobat
Tiraq. de legib. connub. gl. 1. part. 5. nu. 11. et seqq.
ideo, cum testator relinquit uxorem suam
dominam, & usufructuariam omnium bo-
norum, per illud uerbum, dominam, non cẽ-
setur denotare proprietatem bonorum, sed
præeminentiam, & hoc significare, se ei re-
relinquere usumfructũ, & uelle, ut post mor-
tem suam sit adhuc domina, idest, habeat
eandem præeminentiam, & imperandi toti
familiæ potestatem, quam se uiuo habebat.
434 † *Ita declarant Bart. in d. l. Titia. 35. §. fin. num.*
5. & 6. & ibi Imol. uers. in gl. fin. ff. de leg. 2. Ias.
in d. l. extraneum, num. 6. uers. Ista limitatio, Gul.
Ben. in d. cap. Raynutius, in uerb. reliquit, num.
9. uers. certè, si, Paris. cons. 21 num. 9. uol. 2. Rota
apud Farin. d. decis. 162. num. 7. part. 2. Itaq; li-
cet ualeat hæc consequentia, est hæres, ergo
est dominus, non tamen ualet contra, est do-
minus, ergo est hæres, *ut animaduertit Ceph. d.*
cons. 436. num. 57. & nos eo nondum uiso dixi-
mus in hoc cap. q. 3 num. 202.

Nec obstat *l. his uerbis*, ubi uerbum, domi-
nus, ad hæredis institutionem refertur, quia
longè alia est speciei ibi propositæ, alia eius,
435 de qua nos loquimur ratio: Nam ibi † testa-
tor non dixerat, relinquo Titium dominum
meorum bonorum, sed Titius hæreditatis
meæ dominus esto, quæ uerba, tamquam ci-
uilia non poterant aliam, quam institutionis
interpretationem recipere, maximè cũ alius
ibi non legatur hæres institutus. At in casu
proposito testator non ciuilibus uerbis usus
est, sed communibus, neq; hæreditatis men-
tionem fecit, sed bonorum, & præterea insti-
tuit alium hæredem uniuersalem. Denique
coniunxit uerbum, domina, cum uerbo, usu-
fructuaria, quę res operatur, ut inspecto com-
muni usu loquendi uerbum, domina, reci-
piat aliã interpretationem, & denotet pręe-
minentiam, quam uxor in domo mariti ha-
bere solet, *Ita eleganter respondet Rota d. decis.*
162. num. 7. part. 2.

Secundo respondeo, dato etiam, quod uer-
bum, domina, denotaret institutionem, prout
frequentiùs dicitur, *Et in specie declarant Alex.*
d. cons. 50. num. 1. uol. 7. Crott. in d. l. re coniuncti
num 178. uers. Adducebam, & 3. Ruin. d. consil.
206. num. 22. uol. 2. Pic. in d. l. Titia §. fin. nu. 99.
uers. sed tenendo, & Did. Spin. d. gl. 9. nu. 32. uers.
unde dicebat, non tamen posse plus operari,
quam, si testator nominatim uxorem in usu-
fructu instituisset. Quamobrem hæc species,
tamquam similis ei, quã proposuimus *supra*
num. 292. non autem ab ea diuersa, *ut fatetur*
Men. d. lib. 4. præs. 141. num. 31. erit eodem mo-
436 do, quo illa, decidenda, & terminanda, † *ut*
declarant Pic. in d. l. Titia. §. fin. num. 104. uers.
Aliquando uerò testator. & Mantic. d. lib. 4. tit. 5.
artic. 4. in fi. Vnde, cum ibi dixerimus, uxorem
non statim fieri hæredem, sed debere expe-
ctare exitum illius, qui post eius mortem in-
stitutus est, ita, vt non ante censeatur facta
hæres vniuersalis, quam ille defecerit, siue se-
quamur eam opinionem, quæ inhæret uerbis,
siue eam, quæ spectat uoluntatẽ, Consequẽs
est, ut hoc ipsum dicere debeamus in specie,
qua testator reliquit uxorem dominã, & usu-
fructuariam, maximè, cum post eius mortẽ
institutus est filius, quo casu, faciliùs hoc de-
bet admitti, quam, ubi uocatus est extraneus,
437 † *uti uidere est apud Pic. in d. l. Titia. § fin. nu. 99.*
uers. sed tenendo, & Mantic. d. lib. 4. tit. 5. artic. 4.
in fi. & artic. 9. num. 3.

Quarto, si testator eum, quem post uxoris
mortem uocauit, non instituerit, sed substi-
tuerit, puta dixerit, instituo uxorem in usufru-
ctu, donec uixerit, & post eius mortem sub-
stituo Titium in omnibus bonis meis, cense-
bitur haud dubiè uxorem hæredem uniuer-
salem instituisse, & grauasse, ut hæreditatem
post mortem suam Titio restituat, cum facul-
tate retinendę Trebellianicę, aut etiam totius
hęreditatis, si Titium prædecedere contigerit,
438 † *secundum ea, quæ supra diximus. Ita scribunt*
Alex. cons. 111. num. 1. uers. & dato, et d. consil.
162. num. 2. uers. et dato, uolu. 2. Ceph. cons. 563.
num. 38. uers. et quamuis, et d. consil. 716. nu. 39.
Pereg. d. consil. 63. num. 3. et 7. uolum. 3. Nam,
439 quia † substitutio non fit, nisi in ijs rebus,
quæ datæ sunt ei, cui substituitur, *ut patet*
ex ijs, quæ diximus supra num. 326. uers. 3. & in
proposito Titius substituitur vxori in omni-
bus bonis, & sic in tota hæreditate, ideo ex
hoc colligimus, testatorem sensisse, vxorem,
post cuius mortem substituit Titium, in om-
nibus bonis institutam esse. Et dato etiam,
quod non posset dici instituta in tota hæredi-
tate, si spectamus dispositionem testatoris,
ad eam tamen censeretur vocata ex disposi-
tione legis, nempe ex vi iuris accrescendi,
scilicet, quia non haberet cohæredem, cum
Titius, tamquam substitutus non posset dici
cohæres *l. verbis ciuilibus. 7. ff. de vulg. l. cum in*
testamento 37. in prin. ff. de hæred. instit. & nos
diximus supra num. 302. ideoque deberet ei,
tamquam in vsufructu institutæ, & non ha-
benti cohæredem vniuersalem tota hære-
ditas accrescere, *secundum ea, quæ diximus in*
hoc cap. q. 10. num. 20. Ita ratiocinatur Alex. d.
cons.

conf. 111. num. 2. verf. & dato, & d. conf. 162. nu. 2. verf. & dato, & num. 6. vol. 2. Pereg. d. conf. 63. num. 3. vol. 3. Idque adeo verum est, vt procedat.

Primo, non solum, si testator dixerit, & post vxoris mortem substituo Titium, sed etiam, si dixerit, instituo, & substituo, & ita coniunxerit verbum directum cum communi: nam sufficit verbum, substituo, ad demonstrandum, mentem testatoris fuisse, vt Titius non veniret, vt cohæres, sed, vt substitutus, & per consequentias, vt vxor censeretur instituta in omnibus bonis, & grauata post
10 mortem suam ea Titio restituere, † *secundum ea, quæ supra diximus. Ita scribit Nico. Bello. d. conf. 7. num. 5.*

Secundo procedit, non solum, si testator vsus sit verbo, substituo, sed etiam, si quolibet alio communi verbo, puta dixerit, & post vxoris mortem volo bona peruenire ad Titium: Nam, quia verba communia sui propria significatione denotant substitutionem etiam fideicommissariam, *vt ostendimus in hoc cap. q. 3. num. 67.* ideo Titius per ea vocatus non intelligitur in iis bonis institutus, sed per fideicommissum substitutus, ea que ratione censetur vxor in tota hæreditate instituta,
1 & fideicommisso grauata, † *secundum ea, quæ supra diximus, quæque in his terminis, & receptissima sunt, & verissima. Ita censuerunt Ang. d. conf. 150. nu. 3. verf. an autem, et Alex. d. conf. 162. num. 2. verf. & dato, & num. 6. in fin. vol. 2. qui in his terminis consuluit, & rectè, vt animaduertit Ruin. d. conf. 54. num. 17. verf. & quamuis vol. 2. & probant etiam Mantic. d. lib. 4. tit. 5. artic. 13. num. 1. Menoch. d. lib. 4. præs. 141. num. 29. & d. cõs. 637. nu. 2. & 7. Christo. Mart. Medit. d. decis. 5. num. 2. verf. Quæ opinio.*

Tertio procedit, non solum, si fuerit substituta causa profana, sed etiam, si causa pia; † *vt scripsit Alex. d. conf. 162. nu. 3. vol. 2. qui in terminis consuluit:* Nam quod dicimus, † Ecclesiam, monasterium, hospitale, aut aliud corpus pium post vxoris mortem vocatum posse statim adire, & efficere, vt vxor non, nisi vsumfructum consequatur, *vti videre est supra num. 174.* procedit, quando pius locus fuit institutus. Cæterùm, quando fuit substitutus, quia tractatur de inferendo præiudicio vxori, quæ censetur in omnibus bonis instituta, verius est, non statim admitti, sed debere illius mortem expectare, vt ex substitutione fideicommissum consequatur, sicuti generaliter diximus de monasterio, vel hospitali vocato post mortem vxoris, vel alterius, quem testator, donec vixerit, hæredem scripsit, *vt latè ostendemus in q. seq.*

Hæc autem facilius procederent, si testator adiecisset (vt moris est) illam clausulam, vulgariter, & per fideicommissum: † nam tunc, quia constaret, eum voluisse vxori per fideicommissum substituere, & talis substitutio nõ posset intelligi facta in vsufructu, cum fideicommissaria supponat, id, in quo fit, debere restitui, & vsusfructus non possit post vsufructuarij mortem restitui, tamquam extinctus, *vt latè ostendemus in nono cap. q. 40.* ideo necessariò deberet intelligi facta in proprietate, & ita ostenderet, testatoris mentem fuisse, ut uxor haberet proprietatem, quam tamen post mortem suam teneretur fideicõmissario restituere.
445 † *Ita scripsit, & rectè Pereg. d. consil. 63. num. 6. & 7. in fin. uol. 3.* Idem est, & si testator dixerit, & post uxoris mortem instituo Titium hæredem uniuersalem absque
446 detractione Trebellianicæ: † Nam, quia prohibitio detractionis supponit eius potentiã, quæ non daretur, nisi uxor fuisset hæres uniuersalis instituta, ideo ex ea colligimus, testatorem sensisse, uxorem esse hæredem uniuersalem, & per fideicommissum grauatam
447 hæreditatẽ Titio restituere, † *Ita scripsit Ceph. dict. consil. 472. num. 60. & 63. uersic. Non obstant.*

Quartus, & ultimus casus est, quando dies, ex quo fuit hæres uniuersalis institutus, est omnino incertus, & cohæres ei datus nõ fuit institutus in usufructu, sed in proprietate. Et tunc res est posita extra omnem dubitationem: Nam certum est, hæredem uniuersalem, tamquam ex incerto die, & sic sub conditione institutum non ante adire posse, quã ille tertius decesserit, & ita euenerit condi-
448 tio, sub qua uocatus est, † *secundum ea, quæ diximus supra num. 70. & seqq.* Hæredem uerò particularem posse quidem statim, & non expectata hæredis uniuersalis aditione rem sibi relictam agnoscere, & ita confirmare testamentum, & efficere, ut de illius ualiditate non possit amplius dubitari, *secundum ea quæ diximus supra nu. 202. & seq. & latius dicemus in hoc cap. q. 62.* sed non fieri hæredem uniuersalem, nisi institutus ex incerto die postea decesserit. Itaque, si quo tempore moreretur ille tertius, institutus post eius mortem sit superstes, & adeat hæreditatem, hæres tertius censebitur semper fuisse loco irgatarij *secundum ea, quæ diximus in hoc cap. q. 9. nu. 50.* Quod, si is uita illius obierit, & ita defecerit conditio, sub qua uocatus est, aut post eius mortem repudiauerit, uel ante aditam decesserit, quia certum est nullum amplius extare hæredem uniuersaliter institutum, qui adire possit, tota hæreditas retrofingetur hæredi in re certa in-
449 stituto accreuisse, † *secundum ea, quæ diximus in d. q. 9. num. 52. Et in his terminis scribunt ij, quos referemus infra num. 459.* adeo, vt, etiamsi priùs, quam defecerit vniuersalis, ipse mortem obierit, nihilominus ad suos hæredes censeatur hæreditatem tamquam acquisitam
450 transmisisse. † *secundum ea, quæ dicemus in hoc cap. q. 62. Et in his terminis scribit Iaf. in d. l. extraneum, nu. 6. verf. bam esse magis, & Purp. d. conf. 55. num. 28.*

Hinc infertur primo, hæredem in re certa institutum, licet statim possit agnoscere rem sibi relictam, *vt dictum est*, non tamen statim
451 fieri hæredem vniuersalem, † *vt malè censuit Menoch. d. lib. 4 præs. 141. num. 47.* sed hoc pendere ab euentu hæredis ex incerto die institu-
452 ti, † *secundum ea, quæ supra diximus*, ideoque ius eius interim stare in suspenso.

Secundo infertur, eos, qui dicunt, in specie proposita, posse institutum in re certa sta-
453 tim adire hæreditatem, † *vt Iaf. in d. l. extraneum, num 6. verf. quarto, & vltimo, Gul. Ben. in d. cap. Raynutius, in verb. reliquit, num. 9. verf. quarto maximè, Pic. in d. l. Titia § fin. num. 97. verf. Confirmatur, & num. 106. in fi. Mantic. d. lib. 4. tit. 5. art. c. 12. Pereg. de fideic. d. art. 5. num.*

5.*num.24. Menoc.d.lib.4.præſ.141.num.47.* non
loqui propriè, quia, licet ſtatim poſſit agno-
454 ſcere rem ſibi relictam, † *vt rectius loquuntur*
Rum.d.conſ.54 num. 16.verſic.& ſic in dictis lo-
cis, & d.conſ.206.nu. 22. verſ. & idem etiam vol.
2. & alij, non tamen illa agnitio vera eſt adi-
455 tio hæreditatis, † quippe, quæ nondum fieri
potuit, cum priùs, quam deficiat hæres vni-
uerſalis, nec vacare dici poſſit hæreditas, nec
per conſequentias hæredi particulari accreſce
re, *vt patet ex ijs, quæ diximus in huius cap.*
prin.num.4.& ſeqq. & latius dicemus in hoc ipſo
cap. q.37.num. 1. & ſeqq. Sed, quia, ſi poſtea
vniuerſalis deficiat, illa rei agnitio vim ha-
bet aditionis, adeo, vt non ſit opus alia decla-
ratione voluntatis, vt hæres rei certæ totam
hæreditatem conſequatur, cum ipſo iure fiat
accretio, *vt dicemus in hoc cap q.62. & latius in*
8.cap.q.1.nu.26. imo retrofingatur iam vſque
ab initio facta, *vt ſcribunt omnes, quos retuli-*
mus ſupra num.204. ideo ad hoc reſpicientes,
456 † dicunt, hæredem rei certæ adire hæredita-
tem eo ipſo, quod rem ſibi relictam agno-
ſcit:

Tertio infertur, erroneum eſſe, *quod ſcri-*
pſit Menoch.d.lib.4.præſ.141 num.47. in ſpecie,
qua teſtator reliquit vxorem vſufructuariam
omnium bonorum, & poſt eius mortem in-
ſtituit fratrem, vel alium extraneum dato
cohærede in re certa purè inſtituto, huic to
tam hæreditatem accreſcere, ſed cenſeri cum
per fideicommiſſum grauatum hæreditatem
457 inſtituto poſt vxoris mortem reſtituere, † quia
repugnat hoc aliorum omnium traditioni:
Nam, licet frequentiùs putent, fieri hæredem
vniuerſalem vxorem, quæ in vſufructu fuit
inſtituta, ſi poſt eius mortem alius inſtitutus
ſit, *vt retulimus ſupra num.* 92. non tamen
idem cenſent admittendum in eo, qui in pro-
prietate rei certæ inſtitutus eſt, ſi vxori lega-
tus ſit vſusfructus, & poſt eius mortem alius,
458 puta frater inſtitutus, † quia, licet dicant, non
eſſe dubitandum, quin valeat relictum vſuſ-
fructus, *vt oſtendimus ſupra num.214.* eo quod
per agnitionem hæredis in re certa inſtituti
confirmetur teſtamentum, & omnia, quæ in
eo relicta ſunt, *vt diximus ſupra num.203.* eo
tamen ipſo, quod ſubijciunt hanc rationem,
quia, etiamſi poſtea hæres vniuerſalis non
adeat hæreditatem, puta præmoriatur, aut
repudiet, vel aliter deficiat nihilominus to-
ta hæreditas cenſebitur inſtituto in re certa
459 iam vſque ab initio accreuiſſe, † *vt videre*
eſt apud Alex.in add.ad Bart.in d. l. hæreditas ex
die, poſt num 4.in lit c Iaſ.in d.l extraneum, nu.
6.verſ.quarto.& ultimo, & uerſ.hanc eſſe magis,
Rum.d.conſ.54 num.16.uerſ.et ſic in dictis locis,
uol 2.Purp.d.conſ 553.num.28. Mantic.d.lib.4.
tit. 5. artic.12. haud dubiè ſupponunt, hæredē
poſt vxoris mortem inſtitutum, poſſe adire,
ſed non ante, quam vxor deceſſerit, & ab
eius euentu pendere, vtrum hæres particula-
ris, qui rem agnouit, cenſeatur vniuerſalis,
nec ne: Itaque negant hæredem in re certa
inſtitutum poſſe interim habere totum, *prout*
in ſpecie declarat Rum.d.conſ.206.nu. 22. uerſ
& idem etiam, uol. 2.

Nec eſt contrarium, quod vxori in vſufru-
ctu inſtitutæ cenſeant totam hæreditatem ac-
creſcere, quoties poſt eius mortem alius in-
ſtitutus eſt, quia dato etiam, quod hæc opi-
nio eſſet vera, non tamen ex ea ſequitur,
idem eſſe de eo dicendum, qui non in vſu-
fructu, ſed in proprietate rei certæ inſtitutus
460 eſt; Nam † ratio, qua Dd. mouentur ad ita
ſentiendum de vxore, ceſſat in eo, cui fun-
dus, vel alia res particularis fuit relicta titu-
lo inſtitutionis: Ratio enim eſt, quia vxor
non habet aliquem cohæredem vniuerſalem
in vita, cum is, qui poſt eius mortem inſti-
tutus eſt, non poſſit dici vxori datus, vt co-
hæres, ſed, vt ſubſtitutus, non obſtante,
quod teſtator non ſit vſus verbo, ſubſtituo,
ſed verbo, inſtituo, quia, cum voluerit,
vxorem, quandiu vixerit, habere totum
vſumfructum, & fratrem poſt eius mortem
habere totam hæreditatem, & per conſequē-
tias nō ſolum proprietatē, ſed etiam vſumfru
ctum, & ita eundem vſumfructum reliquе-
rit, & vxori, & poſt eius mortem fratri, non
poteſt hic in vſufructu cenſeri datus, vt cohæ-
res, quia hoc modo non haberet vxor totū
vſumfructum, prout voluit teſtator, ſed debet
cenſeri datus vt ſubſtitutus *d. l. verbis ciuilibus*
7. ff. de vulg. Ergo etiam, vt ſubſtitutus debet
cenſeri datus in proprietate, vt par fiat om-
nium, quæ ſub eadem diſpoſitione continen-
tur, determinatio, *iuxta regulam l.iam hoc iure.*
4. ff. de vulg. Et ex ipſorum ſententia retulimus
ſupra num. 318. & ſeqq. At hæc ratio ceſſat in
eo, qui in proprietate inſtitutus eſt, quippe,
qui etiam in vita cohæredem vniuerſalem
habet, non quidem purè, ſed ſub conditione
datum, quæ res ſufficit, vt hæres rei certæ non
poſſit interim habere totam hæreditatem, cū
inſtitutus ſub conditione, quandiu ſperatur
admitti, faciat partem ei, qui in re certa inſti-
tutus eſt: Si enim facit partem alij in quota
purè inſtituto, *vt not. in l. 2 ff. ſi pars hæred. pet.*
& nos late oſtendemus in hoc cap q. 37. quanto
magis eam faciet inſtituto in re certa, cum
quota faciliùs accreſcat quotæ, quam hære-
ditas rei certæ *vt diximus in hoc cap q. 1.nu.10.*
461 Deniq; † cum hæres vniuerſalis poſt vxoris
mortem inſtitutus non poſſit cenſeri vocatus
vt ſubſtitutus, non reſpectu vxoris, quæ inſti-
tuta non eſt, ideoq; non poteſt efficere, vt vo-
catio hæredis dici poſſit ſubſtitutio, & ſic ſe-
cunda inſtitutio, cum deficiat prima, neq;
reſpectu hæredis in re certa inſtituti, cum ſub-
ſtitutio ſit eiuſdem, non alterius rei, *vt dixi-*
mus ſupra nu. 305. & in propoſito res, ad quā
vocatur inſtitutus ſit diuerſa ab ea, ad quam
vocatur hæres particularis, cum inſtitutus vo-
cetur ad hæreditatem, & hæres particularis
vocetur ad rem certam quæ multum ab hæ-
reditate diſtat, *vt diximus ſupra nu. 323.* eaq;
ratione non poſſit inſtitutus dici vocatus etiā
ad eam, quæ fuit alij relicta, quippe, quæ per-
petuó cenſetur ab hæreditate exempta, Con-
ſequens eſt, vt debeat cenſeri datus, vt cohæ-
res, & per conſequentias, vt quandiu ſperatur
admitti, impediat, ne tota hæreditas cenſeatur
hæredi particulari accreuiſſe.

Et hoc eſt, quod ſenſit *Alex.d.conſ.162.nu.*
5.vol. 2. quem probat Pereg. de fideic. d. artic.5.
num.21. dum ait, quod dicimus, hæredem ſub
conditione inſtitutum, interim, dum ſpera-
tur, facere partem ei, qui purè inſtitutus eſt, &
462 impedire ne totum habeat, procedere, † quā-
do

do fuit institutus in parte, vel re diuersa ab ea, quę data est instituto purè, secus verò, quādo fuit vocatus ad totum illud, quod purè instituto datum est; Nam, cum hic non versemur in terminis, in quibus hæres institutus sub conditione censeri possit successiuè vocatus ad illud, quod est relictum instituto purè, sed in terminis, in quibus censetur vocatus ad rem diuersam, cum sit institutus in tota hæreditate, sub qua, nec in vita, nec post mortem instituti continetur res illi relicta, tamquam perpetuò extracta ab hæreditate vt particularis institutionis in eum collatæ, Consequens est, vt ex sententia Alexandri, & per consequentias omnium, qui communem opinionem sequuntur, talis hæres sub conditione vocatus, quandiu speratur admitti, faciat partem ei, qui, vel ad quotam, vel ad rem certam purè vocatus est. Et hoc, vt fatear, penes me dubium non habet.

S V M M A R I V M.

1 *Hæreditas non potest dari ad diem, & si detur, sublato vitio temporis remanet simplex, & perpetua institutio, & cur, nu. 2. & seqq. Declara, vt num. 6. & 13.*

5 *Causa testati, tamquam potentior trahit ad se causam intestati, quoties hæreditas datur ad diem.*

8 *Hæreditas, licet possit dari ex die incerto, non ex certo, ad diem tamen, neq; certum, neq; incertum dari potest, & cur num. 9. Declara, vt num. 13.*

10 *Vxor, donec vixerit, siue durante vita hæres instituta sit hæres perpetuo, perinde, ac, si tempus nō fuisset institutioni adiectum.*

11 *Institui ad tempus ne seruus quidem cum libertate potest.*

12 *Hæres ad tempus institutus, etiamsi in re certa, non dato cohærede vniuersali sit hæres in perpetuum detracta res, & temporis mentione.*

14 *Hæres, qui semel est, potest ex causa fideicommissi, & sic vtiliter, & effectu desinere esse hæres.*

15 *Hæres ad tempus institutus censetur tacitè rogatus, vt post tempus hæreditatem venientibus ab intestato restituat. Sed contra, num. 16. & cur, num. 17. Declara, vt num. 19. & seqq.*

19 *Hæres ad tempus institutus censetur grauatus hæreditatem post tempus restituere filio, vel, vt cohæredi, vel, vt ab intestato succedenti.*

23 *Miles potest hæredem ad tempus instituere, & cur, num. 24.*

25 *Hæres ad tempus institutus post tempus desinet esse hæres ipso iure, & directò, si habeat cohæredem, & cur, num. 26. Sed contra num. 27. & 28.*

29 *Testator, si hæredem instituat ad tempus, & adijciat, & postea nolo, eū esse hęredem, vitiatur institutio, & corruit testamentum, & cur, nu. 30. Sed contra num. 31. & cur, num. 33. & seqq.*

31 *Institutus ad tempus, & non vltra, manet quidem hęres directò etiam post tempus, sed censetur grauatus hæreditatem post tempus restituere cohæredibus, si quos habet, aut venientibus ab intestato. & num. 32.*

35 *Testatoris præceptum seruari debet, Declara, vt num. 36.*

36 *Institutus durante tantum vita, licet per mortem non desinat esse hæres directò, censetur tamen grauatus hæreditatem cohæredibus, aut veniētibus ab intestato restituere, & cur, num. 38. & seq.*

40 *Institutus durante tantum vita potest detrahere Trebellianicam.*

41 *Institutio, quæ continet in se manifestam repugnantiam, quando vitietur, & num. 42.*

43 *Institutus ad tempus, si post tempus vocetur alius verbis obliquis, censetur per fideicommissum grauatus hæreditatem illi restituere.*

44 *Institutus, si vnus fuerit ad tempus, & postea vocatus sit alius verbis obliquis, qui moriatur viuo grauato, caducum fit fideicommissum, & hæreditas sine onere manet apud grauatum.*

45 *Trebellianica potest detrahi ab hæredibus eius, qui ad vitam institutus est, si hæreditatē restituant ei, qui post illius mortem vocatus est, & nu. 48. & 77.*

46 *Institutus ad tempus censetur per fideicommissum grauatus hęreditatem ei restituere, qui post tempus vocatus est verbis communibus.*

47 *Fideicommissum, tamquam caducū remanet penes hæredē ad vitam institutum, si vocatus post illius mortem præmoriatur, & num. 75. & cur, num. 76.*

49 *Institutus si vnus fuerit vsq; ad pasqua, alter verò post pasqua, mentio temporis de vtraq; institutione tollitur, & vterq; admittitur perinde, ac, si simpliciter ambo fuissent hęredes instituti, & cur, nu. 50. & seqq. Sed contra nu. 55. & cur, num. 56. & seqq.*

52 *Testator potest hæredi instituto aliquem post tempus adijcere cohæredem, Declara, vt num. 58. & seq.*

54 *Verba directa regulariter non trahuntur ad fideicommissum, etiam, vt testatoris voluntati deseruiatur.*

60 *Hæres ad certum tempus, puta vsque ad pasqua institutus censetur per fideicōmissum grauatus hęreditatem ei restituere, qui post tempus institutus est, & num. 61.*

62 *Hæres, si vnus fuerit institutus, donec vixerit, & post illius mortem fuerit institutus alius, ille moriens desinet esse hæres directò, hic verò post illius mortem fiet hæres ipso iure, & cur, num. 63. Sed contra num. 64. & cur num. 65.*

66 *Hęres, qui semel est, potest interdum etiam directò, & nomine desinere esse hæres. Declara, vt num. seqq.*

70 *Institutus, si vnus fuerit, donec vixerit, & post eius mortem fuerit institutus alius, primus remanet hæres directò, secundus verò fit hæres vtiliter, non tamen per fideicommissum, ideoq; non patitur detractionem Trebellianicę, num. 71 Sed contra num. 72 & cur, num. 73.*

74 *Hæres institutus, donec vixerit, si post eius mortē fuerit institutus alius, manet hæres directò etiā post mortem, sed tenetur hæreditatem instituto post tempus restituere, & cur, numer. 78. & seqq.*

84 *Institutus, donec vixerit, non desinit esse hæres directò, etiamsi post mortem instituta sit Ecclesia, vel hospitale, sed tenetur tantum per fideicommissum hęreditatem illi restituere, & cur, num. 85. & seqq.*

88 *Pia causa qualiter militi comparetur.*

89 *Vxor instituta, donec vixerit, nō desinit esse hæres directò, etiamsi post eius mortem institutus sit filius, sed tenetur illi per fideicommissum restituere, quod excedit legitimam.*

90 *Sub·*

90 *Substitutus pupillariter, donec uixerit, si post eius mortem alius uocatus sit, tenetur ei per fideicõmissum pupilli hæreditatem restituere.*

91 *Miles potest unum ad certum, uel incertum tempus hæredem instituere, & post tempus alium directo facere hæredem.*

92 *Testator, si unum simpliciter instituat hæredem, & post eius mortem instituat aliũ in dimidia, uel alia certa parte, & ex coniecturis constet, eum uoluisse solam totius hæreditatis administrationem primo relinquere, secundus etiam directo fiet hæres, & cur, num. 93.*

An, & quando locum habeat ius accrescendi, si testator aliquem instituat ad diem.

Quæstio Decimaseptima.

SVperest, vt dispiciamus, an, & quando locum habeat ius accrescendi, si testator aliquem instituat ad diem. Pro faciliori autẽ huius quęstionis explicatione separatim nobis erit videndum, Primo, quid, si post diem neminem vocet. Secundo verò, quid, si uocet alium.

Et, si quidem unum instituat ad diem, & post eum neminem uocet, & quæramus, an respectu temporis sequentis locum habeat ius accrescendi, constat tres esse distinguendos casus, quorum

Primus est, quando testator simpliciter instituit hæredem ad diem, nec aliud adiecit, Et tunc certum est, ita institutum etiam post diẽ remanere hæredem, quia hæreditas ad diem dari non potest, &, si ita detur, non uitiatur institutio, sed sublato uitio temporis rema-
1 net pura, simplex, & perpetua † *l. hæreditas ex die. 34. & ibi gl. in uerb. ad diem, Bald. uers. Item not. Ang. & Imol. in prin. & uers. Item ibi. & nu. 3. ff. de hæred. instit. §. hæres, Inst. eod. Et scribunt Azo. in summ. C. de hæred. inst. num. 18. Cin. in l. un. in prin. num. 5. C. de cad. toll. Bald. cons. 449. uers. & si dicatur, uol. 4. Ang. in l. 2. uers. tenendo ff. si pars hæred. pet. Castr. in l. certi 8. nu. 5. C. de test. mil. & cons. 276. num. 2. uol. 1. Gul. Ben. in d. cap. Raynutius in uerb. reliquit, num. 4. Corn. cons. 60 num. 4. uol. 1. Fabia. de Mon. inter cons. ult. uol. cons. 149 nu. 21. uol. 1. Gomez. tom. 1. uaria. resol. cap. 2. num 8. Nic. Bello. cons. 30. nu. 1. Vigl. in d. §. hæres, num. 2. Instit. de hæred. inst. Ceph. cons. 472. num. 32. 36. 85. & 108. Crass. in §. institutio q. 14 num. 1. Mantic. de con ult. uol. lib. 4. tit 5. in prin. num. 7. & art. 13. num. 2. Men. de adip. rem. 4 num. 150. & de præs. lib. 4. præs. 141. num. 4 et 21. et cons. 105. num. 5. et cons. 115. nu. 1. Andr. Facb. lib. 4 controu. cap. 17 uers. sed posterior, Rota apud Ludouis. decis. 102. num. 1.*

Huius autem rei duplex solet afferri ratio,
2 vna, quia, † si posset dari ad diem, necessariò deberet hæreditas ad venientes ab intestato post diem pertinere, vt dicimus de hęreditate militis, qui ad tempus hæredem instituit *l. miles ita 42. in prin. vers. sed, si ita ff. de mil. test. & dicemus etiam infra num. 23.* & ita decederet testator pro parte temporis testatus, & pro parte intestatus, quod quia absurdum est, *vt diximus in q. præced. num. 7.* ideo non est admittendum. *Ita ratiocinantur Ang. in d. l. hæreditas ex die, num. 1, vers. exemplum, & ibi Imol. in prin. vers. Item ibi, Gul. Ben. in d. cap. Raynutius in verb. reliquit, nu. 4. vers. & ratio est, Vigl. in d. § hæres, num. 2. Inst. de hæred. inst. Gomez. d. tom. 1. varia. resol. cap. 2. num. 8. Ceph. d. cons. 472. num. 35. Crass. in d. §. institutio q. 24. nu. 1. Men. d. cons. 105. num. 5.* Quemadmodum enim
3 † non potest quis decedere pro parte testatus, & pro parte intestatus respectu rei, ita nec respectu temporis, cũ a re ad tempus valeat argumentum, *vt in proposito ratiocinatur, tametsi affirmatiuè, Tryphoninus in d. l. miles ita. 42. in prin. vers. et, quod in bonorũ ff. de mil. test. et nos etiam diximus in q. pręced. numer. 8.* Vnde, sicut vitio rei sublato manet simplex institutio, cum testator instituit aliquem in re certa, nec ei dat cohæredem vniuersalem *l. 1. §. si ex fundo ff. de hæred. inst. & nos latè diximus in hoc cap. q. 7. num. 1. & seqq.* ita etiam sublato vitio temporis debet simplex manere institutio, cum testator instituit aliquem ad tẽpus *Ita arguunt Vigl. in d. §. hæres, num. 2. Inst. de hæred. inst. Ceph. d. cons. 472. num. 37. & 38. &*
4 *Pereg. cons. 44 num. 1. vol. 5.* Deniq; cum † speciale sit in milite, vt possit hæredem ad tempus instituere ideo, quia potest decedere pro parte testatus, & pro parte intestatus *d. l. miles ita. 42. in prin. ff. de mil. test. & dicemus etiam infra num. 24.* Consequẽs est, vt in contrarium sit ius cõmune, & consequenter, vt paganus ideo non possit ad tempus hæredem instituere, quia non potest decedere pro parte testatus, & pro parte intestatus. *Ita ratiocinatur Ceph. d. cons. 472. num. 33.* Quamobrem in hoc casu causa testati, tamquam potentior trahet
5 ad se causam intestati, † *vt dicemus infra num. 33. & seq. & in 10. cap. q. 17. num. 48. Et in proposito considerant Castr. in d. l. certi. 8. num. 5. C. de test. mil & Imol in d. l. hæreditas ex die nu. 3.* & ita respectu temporis fiet accessio, quam nostri (licet abusiuè) vocant ius accrescendi
6 † de tempore ad tempus, *vt diximus in q. præced. num. 19. & seqq.*

Altera verò, quæ affertur, ratio est, quia,
7 † cũ hæres ad diem institutus interim adeundo fiat hæres, necessariò, post diem deberet desinere esse hæres, quod, quia absurdũ esset *vt diximus in q. præced. num. 9.* ideo non debet etiam admitti. *Ita ratiocinantur Bald. in l. extraneum. 9. nu. 1. vers. sol. lex. nostra C. de hæred. inst. Ang. in d. l. hæreditas ex die, nu. 1. vers. exemplum, & ibi Imol. num. 3. Ang. in d. l. 2. vers. tenendo ff. si pars hæred. pet. Corn. d. cons. 60. num. 4. vol. 1. Vigl. in d. § hæres, num. 2. Inst. de hæred. inst. Duran. de art. test. tit. 4. caut. 1. nu. 1. Ceph. d. cons. 472. num. 34. & 47. Men. d. cons. 105. num. 5. Pereg. de fideic. d. artic. 5. num. 16.* Hoc autem adeo verum est, vt procedat.

Primo, non solum, si dies sit certus, sed
8 etiam, si incertus: † Nam, licet inter hæc dierum genera magna sit differentia, quoties hęreditas datur ex die, scilicet, quia ex certo die dari non potest, ex incerto verò potest, *vt ostendimus in q. pręced. num. 51.* tamen, quoties datur ad diem, nulla est inter certum, & incertum differentia, sed vtroq; casu subducto vitio temporis simplex, & perpetua manet institutio. *Ita scripserunt Bart. in d. l. hæreditas ex die, num. 1. vers. sol. fateor, & ibi Bald. vers.*

sed

sed quaro, Imol. in prin. & vers. Item ibi, & num. 3 in prin. & vers. in ea gl. ibi, & num. 7. Bald. in d.l. extraneum, nu. 1. vers. sol. lex nostra Ang. in d.l. 2. vers. tenendo ff. si pars hered. pet. & d. cons. 150. num. 4. vers. sed tunc dicit, Nat. cons. 459. num. 11.

9 Cuius diuersitatis ratio est, quia † causa, propter quam dies reijcitur, quoties ex die fit institutio, cessat in die incerto: Nam ideo reijcitur, quoties ex certo die datur hæreditas quia alioquin testator decederet pro parte temporis testatus, & pro parte intestatus, cum dies non soleat ad tempus mortis retrotrahi, *vt ostendimus in q. praced. num. 40. & seqq.* quæ ratio cessat, quoties hæreditas datur ex die incerto, scilicet, quia, cum talis dies habeatur pro conditione, quæ sui natura retrotrahitur ad tempus mortis, *vt diximus ibi num. 35.* non potest testator censeri pro parte temporis intestatus decessisse, sed semper testatus, *vt ostendimus ibi num. 33. & seqq.* At ratio, propter quã reijcitur dies, quoties ad tempus fit institutio, ita militat in die incerto, vt in certo, quia vtroq; casu decederet testator post tempus intestatus, *vt considerat Ang. in d. l. 2. vers. tenẽdo ff. si pars hered. pet.* & institutus, qui semel adeundo factus esset hæres, desineret post diẽ hæres esse, quod iure non permittitur, *vt considerant Bald. in d. l. extraneum, num. 1. vers. sol. lex. nostra, Imol. in d. l. hereditas ex die, num. 3. vers. In ea gl. ibi, Duran. d. tit. 4. caut. 5. num. 1.* Meritò igitur idem ius in vtroq; statutum est. *Ita ratiocinatur Imol. in d. l. hareditas ex die, num. 3.*

Hinc intelligimus, si testator instituat aliquem, puta vxorem, donec vixerit, vel durante ipsius vita, vel vsq; ad mortem, aut verbis similibus, ita institutum fieri hæredem perpetuò perinde, ac, si illa verba non fuissent expressa, & tempus non fuisset institutioni adie-
10 ctum. † *Ita scribunt Bald. in d. l. hareditas ex die, vers. sed quero, & ibi Imol. num. 7. in prin. & vers. Item ex prędictis, Corn. d. cons. 60. num. 4. vol. 1. Duran. d. tit. 4. caut. 5. num. 1. Nat. d. cons. 459. num. 11. Ceph. d. cons. 472. num. 46. Mantic. de con. vlt. vol. lib. 4. tit. 4. num. 12. & tit. 5. in prin. num. 13. & artic. 1. & lib. 8. tit. 1. num. 31. Men. d. lib. 4. præs. 141. nu. 2. Rota apud Ludouis. decis. 102. num. 2. & apud Farin. decis. 138. num. 4. part. 1. in nouissimis.*

Secundo procedit, non solum, si instituatur homo liber, sed etiam, si seruus testatoris, puta quia testator dicat, Stichus liber, & hęres esto vsque ad quinquennium: Adhuc enim detracto vitio temporis, erit hæres perpetuò,
11 † *vt scribit Ang. in d. l. hereditas ex die, num. 1. vers. exemplum.*

Tertio procedit, non solum, si hæres fuerit institutus in tota hęreditate, vel eius parte sed
12 etiã, si in re certa, † puta in vsufructu: Nã, quia non dato cohærede vniuersali perinde habetur, ac, si rei mentio facta non esset *l. 1. §. si ex fundo ff. de hęr. inst. & nos latè diximus in hoc cap. q. 7. num. 1. & seqq. & de vsufructu in q. 10. num. 20. & in q. 16. num. 169.* ideo, si fuerit ad tempus institutus, tollitur adiectio temporis, & institutio manet simplex, perpetua, & trãsmissibilis. *Ita scribunt Mantic. de con. vlt. vol. d. lib. 4. tit. 5. artic. 1. Andr. Fach. lib. 4. contro. cap. 17. & est in confesso apud omnes, quos retuli.*

mus in q. praced. num. 309. & seq.

13 Sed hæc ita intelligenda sunt, † vt heres ad diem certum, vel incertum institutus non desinat etiam post diem esse hæres directò, *prout declarant Bart. in d. l. hereditas ex die, nu. 1. vers. sol. fateor, & ibi Imol. in prin. vers. Item ibi, & num. 3. vers. In ea gl. ibi.* Sed, an desinat esse heres vtiliter, si quæramus, constat rem pendere ex eo, nunquid censeatur per fideicommissum grauatus hæreditatem alicui post diem restituere, dico autem, an censeatur, nõ an possit, quia, quin possit ex causa fideicõmissi, & sic vtiliter, & effectu desinere es-
14 se hęres, nulla est dubitatio, † *vt declarãt Bart. in d. l. hereditas ex die, nu. 1. vers. sol. fateor, & ibi Imol. in. prin. vers. Itẽ ibi, Duran. d. tit. 4. caut. 5. nu. 1. & Grass. in d. §. institutio q. 24. nu. 4.* In hac autem quæstione, licet nonnulli censuerint, testatorem eo ipso, quod aliquem instituit ad tempus, censeri tacitè eum grauasse, vt post tempus hæreditatem venientibus ab in-
15 testato restituat, † *per ea, quæ dicemus infra num. 81. & seqq. In qua sententia fuerunt And. Gail lib. 2. obser. 143. num. 8. vbi testatur, hanc esse communem opinionem, & Menoch. de præs. d. lib. 4. præs. 141. num. 5.* Contrarium tamen ve-
16 rius est, & receptius, † *vti videre est apud Bald. cons. 449. vers. &, si dicatur, vol. 4. Corn. d. consil. 60. num. 5. vol. 1. Franc. de docto, inter consil. vlt. vol. cons. 158. num. 6. vol. 1. Mantic. de coniect. vlt. volunt. d. lib. 4. tit. 5. in prin. num. 13. & artic. 1. Pereg. de fideicom. d. artic 5. nu. 17. Andr. Fach. d. lib. 4. controu. cap. 17. vers. sed posterior, Et est de mente Imol. in d. l. hareditas ex die. 34. nu. 7. vers. Item ex prædictis ff. de hared. inst.* scilicet, quia,
17 † cum de ijs non sit locutus testator, Consequens est, vt non possit censeri eos ad hæreditatem suam vocasse, *vt in his terminis considerat Imol. in d. l. hareditas ex die, num. 7. vers. Item*
18 *ex prædictis.* Quemadmodum enim † non censetur grauasse institutum, quoties simpliciter eũ instituit in re certa nõ dato cohærede vniuersali, si nihil aliud dictum sit, *vt patebit ex ijs, quæ dicemus in 10. cap. q. 18. per tot.* ita etiam non debet censeri grauasse, quoties simpliciter eum instituit ad tempus, si nihil aliud adiecerit, cum à re ad tempus valeat argumentum. *d. l. miles ita 42. in prin. ff. de mil. test.*

Planè, si ex verbis, aut coniecturis colligere possimus, testatorem ideo hęredem ad tempus instituisse, quia mens eius erat, vt post illud hęreditas ad cohęredes, aut venientes ab intestato pertineret, censebitur institutus per fideicommissum grauatus hęreditatem illis re-
19 stituere, † quia ex voluntate testatoris etiam coniecturata receditur à prædicta regula. *Ita scripserunt Mantic. d. lib. 4. tit. 4. num. 12. & Rota apud Ludouis. d. decis. 102. num. 3. & 6. in fin. & decis. 244. num. 1.* Quamobrem, si testator instituat filium in legitima, & hæredem vniuersalem instituat extraneum, puta vxorem, sed durante ipsius vita, quia censetur hoc fecisse, vt post illius mortem hæreditas pertineret ad filium, vel, tamquam cohæredem, licet in legitima institutum, vel, tamquam venientem ab intestato, ideo hæredes vxoris tene-
20 buntur hæreditatem filio restituere. † *Ita censuit Rota apud Ludouis. d. decis. 102. num. 3. 4 & seqq. & d. decis. 244. num. 2.* Et simili modo, si testator vnum instituat in re certa, alium

vero

verò hæredem vniuersalem durante ipsius vita, & hæredi particulari prohibeat aliena ionem bonorum, tam vigore institutionis, quã alias, quomodolibet peruentorum, quia ex hoc apparet, cum considerasse bona sua, etiã, quæ non continebantur in particulari institutione esse ad institutum in re certa peruētura, ideo ex eo colligitur, tempus fuisse adiectum fauore hæredis particularis, & ad hoc, vt post tempus hæreditas ad eum perueniret. Quamobrem ex hoc sufficiens fideicommissi conie
21 ctura deducetur, † *ut rectè censuit Rota apud Ludouis. d. decis. 102. num. 5.* Et, quamuis Rota loquatur de filio, procedit tamen eius decisio etiam in extraneo, vtpo è, in quo militat eadem ratio: Nam in filio non esset illa consideratio necessaria, cum sufficiat qualitas filiationis ad inducendam fideicõmissi coniecturam. Poterit autem ad hoc multū operari clausula codicillaris, non, quod sola, & per se sit sufficiens ad inducendam in hac specie coniecturam fideicommissi, sed, quia plurimum valet ad roborandas alias coniectu
22 ras. † *Et ita tam censiderat Rota apud Ludouis. d. decis. 102. num. 6.*

Interdum tamen, etiam directò definit hæres esse, qui ad tempus institutus est. Primum enim, si à milite quis fuerit ad diem institutus, translato die desinet esse hæres ipso iure, quia miles potest hæredem ad tempus insti-
23 tuere. † *l. in fraudem. 16 § miles. l. quærebatur 20 §. vlt. & d. l. miles ita 42 in prin ff. de mil. testa. l. certi iuris 8. C. eod. Et scribunt etiam glo. in d. l. hæreditas ex die 34 in verb. ad diem, & ibi Bart. in pr. n. & Imol. num. 3 in fin. ff. de hæred. inst. glo. in § hæres, in verb. ex certo tempore. & ibi Vigl. num. 3. Inst. eod. Azo in summ. C. de hæred. inst. Castr. in d. l. certi num. 1. Gul. Ben. in d. cap. Raynutius in verb. relinquit, num. 4 vers. Quapropter.* Cessat
24 enim † in eo ratio, propter quam alias dicimus, hæreditatem ad tempus dari non posse; scilicet, quia miles, vt ratione rei potest decedere pro parte testatus, & pro parte intestatus, ita, & ratione temporis, *ut diximus in quæst. præced. nu 46. Et in proposito consyderant Imol. in d. l. hæreditas ex die num 4. Gul. Ben. in d. cap. Raynutius, in verb. relinquit, num. 4. vers. Quapropter, Vigl. in d. § hæres, num. 3.* ideoque, licet hæredem instituat ad tempus, & ita operetur, vt institutus post tempus desinat esse hæres, non tamen hoc erit inconueniens, quia hæreditas ad venientes ab intestato pertinebit. *d. l. miles ita 42 in prin. vers. sed, si ita ff. de mil. test. & in specie declarat Castr. in d. l. certi, nu. 2.* Quamobrem dicimus, regulam, quæ vult, eum, qui semel est hæres, non posse desinere esse hæredem, non procedere in testamento militis, vt, nec regula *l. actus legitimi. 78. ff. de reg. iur.* quæ vult actionem hæreditatis tamquam actum legitimum, non recipere diem.

Secundo verò, si is, qui ad tempus institutus est, cohæredem habeat, desinet post tem-
25 pus, etiam ipso iure, & directò hæres esse † *secundum Ang. in d. l. hæreditas ex die, nu. 2. quem probat Rota apud Ludouis. d. decis. 244. num. 4.*
26 quia † cessat tunc inconueniens, quod testator decedat pro parte testatus, & pro parte intestatus, cum post tempus hæreditatis pars accrescat cohæredi, qui sustinet causam testamenti, & operatur, vt defunctus censeatur semper testatus decessisse, *ut consyderant Ang. in d. l. hæreditas ex die, num. 2. & Rota apud Ludouis. d. decis. 244. nu. 4.*
27 Sed hæc opinio non est vera, † quia, cum ad diem institutus adeundo fiat hæres, vel ex asse, vel ex parte, Consequens est, vt non possit postea desinere esse hæres, *ex iis, quæ diximus in q. præced. nu 9.* Quamobrem verius est, non posse quem ad tempus hæredem instituī,
28 etiamsi cohæredem habeat, † *ut est de mente omnium, quos retulimus supra num. 1. quippe, qui indistinctè loquuntur, & apertius censent iis, qui tradunt, censeri eum rogatum hæreditatem cohæredi restituere. quos referemus infra nu. 31. et 37. Habent enim in confesso non posse cohæredem ipso iure, et directo venire ad partem illius, qui ad tempus institutus est quod etiam in specie scripsit Corn. cons. 60. num. 5 vol. 1.*

Nec est contrarium, quod esset absurditas, quod testator decedat pro parte temporis testatus, & pro parte intestatus, quia, cum, duplex sit in institutionis ad tempus prohibendæ ratio, *ut ostendimus supra num 2. et seqq.* licet vna cesset, sufficit tamen aliam subesse, vt locum habere debeat prohibitio. *§. affinitatis, Inst. de nupt.* Itaque, licet existentia cohæredis operetur, vt non possit testator dici pro parte temporis intestatus decedere, non tamen poterit operari, vt alter, qui semel adeūdo factus est hæres, post tempus desinat hæres esse. Et, quamquam Angelus *in d. l. hæreditas ex die, num. 2.* dicat hanc rationem cessare etiam in specie prædicta, constat tamen euidenter, hoc esse falsum, quia respectu partis, in qua fuit alter ad diem institutus, aut cohæres non debet hæres fieri, aut, si fit, necessario debet alter desinere esse hæres, *secundum ea, quæ supra diximus.*

Denique falsum est, quod idem ait, partē eius, qui ad tempus institutus est, post tempus cohæredi accrescere, Nam ius accrescendi non potest in hac specie habere locum, tum, quia cessat post ad tamen hæreditatem, *ut ostendimus in hoc cap. q. 9 nu 22* tum etiam, quia, vt ei locus esse possit, debet pars, quæ accedit, posse capi eodem modo, quo habetur pars principalis, *ut ostendemus in 9. cap q. 46. nu. 1.* Atqui in proposito non potest capi eodem modo, quia pars principalis habetur directò, & immediate, quomodo capi nō potest pars cohæredis, quippe, quæ semel ei quæsita non potest amplius aliter, quā directò, & immediatè acquiri, *vt patet ex iis, quæ supra diximus.* Non potest igitur post tempus ad cohæredem per ius accrescendi pertinere.

Sanè, licet ipso iure non accrescat, nec institutus desinat hæres esse, quatenus tamen poterit, an saltem per fideicommissum censeatur grauatus partem suam cohæredi restituere. Sed hoc erit ex iis decidendum, quæ diximus *sup. nu. 16. & seqq.* quippe, quæ procedunt etiā in terminis, in quibus ad tempus institutus cohæredem habet, quod eadem sit vtrius que speciei ratio, *vt declarat Corn. d. cons. 60. nu. 5. vol. 1.*

Secundus verò casus est, quando testator non simpliciter instituit hæredem ad tempus sed adiecit, se nolle, eum, esse hæredem post tempus, Et tunc plerique censuerunt, institutionem, tamquam in se continentem perplexitatem,

tatem, & repugnantiam nullius esse momenti, ideoq; corruere testamentum, & hæreditatem ad venientes ab intestato pertinere.
29 † *Fuit hæc sententia Bart. in d. l. hęreditas ex die 34. num. 5. ff. de hared. inst. Rub. in l. non solum. 8. §. morte num. 366. ff. de op. nou. nunt.* Huius autem opinionis fundamentum consistit in
30 eo, quia † valet argumentum a re ad tempus *d. l. miles ita. 42. in prin. ff. de mil. test.* Sed expressa iuris accrescendi prohibitio facta respectu rei vitiat testamentum, & operatur, vt hæreditas pertineat ad venientes ab intestato, si testator dixerit, & quod plus petere non possit *l. quoties. 9. §. si duo ff. de hared. inst. secundum vnum intellectum, quem probarunt ij, quos referemus in 10. cap. q. 17. num. 6.* Ergo debet etiam illud vitiare, si fuerit facta respectu temporis, vt, quia testator dixerit, & post tempus, nolo eum esse hæredem. *Ita arguit Bart. in d. l. hæreditas ex die, num. 5.*

Verum hoc non obstante verius, est quod alij frequentiùs tradiderũt, scilicet valere institutionem, & hęredẽ ita institutũ nõ obstante prohibitione testatoris posse adire hęreditatem, & eam inspecto iure directo perpetuò retinere, & ad suos hęredes transferre, sed propter illorum verborum adiectionem censeri per fideicommissum grauatum hæreditatem ijs restituere, quorum causa facta est prohibitio, nempe cohæredibus, si quos habet, aut venientibus ab intestato, si nulli cohæredes
1 extent. † *Ita enim censuerunt Bald. in d. l. hæreditas ex die, col. 2. vers. quæro quid, si testator, & ibi Ang. in fi. Imol. num 8. Bald. in d. l. extraneũ. num. 1. in fi. & ibi Alex. num. 3. Castr. cons. 241. num. 1. vers. sed his, & num. 4. & 5. vers. Bald. ergo, vol. 2. vbi attestatur, ita omnes tenere, & cõs. 276. num. 2. vol. 2. Ang. de Gamb. de testa. gl. 56. num. 7 Corn. cons 60. num. 5. vol. 1. Paris. cons. 69. num. 6. vol. 2. Aquil. in l. centurio. 15. part. 3. nu. 29. ff. de vulg. Gomez. tom. 1 varia. resol. cap. 2. num. 10. Vigl. in d. §. hæres, num. 2. Inst. de har. inst. Crass. in d. §. institutio q. 24. num. 3. Pereg. de fideic. d. artic. 5. num 16 & 18.* Idque procedere, nõ solum, si testator dixerit, & post tempus nolo eum esse hæredem, *in quibus terminis loquuntur Dd. supra allegati*, sed etiam, si simpliciter dixerit, & non vltra, † *vt declarat Pereg. de iur. fisc. lib. 2. tit. 10. num. 20.* Nam, † cum in proposito concurrant causa testati, & causa intestati, quæ sunt contrariæ, & repugnantes, debet illa, tamquam fauorabilior, & potentior, hanc etiam inuito testatore ad se trahere, *vt in his terminis considerant Bald. in d. l. hęreditas ex die, vers. quęro, quid, si testator, & ibi Ang. in fi.* Quemadmodum enim † inuito testatore preualet ratione rei, eum testator nõ possit ius accrescendi prohibere in re, vt est verior, & frequentior opinio, *sicuti ostendimus in 10. cap. q. 17. num. 13. & seqq.* ita etiam debet præualere ratione temporis, ita, vt neq; in tẽpore valeat prohibitio, cum, vt sępè dictum est, a re ad tempus valeat argumentum. *Ita arguunt in proposito Bald. in d. l. extraneum, nu. 1. vers. modo quæro. Imol. in d. l. hęreditas ex die, num. 8. Vigl. in d. §. hęres, num. 2.*

Nec obstat, si dicatur, hoc posito non seruari præceptum testatoris, quod videtur absurdum † *§. hinc nobis, Auth. de hęred. & Falc. coll. 1.* quia, licet verum sit, eius præceptum nõ seruari eo modo, quo disposuit, non tamen verum est, id esse absurdum; Nam voluntas
36 testatoris ita demum est seruanda, si † legibus non repugnet *§. 1. Auth de hęred. & Fal. coll. 1.* scilicet quia nemo potest facere, quin leges habeant locum in suo testamento *l. nemo potest 58. ff. de leg. primo*, Deniq; voluntas testatoris seruanda est, si sit possibilis *l. si Mœuia. 45. ff. de hęr. inst.* At in proposito non est possibilis, saltem de iure, quippe, quod non patitur eundem pro parte temporis testatum, & pro parte intestatum decedere, *vt diximus in q. pręced. num. 7.* Non debet igitur seruari. *Ita arguunt Bald. in d. l. hęreditas ex die vers. quęro, quid, si testator, & Pereg. d. artic. 5. num. 18.*

Neq; obstat, quod prohibitio testatoris facta respectu rei vitiet testamentũ, ideoq, debeat etiam illud vitiare prohibitio facta respectu temporis, quia respondeo, imo veriorem, & receptiorem opinionem esse, vt neutro casu vitiet, sed vitietur, *sicuti latè ostendemus in 10. cap. q. 17. num. 13. & seqq.*

Tertius, & vltimus, casus est, quando testator, qui instituit hæredem ad tempus, non declarauit quidem, se nolle, eum esse hæredem post tempus, sed in institutione apposuit aliquam dictionem taxatiuam, puta dixit, instituo Titium hæredem durante tantum eius vita, Et tunc verius etiam, & receptius est, valere institutionem, & hęredem ita institutum detracto vitio temporis remanere hæredem perpetuò, sed propter illam taxatiuam intelligi grauatum, hæreditatem ijs restituere, quorum causa censetur adiecta taxatiua, nẽpe cohæredibus, si quos habet, aut venientibus ab intestato, si nulli cohæredes extent
37 † *Ita censuerunt Castr. cons. 241. num. 2 vers. sed his non obstantibus, & num 4. vol. 2. Paris. cons. 69. num. 6. & 3. seqq. vol. 2. Ceph. d. cons. 472. nu. 59. & 63. vers. Non obstant, & num. 88 & 89. Duran. de art. testan. tit. 4 caut. 5 num. 3. Surd. cons. 439. num 21. Pereg. de fideic. d. artic. 5 num. 17. & cons. 44. num. 3. & seqq. vol. 5. Et fuit de mente Rota apud Ludouis. d. decis. 102. num. 2.*
38 quoniam † illa taxatiua, licet non operetur, quoad iura directa, quippe, quæ sunt inseparabilia, operatur tamen, quoad iura vtilia, & ostendit, mentem testatoris fuisse, vt ius hæredis morte finiatur, *sicuti declarant Ceph. d. cons. 472. num. 63. vers. non obstant, & num. 89. & Pereg. d cons. 44 num. 5. vol. 5.* Quemadmo-
39 dum enim † fideicommissum operatur respectu rei, si testator dicat, instituo Titium in fundo tantum, *vt ostendemus in 10. cap. q. 18. num. 4.* ita etiam debet operari respectu temporis, si dicat, instituo Titium, durante tantũ eius vita, cum, vt sæpè dictum est, valeat argumentum a re ad tempus. *Ita arguit Pereg. d. art. 5. nu. 17. & d. cons. 44. nu. 4 & 5. vol 5.* Quamobrem in hac specie poterunt hæredes illius, qui ad vitam institutus est, detrahere
40 Trebellianicam † exemplo aliorũ, qui vniuersali fideicommisso grauati sunt; *Ita scribit Paris. d. cons. 69. num. 7. & 10. vol. 2.*

Neque obstat, quod huiusmodi institutio contineat in se manifestam repugnantiam,
41 ideoq; debeat vitiari, † *secundum ea, quæ tradit Bart. in d. l. hæreditas ex die, num. 5.* quia respondeo, primo, repugnantiam non vitiare, quoties ex dispositione iuris potest dissolui,

prout potest in specie proposita, *sicuti ostendimus in q. praeced. num. 13. & 290. & latius ostendemus in eodem cap. 10. quaest. 17. num. 46. & seqq.*
ideoque Bartoli doctrinam esse communiter
improbatam, *vt patet ex ijs, quae diximus supra
num. 31.*

Secundo respondeo, Bartoli sententiam
42 procedere, † quando testator expressim dixit,
se nolle institutum post tempus esse haeredē:
Nam tunc, quia voluntas manifestissimè refragatur
acceptioni, cum testator per illa apertè declaret, se velle, vt institutus post tempus
desinat esse haeres, & ipso iure, & effectu, ideo
institutio, tamquam perplexa, & manifestam
in se continens repugnantiam debet ex Bartoli sententia vitiari. At, cum simpliciter ait,
se haeredem instituere durante tantum ipsius
vita, quia verba non excludunt, quin haeres
post tempus possit remanere haeres saltem ipso iure, & possunt intelligi, vt testator voluerit, eum desinere esse haeredem, quo ad effectum, ideo, tamquam interpretatione resolubilis non debet vitiare institutionem. *Ita
respondent Castr. d. cons. 241. num 3. vers eodem
modo, & num. 4. vol. 2. Ceph. d. cons. 472. num. 50.
& seqq.*

Sed haec quidem dicuntur, quoties testator
vnum ad tempus instituit, sed post tempus
neminem vocauit. Coeterùm, quoties vocauit alium, & quaerimus, an temporis adiectio sit tollenda, constat, quatuor esse distinguendos casus, quorum

Primus est, quando testator vnum instituit
ad tempus, & post illud vocauit alium verbis
obliquis puta dixit, & post mortem illius volo bona mea restitui Titio, Et tunc res caret
dubio: Nam certum est, haeredem ad tempus
institutum sublato vitio temporis fieri haeredem in perpetuum, quoad iura directa, *per ea,
quae diximus supra num. 7. & seqq. & latius dicemus infra num. 79. & seqq.* sed propter verba
precatiua censeri grauatum haereditatem ei restituere, qui post illius mortem vocatus est.
43 † *Ita in specie scripserunt Ang. cons. 150. num. 4.
vers. quantum tamen & Men. de adip. poss. rem. 4.
num. 135.* Quamobrem, & caducum fiet fideicommissum, si vocatus pendente conditio-
44 ne decesserit, † *secundum ea, quae diximus in q.
praeced. num. 298. Et in his terminis scribit Man.
cons. 525. nu. 6.* &, si locus ei fiat, poterunt gra-
45 uati haeredes detrahere Trebellianicam, † *secundum ea, quae diximus ibi num. 299.*

Secundus verò casus est, quando testator
vnum instituit ad tempus, alienum verò post
illud vocauit verbis communibus, puta dixit,
& post illius mortem substituo Caium, vel,
volo meam haereditatem ad Caium deuenire, Et tūc res etiam caret dubio: Nam certum
est, institutum, quoad iura directa remanere
haeredem perpetuò perinde, ac, si dies non
fuisset adiectus, sed censeri per fideicommissum grauatum haereditatem ei restituere, qui
46 post tempus vocatus est. † *Ita in specie scripserunt Franc. de doctio. inter cons. vlt. volu. consil.
158. num. 5. vol. 1. Ceph. d. cons 472. num. 39. 48.
& 61. Nico. Bello. cons. 30 num. 5. Mantic. de
con. vlt. volunt. d. lib. 4. tit. 5. artic. 11. nu. 3. & art.
13. num. 1. Men. de praes. d. lib. 4. praes. 141. nu. 49.*
Quamobrem, & in hac specie caducum fiet
fideicommissum, si vocatus praemoriatur,
47 † *vt scribit Mantic. d. lib. 4. tit. 5. artic. 11. num. 5.*
& grauati haeredes ex persona defuncti deducent Trebellianicam, si haereditatis restitutio
48 fiat, † *vt scribit Nico. Bello. d. cons. 30. num. 5.*

Tertiùs casus est, quando testator vnum
instituit ad tempus, & post illud vocauit aliū
non verbis obliquis, aut communibus, sed directis, & ciuilibus, & tempus illud certum est,
prout euenit, cum testator dixit, instituo Titium vsq; ad decennium, & post decennium
instituo Caium, Et tunc magna est controuersia, nunquid adiectio temporis de vtraque
institutione tollatur, an verò solū de prima,
& qualiter secundi vocatio facta intelligatur:
Nam Bartolus, & alij pleriq; censent, diem de
vtraq; institutione tolli, & perinde rem haberi, ac, si vterq; simpliciter fuisset haeres institutus, inferuntq; proinde, si testator instituat Titium in dimidia vsque ad pasqua, & Seium in
eadem dimidia post pasqua, Moeuium verò
in alia dimidia simpliciter, Titium, & Seium
communiter esse habituros dimidiam, perinde, ac, si non adiecto tempore fuissent in eadē
dimidia haeredes instituti, Moeuium verò esse
habiturum alteram dimidiam, vt pote, in qua
49 simpliciter, & solus institutus est. † *Ita enim
censuit Bart. in d. l. haereditas ex die. 34. num. 4.
ff. de hered. inst. quem probarunt Alex. in d. l. extraneum. 9. num. 4. vers. & istam opinionem, Cod.
eod. & cons. 162. num. 8. volu. 2. Vigl. in d. §. haeres,
num. 6. versicul. In altero, Inst. de hered. inst.*
Mouentur autem, vt ita sentiant.

50 Primo, quia, † vbi tempus certum est, siue
ex die, siue ad diem fiat institutio, semper tollitur mentio temporis, & institutio perinde
habetur, ac, si simpliciter facta fuisset *d. l. hereditas ex die 34. ff. de hered. inst.* Cum igitur in
hac specie duplex institutio facta proponatur, vna ad diem, altera verò ex die, nec aliqua subsit causa, cur potiùs de vna, quam de
alia debeat tolli dies, Consequens est, vt de
vtraq; tolli debeat, & perinde res haberi, ac,
si vterq; simpliciter fuisset institutus.

51 Et, si dicas, hoc procedere, † quando vna
tantum facta est institutio, vel ex die, vel ad
diem, secus verò, quando factae sunt duae, sed
vna post aliam, respondent, imo procedere,
etiam si factae sint duae: nam secunda potest
censeri facta per modum adiectionis, ita, vt
testator videatur post illud tempus coheredē
instituto adiecisse, & effecisse, vt vterq; veniat
ex eodem gradu, quod in iure nouum non est,
52 † *vti videre est in l. ei, qui soluendo. 88. ff. de hered.
inst. l. qui complures. 32. ff. de vulg. & in his terminis considerat Vigl. in d. §. heres, num. 6. vers.
In altero.*

53 Secundo mouentur, quia, † vbi dispositio
testatoris potest duplicem recipere interpretationem, vnam, per quam sustineatur directò, alteram verò, per quam sustineatur iure
fideicommissi, debet potiùs illa sumi, per quā
directò sustinetur, quam alia *cap. si pater. De
testa. in 6.* Sed in specie proposita posterior
haeredis institutio potest vnam recipere interpretationem, per quam sustinetur directò, si
dicamus, haeredem fuisse primo datum, vt
adiectum, non, vt substitutum. Ergo, licet
possit etiam aliam recipere, per quam sustineatur iure fideicommissi, si dicamus, eum
censeri datum, vt substitutum, debet tamen
illa

illa potiùs, quam hæc interpretatio sumi.
Ita arguit Alexand. in d. l. extraneum, num. 6.
Maximè, cum hæc non videatur posse habe-
re locum, stante, quod secunda dispositio fa-
cta est verbis directis quę regulariter non tra-
huntur ad fideicommissum, siue fideicom-
missariam substitutionem, etiam, vt testatoris
54 voluntati deseruiatur † *l. si seruus legatus. 111.*
§. si seruus alumni ff. de leg. prim. l. illud 13. §.
tractari ff. de iur. codic. Et in proposito conside-
rat Alex. in d. l. extraneum. num. 5.

Verùm hęc opinio fuit ab alijs communi-
55 ter improbata, † *vt a Bald. in d. l. extraneum,*
num. 2. Castr. in d. l. certi. 8. num. 5. C. de testa. mil.
Pereg. de fideicom. d. artic. 5. num. 19. & alijs, quos
56 *referimus infra num. 57. & 58.* quia † repugnat
voluntati testatoris, quippe, qui vocãdo vnũ
post alium voluit, vnumquemq; suo tempore
habere totum, non autem vtrumq; simul ad-
mitti *l. verbis ciuilibus. 7. vers. sed, qui ff. de vulg.*
Et in proposito ratiocinantur Bald. in d. l. extra-
neum, num. 2. Castr. in d. l. certi, num. 5. Imol. in
d. l. hareditas ex die, num. 6. vers. contra opinio-
nem, & Gomez. tom. 1. varia. resol. cap. 2. num. 9.
vers. Tertia.

Neque obstat, quod dies, vbi certus est, ita
tollitur de institutione facta ex die, vt de fa-
57 cta ad diem, quia hoc verum est, si † vna tan-
tum, vel ex die, vel ad diem facta sit institu-
tio, secus verò, si duæ: nam tunc tollitur de
prima, non de secunda, quia alioquin fieret
contra voluntatem testatoris, qui primo loco
vocatum voluit habere totum *d. l. verbis ciui-*
libus.

Nec obstat, quod imo possit etiam hoc pro-
cedere, si duæ factæ sint institutiones, dũmo-
do secunda intelligatur facta per modũ adie-
58 ctionis, quia hoc verum esset, si † secundus
vocaretur ad partem diuersam ab ea, quæ da-
ta est primo, *vt euenit in specie l. 2. §. si quis ita*
scripserit ff. de bon. poss. sec. tab & l. si ita quis in-
stitutus sit 28. ff. de hæred. inst. Cæterùm, si vo-
cetur ad eandem, verius est, non posse venire,
vt adiectum, ne fiat contra voluntatem testa-
toris *d. l. verbis ciuilibus 7. vers. sed, qui.*

Nec obstat, si dicatur, fieri etiam cõtra vo-
luntatem testatoris, si post diem non admit-
tamus secundum eo modo, quo testator vo-
luit, quia respondeo, diuersam esse rationem
59 primæ vocationis, & secundę: Nam † in pri-
ma respectu aequisitionis subest, & voluntas,
& potestas testatoris, quippe, qui purè insti-
tuendo heredẽ sine dubio voluit, eum posse
statim adire, & adeundo fieri hęredem, quod
cum facere potuisse, certum est. Et, quam-
uis talis voluntas non sit perpetua, sed tem-
poralis, cum voluerit, institutum post tem-
pus desinere esse hęredem, tamen hoc non
impedit aequisitionem, quę, vbi semel est
facta, non potest postea ex voluntate testa-
toris finiri, quia testator potest quidem dare
hęreditatem non quęsitam, sed semel datam,
& quęsitã directo auferre nequit *vt diximus*
supra num 7. & dicemus etiam infra num. 78. &
seqq. At in secunda respectu aequisitionis de-
ficit potestas, quia testator eo ipso, quod de-
dit hęreditatem primo, & voluit, eum posse
adire, censetur sibi ademisse potestatem hę-
reditatis illi auferendę, & alij dandę, ideoq;
nil mirum, si temporis adiectio de prima in-
stitutione tollatur, non etiam de secunda.

Quamobrem verius est, quod alij frequen-
tiùs tradiderunt, scilicet, institutum ad tẽpus,
etiam post tempus ipso iure, & directò rema-
nere hęredem, perinde, ac, si simpliciter fuisset
hæres scriptus, *secundum ea, quæ diximus supra*
num. 1. sed, quia testator voluit, hæreditatem
post tempus ad illum pertinere, quem secun-
do loco hæredem instituit, ideo, licet talis in-
stitutio non possit valere iure directo, ex vo-
luntate tamen testatoris sustineri iure fidei-
commissi, per quod hęres primo loco scriptus
censetur grauatus hæreditatem ei restituere,
60 qui post tempus institutus est. † *Ita censuerunt*
Bald. in d. l. hæreditas ex die. 34 vers. sed quæro ff.
de hæred. inst. Bald. in d. l. extraneum 9. num. 2. C.
eo. & cons. 121. num. 2. vol. 5 vbi ait, hanc esse ve-
ram opinionem, Castr. in d. l. certi 8 num. 5. C. de
testa. mil. Alex. cons. 162. num. 7. vol. 2. Nico. Bell.
cons. 30. num. 5. Gomez. tom. 1. varia. resol. cap. 2.
num. 9. vers. Tertia, vbi ait, hanc esse veriorem, &
tenendam in iudicando, & consulendo, Ceph. d.
cons. 472. num. 41. Crass. in d. § institutio q. 24.
num. 2. vbi testatur, hanc esse communem opinio-
nem, & Pereg. de fideic. d. artic. 5. num. 10. Vnde
infertur, in specie, qua testator vnum instituit
in semisse vsque ad pasqua, alium verò in eo-
dem semisse post pasqua, & tertium in alio
semisse simpliciter, primum debere consequi
semissem, non solum vsque ad pasqua, sed
etiam in perpetuum, si directum ius inspici-
mus, secundum verò debere consequi eumdẽ
semissem post pasqua, non directo, sed per fi-
deicommissum, tertium denique debere sta-
61 tim, & directò alium semissem obtinere. † *Ita*
scripserunt Imol. in d. l. hæreditas ex die, num 6.
vers. unde alia, & vers. & ista videtur, vbi ait,
hanc esse de iure veriorem. Crass. in d. §. institutio
q. 24. num. 2. vers. unde, si aliquis, Surd. d. consil.
439. num 19. vers. alius est casus. Pereg. d. artic. 5.
num. 19. vbi ait, hanc esse verissimam conclusionẽ.
Huius autem opinionis fundamenta sunt ea-
dem ipsa, quæ referemus in casu sequenti.
Quamobrem ex eo necessariò debebunt de-
duci.

Quartus, & vltimus casus est, quãdo testa-
tor instituit vnum, fortè vxorem, ad tempus
incertum, puta, donec vixerit, seu durante ip-
sius vita, & post eius mortem instituit alium,
puta fratrem, vel alium agnatum, aut cogna-
tum, Et tunc tres fuerunt nostrorum opinio-
nes.

Prima existimantium, eum, qui ad tempus
institutus est, post tempus desinere esse hære-
dem ipso iure, eum verò, qui post tempus fuit
institutus, transacto tempore, & sic finito iu-
re primi posse adire hæreditatem, & ita dire-
62 ctò fieri hæredem. † *Fuit hęc sententia Gul. de*
Cun. quem referunt omnes in d. l. hęreditas ex die
63 *& in d. l. extraneum,* quia, † cum in hoc casu
cesset ratio, propter quam aliàs tempus reij-
citur, scilicet, quia ratio est, ne testator dece-
dat pro parte temporis testatus, & pro parte
intestatus, *vt diximus supra num. 2.* quæ ratio
cessat in hoc casu, cum, & ante diem decedat
testatus, & post diem, vtroq; hærede suo tem-
pore hæreditatem ex testamento obtinente,
Consequens videtur, vt cessare debeat tem-
poris reiectio.

Verùm hæc opinio meritò fuit ab alijs

64 communiter improbata, †*Et in specie a Bald. in d. l. extraneum, num. 2. & d. cons. 121. num. 2. vol. 5. Surd. d. cons. 439. nu. 22. Pereg. d. art. 5. nu.*
65 20. quia, †cum is, qui primo loco fuit ad tempus institutus, adeundo fiat hæres, Consequēs est, vt ex dispositione testatoris nō possit postea, aut ipse desinere esse hæres, aut alius hæres fieri, *vt latè ostendemus infra num. 78. & seqq.*

Nec obstat, quod in hoc casu cesset ratio absurditatis, quæ ex testati, & intestati repugnantia nascitur, quia respondeo primo, licet illa cesset, non tamen cessare aliam, quam supra considerauimus, *vt in proposito scribunt Bald. in d. l. extraneum, num. 2. & Mantic. d. lib. 4. tit. 5. in prin. num. 11. vers. 2. respondetur*, idq; sufficere vt temporis adiectio reijciatur, quia, vbi duplex est prohibitionis ratio, sufficit vnius existentia ad hoc, vt locum habeat prohibitio *§. affinitatis, Inst. de nupt.*

Nec obstat, si dicatur, posse etiam eum, qui semel factus est hæres, desinere esse hæredem ipso iure, & sic directò, ita, vt ne nomine qui-
66 dem maneat hæres, †*vt patet ex l. in substitutione. 31. & l. ex facto 43. §. vlt. ff. de vulga.* quia respondeo distinguendo, aut hoc procedit ex dispositione hominis. Et verum non est, pos-
67 se quem desinere esse hæredem †*l. is, qui soluēdo. 88. ff. de hered. inst. §. restituta Inst. de fideic. hered. Et in specie declarant Bald. in d. l. extraneum, num. 1. vers. sol. lex nostra, Imol. in d. l. hereditas ex die, num. 3. vers. in ea gl. ibi, Duran. d. tit. 4. caut. 5. num. 1. & alij omnes, quos referemus infra num. 74.* aut verò procedit ex dispositione iuris. Et tunc, aut hoc inducitur remedio pretorio, Et verum etiam non est, posse quem ipso iure, seu directò, & sic nomine desinere esse hæredem, sed tantum vtiliter, & effectu,
68 † quia pretor, vt hæredem facere, & sic hæredis nomen dare non potest *§. quos autem. Inst. de bon. poss.* ita, nec illud auferre. Quamobrem suus hæres, qui se abstinuit, non desinit esse hæres nomine, sed tantum effectu *l. 2. § sed, si sint sui ff. ad Tert. l. & si ex modica. 6. §. si filius ff. de bon. libert. l. eum quasi 30. §. sed & si suus ff. de fideic. liber.* quia remedium abstentionis non est iuris ciuilis, sed pretorij *l. necessarijs. 57. ff. de acq. hered. § sui autem, vers. sed his pretor, Inst. de hered. qual. & differ.* Et simili modo minor, qui post aditam hæreditatem in integrum restitutus est, nomine manet hæres, licet effectu pro herede non habeatur *l. ait Pretor. 7. alias l. & si sine 8. §. sed, quod Papinianus, in fi. ff. de minor.* quia restitutionis remedium non est a iure ciuili, sed a iure prætorio introductum *l. omnes. 3. ff. de in int. restit. l. 1. ff. de minor.* Deniq; hæres grauatus, qui ex Trebelliano restituit hæreditatem, non desinit esse hæres nomine, sed tantum effectu *d. § restituta Inst. de fideic. her.* quia restitutio, quatenus continet actionum translationem non fit remedio ciuili, sed prætorio non obstante, quod ex authoritate Senatusconsulti Trebelliani proficiscatur, scilicet, quia actiones, quæ transferuntur in fideicōmissarium, non dantur a lege, sed a prætore, tamquam vtiles, non directæ *§. sed, quia heredes vers. post quod, Inst. de fideic. hered.* Quamobrem fideicōmissarius dicitur prætorius, non ciuilis successor, *vt estimamus in 6. cap. in prin. nu. 23.* Aut deniq; inducitur remedio ciuili, Et tunc verum est, posse quem desinere esse hæredem ipso iure, siue directò, & sic non solum effectu, sed etiā
69 nomine, † vt euenit, cum testamentum rescinditur per querelam, vel, cum hæres post aditam hereditatem poenę seruus efficitur *d. l. in substitutione 31. & d. l. ex facto. 43. §. vlt. ff. de vulg.* Nam ius ciuile, quemadmodum hæredem facere, & ita hæredis nomen dare *d. §. quos autem, vers. per legem enim, Inst. de bon. poss.* ita & auferre potest, scilicet quia nihil est tam naturale, quam vnumquodque dissolui eo genere, quo colligatum est *l. nihil tam naturale 36. ff. de reg. iur. l. prout 80. ff. de solut.*

Secundo respondeo, verum non esse, cessare absurditatem, quod testator decedat pro parte testatus, & pro parte intestatus, si seruemus eius voluntatem eo modo, quem expressit, quia, licet cessare videatur eo casu, quo vterq; suo tempore admittatur, & hæres fiat, potest tamen euenire, vt non sublato vitio temporis necessario debeat testator post tempus intestatus decedere: Nam, si proponamus, eum instituisse vxorem, donec vixerit, & post eius mortem instituisse fratrem, vel alium agnatum, non posset hic hæres esse ante vxoris mortem, quia censeretur institutus ex die incerto, qui conditionem in testamento facit, ideoq; necessariò deberet vxoris mortem expectare priùs, quam adiret hæreditatem, *secundum ea, quę diximus in q. preced. num. 70. & seqq.* Vndeq; si, dum viuit vxor, ipse moreretur, caduca fieret institutio, *vt diximus ibi nu. 298.* eaq; ratione non posset ex ipsius persona censeri defunctus post vxoris mortem testatus decessisse, minus ex persona vxoris, quippe, quæ desineret ipso iure hæres esse, tamquam ad tempus instituta, nisi temporis adiectio tolleretur. Ergo verum non est, cessare rationem huius absurditatis euitandæ, quoties post tempus alius instituitur, *vt considerant Imol. in d. l. hereditas ex die, num. 7. vers. & ex predictis, & Mantic. d. lib. 4. tit. 5. in prin. nu. 11.* nisi dicas, hoc procedere, quoties post vxoris mortem alius instituitur cum effectu, secus verò, quoties instituitur, sed sine effectu, qua si tunc procedant ea, quæ supra diximus, scilicet, quia paria sunt, hæredem post tempus non instituere, vel instituere, sed sine effectu, *vt patet ex ijs, quę diximus in hoc cap. q. 9 num. 19. & dicemus in cap. 10. q. 23. num. 3. & seqq.* Quamobrem verior, & securior est prima responsio.

Secunda igitur fuit opinio existimantium hæredem, donec vixerit, institutum, quoad ius directum perpetuò remanere hæredem, eum verò, qui post illius mortem institutus est, fieri heredem, non directò, sed vtiliter, nō quod ab alio debeat hæreditatē petere, quasi ex causa fideicommissi, quia potest eam propria authoritate capere, sed, quia non potest consequi iura directa, sed tantum vtilia, quod nec nouum, nec absurdum est, cum eueniat in omnibus casibus, in quibus extra fideicō missi causam vtiles in successorem actiones
70 transferuntur, †*vt in l. 1. §. si quis adita ff. ad Tert. d. l. ait pretor. 7. alias l. & si sine 8. §. sed quod Papinianus ff. de minor. & alijs casibus, quos retulimus in 6. cap. in prin. num. 22. & seqq. Ita tesuit Ang. in d. l. hereditas ex die num. 2. vers. &*

ideo

ideo, licet postea subijciat, cuicunq; opinioni adhæreatur, se non credere consulentē errare. Cuius
71 rei vtilitas in eo consistit, † quia posita hac sententia non poterunt vxoris, siue primo loco instituti heredes detrahere Trebellianicā, quam tamen detrahere possent, si institutus post mortem non, nisi iure fideicommissi venire posset, *vt declarat Ang. in d. l hæreditas ex die. num. 2. vers. & ideo.*

Verùm, & hæc sententia fuit ab alijs fre-
72 quentiùs improbata, † *vt ab Imol. in d. l. hæreditas ex die, num. 7. vers. sed certe, Bertr. cons. 28. num. 1. vol. 7. Fabia. de Mont. inter cons. vltim. vol. cons. 149. num. 13. volu. 1. Ceph. d. consil. 471. num. 41. Pereg. de fideic. d. artic. 5. num. 20.* quia,
73 † licet ex dispositione iuris fieri possit, vt vnus sit hæres directò, alius verò vtiliter, *vt in iuribus supra relatis*, non tamen hoc fieri potest ex dispositione testatoris, nisi per viam fideicommissi *l. ex facto. 17. in prin. ff. ad Treb l. filiusf. 117. §. vt quis hæridem ff. de leg prim.* aut specialiter illud sit iure permissum, vt euenit in milite, *sicut postea dicemus. Ita arguūt Imol. in d. l. hæreditas ex die, nu. 7. vers. sed certe, Bertr. d. cons. 28. num. 1. vol. 7. Ceph. d. cons. 472. nu. 41. Mantic. d. lib. 4 tit. 5. in prin. num. 12.*

Quamobrem verior est tertia sententia, quam alij frequētiùs approbarunt, vt scilicet vxor, vel alius ad vitam institutus detracto vitio temporis maneat hæres perpetuò, quo ad ius directum, is verò, qui post illius mortē institutus est, non directò fiat hęres, sed censeatur tantum per fideicommissum vocatus, quia testator instituendo secūdum post mortem primi, censetur hunc grauasse, vt post
74 mortem suam hæreditatem illi restituat, † *Ita censuerunt Ang. in l. miles ita 42. in prin num. 2. ff. de milit. test. vbi ait, ita fuisse consultum Bononiæ, & cons. 150. num. 4. vers sed tunc dico, Imol. in d l. hæreditas ex die, num. 7. vers. alij vero, & vers. sed certe, vbi ait, hanc opinionem sibi videri veriorem & vers. & ex prædictis, & in l filius a patre. 28. in prin. nu. 6. vers. aut constat, & nu. 7. ff. de lib. & posth Dec. cons. 277. num. 2. Bertr. d. cons. 28. num. 1 vol. 7. Fabia. de mont. inter cōs. vlt. vol. d cons. 149 num. 14. vol. 1. Soc. Iun consil. 183. num 45. vol. 2. Ceph. d. cons 472. num. 41. & 48. vers. 7. Crass in d. § institutio q 24. nu. 8. vbi testatur hanc esse communem, Mantic. d. lib. 4. tit. 5. in princ. num. 3. vers vnde. si quis, & nu. 4. 6. & 14. vbi testatur, ita se habere communem Dd. sententiam, & artic. 11. num. 1. & lib. 8. tit. 1. num. 31. Men. de adip poss. rem. 4. num. 106. & de præs. lib. 4 præs. 141. nu. 48. Surd. d. cons. 439. nu. 22. Pereg. de fideic. d. artic. 5. num. 20. vbi ait, hāc esse verissimam conclusionē, & Rota apud Farin. decis. 138 num. 3. in nouissimis*, Quæ res operatur illa duo commoda, quæ retulimus *in q. præced num. 298. & seq.* vt scilicet præmortuo fideicommissario tota hæreditas maneat penes vxorem, & ipsius hæredes sine aliquo re-
75 stitutionis onere, † *vt in specie scripserunt Imol. in d. l. hæreditas ex die, num. 7. uers sed tenendo, Bertr. d. cons. 28. num. 2. uol. 7. Ceph. d. consil 472.*
76 *num 62. & 63.* quia, † cum fideicommissum, ad quod censetur vocatus, sit conditionale, tamquam collatum post mortē hærēdis grauati *l. hæres meus. 78. in prin. ff. de cond. & dem.* quod in se continet conditionem, si fideicommissarius eo tempore sit superstes *ut ostēdemus in q. seq.* Consequens est, vt mortuo pēdente conditione vocato caducum fiat fideicommissum, & consequenter maneat penes grauatum *l. un. §. sin autem aliquid sub conditione C. de cad. toll.* Quod, si fideicommissarius superuiuat, & ei restituatur hæreditas, possint hærèdes vxoris, vel alterius primo loco vocati ex illius persona detrahere Trebellianicā, nisi fuerit prohibita, aut per imputationem
77 fructuum diminuta, † *ut in his terminis scripserunt Ang. in d. l. miles ita 42. in prin. num. 2. ff. de mil. test. Fabia. de mont. inter cons. ultim uol. d. cons. 149. num. 12. uol. 1. Nicol. Bello. cons. 30. nu. 5. Ceph. d. consil. 472. num. 48. uers. 7. Pereg de fideic. d. artic. 5. nu. 20.* Et sanè non posse eum, qui post primi mortem institutus est, censeri directò vocatum probatur

78 Primo, quia, † cum is, qui priore loco fuit ad tempus institutus maneat etiam post tempus hæres ipso iure, & directò, *ut ostendimus supra num. 7. Et in his terminis considerant Bald. in d l. hæreditas ex die, uers. sed quæro, Pie in d. l. Titia. 35. § fin num. 103. uers. Aliquando uero, & 3 ff de leg. 2. Bertr. d. cons. 28. num. 1. uolu. 7. Mantic. d. lib 4. tit 5. in prin. num 4. & articul. 13. num. 3. Menoch. de adip. d. remed. 4. num. 153. Pereg. de fideicomm. d. articul. 5. num. 16 & 20.* Consequens est, vt institutus post tempus nō possit ipso iure, & directò fieri hæres, quia alioquin vni duo hæredes existerent eodem tempore, quod iuris ratio non permittit *l. quod contra rationem 184. § uni ff. de regu iur.* vt nec duos in solidum esse eiusdem rei dominos *l. si ut certo. 5. §. si duobus uehiculum ff. cōmo. l. hæreditate. 19 § pater ff. de castr. pecul. Et in his terminis arguit Mantic. d. lib. 4 tit. 5. in prin. num. 3. & num. 11. uers. 2. respondetur.*

79 Secundo probatur, quia † post aditam hęreditatem non potest paganus extraneo, aut suo puberi directò substituere *§. fin. Inst. de pupill. l. uerbis ciuilibus. 7. ff. de uulg.* Sed, qui vnum instituit ad tempus, & post tempus alium, censetur hunc illi substituere, *ut patet ex ijs, quæ diximus in q. præced. num. 303. & seqq.* cum verbū, instituo, pro substitutione accipiatur, *ut in proposito declarat Nico Bello. d. cons. 30. nu. 2.* Ergo non potest hoc facere directò. *Ita arguunt Bald. in d. l. extraneum, num. 2. & cons. 121. num. 1. uol 5. Ang. in l. 2. uers. tenendo ff. si pars hæred. pet. Imol. in d l. hæreditas, num. 6. uers. & pro ista parte, & in d. l. filius a patre, nu. 6. uers. Ratio, quia, & num. 7. Ceph. d. cons. 472. num 40. Mantic. d. lib. 4. tit. 5. in prin. num. 8. & 9. & artic. 6. num. 1. uers. sed breuiter.*

80 Tertio probatur, quia † ius singulare in vno denotat ius commune in contrarium *l. 1. §. huius ff. de off. eius, l. 1. ff. ad municip.* Sed singulare est in milite, vt possit vnum instituere ad tempus, alterum verò post tempus, ita, vt vterq; directò fiat hęres *d. l. miles ita. 42. in prin. ff. de mil. test. & dicemus infra num. 91.* Ergo de iure communi, & sic in testamento pagani hoc fieri non poterit. *Ita arguūt Bald. in d. l. miles ita 42. in prin. & ibi Ang. nu. 2 Ceph. d. cons. 472. nu. 43. & seqq. Mantic d. lib. 4 tit. 5. in prin. num. 10.* Censeri autem per fideicommissum vocatum probatur.

81 Primo, quia, † vbi constat de voluntate testatoris verba etiam directa trahuntur ad fideicommissum *l. ex facto. 17 in prin ff. ad Treb*

Sed in specie proposita constat de voluntate testatoris eo ipso, quod post tempus instituit alium hæredem. Ergo, licet verba, quibus ita disposuit, sint directa, nihilominus debent trahi ad fideicommissum. *Ita arguunt Bald. in d.l.hæreditas ex die, uers. sed quæro, & Gomez. d.tom.1.cap.2.num.9. uers. 3.*

82 Secundo probatur, quia, † quoties dispositio nunquam potuit valere iure directo, semper trahitur ad fideicommissum *l. Scæuola. 76.ff. ad Trebell.* Nec enim verisimile est, testatorem voluisse facere dispositionem inutilem *l si quando. 112.in prin.ff. de leg. prim.* & elegisse viam ad impugnanda sua iudicia *l.3. ff. de mil. testa.* Denique in dubio facienda est interpretatio, vt actus potius sustineatur, quã pereat *l. cogi. 16.in prin. uers. in ambiguo tamen ff ad Trebell.* Sed, quando testator post tempus instituit aliquem hæredem postea, quam alium ad tempus hæredem scripsit, posterior dispositio nũquam potuit valere iure directo, *ut ostendimus supra nu.78.& seqq.* Ergo, ne remaneat inutilis debet iure fideicommissi sustineri. *Ita arguunt Bald.in d.l.miles ita. 42.in prin.& ibi Ang.num.2.ff. de mil.testa. Bald.in d.l extraneum,num.2.Castr.in d.l. certi. num.5. Imol. in d.l.hæreditas ex die,num. 6. uers.& pro ista parte,& num.7.uers.& pro illa facit, Bertr. d.cons.28.num.2.uol.7. Peregr. de fideic. d. artic. 5.num.19.& 20.*

83 Tertio probatur, quia † in dubio illa opinio est amplectenda, per quam voluntas testatoris magis conseruatur *l. si pars in. ff. de inoff.* Sed per hanc, quã dicimus, institutum ad tempus remanere quidem ipso iure, & directò hæredem etiam post tempus, sed censeri grauatum hæreditatem instituto post tempus restituere, magis conseruatur voluntas testatoris, quam per alias, *ut considerant Imol. in d. l. hæreditas ex die, num. 6. uers. & ista uidetur & Gomez. d.tom.1.uaria.resol.cap. 2 num.9. uers. Tertia.* Est igitur amplectenda, maximè, cum sit receptior, & adeo vera, vt procedat.

Primo, non solum, si post mortem hæredis ad vitam instituti vocata sit causa profana, sed etiam, si causa pia, puta Ecclesia, vel monasterium, aut hospitale: Adhuc enim non desinet primus esse hæres directò, sed censebitur per fideicommissum grauatus hæreditatem Ecclesiæ, siue monasterio, aut hospitali

84 restituere, † *ut recte scripserunt Bald.in d.l.miles ita.42.in prin. & ibi Ang. num. 2. ubi ait, ita fuisse consultum Bononiæ ff. de mil. testa. Bald. in d.l.extraneum.9.num 3. C. de her. inst. & consil. 456.num. 1.uers. Item non obstat uol.4. Castr. in l. hæreditatum 68 num. 7. uers. aduerte tamen ff. ad l Falc. Dec.consil.279.num.2. & consil. 597. num 1. Paris.consil.69 num.4.& 5. uolum.2.Soc. Iun.cons. 85.num.26 uers.2.etiam, uol.1.& cons. 54.num.18.uol.4 Ceph.d.cons.472.num 45.uers. 4.& uers.5. Mantic.d lib.4.tit. 5. artic. 6. num.1. uers. sed breuiter Men cons.115.num. 4. & de*

85 *presf.d.lib.4.presf.141.nu.50.* quia, † quod diximus in q.præced.num. 142. & seqq. monasteriũ post alterius mortem institutum non debere illius mortem expectare, sed statim adire pos-

86 se, procedit, quando † ille tertius non fuit hæres institutus. Coeterùm, quando fuit institutus, etiam donec vixerit, non potest monasterium statim adire, sed illius mortem expectare debet, quia alioquin fieret illi iniuria, & impugnaretur voluntas testatoris, qui ppe, qui voluit, eum durante ipsius vita esse hæredem, *ut in specie declarant Castr. in d.l. hæreditatum 68.num.7.uers.aduerte tamen ff.ad l.Falc.& Soc. Iun. d. consil. 85. num. 26.uers. Secundo etiam uolum. 1. Mantic.d.lib.4 titul. 5. artic. 6.num.3.* Et quam Baldus *in d. l. hæreditas ex die, uers. ul-*

87 *timo quæro,* loquatur † etiam in terminis, in quibus vnus fuerat institutus durante ipsius vita, & post eius mortem fuerat institutum monasterium, & nihilominus velit, hoc non expectata illius morte posse statim adire, & alibi velit, posse dici, hoc esse speciale in pia causa, vt directò possit etiam post aliam hæreditatem substitui exemplo militis, *uti uideres est apud eum in d.cons.456. num. 1. uers. Item non obstat uol.4.* non est tamen a superiore sẽtentia, quæ, & verior, & receptior est, recedendum, tum quia equiparatio militis & piæ cau-

88 sæ non videtur de iure procedere, † *ut ait Bald. in d.l.extraneum,num.3.* tum etiam, quia dato, quod procederet, nõ tamen ex ea sequeretur, posse piam causam post instituti mortem directò fieri hæredem, quia priuilegium, quod militi conceditur, locum habet in milite testante, non in instituto, ideoq; non posset piæ causæ post hæredis mortem institutæ suffragari, *ut animaduertit Mantic.d.lib.4.tit.5.art.6. num.2.*

Secundo procedit, non solum, si post vxoris mortè institutus sit extraneus, sed etiam, si filius: Nam, licet pro quantitate legitimę reijciatur dies, & conditio *l. quoniam in prioribus.32.C.de inoff. test.* tamen, quoad residuum censetur vxor simpliciter instituta, & graua-

89 ta, vt post mortem illud filio restituat, † per ea, quæ supra diximus, quippe, quæ militant etiam in filio respectu illius, quod excedit legitimã. *Ita scribunt Pic. in d.l.Titia 35.§ fin. num.103.uers. Aliquando uero.& 3.ff.de leg.2. Fabia de mont. inter cons.ult.uol.d.cons.149.nu. 11. uol. 1. & ibi Fram.de do Flor. cons. 158 nu.5. & 6.uers.& ex prædictis, Mantic. d.lib.4.tit. 5. artic.8. Men.d.lib.4. presf.141.num.8.& 9.*

Tertio procedit, non solum in institutionibus, sed etiam in substitutionibus directis: Nam, si testator pupillari filio substituat aliquem, donec vixerit, & post eius mortem substituat alium, primus sublato vitio temporis fiet hęres pupilli directò, & in perpetuũ sed censebitur per fideicommissum grauatus hæreditatem ei restituere, qui post illius mor-

90 tem vocatus est. † *Ita scripsit Bald.cons.121 in fine prin.uol.5.*

Planè in testamento militis supradicta cessant: Nam, quia miles potest decedere pro parte testatus, & pro parte intestatus, eaq; ratione potest hæredem instituere ex die, & ad diem, idcirco fit, vt, si verbis directis vnum instituat, donec vixerit, alium verò post eius mortem, valeat vtraque dispositio, & primus adeundo fiat hæres directò, mox adueniente morte desinat esse hæres ipso iure, & ex tunc alter adeundo hæreditatem direc-

91 tò consequatur † *d. l. miles ita 42. in prin. & ibi Bald. et Ang. num.2. ff. de milit.test. Castr. in d l.certi.8.num.5.C.eo.Imol.in d.l.filius a patre. 28.in prin.num.7.ff.de lib.& post.*

Deniq;

Deniq; etiam in testamento pagani, si ex coniecturis constet, testatorẽ voluisse primo relinquere solam administrationem omniũ bonorum, dum vixerit, & post eius mortem voluisse illi date cohæredem, procedent ea, quæ de cohæredis adiectione diximus *supra num.* 52. Itaq; eo casu primus fiet hæres directò pro dimidia, alterius verò dimidiæ solam habebit administrationem, at secundus post illius mortem fiet hæres directò alterius
92 dimidiæ. † *Ita scribunt Imol in d.l. filius a patre 28. in prin. num 6. vers sed tu potes, Mantic. d. lib. 4. tit. 5. artic. 11. num 3. vers sed hæc sententia, Men. d. lib. 4. præs. 141. nu. 48. vers. & hunc*: quia,
93 † non repugnat quem habere administrationem totius hæreditatis in vita, & postea ex aliquo euentu declarari, vtrum fuerit hæres insolidum, an verò pro parte, *ut declarant Imol. in d. l. filius a patre nu. 6. vers sed tu potes, & Mantic. d. lib. 4. tit. 5. artic. 11. num. 3. uers. sed hac sententia.* Et hæc de hæreditatibus, quę, vel ex die, vel ad diem relinquuntur.

SVMMARIVM.

1 *Ius accrescendi non potest, etiã impropriè loquendo considerari in legato, vel fideicommisso, quod vni tantum relictum est ex die, & cur, num. 2. & seqq.*
4 *Legata, & fideicommissa possunt relinqui ex die certa.*
5 *Dies adiectus legato, vel fideicommisso non reijcitur, sed expectatur, Declara, vt num. 6, & seqq.*
7 *Dies legati, quod ex die certo relictum est, cedit a morte testatoris, vt dies legati puri.*
8 *Legatum ex die certo relictum transmittitur a morte testatoris.*
9 *Legatum, vel fideicommissum ex certo die relictũ ante diem peti non potest.*
10 *Dies reijcitur de institutione, non etiam de legato, vel fideicommisso, & cur, num. 11.*
12 *Legatum, vel fideicommissum relictum ex die incerto, an, & quando sit futurus, valet.*
13 *Dies incertus, an, & quando sit futurus, non reijcitur de legatis, vel fideicommissis, sed expectatur, Declara, vt num. seqq.*
14 *Legatum, vel fideicommissum relictum ex die incerto, an, & quando sit futurus, censetur conditionale.*
15 *Dies legati, vel fideicommissi relicti ex die incerto, an, & quando sit futurus, non cedit ante, quam temporis conditio purificetur.*
16 *Legatum, vel fideicommissum relictum ex die incerto, an, & quando sit futurus, non transmittitur ante diem.*
17 *Dies mortis testatoris adiectus legato, vel fideicõmisso non reijcitur, sed expectatur, & cur. num. 18.*
18 *Legatum, vel fideicommissum relictum, cum morietur testator, vel post eius mortem, est purum.*
19 *Legatum, cum morietur legatarius, valet, & cur, num. 22.*
20 *Dies mortis legatarij adiectus legato non reijcitur, sed expectatur, & cur, num. 22. Declara, vt num. 21.*
23 *Legatum alicui relictum, cum ipse morietur, non est conditionale, sed purum.*
24 *Legatum, cum morietur legatarius, non conditione, sed mora suspenditur.*
25 *Legatum, cum morietur legatarius, transmittitur a morte testatoris.*
26 *Libertas inutiliter relinquitur seruo, cum morietur, & cur, num. 27.*
28 *Vsusfructus inutiliter alicui relinquitur, cum ipse morietur.*
29 *Libertas, & vsusfructus differunt a relictis aliarum rerum, quia, cætera res possunt relinqui, cum morietur vocatus, libertas vero, & vsusfructus non possunt, & cur, num. 30.*
31 *Legatum olim non poterat relinqui post mortem legatarij, fideicommissum verò poterat, & cur, num. 32. Sed hodie potest relinqui etiam legatum, num. 33. & cur, num. 34.*
35 *Legatum, vel fideicommissum potest relinqui, cum morietur hæres.*
36 *Dies non reijcitur, sed expectatur, quoties legatũ, vel fideicommissum relinquitur, cum morietur hęres, Declara, vt num. seqq.*
37 *Legatum, vel fideicommissum relictum, cum morietur hęres, censetur conditionale, & cur, n. 39.*
38 *Legatum, vel fideicommissum relictum, cum morietur hęres, censetur relictum in diem incertũ, & cur, num. 39.*
40 *Dies legati relicti, cum morietur hęres, non cedit, ante, quam temporis conditio purificetur.*
41 *Legatum cum morietur hęres non transmittitur, si eo viuo legatarius decesserit.*
42 *Legatum olim non poterat relinqui post mortem hęredis, & cur, num. 45. & seqq. Sed hodie contra, num. 49.*
43 *Fideicommissum etiam olim poterat relinqui post mortem hęredis, & cur, num. 45. & seqq.*
44 *Libertas etiam olim poterat relinqui post mortem hęredis.*
46 *Legata non poterant olim relinqui ab hęrede hęredis, & cur, num. 47.*
48 *Fideicommissa possunt relinqui ab hęrede hęredis.*
50 *Legata, vel fideicommissa relicta post mortem hęredis censentur conditionalia, & cur, nu. 51.*
52 *Legatum, vel fideicommissum alicui relictum post mortem hęredis nõ transmittitur, si legatarius, vel fideicommissarius pręmoriatur.*
53 *Fideicommissum relictum post mortem hęredis tamquam caducum remanet penes hęredem sine onere, si fideicommissarius pręmoriatur.*
54 *Fideicommissum relictum post mortem grauati, puta legatarij, censetur conditionale.*
55 *Legatarius, si post mortem grauatus sit rem legatam hęredi restituere, fideicommissum censetur conditionale.*
56 *Fideicommissum relictum hęredi post mortem legatarij non transmittitur, sed, tamquam caducum remanet apud legatarium, si hæres pręmoriatur.*
57 *Fideicommissum relictum Ecclesię, siue monasterio, aut hospitali post mortem grauati non cẽsetur conditionale, sed in diem, & cur, nu. 58.*
59 *Legatum relictum post mortem tertij, non grauati semper fuit validum.*
60 *Legatum, vel fideicommissum relictum post mortem tertij censetur conditionale, & cur, num. 61.*
62 *Dies legati, vel fideicommissi relicti post mortem tertij non cedit, ante, quam purificetur cõditio.*
63 *Legatum, vel fideicommissum relictum post mortem tertij non transmittitur, sed fit caducum, si vocatus pręmoriatur.*
64 *Grauatus restituere hęreditatem post diem, si suspectam dicat hęreditatem, potest statim cogi adire,*

adire. & restituere, & cur num. 65.
66 *Vsusfructus, si legetur Titio per decennium, & post illud tempus legetur Sempronio, mortuo intra decennium Titio, statim debetur Sempronio & cur, num. 67.*
68 *Declaratur l. uxori usumfructum 35. ff. de usufr. lega.*
69 *Vxori, si relictus sit usufructus, uel quid aliud, donec uixerit, & uitam uidualem seruauerit, & post eius mortem uocatus sit alius, si uxor transierit ad secunda uota, statim admittitur alius.*

An, et quando locum habeat ius accrescendi, si testator relinquat legatum, aut fideicommissum ex die.

Quæstio Decimaoctaua.

NVnc videamus de legatis, & fidei commissis, & separatim dispiciamus, an, & quando in ijs locum habeat ius accrescendi, si testator ex die, vel ad diem disposuerit.

Et, si quidem ex die reliquerit legatum, aut fideicommissum, & quæramus, an locum habeat ius accrescendi, constat tres esse distinguendos casus, quorum.

Primus est, quando legatum, aut fideicommissum vni tantum est relictum, Et tunc certum est, ius accrescendi considerari non pos-
1 se, † siue loquamur de iure accrescendi proprio, siue de improprio, & siue de proprietate siue de vsufructu: Nam proprium ius accrescendi non magis in legatis, & fideicommissis, quam in hæreditatibus considerari po-
2 test, quia, † cum id duo saltem requirat extrema, idest, duorum, aut plurium vocationem, *vt ostendimus in 4. cap. q. 4. num. 6.* & in proposito vnum tantum sit extremum, cum vni tantum legatum, aut fideicommissum relictum supponatur, Consequens est, vt propriũ ius accrescendi considerari nequeat, *vt de hæreditate diximus in hoc cap. q. 7. num. 7. & q. 16. num. 16.* Quamobrem dicimus id non esse de se ipso ad se ipsum, *vti videre est in d. 4. cap. q. 4. num. 7.* At improprium ius accrescendi, quod dicitur esse de tempore ad tempus, licet considetetur in hæreditatibus, *vt ostendimus in hoc cap. q. 16 num. 19.* non tamen considerari potest in legatis, aut fideicommissis, *vt sentiunt*
3 *ij quos referemus infra num. 10.* quia, † cum in ijs nũquam reijciatur tempus, sed semper expectari debeat, *vt mox ostendemus*, Consequẽs est, vt nihil sit, quod etiam improprie loquẽdo possit accedere.

Nunquam autem reijci tempus, vt demonstrem, considero, diem, qui legatis, aut fideicommissis adijcitur, vel esse omnino certum, vel incertum, an, & quando, vel, non, an, sed, quando sit futurus, *vt patet ex ijs, quæ diximus in d q. 16. num. 56. & seqq.*

Et, si quidem dies sit omnino certus, an, & quando sit futurus, prout euenit, cum testator ait, relinquo post quinquennium, certum est, valere dispositionem, † siue relicta sit pro-
4 prietas, siue vsusfructus, siue etiam libertas, *vt de proprietate constat ex l. si dies. 21. in prin. ff. quand. dies leg. ced. l. si cui legetur 51. §. hoc autem legatum ff. de leg. primo, l. si ita scriptum. 46. §. 1. ff. de leg. 2. l. Sempronius Attalus. 26. ff. de vsufr. leg. §. in primis, vers. & liberum Inst. de fideic. hæred. Et scribunt Imol. in l. hæreditas ex die 34. in fi. ff de hæred. inst. Zanch. in l. hæredes mei. 7. §. cum ita, part. 8. num. 284 vers. nec videntur, & part. 10 num. 67. ff. ad Treb. Crass. in § legatum q. 43. num. 1. De vsufructu vero constat ex l. 2. ff. quand dies leg. ced. De libertate demum ex l. libertas 17. §. post annos l. testamento. 23. §. 1. l. si ita fuerit libertas 41. in prin ff. de man. test. l. Thais. 4 § hærede ff. de fideic. libert. Et scribunt gl in l. si cui purè. 31. in prin in verb. in diem ff ad Treb. Imol. in d. l. hæreditas ex die, num. 3. vers. In eadẽ,*
5 *ibi*, nec de ea reijci diem, sed expectari, † *vt patet ex locis, quos referemus infra num 9.* non ad effectum cessionis, sed ad effectum peti-
6 tionis, † scilicet, quia dies statim mortuo testatore cedit, non minus, quam si relictum es-
7 set purũ † *l. si post diem 5. in prin. vers. si uero post diem, & d. l. si dies 21. in prin. ff. quand. dies leg. ced. l. vn. §. cum igitur C. de cad. toll. d. l. Sempronius Attalus. 26. ff. de vsufr. leg. Vlp. tit. 24. Inst. §. legatorum. Crass. in d. §. legatum q. 43. num. 3. & 5.* & ab eo tempore transmittitur ad hæredes, si res transmissibilis sit relicta, licet ante diem legatarius, vel fideicommissarius decess-
8 serit † *d. l. si cui legetur 51. §. hoc autem legatum, vers. & ideo ff. de leg. primo, l. ex his verbis 5. C. quand. dies leg. ced. Zanch. in d. l. hæredes mei 57. §. cum ita part. 8. num. 284. ff. ad Treb.* Sed quia dies non venit, ideo dicimus, eum esse expectandum ad effectum petitionis, scilicet, quia ante diem legatum aut fideicommissum peti
9 non potest † *l. vn. in fi. ff. quand. dies vsusf. leg. ced. d. l. si ita scriptum 46. §. 1. ff. de leg. 2. d l. si dies. 21. in prin. ff. quand. dies leg. ced l. si vsusfructus mihi. 9. vers. Plane ff. vsufr. quemad. cau. l. sed. si non seruus 26. §. si incerti ff. ad l. Falc l. si cui purè. 31. in prin ff. ad Treb. d. l. libertas 17 §. post annos d. l. testamento. 23. §. 1. & d. l. si ita fuerit libertas. 41. in prin. ff. de man. testa. d. l. Thais. 41. §. hærede ff. de fideic. libert. Et in specie declarat Crass. in d. § legatum q. 43. num. 3.* In quo quidem differunt legata, & fideicommissa ab hæreditate: Nam hæreditas ex certo die dari non potest, & si detur, non debet expectari dies, sed eo sublato potest statim adiri hæreditas, perinde, ac, si simpliciter fuisset facta institutio *l. hæreditas ex die. 34. ff. de hæred. inst. §. hæres Inst. eod. & nos latè diximus in hoc cap. q. 16. nu. 1. & seqq.* At legata, & fideicommissa ex certo die dari possunt, nec de ijs dies
10 reijcitur, sed expectari debet, † *vt supra dictũ est. Ita scribunt Bart. in l. extraneum. 9. in fi. C. de hæred. instit. Bald in d. l. hæreditas ex die, vers. sed quare dies, & ibi Imol. num. 3. uers. In eadem ibi, & in fi. & Zanch. in d. §. cum ita part. 8. nu. 284. vers. nec uidentur.* Ratio autem diuersitatis est,
11 quia † in hæreditate, si dies non reijceretur, testator decederet pro parte tẽporis testatus, & pro parte intestatus, *vt ostendimus in d q. 16. nu. 7.* quæ ratio cessat in legatis, & fideicommissis, *ut patet ex ijs, quę diximus in 3. cap. q. 1. num. 6. Ita ratiocinantur Bald. in d. l. hæreditas ex die. uers. sed quare dies, & ibi Imol. in fi. Ias. in d. l. extraneum 9. num. 2. uers. Et ratio C. de hæred. inst. Gul. Ben. in d. c. Raynutius, in uerb. reliquit, num. 5. uers. & ratio.*

At,

At, si dies sit incertus, an, & quando sit fu-
turus, vt, quia testator dixerit, relinquo Titio,
cum pubes erit, cum nupserit, cum magistra-
tum inierit, aut id genus alia fecerit, certum
12 etiam est, valere dispositionem † l. sicut lege-
tur 51. §. hoc autem legatum ff. de leg. primo, l. si
quis legata. 53. in prin. ff. de cond. & dem. l. si Ti-
tio. 22. in prin. ff. quand. dies leg. ced. l. Aristo 46.
ff. de man. test. nec de ea reijci diem, sed expe-
13 ctari † l. si dies. 21. in prin. uers. At, si incerta, &
l. quod pupillæ. 30. ff. quand. dies leg. ced. d. l. Aristo.
46. ff. de man. test. non solum ad effectum pe-
titionis, sed etiam ad effectum cessionis, cum
14 relictum censeatur conditionale † d. l. si cui le-
getur 51. §. hoc autem legatum ff. de leg. primo, d.
l. si quis legata. 53. in prin. ff. de cond. & dem. d. l.
si Titio. 22. in prin. ff. quand. dies leg. ced. Crass.
in §. legatum. q. 43. num. 6. tamquam collatum
in diem incertum, qui conditionem in testa-
mẽto facit l. dies incertus 74. ff. de cond. & dem.
ideoq; dies eius non antea cedat, quam tem-
15 poris conditio purificetur † d. l. si dies. 21. in
prin. vers. At, si incerta ff. quand. dies leg. ced.
Quamobrem, nec ante transmittitur ad hæ-
redes, si legatarius, aut fideicommissarius
16 prędecesserit † d. l. si cui legetur. 51. §. hoc autem
legatum, uers. & ideo ff. de leg. primo, d. l. si Titio.
22. in prin. ff. quãd. dies leg. ced. secus verò si post
d. l. si cui legetur. 51 § hoc autem legatum, uers. &
ideo, & l. Pontionilla. 3. l. cum uxoris. 4. C. quand.
dies leg. ced.

Deniq; si dies sit incertus non, an, sed, quã-
do sit futurus, vt est dies mortis, sicuti demon-
strauimus in d. q. 16. num. 62. & seqq. si quidem
sit dies mortis testatoris multo minus reijci-
17 tur, † quia, siue testator dixerit relinquo post
mortem meam, siue, relinquo, cum moriar,
quo casu ad sustinẽdum actum censetur dis-
positionem post mortem suam contulisse l.
qui duos. 18. §. hęc conditio ff. de manu. test. & nos
ostendimus in eadem q. 16. num. 104. semper ve-
18 rum est, relictum esse purum, † tamquam
collatum in illud tempus, a quo incipiunt
postremæ voluntates, & ante quod nullam
vim habere possunt ut ostendimus ibi nu. 102.

Si verò sit dies mortis nõ testatoris, sed ip-
siusmet legatarij, vel fideicõmissarij, tũc re-
fert, vtrum legatum, vel fideicommissum re-
lictum sit, cum ipsemet legatarius, vel fidei-
cõmissarius morietur, an verò post eius mor-
tem: Nam, si, cum morietur, certum est, valere
19 relictum † l. hęres meus. 78. in prin. ff. de cond. &
dem. l. si, cum hęres. 4. ff. quand. dies leg. ced. Paul.
lib. 3. sent. tit. 6. §. an mortis, Et scribunt gl. in d. l.
extraneum 9. in uerb. cum quis morietur, & ibi
Castr. num. 2. uers. sed contra. Ias. num. 1. uers.
3. habes C. de hered. instit. Vigl. in d. § hæres, num.
4. Inst. eo. Cuiac lib. 3. obs cap. 34. nec de eo reij-
20 ci diem, sed expectari † d. l. hæres meus. 78. in
prin. ibi, mora suspenditur ff. de cond. & dem. Et
scribunt gl. in d. l. extraneum, in uerb. cum quis
morietur, & ibi Cin. num. 2. uers. & si isto casu,
Bart in fi. Castr. num. 2. uers sed contra, Alex.
num. 2. uers. in gl. ibi. Ias. num. 2. Gul. Ben. in d.
cap. Raynutius, in uerb. reliquit, num. 5. & in
hoc ab institutione differre, per ea, quæ supra
diximus, & in specie declarant omnes supra relati,
21 sed expectari, † non ad effectum cessionis, sed
ad effectum petitionis, quia dies cedit a mor-
te testatoris, sed non ante res peti potest, quã
legatarius, vel fideicommissarius moriatur
ut in specie declarat Castr. in d. l. extraneum, nu.
22 2. uers. sed contra. Et hoc ideo, quia † tale re-
lictum nullam in se continet conditionem,
quæ non possit non existere: Certum enim
est legatarium esse moriturum, & sic diem
esse euenturum ipso adhuc superstite, cum
viuens moriatur, ut late ostendimus in d. q. 16.
num. 84. & in his terminis considerat Papinianus
in d. l. hæres meus. 78. in prin. vers. Non potest
enim ff. de cond. & dem. & post eũ declarat Castr.
in d. l. extraneum, num. 2. uers. sed contra, & uers.
sed quare. Quamobrem non dicitur condi-
23 tionale, sed purũ † d. l. hæres meus. 78. in prin. &
ibi Bart. n. 1. uers. resp. ad h. l. Bart in d. l. si, cũ hæ-
res. 4. ff. quand. dies leg. ced. Vigl. in d. §. hęres
num. 4. Inst. de hęred. inst. Men. cõs. 1067. n. 5. quia
24 nõ conditione, sed, mora suspẽditur † d. l. hæres
meus. 78. in prin Bart. in d. l. extraneum. in fi.
Vigl. in d. §. hęres num. 4. ideoq; quoad cessio-
nem pro puro habetur, & secundum puri na-
turam regulatur d. l. si post diem. 5. in prin. ff.
quand. dies leg. ced. d. l. un. § cum igitur C. de cad.
toll. eaq; ratione transmittitur ad hæredes,
quandocunq; decesserit legatarius, dummo-
25 do post testatoris obitum moriatur † d. l. hæres
meus. 78. in prin. ff. de cond. & dem. d. l. si, cum
hęres. 4. ff. quand. dies leg. ced. Et scribunt Castr.
in d. l. extraneum. num. 2. uers. sed contra & ibi
Ias. num. 2. uers. ratio fallentiarum, Gul. Ben. in
d. cap. Raynutius, in uerb. reliquit. num. 5. Vigl. in
d. §. hæres, num. 4.

Sanè libertas inutiliter seruo, cum morie-
26 tur, data intelligitur † l. libertas. 17. in prin. & l.
ult. in prin. ff. de man. test. l. cum hæres 4. § 1. ff.
de statulib. Et scribunt gl. in d. l. extraneũ, in verb.
cum quis morietur, & ibi Cin. nu. 2. in fi. Castr.
nu. 2. vers. sed. 3. opp. Alex. nu. 2. vers. In ea ibi Ias.
num. 2. vers. 3. habes. Imol. in d. l hæreditas ex die
num. 3. vers. an autem, Gul Ben. in d. cap. Raynu-
tius, in verb. reliquit. num. 5 Cuiac. lib. 3. obs cap.
27 34. quia † testator, qui ita est loquutus, cense-
tur impediendę magis, quam dandæ liberta-
tis gratia ita scribere d. l. ult. in prin. ff. de man.
test. nec dandæ libertatis animum habere
d. l. cum hęres 4. §. 1. ff. de statulib. Idem est, & in
vsufructu, si cui legetur, cũ ipsemet vocatus
morietur: Nam, quia confertur in id tempus
quo, etiamsi existeret, finiretur, ideo frustra re-
28 linqui intelligitur † l. Titio, cum morietur 57.
ff. de vsuf. l. vsufructum. 5. ff. de vsufr. leg. d. l.
hęres meus 78. §. 1. ff. de cond. & dem. Et scribunt
omnes, quos retulimus in d q. 16. nu. 189. Et præ-
ter eos gl. in d. l. extraneum, in verb. cum quis mo-
rietur, & ibi Cin. num. 2. in fi. Castr. num. 2. vers.
sed 3. opp. Alex. num. 2. vers. In ea ibi. Ias. num. 2.
vers. 3. habes. Imol. in d. l. hæreditas ex die, num. 3.
vers. an autem. Gul. Ben. in d. cap. Raynutius, in
verb. reliquit num. 5. Cuiac. d. lib. 3. obs. cap. 34.
Itaq; in hoc differunt libertas, & vsufructus
a legatis, & fideicommissis cęterarum rerum,
29 † quippe, quæ relinqui possunt, cum morietur
legatarius, aut fideicommissarius, vt supra
dictum est. Cuius diuersitatis ratio est, quia
30 † coetera legata, & fideicommissa, tamquam
transmissibilia, possunt esse vtilia, si non ipsis
legatarijs, & fideicommissarijs, saltem eorum
hæredibus: vt pote, in quos trãsferuntur. At li-
bertas, & vsusfructus nullam, aut ipsis viuen-
tibus, aut post eorum mortem alijs vtilitatem
afferre

afferre possunt, non ipsis viuentibus, quia nõ
competunt priùs, quam incipiant mori, nec
alijs, quia, quo tempore incipiunt cõpetere,
incipiunt etiam a personis discedere, cum
extinguantur morte, nec in alios transferri
possint. *Ita ratiocinantur Ias.in d.l.extraneum.
num.2. vers ratio fallentiarum, & Gul. Ben.in
d.cap.Raynutius,in verb.reliquit,num.5.vers.&
ratio est.*

Sed hæc quidem locum habent,cum testa-
tor dixit,relinquo Titio,cum morietur.Coe-
terùm, cum dixit, relinquo Titio post eius
mortem, erat olim differentia inter legatum,
& fideicommissum: Nam legatum ita reli-
ctum nullius erat momenti,fideicommissum
31 verò valebat † *l.scrupulosam. 11. C.de contr.&
comm.stip. l. vn. C. vt actio. ab hæred. & contra*
32 *hæred.§.post mortem,Instit.de legat.* quia † lega
tum, tamquam id,quod in rigore iuris ciuilis
fundabatur, nõ poterat a legatarij hęredibus
incipere, vt pote a quibus, nec obligationes,
nec actiones initium habere poterant *d. l.vn.
C.vt actio. ab hæred.* At hæc ratio cessabat in
fideicommisso, quippe, quod non profici-
scitur a rigore iuris ciuilis, sed a mera testato-
ris voluntate, *vt ait Vlpianus tit. 25. Inst. in
prin.* ideoq; nil mirum, si etiam olim susti-
neretur.

Sed hodie, non solum fideicommissum,
sed etiam legatum post legatarij mortem re-
33 linqui potest † *d l.scrupulosam. 11. C. de contr.
& comm.stip.d.l.vn.C.vt actio.ab hæred. d.§.post
mortem,Inst.de legat.* Itaq; nulla hodie est dif-
ferentia, vtrum testator dicat, Lego Titio,cũ
morietur, an verò, lego post eius mortem,
34 quia † discrimen, quod inter hæc loquendi
genera consideratur, consistit potiùs in subti-
litate quam in re ipsa.*sicuti demonstrauimus in
d.q.16.num.118.* Quamobrem ea omnia, quæ
de legato relicto, cum moritur legatarius,
diximus *supra num. 19. & seqq.* debent etiam
intelligi dicta de legato, quod post legatarij
mortem relictum est.

Quod, si legato, vel fideicommisso sit
adiectus dies mortis, non vocati, sed grauati,
puta hæredis, refert etiam, vtrum testator di-
xerit, relinquo, cum morietur hæres, an verò,
relinquo post mortem hæredis: Nam,si,cum
morietur hęres certi iuris est valere dispositio
35 nem † *l.1.§.dies,& l.hæres meus.78.in prin.vers.
hæres meus ff. de cond.& dem.l.si, cum hæres. 4.
& l.huiusmodi 13.in fi. ff.quand.dies leg. ced.l.si
pecunia.12.§.1.ff de leg.2.Vlp.tit.24.Inst. §.post
mortem.Paul.lib.3.sent.tit.6.§.In mortis Eman.
a Costa lib 1.select.interp. cap.14.num.4.Cuiac.
lib. 3. obseru cap. 34. Et de fideicommisso constat
ex l.Lucius Titius. 126.in prin. ff.de legat.prim.*
36 nec de ea reijci diem, sed expectari, † *vt scri-
bit Castr.in d.l.extraneum 9. num. 2 vers.sed, si
esset C.de hær.inst.* non solum ad effectum pe-
titionis, sed etiam ad effectum cessionis, scili-
cet, quia huiusmodi relictum censetur con-
37 ditionale † *d.l.si,cum hæres 4.& ibi Bart.ff.quãd.
dies leg.ced d.l.hæres meus.78. in prin. vers.hęres
meus ff.de cond.& dem.gl.in d.l.extraneum,in
verb. cum quis morietur*, tamquam collatum
38 in diem incertum † *d.l.1.§. dies ff. de condit. &
dem. d.l.si pecunia.12.§.1.ff.de leg.2.Cin in d.l.
extraneum,num. 2. vers.& si isto casu*, qui con-
ditionem in testamento facit *d.l.dies incertus.
74.ff. de cond. & dem.* Continet enim condi-
tionem, si tunc temporis legatarius, vel fidei-
39 commissarius fuerit superstes † *d l hæres meus.
78.in prin.vers. hæres meus ff.de cond.& dem.&
declarat Castr.in d.l.extraneum.9.nu. 2. vers.sed
quare*, ideoq; eius dies non ante cedit, quam
40 temporis conditio purificetur † *d.l.1. §.dies ff.
de cond.& demon.* eaque ratione non transmit-
titur ad hæredes, si viuo grauato decesserit
41 legatarius, vel fideicommissarius † *d.l.1.§. dies
ff. de cond.& dem.d.l.si, cum hæres 4. & d.l hu-
iusmodi.13.in fi. ff.quand.dies leg ced. d.l.si pecu-
nia.12.§.1.ff.de leg.2.gl.in d. l. extraneum, in
verb.cum quis morietur.* At, si testator dixerit,
relinquo post mortem hæredis, erat etiam
olim inter legatum, & fideicommissum dif-
ferentia: Nam legatum ita relictum nullius
42 erat momenti † *§ post mortem, Inst. de legat.
Vlp.d.titul.24.Inst §.post mortem Paul. d.lib.3.
sent.tit.6.§.post mortem Em. a Costa d. lib 1.sel.
int.cap.14.nu 4.Cuiac.d.lib.3.obs. cap.34.* Fidei-
commissum verò vtiliter ita relictum cense-
43 batur † *l.filiusf.117 §.apud Marcellum ff de
leg.prim.l.scrupulosas. 11. C. de contr. & comm.
stip.d.§ post mortem,Inst. de legat. Vlp.titul.25.
Inst.§.fideicommissum.Cuiac.d. lib.3 obs cap.34.*
Quemadmodum, & libertas, tamquam res
44 fauorabilis † *l. qui duos. 18. in prin. ff. de man.
test.*

45 Cuius diuersitatis ratio erat, quia, † quod
post hæredis mortem relinquitur,non ab ipso
hęrede,sed ab hęrede hęredis relinqui intelli-
gitur, *vt ait Vlp.d tit. 24 Inst. §.post mortem.*
At qui ab hęrede hęredis legata relinqui non
46 poterant † *ut scribunt Vlp. ibi, & Paul. d.lib.3.*
47 *sen.tit. 6. §. post mortem*, quia, † cum deberent
hæreditatem delibare *l.legatum.119 in prin. ff.
de leg.prim.* & ita acquiri legatarijs priùs, quam
rerum dominia transirent in hæredem *l. lega-
tum 82.ff.de leg. 2.l.a Titio. 66. ff. de furt.* Con-
sequens fuit, ut non potuerint relinqui ab hę-
rede hęredis, vt pote, in quem non poterant
res ab eo præstandę transferri, nisi priùs essent
ipsi hæredi acquisitæ. Nec igitur poterant re-
linqui post hæredis mortem. Quamobrem
dicimus, legata incipere ab hærede *l hęredita-
tearum.19.ff.de actio.& oblig* & actiones lega-
torum ab hęredum hæredibus olim incipere
non potuisse *l.vn.C. vt actio ab hæred.& contr.
hæred.* At hæc ratio cessabat in fideicommis-
sis, quippe, quæ non recta via, sed media per-
sona hæredis fideicommissario acquiruntur
§. in primis, Inst. de fideic hæred. ideoque etiam
48 ab hærede hæredis relinqui possunt † *l.si fue-
rit.5.§.1.& l.seq.ff.de leg. 3.*

Sed hodie sublatum est Iustiniani consti-
tutione vetus discrimen, & cautum, vt etiam
legata post hæredis mortem relinqui possint
49 † *d.l.scrupulosas 11.C.de contr.& comm. stip.d.l.
vn.C.vt actio.ab hæred.& contra hæred. d.§. post
mortem,Inst. de legat.Eman. a Costa d. lib. 1. sel.
int.cap. 14 num. 4. Cuiac.d.lib.3.obseru. cap.34.*
Itaque hodie nil refert, vtrum testator dicat,
cum hæres morietur, an verò, post mortem
hæredis, siue sit legatum, siue fideicommissũ,
sed vtroq; casu relictum censetur conditio-
50 nale, † *vt de legato relicto post hæredis mortem
scribit Cin. in d.l.extraneum, num.2. vers. credo.
De fideicommisso vero Imol. in d. l.hæreditas ex
die, num.7.vers.sed tenendo. Bertr.cons.28. nu.2.
vol.7.*

vol. 7. Fabia. de Mont. inter cons. vlt. vol. consil. 149. num 15. volu. 1. Ceph. cons. 158. num. 10. & cons. 472. nu. 62. tamquam collatum in diem incertum, qui continet in se conditionem, si, quo tempore morietur hæres, vocatus fue-
51 rit superstes, † *vt declarant Imol. in d. l. hæreditas ex die, num. 7. vers. sed tenendo, Bertr. d. cons. 28. num. 2. vol. 7. Fabia. de mont. d. cons 149. num. 15. vol. 1. Men. cons. 525. num. 5. vers. huic obiectioni, & cons. 1167. num. 4.* ideoq; si priùs decesserit, non censebitur illud ad suos hæredes
52 transmisisse † *vt scribunt Imol. in d. l. hæreditas ex die, num. 7. vers. & ex prædictis Fabia. de mõt. d. cons. 149. num. 16. & 18. vol. 1. Ant. Gabr. lib. 4. comm. opin. tit. de hæred. inst. conclus. 2. num. 3. Men. d. cons. 1167. num. 5. Christo. Mart. Med. decis. 4. num. 25.* sed, tamquam caducum apud ipsum hæredẽ sine aliquo onere permanebit
53 † *vt scribunt Imol. in d. l. hæreditas ex die, nu. 7. vers. & ex prædictis, & vers. sed tenendo. Bertr. d. cons. 28. num. 2. vol. 7. Fabia. de mont. d. cons. 149. num. 18. & 20. volu. 1. Ceph. d. cons. 472. num. 63. Men. d. cons. 525. num. 6.* Idque procedit, non solum, si fuerit collatum post mortem hæredis, sed etiam si post mortem alterius cuiusuis grauati, puta post mortem legatarij, si is gra-
54 uatus sit alij rem legatam restituere: † nam, & is exemplo hæredis ad oneris præstationem adstringitur *l. poenales. 32. §. si Titio ff. ad l. Falc.* Quamobrem, si testator alicui rem legauerit, & post eius mortem voluerit, rem redire ad hæredem, aut hæredi restitui, fideicõmissum, tamquam collatum post mortem
55 grauati censebitur conditionale, † *vt in specie declarant Castr. in l. si a me. 29. nu. 2. ff. ad l. Falc. Ias. in l. cum filiof. 11. num. 24. ff. de leg. primo Paris. cons. 21. num. 42. vol. 2. Duran. de art. test. tit. 6. caut. 60. num. 1.* ideoque præmortuo hærede non transmittetur ad eius hæredes, sed, tamquam caducum apud legatarium rema-
56 nebit † *l. in causæ. 17. §. Pomponius ff. de minor. & nos latè dicemus in q. seq. num. 87. & seqq. vbi etiam docebimus, quid iuris sit, si legatum fuerit ad vitam legatarij restrictum, & limitatum.*

Planè, si fideicommissum post mortẽ grauati sit relictum Ecclesiæ, siue monasterio, vel hospitali, non censebitur conditionale, sed
57 in diem, † *vt in specie declarat Castr. in l. hæreditatum 68. nu. 7. vers. aduerte tamen ff. ad l. Falc.*
58 quia, † cum nullam contineat conditionem, aut saltem eam, quam certum est, omnimodo futuram, *vt ostendimus in hoc cap. q. 16. num. 151. & seqq.* ideo dies non habetur pro incerto, sed pro certo, & secundum certi diei naturam regulatur, *vt patet ex ijs, quæ ibi diximus.*

Vltimo, si legato, vel fideicõmisso sit adiectus dies mortis, non vocati, nec grauati, sed alicuius tertij, nil vnquam interfuit, vtrum dictum sit, cum morietur, an verò post mortẽ, sed etiam posteriore casu validum semper
59 habitum est relictum, † *vt de legato constat ex l. si post mortem. 71. in prin. ff. de leg. primo. De libertate verò ex l. qui duos. 18. in prin. ff. de man. test. & l. si idem. 14. §. 1. ff. de leg. 2.* nec de eo debuit vnquam reijci dies, sed semper expectari, non solùm ad effectum petitionis, sed etiã ad effectum cessionis, scilicet, quia censetur
60 conditionale, † *vt scribunt Crass. in d. §. legatũ q. 43. num. 8. vbi ait, hoc esse verius, & receptius, & Nouar. part. 1. quæstio. for. q. 168. num. 4.*

tamquam collatum in diem incertum, qui continet in se conditionem, si nunc temporis
61 superuixerit vocatus † *vt in his terminis declarant Cin. in d. l. extraneum. num. 2. vers. &, si isto casu, Soc. Iun. cons 85. nu. 2. vol. 1. Christo. Mart. Med. d. decis. 4. num. 24.* ideoq; dies non antea cedit, nec dispositio effectum habet, quam ille decesserit superstite vocato, & ita purificetur conditio, sub qua legatum, aut fideicõ-
62 missum relictum intelligitur † *d. l. si post mortem 71. in prin. vers. sed, si seruo ff. de leg. prim. & scribunt Soc. Iun. d. cons. 85. num. 2. volum. 1. Crass. in d. §. legatum q. 43. num. 8.* Qua ratione fit, vt, si præmoriatur, non possit relictum ad suos hæredes transferre, sed illud, quasi factũ caducum debeat apud hæredem remanere
63 † *l. vn. §. sin autem aliquid sub conditione C. de cad. toll. Et in his terminis scribunt Crass. in d. §. legatum q. 43. num. 8. Nouar. d. part. 1. q. 168. num. 4.*

Ex his patet, verissimum esse, quod initio diximus, in legatis, & fideicommissis, quę vni tantum ex die relinquuntur, non posse etiam improprium ius accrescendi cõsiderari, quia, siue certus, siue incertus sit dies, nunquam reijcitur, ideoq; nihil est, quod respectu temporis diei possit accrescere.

Sanè interdum potest etiam in ijs temporis incrementum considerari:

Primum enim, si hęres post certum tempus grauatus restituere suspectam dicat hæreditatẽ, quia statim potest cogi adire, & restituere
64 † *l. 1. §. sed, & quoties, & l. recusare. 6. §. fin. ff. ad Trebell.* & hoc modo fideicommissarius etiã ante diem consequitur fideicommissi emolumentum, ideo non potest non aliqua respectu temporis considerari accretio. Sed hoc
65 ideo, fit, quia, † cum is, qui coactus adit, nullum, aut commodum, aut incommodum ex aditione sentire debeat, nec adstralius, cui medij temporis fructus applicari possint, cum venientes ab intestato non possint admitti, ne testator pro parte testatus, & pro parte intestatus decessisse videatur, Consequens est, vt necessariò debeant pertinere ad fideicõmissarium, quippe, qui cogendo hæredem adire, & restituere, totius rei periculum in se suscipit *l. quia poterat. 4. ff. ad Trebell.* ideoque debet etiam omne commodum obtinere, *secundũ regulam l. secundum naturam 10. ff. de reg. iur.*

Secundo verò, si Titio legetur vsusfructus per decennium, & post illud tempus legetur Sempronio, mortuo intra decennium Titio, non cogetur Sempronius expectare lapsũ totius decennij, vt vti frui possit, sed statim po-
66 terit vsumfructum percipere, † & ita respectu temporis aliqua fieri accretio ex verisimili voluntate testatoris, quippe, qui decen-
67 nij tempus ideo censetur adiecisse, quia † credebat, Titium tanto tempore potuisse viuere, & mens eius erat, vt interim solus vsumfructum perciperet, quod, si credidisset, eum antea fuisse moriturum, non post decennium, sed post Titij mortem Sempronio legatum reliquisset. Itaq; decennij tempus non considerauit, vt principiũ posterioris legati, sed, vt finem prioris, scilicet, quia posterius non antea potuit incipere, siue effectum habere, quam prius finiretur, & ita non respexit modum, sed effectum; Quo fit, vt illa temporis qua-

qualitas non debeat specificè verificari, sed possit verificari per æquipollens, vt euenit in omnibus casibus, in quibus testator respexit potiùs ad effectum, quam ad modum *l. mulier.22. in prin. ff. ad Treb. l. si mater.3. C. de inst. & subst. Ita in specie docuerunt Castr. in l. ambiguitatem. 12. num. 4. C. de vsufr. Ruin cons. 17. num. 18. vers. & idem probatur. vol. 2. Zaneb. in l. hæredes mei. 57. §. cum ita, part. 10. num. 64. ff. ad Trebell. Mantic. de con. vlt. vol. lib. 9. tit. 5. num. 5.*

Nec obstat *l. vxori vsumfructum. 35. ff. de vsuf. leg.* vbi Scoeuola, *vxori, inquit, vsumfructum villę legauit in quinquennium a die mortis suæ, deinde hæc verba adiecit, & peracto quinquennio, cum eius vsusfructus esse desierit, tunc eum fundum illi, & illi libertis dari volo, quæsitũ est, tum vxor intra quinquennium decesserit, an libertis proprietatis petitio iam, an vero completo quinquennio competat, quia peracto quinquennio testator proprietatem legauerat, Respondi, post completum quinquennium fundum ad libertos pertinere,* quia hoc ideo factum est, quia
68 testator ibi expresserat † dictionem, tũc, quę sui natura denotat extremitatem temporis, & operatur, vt ante illud dispositio locum habere nequeat. *l. in ijs 4. §. fin. ff. de cond. & dem.* Coeterùm amota illa dictione, magis est, vt procedant ea, quę supra diximus. *Ita respondet Mantic. d. lib. 9. tit. 5. num. 5.* Idem est, &, si testator vxori reliquerit vsumfructũ, vel quid aliud, donec vixerit, & vitam vidualem seruauerit, & post eius mortem id ipsum reliquerit Titio: Nam, si vxor transierit ad secunda vota, & ita non paruerit conditioni, non cogetur Titius illius mortem expectare, sed statim poterit legatum consequi ex veri-
69 simili voluntate testatoris. † *per ea, quæ supra diximus. Ita scribũt Io. Andr. in addit. ad Specu. tit. de sic. nupt. Castr. in l. mulier. a [illegible]. in prin. num. 2. & ibi Alex. num. 4. ff. ad Treb. Castr. in l. si mater. 3. num. 3. & ibi Alex. num. 2. C. de inst. & subst. Castr. in d. l. ambiguitatem. 12. num. 4. C. de vsufr. & in l. si quis hæres. 71. num. 6. ff. de acq. hęred. Alex. in l. Gallus. 29. §. & quid, si tantum num. 6. ff. de lib. & posth. Ruin d. cons. 17. num. 18. uol. 2. Crass. in d. § legatum, q. 45. ubi testatur, hanc esse communem, & ueriorem.*

Secundus verò casus est, quando legatum, aut fideicommissum relictum est, non vni, sed duobus, aut pluribus ex die, quæ respicit omnes vocatos, Et tunc, si quęramus, an respectu temporis locum habeat ius accrescendi, eadem erunt dicenda, quæ diximus in primo casu; Si verò quæramus, an locum habeat respectu rei, idest, an vno deficiente pars eius alteri accrescat, res erit ex ijs decidenda, quæ dicemus *in q. 22. & qq. seqq.* nam, quibus casibus pars accrescit, si res purè fuerit duobus, aut pluribus relicta, ijsdem accrescit, si fuerit relicta ex die, siue tractetur de proprietate, siue de vsufructu.

Tertius deniq; casus est, quando legatum, aut fideicommissum fuit vni relictum purè, alteri verò ex die certa, vel incerta, Et tunc similiter respectu tẽporis eadem erunt dicenda quæ diximus, in primo casu, respectu verò rei recurrendum erit ad ea, quæ dicemus *in q. 37.* Et hæc de legatis, & fideicommissis, quæ ex die relinquuntur.

SVMMARIVM.

1 *Ius accrescendi non potest considerari in legato, vel fideicõmisso, quod vni tantum relictum est ad diem, & cur. num. seqq.*

2 *Legatum, vel fideicommissum relictum ad diem ualet.*

3 *Legatum, uel fideicommissum relictum ad diem finitur aduениente die, & cur, num. 5.*

3 *Legatum, uel fideicommissum relictum ad diem respectu futuri temporis perinde habetur, ac, si non fuisset factum.*

6 *Legans rem ad tempus non uult post tempus legatarium rem habere.*

7 *Legatum uel fideicommissum relictum ad tempus post tempus pertinet ad eum, qui specialiter uocatus est, Declara ut num 8. & 9.*

8 *Substitutus non dicitur, qui post dispositionem aduentu temporis finitam uocatur.*

9 *Substitutio non dicitur, sed translatio, seu noua uocatio, quoties testator uocat aliquem post tempus, usque ad quod iam alteri rem reliquerat.*

10 *Legatum, uel fideicommissum relictum ad tempus eo transacto reuertitur ad hęredem, & cur, nu. 12. Declara. vt num. 14*

11 *Legatum, uel fideicommissum ad tempus relictum post tempus reuertitur ad hęredem, etiamsi testator id non expresserit, & cur, num. 12.*

12 *Legatum, uel fideicommissum relinquens ad tempus censetur uelle, ut post tempus res ad hęredem reuertatur.*

13 *Legatarius, uel fideicommissarius, cui ad tempus res fuit relicta, debet hęredi cauere, de restituenda re non facta deteriore.*

14 *Legata, & fideicommissa ad tempus relicta post tempus redeunt ad hęreditatem & cum ea consolidantur exemplo ususfructus, qui consolidatur cum proprietate, quoties finitus est.*

15 *Consolidatio legatorum cum hęreditate non est omnino similis consolidationi ususfructus cũ proprietate.*

16 *Res legata non potest propriè dici pars hæreditatis,*

17 *Declarantur l. obligationum ferè. 43. §. placet ff. de actio. & oblig. & l. nemo potest 58. ff. de leg. primo, & num. seqq. usq ad num. 34.*

19 *Hæres adeundo obligatur legatarijs, & fideicommissarijs, quasi ex contractu.*

20 *Actio ex testamento nascitur ex obligatione contracta ab hęrede.*

21 *Dominium ex legati causa transfertur in legatarium.*

24 *Dominium rei ad tempus legatę ipso iure reuertitur ad hęredem.*

25 *Dominium ex quibus causis ipso iure trãsfertur, ex ijsdem etiam ipso iure reuertitur, si resoluta, aut finita sit dispositio.*

28 *Iura realia nõ ita cohærẽt, siue (vt vulgò dicitur) non ita sunt ossibus nostris infixa, vt personalia & num. seq.*

34 *Legatum proprietatis ad tempus relictum post tẽpus extinguitur, & ad hæredem reuertitur.*

35 *Vsusfructus potest relinqui ad tẽpus, ita, vt eo adueniente finiatur etiam ante mortem.*

36 *Legata, vel fideicommissa non solum possunt relinqui ad diem certum, sed etiam ad incertum.*

37 *Legatum alicui relictum, donec vixerit, censetur temporale, & adueniente morte finitur.*

38 Le.

38 *Legatum censetur temporale, & adueniente tempore finitur, etiamsi initio simpliciter sit relictũ, dummodo postea restringatur ad vitam.*

39 *Libertas, neque ad certum, neque ad incertum diẽ dari potest, &, si ita detur, sublato vitio temporis perinde habetur, ac, si simpliciter data fuisset, & cur, num. 40.*

41 *Hæreditas ad diem dari non potest, at legatum, vel fideicommissum potest, num. 42. & cur, nu. 43. & seqq.*

44 *Legati, vel fideicommissi agnitio non est actus legitimus, & cur, num. 48. & seq.*

46 *Viuere perpetuo credimur per filios, & filiorum filios.*

47 *Hæreditas repræsentat defunctum.*

48 *Legatarius non repræsentat defunctum.*

51 *Hæreditas etiam ad vitam relicta transmittitur ipso iure ad hæredes, At legatum non transmittitur ab eo cui relictum est, donec vixerit.*

52 *Legatum alicui relictum, donec vixerit, si is, qui post eius mortem uocatus est, prædecesserit, non remanet penes legatarium, uel eius hæredes, sed reuertitur ad hæredem, & cur num. 53.*

54 *Legatum relictum secundo post mortem primi, cui ad uitam datum erat, non censetur relictũ a primo legatario, sed ab hærede testatoris, & cur, num. seqq.*

56 *Fideicommissum censetur ab eo relictum, qui amoto grauamine rem esset habiturus.*

59 *Hæreditas, si uni ad uitam fuerit relicta, & post eius mortem alij, præmortuo secundo remanet penes primum; At legatum, si uni ad uitam fuerit relictum, & post eius mortem alij præmortuo secundo non remanet penes primum legatarium, sed reuertitur ad hæredem, & cur, num. 60.*

61 *Legatum, si simpliciter vni relinquatur, & post eius mortem uocetur alius, præmortuo secundo remanet penes primum, At, si uni relinquatur ad uitam, & post illius mortem relinquatur alij, præmortuo secundo non remanet apud primum, sed reuertitur ad hæredem, & cur, num. 62. & seqq.*

05 *Ademptio legati, quæ per translationem fit durat etiamsi translatio sit inutilis, uel effectum non habeat, & cur, num. 66.*

67 *Vsusfructus legatus reuertitur etiam ad hæredes hæredis præmortui, & cur, num. 69. & seqq.*

68 *Vsusfructus legatus reuertitur ad hæredes hæredis præmortui, quomodocunq; relictus sit.*

70 *Vsusfructus consolidatio cum proprietate est realis, non personalis.*

71 *Vsusfructus, quoties finitur, reuertitur ad proprietatem, & cum ea consolidatur penes quemcumq; reperiatur.*

72 *Legatum alicui relictum, donec uixerit, si hæres legatario præmoriatur, non transit ad hæredes hæredis, sed remanet penes legatarium, & eius hæredes, & cur, num. 72. Sed contra, num. 76. & cur, num. 77. & seqq.*

73 *Hæres, ad quem temporale legatum reuerti debet, censetur ad illud uenire iure fideicommissi, & num. seq. Sed contra, num. 98. uer. At posteriore.*

74 *Declaratur l. Titia. 35. §. fin. ff. de leg. 2. & num. 101. & seqq. & num. 157. & 219. & seq.*

75 *Declaratur l. in caus. 17. §. Pomponius ff. de minor. & num. 87. & seqq.*

79 *Hæres hæredis succedit in id omne, quod pertinebat ad hæredem, tamquam hæredem.*

80 *Legatum temporale reuertitur ad hæredem, tamquam hæredem.*

81 *Testator, qui relinquit rem ad tempus, & eo modo uult rem post tempus redire ad hæredem, non censetur respicere ad personam hæredis, sed ad ius hæreditarium.*

82 *Iura realia transeunt in quemcunque successorem.*

84 *Legati temporalis reuersio ad hæreditatem est realis.*

85 *Legatum temporale post tempus reuertitur ad hæreditatem penes quemcunq; reperiatur.*

88 *Legatum, si fuerit alicui relictum simpliciter, ita, ut post mortem legatarij reuertatur ad hæredem, præmortuo hærede non reuertitur ad hæredes hæredis, sed remanet penes legatarium, aut eius hæredes, & cur, num. 97. & seq.*

89 *Hæredis appellatione uenit etiam hæredis hæres in testamentarijs dispositionibus, Declara, ut nu. 90. & seq.*

91 *Hæredis appellatione nõ uenit hæres hæredis, quoties testator uocat hæredem proprium, & cur, num. 92.*

93 *Hæres hæredis est incertus, & incognitus testatori.*

94 *Hæres hæredis non venit ex iudicio testatoris.*

95 *Hæres hæredis uenit fortuito.*

96 *Hæres hæredis venit ex necessitate successionis.*

98 *Hæres non potest venire ad rem alteri simpliciter legatam, nisi iure fideicommissi.*

99 *Hæres hæredis non venit ad legatum temporale vigore transmissionis, sed virtute temporalitatis insertæ legato, Declara, vt num. 100.*

105 *Legatum alicui relictum, donec vixerit, si post eius mortem vocatus sit hæres testatoris, & is præmoriatur, non pertinet ad hæredem hæredis, & cur, num. 106. & seqq. Sed contra, num. 112. & cur, num. 113. & seqq.*

106 *Hæredis appellatione non veniunt hæredis hæredes in substitutionibus, & cur, num. 107. Declara, vt num. 138. & 178.*

108 *Hæres a testatore vocatus ad legatum temporale censetur per fideicommissum substitutus legatario, Sed contra, num. 118.*

109 *Prouisio expressa facit cessare tacitam, Declara, vt num. 139.*

110 *Inclusio vnius est alterius exclusio, Declara, vt num. 140.*

111 *Limitatio facta contemplatione vnius cessat, si is deficiat, Declara, vt num. 141. & seq.*

114 *Expressio eius, quod tacitè inest, nihil operatur.*

115 *Expressio eius, quod tacitè inest, perinde habetur, ac, si facta non fuisset.*

116 *Expressio eius, quod tacitè inest, censetur facta causa dubitationis tollendæ.*

117 *Expressio eius, quod tacitè inest, nihil operatur, etiamsi dubitetur, an sit facta eo modo, quo tacitè inest.*

119 *Legatum relictum hæredi a semetipso, non valet, & cur, num. 120.*

121 *Res hæreditaria potest relinqui hæredi titulo singulari, si semel fuit ab hæreditate extracta, Declara, vt num. 122.*

123 *Hæreditas nondum adita futurum hæredem repræsentat.*

124 *Hæres, & hæreditas pro vna, eademq; persona reputantur.*

125 *Actio, & passio, ut ab initio non possunt concurrere in eadem persona, ita, nec ex post facto, & num. seqq.*

126 *Obligatio confunditur, si ex post facto idem in*

cipiat

cipiat esse, & debitor, & creditor.

127 Res sua non potest esse seruitus.

128 Seruitus extinguitur, si idem utriusq; prædij dominus esse incipiat.

129 Legatum relictum hæredi a semetipso non capitur iure legati, sed iure hæreditario.

130 Legatum capitur etiam iure hæreditario, si ex post facto incipiat esse relictum hæredi.

131 Testator qui uocat hæredem ad legatum temporale, censetur respicere ad suis hæreditarium, non ad personam hæredis.

132 Dispositio testatoris coniuncta cum iure reali sumit eius naturam, & secundum eam regulatur.

133 Vocatio hæredis ad legatum temporale facta a testatore censetur coniuncta cum iure consolidationis, quod est reale.

134 Argumentum a coniuncto ad hæredem, & contra ualet.

135 Prouisio generalis, & specialis, ubi circa eandē rem concurrunt, & deficit specialis, manet generalis.

136 Præcepta duo ualida, ubi circa eandem rem concurrunt, licet unum deficiat, remanet tamen alterum.

137 Argumentum a legato usufructus ad legatum proprietatis ad uitam relicte ualet.

143 Legatum ad uitam legatarij relictum si dictum sit, ut post eius mortem redeat ad hæredem nominatim uocatum, uel ad hæredem infrascriptum, non transit in hæredes hæredis præmortui, & num. 149 & cur, num. 144. & seqq. Sed contra, num. 154. & seqq. & cur, num. 158. & seqq.

145 Testator, qui nominatim uocat hæredem ad temporale legatum, censetur respicere ad personam hæredis, non ad suis hæreditarium, Sed contra, num. 161.

146 Hæredes simpliciter a testatore uocati censentur uocati pro portionibus hæreditarijs.

147 Hæredes nominatim uocati a testatore censentur uocati uiriliter, & æqualiter, licet inæqualiter fuerint instituti.

148 Hæredes simpliciter grauati tenentur pro portionibus hæreditarijs, grauati uero nominatim tenentur uiriliter, & æqualiter.

150 Relatio uim nominationis habet, & facit ut perinde sit, ac si uocatio sub proprio nomine facta fuisset.

151 Hæredis infrascripti appellatione non continetur hæres hæredis, & cur, num. 152. Declara, ut num. 164.

153 Prohibitio alienationis facta hæredibus censetur etiam facta hæredibus hæredum, nisi facta sit hæredibus infrascriptis.

159 Hæres, an sub proprio, an uerò sub appellatiuo nomine uocetur in ijs, quę tacite insunt, nil refert.

160 Hæres censetur uenire ad legatum temporale iure consolidationis & hæreditario, etiam si nominatim uocatus sit.

162 Hæredis infrascripti appellatione continentur etiā hæredis hæredes, quoties eadem in omnibus ratio militat.

163 Hæredis infrascripti appellationi ueniunt etiam hæredis hæredes, cum nulla uerisimilius affectio magis considerari potest in hærede scripto, quā in alijs.

165 Hæredis infrascripti appellatione continentur etiā hæredis hæredes, si ex coniecturis constet relationem, aut nominationem fuisse factam causa demonstrationis ut in exemplis, quæ subijciuntur, num. 166. & 167.

168 Hæredum hæredes uocantur ad legatum temporale, si omnes hæredes ad illud uocati prædecesserint & num. 169. & cur num. 170.

171 Legatum temporale non redit ad hæredes hæredis præmortui, si superfint alij cohæredes, qui prædefuncti partim ex fideicommissi causa consecuti sint, & num. 172 & cur num. 173. & maximè concurrentibus coniecturis uoluntatis testatoris, ut num. 174.

175 Hæredes hæredis præmortui non uocantur ad legatum temporale, si superfint cohæredes a testatore uocati, Sed contra num. 176. & cur, num. 177. & 179 & maximè, si hæredis hæredes sint filij in conditione positi, ut nu. 180. & seq. & cur num. 182.

183 Testator, qui ex pluribus hæredibus quosdā tātum uocat ad temporale legatum, non censetur respicere ad suis hæreditarium, sed ad uocatorū personas. & num seqq. & cur, num. 186.

187 Hæredes nominati censentur facti pares.

188 Legatum temporale non transit ad hæredes hæredum præmortuorum, qui uocati fuerant a testatore, si superfint alij hæredes etiam non uocati, Declara, ut num. 189 & seqq. usque ad num. 197.

197 Hæredis hæredes ueniunt ad temporale legatum, si testator ad illud uocauerit hæredem & eius hæredes, dummodo tales sint, ut testatoris hæreditatem retinere possint, & cur, num. 198. & seqq. alias secus, ut num. 201. & cur, num. 202. & seqq.

205 Hæredis hæredis præmortui, quando uenire possint ad temporale legatum, si testator ad illud expressim uocauerit hæredem, & eius filios, seu liberos & num. seqq.

208 Filiorum existentia facit deficere fideicommissū iniunctum alicui, si decesserit sine liberis.

210 Dispositio, quæ non habet effectum, pro non facta habetur.

225 Ius accrescendi non potest considerari in legato temporali, quod relictum est duobus, aut pluribus ad diem, qui eodem tempore uenturus est, & num. seq.

227 Ius accrescendi non potest respectu temporis considerari in legato proprietatis relicto duobus, aut pluribus, donec uixerint.

228 Portio exclusi accrescit non excluso.

229 Legatum, si duobus fuerit relictum donec uixerint, & unus post acquisitionem moriatur, pars eius alteri non accrescit. & cur, num. 230.

231 Declaratur l. eis. C. de legat.

232 Dispositio in dubio censetur facta fauore hæredis, quoties non est expressa persona, cuius fauore facta sit.

233 Legatum, si duobus fuerit relictum, donec uixerint, & post eorū mortem fuerit relictum alij, e no mortuo statim admittitur substitutus.

234 Vsusfructus, si duobus fuerit relictus, donec uixerint, & postea fuerit relictus alij licet unus moriatur, nō tamen admittitur tertius, sed conditus & cur, n. 235. Declara, ut nu. 236. & seq.

238 Legata, si fuerit proprietas uni simpliciter, alteri uero ad diem puta donec uixerit, & hic moriatur, pars eius alteri accrescit, Sed contra, num. 239. & cur, num. 240.

241 Vsusfructus, si uni fuerit relictus simpliciter, alteri uero ad diem quando pars unius alteri accrescat, & num. seqq. An,

An, et quando locum habeat ius accrescendi, si testator relinquat legatum, aut fideicommissum ad diem.

Quæstio Decimanona.

SVperest, vt dispiciamus, an, & quando
ius accrescendi locum habeat in legatis, & fideicommissis, si testator, non
ex die disposuerit, sed ad diem. Pro faciliori autem huius quæstionis explicatione
sex arbitramur esse distinguendos casus quorum

Primus est, quando legatum, aut fideicõmissum vni tantum relictum est ad diem, Et
tunc certi iuris est, non posse in eo ius accre-
1 scendi considerari, † quia nihil est, quod respectu temporis diei possit accrescere: Nam,
2 cum valeat dispositio † *l. vlt. & ibi Castr. Alex. & Ias. C. de legat.* nec de ea reijciatur tē-
3 pus, sed eo adueniente finiatur, † *vt scribunt gl. in d. l. vlt. in verb. confirmari C. de legat. Alex. cons. 173. num. 2. vol. 5. Ruin. cons. 69. nu. 5. vers. & idem vult. & cons. 86. num. 4 in fi vol. 2. Men. cons. 273. num. 26. Mantic. decis. 19. num. 1. & 3. vers. sed in casu. Christ. Mart. Med. decis. 4. num. 13. vers. Secundum fuit*, ita, vt perinde sit, ac, si pro futuro tempore facta non fuisset.
4 † *Auth. cui relictum in fi. C. de ind. vid. toll. & scribunt Castr. in d. l. fin. num. 3. & ibi Alex. nu. 4. vers. quarit C. de legat. Alex. d. cons. 173. num. 2. vol. 5. Ruin. d. cons. 69. nu. 5. vers. & idem vult. vol. 2. Mantic. d. decis. 19. num 3. vers. sed in casu.* Consequens est, vt nihil sit, quod respectu tēporis diei possit accrescere.

Ideo autem adueniente tempore finitur
5 legatum, aut fideicommissum, quia † non est cuiquam plus tribuendum, quam dari voluerit testator *l. facta. 63. §. si sub conditione, vers. Plus enim ff. ad Treb.* Sed, si legatum, aut fideicommissum ad tempus relictum non finiretur tempore, sed remaneret adhuc penes legatarium, aut fideicommissarium, plus ei daretur, quam voluerit testator, quia, qui rem ad tempus alicui relinquit, sine dubio non
6 vult, eum post tempus rem habere † *l. Titia 35. §. fin. in fi. ibi propter voluntatem test. stricti & ibi declarat gl. in verb. voluntatem ff. de leg. 2.* & plus dari dicitur etiam ratione temporis *§ plus Inst. de actio.* Ergo, ne hoc sequatur necessario debet finiri legatum, aut fideicommissum.

Et, si dicas, ad quem igitur post tempus pertinebit, respondeo distinguēdo, aut testator post tempus aliquem vocauit, & ad eum legatum, aut fideicommissum pertinebit,
7 † *vt scribunt Alex. cons. 92. num. 8. vers. Non obstat etiam vol. 3. Ceph. cons. 158. num. 7. Ant. Gabr. lib. 4. comm. opin. tit. de hæred. inst. concl. 2. num. 7.* non quidem iure substitutionis, quia, qui post dispositionem aduentu temporis finitam vocatur, non potest dici substitutus,
8 † *vt in specie declarāt gl. in l. quærebatur. 20. §. fin. in verb. nō debere, & ibi Bald. ff. de mil. test. Bart. in l. licet imperator. 77. n. 4. vers. opp. supra, & ibi Ias. num. 26. vers. contra istam regulam, & num. 27. ff. de leg. primo, Soc. Sen. in l. centurio. 15. nu. 12. vers. Confirmatur 2. ff. de vulga. Zaneb. in l. hæredes mei. 57. §. cum ita part. 10 num. 66. vers. 2. dicas, & num. 67. ff. ad Treb.* sed pertinebit iure cuiusdam translationis, seu nouæ voca-
9 tionis, † *vt declarat Zaneb. in d. §. cum ita part. 10. num. 66. vers. 2. dicas, & nu. 67.* Quod, si neminem vocauerit, tunc redibit ad heredem,
10 † *d. l. vlt. vers. post completum, & ibi Bart. Bald. Castr. Alex. & Ias. C. de legat. Castr. in d. l. Titia 35. §. fin. nu. 1. vers. In text. ibi ff. de leg. 2. Alex. d. cons. 92. num. 8. vers. Non obstat etiam uol. 3. Soc. Sen. cons. 102. num 10. uers. sed posito, & uers. Confirmatur vol. 3. Ruin. cons. 86 num 5. uol. 2. Paris. cons. 97. num. 5. uol. 2. Dec. cons. 597. num. 5. Duran. de art. testa. tit. 4. caut. 5. num. 2. Ceph. d. cons. 158. num. 6. & 7. Mantic. d. decis. 19. num. 1. Andr. Facb. lib. 4. contro. cap. 17. uers. Nec enim mouent. Christ. Mart. Med. d. decis. 4. num. 13. vers. Secundum fuit.* Nam, quemadmodum apud eum remanent legata, & fideicommissa, quæ initio deficiunt, seu fiunt caduca, *vt diximus in 9. cap. q. 1. num. 9.* ita etiam ad eum redire debent ea, quæ ex voluntate testatoris finiuntur ex post facto, quamuis hoc testator
11 non expresserit † *l. Titia. 35. §. ult. uers licet. & ibi declarat Castr. num. 1. uers. In text. ibi ff de leg. 2. Castr. in d. l. fin. num. 1. C. de legat. Ceph. cons. 472. num. 31.* quia, qui legat, aut per fideicommissum relinquit rem ad tempus, censetur velle, vt post tempus redeat ad hæredem
12 † *d. l. Titia. 35. §. fin. & ibi declarat gl. in uerb. uoluntatem, & post eam Bart. Bald. Castr. & Imol. uers Item not. & Fic. num. 7. uers similiter ff. de leg. 2. Alex. cons. 92. num. 2. & 8 uers. Non obstat etiam, uol. 3. & cons. 173. nu. 1 uol 5. Dec. d. cons. 597. num. 3.* Quamobrem legatarius debet ei cauere de re non facta deteriore ei
13 restituenda † *d. l. ult. & ibi Alex. num. 1. Ias. in prin. & num. 7. C. de legat.*

Sed hoc ita debet intelligi, vt post tēpus redeat ad hrdē, non iure fideicōmissi, seu fideicōmissariæ substitutionis sed iure consolida-
14 tionis: † Nā legatum, quod priùs erat ab hæreditate separatum *§. an seruo, Inst. de legat.* adueniente die iterum redit ad hæreditatem, & cum ea consolidatur, sicut cum proprietate consolidatur vsusfructus, qui priùs erat ab ea separatus, quoties aliquo modo finitus est, *ut diximus in 9. cap. q. 3. num. 1. Ita declarant Castr. in d. l. Titia 35. §. fin. num. 1. uers. In text. ibi ff de leg. 2. Alex. in l paterfa. 46. num. 4. uers. Non obstat, quod not. ff. de uulg. Soc. Sen. d. cons. 10. nu. 10. vers. sed posito, & uers. Nam hoc ide, & num. 11. vers. ult. uol. 3. Paris. d. cons. 21. num. 44. uol. 2. Ceph. d. cons. 158. num. 6. 29. & 43. uers. 9. & cons. 472. num. 86. Men. d. cons. 273. nu. 26. Mantic. d. decis. 19. num. 2. Pereg. de fideic. artic. 32. nu. 76. & cons. 52. nu. 4 uol. 2. Christ. Mart. Medic. d. decis. 4. num. 13. uers. secundum fuit*
Quamquam consolidatio legati non sit per omnia similis consolidationi vsusfructus:
15 † Nā in hac pars, quæ cōsolidatur, est integralis, *ut patet ex ijs, quæ diximus in 5. cap. q. 10. num. 1.* cum alioquin in illa sit subiectiua: Res enim legata, tamquam particularis pro-
16 priè pars hereditatis dici non potest † *l. quæsitum 14. ff. si quis om. caus. test.* cum hæreditas in quotas, non res certas diuidatur *l. seruum. 50. §. fin. ff. de hæred. inst. § hæreditas Inst. eod.*

sed

sed dicitur res, quæ ab initio continebatur in
hæreditate l. legatum. 82. ff. de leg. 2. l. 1. §. quadam
vers. nec ad rem ff. de rer. diu. §. 1. Inst. de
reb. corpor. & ex causa legati fuerat ab ea separata
l. legatum. 119. in prin. ff. de legat. primo. &
d. §. an seruo, Inst. de legat. ideoq; cum finito legato
redit ad hæreditatem, non dicitur cum
ea consolidari, vt pars integralis sed, vt pars
subiectiua, quia iterum hæreditati subijcitur,
& sub ea continetur.

Verum hic magna nascitur dubitatio: Nā
dicet aliquis, falsum videri, quod supra diximus,
scilicet, legatū ad tempus dari posse, &
adueniente tēpore finiri: Contrarium enim
scribitur in l. obligationum ferè. 43. §. placet ff. de
17 actio. & oblig. vbi Paulus ait, † ad tempus obligationem
constitui non posse, non magis, quam
legatum, quia, quod deberi coepit, certis modis deberi
desinit. Cui congruere videtur quod scribit
Pomponius in l. nemo potest. 58 ff. de leg.
primo, dū, Nemo potest, inquit in suo testamento
cauere, ne leges in suo testamēto locū habeāt, quia,
nec tēpore, aut loco, aut cōditione finiri obligatio
hæredis legatorii nomine potest. Huius difficultatis
tollendæ gratia tradunt nostri cōmuniter,
18 in legatis duo considerari iura, † vnū personale,
quod consistit in obligatione hæredis,
quippe qui adeūdo hæreditatē obligatur legatarijs,
19 & fideicōmissarijs quasi ex cōtractu † l.
ex maleficijs. 4 § hæres quoq; ff. de act. & oblig §.
hæres quoq; Inst. de oblig. quæ quasi ex contr. nasc.
ex qua obligatione nascitur actio personalis,
20 quæ vocatur ex testamento † l. si pluribus. 33.
ff. de leg. primo. Alterum verò reale, nempe ius
dominij, quod ex causa legati transfertur in
21 legatarium † d. l. legatū. 82. ff. de leg. 2. l. a Titio.
66 ff. de furt. Quod igitur dicimus, legatum ad
tempus relinqui posse, & adueniente tempo-
22 re finiri, ita esse intelligendum, † vt, quoad ius
reale finiatur ipso iure. Et ita sit accipienda
23 † l. vlt. C. de legat. quia dominium, vt ipso iure
transit in legatarium d. l. a Titio. 66. ff. de furt.
d. l. legatum 82. ff. de leg. 2. ita & ipso iure reuertitur
ad hæredem, si tempore finitum sit le-
24 gatum † d. Auth. cui relictum, in fi. C. de ind. vid.
toll. d. l. vlt. & ibi gl. in verb. remanentibus, & explicitè
declarant ibi Bart. vers. Tu dic, Alex. num.
3. Ias. num. 6. & 7. vers. gl. in verbo C. de legat.
Generale enim est, vt ex quibus causis dominium
sine traditione trasfertur ipso iure, ex
ijsdem etiam ipso iure reuertatur, si resoluta,
25 aut finita sit dispositio † vt tētit gl. in l. 1. in verb.
ex duabus vncijs vers. sed, vt dixi. & ibi Bald. nu.
12. C. de inoff. donat. & explicitè scribit Bart. in
l. & ideo 12. num. 3. ff. de cond. furt. & in proposito
considerat Alex. in d. l. fin. num. 3. C. de legat.
At, quoad ius personale non finiatur ipso
iure, sed ope tantum exceptionis. Et ita pro-
26 cedant † l. obligationum ferè 43. §. placet ff. de act.
& oblig. & l. nemo potest 58. ff. de leg. primo, quia
testator non potest facere, quin in suo testamento
locum habeant leges d. l. nemo potest,
quibus cauetur, vt, quod deberi coepit, certis
tantum modis deberi desinat d. §. placet. Ita
respōdet Bart. in d. l. vlt vers. Tu dic, & ibi Bald.
num. 2. & 3. Ang. & Castr. num. 1. vers. gl. opp.
Alex. num. 4. vers. teneo itaq. Ias. num. 7. vers. gl.
in verb. vbi ait, ita magis communiter respondere
C. de legat. Bart. in d. l. nemo potest 58. nu. 18. vers.
ad secundam, & ibi Castr. num. 8. vers. In gl. ibi
Cod. eod. ff. de leg. primo.

Cuius diuersitatis hanc afferunt rationem,
27 quia † iura realia non ita cohærent, siue (vt
vulgò dicitur) non ita sunt ossibus nostris in-
28 fixa, vt personalia † l. 3. in prin. ff. pro soc. l. quis
ergo casus. 17. vers. est etiam ille ff. de pecul. Ita in
proposito ratiocinantur Bart. in d. l. vlt. vers. Tu
dic, & ibi Bald. num. 3. Ang. & Castr. nu. 1. vers.
gl. opp. C. de legat. Bart. in d. l. nemo potest, num. 18.
vers. ad secundam, & ibi Castr. num. 8. vers. In gl.
ibi Cod. eod. & Alcia. nu. 3. vers. Non enim domi-
29 nia, Quod patet ex eo, quia, † si vēdo, aut cedo
ius reale, nihil apud me remanet, sed totū
ius, quod habeo, transfertur in emptorem, aut
cessionarium l. ex empto. 11. in prin. ff. de act.
emp. At, si vendo, vel cedo ius personale, remanet
penes me ius directum, cum in emptorem,
aut cessionarium, non directæ, sed vtiles
tantum actiones transferantur l. emptori. 6. l.
venditor. 23. ff. de hæred. vel actio. vend. Et in
proposito considerat Bald. in d. l. fin. num 3. C. de
legat.

Verum hæc distinctio, licet respectu personalis
obligationis olim esset vera, non tamen
30 hodie sustineri potest, † quia, cum legatum
ad tempus dari possit, ita, vt adueniente tempore
finiatur, & perinde habeatur ac, si factū
non fuisset, vt diximus supra num. 2. & seqq.
Consequens est, vt quasi finita causa debeat
etiam, quoad ius personale, & ipso iure cen-
31 seri finitus, & extinctus effectus † l. si eum. 10.
§. qui iniuriarum ff. si quis cautio. l. 1. § si quis
sub cōditione ff. vt leg. no. cau. Et in specie declarat
Castr. in l. corruptionem. 16 in fi. C. de vsufr.

Quamobrem verius est, in hoc differre ius
32 antiquū a iure nouo: † vt rectè (licet sub dubio)
docuit Pic. in d. l. Titia. 35. §. fin. num. 16. vers. ex
quo pondera, & num. 19 vers. Sed caue ff. de leg. 2.
Nam olim, etiamsi testator legatum ad tempus
reliquisset, non tamen censeri poterat
ipso iure extincta hæredis obligatio, sed tantū
ope exceptionis, per ea, quæ supra diximus,
33 quæq; in his terminis procedunt, quia, † cum legatū
ad tempus dari non posset, vt ait Paulus
in d. §. placet, & refert Iustinianus in d. l. fin. C.
de legat. vbi corrigit ius antiquum, & ita non
obstante limitatione a testatore facta duraret
adhuc causa, nempe legatum, ideo nil mirū,
si ius personale non potuerit censeri ipso iure
extinctum, sed necessaria fuerit exceptio: Nō
enim poterat testator facere, quin in suo testamento
locum haberent leges, quibus cauetur,
vt, quod deberi coepit, certis tantum
modis deberi desinat d. l. nemo potest & d. §.
placet. At hodie, quia ex Iustiniani constitutione
legatum, etiam ad tempus dari potest
& adueniente tēpore finitur, d. l. vlt. C. de legat.
ideo, quasi sublata causa, debet etiam, quoad
ius personale censeri sublatus, & extinctus effectus,
secundum ea, quæ supra diximus. Et hoc
est, quod sentit Baldus in d. l. nemo potest, vers. 3.
opp. dum respondet in l. fin. C. de legat. testatorem
post tempus ademisse legatum, quod
potest, at in l. nemo potest, stante legato limitasse
ius agendi, quod non potest ipso iure, sed
tantum in effectu.

Hæc autem adeo vera sunt, vt procedant
primo non solum, si legetur, aut per fideicō-
34 missum relinquatur proprietas, † in quibus terminis
procedit d. l. vlt. C. de legat. vt ibi declarant
Bart.

Bart. & Bald. Ceph. conſ. 158. nu. 5. & 7. ſed etiã,
ſi vſusfructus: Nam, & is ad diem dari poteſt
ita, vt adueniente die, etiam ante mortem
35 extinguatur † *l. ſi vſusfructus mihi in bienniũ.*
6. & ibi gl. in verb. legatus ſit, & l. generali. 32. §.
Item quaſiũt. l. vxori vſumfructũ. 35. & l. vxori
meę. 37 ff. de vſuf. leg. l. ſi pater. 5. & l. ambiguitatẽ
12. C. de vſuf. Curt. Iun. conſ. 14. n. 3. uerſ. Id circo
Pariſ. d. conſ. 97. nu. 4. uol. 2. Dec. d. conſ. 597. n. 3.
ut, & alias l. & puto. 16. §. uſusfructus ff. fa. ercis.
Secundo procedunt, non ſolum, ſi dies ſit
36 certus, ſed etiam, ſi incertus. † *Ita ſcribũt Ang.*
in l. hæreditas ex die. 34. in prin. uerſ. In legatis
autem ff. de hæred. inſt. Caſtr. in d. l. ult. num. 1.
& ibi Alex. num. 1. Iaſ in prin. C. de legat. Ruin.
d. conſ. 36. num. 5. uol. 2. Pariſ. d. conſ. 97. num. 4.
uol. 2. Itaq; ſi teſtator dixerit, lego Titio fundum, donec vixerit, legatum cenſebitur tem-
37 porale, & adueniente die finietur. † *Ita ſcribũt*
Caſtr. in d. l. fin. num. 1. C. de legat. Alex. d. conſ.
173. nu. 1. 2. & 3. in fi. uol. 5. Soc. Sen. d. conſ. 102.
num. 10. uerſ & reſpondet, uol. 3. Ruin. d. conſ. 69.
num. 5. uerſ. & idem vult, uol. 2. Pariſ. d. conſ. 21.
num. 44. uol 2. Ceph. d. conſ. 158. num. 6. 15. & 26.
uerſ. His igitur, & conſ 472. num. 84. Durant. de
art. teſt tit. 4. caut. 5. num. 2. Mantic. de con. ult.
uol. lib. 9. tit. 2. num. 28. & d. deciſ. 19. numer. 1. &
3. uerſ. ſed in caſu Men. d. conſ. 273. num. 26.
Chriſto. Mar. Mid. deciſ. 4. num. 13. uerſ. Secundum ſuit. Et ſi dixerit, lego fundum ad
vſumfructum, quandiu vixerit, licet cenſeatur legata proprietas, *ut oſtendimus in hoc cap.*
q. 17. nu 395. tamen, quia fuit legata ad tempus, ideo adueniente tempore extinguetur,
ut ſcribunt Soc. Sen. d. conſ. 102. num. 10. uerſ. ſed
poſito vol 3 Soc. Iun. conſ. 54 n. 17. uol 4. Ceph. d.
conſ. 158. n. 4. uerſ. uerum, Mant. d. lib. 9. tit. 2. n.
29. uerſ. & huiuſmodi, Pereg. conſ. 59. nu 5. uol. 1.
Tertio procedunt, non ſolum, ſi legatum
in eadem oratione, qua relinquitur, ad vitam
limitetur, ſed etiã, ſi ſimpliciter relinquatur,
& in ſequenti oratione reſtringatur ad vitã:
Nihil enim intereſt, vtrum initio, an verò poſtea legatum ad vitam limitetur, quia vtroq;
caſu cenſetur temporale, & adueniente mor-
38 te finitur. † *Ita ſcribunt Alex d. conſ. 173. nu. 5.*
uol. 5. Ceph. d. conſ. 158 num. 7. & 8.
Quarto procedunt, non ſolum in legatis,
fideicommiſſis, ſed etiam in alijs defunctorum cauſis, puta in donationibus cauſa mortis, quippe, quæ legatis comparantur, & ferè
in omnibus ſecundum eorum naturam regulantur, *ut oſtendimus in 6. c. q. 22. n. 12. & ſeqq.*
Planè libertas, neq; ad certum, neq; ad incertum diem dari poteſt, puta, vſq; ad decennium, vel, vſq; quo Titius adoleuerit, & ſi ita
detur, reijcitur tempus, & pro non adiecto in-
39 telligitur † *l. libertas. 33. & l. ſeq. ff. de man teſt.*
& ſcribunt gl. in d. l. hæreditas ex die, in uerb. ad
diem, & ibi Imol num. 3. uerſ. In eadem ibi, quia,
40 † vbi quis ſemel liber factus, eſt, non poteſt
ampliùs fieri ſeruus, niſi ex legitimis, & conſtitutis cauſis in ſeruitutem reuocetur, puta,
quia fuerit ingratus, vel paſſus ſit ſe vendi ad
pretium participandum *ſecundum ea, quæ dicuntur in l. & ſeruorũ. 5. §. 1. ff. de ſtat. hom. §. ſerui*
autem, Inſt. de Iur. perſo l. 2. C. de liber. & eor. lib.
Quamobrem, ne ex cauſa quidem minoris
ætatis poteſt libertas, quæ ſe vel competit, retractari, ſi minor in integrũ reſtitutus ſit *l. aut*
Prætor. 7. alias l. & ſi ſim. 8. § ſed, & Papinianus
ff. de mino. §. Semel, Inſt. qb. ex cauſ. man. non. lic.
Deniq; inſtitutiones, & ſubſtitutiones directæ, neq; ad certum, neq; ad incertum tempus fieri poſſunt, ſcilicet, quia continent hæreditatis directæ dationẽ, quę ad tempus fieri non poteſt, *vt diximus in hoc cap. q. 17. num.*
14. In hoc enim differt hæreditas a legato,
41 vel fideicommiſſo, † Nam hæreditas ad diem
dari non poteſt, &, ſi detur, reijcitur dies, &
ſimplex, ac perpetua manet inſtitutio *d. l. hæreditas 34. ff. de hæred. inſt & latè diximus in eadem q. 17. num. 1.* At legatum, vel fideicom-
42 miſſum ad diẽ dari poteſt † *d. l. ult. Et ibi Bart.*
& Bald. num. 1. Iaſ. num. 2. C. de legat. Alcia. in d.
l. re coniunctis, nu. 57. uerſ. ſed, & quãdoq, Duran.
de art. teſta d. tit. 4. caut. 5. num. 2. Ceph. conſ 472.
num. 84. Mantic. de con. ult. uol. lib. 10. tit. 3. nu.
34. Zaneb. in d. l. hæredes mei 57. §. cum ita, part.
10. num. 67. ff. ad Treb. nec de eo dies reijcitur,
ſed ſeruatur, ita, vt adueniente die legatum,
aut fideicommiſſum finiatur, *ſicut oſtẽdimus*
ſupra nu. 3. & ſeqq. Ita diſtinguendo ſcribit Bald.
in d. l. hæreditas ex die, verſ. Itẽ not. & ibi Imol. 1 ſi.
Ratio autem diuerſitatis duplex afferri po-
43 teſt, vna quia † aditio hæreditatis eſt actus legitimus, ideoque ad diem fieri non poteſt
l. actus legitimi. 78. ff. de reg. iur. Quamobrem
dicimus, eum, qui ſemel adeundo factus eſt
hæres, non poſſe ex hominis diſpoſitione deſinere eſſe hæredem, *vt patet ex ijs quę diximus*
in hoc cap q. 17. n. 67. At legati, vel fideicõmiſſi
44 agnitio nõ eſt actus legitimus, † ideoq. ad diẽ
fieri poteſt, ſi ita ſit ab homine diſpoſitum.
Et, ſi quæras, cur tam variè ſit hoc conſtitu-
45 tum, reſpondeo rationem eſſe, quia † hæres
repreſentat defunctum *l. hæres. 22. ff. de vſucap.*
quæ repreſentatio non poteſt fieri ad tempus,
ſed debet eſſe perpetua. Quemadmodũ enim
repreſentatio, quæ naturali modo fit, idest
procreatione liberorum, dicitur eſſe perpetua,
ſcilicet quia per filios, eorumdemq; filiorum
filios in perpetuum quodãmodo viuere cre-
46 dimur † *l. liberorum. 220. in fi. ff. de verb. ſigni.*
Auth. de nupt. in prin. verſ ſi enim coll. 4. ita
etiam perpetua debet eſſe repreſentatio, quæ
fit modo ciuili, nempe acquiſitione hæredi-
47 tatis, quæ defunctum ipſum repreſentat † *l. hæreditas enim 34. & l. hæreditas in multis 61. in*
prin. ff. de acq. rer. dom. l. non minus. 31. in fi ff.
de hæred. inſt § ſeruus etiam alienus, Inſtit. eod. l.
legatum. 119 §. ſeruo ff. de leg. primo, l. ſi mihi,
& Titio. 57. §. fin. ff. de leg. 2. l. mortuo 21. ff. de
fideiuſſ. l. nouatio. 24. in fi. ff. de nouat. l. cum hæreditas. 9. C. depoſ. tit. Inſt. de ſtip. ſeruo. in prin.
Nam per hæredes, & hæredum hæredes in infinitum viuere, & noſtri memoriam quodamodo immortalem reddere credimur. At
48 legatarius non repreſentat defunctum, † quia
non ſuccedit in ius vniuerſum *l. quædam 9. §.*
nihil intereſt verſ. ſi autem ff. de edend. §. legata-
49 *rÿs, Inſt. de teſta. ord.* ideoq; † non poteſt dici
repreſentare perſonam, quæ, tamquam indiuidua debet in vniuerſum, non in ſingulis rebus, aut etiam per partes referri, *vt oſtendemus,*
in 8. cap. q. 4. num. 16. & ſeqq. Nil mirum igitur, ſi ad tempus rem habere poſſit.
50 Altera verò ratio eſt, quia, † ſi hæreditas ad
diem dari poſſet, vt plurimum ſequeretur illud inconueniens, quod teſtator decederet
pro parte temporis teſtatus, & pro parte inteſtatus, *vt oſtendimus in hoc cap. q. 17. num. 2.*

At hæc ratio cessat in legatis, & fideicõmis-
sis, quia, licet legatum, aut fideicommissum
extinguatur adueniente die, non tamen de-
cedet testator aliquo tempore intestatus: Nã,
aut post diem vocauit aliquem, & is, tanquã
veniens ex testamento efficiet, vt etiam post
tempus, & respectu illius relicti dicatur defũ-
ctus testatus decessisse. Aut verò post diem
neminem vocauit, & legatum, aut fideicom-
missum redibit ad hæredem, sine granatum,
vt diximus supra num. 10. qui, & ipse, tanquã
veniens ex iure hæreditario, quod ei ex testa-
mento delatum est, operabitur, vt defunctus,
etiam pro tali relicto, & pro sequenti tempo-
re censeatur testatus decessisse. *Ita ratiocina-
tur Imol. in d. l. hæreditas ex die, in fi.*

Hinc infertur, si testator instituat vxorem,
donec vixerit, siquidem post eius mortem
neminem vocet, perinde eam haberi, ac, si
simpliciter fuisset hæres instituta, quia detra-
cta mentione temporis simplex, & perpetua
manet institutio, *vt diximus in hoc cap. q.* 17. *nu.*
10. adeo, vt ne per fideicommissum quidem
censeatur grauata hæreditatem venientibus
ab intestato restituere, *vt diximus ibi num.* 16.
nisi contrarium voluisse testatorem, ex ver-
bis, aut coniecturis colligatur, *secũdum ea, quæ
diximus ibi num.* 19 *& seqq.* Si verò vocet aliũ,
fieri quidem eam perpetuò hæredem inspe-
cto iure directo & per consequentias hæredi-
tatem ad suos hæredes ipso iure trãsferre, sed,
quia censetur grauata eam post mortem suã
substituto restituere, *vt ibi diximus num.* 64.
ideo cum onere fideicommissi censeri etiam
ad suos hæredes eam transmisisse. At, si fun-
dum, vel etiam hæreditatis portionem lega-
uerit vxori, donec vixerit, cessare transmissio-
nem etiam inspecto iure directo, quia, cum
vxor ipso iure desinat esse legataria propte
rea, quod eius legatum censetur ipso iure ex-
tinctum, *vt diximus supra num* 3. Consequẽs
est, vt illud ad suos hęredes trãsferre nequeat.
51 †*Et ita in specie distinguit Duran. de art. test. d. tit.*
4. *caut.* 5. *n.* 2. siue post eius mortẽ alius vocatus
sit, siue non: Nã, si sit vocatus legatũ ad eum
pertinebit, *vt diximus supra n.* 7. si verò non sit
vocatus, redibit ad hæredem, *vt diximus n.* 10.

Hinc de duobus dubitari potest, & primo,
si is, qui post vxoris mortem vocatus est, mo-
riatur viua vxore, & sic pendente conditione
relicti, debeat id, quasi factum caducum, vxo-
re postea mortua, ad hæredem testatoris reuer
ti, an verò apud ipsius vxoris hæredes rema-
nere. Et est verius non remanere apud hære-
des vxoris, sed debere redire ad hæredem te-
52 statoris. † *vt scribunt Duran. d. titul.* 4. *caut.* 5.
num. 2. *vers. & notandum est. Ceph. d. cons.* 158.
num. 55. *vers. Item non negat, Pereg. cons.* 44. *in
fi. vol.* 5. *tametsi contrarium, & malè scripserit de
fideic. d. articul.* 32. *num.* 78. *vers. contraria*, quia
53 †legata, vel fideicommissa, quæ deficiunt,
manent apud eos, a quibus sunt derelicta, &
sic apud grauatos, *vt dicemus in* 9. *cap. q.* 1. *nu.* 9.
Sed, quando testator relinquit alicui legatũ,
non simpliciter, sed donec vixerit, & post eius
mortem vocauit alium, posterius legatum
non censetur relictum a primo legatario, sed
54 ab hærede testatoris. † Ergo apud hunc, non
apud illũ remanere debet. Non censeri autẽ a
primo legatario, sed ab hærede testatoris reli-
ctũ posterius legatũ, pbatur multipliciter, &

55 Primo, quia † fideicommissum censetur ab
eo relictum, qui amoto granamine rem esset
56 etiam post tempus habiturus † *l. codicillis.* 34.
in prin. vers. quæsitum ff. de vsufr. leg. l. 2. *versic.
nam hæres ff. ad Treb. Et in specie declarat Zãch.
in d. l. hæredes mei* 57 *§. cum ita, part.* 10. *num.* 66.
vers. 2. *dicas ff. ad Treb. Christ. Mart. Med. d.
decis.* 4. *num.* 28. Sed, quando testator legat ali-
cui rem, donec vixerit, & post eius mortem
vocat alium, amoto posteriore granamine,
seu relicto, non esset rem habiturus primus le
gatarius, siue ipsius hæres, sed hęres testatoris,
quia primum legatum per aduentum tempo-
ris censeretur ipso iure extinctum, & deberet
redire ad hęredem, *vt diximus supra num.* 3. *&*
10. *Et in specie declarat Zanch. d. part.* 10. *nu* 67.
Ergo fideicommissum non a primo legata-
rio, sed ab hærede testatoris cẽsetur relictum.
57 Secundo probatur, quia, † si fideicommis-
sum censeretur relictum a legatario, post cu-
ius mortem alius vocatus est, censeretur hic
primo substitutus, & eius vocatio substitutio
d. l. hæredes mei. 57. *§. peto a te ff. ad Treb. & di-
ximus in hoc cap. q.* 3. *n.* 122. Atqui non cẽsetur
substitutus, sed de nouo vocatus, & dispositio
non cẽsetur substitutio, sed noua vocatio, seu
nouum legatum, *vt ostendimus supra nu.* 8. *&* 9.
Non debet igitur cẽseri a legatario relictum.
58 Tertio probatur, quia † fideicommissum
non potest intelligi ab eo relictum, qui rem
non habet, nec habere potest: Nam, cum con-
tineat onus restitutionis, quæ, quasi priuatio
præcedentem supponit habitum, Consequẽs
est, vt non possit ei censeri impositum, qui rẽ
non habet, nec habere potest. At, cum alicui
relinquitur legatum, donec vixerit, secuta
morte, & sic finito legato, nõ potest amplius,
aut legatarius, aut eius hæres censeri habere
rem, quippe, quæ ipso iure desijt eius esse, &
transijt in dominium hæredis, *vt diximus su-
pra num.* 24 Ergo non a legatario, sed ab hęre-
de debet censeri relictum posterius legatum.

Hinc intelligimus primo, differre legatum
59 ab hæreditate, † quia si vxor instituatur, do-
nec vixerit, & post eius mortem substituatur
tertius, qui moriatur viua vxore, hæreditas
pleno iure, & irreuocabiliter manebit apud
vxorẽ, siue ipsius hęredes, *vt diximus in hoc cap.
q.* 17. *num.* 47. At, si legatum sit vxori relictũ,
donec vixerit, & post eius mortem alius vo-
catus sit, etiamsi posterior legatarius moria-
tur viua vxore, eaq; ratione legatum ei reli-
ctum caducetur, non tamen ea defuncta po-
terunt eius hæredes legatum retinere, sed ne-
cessariò tenebuntur illud hæredi relinquere,
vtpote, ad quem post vxoris mortem reuerti
debuit, *vt diximus supra nu.* 52 *& seqq.*
60 Ratio autem diuersitatis est, quia, † quando
vxor est instituta, donec vixerit, censetur hæ-
res permanere, etiam post mortem, cum hę-
reditas ad tempus dari non possit, ita, vt, qui
semel hæres factus est, post tempus desinat
hæres esse directò, *vt diximus in eadem q.* 17.
num. 78. *& seqq.* ideoq; non potest ab ea, siue
eius hæredibus hæreditas auferri, nisi iure fi-
deicommissi, per quod censeatur grauata hę-
reditatem post mortem suam substituto re-
stituere, *vt diximus ibi num.* 74. vnde, quia gra-
uamen censetur ei iniunctum, ideo nil mirũ,
si fideicommissum, quod per mortem substi-
tuti factum est caducum, apud eam, quasi
apud

apud grauatam remanere debeat. At, quando vxor non est instituta, sed accepit legatũ, quousque vixerit, post mortem non remanet ampliùs legataria, quia legatum ipso iure extinguitur, & perinde habetur, ac, si pro futuro tempore factum non esset, *vt diximus supra num. 3. & 4.* Ergo fideicommissum non potest cẽseri ab ea relictum, sed potiùs ab hærede, & per consequentias nõ debet apud eam, quasi apud grauatam, siue ipsius hæredes remanere, sed debet, quasi extinctum redire ad hæredem testatoris *secundum ea, quæ supra diximus*

Secũdo ex hoc intelligimus magnam esse differentiam, vtrum alicui simpliciter relinquatur legatum, aut fideicommissum, & grauetur post mortem suam id tertio restituere, an verò relinquatur, donec vixerit, & post eius
61 mortem vocetur alius: † Nam primo casu si posterior fideicommissarius moriatur viuo legatario, & sic pendente conditione fideicommissi, eaq; ratione fideicommissum ipsũ fiat caducum, remanebit apud eundem legatarium, quasi apud grauatum, & ab eo transmittetur ad hæredes *l. si quis Titio. 17. ff. de leg. 2. & diximus in q. præced. num. 56.* At posteriore casu mortuo legatario redibit ad hæredem, & apud eum, quasi apud grauatum intelligetur fideicommissum remansisse, *secundum ea quæ diximus supra num. 52. & seqq.*

62 Ratio autem diuersitatis est, quia, † quãdo primum legatum relinquitur simpliciter, nõ est temporale, sed perpetuum, & transmissibile, licet eum onere fideicommissi, ideoque si fideicommissum caducetur, & sic onus extinguatur, remanet perpetuum, & transmissibile simpliciter. At, quando legatum relinquitur ad tempus, puta, donec vixerit legatarius, tale relictum non est perpetuum, sed temporale, quia adueniente tempore finitur, *vt diximus supra num. 3.* ideoq; non potest ad hæredes transferri, vtpote, ad quos non transeũt ea, quæ cum persona extinguuntur *l. 3. §. fin. ff. quib. mod. vsusfr. am.* Et quamuis post eius mortem vocatus sit tertius, qui defecerit, nõ tamen propter hoc primum legatum debet fieri perpetuum, & transmissibile, quia † quẽadmodum non esset transmissibile, si nullus post eius mortem vocatus esset, ita etiam nõ debet esse transmissibile, si vocatus sit aliquis, qui defecerit, quia paria sunt, non esse vocatum aliquem, vel vocatum, sed sine effectu *vt ostendimus in hoc cap. q. 9. numer. 19. & dicemus etiam in 10. cap. quæst. 23. num. 3. & seqq.* Denique, cum † sequentis vocatio non fiat per modum fideicommissi, seu fideicommissariæ substitutionis, sed per modũ translationis, *vt diximus supra num. 8. & 9.* Consequens est, vt, licet ea locum non habeat, non tamen primus, aut eius hæres rem habere possit, quia ademptio, quæ per translationem fit, durat, etiamsi translatio sit inutilis, vel effectum nõ habeat † *l. plane. 34. in prin. ff. de leg. pri. l. & , si trãsferam. 20. ff. de adim. lega.* scilicet, quia † à priuatione ad habitũ nõ datur regressus *l. Moeuius. 68. §. duorũ ff. de leg. 2. l. q. res. 98. §. areãff. de solut.*

Secundo dubitari potest, an, si hæres, ad quem post legatarij mortem debet redire legatum, præmoriatur, debeat illud ad hæredis hæredem pertinere, an verò potiùs remanere apud hæredem legatarij. In hac aũt quæstione constat, octo esse distinguendos casus, quorũ

Primus est, quando tractamus de legato rei non transmissibilis, puta de legato vsusfructus, Et tunc res caret dubio: Nam, licet hęres testatoris præmoriatur, certum tamẽ est, mortuo postea legatario rem ad hæredis hæredẽ
67 redire † *Ita in specie scribunt Ceph. d. cons. 158. num. 1. Men. d. cons. 273. num. 23. vers. 2. & nu. 24. vers. Primus est casus, Rota apud Farin. in recoll. decis. 162. nu. 5. part. 2.* Idque procedere, siue testator simpliciter reliquerit vsumfructum, siue durante vita legatarij, &, siue expressim cauerit, vt post legatarij mortem redeat ad hæredem, vel ad hæredem infrascri-
68 ptum, siue non, † *vt patet ex d. l. generali. 32. §. 1. ff. de vsufr. lega. & in specie declarant Ceph. d. cons. 158. num. 1. & 29. & Pereg. d. cons. 52. nu. 6. vol. 2. & voluit etiam Rota apud Farin. d. decis. 162. num. 5. part. 2.* Nam, cum talis reuersio, non fiat iure substitutionis, seu testamentarię vocationis, sed iure consolidationis, scilicet,
69 quia † vsusfructus morte vsufructuarij finitur, & cum proprietate consolidatur. *§. fin. Inst. de vsufr. l. sub conditione. 60. ff. eod. Paul. lib. 3. sent. tit. 6. §. vsusfructus. Et in proposito considerat Ceph. d. cons. 158. nu. 2.* & hoc ius non sit perso-
70 næ, sed rei: † Est enim ius proprietatis, quippe, quæ, tamquam principale, trahit ad se vsumfructum, tamquam accessorium, eaq; ratione rem sequitur, & ad eos transit, ad quos ipsa res
71 transfertur † *d. l. generali 32. §. 1. ff. de vsufr. leg. & scribunt Castr. in d. l. Titia. 35. § fin. num. 1. vers. In text. ibi ff. de leg. 2. Soc. Sen. d. cons. 102. nu. 10. vers. ex quibus infra vol. 3. Ceph. d. cons. 158. num. 6. Men. d. cons. 273. num. 24. vers. Primus est casus. Christ. Mart. Med. d. decis. 4. nu. 14. vers. Ratio est.* Consequens est, vt debeat etiam transire in hæredem hæredis, vt pote, ad quẽ res ipsa, nempe proprietas transfertur.

Secundus verò casus est, quando tractamus de legato, vel fideicommisso rei transmissibilis, puta fundi, vel alterius proprietatis, aut nudæ, aut plenæ, quam testator alicui reliquit, donec vixerit, nec aliud adiecit, Et tũc, si eo adhuc superstite decesserit hæres testatoris, & quæramus, an post legatarij mortem debeat relictum redire ad hæredem hæredis, an verò potiùs remanere apud hæredem legatarij, videretur primo aspectu dicendum, debere apud legatarij hæredem remanere,
72 † quia, cum hoc videatur esse fideicommissum à legatario relictum hæredi post mortẽ
73 ipsius legatarij, † & sic sub conditione, si tunc temporis viuet hęres, *secundum ea, quę diximus in q. præced. num. 5?.* Consequens videtur, vt hærede pręmortuo, & ita caducato fideicommisso res debeat apud legatarium quasi apud grauatum, & per consequentias apud eius hęredes remanere. *Ita arguunt Castr. in d. l. fin. num. 3. & ibi Alex. num. 4. vers. quærit C. de legat. Castr. in d. l. Titia 35. § fin. num. 1. vers. In text. ibi ff. de leg. 2.* Esse autem fideicommissum hæredi relictum a legatario post ipsius mortẽ, videtur probari *d. l. Titia. 35. §. fin. ff. de leg. 2.*
74 vbi, † cum testatrix prohibuisset filiæ, eidẽq; hæredi ne maritum in dote, & corporibus in dotem datis molestaret, additis his verbis; *Erunt enim post mortẽ eius tua, & filiorũ tuorũ,* & præterea multa alia codicillis legasset eidẽ marito, *vt, quandiu viueret haberet*, nec aliud adiecisset, Modestinus respondit, filiam post mortem mariti petere posse fideicommissũ, non

non solum earum rerum, quæ extra causam dotis relicta fuerant, sed etiam ipsius dotis. Itaque supponit, nullam fuisse dubitationē, quin hæres petere potuerit fideicommissum earum rerum, quę extra causam dotis fuerant codicillis relictę marito, ita, vt quandiu viueret, illas haberet, & sic, quin filia, ad quā post legatarij mortem redire debebat legatum, quod illi relictum erat, quandiu vixisset, veniret iure fideicommissi; sed dubitatum fuisse circa dotem, & res in dotem datas, vt pote, in quibus testator simpliciter prohibuerat maritum molestari durante vita non addito restitutionis onere, sed simpliciter adiectis illis verbis enuntiatiuis; *Erunt enim post mortem eius tua, & filiorum tuorum.* Verum ex voluntate testatoris censeri etiam harum rerum iniūctam restitutionem. Ergo probat hic locus, hæredem, ad quem post legatarij mortem redire debet legatum, quod relictum est, donec vixerit legatarius, venire ex causa fideicommissi, quod legatario iniunctum est; *Quod etiam voluit Dec. d. cons. 597. num. 3.* Quo fit, vt, si eo adhuc viuo moriatur hęres, debeat fideicommissum fieri caducum, & per consequentias apud legatarium, tamquam apud grauatum remanere, *secundum ea, quę supra diximus.* Et ita videtur probari *l. in causa. 17. §. Pompo-*
75 *nius ff. de minor.* vbi Pomponius † refert, *Cum quidam hæres rogatus esset fratris filiæ complures res dare ea conditione, vt, si sine liberis decessisset, restitueret eas hæredi, & hac defuncto hærede, hæredi eius cauisset, se restituturam, Aristonem putasse, in integrum restituendam; Sed, & illud Pōponius adiecit, quod potuit incerti condici hæc cautio, etiam a maiore: Non enim ipso iure, sed per condictionem munita est:* Nam hic ideo legataria debuit in integrum restitui, vel potuit cautionem condicere, quia promiserat, se restituturā res legatas hæredi hæredis, quod facere non tenebatur, quia, cum hæres, cui res erant restituendæ, post ipsius mortem, prædecessisset, censebatur caducatum fideicommissum, & ideo promissio tamquam facta sine causa potuit condici.

Sed hoc non obstante verius, & receptius est, redire ad hæredem hæredis, non autem
76 apud hæredem legatarij remanere. † *Ita enim censuerant Bart. in d. l. Titia. 35. §. fin. num. 2. vers. Quæro, quid, si tempore, & ibi Bald. vers. Quæro. & Castr. num. 1. vers. In text. ibi, vbi subijcit, debere quem hoc sibi digito alligare, quia nullus habebit de facto, seq; vidisse solemnes viros errare, in hoc non cōsiderantes, & sequitur ibi Pic. num. 17. in prin & vers. Nam tunc. Idem censuerunt Castr. in d. l. vlt. num. 3. & ibi Alex nu. 4. vers. Quæris, ad quem se remittit Ias. num. 5. C. de legat. Castr. in d. l. si a me 29. num. 2. ff. ad l. Falc. Alex. in d. l. paterfa. 46. num. 4. vers. Non obstat, quod not. ff. de vulg. & cons. 92. num. 2. & 8. vers. Non obstat etiam vol. 3. & d. cons. 172. nu. 1. & 11. vers. Nec obstant vol. 5. Soc. Sen. d. cons. 102. nu. 10. vers sed posito, & vers. confirmatur, vol. 3. Ruin. d. cons. 69. num. 5. vers. Et idem vult. vol. 2. Paris cons. 21. num. 44. & cons. 97. num. 8. vol. 2. Rip. in l. hæredes mei. 57. §. cum ita, nu 67. ff. ad Treb. Duran. de art. test. tit. 6. caut. 60. nu. 2. Ceph. d. cons. 158. num. 6. & 14. & cons. 472. num. 12. 31. & 84. Men. d. cons. 273. num. 24. & 26. Mantic. d. decis. 19. num. 1. 2. & 3. vers. sed in casu, vbi refert, ita fuisse a Rota decisum Pereg. de fideic. d. artic. 32. n. 76. & d. cons 52. n. 4. vol. 2. Christ. Mart. Med. d. decis. 4. num. 13. vers. Secundum fuit.* Probatur autem hæc sententia.

77 Primo, quia, † cum in hæredem hæredis transeat hęreditas, *l. vn. §. in nouissimo C. de cad. toll.* Consequens est, vt transeant etiam omnia iura, omnesq; res hæreditariæ, siue res quę in hæreditate continentur *l. 1. §. Scæuola ff. si is, qui test. lib. ess. iuss. fuer. l. in fideicommissaria. 18. §. quoties ff. ad treb.* Sed legatum ad tempus relictum, & propter aduentum temporis extinctum censetur res hæreditaria, siue res, quæ continetur in hæreditate, vt pote ad quā redit *vt scribunt Pic. in d. l. Titia. 35. §. fin num. 16. vers. Ex quo pondera, & nu. 17 Paris d. cons 97. num. 5. vol. 2. Ceph d. cons. 472. num. 84. Pereg. de fideic. d. art. 32. num. 76. & d. cons. 52. nu. 4 vol. 2.* & cum qua consolidari dicitur, *vt patet ex ijs, quæ diximus supra num. 14. & in his terminis scribunt Castr. in d. l. si a me. 29. num. 2. ff. ad l. Falc. Pic. in d. l. Titia § fin. nu 17.* Debet igitur in hæredis hæredem transire. *Ita arguit Castr. in d. l. vlt. num. 3. C. de legat.*

78 Secundo probatur, quia † hęredis hæres succedit in id omne, quod pertinet ad hære
79 dem, tamquam hæredem † *l. cum ita liber. 93. §. ex his verbis ff. de cond. & dem. l. si peculium. 20. § hæredi, & l seruus, si hæredi. 34. in prin. ff. statul.* Sed legatum, quod tempore extinctū est, pertinet ad hæredem, tamquam, hæredē, *vt scribit Soc. Sen. d. cons. 102. num. 11 vers. vlti-*
80 *mo, vol. 3.* quia † testator, qui ad tempus relinquit, & eo modo vult, post tempus rem redi re ad hęredem, non respicit ad personam, sed
81 ad ius hæreditarium, † *vt declarant Bart. in d. l. Titia. 35 §. fin num 2. vers. quæro quid, si, & ibi Pic. nu. 17. in prin. & vers. & dicitur habere. Soc. Sen. d. cons. 102. num. 11. vers. vltimo vol. 3. Dec. d. cons. 597. num. 4. Paris. d cons 97. num. 5 vol. 2. Ceph. d. cons. 158. num 6 & 26. vers. his igitur, & num. 32. & d. cons. 472. num. 12. Men. d. cons. 273. num. 24. Mantic. d. decis. 19 num. 2 Rota apud Farin. d. decis. 162 num. 5. part. 2. Pereg. de fideic. d. art. 32. nu 76. & d. cons. 52. n 4 vol 2. Christ. Mart. Med. d. decis. 4. n. 14. vers. ratio est.* Ergo hęredis hęres debet etiam in id succedere. *Ita arguit Castr. in d. l. vlt num 3. C. de legat.*

82 Tertio probatur, quia † iura realia, non solum in hæredem, sed etiam in hæredis hęredem, & alium quemcunque successorem
83 transferuntur † *l. 1. §. permittitur ff. de aq. quot. & æst. l. non solum. 8 §. tale legatum. vers quoties ff. de lib. lega. l. in omnibus causis. 69 ff. de reg. iur.* Sed reuersio legati, quod ex voluntate testa-
84 toris finitur tempore, realis est, † quia respicit hæreditatem, & sic rem, *vt patet ex ijs, quæ diximus supra num. 14. & 77.* Ergo non solum in hæredem, aut hæredis hæredem, sed etiam in quemlibet alium successorem, penes quē hęreditas ipsa, vel directò, vel vtiliter repene-
85 tur, transire debet. † *Et ita etiam scripserant Castr. in d. l. Titia. 35. §. fin. num. 1. vers. In text. ibi ff. de leg. 2. Soc. Sen. d cons. 102. num. 10. vers. sed posito, vol. 3. Paris. d. cons. 21. num. 44. vol. 2. Ceph. cons. 158. num. 6. & 26. vers. his igitur, & num. 32. & d. cons. 472. num. 84. & 108. Pereg. d. cons. 52. num. 4. vol. 2. & de fideic. d. art. 32. nu. 76. Christ. Mart. Med. d. decis. 4. n. 14. vers. Ratio est.*

86 Quarto, & vltimo probatur, quia † reuersio legati extincti est similis reuersioni vsufructus, *vt scribunt ij, quos retulimus supra num.*

14.

14. Quamobrem & ipsa dicitur fieri per mo-
dum consolidationis, *vt patet ex ijs, quæ*
ibi diximus. Atqui vsusfructus, quoties extin-
guitur, non solum reuertitur ad hæredem, vel
hæredis hæredem, sed etiam ad legatarium,
vel quemlibet alium singularem successorē,
penes quem reperitur proprietas, & eius com-
modo cum proprietate consolidatur, *vt dixi-*
mus supra num. 71. Ergo idem dicendum est,
& de legato, quod ex voluntate testatoris fi-
nitur tempore, & ad hæreditatem reuertitur.
Ita arguit Christ. Mart. Medic. d. decis. 4. nu. 14.
Neq, obstat *l. in causa.* 17. *§. Pomponius ff.*
7 *de minor*, quia procedit, † quando testator
simpliciter alicui rem legauit, & postea gra-
uauit legatariū, vt post mortem suam rem le-
gatā hæredi restituat, vel simpliciter cauit, vt
post legatarij mortē res ad hęredē reuertatur:
Nam tunc verum est, si hæres pręmoriatur,
non debere legatum restitui hęredi hæredis,
sed debere remanere apud ipsum legatariū,
3 & per consequentias apud eius hæredes. †*pro-*
ut declarat gl. in d. §. Pomponius, in verb. hæredi
eius, & scribunt etiam Castr. in d. l. Titia. 35. §.
fin. num. 1. uers. In text ibi ff. de leg. 2. & in d. l. si
a me. 19. num. 2. ff. ad l. Falc. Alex. in l. Gallus. 29.
§. etiam si parente, in fin. ff. de lib. & post. in l. pa-
terfa. 46. num. 4. uers. ex his infero ff. de uulg. &
in d. l. ult. num. 4. uers. quæris C. de legat. & d. cons.
173. num. 1. in fi. uol. 5. Ias. in l. cum filios. 11. nu.
25. ff. de leg. primo, Rip. in d. l. hęredes mei 57. §. cū
ita, num. 67. ff. ad Treb. Soc. Sen d. cons. 102. nu.
10. uers. & respondet. uol. 3 Rum. d. cons. 69. num.
5. uers. & ubi etiam uol. 2. Paris. d. cons. 21. num.
44. uol. 2. Ant. Gabr. in d. tit. de hæred. inst. concl.
2. num. 4. et 6. Duran d. tit. 6. caut. 60 num. 1.
Ceph. d. cons 158. num. 8. uers Tertius, et num.
28 et d. cons. 472 num. 13. Men d. cons. 273 nu.
27. Mantic. d decis. 19. num. 2. uers. Neq; obstat
Perег. de fideic. artic 32. num. 75. et cons. 52. nu.
3. uol. 2. Christ Mart. Medic d. decis. 4. num. 22.
Nec obstat, si dicatur, hæredis appellatio-
ne venire etiam hæredem hęredis, quoties te-
stator de hærede mentionem facit † *l. in an-*
nalibus. 22. C. de legat. quia respondeo, id pro-
cedere, † quoties facit mentionem de hærede
alterius, vt cum ait lego centum annua Ti-
tio, & eius hæredibus: Nam, quia non cense-
tur id facere propter aliquam affectionem,
quam specialiter habeat ad primum Titij hę-
redem, cum ignoret, quis sit futurus, ideo cen-
setur, non tantū de primo, sed etiam de vlte-
riore hærede sensisse. Coeterùm, quoties mē-
tionem facit de hęrede proprio, tunc, aut eū
vocat ad rem, quæ amota vocatione ad eum
non pertineret, prout euenit, cum hæredem,
vel pupillariter filio substituit, vel per fidei-
commissum substituit alij, Et est verius, ap-
pellatione hæredis non venire, nisi primum
hæredem, idest. hæredem scriptum † *l. qui li-*
beris. 8 §. hæc uerba ff. de uulg. §. substituitur, Inst.
de pupill. quia † testator censetur ad id facien-
dum motus affectione, quā habeat ad hære-
dem scriptum, *ut ait Pereg. de fideic. d. artic. 32.*
num. 75 quę cessat in hęrede hæredis, quippe,
qui incertus est & incognitus testatori, † *ut in*
proposito scribit Paulus in l. sciendum. 70. ff. de
uerb. sign. Quamobrem dicitur venire, non
ex iudicio testatoris † *d. l. qui liberis. 8. §. hæc*
uerba ff. de uulg. sed fortuito † *l. sed et si sit 6. ff.*
de leg. 3. & necessitate quadam successionis
96 † *l. 1 § non solum ff. de leg. nom. cau. Ita respon-*
dendo declarant Alex. in d. l. fin. num 4 uers. Nec
ad hoc obstat C. de legat et in d l. paterfa. 46 num.
4. uers. Non obstat ff. de uulg. et d. cons. 173. nu.
11. uers. Item fallit, uol. 5. Ruin. d cons. 69 nu. 5.
uers. et respondet uol. 2. Soc. Iun. in d. l. cum filios.
11. in prin. num. 24. uers. Secundo dico ff. de leg.
primo, et Ceph. d. cons. 158. num: 11. et 12. Aut
verò vocat ad rem, quę etiam amota expressa
vocatione esset ad eum peruentura, Et tunc
verissimum est, appellatione hæredis venire
etiam hæredem hęredis, *ut patebit ex ijs, quæ*
dicemus infra num. 138. Sed hic non versamur
in his terminis, quia supponimus, testatorem
non ad tempus, sed simpliciter legatum reli-
quisse, quo casu, nisi expressim substituisset
hæredem post mortem legatarij, non esset ad
eum peruenturum legatum, sed, tamquam
perpetuū, & transmissibile ad hęredes legata-
rij pertineret. At, cū legauit alicui rem, non
simpliciter, sed donec vixerit, tunc etiamsi
hæres, ad quem ea post legatarij mortem de-
beret reuerti, pręmoriatur, nihilominus redi-
bit ad hæredem hæredis. *secundum ea, quæ di-*
ximus supra num. 76. Ita distinguunt Castr in
d. l. fin. num. 3. et ibi Alex. num. 4 uers. quæris C.
de legat. Castr. in d. l. Titia. 35. §. fin nu. 1. uers.
In text. ibi ff. de leg. 2. Alex. in d. l paterfa. 46. nu.
4. uers. Non obstat quod not. ff. de uulg. et d. cons.
173. num. 1. et 2. uol. 5. Paris. d. cons 21. num. 44.
uol. 2. Soc. Sen. d. cons. 102. num. 10. uers et respon-
det, uol. 3. Ceph. d. cons. 158 num. 6. et 8. uers. Ter-
tius, et num. 54. et 57. Mantic. d. decis. 19. num. 2.
uers. Neq; obstat, et nu. 3. Pereg. de fide c. d. artic.
32. nu. 75. et 76. et d. cons. 52. num. 3 et 4. uol. 2.
Christ. Mart. Medic. d. decis. 4. num. 13. uers. Se
cundum fuit, et num. 22. et seqq.
97 Ratio autē diuersitatis est, quia † primo ca-
su legatum sui natura non est temporale, sed
perpetuū, & trāsmissibile *ut scribunt Castr. in*
d. l ult. num. 3. et ibi Alex. num 4. uers. Quæris C.
de legat. Alex. d cons. 173. num. 2. uol 5. Rum. d.
cons. 69. num. 5. uers. et idem uult uol. 2. Mantic.
d. decis. 19. num. 3. ideoq; ad illud non potest
98 hæres venire, nisi iure fideicommissi † *l. si a*
me. 19. ff. ad l. Falc. & scribit Alex. in d. l. paterfa.
46. num. 4. uers. Non obstat, quod not. ff. de vulg.
quod, quia est conditionale, tamquam colla-
tum post mortem legatarij, & sic in diem in-
certum, qui conditionem in testamento facit
l. 1. §. dies, & l. hæres meus. 78. in prin uers. hæres
meus, & l. dies incertus. 74. ff. de cond. & dem.
ideo fit caducum, si hæres viuo legatario, &
sic pendente conditione moriatur *l. vn. §. fin*
autem aliquid sub conditione C. de cad. toll. Quo
fit, vt apud eundem legatarium, tamquam
grauatum, & per cōsequentias apud eius hæ-
redes remanere debeat. *secundum ea, quę supra*
diximus. Ita ratiocinatur Ceph. d. cons. 158 n. 9.
At posteriore casu legatum censetur tempo-
rale, cum adueniente tempore finiatur, &
perinde habeatur, ac, si pro futuro tempore
factum non esset, *vt diximus supra nu. 3. & 4.*
ideoq; ad illud non venit hęres, vt fideicom-
missarius, sed, vt hęres, & iure hęreditario, tāq̃
ad rē, quę in hæreditate continetur, *vt ostendi-*
mus supra. n. 77. & 80. Vnde, quia hæreditas, &
quicquid in hæreditate cōtinetur, trāsit in hę-
redis hæredē, & successiuè in alios hęredes, *vt*

*diximus supra nu.*77. ideo fit, vt & huiusmodi
legatū transire debeat, licet hæres decesserit
ante, quā legatū sit extinctū. *Ita ratiocinantur
Cast. in d. l. vlt. n. 3. & ibi Alex. n. 4. vers. Quęris
C. de legat.* Et ita sūt intelligēdi, qui scripserūt,
hæredē hęredis in hac specie nō venire ad le-
gatū vigore trāsmissionis, sed virtute tēpora-
litatis insertæ primo legato, quod tēpore fini-
99 tū est, † *vt Bald. in d. l. Titia. 35. §. vlt. vers. quęro
ff. de leg. 2. Alex. in d. l. fin. in fi. C. de legat. & d. cōs.
92. n. 2 vol. 2. & d. cons. 173. n. 1. vol. 5. Rip. in d. l.
hęredes mei 57. §. cū ita n. 67. ff. ad Treb. Paris. d.
cōs. 21. n. 44. vol. 2. Pereg. d. cōs 52. n. 4. vol. 2. Ceph.
d. cōs. 158. n. 6. & d. cōs. 472. n. 12. Men d. cōs. 273.
n. 26. Mātic. d. decis. 19. n. 2. Christ. Mart. Med. d.
100 decis. 4. n. 14.* Nō enim sēiūt † de ea trāsmissio-
ne, quæ fit per cōsequentias trāsmissę hęredi-
tatis, in qua legatū, quasi finitū, cōtinetur, sed
sētiūt de trāsmissione specialis dispositionis,
quę sub cōditione vocat hęredē, prout euenit,
cū testator simpliciter vocat hęredē post mor
tē legatarij: Nā, quia legatū ad tēpus relictū
nō redit ad hęredē, quasi substitutū, sed quasi
hæredem, ideo hæres eius non censetur ad
illud venire virtute transmissionis, idest vir-
tute alicuius substitutionis in se trāsmissę, sed,
quia propter adiectionem temporis finitum
est, ideo reuertitur ad hæredē, & quasi res hę-
reditaria simul cum alijs rebus, quę in hęre-
ditate continentur, ad eum transfertur, penes
quē hæreditas reperitur, *vt supra dictum est.*

Neq; obstat *l. Titia. 35. §. vlt. ff. de leg. 2.* vbi
Modestinus vult, hæredem ex fideicommissi
causa venire, quoties legatum alicui relictū
est, donec vixerit, quia respondent nonnulli,
fideicommissum illud, de quo loquitur Mo-
101 destinus, † non esse personæ, sed hæreditatis,
quia testator, qui legatum ad tēpus relinquit,
& eo modo vult, illud post tempus redire ad
hæredem, non censetur respicere ad personā,
sed ad hęreditatē, siue ius hęreditariū, *vt diximus
supra nu. 81. Ita respondet Ceph. d. cons. 158. n. 8.*

Verum hæc responsio mihi non probatur,
102 † Primo, quia fideicommissa personis, nō hæ-
reditati relinquuntur, ideoq; quod in hære-
ditate relinquitur, vel ad hæreditatem reuer-
titur, dicitur ab hęrede capi, tamquam hęrede
l. 1. §. si quis ex mortis, vers. qui vero ff. quo. lega.
& sic iure hæreditario, non verò iure fideicō-
missi *l. quod autem. 74. & l. seq. ff. ad l. Falc. & in
specie scribit Castr. in d. l. si a me. 29. num. 2. ff ad l.
Falc.* Qua ratione distinguuntur ea, quæ ca-
piuntur iure fideicommissi, ab ijs, quæ capiū-
tur iure hæreditario *in l. in quartam. 90. ff. eod.
& §. vlt. Inst. de inoff. test.* Secundo, quia Mo
103 destinus ibi † pacificat speciem, in qua testa-
trix legatum reliquerat ad tempus, ei, in qua
simpliciter vocauerat hæredem post mortē
legatarij, saltem verbis enuntiatiuis, & ait,
vtroq; casu potuisse hæredem petere fidei-
commissum. Atqui in specie, qua simplici-
ter hęredem vocauerat, fideicommissum non
hæreditati, sed personæ relictum intelligi-
tur. Ergo & in illa, qua legatum reliquerat
ad vitam, vt par & æqualis sit determinatio,
iuxta regulam l. iam hoc iure. 4. ff. de vulg.

Quamobrem verius est, locum illum esse
intelligendum † inspecto iure vetere, quo le-
104 gata non poterant ad tempus relinqui *d. l.
obligationū fere. 43. §. placet ff. de actio. & oblig.
d. l. vlt. C. de legat.* Nam, quia non censebantur
ipso iure extincta, ideo non poterant ad hæ-
redem redire, nisi iure fideicommissi, *vt in d.
l. Titia § fin. & patet ex ijs quæ diximus in hoc
cap. q. 3. num. 53.* Coeterùm hodie, quo Iusti-
niani constitutione cautum est, vt etiam ad
tempus relinqui possint, & aduenientε tem-
pore, quasi extincta redeant ipso iure ad hę-
redem, magis est, vt is non iure fideicommis-
si, & sic, quasi substitutus veniat, sed quasi hę-
res ad rem, quæ iterum hæreditati subijcitur,
& in ea cōtinetur, *secūdū ea, quę supra diximus.*

Tertius casus est, quando testator reliquit
alicui legatum, donec vixerit, & expressim
cauit, vt post eius mortem reuertatur ad hę-
redem, vel restituatur hęredi, qui solus est, nec
expressit eius proprium nomen, aut aliquam
dictionem relatiuā, quę proprij nominis vi-
ce fungatur, sed simpliciter eum nominauit
hæredem, Et tunc. quia concurrit legati tem-
poralitas cū expressa hæredis vocatione, ma-
ior est dubitatio, nunquid eo præmortuo res
debeat ad hæredis hæredes redire, an verò
apud hæredes legatarij, quasi apud hæredes
grauati remanere. In hac autem quæstione
pleriq; censuerunt, non redire ad hęredes hę-
redis, sed apud legatarij hæredes remanere.
105 † *Ita enim censuit Fulgo. cons. 70. vbi constituit
differentiam inter eam speciem, qua testator sim
pliciter legat ad vitam legatarij, & eam, qua subij-
cit, vt post mortem rei ad hæredem reuertatur: Nā
priore casu, quia testator de certo hærede non co-
gitauit, ideo censet procedere dispositionem l. vlt.
C. de legat. & ea omnia, quæ diximus in pręceden-
ti casu. At posteriore casu, quia cogitauit de hære-
de instituto, & sic de hærede certo. ideo putat, non
venire, nisi primum hæredem. Eiusdem opinionis
fuerunt Alex. d. cons. 173. num. 11. vers. Nec ob-
stant vol. 5. & Pic. in d. l. Titia. 35. §. vlt. nu. 17.
vers Ex quo videtur, & nu 18. vers. Tu vero cōsi
dera ff. de leg. 2.* Mouentur autē, vt ita sentiant.

Primo, quia in substitutionibus appella-
tione hæredis non veniunt hæredis hæredes
106 † *l. qui liberis. 8. §. hæc verba ff. de vulg. §. substitui-
107 tur, Inst. de pupill.* scilicet, quia † testator, qui
disponendo vocat suum hæredem, censetur
de eo intelligere, quem instituit, & ad quem
habuit affectionem, tamquam a se cognitū,
non autem de hærede hæredis, qui incertus
est, & incognitus ipsi testatori, quippe, qui
ignorat, quis sit futurus *l. sciendum. 72. ff. de
verb. sign. & in specie declarat Corn. cons. 69. nu.
5. vers. Nec obstat, vol 4. nosq; diximus supra
num. 93.* Sed in proposito tractamus de sub
stitutione, quia testator, qui post legatarij
mortem vocat hęredem, censetur eum per fi-
108 deicommissum substituere † *d. l. Titia. 35. §.
fin. ff. de leg. 2.* Ergo appellatione hæredis non
debent venire hæredis hæredes.

Secundo mouentur, quia prouisio expres-
109 sa facit cessare tacitam † *l. cum ex filio. 39. §.
filio ff. de vulg. l. fin. C. de pact. con.* Sed voca-
tio hæredis facta a testatore est prouisio ex-
pressa: Est enim substitutio expressim facta in
casu, quo legatarius moriatur, *vt supra dictum
est.* Debet igitur facere cessare tacitā, quæ sci-
licet ex simplici tēporis limitatione resultat.

Tertio facit, quia inclusio vnius est alte-
110 rius exclusio † *l. cum Prætor. 12. in prin. ff. de
iudic. cap. nonne, extr. de pręsumpt.* Sed hic te-
stator

statot vocando hæredes non includit omnes, sed eos tantum, qui in testamento scripti sũt, vt pote, de quibus sensisse intelligitur *d.l. qui liberis. 8. §. hæc verba ff. de vulg.* Ergo censetur alios omnes, & sic etiam hæredum hæredes, qui non sunt in testamento scripti, exclusisse.

Quarto videtur hæc pars ea ratione confirmari, quia, quoties in persona vnius limitatur dispositio fauore, & contemplatione alterius, si is deficiat, cessat limitatio, & dispositio perinde habetur, ac, si simpliciter facta
111 fuisset, † vt ecce, si testator vnum instituat hæredem vniuersalem alterum verò in re certa, & huic iubeat, vt sit tacitus, & contentus rebus datis, nec vlterius quicquam petere possit, & ita limitet eius institutionem respectu rei, quia censetur hoc facere fauore, & contemplatione hæredis vniuersaliter instituti, ideo, si is non adeat hæreditatem, & sic deficiat, cessat illius limitatio, & perinde admittitur ad totam hæreditatem detracta mentione rei, ac, si simpliciter fuisset ex certis rebus institutus, *vt est frequentior dd. opinio, sicuti ostendemus in* 10. *cap. q. 19. nu.* 17. Sed quando testator legat alicui rem, donec vixerit, & ita limitat eius vocationem respectu temporis, censetur hoc facere contemplatione hæredis, *vt scribit Alex d. cons. 92. num. 8. uers. Non obstant etiam vol.* 3. vtpote, ad quem vult, rem post illius mortem redire, adeo, vt etiamsi hoc non exprimat, tacitè tamen id sensisse intelligatur *d.l. Titia. 35. §. fin. ff. de leg.* 2. Ergo, si hæres deficiat, prout deficit, cum viuo legatario præmoritur, debet cessare legati limitatio, & per consequentias legatum, tamquam factum simpliciter, debet censeri perpetuum, & transmissibile, ita vt etiam post legatarij mortem possint eius hæredes illud retinere.

Quinto, & vltimo videtur hæc pars conuinci ea ratione, quia, aut hęredes hæredis venire volunt iure transmissionis, & sic ex persona defuncti, & non possunt, quia cum defunctus fuerit vocatus per fideicommissum, quod erat conditionale, Consequens est, vt eo præmortuo non potuerit censeri transmissum ad hæredes, *ex ijs, quæ diximus supra n.* 73. Aut verò venire volunt iure consolidationis quę ex legati temporalitate proficiscitur, & sic ex persona propria, tanquã habẽtes hæreditatem, cum qua fit consolidatio, & nec etiam possunt, quia, cum illa temporalitas non fuerit adiecta fauore ipsorum, sed tantũ fauore, & contemplatione hæredum institutorum, *ut supra dictum est*, Consequens est, vt eis non debeat proficere, sed præmortuo hærede, quasi cessante persona, cuius contemplatione fuit adiecta, debeat pro non facta haberi.

His tamen non obstantibus verius, & receptius est, præmortuo hærede legatum debere ad eius hæredes redire, non autem apud lega-
112 tarij hæredes remanere. † *Ita enim censuerunt Soc. Sen. d. cons.* 102. *num.* 10. *vers. Igitur in casu, vol. 3. Paris. d. cons. 2. num. 44. vol. 2. Ant. Gabr. d. lib. 4. tit. de hæred. inst. concl. 2. num. 5. Soc. iun. in d. l. cum filiof. 11. in prin. num. 24. versic. Tu tamen ff. de leg. primo, vbi ait, hoc esse notandum, & menti tenendum, & ita alias, se consultum respondisse, & obtinuisse. Idem censuerunt Ceph. d. cons. 158. num. 26. vers. His igitur, & num. 27. & 28. vers. si verò legatum, & d. consil. 472. nu. 12. & 14. Mantic. d. decis. 19. num. 4. Pereg. de fideic. d. art. 32. num. 78. vers. contra, & d. cons. 52. num. 5. vers. contra, vol. 2. Christ. Mart. Med. d. decis. 4. num. 18. Et fuit de mente eorum, quos retulimus supra num. 88. dum respondent ad l. in causæ 17. §. Pomponius ff. de minor. ideo ibi legatum non debuisse restitui hæredi hæredis, quia testator non ad tempus, sed simpliciter illud reliquerat, & grauauerat legatarium vt post mortem suam id hæredi restitueret. Cæterùm, si legatum fuisset temporale, puta, quia testator dixisset, lego Titio fundum, donec vixerit, debuisse præmortuo hærede restitui hæredi hæredis, vt pote ad quẽ ius consolidationis transfertur: Et tamen in specie d. §. Pomponius testator expressim vocauerat hæredem post mortem legatarij. Ergo senteunt, temporale legatum debere ad hæredis hæredes trãsire, etiamsi testator expressim cauerit, vt post legatarij mortem redeat ad hæredem, vt rectè animaduertit Soc. Sen. d. cons. 102. num. 10. vers. Nõ hoc idem, vol 3. Eiusdem opinionis fuerũt ij, quos referemus in sequenti casu: Nam, si hoc admittunt, quando testator vocauit hæredem sub nomine proprio, vel alio, quod proprij nominis vice fungatur, quanto magis censendi sunt, id admittere, quando vocauit hæredem sub simplici hæredis nomine, cum facilius hæredis hæredes venire possint sub nomine hæredis, quam sub nomine Titij!* Probatur autem communis hæc sententia, quam puto verissimam hisce fundamentis, &

113 Primo, quia † quando testator legat alicui rem, donec vixerit, & postea cauet, vt post illius mortem redeat ad hæredes, talis adiectio non valet, sed habetur pro non facta, & perinde est, ac, si testator simpliciter legatum ad legatarij vitam reliquisset. Atqui, si legatũ simpliciter ad vitam reliquisset, post legatarij mortem rediret ad hęredes præmortui hæredis, *vt dictum est in 2. casu.* Ergo debet ad eos redire, etiamsi testator expressim vocauerit hæredem. Maior autem illa probatur multipliciter, &

Primo, quia expressio eius, quod tacitè inest,
114 nihil operatur † *l. hac verba 3. ff. de leg. prim. l. hæredis aditio. 7. §. tractare, & l. si dies. 21. §. 1. ff. quand. dies leg. ced.* sed perinde habetur, ac,
115 si facta non fuisset † *l. si Titio. 22. §. 1. ff. eod.* Censetur enim facta dubitationis tollendæ
116 causa † *l. quę dubitationis. 82. ff. de reg. iur.* Idque adeo verum est, vt procedat, non solum, si certum sit, esse expressionem eius, quod tacitè inest, sed etiam, si dubitetur, quomodo possit intelligi facta, an scilicet eo modo, quo tacitè inest, an verò modo diuerso: Adhuc enim in dubio censetur facta eo modo, quo inest
117 tacitè, & sic causa tollendæ dubitationis † *d. l. si Titio. 22. §. 1. vers. & idem ff. quand. dies leg. ced. Et in specie declarat Ruin. cons. 114. num. 3. vol. 4.* Atqui vocatio hæredis ad legatũ, quod per mortem legatarij finiri debet, est expressio eius, quod tacitè inest, quia, etiamsi non exprimatur, nihilominus testator censetur tacitè id voluisse, eo ipso, quod legatũ reliquit ad tempus *d. l. Titia 35. §. ult. ff. de leg. 2. d. l. ult. C. de legat. & nos diximus supra num.* 12. Ergo nihil debet operari, sed perinde haberi, ac, si

facta non fuisset. Ita arguunt Soc. Sen. d.cons.
102 num. 11. uol. 3. Paris. d. cons. 21. num. 44. uol.
2. Ceph. d. cons. 158. nu. 37. & 38. Pereg. de fideic.
d. artic. 32. num. 78. uers. Item, quia, & d. cons. 52.
num. 5. uers. contra. Christ. Mart. Med. d. decis. 4.
num. 18. uers. potest enim.

Secundo probatur maior, quia, si valeret,
haud dubiè deberet valere, aut iure legati, aut
iure fideicommissi, Et ita sentiunt contrariæ
sententiæ sectatores, dum putant, hæredem censeri
uocatum per fideicommissum, ideoque illud non
transmittere, si præmoriatur, uti uidere est apud
eos, quos retulimus supra nu. 105. At qui neu-
118 tro iure valere potest, † quia, aut volumus, id
valere, quasi relictum a legatario, Et hoc dici
non potest, quia, cum per eius mortem cen-
seatur ipso iure finitum legatum, non potest
legatarius censeri grauatus præstare, aut resti-
tuere id, quod amplius non habet, nec habe-
re potest, ut ostendimus supra nu. 58. Quamo
brem vocatio alterius facta post illius mortẽ,
non dicitur substitutio, sed translatio legati,
seu noua dispositio, nouumq; legatum, ut di-
ximus supra nu 8. & seq. Aut verò volumus
id valere, quasi relictum ab hærede, siue ab
hæreditate, ad quam redire debet legatum
extinctum, & cum ea consolidari, Et multo
minus hoc dici potest, quia hoc esset legatũ,
aut fideicõmissum relictum hæredi a se met
119 ipso, quod iure non potest valere † l. planè. 34.
§. si duobus, & l. legatũ. 119. §. 1. ff. de leg. primo,
120 ne idem sibi ipsi obligetur, † l. cum filiofa. 11.
ff. de leg. primo,

Nec dicas, hoc procedere, quando legatũ
relinquitur hæredi priùs, quam res sit ab hæ-
reditate separata, & in alterius dominium
translata, secus verò, quando semel fuit ab-
stracta ab hæreditate, & translata in legata-
rium, quia tunc potest etiam eadem res relin-
121 qui hęredi † l. si a me. 29. ff. ad l. Falc. quia hoc
verum est, si legatum simpliciter sit alicui re-
122 lictum † ita, vt sui natura censeatur perpetuũ,
non temporale: Nam tunc, quia legatarius
amoto fideicommisso rem esset perpetuò
habiturus, ideo fideicommissum potest ab
eo relinqui, etiam hæredi: Nec enim tunc
censebitur ei relictum a se met ipso, quia, cũ
res non sit in hęreditate, sed in patrimonio
legatarij, non potest fideicommissum cense-
ri relictum ab hæreditate, & per consequen-
tias ab hęrede qui hæreditatem habet, sed
censebitur relictum a legatario, a cuius patri-
monio debet extrahi, secus verò, si legatum
sit alicui relictum, donec vixerit, ita, vt tem-
pore finiti debeat; Nam tunc, quia debet re-
uerti ad hęreditatem, & cum ea consolidari,
ut scribunt Paris. d. cons. 21. num. 44. & 45. uol.
2. Soc. Iun. in d. l. cum filiof. 11. in prin. num. 24.
uers. Tu tamen ff. de leg. prim. ideo non potest
censeri relictum a legatario, qui rem ampliùs
non habet, sed debet censeri relictum ab hæ-
reditate, cum qua consolidatum est, siue ab
hærede, qui hæreditatem habet, & ab ea non
distinguitur. Vnde, quemadmodum hæredi
non potest legatum, aut fideicommissum re-
linqui a se ipso, ita, neq; ab hæreditate, quia,
quod ab hæreditate relinquitur, ab ipso hære-
de, qui hæreditatem habet, relinqui intelligi-
tur: Nam, vt hæreditas nondum adita functũ
123 hæredem representat † l. nouatio. 24. in fin. ff.
de nouat. ita, & hæres aditam representat hæ-
reditatem. Qua ratione dicimus, hæredita-
tem, & hæredem pro vna, eademque perso-
124 na reputari † l. hæres, & hæreditas 22. ff. de usu-
cap.

Neq; in hoc constituenda est differentia,
vtrum res initio sit hæreditaria, an verò po-
stea hæreditaria fiat, quia semper eadem mi-
litat ratio, idemq; subest identitatis personę
illius, a quo, & cui relictum est, impedimen-
tum. Quamobrem, vt initio non potest idem
sibi ipsi obligari, ne in eadem persona con-
125 currant actio, & passio † contra l. si quis pro eo.
57. §. 1. & l. Vranius. 72. ff. de fideiuss. l. qui homi-
nem. 34. §. quidam ff. de solut. ita confunditur, &
resoluitur obligatio, si ex post facto idem in-
116 cipiat esse, & debitor, & creditor † l. sicut. 75.
& l. Stichum. 95. §. aditio ff. de solut. Et, quemad-
modum rei suæ non potest esse seruitus, quo-
ties idem initio est dominus prædij dominã-
127 tis, & prædij seruientis † l. in re communi. 26. ff.
de seru. vrba. prædio. l. cum essent. 33. in fi. ff. de
seru. rust. prædio. l. quicquid. 10. ff. comm. prędio.
ita, & rectè constituta resoluitur, si, qui vnius
prædij dominus est, alterius quoq; prædij do-
128 minium ex post facto nanciscatur † l. 1. ff.
quemad. seru. am. l. si quis ædes. 30 in prin. ff. de
seru. vrb. prædio. l. legatum. 110. §. fin. ff. de leg.
primo, l. Papinianus. 18 ff. de serutt. Et de vtroq.
constat ex l. quicquid. 10. ff commu. prædio: Idẽ-
titas enim personæ ita ex post facto concur-
sum passionum impedit, vt initio. Vnde,
quemadmodum legatum, aut fideicommis-
sum, quod hæredi a se ipso relictum est ini-
tio, non valet, nec capitur iure legati, aut fi-
129 deicommissi, sed iure hæreditario † l. 1. §. si
quis ex mortis ff. quo legat. ita etiam valere nõ
debet, quod ex post facto incipit esse relictum
hæredi a se ipso, & non iure legati, aut fidei-
commissi, sed iure hæreditario capi intelli-
130 gitur † l. si a seruo. 20. ff. ad l. Falc. §. an seruo;
vers. quod si in eadem. Inst. de legat. Quamobrẽ
etiam in specie, qua testator vocat hæredem
ad legatum, quod per legatarij mortem fini-
ri debet, dicitur ad ius hæreditarium, non ad
131 hæredis personam respicere † uti uidere est
apud Paris. d. cons. 21 nu. 45. uol. 2. Ceph. d. cons.
158. num. 43. uers. Nono. Pereg. d. cons. 52. nu. 5.
uers. Contra uol. 2.

Secundo verò principaliter probatur hæc
sententia, quia, dato etiam, quod vocatio hę-
redis posset valere iure fideicommissi, adhuc
tamen idem est dicendum: Nam, quoties ex-
pressa testatoris dispositio coniungitur cum
iure reali, sumit eius naturam, & secundum
132 eam regulatur, † vt patet ex institutionibus,
& substitutionibus, quæ, quoties coniungun-
tur cum iure accrescendi, quod est reale, secũ-
dum illius naturam regulantur, ut ostende-
mus in 9. cap. de institutionibus q. 18. num. 1. De
substitutionibus uero q. 32. num. 1. & q. 38. nu. 1.
Quamobrem, licet aliàs institutio, vel substi-
tutio non transmittatur, si hęres scriptus pen-
dente conditione decesserit, l. liber homo 59 §.
si ita scriptum ff. de hæred. inst. l. qui liberis. 8. §.
hęc uerba. & l. sed. si plures 10. in prin. ff. de uulg.
Transmittitur tamen, si sit coniuncta cum
iure accrescendi, l. qui patris. 59. in prin. ff. de
acq. hæred. Et latè dicemus in eodem 9. cap. de in-
stitutione q. 30. De substitutione uero q. 35. et q. 39.

Sed,

Sed, quando teſtator vni legauit rem, donec
vixerit, & poſt eius mortem vocauit hæredē,
talis diſpoſitio, ſeu vocatio cenſetur coniun-
cta cum iure conſolidationis, quod eſt reale,
133 † ſcilicet, quia tunc diſpoſitio cenſetur cum
alio iure coniuncta, cum in eandem perſonā
vtrunq; ius concurrit, nēpe ius expreſſę voca-
tionis, & ius vocationis tacitę, id eſt, eius voca
tionis, quę etiā amota expreſſa cōpeteret vo
cato *l. ſi quis hęres 35. in prin. ff. de acq. hæred. &
nos latè oſtendimus in eodem 9. cap. q. 16. & ſeqq.*
prout euenit in ſpecie propoſita, vt pote, in
qua legatū iure cōſolidationis rediret ad hę-
redē, etiam ſi teſtator eum expreſſim non vo-
caſſet, *vt diximus ſupra num.* 11. Ergo talis vo-
catio debet aſſumere naturam conſolidatio-
nis, & ſecundum eam regulari, & per conſe-
quentias ita debet ad hæredes tranſmitti, vt
tranſmittitur ius conſolidationis, *ſicuti oſten-
dimus ſupra num.* 71.

Tertio, predicta confirmantur ea ratione,
quia valet argumentum a coniuncto ad hæ-
134 redem, & cōtra † *l. nam. ſicut 36. ff. ad l. Aquil.
l. ſimiles. 32. ff. de mil. teſt. l. ſi hæres. 3. ff. de man.
vind.* Nam, quemadmodum ea, quę deficiunt
coniuncto accreſcunt, ita etiam remanent
apud hæredem *l. vn. §. in primo, §. pro ſecundo,
& § ſin autem aliquid ſub conditione C. de cad.
toll.* Et, quemadmodum coniuncto pars ac-
creſcit ipſo iure, ita etiam ipſo iure remanet
penes hæredem, *vt patebit ex ijs, quæ dicemus in
8. cap. q. 1. num 2. & q. 2. num.* 1. Deniq; vt ea,
quæ coniuncto accreſcit, retrofingitur eius
fuiſſe ex die aditæ hæreditatis perinde, ac, ſi
tota res initio fuiſſet ei relicta *l. ſi dominus.
17. §. 1. & l. quia retro. 35. ff. ad l. Aquil.* ita etiā
ex die aditæ hæreditatis retrofingitur fuiſſe
hęredis ea, quæ penes illum remanet *l. ſeruū
filij. 46. §. 1. l. ſi tibi homo. 88. §. cum ſeruus ff. de
leg. primo, l. quędam. 15. ff. de reb. dub. l. proinde.
8. ff. ſi cert. pet. & d. l. nam, ſicut. 36. in prin. ff. ad
l. Aquil.* Atqui cōiunctus ſi expreſſim voce-
tur ad eam portionem, quam etiam amota
vocatione eſſet habiturus, & præmoriatur,
eam tranſmitit ad hæredes *d. l. liber homo. 39.
§. ſi ita ſcriptum ff. de hęred. inſtit. & nos latè oſtē-
dimus in d. cap. 9. q. 8. num. 35. & q. 3. num. 30. &
q. 2. num.* 39. Ergo, & hæres, ſi, expręſſim voce-
tur ad legatū, quod etiam amota vocatione
eſſet habiturus, & prędecedat, debet illud ad
hęredes ſuos transferre.

Quarto probatur, quia dato etiam, quod
vocatio valeret iure fideicommiſſi, & non
aſſumeret naturam conſolidationis, ſed re-
gularetur ſecundum naturam propriam, quæ
eſt, vt fiat caducum, ſi vocatus pendente cō-
ditione deceſſerit, eo tamen ipſo, quod fidei-
commiſſum deficit, debet legatum ad hære-
dis hæredes pertinere, non verò remanere
apud hęredes legatarij, Quod triplici cōuin
citur argumento, &

Primo, quia, vbi circa eandem rem duæ
concurrunt prouiſiones, vna generalis, & al-
tera ſpecialis, ſi ſpecialis deficiat, manet ge-
neralis, quippe, cui per ſpecialem inutilem
135 non cenſetur derogatum † *l. fin. §. fin. ff. de
aur. & arg leg. l. quæſitum. 12. § ſi quis fundum
ff. de fund. inſtr. Iaſ in l. planè. 34. in prin num. 5.
ff. de leg. primo.* Et ſimili modo, vbi circa ean-
dem rem duo præcepta valida concurrunt,
licet vnum deficiat, remanet tamen alterum
136 † *l. Celſus. 28. §. 1 ff. de arbitr. Alex. in l. 1. §. nū-
tiatio num. 29. ff. de op. nou. nunt.* Sed in ſpecie
propoſita duæ circa eandem rem, nempe cir-
ca idem legatum temporale concurrunt pro-
uiſiones, duoq; præcepta, vnum generale,
quod ſcilicet legatum morte legatarij finia-
tur, & per conſequentias reuertatur ad hære-
ditatem, tranſeatq; in omnes, ad quos hære-
ditas transfertur, *vt diximus ſupra num.* 85. Al-
terum verò ſpeciale, vt reuertatur ad hære-
dem. Ergo, licet ſecundum prę̨ceptum, & ſpe-
cialis prouiſio deficiat eo ipſo quod hęres in-
ſtitutus, de quo fortè teſtator ſenſit, viuo le-
gatario deceſſerit, debet nihilominus rema-
nere prouiſio generalis, ſiue alterū prę̨ceptū,
ita, vt legatum adhuc finiri debeat, & cum
hæreditate conſolidari, & per conſequentias
in omnes tranſire, ad quos hęreditas transfe
retur. *Ita argnit Ceph. d. conſ. 158. num. 29. verſ.
3. & num. 30. & 44. verſ. Vndecimo, & n. 45. 50.
& 51. verſ. Nec; etiam negat.*

Secundo probatur, quia cum expreſſa hæ-
redis vocatio, effectum habere nequeat, eo,
quod hæres deceſſit viuo legatario, & ita fi-
deicommiſſum factum eſt caducum, Conſe-
quens eſt, vt perinde ſit, ac, ſi facta non fuiſſet
*ex ijs, quæ diximus in hoc cap. q. 9. num. 19. & di-
cemus in 10. cap q. 23. nu. 3. & ſeqq.* Sed, ſi facta
non fuiſſet, & teſtator ſimpliciter legatum ad
legatarij vitam reliquiſſet, poſt eius mortem
rediſſet ad hęredem, aut eo prædefuncto ad
ipſius hæredes, *vt oſtendimus in 2. caſu*. Ergo
debet etiā ad eos redire, ſi teſtator expreſſim
fecerit hæredis vocationem, quę effectum nō
habuerit.

Tertio probatur, quia fideicommiſſa, quæ
deficiunt, manēt apud eos, a quibus ſunt reli-
cta *d. l. vn. §. in primo, § pro ſecundo & § ſin autē
aliquid ſub conditione C. de. cad. toll. & dicemus
in 9. cap. q. 1. nu.* 9. Sed fideicommiſſum, quod
hęredi relictum eſt poſt mortem legatarij, cui
teſtator durante ipſius vita legauerat, non cē
ſetur relictum ab ipſo legatario, ſed ab hære-
ditate, vtpote ad quā ſlegatū finitū reuertitur,
&, cum qua conſolidatur, *vt patet ex ijs, quæ
diximus ſupra num. 4. & ſeqq. Et in propoſito
conſiderat Chriſt. Mart. Medic. d. deciſ. 4. nu. 27.
& 28.* Ergo debet apud eandem hæreditatem
remanere, & ſimul cum ea tranſire in omnes,
ad quos ipſa transferetur.

Quinto principaliter probatur, quia valet
argumentum a legato vſusfructus ad lega-
tum proprietatis, quod ad legatarij vitam re-
137 lictum eſt, † *vt patet ex ijs, quę diximus ſupra
num.* 14. Quemadmodum enim vſusfructus
morte vſusfructuarij finitur, & cum proprie-
tate conſolidatur, ita etiam finitur, & cum
hæreditate conſolidatur legatum, quod ali-
cui relictum eſt, donec vixerit, *vt ibi diximus.*
Sed, ſi vſusfructus alieni legetur hoc addito,
vt poſt mortem vſufructuarij redeat ad hære-
dem, nihilominus redibit ad hæredes hęredis
præmortui, *d. l. generali. 12. §. 1. ff. de vſufr. leg.
& nos diximus ſupra nu.* 68. Ergo debet etiam
ad eos redire legatum proprietatis, factum
legatario, donec vixerit, licet teſtator expreſ
ſim cauerit, vt, poſt legatarij mortē redeat ad
hęredē. *Ita ratiocinātur Ceph. d. conſ. 158. n. 29.
Chriſt. Mar. Medic. d. deciſ. 4. n. 14. verſ. Ratio eſt.*

Neq;

Neq; huic sententiæ obstant contraria: Ad primum enim respondeo, quod dicitur, in substitutione seu vocatione facta de hæcede, non venire hæredem hæredis, procedere,
138 † si vocatio sit simplex, secus verò, si sit coniuncta cum dispositione ad tempus limitata. *Ita respondet Ceph. d.conf.158.nu.57.uerf.Neq; obstat.* Nam tunc, quia talis vocatio, vel est inutilis, & nulla, vel, tamquam coniuncta cum iure consolidationis, quod est reale, nō alterat eius naturam, ideo non potest impedire, quominus hæredes hæredis venire possint ad legatum, siue dicamus, fideicommissum ad eos transmissum esse, siue caducatum: Nam, cum duplex circa eandem rem concurrat prouisio, vna generalis, quæ nascitur ex temporalitate, & competit hæredi, vt hæredi, ideoq; trāsmittitur ad quoscunq; hęredes, altera verò specia is, quæ nascitur ex speciali vocatione, & competit solis hęredibus institutis, licet prędicto hęrede deficiat specialis vocatio, ita, vt ex ea venire nequeāt hæredes hæredis, manet tamen generalis, quippe, cui per specialem inutilem non censetur derogatum, ideoq; eius vigore possunt hæredis hęredes ad temporale legatū admitti. *Ita ratiocinatur Ceph.d.conf.158.nu.57.verf. Neq; obstat.*

Ad secundum verò respondeo, id procedere, † quoties expressum est diuersum à tacito, vel respectu personarum, vt, quia tacitè vocetur vnus, expresse verò vocetur alius, *vt in d.l.cum ex filio.39 § filio ff.de vulg.* vel saltē respectu formæ, vt, quia expressio non sit facta eodem modo, quo tacitè inest, *vt in l. si ita legatum.68.§.illi, si volet ff de leg.primo.* Cęterùm, si expressum, nec ratione personarum nec ratione formæ sit a tacito diuersum, verius est, non facere cessare tacitum, sed eum eo coniungi, & secundum eius naturam regulari, *vt ostendimus in 2.& 3.fundamento*, vel, si cessare facit, hoc procedere, si expressum habeat locum, non etiam, si deficiat: Nam tunc perinde habetur, ac, si expressum non fuisset, *vt ostendimus in 4 fundamēto. Ita effectu respondet Ceph. d.conf.158.num.50.*
139

Ad tertium respondeo, negando testatorē vocantem hæredem ad legatum, quod morte legatarij finiri debet, includere solū hæredem scriptum, quia verius est, includere omnes hęredes, ad quos hęreditas est peruentura: Tunc enim solum censetur hæredem in-
140 stitutum includere, cum † vocat hæredem ad id, quod amota vocatione non esset habiturus, vt, cum hæredem pupillariter filio substituit, *vt in d.l.qui liberis 8 §.hec verba ff de vulg.* vel, cum per fideicommissum substituit hęredem legatario, si decesserit sine liberis, *vt in d.l.in causę 17.§. Pomponius ff. de minor.* Cęterum, cum vocat hæredem ad legatum, quod morte legatarij debet finiri, quia vocat ad id, quod etiam amota vocatione esset habiturus, magis est, vt non solum hæredem institutum, sed etiam omnes, ad quos hæreditas est peruentura includere censeatur, *prout ea, quæ supra diximus, quęq; non est necesse iterum repetere.*

Ad quartum respondeo, negando limitationem censeri factam contemplatione hæredis instituti, quia verius est, censeri factam contemplatione hæreditatis, & per consequentias eorum omnium, ad quos hæreditas
141 transferetur, † *vt respondendo declarat Ceph. d.conf.158. num.53.* Nam, quemadmodum testator, qui simpliciter legat alicui rem, donec vixerit, & ita vult, eam post legatarij mortem redire ad hęredem, *vt diximus supra nu. 12.* censetur ad hæreditatem, siue ius hæreditarium, non ad personam hæredis instituti respexisse, *vt diximus supra num. 81.* eaq; ratione legatum post legatarij mortem consolidatur cum hęreditate, & trāsit in omnes, ad quos hæreditas transfertur, *vt diximus nu.85.* ita etiam ad hereditatē, siue ius hęreditarium respicere censetur, quoties expressim cauet, vt post legatarij mortem redeat ad hęredem, *vt scribunt ij, quos retulimus supra num. 131.* scilicet, quia talis cautio est expressio eius, quod tacitè inest, ideoq; nihil operatur, *vt diximus post nu. 117.* Quamobrem, & in hac specie dicitur legatum cum hæreditate consolidari, *vti uidere est apud eos, quos retulimus nu.112.* & hęres, qui ad illud vocatur, dicitur venire iure hæreditario, *a Castr. in d.l. si ame 29. num.2.ff.ad l.Falc.* siue iure consolidationis, non etiam iure fideicommissi. Quo fit, vt etiam iure consolidationis transeat in hęredis hęredes, vtpote ad quos testatoris hęreditas transfertur. *Ita declarat Ceph d.conf.158. num.43.uerf.Nono.*

Nec obstat, quod in institutionibus limitatio, tam respectu rei, quam respectu temporis censeatur facta contemplatione hæredis scripti, ideoq; eo cessante, & ipsa cesset, quia respondeo, longè aliam esse rationem
142 institutionis, aliam legati:† Nam in institutione, nisi limitatio cessaret, tamquam facta contemplatione hæ edis scripti, resultaret vnum ex duobus absurdis: vel enim corrueret testamētū, & simul cū eo corrueret particularis institutio, *prout in simplicibus terminis limitate institutionis aut respectu tēporis, aut respectu rei, censuerunt ij, quos retulimus in hoc cap. q.17.num.29 & referemus in 10 cap.q. 17. num. 6.* vel, si testamentum deb ret sustineri, *prout frequentius alij censuerunt, vbi ostendimus in d.q. 17.num.31.& ostendimus etiam in d. cap. 10. q. 17. num. 3.* necessariò decederet testator, vel pro parte temporis, vel pro parte rei testatus, & pro parte intestatus, *vt ostendimus in d. q. 17.num.2.& d.cap.10.q.17. num.33.* quæ ratio cessat in legatis: Licet enim limitatio, quamuis facta contemplatione hæredis, non cesset præmortuo hęrede, non tamen, aut corruet testamentum, aut testator decedet partim testatus, & partim intestatus, siue spectemus rem siue tempus, scilicet, quia firmo manente testamento res illa redit ad hæredis hæredes, qui, tamquam in defuncti hęredis locum succedentes, & eum repręsentantes, efficiunt, vt testator cēceatur etiam in illa re perpetuò testatus decessisse. *Ita respondet Ceph. d. conf. 158. num. 53.*

Ad quintum, & vltimum responsio patet ex ijs, quæ supra diximus: Nam, siue dicamus venire iure fideicommissi, siue iure consolidationis, semper verum est, debere eos admitti, quia, si iure fideicommissi, ideò admitti debent, quia tale fideicommissum, tamquam coniunctum cum iure consolidationis

debet

debet eius naturam assumere, & ita transmitti, vt transmititur ius ipsum consolidationis *ut diximus supra num. 135.* Si verò dicamus, non admitti iure fideicommissi, sed simplici iure consolidationis, idem resultat effectus, quia, cum ius consolidationis non respiciat personam, sed rem, scilicet, quia, vt dictum est, testator adijciendo tempus legato non cẽsetur id facere cõtemplatione solius hæredis instituti, sed contemplatione hæreditatis, & sic omnium, ad quos hæreditas transibit, Cõsequens est, vt etiam ad eos omnes ius consolidationis transferatur. Et hoc, vt liberè loquar, nullum penes me dubium habet.

Quartus casus est, quando testator, qui legatũ alicui reliquit, donec vixerit, & expressim cauit, vt post eius mortem redeat ad hæredem, non vocauit eum sub simplici nomine hæredis, sed expressit eius nomen propriũ, vel solum, puta dicendo, & post mortem redeat ad Titium, quem, vel ante, vel post hæredem instituerat, vel simul cum nomine hęredis, puta dicendo, redeat ad Titium meum hæredem, vel ad infrascriptum meum hæredem, Et tunc res maiorem habet dubitationem: Nam pleriq; censuerunt, in hoc casu præmortuo hęrede nõ esse haud dubiè illius hæredes admittendos, sed debere legatum
143 apud hæredes legatarij remanere. † *Huius opinionis uidetur fuisse Bart. in d. l. Titia 35. §. ult. num. 2. ff. de leg. 2. eo ipso quod dixit, in secundo casu illius §. ideo uenire hęredem hæredis, quia testatrix, quæ simpliciter legauit marito, donec uixerit, & hoc modo declarauit, mentem suam esse, ut post eius mortem legatum redeat ad hęredem, censetur ad ius hæreditarium, non ad personam respexisse. Ergo in primo casu in quo nominatim vocauit filiam, dicendo, Erunt enim post eius mortem tua, & filiorum tuorum, & ita respexit ad personam, sentit Bart. non uenire hæredem hęredis, quia cessat ratio. Sed explicitè fuerunt huius opinionis Alexan. d. cons. 92. num. 4. & seqq. uol. 3. & d. cons. 173. num. 6. & seqq. & num. 11. uers. Nec obstant, uol. 5. Rip. in d. l. hæredes mei 57. §. cum ita nu. 69. ff. ad Treb. Anto. Gabr. d. lib. 4. comm. opin. tit. de hæred. inst. cõclu. 2. num. 8. Soc. Iun. in d. l. cum filiof. 11. in prin. nu. 24. uers. Tu tamen ff. de leg. primo, & d. cons. 54. nu. 8 uers. Istis, & num. seqq. pręcipuè num. 18. uers. nam dũ primo, uol. 4. Duran. de art. testa. d. tit. 6. caut. 60. num. 1. Men. cons. 1112. nu. 25. uers. respondetur, ubi ait, aduersus Ceph. stare receptam magis opinionem, & Mantic. d. decis. 19. nu. 3. uers. Neq; etiam obstat. & nu. 4. ubi, licet contrarium fuerit a Rota decisum, id tamen ideo factum est, quia prius fuerat expressum nomen hæredis. quam nomen proprium, & præterea ex coniecturis apparebat, testatorem proprium hęredis nomen expressisse non dispositionis limitandę sed personę demonstrandę gratia, ut ibi Rota consiaerat nu. 4 Cœterùm, in simplicibus terminis non negat Rota quin uocatis hæredibus infrascriptis censeãtur exclusi hęredis hęredes. Idipsum censuerunt Pereg. de fideic. d. art. 32. num. 79. & d. cons. 52. nu. 7. & seqq. uol. 2. ubi num. 10. in specie reprobat Ceph. contrarium tenentem.*

Mouentur autem, non solum ijs argumentis, quæ pro negatiua sententia retulimus in tertio casu. *nu.* 106 *& seqq.* quippe, quę multo fortiùs militant in hac specie, sed etiam, quia
144 † dato etiã, quod, vbi testator simpliciter vocauit hęredẽ, veniant etiam hęredis hęredes, *secundum ea, quæ diximus nu. 112. & seqq.* tamẽ, vbi vocauit eum nominatim, puta dixit, redeat ad Titium, vel ad Titiũ, seu fratrem hęredem, aliud videtur dicendum, quia testator, qui nominat hæredem videtur habere respectum ad personam, non ad ius hęreditarium,
145 † *vt considerant Rip. in d. l. hæredes mei. 57. §. cum ita, num. 69. & Pereg. de fideic. d. artic. 32. num. 79. & d. cons. 52. num. 7. vol. 2. Men. d. cons. 1112. num. 25. vers. respondetur.* Quamobrem, licet vocando hæredes simpliciter, censeatur
146 eos vocare pro portionibus hæreditarijs † *l. si in testamento. 5. l. qui liberis. 8. § fin. l. si pater 9. l. sed si plures. 10. in prin. l. si plures. 24. l. qui complures. 32 & l. cohæredi. 41. §. 1. ff. de vulgar. l. 1. Cod. de impuber. & al. subst. l. Lucius. 78. §. pater puerum, & §. Mœuia ff. ad Trebell.* tamẽ vocando nominatim censetur eos vocare viriliter, & ęqualiter, licet pro in ęqualibus
147 partibus fuerint hęredes instituti † *l. nonnunquam 24. ff. ad Trebell.* Et simili ratione, licet censeatur eos pro hęreditarijs partibus onerare, quoties sub nomine hęredum eos grauat, tamen, quoties grauat sub nomine proprio, censetur eos grauare viriliter, & æquali-
148 ter † *l. si hęredes nominatim. 127. ff. de leg. primo,* Idq; videtur in proposito dicendum, non solum, si testator nominatim vocauerit hęredẽ, sed etiam, si relatiuè vocauerit hæredem su-
149 pra, vel infrascriptum, † *ut in specie scripserunt Alex. d. cons. 173. num. 6. & seqq. & num. 11. uers. Nec obstant, uol. 5. Rip. in d. l. hęredes mei 57. §. cũ ita. num. 69. ff. ad Treb. Soc. Iun. in d. l. filiof. 11. in prin. num. 24 uers. Tu tamen ff. de leg. primo, Duran. d. tit. 6 caut 60. nu. 1. Mant. d. decis. 19. num. 3. uers. Neq; etiam obstat. Pereg. d. artic. 32. num. 79. & d. cons. 52. num. 8. uol. 2. Men. d. cons. 1112. num. 25. uers. respondetur.* Nam quia talis relatio vim nominationis habet, & facit, vt perinde sit, ac si vocatio sub proprio nomine
150 facta fuisset. † *ut scribunt Ruin. cons. 69. num. 5. uol 2. Rip. in l. filiusf. 117 § Diui. 2. num. 111. ff. de leg primo,* ideo videtur etiam operari, vt appellatione hęredis infrascripti non continea-
151 tur hæredis heres. † *ut scribunt Bartol. in d. l. qui liberis 8. §. hæc uerba, nu. 7 ff. de uulg. Imol. in l. si quis filiusf. 7. §. fin. vers. si autẽ testator ff. de acq. hęred. Alex. d. cons. 173. nu. 11. uol. 5. Soc. Iun. d. cons. 54. num. 10 & 11 uol. 4 Ruin. d. cons. 69. num. 4 & 5. uol 2. Dec. in l. qui per successionem 154. num. 4. uers. 2. regula & nu. 7. ff de reg. iur. Alex. in l. hęredis appellatione 65. num. 2. ff. de uerb. sign. Duran. d. tit. 6 caut. 60 num. 1. Men.*
152 *cons. 273. num. 22.* scilicet, quia † sub tali appellatione nõ continetur, nisi, qui scriptus est, *ut declarat Dec. cons. 465. num. 8. & cons. 513. num. 12. uers circa primam,* eiusmodi non potest dici hęres hæredis, cum scriptum non dicatur, nisi, quod legi potest, & corporeis oculis subijcitur *l. 1. § legi ff. de his, quæ in test. del.* quod de hęrede hęredis dici nequit, *ut in proposito ratiocinantur Bart. in d. l. qui liberis. 8 § hęc uerba, num. 7. ff de uulg Alex. d. cons. 173. nu. 6. uol. 5. Soc. Iun. d. cons. 54. num 9. & seqq uol 4. Rip. in d. l. filiusf. 117 § Diui 2 num. 111. ff. de leg. primo, Dec. in d. l qui per successionem 154. nu. 4. uers. 2. regula ff. de reg. iur. Duran. d. tit. 6. caut. 60. num. 1. Pereg. d. cons. 52. num. 8. uol 2.* Quamobrem,

mobrem, etiamsi simus in materia, in qua hæredis appellatione contineatur hæredis hæres, tamen, si sit facta mentio hæredis infrascripti, non continetur, eaq; ratione, licet prohibitio alienationis facta hæredibus comprehendat etiam heredes heredū, tamen eos non comprehendit, si facta sit hæredibus in-
153 frascriptis, † *ut post Bald. cons. 104. num. 1. uol. 5. docent Rip. in d. l. filiusf. 117. §. Diui. 2. num. 111. ff. de leg. primo, Tiraq. de retract. conuen. §. 1. gl. 6. num. 4. Soc. Iun. d. cons. 54. nu. 12. uol. 4.*

Verùm, quicquid censuerint supradicti, puto verius etiam in hac specie venire hæredes hæredis, non solum, si testator, & propriū, & hæredis nomen expressent, quo casu res minorem habet dubitationem, siue heredis nomen præcesserit, puta, quia testator dixerit,
154 redeat ad heredem meum Titium, † *in quibus terminis id etiam admittit Rota apud Mantic. d. decis. 19. num. 4 per l. cum ita da. in r. 93. § ex his uerbis ff de cond. & dem.* siue præcesserit nomē proprium, puta dixerit, redeat ad Titium, vel,
155 ad fratrem hæredē meum, † *ut uidere est apud Soc. Sen. d. cons. 101. num. 1. uers. Nam ad hoc respondeo, uol. 3. & Cepb. d. cons. 158. num. 27. & 28. uers. si uero legatum*, vel redeat ad infrascriptum meum hæredem, *ut apud Parif. d. cons. 21. num. 47. uol. 2. Cepb. d. cons. 158 nu. 26. uers. His igitur, & nu. 28 uers. si intro legatum, Christ. Mart. Medic. d. decis. 4. nu. 18. & in fi. ubi refert ita fuisse a Rota Senensi decisum.* Cum simplex heredis mentio denotet, testatorem ad ius hæreditarium, non ad personam respexisse, sed etiamsi expressent simplex nomen proprium, aut aliud, quod viee proprij nominis fungatur, puta dixerit, redeat ad Titium, vel ad fratrem, vel ad filium, quem in testamento
156 scripserat hæredem; † *Ita enim censuerunt Soc. Sen. d. cons. 10. num. 10. uers igitur in casu, & n. 11 uers. Nam ad hoc respondeo uol. 3. Cepb. d. cons. 158. num 51. & d. cons. 472. num. 16.*

Non moueor autem, vt ita sentiam *l. Titia, 35. § fin. ff. de leg. a.* vbi Modestinus par. for-
157 miter determinat † illam speciem, in qua testatrix dixerat, *Erunt enim post eius mortem tua, & filiorum tuorum*, & ita nominatim vocauerat filiam hæredem, ac eius filios, & eam, quia simpliciter legatum reliquerat marito, donec vixisset, ideoq; vt heredis heredes admittendi sunt in secūda specie, in qua nulla est dubitatio, ita etiam videantur admittendi in prima, vt par, & aqua esse determinatio, *prout arguit Cepb. d. cons. 158 nu. 43. uers. Nono & nu 50.* quia ex ijs, quę diximus *supra nu. 104. & latius dicemus infra num. 220.* facile est intelligere, nullam ad hoc esse vim eius loci, vtpote, qui loquitur inspectio iure antiquo, secundū quod legatū, ei ad legatarij vitam relictum non poterat ad hæredem reuerti beneficio fideicommissi, quod, tamdiu, nisi beneficio fideicommissi, quod, tamquam conditionale fiebat caducum, si hæres viuo legatario decessisset; Cæterùm hodie, quia legatum ipso iure extinguitur, & redit ad hæredem, non iure fideicommissi, sed iure consolidationis vbi testator simpliciter illud ad legatarij vitam reliquit, etiāsi nō expresserit, *ex d. l. ult. C. de legat.* longè aliud iuris est, ideoq; non est in illo loco vis aliqua constituenda, sed moneor.

158 Primo, quia, † etiam in hac specie militat illa ratio, quam consideraumus in casu precedenti, *num. 117.* scilicet, quia vocatio hęredis etiam nominatim facta est expressio eius, quod tacitè inest, cum, etiamsi testator nominatim heredem non vocet, nihilominus ad eum redire debeat legatum *d. l. fin. C. de legat. & diximus supra num. 111.* ideoq; nihil operari debeat, *ut in bis terminis arguunt Soc. Sen. d. cons. 102. nu. 11. uers. 3. & Cepb. d. cons. 158. nu. 37. & 38.* Etenim in ijs, quę tacitè insunt nihil interest, vtrum testator vtatur nomine
159 proprio, an verò nomine appellatiuo, † quod patet ex eo, quia, quemadmodum hęc verba, quisquis mihi heres erit, aut, si heres adierit hæreditatem, non faciunt legatum conditionale, ideo, quia continent expressionem eius quod tacitè inerat *l. aliquando. 106. ff. de cond. & dem.* ita etiam conditionale non faciunt hęc, si Titius heres erit, si hęreditatē adierit, ob eandem rationem *l. hæc uerba. 3. ff. de leg. primo, l. si Titio. 22. § 1 ff quand dies leg. ced.* Quamobrē etiāsi nominatim heres vocatus sit ad legatum, quod morte legatarij finiri debet, nihilominus debet censeri vocatus iure consolidationis & hæreditario, non iure fi-
160 deicommissi, † *ut scribit Cepb d. cons. 158. n. 29.* & testator, qui nominatim eum vocat, debet censeri ad ius hæreditarium, non ad personā
161 respexisse, † *ut declarat Cepb. d. cōs. 158. n. 43. uers. Nono, & n. 44. & 51.* Quēadmodū enim vsusfructus post mortē vsufructuarij redit ad proprietatem iure consolidationis, etiāsi testator expressim cauerit, vt redeat ad hæredem scriptum, ita etiam iure consolidationis, & hęreditario redire debet legatum, quod ad legatarij vitā relictum est, etiamsi testator adiecerit, vt post eius mortem redeat ad infrascriptū hęredem, *per ea quæ diximus supra num. 14. & 1.7. & in proposito ratiocinatur Cepb. d. cōs. 158. num. 29.*

Secundo confirmatur hoc ex eo, quia, licet regulariter appellatione heredis infrascripti non contineantur hæredis hæredes, *ut diximus supra num. 151.* hoc tamen fallit, quoties
162 eadem in omnibus ratio militat, † quod tunc demum accidere iure ligitur, cum nulla verisimilis affectio magis considerari potest in
163 herede scripto, quam in alijs, † *ut declarant Corn. d. cons. 69. num. 1. uers. Nec obstat. uol. 4. Dec. in d. l. qui per successionem. 154. num 4. uers. & hoc procedit ff. de reg. iur. Alcia in d. l. hæredis appellatione 65. num. 1. uers. uerum id ipse ff. de uerb. sign.* Atqui hoc euenit in proposito, quia testator eo ipso, quod reliquit legatū ad vitā legatarij, & ita voluit, post eius mortem legatum finiri, & ad hæreditatem redire, ita cēsetur dilexisse posteriores heredes, vt primūs Impinguando enim hæreditatem prospexit, omnibus, ad quos ea peruenire debet. Ergo, cum eadem in omnibus militet ratio consequēs est, vt heredis infrascripti appellatione etiam heredis heredes contineantur. *Ita arguit Cepb. d. cons. 158. nu. 44. & 57. uers. Neq; obstat.*

Tertio demos, quod testator nominatim vocando heredem, vel hæredem infrascriptū videatur ad eius personam respicere, & ita fideicommissum ei relinquere, non tamen heres poterit, id iure fideicommissi capere, sed iure consolidationis, & hęreditario, quia, cū tale

tale fideicommissum non possit censeri relictum a legatario, vtpote cuius legatum morte ipsius finitum est, sed necessariò debet censeri relictum ab hæreditate, cum qua legatū consolidari debuit, & per consequentias ab herede, qui hereditatem habet, Consequens est, vt non possit iure fideicommissi sustineri, sed necessariò debeat capi iure hereditario, *ex ijs, quæ diximus supra num. 118. & seqq.* Nec enim in ijs, quę heredi a semetipso relinquūtur, interest, vtrum relictum sit sub nomine heredis, an verò sub nomine proprio, sed neutro casu sustinetur, quia identitas personę, quę actionis, & passionis concursum non patitur, ita subest in specie, qua nominatus fuit heres, vt in ea, qua sub nomine heredis vocatus est. Quamobrem etiam, cum heres nominatim vocatus est ad legatum, dicitur ad id venire iure consolidationis, & hereditario, non etiā iure fideicommissi, *ut diximus supra nu. 160.* Vnde, quia, quicquid capitur iure hereditario, transit in heredis heredes, *ut diximus supra num. 77.* fit, vt debeat etiam transire legatum, quod legatarij morte finitum est, quamuis testator ad illud vocauerit heredem infrascriptum.

Neq; obstat, quod appellatione heredis infrascripti non veniant heredis heredes, quia hoc etiam procedit, † in substitutione simplici, *ut pote, de qua loquuntur dd. in contrarium allegati, prout rectè declarat Cepb. d. cons. 158. num. 58.* secus verò in ea, quę cum iure consolidationis est coniuncta; Nam tunc verius est, appellatione heredis infrascripti venire etiam heredis heredes, *per ea, quę supra diximus, quęq; non est necesse repetere.*

Hęc autem multo faciliùs procederent, si ex coniecturis appareret, proprium heredis nomen fuisse gratia demonstrationis expressum, non autem gratia limitandę, & restringendę, dispositionis: Nam tunc etiam contrarię sententię sectatores fatentur admitti heredis heredes, etiamsi testator vocauerit heredem infrascriptum, † *uti uidere est apud Mantic. d. decis. 19 num. 4. uers. 2. fuit responsum,* Coniecturę autem varię solent a nostris considerari.

Prima, si testator in alio casu simpliciter dixerit, se velle legatum redire ad heredem: Nam, quia in tali casu censetur eum vocasse, vt heredem, *sicuti ostendimus supra num. 131.* ideo licet in alio casu dixerit, se velle, vt redeat ad Titium, vel ad Titium hæredem, vel, ad infrascriptum heredem, nihilominus etiā in eo censebitur heredem, vt heredē vocasse, & sic ad ius hereditarium respexisse, † scilicet, quia vna pars testamenti declarat aliam *l. si seruus plurium. 53. § ult. ff. de leg. primo,* Quo fit, vt heredis heredes non censeatur exclusisse. *Ita scribunt Soc. Sen d. cons. 102. num. 11. uers. Nam ad hoc respondeo, uol. 3. Mantic. d. decis. 19. num. 4 uers. Itaq; in casu.*

Secunda verò quę consideratur, coniectura est, si testator heredi prohibuerit alienationem bonorum, addita ratione, quia voluit ea ad filios peruenire: Nam tunc, quia filios ad vniuersum vocauit patrimonium, ideo censetur etiam eos ad legatum, quod tertio reliquerat ad eius vitam, vocasse, non obstante, quod ad illud heredē nominatim vocauerit.

167 † *Ita scribunt Soc. Sen. d. cons. 102. num. 11. uers. Postremo, uol 3. & Mantic. d. decis. 19. nu. 4. uers. 2. id colligitur, Et faciunt, quę in similibus terminis dicemus infra num. 174.*

Quintus casus est, quando testator, qui legatum alicui reliquit, donec vixerit, plures habet heredes, & expressim cauit, vt post legatarij mortem res debeat ad heredes, & sic ad omnes heredes reuerti, Et tūc, si quęramus an debeat etiam ad hæredum heredes redire, puto multum referre, vtrum omnes heredes prędecesserint, an verò vnus tātum, aut duo: Nam, si omnes, certum est, mortuo postea legatario rem debere ad hæredum heredes pro rata portionis, quam vnusquisq; de hæredita-
168 te testatoris habet, pertinere, † *per ea, quę diximus in 3. casu, nu. 77. & seqq. & nu. 113. & seqq.* Idq; procedere, non solum, si testator simpliciter dixerit, se velle, vt redeat ad heredes, sed etiam, si ad infrascriptos hæredes, aut heredes
169 nominatim vocatos, † *per ea, quę diximus in*
170 *4. casu num. 154. & seqq.* quia, † cum specialis prouisio testatoris locum habere nequeat, eo, quod omnes ab eo vocati sunt premortui, Consequens est, vt locum habere debeat generalis, quæ ex simplici temporis limitatione nascitur, quęq; operatur, vt legatum, tamquam temporale post legatarij mortem extinguatur, & consolidetur cum hæreditate, & per cōsequentias transeat in omnes, ad quos hereditas ipsa transfertur, *secundum ea, quę diximus supra num. 135. & seqq.*

Quod, si nō omnes prędecesseri, vt sed aliqui ex ijs fuerint superstites, quo tēporę moritur legatarius, tunc refert vtrum superstites fuerint prędefunctorum portiones ex causa fideicōmissi cōsecuti, nec ne: Nam, si sint eas consecuti, prout, euenit, cū testator, hæredes institutos inuicem substituit, si quis eorum sine liberis decesserit, & substitutionis casus in premortuorum personis verificatus est, tūc certum est, non ad præmortuorum heredes, sed ad heredes institutos insolidum pertinere
171 † non solum, si testator dixerit, se velle, vt post legatarij mortem res redeat ad infrascriptos,
172 vel aliter nominatos heredes, † *in quibus terminis loquitur, et rectè consuluit Alex. qui in contrarium allegatur in simplicibus terminis quarti casus, in d. cōs. 92. n. 4 & seqq. vol. 3 et d. cōs. 173. n. 3. vol. 5. uti animaduertit Cepb. d. cons. 158. n. 56. et consuluit etiam Soc. Sen. d. cons. 102. num. 10. uers sed posito, et num. seq. uol. 3.* sed etiam si
173 simpliciter, vt redeat ad heredes: Nam † heredes, de quibus loquitur testator, illi tantum intelligendi sunt, qui vel immediatè, vel mediatè succedunt testatori, & eius sunt heredes *l. qui per successionem 155. ff. de reg. iur.* Atqui heredes hæredum premortuorum nō succedunt testatori, nec eius heredes dici possunt, quia, licet inspecto iure directo transierit in eos etiam testatoris hereditas, & hoc respectu dici possint heredes testatoris, tamquā heredes hæredum *ex regula l. ult. C. de hered. inst.* tamen, quia talis hereditas debuit ex causa fideicommissi restitui coheredibus substitutis, & eo modo desierunt effectu esse hæredes, ideo fit vt in proposito non possint cēseri hæredes testatoris, quia in iuribus realibus non spectamus nudum heredis nomen, sed rem, & effectum hereditatis. Itaq; iura,

quę

quæ tamquam realia rem sequuntur, non ad
eos pertinent, qui nudum hęredis nomen ha-
bent, sed ad eos, qui effectu sunt hæredes,
etiamsi non nomine, vt patet ex iure accre-
scendi, quod, vt reale, rem sequitur *l. si Titio.*
39. in fi. ff. de vsufr. Nam id nō competit gra-
uato, qui restituit hæreditatem, aut indigno,
cui ablata est hæreditas, sed fideicommissa-
rio, & fisco *l. Papinianus. 43. ff. ad Trebell. l. si*
totam 82. ff. de acq. hęred. & dicemus in hoc cap.
de fideicommissario q. 69. De fisco vero q. 66. Cū
igitur reuersio legati, quæ fit ex causa tempo-
ralitatis legato insertæ, & consolidationis
eius cum hæreditate, sit realis, & in eos tran-
seat, ad quos res ipsa, nempe hæreditas trans-
fertur, *vt diximus supra num. 85. & 133.* Con-
sequens est, vt non hęredibus hęredum prę-
mortuorum, tamquam nudum hæredum
nomen habentibus, sed cohęredibus substitu-
tis, & sic habentibus effectum hæreditatis te-
statoris pro portionibus cohęredum pręmor-
tuorum debeat reuerti legatum. *Ita eleganter*
ratiocinatur Ceph. d. cons. 158. num. 56. Quod
multo faciliùs dicendum erit, si ad hoc con-
174 currant coniecturę voluntatis testatoris, † pu-
ta, quia dixerit, se velle, legatum redire ad
hæredes, vel ad infrascriptos hæredes cum
conditionibus, & qualitatibus appositis in
institutione, *vt dictum fuerat in specie Alex.*
Nam, quia inter conditiones, & qualitates
adiectas institutioni repetitur substitutio, per
quam testator voluit, vt, si vnus ex hæredibus
sine liberis moriatur, partem suam restituat
cohæredibus, talis conditio censebitur etiam
in reuersione legati repetita, ita, vt, quemad-
modum mortuo sine liberis vno ex hæredi-
bus, debet eius portio restitui cohæredibus
respectu fideicommissi vniuersalis, ita etiam
debeat restitui respectu particularis legati,
quod post legatarij mortem ad eum reuerti
debuit, *vt considerant Alex. d. cons. 173. num. 9.*
vol. 5. & Ceph. d. cons. 158 num. 56. Et in simi-
libus terminis Soc. Sen. d. cons. 102. num. 11. vers.
Postremo vol. 3. & nos etiam diximus supra
num. 167.

At, si prædefunctorum, portiones ad eos
non peruenerint, vt quia non fuerint substi-
tuti, vel, si substituti, defecerit substitutio-
nis conditio, puta, quia præmortui decesse-
rint relictis filijs, tunc licet pleriq; censuerint,
non venire hæredum hæredes, etiamsi testa-
tor simpliciter vocauerit hæredes, & multo
minus, si vocauerit hæredes infrascriptos,
175 † *In qua sententia fuerunt Alex. d. cons. 173. nu.*
6. & seqq & num. 11. vers. Nec obstant, Duran.
d. tit. 6. caut. 60. num. 1. Ant. Gab. d. tit. de hęred.
inst. concl. 2. num. 8. Soc. Iun. d. cons 54. num. 8 &
seqq. pręcipue nu. 18. vers. nam, dum primo, vol 4.
Pereg. de fideic. d. artic. 32. num. 78. vers. Hoc
autem casu. ideoq; præmortui partē ad cohæ-
redes per ius accrescendi pertinere, motis ijs
argumentis, quę retulimus *in tertio, & quarto*
casu, verius tamen est, imo venire, & legatum
pro rata, quę spectabat ad hæredes præmor-
tuos, non ad cohęredes superstites, sed ad pre-
mortuorum hęredes pertinere, siue testator
simpliciter cauerit, vt redeat ad hæredes, siue
176 etiam dixerit, ad infrascriptos hæredes † *vt*
rectius censuit Ceph. d. cons. 158. num. 20. vers.
177 *His igitur, & num. 47. & 56.* Nam, † cum hęre-
dum hęredes sint etiam hęredes testatoris
pro partibus hæreditarijs ad defunctos per-
tinentibus, quippe, quæ, tamquam aditę fue-
runt in eos transmissę *l. vn. §. in nouissimo C. de*
cadu. toll. Consequens est, vt ad eos tamquam
testatoris hęredes debeat ex ipsius voluntate
pro rata redire legatum, *vt considerat Ceph. d.*
cons. 158 num. 56.

Nec obstat, si dicatur, hęc non procedere
in substitutionibus, siue expressis testatoris
vocationibus, vtpote, ad quas non veniunt
hæredum hęredes, etiamsi testator simplici-
ter hęredes vocauerit *d. l. qui liberis. 8. §. hæc*
verba ff. de vulg. & multo minus, si vocauerit
hæredis infrascriptos, aut aliter nominatos,
vt diximus supra num. 151. quia hoc verum
178 esset, & procederet, † si primus hęres deberet
venire ex simplici iure substitutionis, seu fi-
deicommissi, sed, quia venire debet ex iure
hæreditario, siue iure consolidationis, aut ex
iure substitutionis coniunctæ cum iure con-
solidationis, etiamsi testator vocauerit hęre-
des infrascriptos, *vt ostendimus in tertio, &*
quarto casu, & hac ratione testator, qui eos
vocauit, non censetur habuisse respectū ad
personam, sed ad ius hęreditarium, *vt dixi-*
mus num. 161. Et in his terminis declarat Ceph.
d. cons. 158. num 26 vers. His igitur, & num. 55.
ideo fit, vt hoc ius, tamquam reale, siue realis
naturam habens transeat in hæredis hęredes,
& quoscunq; successores, ad quos testatoris
hæreditas transfertur, *Ita Ceph. d. cons. 158.*
num. 26. vers. His igitur. Ex quo sequitur, non
posse cohęredes ad pręmortuorum partes ve-
179 nire per ius accrescendi † *vt declarat Ceph. ibi*
num. 14. quia ius consolidationis in hoc casu
potentius est iure accrescendi, licet aliàs re-
gulariter ei postponatur, *vt ostēdimus in 9. cap.*
q. 3. num. 3. & seqq.

Hæc autem multo faciliùs procederent, si
pręmortuorum hæredes essent filij positi in
conditione substitutionis factę inter hęredes
institutos: Nam, quia censentur a testatore
prælati cohæredibus substitutis in portione
patris, & sic in fideicōmisso vniuersali *l. Lu-*
cius 85. vers. prudens ff. de hæred. inst. ideo cen-
serentur etiam per consequentias pręlati in
temporali legato pro rata, quæ post legatarij
mortem debuisset ad eorum parentes redire,
180 † quia ob eo, quod testator voluit in vniuer-
sali fideicōmisso, colligimus etiam, quid vo-
luerit in particulari legati vocatione, *vt patet*
ex ijs quæ diximus supra num 167. & 174.

Hinc intelligimus, eos, qui censuerunt, ap-
pellatione hęredis infrascripti non venire
hęredis hæredes, etiamsi tractetur de exclu-
dendis nepotibus, idest prædefunctorum filijs
a rata parte legati, quod morte legatarij finiri
181 debet, male esse locutos, † *& in hoc rectè fuisse*
reprehensos a Ceph. d. cons. 158. nu. 58. vers. unde-
182 *cimo* quia, † si veniunt, etiamsi sint extranei,
vt patet ex ijs, quæ diximus in casibus præceden-
tibus, Consequens est, vt multo magis venire
debeant, si sint filij, & consequenter descen-
dentes testatoris, vtpote, ad quos censetur
is maiorem haud dubie affectionem habuis-
se.

Sextus casus est, quando testator, qui lega-
tum alicui reliquit, donec vixerit, post eius
mortem non vocauit omnes hęredes a se in-
stitutos,

ſtitutos, ſed vnum tantum, aut duos vel plu-
res, Et tunc, ſi quæramus, an ijs præmortuis
veniant eorum hæredes, Dubitationem facit
illud; quia teſtator, qui eos vocauit, non vide-
tur ad ius hereditarium, ſed ad eorum perſo-
183 nas reſpexiſſe, † *vt conſiderat Mantic. d. deciſ.*
19. num. 5. verſ. Neq; ad rem: Alioquin enim
vocaſſet omnes, non quoſdam tantum, quia
cum hæreditas in plures eſſet diuiſa, non po
tuiſſet totum ius hæreditarium ad vnius, aut
duorum, vel plurium perſonas reſtringi. Qua-
mobrem, licet hæredes pro hæreditarijs parti-
bus vocentur ad legatum, ſi omnibus relictũ
ſit, *vt diximus ſupra nu. 146.* vocantur tamen
viriliter, ſi non omnibus, ſed quibuſdam tan-
184 tum ſit relictum † *l. ſeruus. 70. §. 1. ff. de leg.*
primo. Et ſimili modo, licet pro hæreditarijs
partibus teneantur, ſi omnes grauati ſint, te-
nentur tamen viriliter, ſi non omnes, ſed qui-
185 dam tantum fuerint onerati † *l. turpia. 57. §.*
186 *fin. ff. de leg. primo*, quia † teſtator, qui vocat, aut
grauat omnes, cēſetur eos vocare, aut graua-
re, vt hęredes, & ſic ad ius hereditarium reſpi-
cere, qui verò quoſdam tantum vocat, aut
grauat, non cenſetur eos vocare, aut grauare,
vt hæredes, ſed, vt nominatos: Nec enim qui-
dam tantum vocari, aut grauari poſſunt, niſi
hoc nominatim fiat, & ſic cenſetur reſpice-
re ad perſonas, quæ res operatur, vt nominati
187 cēſeantur facti pares † *l. ſi hæredes nominatim*
127. ff. de leg. primo. Hinc ſequi videtur, hære-
des, qui poſt mortem legatarij vocati ſunt ad
legatum ei relictum, donec vixerit, & eo vi-
uente ſunt præmortui, non poſſe tranſmittere
188 ius ſuum ad hæredes, † quia, cum veniant ex
iure ſubſtitutionis, ſeu fideicommiſſi, quod
eis poſt legatarij mortem, & ſic ſub condi-
tione relictum eſt, & ea pendente deceſſerint,
Conſequens videtur, vt eius ſpem non po-
tuerint ad ſuos hæredes transferre *d. l. vn. §.*
ſin autem aliquid ſub conditione C. de cadu. toll.
Et ita videtur ſenſiſſe Rota *apud Mantic. d.*
deciſ. 19. num. 5. verſ. Neq; ad rem: Licet enim
ibi admiſerit hæredes hæredis præmortui, hoc
tamen ideo fecit, quia re vera non erant plu-
res hæredes, ſed vnus tantum ſcilicet, quia,
licet teſtator vocaſſet hæredem, & eius filios,
& ſic plures, filij tamen nō cenſebantur ſimul
cum patre, ſed ſucceſſiuè, & ſic poſt eum vo-
cati, ideoq; non poterant dici patris cohære-
des *l. verbis ciuilibus. 7. ff. de vulg. prout ibi con-*
ſiderat Rota. Coeterùm, ſi fuiſſent ſimul vo-
cati, quia teſtator plures habuiſſet hæredes, &
ad vnum tantum voluiſſet redire legatũ, con-
trarium ibi Rota ſentit.

Sed hoc nō obſtante, puto verius, hæredes
præmortuorum venire ad legatum pro ijs
partibus, quæ iure conſolidationis ad præde-
functos pertinuiſſent, ſi teſtator eos poſt le-
gatarij mortem non vocaſſet, ſed legatum
ſimpliciter ad legatarij vitam reliquiſſet:
189 † Nam, cum pro ijs admittantur, quoties om-
nes hæredes vocati ſunt, *vt oſtendimus in 5.*
caſu, Conſequens eſt, vt debeant etiā admitti,
quoties non omnes, ſed quidam tantum ſunt
190 vocati, ſcilicet, quia † eadem ſemper militat
ratio: Siue enim dicamus, vocationem pro
ijs partibus non valere iure ſubſtitutionis,
ſeu fideicommiſſi, ne idem ſibi ipſi obligari
videatur, *per ea, quæ diximus ſupra num.* 118.
ſiue dicamus, valere, ſemper idem reſultat ef
fectus, quia, etiamſi valeat, eo ipſo, quod ſub-
ſtitutio pro ijs partibus eſt coniuncta cum
iure conſolidationis, quippe, quod eis, etiam
amota vocatione competijſſet, debet eius na-
turam aſſumere, & earundem partium tranſ-
miſſionem operari exemplo ſubſtitutionis,
quæ cum iure accreſcendi eſt cōiuncta, *ficuti*
oſtendimus ſupra num. 132. & patebit ex ijs, quæ
dicemus in 9. cap. q. 35. & 39. Deniq; licet non
aſſumeret eius naturam, ſed propriam natu-
ram retineret, & ita pro ijs partibus ceſſaret
tranſmiſſio ex iure fideicōmiſſi, ſtante, quod
hæres, qui ad illud vocatus erat, pendente cō-
ditione deceſſit, nihilominus deberet habe
re locum ex alio iure, nempe ex iure conſo-
lidationis, quippe, quod per ſpecialem pro-
uiſionem non cenſetur ſublatum, *ſicuti oſtendi-*
mus ſupra num. 135.

At pro ijs partibus, quę amota vocatione
debuiſſent ad cohęredes iure conſolidatio-
nis pertinere, quin tranſmiſſio ceſſet, non pu-
191 to dubitandum, † quia, cum eas non eſſent
iure conſolidationis habituri, Conſequens
eſt, vt earum reſpectu non potuerint cenſeri
vocati, vt hæredes, & iure hæreditario, ſed, vt
fideicommiſſarij, & ſpecialiter honorati, ſicut
dicimus de legato relicto hęredi pro por-
tionibus, quæ a cohęredibus accipiũtur, ideſt,
quæ ad cohæredes pertinuiſſent, ſi legatum
vni factum non eſſet *l. quod autem. 74. ff. ad l.*
Falc. & nos latè dicemus in hoc cap. q. 29. num. 9.
192 *& ſeqq.* Vnde, quia † tranſmiſſio ceſſat, quoties
hæredes, qui iure fideicommiſſi vocantur ad
legatum, pendente conditione moriuntur
d. l. in cauſſ. 17. §. Pomponius ff. de minor. ideo
fit, vt in ſpecie propoſita non poſſint hęredes
præmortui cenſeri eas partes trāſmiſiſſe, quæ
ſpectaſſent ad cohęredes. Itaq; hæredes prę-
mortuorum, nec iure trāſmiſſionis eas habere
poſſunt, nec iure conſolidationis, Non iure
tranſmiſſionis, quia debebant ad defunctos
pertinere iure fideicommiſſi, quod, tamquã
conditionale præmortuis hæredibus factum
eſt caducum, nec potuit tranſmitti, *vt dictum*
eſt. Neq; iure conſolidationis, quia conſoli-
datio, tamquam realis non fit, niſi pro rata
rei, quam quis habet, *vt de iure accreſcendi dici-*
tûr in l. Mouio. 42. in prin. ff. de leg. 2. Cum igi-
tur prædefunctorum hæredes non habeant
eas hæreditatis partes, quæ ſpectant ad cohę-
redes non vocatos, ſed tantum eas, quæ ſpe-
ctabant ad defunctos, Conſequens eſt, vt nō
pro illis, ſed pro his tantum ius conſolidatio-
nis habere intelligantur.

Et, ſi dicas, ad quem igitur partes illæ per-
tinebunt? reſpondeo diſtinguendo, aut ſuper-
eſt adhuc vnus ex ſubſtitutis, puta, quia teſta-
tor ex pluribus hæredibus inſtitutis voluerit
legatũ poſt legatarij mortem redire ad duos,
quorum vnus prædeceſſerit, alter verò ſit ſu-
perſtes, Et ad eum partes illę pertinebunt,
193 † dummodo fuerit cum præmortuo coniun-
ctus, aut re, & verbis, aut re tantum, aut etiam
(vt noſtris communiter viſum eſt) verbis tā-
194 tum: Nam, quia † legatum pro ijs partibus
debuiſſet ad eos redire iure fideicommiſſi,
vt ſupra dictũ eſt, & in fideicōmiſſis locum ha-
bet inter coniunctos ius accreſcendi *l. vn.*
§. vbi autē legatarij C. de cad. toll. & nos diximus
in

in 6. cap. q. 23. num. 19. & seqq. ideo fit, vt hæres
superstes, non solũ debeat earum partiũ, quæ
amota vocatione debuissent ad cohæredes
non vocatos pertinere, dimidiam consequi,
vtpote sibi principaliter relictam, & iure pro-
prio competentem, sed etiam alteram dimi-
diam, quę fuerat relicta cohęredi pręmortuo
quippe, quæ per illius mortem defecit, eaq;
ratione sibi quasi coniuncto accreuit *d. l. vn.
§. sin autem aliquid sub conditione C. de cad.
toll.*

Coeterùm, si nullus ex hæredibus vocatis
superſit, aut, is, qui superest, sit omnimodo di-
functus, magis est, vt partes, quæ iure conso-
lidationis, non ad prędefunctum, sed ad alios
cohęredes non vocatos debuissent pertinere,
195 redire debeant ad alios cohæredes, † quia, cũ
fideicommissum, quod a prædictis cohære-
dibus erat relictum, defecerit, Cõsequens est,
vt apud eos, quasi apud grauatos remanere
debeat, & sic, vt post mortẽ legatarij debeat
pro ijs partibus, quę debuissent ad alios cohę-
redes non vocatos iure consolidationis per-
tinere, ad eos redire, siue redire ad eas hęre-
ditatis partes, in quibus fuerant instituti, &
simul cum illis transire ad omnes, ad quos
prædictæ hæreditatis partes transferentur, *se-
cundum ea, quæ diximus supra num. 85.*

Hinc intelligimus non obesse contraria,
196 quia, licet vera sint, procedunt tamen † res-
pectu earum partium, quas vocati iure suo,
siue iure hæreditario nõ essent habituri, idest,
quę amota vocatione debuissẽt ad alios cohę
redes iure cõsolidationis redire; Nam earum
respectu verum est, testatorem, qui non om-
nes hæredes, sed quosdam tantum vocauit,
non habuisse respectum ad ius hæreditariũ,
sed ad personas vocatorum, ideoque hęredes
ad eas vocari iure fideicommissi, eaq; ratio-
ne, si viuo legatario, & sic pendente condi-
tione moriantur, deficere fideicommissum,
& apud alios cohæredes, quasi apud grauatos
remanere, nisi adsit coniunctus, qui partem
deficientis vindicet per ius accrescendi: Nam
tunc grauati excluduntur *d. l. vn. §. sin autem
aliquid sub conditione C. de cad. toll.* Coeterùm
respectu earum partium, quas amota etiam
vocatione fuissent habituri, magis est, vt non
procedant, quia earum respectu, vel vocan-
tur iure consolidationis, siue hæreditario, vel,
si vocantur iure fideicommissi, censentur vo-
cari cum eadẽ qualitate, quę est propria con-
solidationis, scilicet, quia talis qualitas com-
municatur substitutioni, quæ cum illa con-
iungitur; *vt ostendimus supra num* 132. Vnde,
quia ius consolidationis transmittitur ad hæ-
redum hæredes, ideo fit, vt transmittatur etiã
ius substitutionis, quod cum ea cõiunctũ est,
vt ibi diximus. Deniq;, licet non transmitte-
retur substitutio, sed censeretur caducata, ad-
huc tamen transmitteretur ius consolidatio-
nis, quod semper intactum, & in suo esse re-
maneret, *per ea quæ diximus num. 135. & seqq.*

Septimus casus est, quando testator, non
solum expressim cauit, vt temporale legatũ
post mortem legatarij redeat ad hęredem, sed
etiam adiecit, & ad eius hæredes, Et tunc, si
quæramus, an præmortuo primo hærede ve-
niant sequentes, qui illius hæredes sunt, mul-
tum refert, vtrum illius hæredes testatoris hæ-
reditatem retinere possint, necne: Nam, si pos-
sunt, venient etiam ad legatum, quod morte
legatarij debet extingui, & redire ad hæredẽ,
197 † *vt est in consesso apud Soc. Sen. d. cons. 102. nu.
10. vers. Igitur in casu, & num. 11. vers. Confir-
matur, vol. 3. & Duran. d. tit. 6. caut. 60. num. 2.*
198 *vers. sed & si diceretur*: quia, † si ad eos reuer-
titur, quoties testator de illis mentionem nõ
fecit, *vt patet ex ijs, quæ diximus in 3. casu*, quã-
to magis reuerti debet, quoties expressim, etiã
eos vocauit? Idq; procedit, non solum, si vo-
cauerit primum hæredem sub nomine hære-
dis, sed etiamsi sub proprio, vel alio, quod
vice proprij nominis fungatur, puta, quia di-
199 xerit, redeat ad fratrem, & eius hæredes, † *vt
in specie Soc. Sen. d. cons. 102. num. 10. vers. Igitur*
200 *in casu, vol. 3* Nam † ex eo, quod vocauit, etiã
fratris hæredes, satis apertè constat, eum ha-
buisse respectum ad hæreditatem, & ius hæ-
reditarium, etiam in fratre considerasse, *vt in
specie declarat Soc. Sen. d. cons. 102. num. 11. vers.
2. respondeo, & vers. Confirmatur, volum. 3.*
Quod, si hæredes hæredis testatoris hæredi-
tatem retinere nequeant, vt, quia testator eũ-
dem hæredem grauauerit, vt, si sine liberis
decederet, hæreditatem tertio restitueret,
Tunc verius est præmortuo primo hærede, &
postea defuncto legatario, cui ad vitam res
fuerat relicta, reuerti quidem legatum ad hę-
reditatem, & cum ea consolidari, & per con-
sequentias transire ipso iure in hæredis hære-
des, sed simul cum hęreditate testatoris debe-
re restitui fideicommissario, & ita effectu re-
dire commodo fideicommissarij, non hęre-
201 dum hęredis, † *Ita in specie docuit Soc. Sen. d.
cons. 102. nu. 10. vers. Igitur in casu, iuncto num.*
202 *11. vol. 3.* Licet enim † testator ad illud voca-
uerit hęredes hęredis, non tamen hęredes ex-
tranei id retinere possunt, quia, cum reuersio
legati fiat per modum consolidationis, quę
est realis, Consequens est, vt eius tantum cõ-
modo cedere debeat, qui rem habet. Atqui
hęredis hęredes rem non habent, quia, licet
hęreditas testatoris in eos fuerit ipso iure trãs-
lata, debuit tamen fideicommissario restitui,
ideoq; non possunt hęredes dici eam habere,
vt diximus supra num. 173. Nec igitur possunt
legatum, quod tempore extinctum est, & cũ
hæreditate consolidatum retinere.

Nec obstat, quod testator expręssim voca-
uerit etiam hęredis hæredes, quia respondeo,
testatorem vocando hæredes hæredis non
203 sensisse † de hæredibus extraneis, sed de de-
scendentibus, quippe, quibus voluit prospi-
cere, quod patet ex eo, quia, si hæres institutus
sine descendentibus decesserit, substituit ter-
tium, & hoc modo declarauit, mentem suam
esse, vt hæreditas sua transiret quidem in de-
scendentes hæredis, sed non in extraneos,
quantumuis eius hęredes, *vt rectè declarat Soc.
Sen. d. cons. 102. nu. 11. vers. ex quibus dico, vol. 3.*
Vnde, quia talis voluntas, quatenus hæredis
hæredes vocauit, non potuit habere effectũ,
eo, quod primus hæres decessit sine descen-
dentibus, ideo fit, vt perinde sit, ac, si testator
de hæredis hæredibus mentionem non fecis-
set, cum paria sint, aliquem non vocare, vel
vocare, sed inutiliter, & sine effectu, *vt patet
ex ijs, quæ diximus in hoc cap. q. 9. num. 19. &
dicemus in 10. cap. q. 23. num. 3. & seqq.* Atqui, si

de

de hæredis hæredibus mentionem non fecisset, sed simpliciter cauisset, vt post legatarij mortem res ad hæredem rediret, præmortuo hærede res consolidaretur quidem cum hæreditate, sed commodo fideicommissarij, nō etiam hæredum hæredis, quia talis consolidatio, tamquam realis sequeretur rem, & ad eos transiret, ad quos res ipsa, nempe hæreditas trasferretur, *vt diximus supra nu. 85. Et in specie declarat Soc. Sen. d. cons. 102. num. 11. vers. & sic, vol. 3. vbi ait, licet non inuenerit hanc quæstionem in specie discussam se tamen putare, hanc esse veritatem.* Ergo idem est dicendum, vocatis hæredis hæredibus, nēpe filijs qui decesserint. Denique

204 cum † testator substituendo hæredi, si decesserit sine filijs, tertium, censeatur hæredem, & eius filios, in conditionē positos substituto prætulisse *d. l. Lucius 85 ff. de hæred. instit.* Substitutum autem hæredi sine liberis defuncto præiulisse hæredibus extraneis in substitutione vniuersali, Consequens est, vt censeatur etiam eū prætulisse in legato, quod per legatarij mortem debuit extingui, & ad hæreditatem redire, *per ea quæ diximus supra num. 167. & 174. Et ita in specie arguit Soc. Sen. d. cons. 102. num. 11. vers. Postremò vol 3.*

Octauus, & vltimus casus, est quando testator, qui expressim cauit, vt legatum ad legatarij vitam relictum post eius mortem rediret ad hæredem, vel sub proprio, vel sub appellatiuo, vel sub vtroque nomine, adiecit hæc verba, & ad eius filios, seu liberos, aut descendentes, non expressa qualitate hæreditaria, Et tunc, si primus hæres sit præmortuus, & quærimus, an legatum ad eius hæredes redire debeat, multum interest, vtrum tempore, quo moritur legatarius, & ita finitur legatum ei relictum, nulli supersint descendentes hæredis præmortui, an vero supersint. Nam, si nulli sint superstites, res erit ex his decidenda quæ diximus *in casibus præcedentibus,* scilicet quia parta sunt, non esse post hæredes vocatos filios, vel esse vocatos, sed deficere, *vt patet ex ijs, quæ diximus in hoc cap. q. 9. num. 9. & distinxit in 10. cap. q. 23. num. 3. & seqq.* & vbi specialis prouisio locum habere nequit, remanet generalis, *vt diximus supra num.* 135. *& in his terminis considerat Ceph. d. cons. 158. num. 51. vers. Nec etiam negat.* Quamobrem, si vnus tantū sit hæres, qui tamen cum filijs prædecesserit, legatum post legatarij mortem reuertetur ad eos, penes quos testatoris hæreditas reperie-

205 tur, † *vt in specie scribit Ceph. d. cons. 158. nu. 51. vers. Nec etiam negat, & num. 52. vers. Item loquitur,* & sic nullo extante fideicommisso reuertetur ad extraneos hæredis hæredes, eo vero extante, ad fideicōmissariū, cui restituta erit hæreditas, *secundum ea, quæ diximus supra num. 171. & seqq.* Idque procedit, siue testator dixerit, redeat ad hæredem, siue ad Titium, siue ad Titium hæredem, aut hæredem infrascriptum: Nulla enim est inter has loquendi formas differentia, quoties de legati temporalis reuersione loquimur, *vt patet ex ijs, quæ diximus in* & 4 *casu.* Quod si duo, vel plures sint hæredes, & vnus eorū prædecesserit, Tunc distinguendum est, aut cohæredes superstites non erant prædefuncto substituti, & legata, quę morte legatarij finiūtur, pro rata hæredis prædefuncti ad illius hæredes reuertentur,

206 † quia, cum ad defunctum redire debuerint, non iure fideicommissi, sed iure hæreditario,

207 siue iure consolidationis, † *vt in his terminis scribit Ceph. d. cons. 158 num 51. vers. Nec etiam negat, & num. 52. vers. similiter*, quod, vt reale transit in omnes, ad quos hæreditas transfertur, *vt diximus supra num. 85.* & in proposito hæreditas pro parte transeat in extraneos hæredis hæredes, Consequens est, vt etiam pro rata illorum parte trāsire debeant legata extincta. Aut verò cohæredes erant illi substituti si sine liberis decessisset Et tunc, aut tempore, quo mortuus est cohęres, extabant filij, qui postea viuo legatario decesserint, Et similiter modo legata pro rata parte transibunt

208 in hæredes hæredis præmortui, † quia, cum per existentiam filiorum defecerit fideicom-

209 missum, † *l. ex facto. 17. §. si quis autē susceperit vers. Aut igitur ff. ad Trebell. l. filiusf. 117 § cū quis rogatus ff. de leg. primo,* etiamsi filij postea decesserint, *ex notissima doctr. Oldr. cons. 21.* Cōsequens est, vt perinde res sit habenda, ac, si cohæredes non essent substituti, quia dispositio, quæ non habet effectum, pro non fa-

210 cta habetur † *l. legatarius. 38. §. 1. ff. de leg. primo. l. id autem 75. in fin ff. ad l Falc.* Aut verò eo tempore nulli extabant filij, Et tunc, quia pars hæreditatis, quæ spectabat ad cohæredē præmortuum, iure fideicommissi transit in alios cohæredes, ideo etiam ad eos transire debet portio legati temporalis, quæ ad hære-

211 dem prædefunctum debebat reuerti, † *secundum ea, quæ diximus supra num.* 171. quia,

212 † cum talis reuersio, tamquam realis debeat sequi rem, & ad eos trāsire, in quos hæreditas transfertur, *vt diximus supra num 85.* Consequēs est, vt transire etiā debeat in cohæredes substitutos, vtpote, qui portionem hæreditatis ad hęredem præmortuum spectantem iure fideicommissi consequuntur.

Planè, si hæredis hæredes partem aliquam hæreditatis iure Trebellianicæ retineant, vt, quia Trebellianica non fuerit prohibita, nec per imputationem fructuum diminuta, vel cohęres prædefunctus fuerit filius, cui (vt in plerisque Italiæ tribunalibus obseruatur) nec Trebellianica prohiberi, nec fructuum imputatio iniūgi potest, quin pro illius rata debeāt & ad eos reuerti legata, nō puto dubitā-

213 dum, † quia, cum pro tali rata rem habeant, Consequens est, vt debeant etiam habere ra-

214 tam legatorum partem, quæ accedit rei, † scilicet, quia eadem est ratio partis, quoad partē, quæ totius, quoad totū *l. si seruus eius 81. vers. sed & si ff. de acq. hæred.*

At si tempore, quo moritur legatarius filij hæredis præmortui sint superstites Tunc non est dubiū, quin ipsi admittantur, cum expres-

215 simi fuerint a testatore vocati, † *vt scribunt Bart. in d. l. Titia. 35. §. fin. num. 2. & ibi Pic. nu. 17. ff. de leg. 2. Ceph. d. cons. 158. num 52. vers. Item loquitur, & Men. d. cons. 273. num. 24.* siue

216 sint patris hæredes, siue non, † *vt est receptior omnium opinio in d. l. Titia § fin tametsi contrarium dici posse tentauerit Ceph. d. cons. 158.*

217 *num. 51. vers. posset etiam,* quia, † cum de filijs simpliciter mentionem fecerit, non adiecerit qualitatem hæreditariam, Consequens est, vt sufficiat eos esse filios, licet non sint hæredes, vt ad eam sibi a testatore relictam ad-

mittantur, *vt declarant omnes in Lex facto 17. §. fin. ff. ad Treb.*

Nec verum est, eum, qui vocat hæredis filios, ad ius hæreditarium respicere, *vt dici posse putauit Ceph. d. consil. 158. num. 51. vers. posset etiam*, quia imo respicit ad personas filiorũ,
218 † *vt rectius ante scripserat*, vtpote, quos voluit, ad legatum per legatarij mortem extinctum admitti. Quamobrem dicuntur venire iure fideicommissi, siue fideicommissariæ substitutionis, non verò iure consolidationis, aut hæreditario, quia veniunt, vt vocati post patris mortem, & sic, vt ei substituti, non verò, vt habentes hæreditatem testatoris, eũ qua legatum extinctum consolidetur.

Hinc infert Cumanus, in primo casu *l.*
219 *Titia. 35. §. fin. ff. de leg. 2.* vbi † testatrix legauerat marito res dotales ad vsũ vitæ, & prohibuerat filiæ, eidemq; hæredi, ne super iis inferret marito molestiam, additis his verbis: *Erunt enim post mortem eius tua, & filiorum tuorum*, fideicommissum potuisse quidem transmitti ad filios, sed non ad extraneos filiæ hæredes; At in secundo casu, quo plura corpora legauerat eidem marito, donec vixisset, nec vlteriùs processerat, transmitti potuisse in quoscunq; hæredes, siue essent filij, siue extranei. &, si filij, ita demum, si matri hæredes extitissent, *quod vltimum scribit etiam Pic. ibi num. 19. vers. Nisi diceres*, quia primo casu testatrix dicendo, *& filiorum tuorum*, videtur habuisse respectũ ad filios, non ad extraneos, ideoq; venire debuerũt filij, siue essent hæredes, siue non; At secundo casu videtur respexisse ad hæreditatem, siue ius hæreditarium, ideoq; soli hæredes venire debent, & non filij, nisi sint hæredes.

Verum hæc Cumani doctrina non est in-
220 distinctè vera; † Primum enim, quod ait, in primo casu fideicommissum potuisse quidẽ transmitti in filios, sed non in extraneos hæredes, si filia priùs, quam maritus restatricis decessisset, verum est, si respicimus ad ius Digestorum, non etiam, si ad illud, quo post Iustiniani constitutionem vtimur: Nam iure Digestorum, quia legatum ad diem dari non poterat, &, vbi semel legatarij factum erat, non poterat ex dispositione testatoris ei auferri, & in alium transferri, nisi beneficio fideicommissi, per quod legatarius censeretur grauatus illud alteri, puta hæredi restituere, *vt diximus supra num. 104. & in hoc cap. q. 3. nu. 53.* ideo, si hæres ante legatarij mortẽ decessisset non poterat fideicõmissum ad hæredes suos transferre, sed, quia testatrix ad illud vocauerat, non solum filiam, & sic hæredem, sed etiam eius filios, ideo præmortua filia, si filij fuissent superstites, potuissent, quasi expressim vocati petere fideicommissum, si verò non fuissent superstites, non potuissent alij hæredes ad illud venire, quia, aut voluissent venire ex persona filiæ, eiusdemq; hæredis præfunctæ, & non potuissent, quia filia, tamquam mortua pendente conditione non poterat censeri fideicommissum ad suos hæredes transmisisse. Aut verò voluissent venire ex persona propria, & tamquam à testatrice vocati, & multo minus potuissent, quia testatrix vocauerat filiam, & eius, non hæredes, sed filios, quorum appellatione extranei hæredes non continentur. At hodie, quia legatum ad tempus dari potest, ita, vt adueniente tempore finiatur, & redeat ad hæreditatem non iure fideicommissi, sed iure cõsolidationis, quæ tamquam tealis transit in omnes, ad quos hæreditas transfertur, fieri potest, vt etiam in prima *d. §. fin.* specie, præmortua filia possit legatum ad hæredes etiam extraneos transire: Nam, si tempore, quo moritur maritus, & ita extinguitur legatum, nulli supersint filij, quia deficit specialis eorum vocatio, & prouisio, res remanet in puris, & simplicibus terminis vocationis hæredis ad legatum, quod per legatarij mortem finiri debet, *vt ostendimus supra n. 204. vers. Octauus.* Vnde, quia legatum ad legatarij vitam relictũ præmortuo hærede transmittitur ad quoscunque illius hæredes, etiam si testator specialiter hæredes ad illud vocauerit, *vt ostendimus in 3. casu*, fit, vt etiam ad eos transire debeat, quoties vocati sunt hæredis filij, si quo tempore finitur legatum, non supersint.

Secundo verò, quod Cumanus ait, in secũda illius loci specie, fideicommissum transire in quoscunque hæredes, etiam extraneos, nõ etiam in filios, nisi sint hæredes, verum est inspecto iure nouo, quo legatum relictum marito, donec vixerit, alio non addito censetur temporale, &, tamquam extinctum redit ad hæreditatem, & cum ea consolidatur beneficio illorum omnium penes quos hæreditas reperitur, *vt ostendimus supra num. 85.* Coeterùm inspecto eo tempore, quo viuebat Modestinus author illius loci, verius est, præmortua hærede non potuisse eius hæredes, siue essent extranei, siue etiam filij, petere fideicommissum, quia, cum testatrix simpliciter dixisset, lego marito, donec vixerit, nec vlteriùs esset progressa, licet ex verisimili eius mente censeretur grauasse maritum, vt post mortem restitueret illa legata filiæ hæredi, quippe cuius contemplatione censebatur tempus legatis adiecisse, tamen, quia filia debebat venire iure fideicommissi, quo solo poterat olim res adimi legatario, & iterum in hæredem transferri, *vt supra dictum est*, & tale fideicommissum, tamquam collatum post mortem legatarij censebatur conditionale, ideo præmortuo hærede viuo legatario, & sic pendente conditione non poterat in hæredes etiam filios transmitti, sed tamquam caducum debebat apud legatariũ, & eius hæredes remanere, *secundum ea, quæ diximus supra num. 104.*

Ex his multa intelligimus, & primo, differennam, quæ constituitur inter vocationem hæredis factam post mortem legatarij, cui simpliciter relictum est, & eam, quæ facta est post mortem legatarij, cui relictum est, donec vixerit, *&, quam nos retulimus supra num. 87.*
221 *& seqq.* esse verissimam, si respiciamus † ad ius nouum, quo scilicet post Iustiniani constitutionem vtimur *ex d. l. vlt. C. de legat.* Coeterùm, si respiciamus ad Ius antiquum, non esse veram, quia, siue testator simpliciter dixisset, lego Titio fundum, & post eius mortem, volo eum redire ad hæredem, siue, lego fundũ Titio, donec vixerit, addito, vel non addito, quod post mortem deberet redire ad hæredẽ, nunquam poterat hæres venire iure hæreditario, siue iure cõsolidationis, quia legatum,

tam-

tamquam non extinguibile nunquam poterat iure directo redire ad hæreditatem, & cũ ea consolidari, sed semper venire debebat iure fideicommissi, quod, tamquam conditionale fiebat caducum, & apud granatum, & eius hæredes remanebat, si hæres, idemque fideicommissarius viuo legatario decessisset. Et ita locum illum, qui alioquin nostrorum ingenia mirum in modum torsit, intelligendum puto.

Secundo ex prædictis intelligimus, nihil hodie referre, vtrũ testator simpliciter dicat, lego Titio fundum, donec vixerit, an verò adiciat, & post eius mortem, volo, vt redeat ad hæredem, vel ad hæredem infrascriptum vel ad Titium, vel ad hæredes, aut hæredes
222 infrascriptos: † Semper enim vocatur, vt hæres, & iure consolidationis, ac hæreditario, non, vt fideicommissarius, eaq; ratione, licet præmoriatur, nihilominus trãsmittit ad suos hęredes, vel totum legatum, si sit solus, vel partem hęreditariam, si habeat cohęredes. *Ita scribit Ceph. d. cons. 158. num. 26. vers. His igitur.*

Tertio intelligimus, nullo casu legatum, quod ad vitam legatarij relictum est, remanere penes ipsum legatarium, vel eius hęredes,
223 † sed semper debere redire, vel ad substitutũ, vel ad hęredes Institutos, vel ad hęredum hęredes, aliosue quoscunq; successores, in quos testatoris hęreditas transferetur, siue testator neminem post legatarij mortem vocauerit, siue vocauerit aliquem, qui viuo legatario decesserit, &, siue vocatio facta sit per simplex nomen hęredis, siue etiam per nomen proprium, aut aliud, quod proprij nominis vicem
224 fungatur quia, † cum talis vocatio fuerit a testatore facta ad declarandam voluntatem suam, quę erat, vt legatum morte legatarij finiretur, nec ad eius hęredes pertineret, & ita ad diminuendum ius legatarij, Consequens est, vt contrarium effectum, & sic legati retẽtionem operari non possit, *ex regula l. legata inutiliter. 19. in prin. ff. de leg. primo, & l. legata inutiliter. 14 ff. de adim. lega. Ita ratiocinatur Ceph. d. cons. 158. num. 42. vers. Octauo.* Et ita puto definiendum hunc primum casum, in quo testator vni tantum ad tempus legatum reliquisse supponitur.

Secundus verò casus est, quando legatum, aut fideicommissum fuit relictum duobus ad diem, qui vtrunque respicit, & eodem tempore venturus est, vt, cum testator dixit, lego Titio, & Sempronio fundum, vsque ad decennium, vel, vsq; quo morietur Caius, aut quid aliud euenerit, Et tunc, nec respectu sui, nec respectu vnius ad alterum poterit ius accres-
225 cendi considerari, † Non respectu sui, quia nõ tollitur dies, ideoque nihil est, quod respectu temporis diei possit accrescere, *secundum ea, quæ diximus in primo casu, num. 1. & seqq.*
226 Neq; respectu vnius ad alterum, quia, † cum post diem vterq; desinat esse legatarius, aut fideicommissarius, & hoc modo repellatur a parte sua, quę est principalis, Consequens est, vt debeat etiam repelli a parte socij, quæ est accessoria, *vt dicemus in 9. cap. q. 43. num. 10.* Partem enim non habenti nihil accrescit, *vt dicemus in hoc cap. q. 70. num. 2.* Idq, procedit, siue relicta sit proprietas, siue vsusfructus, *secundum ea, quæ diximus supra num. 35.* & siue dies sit certus, siue incertus, *vt diximus supra num. 36. & seqq.*

Tertius casus est, quando proprietas fuit duobus relicta ad diem, qui respicit quidem vtrunq, sed non eodem tempore futurus est, vt, cũ testator dixit, lego Titio, & Sempronio fundum, quandiu vixerint, quo casu tempus mortis determinat quidem vtrunque legatarium sed non eodem tempore, quia rarò contingit, vt ambo simul moriantur, nisi id fiat ex causa incendij, ruinę, aut naufragij, *secundũ l. si inter virum. 9. l. qui duos. 10. in prin. & §. §. seqq. & l. quod de pariter. 17. cum 2. ll. seqq. & l. cũ pubere. 23. & l. seq. ff. de reb. dub.* Et tunc, licet respectu sui non possit considerari ius accre-
227 scendi, † *secundum ea, quæ diximus in 1. casu, quæq; etiam in his terminis procedunt*, dubium tamen est, an possit procedere respectu vnius ad alterum, ita, vt portio defuncti possit alteri accrescere, & eius fieri, quandiu vixerit.

Dubitationem autem facit illud, quia, quoties duo coniunctim ad eandem rem vocantur, & vnus eorum deficit, eius pars accre-
228 scit alteri, qui non est exclusus † *l. vn. §. ubi autem legatarij C. de cad. toll. §. si eadem, Inst. de legat.* Atqui in proposito supponimus eos, de quibus agitur, fuisse coniunctim vocatos, & eorum alterum defecisse. Ergo pars eius debebit alteri, qui suam portionẽ adhuc habet, accrescere.

Et, si dicatur, hoc procedere, si deficiat ante acquisitionem, secus verò, si post, *secundum ea, quæ dicemus in hoc cap. q. 59. num. 13. & 19.* videtur posse replicari, imo procedere, etiam post acquisitionem, quia dubium non est, quin ex voluntate testatoris possit etiam post emolumentum acquisitum ius accrescendi habere locum, *vt scribunt ij, quos referemus in d. q. 59. num. 85.* Sed, quando testator diem addit vtriq; legatario, mens eius videtur esse, vt ita demum finiatur legatum, si vterq; moriatur, & per consequentias, vt, quandiu, vel vnus viuit, totum habeat, siue, vt ei pars deficientis accrescat. Ergo, licet deficiat post acquisitionem, nihilominus debebit ius accrescendi habere locum. *Et ita videntur sensisse ij, quos infra referemus in 5 casu.*

Sed hoc non obstante puto verius, ne in hac quidem specie ius accrescendi conside-
229 rari posse, † quia, aut testator, qui duobus reliquit legatũ, vel fideicõmissum ad diem, post diẽ neminẽ vocauit, Et res caret dubio: Nã si per aduentum diei in vnius persona legatũ, aut fideicõmissum extinguatur, non poterit alter eius portionem per ius accrescendi vindicare, sed ea reuertetur ad hæredem, quia,
230 † cum deficiat post acquisitionem, Consequens est, vt ius accrescendi recipere nõ possit, *ex ijs, quæ dicemus in hoc cap. q. 59. num. 13. Et ita in specie scripserunt Ruin. cons. 86. num. 4. in fi. & num. 5. vol. 2. Ceph. d. cons. 158. num. 7. Pereg. cons. 59. num. 9. vol. 1. Eiusdem opinionis fuit Corn. cons. 204. num. 3. vol. 4. quem tamen Pereg. perperam in contrarium adducit: Licet enim in specie a se proposita putet deficientium partes ad superstites pertinere, fatetur tamen, id non fieri vigore iuris accrescẽdi, quippe, quod ait, non posse habere locum, eo, quod pars defecit post acquisitionem, sed vult, ideo pertinere, quia ex*

coniecturis colligebatur, testatorem voluisse superstites, quandiu viuerent, habere totum, & quia vocata erant filiæ, & quia fructus erant adeo tenues, vt vix pro vnius dote sufficerent; Itaque vult, ad superstites pertinere, tamquam eo casu vocatas, & sic iure suo, seu iure proprij legati, non iure accrescendi, vt ipse declarat nu. 3.
Et sanè, cum *l. vlt. Cod. de legat.* quæ vult, legatum ad tempus relictum post tempus re-
231 uerti ad hæredem, loquatur indistinctè, † Cō-
sequens est, vt etiam indistinctè sit intelligenda, ita, vt procedat, etiam si legatarius coniunctum habeat, & sic ad exclusionem iuris accrescendi; *Ita in proposito arguit Ruin. d. cons. 86. num. 5. volum. 2.* Maximè, cum in dubio pro hærede sit facienda interpretatio, ita, vt, quoties non est expressa persona, cuius fauore facta sit dispositio, in dubio censeatur
232 facta fauore hæredis, † *l. ita liber. 8. in prin. & l. Labeo. 21. in prin. & l. qui pecuniam. 22. ff. de statulib. & in proposito considerat Ruin. d. cons. 86. num. 6. volum. 2.* Aut verò post eius mortem vocauit aliquem, Et tunc, quia tractatur de translatione legati in eum facta, *vt patet ex ijs, quæ diximus supra nu. 9.* siue (vt alij malunt) tractatur de substitutione fideicommissaria, in qua pluralitas resoluitur in plures singularitates, *vt ostendemus in 9. cap. quæst. 7.* ideo fit, vt statim atque vnus est defunctus, debeat admitti substitutus, perinde, ac, si sepa-
233 ratim vnicuique fuisset facta substitutio † *secundum ea, quæ latiùs ibi dicemus. Et ita in specie vocationis factæ post mortem duorum, quibus legatum, aut fideicommissum non simpliciter, sed, donec vixerint, fuit relictum scribit Pereg. d. cons. 59. num. 8. & 9. vol. 1.*

Nec obstat, quod ea voluntate testatoris possit etiam post emolumentum acquisitum locum habere ius accrescendi, quia respondeo, primo, quoties ex voluntate testatoris coniunctus admittitur post acquisitionem, re vera non venire per ius accrescendi, sed per ius reciprocæ substitutionis, quæ tacitè inter eos facta intelligitur, *vt ostendemus in hoc cap. q. 59 num 94.*

Secundo respondeo, negando ea sola temporis adiectione vtrique facta colligi mentē testatoris esse, vt pars morientis pertineat ad coniunctum, nisi ad hoc concurrant aliquæ ex ijs coniecturis, quas enumerabimus *in 9. cap. q. 7.*

Quartus casus est, quando non proprietas, sed vsusfructus fuit duobus relictus ad diem, qui respicit vtrunq; sed non est eodem tempore extiturus, vt, cum testator dixit, lego vsūfructum fundi Tusculani Titio, & Seio, quādiu vixerint, Et tunc, si vnus moriatur, verius
234 est partem eius coniuncto accrescere † non autem ad proprietatem redire, quia in vsufructu locum habet ius accrescendi, etiamsi cō-
235 iunctus deficiat post acquisitionem † *l. 1. §. interdum ff. de vsufr. accr. & nos latè dicemus in hoc cap. quæst. 59. num. 103. & seqq.* Idque pro-
236 cedit, † non solum, si testator post vtriusque mortem neminem vocauerit, quo casu res minorem habet dubitationem, cum tractetur de excludendo hærede, cui coniunctus veniēs per ius accrescendi regulariter solet præferri, *l. vnic. § in primo §. pro secundo, & §. sin autem aliquid sub conditione Cod. de cad. tollend. & nos latè dicemus in 9. cap. quæst. 8.* Sed etiam, si vocauerit aliquem, puta dixerit, lego vsumfructum fundi Tusculani Titio, & Seio, donec vixerint, & post eorum mortem volo vsumfructum pertinere ad Caium; Nam, quia talis vocatio facta est post mortem duorum, inter quos potest, etiam post acquisitionem locum habere ius accrescendi, ideo fit, vt pluralitas non resoluatur in plures singularitates, sed ita demum vocatus admittatur, si conditio in
237 vtriusque persona fuerit verificata † *vt est text. in l. codicillis. 34. in prin. vers. Item quæsitum ff. de vsufru. leg. & nos latè ostendemus in eodem 9. cap. q. 7. vbi totam hanc tractationem fusius prosequemur.*

Quintus casus est, quando testator reliquit proprietatem vni ad diem, alteri verò simpliciter, puta dixit, lego fundum Tusculanum Titio, eundem fundum lego Caio, vsq; ad decennium, vel donec vixerit, Et tunc, si ambo fuerint ad legatum, vel fideicommissum admissi, & postea per aduentum diei legatum, seu relictum in alterius persona extinguatur, censent pleriq; eius partem ex verisimili vo-
238 luntate testatoris coniuncto accrescere † *vt Mantic. de con. vlt. vol. lib. 10. tit. 3. num. 34 vbi adducit Alcia. in d. l. re coniuncti, num. 57. vers. sed, & quandoque, qui hoc non dicit, sed simpliciter posse testatorem cauere, vt etiam post acquisitionem locum habeat ius accrescendi.*
239 Sed est verius non accrescere, † *vt censent*
240 *ij, quos retulimus supra num. 230.* quia † post emolumentum acquisitum ius accresc̄edi in proprietate cessat *d. l. 1. § interdum ff. de vsufr. accr. & nos latè ostendemus in hoc cap. q. 59. n. 13.* Et, quod dicitur, etiam post acquisitionem posse ea voluntate testatoris locum habere ius accrescendi in proprietate, qualiter sit accipiendum, patet ex ijs, quæ diximus *supra num. 233. vers. Nec obstat, & latius dicemus in eadem q. 59. num. 94.*

Sextus, & vltimus casus est, quando testator vni reliquit vsumfructum simpliciter, alteri verò ad diem, puta dixit, lego vsumfructū fundi Tusculani Titio, eundem vsumfructū lego Seio vsq; ad decennium, Et tunc, si deficiat is, qui simpliciter vocatus est ante, quā veniat dies alterius legati, pars illius ad coniunctum per ius non decrescendi pertinebit,
241 † *secundum ea, quæ diximus in 5. cap. q. 37. nu. 5.* &, si postea dies veniat, vsusfructus in totum
242 extinguetur, † *vt in specie scribit Curt. Iun. cōs. 14. num. 3. vers. Idcirco.* Quod, si priùs veniat dies illius, cui testator ad tempus legauit, eius pars coniuncto accrescet, non autem
243 ad proprietatem redibit, † quia in vsufructu locum habet ius accrescendi, non solum, si socius non concurrat, sed etiam si desinat concurrere *d. l. 1. §. interdum ff. de vsufr. accr. & nos diximus supra num. 103. tametsi contrarium, & male censuerit Zanch. in d. l. hæredes mei 57. §. cum ita, part. 10. num. 71. ff. ad Treb.* Et hæc, quando portio vacat ex causa vocantis, & tractamus de dispositione testatoris.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Ius accrescendi non potest considerari in portione, quæ a lege non defertur & num. 2.*

3 *Ius accrescendi non habet locum, nisi portio sit alicui delata, vel de iure, vel de facto.*

4 *Filij superstites tempore mortis patris habent totam hæreditatem, vel legitimam iure suo, non iure accrescendi, si alij viuo patre decesserint, & cur, num. 5.*

6 *Ius accrescendi est de secunda acquisitione, non de prima.*

7 *Veniens per ius accrescendi censetur venire, quasi ex substitutione, non, quasi ex prima vocatione.*

8 *Filij capaces tempore mortis patris consequuntur totam hæreditatem, vel legitimam iure suo non iure accrescendi, etiamsi existant alij incapaces.*

9 *Filij non exhæredati consequuntur totam legitimam iure suo, non iure accrescendi, etiamsi existant alij iustè exhæredati.*

10 *Mater consequitur totum trientem iure suo, non iure accrescendi, etiamsi supersint defuncti fratres vtrinque coniuncti, qui sint præteriti.*

11 *Ius accrescendi in successionibus legitimis tunc propriè consideratur, cum lex plures ad eandẽ rem vocauit, & post delationem aliquis defecit.*

12 *Portio, de qua lex, aut statutum non disposuit, non accrescit portioni, sed pertinet ad eos, qui vocantur iure communi, & cur, num. 13.*

An, et, quando locum habeat ius accrescendi in successionibus legitimis, si portio non sit alicui delata.

Quæstio Vigesima.

SVperest, vt dispiciamus, quando locum habeat ius accrescendi ex causa vocatis, si loquamur de dispositione legis.
Pro faciliori autem huiusce quæstionis explicatione tres sunt distinguendi casus, quorum

Primus est, quando lex, aut statutum disposuit de tota re vocando ad eam sub nomine collectiuo plures, puta filios, aut agnatos, aut cognatos, & ex ijs quidam sunt quibus ob aliquod impedimentum portio nõ defertur, Et tunc certum est, coeteros habere quidem totum, sed iure suo, non iure accrescendi,
1 † quia, cum hoc ius locum non habeat, nisi portio deficiat, *vt diximus in huiusce cap. prin. num. 6.* & deficere non dicatur, quæ neque de iure, neque de facto est alicui delata, cum nõ entis nullæ sint qualitates *l. eius, qui. 41. ff. si cert. pet.* Consequens est, vt quoties non defertur portio ius accrescendi cõsiderari nequeat.
2 † *Ita ratiocinando declarant Imol. in l. planè. 34. §. si duobus, num 4 & ibi Alex. num. 5. & 6. ff. de leg pri. Castr. cons. 286. num 1. vol. 1. Crott. in d. l. re coniunctis, num. 13. Rub. in l. pater filium. 14. nu. 136. in fi. ff. de inoff. Ant. de Ros. de success. ab intest. num. 143. Franch. decis. 63. num. 10. & 12. & decis. 149. num. 9. Ceph. cons. 385. num. 16. & seqq. Surd. cons. 404. num. 6. Peregr. de fideic. artic. 38. nu. 13.* Quamobrem dicimus, ius accrescendi non habere locum, nisi portio fuerit
3 alicui delata, vel de iure, vel de facto, † *vt scribunt Castr. d. cons. 286. nu 2. vers. in 4. vol. 1. Imol. in d. l. planè. 34. §. si duobus. nu. 4. vers. sed certè ff. de leg. pri. Ant. de Rosel. de suc. ab int. in fi. Fabia. in auth. nouissima num. 43. C. de inoff. test. Rub. in d. l. pater filium. 14 nu 116. ff. eod. Franch. d. decis. 63. n. 12. Pereg. de fideic d. art. 38. num. 13. Surd. d. cons. 404 nu. 6. & seqq. & patet ex ijs, quæ diximus in 6. cap. q. 6. num. 12. & q. 11. num. 4. & q. 16. num. 39. & 55.*

Hinc infertur primo, si ex pluribus filijs qui sperantur ad legitimam hereditatem, vel portionem vocati, aliqui decesserint viuo parente, coeteros post eius mortem esse quidem habituros totam hæreditatem, aut legitimam, sed iure suo, non iure accrescendi,
4 † *vt de hæreditate scribit Bald. in l. non pro numero. 2. num. 7. C. ad Orficia. de legitima vero di-*
5 *ximus in eodem 6. cap. q. 6. num. 14.* quia, † cum prædefunctis nulla hæreditatis, aut legitimæ portio deferatur, Consequens est, vt ea non possit dici coeteris accrescere, *secundum ea, quæ supra diximus.* Quamobrem dicimus, ius accrescendi esse de secunda acquisitione,
6 non de prima, † *vti videre est apud Bald. in d. l. non pro numero. 2. nu. 7 C. ad Orficia.* & eum, qui admittitur ex iure accrescendi, venire, quasi ex substitutione, non quasi ex prima
7 vocatione † *l. si Titio. 63. §. vlt. ff. de leg. 2. qua de re latè diximus in 2. cap. q. 2. num. 69. & seqq.*

Secundo infertur, si ex pluribus filijs, quibus hæreditas, aut portio legitima deferri solet, aliquis tempore mortis parẽtis reperiatur incapax, coeteros quoque totum habituros,
8 sed iure suo, non iure accrescendi, † per ea, quæ supra diximus. *Ita enim de legitima diximus in eodem 6. cap q. 6. num. 12.*

Tertio infertur, si ex pluribus filijs aliqui fuerint iustè exhæredati, non habituros alios partem aliquam iure accrescẽdi, sed iure suo,
9 † propterea, quod exhæredato nulla legitimę portio censetur delata, *vt ostendimus in eodem 6. cap. q. 11. num. 24.*

Quarto infertur, matrem, quæ in bonis filij totum consequitur trientem iure legitimæ, nulla fratrum vtrinque coniunctorum, quos frater præterijt habita ratione, non censeri partem aliquam habere iure accrescendi, sed
10 totum iure suo, † quod fratribus non instituta turpi persona nulla legitimæ portio deferatur, *vt ostendimus in eodem 6. cap. q. 16. nu. 54.*

Secundus casus est, quando lex, aut statutũ disponit de tota re vocando plures sub nomine collectiuo, & ex ijs aliqui deficiunt post delationem, puta moriuntur, aut fiunt incapaces, aut repudiant suam portionem, Et tunc propriè locum habet ius accrescendi,
11 † *vt diximus in eodem 6 cap. q. 8. in prin. & q 16. num. 8. Et in specie declarant Bald. in d. l. non pro numero. 2. num. 7. C. ad Orficia. Imol. in d. l. planè. 34. §. si duobus, nu 4. ff. de leg prim. Castr. d. cons. 286. nu. 1. vol. 1. Andr. Fach. lib. 4. controu. cap. 31. Et est de mente coeterorum omnium, quos retulimus supra nu. 2.* quia, portio tamquam delata, & deficere, & per consequentias accrescere rectè dicitur, *per ea, quæ supra retulimus.*

Tertius, & vltimus casus est, quando lex, aut statutum non disponit de tota re, sed tantum de parte, puta, quia vocet aliquem ad certam portionem, & de alia nihil dicat, Et tunc verius est, partem, de qua non est dispositum, non accrescere, sed ad eos pertinere, qui iure
12 communi vocantur, † Cessat enim in hoc casu ratio, propter quam aliàs diximus, partem, de qua non est dispositum, accrescere portio-
13 ni datæ, quia, † licet non accrescat, non tamē dicetur defunctus pro parte intestatus decessisse, quoniam illa pars spectat ad venientes ex iure communi, qui, & ipsi sustinent causā intestati. Et his quidem casibus locum habet ius accrescendi ex causa vocantis.

S V M M A R I V M.

1 *Ius accrescendi locum habet, quoties coniunctus non facit partem.*
2 *Partem si facit coniunctus ius accrescendi cessat.*
3 *Partem qui facit, ius accrescendi excludit, qui vero non facit, non excludit.*
4 *Partem capere quid?*
5 *Partem facere quid? & num. seqq.*
8 *Partem, qui capit vtique, & facit.*
9 *Partem interdum facit etiam is, qui ad partem non admittitur.*
10 *Partem facit, qui ad partem suam admittitur, & cur num. 20. & 21.*
11 *Ius accrescendi impedit, qui ad partem suam admittitur.*
12 *Ius accrescendi est quadam vulgaris substitutio, sed tacita, non expressa, num. 13.*
14 *Substitutio vulgaris concipitur in primū casum, Declara, vt num. 15.*
16 *Ius accrescendi concipitur in primum casum.*
17 *Ius accrescendi quando locum habeat ex parte vocati.*
18 *Substitutio vulgaris quando expiret,*
19 *Ius accrescendi quando expiret.*
22 *Partem facit etiam is, qui sua partis æstimationem consequitur.*
23 *Partem non facit, qui rei totius æstimationem consequitur.*
24 *Partem non facit, qui ad partem suam non admittitur, & cur, num. 27. & 28.*
25 *Ius accrescendi non impedit, qui ad partem suam non admittitur, & cur, num. 27. & 28.*
26 *Pars eius, qui non admittitur, accrescit cōiuncto.*
29 *Pars qua dicatur accrescere.*
30 *Deficere qui dicatur.*
31 *Partium, & oculorum comparatio.*

An, & quando coniunctus faciat partem.

Quæstio Vigesimaprima.

NVnc videamus, quando locum habeat ex causa vocati. Constat autē tunc habere locum, cum is partem
1 non facit † *l. vtrum. 8. in prin. ff. de reb dub. & scribunt Ant. Fum. de coniun. cap. 13. num. 1. Cuiac. in l. si duobus. 16. ff. de leg. primo,* Nam, si faciat, haud dubiè ius accrescendi
2 cessat † *vt scribunt Bart. in d. l. re coniuncti, nu. 41. & ibi Rip. num. 140. Alcia. num. 47. Cuiac. in l. huiusmodi. 86. §. si Titio, & Meuio ff. de leg. primo, in 33. libr. edict. Salu. Iul. Did. Spin. in suo specul. testam. gl. 9. num. 20.* quia, qui facit partem, ius accrescendi excludit, qui verò non
3 facit, non excludit, † *vt declarant Bald. in l. vn. num. 15. C. quand. non pet. part. Crott. in d. l. re coniuncti num. 69. Cagn. in d. l. vn. num. 57. C. quand. non pet. part. Cuiac. in d. l. huiusmodi. 86. §. si Titio, & Meuio ff. de leg. primo, in 33. libr. ed. Salu. Iul. Et scribunt etiam ij, quos referemus infra nu. 7.* Quando autem faciat, aut non faciat partem, si quæramus, illud prius sciendū est, aliud esse capere partem, aliud facere: Partem enim capere dicitur is, qui eam cōsequitur, & obtinet, puta si heres pro sua parte, vel pro parte sibi relicta consequitur legatum,
4 aut fideicommissum. † Facere verò partem dicitur is, qui suā personam numerat in par-
5 tibus faciendis, † *l. 1. §. vlt. ff. de coll. bon. & in specie declarat Cuiac. in l. vn. §. his ita definitis C. de cad. toll. in d. l. si duobus. 16. ff. de leg. primo, & in d. l. huiusmodi. 86. §. si Titio, & Meuio ff. eod. in 33. libr. ed. Salu. Iul.* & hoc modo impedit, ne socius habeat totum, siue facit, vt non ni-
6 si partem consequatur † *l. Papinianus 8. §. quoniam autem quarta ff. de inoff. l. plane 34. §. si coniunctim, & §. inde dicitur, & d. l. huiusmodi 86. §. si Titio, & Meuio. ff. de leg. primo. l. vnū ex familia 69. §. sed si vno, vers. verum is, & l. cū pater. 79. §. libertis ff. de leg. 2. l. 1. §. si ex tribus, & l. si post mortem 10. §. libert. ff. de bon. possess. contra tab. d. l. 1. §. fin. ff. de coll. bon. l. 1. §. aduersus ff. si quid in fraud. patr. l. 2. §. vtiq. ff. de suis & legit. Et declarant gl. in d. l. huiusmodi. 86. §. si Titio, & Meuio, in verb. pars. & ibi Ias. num. 1. gl. in l. qui repudiantis. 17. in prin. in verb. non facit, & ibi Ang. in prin. vers. in text. ff. de inoff. testa. gl. in l. vtrum 8. in prin. in verb. partem ff. de reb. dub. Ang. in d. l. Papinianus. 8. §. quoniā, num. 1. ff. de inoff. Rub. in l. pater filium, 14. num. 107. vers. circa primam ff. eod. Zaz. in suis int. sing. cap. qui coniuncti iure ff. vel faciant partes, vel non faciant, & in l. si mihi & Titio. 110. in 2. ff. de verb. oblig. Cagn. in d. l. vn. nu. 57 C. quād. non pet part. Mynsin. in §. si eadem, num. 10. Inst. de legat. Crass. in §. ius accrescendi q. 16. num. 1. Ant. Gou. in lib. animad. cap. 6. Cuiac. in d. l. vn. §. his ita definitis C. de cad. toll* Itaq. facere partem effectu nihil aliud est, quam excludere, &
7 impedire ius accrescendi † *vt in specie declarāt Polit. in d. l. re cōiuncti, nu. 48. vers. & propterea, Gabr. cons. 133. num. 29. vol. 2. Crass in §. ius accrescendi q. 16. num. 1. Cuiac. ad l. vnum ex familia. 69 §. rogo ff. de leg. 2. in 19. libr. quæst. Papinia. Et est de mente eorum, quos retulimus supra num. 2. & 3.* Qui igitur capit partem, vtiq;
8 & facit † *d. l. plane. 34 §. si coniunctim ff. de leg. primo, d. l. 1. § aduersus ff. si quid in frau. patr. & dicemus infra num. 10.* Qui verò facit, non semper capit, quia interdum euenit, vt vnus ex socijs non capiat suam portionem, & ta-
9 men faciat partem, † *vt in d. § si coniunctim, Et declarāt Bald. in d. l. huiusmodi. 86. §. si Titio, & Meuio, vers. in gl. Alcia. in d. l. re coniuncti, num. 47. & ibi Io. Gaud. num. 53. Ant. Fum. de coniun. cap. 13. num. 1. Zaz. d. cap. qui coniuncti iure ff. vel fac. part. vel non fac. Ant. Gou in d. lib. animad. cap. 6.* & sic impediat, ne alter per ius accrescendi totum consequatur, exemplo canis olitoris, qui (vt est in veteri prouerbio)

nec

nec ipse capit, nec alium capere patitur. Hoc
autem posito, cum quærimus, an, & quando
coniunctus faciat partem, constat duos casus
esse distinguendos, quorum.

Primus est, quando coniunctus capit partē
suam, siue ad partem suam admittitur, Et
10 tunc certi iuris est, eum facere partem † d. l.
plane. 4 § si coniunctim ff de leg primo, & scri-
bunt. Soc. Sen. cons. 75. num. 5 in fi. vol 3. Fabia.
in Auth. nouissima nu. 213. C de inoff testa. Cagn.
in d. l. vn. num. 57. C. quand. non pet part. Rub.
in d. l. pater filium 14. num. 142. & 161 ff. eod. Et
tradunt etiam ij quos referemus in hoc cap. q. 36.
& 37. dicentes, eum, qui admittitur ad partem,
aut admitti speratur, facere partem, & sic impe-
11 dire ius accrescendi † d. l. vn. § vbi autem lega-
tarij C. de cad. toll l si pluribus 33. ff. de leg primo,
Cuiac. ad l. huiusmodi. 86 §. si Titio, & Meuio.
ff de leg. primo in 33. libr. ed. Salu. Iul. Et nos de
legitima loquentes diximus in 6. cap. q. 6. num. 2.
quia hoc ius est simile vulgari substitutioni,
imo dicitur vulgaris quædam substitutio,
2 † vti videre est apud Castr. in l. si Titio. 63. §.
Iulianus, num. 2. ff. de leg. 2. Crau. in l. cum filius.
11. in prima lect. nu. 62. ff. de leg primo, & cons.
856. num. 19. Men. cons. 483. num. 12. Rustic.
in tract. an, & quād. lib. in eād pos. cen. voc. lib 4.
cap. 2 part. 1. nu. 18. non quidem expressa, sed
3 tacita, † vt declarant Bald. in d. l. si Titio. 63. §.
Iulianus ff. de leg. 2. Alex in l qui fundum 86. §.
qui filium, num. 5. vers. & licet ff. ad l. Falc. Soc.
Sen. in l. si cognatis. 20. num. 34. ff. de reb. dub.
& cons. 249. num. 22. vers. ex qua conclusione, vol.
2. Ruin. cons. 131. num. 7. & 8. vol. 3. Zanch. in l.
hæredes mei. 57. §. cum ita, part 2. nu. 81. & part.
6. num. 189. Gomez. tom. 1. varia. resol. cap. 10.
num. 38. Mantic. de con. vlt. vol. lib. 8 tit. 13. nu.
6. Bursat. cons. 381. num. 14. & in fi. vers. quod
attinet. Men cons. 483 nu. 12. Nam, quemad-
modum vulgaris concipitur in primum ca-
sum † l. precibus 8. & ibi Bald. nu. 3. C. de impub.
& al. subst. l Lucius. 45. in prin. ff. de vulg. idest,
sub conditione, si primus deficiat ante ac-
quisitionem, † puta non sit hæres l. 1. l. iam hoc
iure. 4. ff de vulg § 1. Inst eod. l 3 § in eo ff de lib.
& posth. Vlp. tit. 23. Inst. §. liberis, vel non ca-
piat legatum, aut fideicommissum, aut mor-
tis causa donationem l. vt hæredibus 51. ff. de
leg. 2. l. ei, cui mortis. 10. ff. de mort caus donat.
ita etiam sub eadem conditione concipitur,
& in eundem casum confertur ius accrescē-
di. † Quamobrem dicimus, id habere locum
† si coniunctus deficiat d. l. vn. §. his ita defini-
tis, vers. sin vero quidam C. de cad. toll. § si eadem
Inst. de legat. l. si seruo. 31. ff. de statulib. Ant.
Fum. de coniun. cap. 13. num 7. Did. Spin. in suo
spec. test. d gl 9. num. 8. si non concurrat d. l. vn.
§. vbi autem legatarij, vers. sin vero non omnes
C. de cad. toll si non adeat hæreditatem l. si duo-
bus. 16 §. 1. ff de leg primo, siue hæreditati se
non immisceat, vt apud Put. decis. 309 num. 5.
lib. 2. si bonorum possessionem non agnoscat,
siue non admittat, l. 3 § ult. cum 2. ll seqq. ff. de
bon poss. & l si duobus 12 in prin ff de bon. poss.
contra t. l. si quis ex his 4 § fin. ff. und lib. si ex-
cludatur l. si ponat. 23. § ult. ff. de inoff. Dec. in
rub. C. quand. non pet. part in 2. lect. num. 1. &
sic, si non fiat hæres l. liber homo. 59. §. cum quis
ff. de hær. inst. vel bonorum possessor, vel le-
gatum, aut fideicōmissum non consequatur

ex ijs causis, quas referemus in q. 22. & 23. qq seqq.
Quemadmodum igitur vulgaris substitutio
18 cessat, † si primus adeat hæreditatem l. post
aditam. 5. l. precibus. 8. C. de impub. & al. sub. Vlp.
tit. 22. Inst. §. fin. vel agnoscat legatum l. si le-
gata. 6. C. de legat. & sic capiat id, quod sibi da-
tum est, ita etiam cessare debet ius accrescen-
19 di, † si coniunctus capiat suam portionem:
20 Deficit enim tunc † conditio, sub qua huius-
modi dispositiones cōcipiuntur, ideoque dis-
positiones ipsæ locum habere nequeunt d. l.
vn. §. & , cum triplici C. de cad. toll. l. vlt. § fin
autem auaritia C. comm. de legat. Et verò, quo-
ties coniunctus capit suam portionem, non
21 potest ea dici deficere, aut vacare, † ideoque
nec per consequentias locum habere potest
ius accrescendi, quippe, quod inter coetera
requirit, vt portio vacet, siue, vt portio defi-
ciat, ad hoc, vt locum habere possit, sicuti de-
monstrauimus in huius cap. prin. num. 4. & seqq.

Adeo autem verum est, eum, qui admitti-
tur ad partem, facere partem, vt procedat pri-
mo non solum, si eodem iure capiat partem,
sed etiamsi diuerso: Nec enim ad faciendam
alteri partem necesse est, quem admitti eodē
iure, sed sufficit, si diuerso puta iure retentio-
nis. vt in specie l. huiusmodi 86. §. si Titio, &
Meuio ff. de leg. pri. de cuius tamen rei veri-
tate latè dicemus in hoc cap q. 28 & q. 38.

Secundo procedit non solum, si capiat par
tem ipsam, sed etiam, si aliud, quod succedat
loco partis, puta dotem, quæ succedit loco
debitæ portionis, secundum ea, quæ diximus
in 6. cap. quæst 7. num. 6. & seqq.

Tertio procedit etiamsi non capiat partē
ipsā, sed ipsius partis æstimationē: nā, quia æsti
matio pr̄statur loco rei, siue eius loco succe-
dit, ideo fit, vt coniunctus perinde faciat par-
22 tem, atque, si rem ipsam cepisset † l. duobus.
87. ff de leg pri. Ant. Gouea. in lib. animad. c. 6.
Planè, si duobus eadem res disiunctim legata
fuisset ea mente, vt vterque eam insolidū cō-
sequeretur, quo casu vnus haberet rem, alter
vero æstimationem, vt ostendimus in 5. cap. q.
12. nu. 26. licet vnus esset consecutus æstima-
tionem, non tamen impediretur alter rem to-
23 tam petere, † quia partes non fiunt, nisi ab ijs,
qui concursu partes sunt habituri, & sic, qui
vocantur ad eandem rem, non ad diuersas.

Secundus verò casus est, quando coniun-
ctus non capit partem, siue ad partem suam
non admittitur, Et tunc generaliter quidem,
ac per modum regulæ dicere solemus, eum
24 non facere partem † l. qui repudiantis. 17. in
prin. ff. de inoff. test. l. liber homo. 59. §. cum quis ff.
de hær. inst. l. vn. C. quand. non pet. part. d. l. vtrū.
8. in prin. ff. de reb. dub. l. si post mortem. 10. §.
liberi ff. de bon. poss contra tab. l. si quis ex his 4. §.
fin ff. vnd lib. Et scribunt gl. in l. si duobus 16. §.
vlt. in verb. expresserit ff. de leg. prim. Cin. in d. l.
vn § in primo nu. 3. & ibi Bald. num. 10. vers.
opp. C. de cad. toll. Bart. in d. l. Papinianus. 8. §.
quoniam ff. de inoff. & in d. l. qui repudiantis.
17. in prin. & ibi Angel. in prin. vers in text. &
Castr. num. 2. ff. eo. Bald. in cap. 1. in prin. nu. 2.
vers. omnimodo, de eo, qui fin. fec. agn. Castr in d.
l. planè. 34. §. si duobus num. 10. ff. de leg pri. &
in l. 2. num. 2. C. ad Orfic. Rub in d. l. pater filium
14. num. 107. vers. circa primam ff. de inoff. Ioa.
Gaud. in d. l. re coniunctim, num. 49. Ant. Fum. de

coniunct. d. cap. 13. num. 1. Boer. decis. 104. nu. 8. Franch. decis 63. num. 4 Zaz. in sing. intell. d. cap. qui coniuncti iure ff. vel faciant partes, vel non faciant, Crass. in d. §. ius accrescendi q. 16. num. 1. Couall in tract. comm. contra commu. q. 370. nu. 4. Honded. cons. 1. num. 104. volu. 2. Men. consil. 207. num. 53. Cuiac. in d. l. si post mortem. 10. §. liberi ff. de bon. poss. contra ta. & sic non impe-
25 dire ius accrescendi, † *l. planè. 34. §. si duobus ff. de leg prim. d. §. si eadem, Inst. de legat. d. l. 3 §. vlt. cum 2. ll seqq. ff. de bon. poss. d. l. vn. §. in primo § pro secundo §. his ita definitis, & §. vbi autem legatarij C. de cadu. toll. Andr. Facb. lib. 4. contro. cap. 97.* Quo sensu dicimus, partem eius, qui non admittitur, accrescere coniuncto,
26 † *iuribus supra allegatis, Io. Gaud. in d. l. re con-*
27 *iuncti, num. 49.* quia, † quemadmodum instituto excluso vocatur substitutus *l. qui plures 23. l. fin. in prin. ff. de vulg. §. 1. Iust. eo. l. siue autem. 12. ff. de leg. praest. Vlp. d. tit. 22. Inst. §. si.* quasi purificata conditione, sub qua vocatus est *l. ab omnibus 107. §. cum quidam ff. de leg pri.* ita etiam excluso socio vocatur coniunctus, quasi a lege substitutus *d. l. si Titio. 63. §. vlt.*
28 *ff. de leg. 2.* Purificatur enim † per exclusionē coniuncti conditio, sub qua ius accrescendi a lege deferri solet, *vt patet ex ijs, quæ diximus supra num. 16. & seqq.* Quamobrem dicimus,
29 † accrescere partem non petentis *l. vn. & tot. tit. C. quand. non pet. part. pet. accr.* non capientis, seu non concurrentis, *in l. 2. §. pro qua quisque ff. de bon poss sec tab. & apud Vlp. tit. 24. Inst. §. si duobus.* Et eodem sensu dicimus, accrescere partem exclusi, siue deficientis *l. qui ex duabus. 53. §. vlt. ff. de acq. her. d. l. vn. §. vbi autem legatarij. vers. sin autem ad deficientis C. de cad. toll. Purp. in d. l. vn. num. 27. C. quand. non*
30 *pet. part.* Deficere enim dicitur, † qui non capit, siue, qui non admittitur ad suam portionē *d. l. vn. §. his ita definitis, vers. sin verò quidam C. de cad. toll. d. §. si eadem Iust. de legat.* Et verò, sicut naturaliter euenit, vt, cum vnius oculi pupilla clauditur, alteriùs oculi pupilla dilatetur, ita etiam ciuiliter accidit, vt, quoties deficit vnus ex coniunctis, alter locupletetur, & hoc propter portionum cōnexionem, & colligantiam, quæ operatur, vt, sicut cortina cortinam trahit, ita etiam portio trahat portio-
31 nem. † *Ita eleganter Bald. in l. vnic. §. in primo, num. 16. vers. item extra C. de cad. toll. quem referunt, & sequuntur Purp. in d. l. vn. num. 23. C. quand. non pet. part. Mantic. de coni. vlt. volunt. lib. 10. tit. 3. num. 3. Costa de port. rat. q. 49. nu. 1.*

Sed specialiter, si quæramus, an, & quando is, qui non admittitur ad partem, faciat alijs partem, & sic impediat ius accrescendi, constat tria esse consideranda, causam, modum, & tempus, de quibus omnibus separatim tractaturi videamus primo de causa.

S V M M A R I V M.

1 *Deficere tribus modis dici potest portio.*
2 *Portio, quæ dicatur haberi pro non scripta, & quæ quasi caduca, quæuè caduca.*
3 *Ius accrescendi locum habet in hæreditatibus, si portio habeatur pro non scripta, & cur, nu. 4.*
5 *Partem facit etiam is, qui non admittitur ad partem, si tractemus de legatis, & fideicommissis, & dispositio in persona vnius initio non consistat. Sed contra num. 6. & cur, num. 8. & seqq. Declara, vt num. 20. & seqq. vsque in finem.*
7 *Partem non facit, qui non admittitur ad partē, si legatum pro non scripto habeatur, & cur num. 8. & seqq.*
9 *Coniunctio ex voluntate testatoris inducitur, etiamsi dispositio in alterius persona non consistat, & cur, num. 10.*
10 *Voluntas testatoris colligitur etiam ex actu inutili.*
11 *Coniunctio etiam inutilis parit ius accrescendi.*
12 *Coniunctio, licet requirat duo extrema, sufficit tamen, si vnum habeat realiter, alterum verò verbaliter.*
13 *Coniunctio non requirit, vt ambo extrema sint habilia.*
14 *Ius accrescendi causatur etiam ab extremo inhabili.*
15 *Nullum, quod est, nullum parit effectum, Declara, vt num. 17.*
16 *Coniunctio nulla est in ijs, quæ pro non scriptis habentur, Declara, vt num. 17.*
24 *Declaratur l. vn. §. in primo C. de cad. tollend. & num. seq.*
26 *Deficere dicitur etiam portio, quæ pro non scripta habetur.*
27 *Pars non data qualiter dicatur non accrescere.*

An, & quando coniunctus faciat partem, si dispositio in eius persona initio non consistat.

Quæstio Vigesimasecunda.

Et causa quidem, propter quam quis non admittitur ad partem, potest esse duplex: Aut, enim ideo non admittitur, quia a principio non constitit in eius persona dispositio, aut, quia ex post facto defecit. Sed, quoniam hæc subdiuiditur in duas, scilicet, quia portio, quæ initio constitit, potest deficere, vel viuo testatore, vel post eius mortem, ideo effectu triplicem di-
1 cimus esse causam deficientiæ: † Aut enim portio deficit initio, prout euenit, cum dispositio iam eo tempore, quo fit, non consistit in persona vocati, Et eo casu dicitur haberi pro non scripta, aut verò deficit ex post facto, sed viuo testatore, Et dicitur fieri quasi caduca, seu esse in causa caduci, aut denique deficit post mortem testatoris, Et tunc propriè, &
2 specialiter dicitur fieri caduca † *l. vnic. §. & cū triplici, & ibi Cin. C. de cad. toll. Et in specie declarant Azo in summ. C. eod. num. 1. Bald. in Auth. ingressi num. 15. C. de sacr. Eccl. Ang. de Gamb. de testa gloss. 41. num. 1. vers. 2. præmittendum est, Crott. in d. l. re coniuncti, num. 103. & seq. Gomez. tom. 1. varia. resol. cap. 10. num. 29. Duar. lib. 1. de Iur. accr. cap. 18. Zaz. in suis sing. int. cap. qui coniuncti iure ff. faciant, vel non fac. part. Cuiac. in not. ad Vlp. tit. 17. Inst Men. cons. 1112. nu. 35.*

Si igitur dispositio in persona vnius initio non consistat, siue habeatur pro non scripta, & quæramus, an locum habeat ius accrescendi, siquidem tractemus de hæreditatibus, res caret dubio: nam certum est, id habere locum
3 † *l. cum tatibus. 125. §. 1. & ibi Bart. ff. de leg. pri.*

l. vn.

l.vn.§.bis ita definitis, ibi quoquomodo vacuatis
C.de cad.toll. Et scribunt Bald.in d. Auth. ingres-
si, num.15.C. de sacros.Eccl. Anto. Fum. de con-
iunct.cap.13.num.4.Soc. Inn. cons.48. num. 34.
vol.4.Craß.in d. §. Ius accrescendi q. 16. num.8.
Et est in confesso apud eos, quos referemus in 8.
cap.q.17.num.5.& 14.dicentes, portionem hære-
ditatis,quæ pro non scripta habetur, accrescere
cum onere,vel sine;nam ij, licet in onere dissentiãt,
consentiunt tamen in accretione, quam haud du-
biè supponunt habere locum. Denique fuit hoc de
mente eorum,quos referemus infra post num. 6.
dum simpliciter,& absolutè scripserunt,in ijs,quæ
pro non scriptis habentur, locum esse iuri accre-
4 scendi; quia † cum accrescat etiam pars nulli
assignata, ne alioquin testator decedat pro
parte testatus,& pro parte intestatus, vt dixi-
mus in hoc cap.q.1.nu.1.& 2. Consequens est,
vt debeat etiam accrescere pars data inutili-
ter, quippe, quæ pro non scripta, siue non as-
signata habetur.

Cœterùm, si tractemus de legatis,& fidei-
commissis maior videtur esse dubitatio, pro-
pterea, quod varij sunt iuris loci, in quibus
etiam is, qui non admittitur ad partem eo,
quod ab initio legatum in eius persona non
constiterit, facit partem, † vti videre est in l. si
duobus.16.in prin. l. planè.34.§.si coniunctim,
& l. huiusmodi.86.§.si Titio,& Moeuio ff.de
leg.pri.& l.si Titio.7.ff.de leg.2.

Sed est verius, quod nostri frequentiùs tra-
diderunt, scilicet etiam in legatis, & fideicõ-
missis partem, quæ pro non scripta habetur,
coniuncto accrescere. † Ita enim scripserunt
Bald.in l.qui quartam 15.§.vlt.vers.nota,& ibi
Castr.num.3.in fi.ff.de leg.pri.Ias.in l.huiusmo-
di.86.§.si Titio,& Moeuio,num.7.& 9.ff.de leg.
pri.Ant.Fum.de con.cap.13.num.4. Craß.in d.§.
ius accrescendi,q.16.nu. 8. Et est in confesso apud
eos,quos referemus in cap.8.q.13. num.1.dicentes,
in legatis, & fideicommissis partem, quæ pro non
scripta habetur,accrescere sine onere, & in hoc dif-
ferre legata,& fideicommissa ab hæreditatibus.
Denique hoc ipsum sensisse videntur, qui simpli-
citer,& absolutè tradiderunt, ius accrescendi ha-
bere locum in ijs, quæ pro non scriptis habentur,
vt Cin.in d.l.vn.§.in primo num.2.vers.dicas er-
go.& ibi Bald.num.3.& Castr.num.1. C.de cad.
toll.Bart.in d.l huiusmodi 86 § si Titio,& Moe-
uio,vers.hoc est falsum ff.de leg pri.Ang. de Gãb.
de testa.d.gl.41.num.1.vers.2.præmittendum est,
Ias.in l. si duo patroni.13.in prin. num.7.ff.de
tuetur.Marc.q.677.num.6.part.2. Gul. Ben. in
d. cap. Raynutius, in verb. & vxorem nomine
Adelasiam,nu.151.Soc.Iun.cons.107.nu.11.vol.
3. Alc.in d. l. re coniunctis, num.62.versicul sanè,
Mynſ.in d. §. si eadem num. 14. Inst. de
legat. Cuiac. ad l. si duobus. 16. in prin. ff. de leg.
pri. Duar.lib.1.de Iur.accresc.cap.18. Et rectè.
Nam hoc ita apertè probant l. vn.§.in primo
C.de cad.toll.l.planè.34.§.si duobus,ibi,ideoq;&
l.legatum.119.§.1. ff.de leg.primo, l. Plautius.
49. in prin. ff. ad.l. Falc. vt nullus esse possit
probabili dubitationi locus. Quamobrem di-
cimus, eum, qui non admittitur ad partem,
non facere partem, si legatum pro non scrip-
to habeatur, † vti videre est apud Imol.in d.l.si
Titio.7.num.1. vers & ideo ff.de leg. primo, Ias.
in d. l. planè. 34. §.si duobus, num.13. & in d.l.
huiusmodi.86.§.si Titio, & Moeuio,num.7.&
9.ff.de leg. primo, & in addit. ad Port.in §.si
eadem num.8.Inst.de legat.& ibi Mynſ.num.14.
Anto. Fum. de coniunct. cap. 13. num. 4. quia,
8 † cum in legatis, & fideicommissi ius accre-
scendi proueniat ex coniunctione, siue ex vo-
luntate testatoris, quæ ex tali coniunctione
colligitur, vt ostendimus in 2 cap.q.2 num.47.
& 48. & coniunctio, seu voluntas ita subsit,
vbi dispositio in alterius persona non con-
9 sistit, vt, vbi consistit, † sicuti scripserunt Bald.
in d.l.si duobus 16.§.vlt.vers. Nota,& ibi Imol.
in prin.vers.Nota secundũ Bald.ff.de leg.primo,
cum etiam ex actu inutili voluntas testatoris
10 colligatur † l.fin.ff.de his quæ in test. del. Con-
sequens est, vt, etiamsi legatum in vnius per-
sona non consistat, eius tamen portio debeat
coniuncto accrescere. Ita ratiocinatur Bald.in
l.qui quartã 15.§.vlt.vers.Nota ff.de leg.primo.
Et verò ad effectum iuris accrescendi specta-
mus voluntatem testatoris in coniungendo,
non vim coniunctionis in cõcurrendo, quia
coniunctio etiam inutilis parit ius accrescẽ-
11 di † d.l.planè.34.§.si duobus ff.de leg.primo.d.l.
vn. §. in primo, & ibi Bald.num.3.C.de cad.toll.
Bald.in d. l.si duobus. 16. § fin.vers. Nota ff.de
leg.primo.

Nec obstat, quod coniunctio duo saltem
requirat extrema, id est, duorum, aut plurium
vocationem, vt diximus in 4. cap.q.4.num.6.
quia sufficit, si vnum habeat realiter, alterum
12 verò verbaliter, † vt declarant Bald in d.l. si
duobus. 16. §.vlt vers. Nota, & ibi Imol vers.
Nota secundum Bald.ff.de leg.primo. Hoc enim
est, quod dicimus, coniunctionem non requi-
13 rere, vt ambo extrema sint habilia, † vti vide-
re est apud Bald. in d l. planè. 34. §.si duobus
vers. Nota, & ibi Ias. num. 11. ff.de leg.primo,
Ant.de Ros de succ.ab int.num.240.vers.2.pro-
batur, imo ab extremo inhabili causari ius
14 accrescendi, † secundum Bald.in d §. si duobus
vers. Nota, Ant.de Rosel. de succ. ab int.d.num.
240.vers.2.probatur.

Minus obstat, quod id, quod nullum est,
15 nullum pariat effectum † l. non dubium. 5.C.
de legib.& in ijs, quæ pro non scriptis haben-
16 tur, nulla sit coniunctio, † vt scribit Bald.in
rep.l.1.num.8.vers.& ideo potes C. de sacr. Eccl.
17 quia respondeo, id procedere, † quo-
ad ea, quorum respectu res est nulla, non
etiam, quoad alia: Coniunctionem autem
esse nullam, quoad inducendum concursum,
non etiam, quoad ostendendam voluntatem
testatoris, ideoq; nil mirum, si pariat effectũ
iuris accrescendi, quippe, quod ex tali volun-
tate proficiscitur, vt supra dictum est.

Deniq, non obstant leges in contrarium
adductæ, quia nostri communiter ita eas in-
18 telligunt, † vt, vel loquantur de his, qui non
admittuntur ad partem, sed admitti sperãtur,
vt l. si duobus.16.in prin.ff. de leg. primo, secun-
dum ea, quæ referemus in hoc cap. q. 24. num.7.
vel de his, qui admittuntur aliquo iure, puta
iure retentionis, vel alterius æquitatis, vt l.pla-
nè. 34. §.si coniunctim, & l.huiusmodi. 86. §.si
Titio, & Moeuio ff. eod. sicuti referemus in hoc
ipso cap. q. 32. & 38. vel de his, qui, licet non
admittantur per se, admittuntur tamen per
alium, puta per fiscum, vt l. si Titio. 7. ff.de
leg. 2. sicuti referemus in hoc eodẽ cap.q.25.& 47.
nam hi omnes faciunt partẽ, & sic impediũt
ius

ius accrescēdi. Cocterùm, si sint tales, vt neq; per se, neq; per alium admittantur, aut admitti sperentur aliquo iure actionis, vel retentionis, vel alterius æquitatis, verius esse tradunt, non facere eos partem, & sic non impedire, quominus illa pars, quæ inutiliter eis fuit assignata, coceteris accrescat. Quamobrem duas considerant regulas ex illarum legum interpretatione desumptas, quas referemus *in hoc cap. q. 36.*

Verùm hæc sententia, licet in se vera sit, & ab illarum legum speciebus abstracta, & separata sit inuiolabiliter obseruanda, tam cōsulendo, quam iudicando, quatenus tamen
19 ad eas refertur, est commentitia, † quia in illarum legum speciebus non ideo partem facit is, in cuius persona legatum initio non constitit, quod ad partem admittatur, aut admitti speretur per se, vel per alium, sed alia ratione, quam exponemus *in quæst. sqq. vbi locos illos interpretabimur.*

Quamobrem recentiores in aliam iuerūt sententiam existimātes dispositionem illarū legum obtinuisse quidem tempore veterum
20 iuris consultorum, sed non hodie, † quia Iustiniani constitutio *in l. vn. C. de cad. toll.* censetur omnes illas leges correxisse. *Ita enim cēsuerunt Duar. lib. 1. de iur. accr. cap.* 18. *Balduin. in § si eadem, num.* 18. *&* 19. *Inst. de legat. Cuiac. ad l. si duobus.* 16. *in prin ff. de leg. primo, Andr. Fach. lib. 4. controu. cap* 97. *Et specialiter de l. si duobus, Bern. Vualt. lib. 2. Miscell. cap.* 13. *post Io. quem refert gl. in d. l. si duobus, in verb. deberi.* Quam sententiam verissimam esse puto, sicuti latiùs ostendam *in quæst. sqq.* vbi leges illas singulatim interpretabor.

Quam autem ob rem faceret olim partem is, qui non admittebatur ad partem, si quæra-
21 mus censent pleriq; rationem esse, quia, † cū legatum initio non cōsisteret in persona vocati, non poterat per consequentias ei censeri data aliqua portio; Quo fit vt nec potuerit dici socio accrescere, cum ius accrescendi in ea tantum portione locum habeat, quæ alicui data est. *vt diximus in hoc cap. q.* 15. *num.* 3. Debet enim portio deficere, vt accrescat, *sicuti docuimus in huiusce cap prin. num.* 6. & deficere non dicitur, quæ inutiliter fuit assignata, *ut declarat Baldui. in d § si eadem, num.* 18. *Ita censuerunt Duar. d lib.* 1. *de iur. accr. cap.* 18. *Hoto. lib.* 1. *Amicab. resp cap.* 24. *et Ill. quæst.* 44. *Balduin. in d. § si eadem n.* 17. *et* 18. *et ibi Vuesem. num.* 2. *in uerb deficiat.*

22 Verùm hęc opinio nō est vera, † meritòq; fuit ab omnibus improbata.

Primo, quia supponit olim non habuisse locum ius accrescendi in iis, quæ, pro non scriptis habentur, quod perspicue falsum est,
23 † vt *rectè scripsit Mynf in d* §. *si eadem num.* 14. *Inst. de legat. et* probat *l. vn* §. *in primo, C. de cad. toll.* vbi Iustinianus de iis, quę p nō scriptis habentur loquens, *statutum fuerat,* inquit, *ut ea omnia bona manerent apud eos, a quibus fuerant derelicta, nisi uacuatus, uel substitutus suppositus uel coniunctus fuerat aggrauatus: Tunc enim non deficiebant, sed ad illos perueniebant, nullo grauamine (nisi perraro) in hoc pro non scripto superuenient, quod et nostra maiestas, quasi antiquæ beneuolentiæ consentaneum, et naturali ratione subnixum, intactum, atq; illibatū præcepit custodiri in omne æuum ualiturum:* Diligenter
24 enim pōderanda sunt † illa verba, *statutū fuerat,* & illa, *quasi antiquæ beneuolentiæ consentaneum,* quippe, quę significant, Iustinianum in hoc nō correxisse ius antiquum, aut aliquod ius nouum constituisse, sed, quod antea obtinebat, quasi naturali ratione subnixum in suo statu reliquisse, cum alioquin de caducis. & quasi caducis loquens *in* §. *pro secundo, et* §§ *seqq.* apertè scribat, se in his ius pristinum corrigere.

Nec obstat, si dicatur, prædicta verba non esse referenda ad illud ius, quod tempore veterum Iurisconsultorum obtinebat, sed ad aliquam constitutionem medio tempore promulgatam, quæ cum veterum prudentū
25 opinione non consentit, † *ut respondendo declarat Duar. d. lib.* 1. *de Iur. accr. cap.* 18. quia, cum nullum eius extet vestigium, nullaq; legatur eius mentio, non potest sine commento dici, id speciali potiùs constitutione fuisse cautum, quam ex veterum sententia receptum.

Secundo, quia supponit ea, quæ pro non scriptis habentur, non dici deficere, & per cōsequentias nec accrescere, quod tamen, &
26 ipsum falsum est, † vti constat ex *d. l. vn.* §. *& cum triplici C. de cad. toll.* vbi Iustinianus, *Et cū triplici modo,* inquit, *ea, quæ in vltimis elogiis relinquuntur, contingebat deficere,* inter quos primo loco recenset ea, quæ pro non scriptis habentur. Significat igitur etiam hęc olim dici consueuisse deficere.

Tertio demum, quia, quod hæredi, & extraneo relinquitur, haud dubiè in persona hæredis initio non consistit, & tamen certum est, partem ei inutiliter assignatam etiā olim extraneo accrescere consueuisse *l. planè* 14. §. *si duobus ff. de leg. prim. & nos latè ostendemus in hoc cap. q.* 29. Ergo falsum est, non fuisse olim locum iuri accrescendi, quoties in persona vnius ex vocatis non consistebat initio dispositio.

Nec obstat, quod ius accrescendi non habeat locum, nisi in portione data, & data nō intelligatur, quæ inutiliter data est, quia respondeo, quod dicimus, partem non datam
27 non accrescere, procedere † in ea, quæ etiam de facto data non est, vt euenit, cum testator legauit vni dimidiam alicuius rei, puta fundi, & de alia dimidia non disposuit: Tunc enim verum est, illam dimidiam, quæ nulli fuit assignata, non accrescere, sed in hęreditate remanere, *sicuti ostendimus in hoc ipso cap. q.* 15. *num.* 1. Coeterùm, quoties fuit data, licet inutiliter, verius est in ea locum habere ius accrescendi, *vt patet ex d* §. *in primo, & d.* §. *si duobus ac iis, quæ supra diximus,* quia dispositio testatoris, etiamsi sit inutilis, quo ad vocatum, nihilominus declarat illius voluntatem, & eundem, quo ad eos, qui vtiliter vocati sunt, respectu partium, & iurium earum effectum operatur, quem operaretur, si esset vtilis, *l. quo loco.* 20. §. 1. *ff. de hær inst. & nos ostendimus in hoc cap. q.* 10. *num.* 18.

Secundo igitur alij censent, rationem ex antiquo legatorum discrimine depēdere: nā,
28 quia † ius accrescendi non habebat olim locum in legato damnationis, sed tantum in legato vindicationis, *vt ostendimus in* 5. *cap. q.* 38. *num.*

38. *num.* 58. *& in cap.* 6. *q.* 20. *num.* 26. ideo locos omnes, in quibus is, qui non admittitur ad partem, facit partem, censent esse accipiēdos de legato damnationis, eos verò, in quibus partem non facit, de legato vindicationis.

29 † *Ita enim censuit Cuiac. ad titul.* 24. *Inst. Vlp. & ad l.* 2. *ff. de vsufr. accre. tract.* 5. *ad Africa. & in l. si duobus.* 16. *in prin. ff. de leg pri. & in l. si post mortem.* 10. § *liberi ff. de bon. poss. contra tab. & ad l. huiusmodi* 86. §. *si Titio, & Moeuio ff. de leg. prim. in* 33. *lib. Salu. Iulia. ad edict.* Quæ sen-

30 tentia, licet verissima sit, † si respiciamus ad *l. si duobus.* 16. *in prin & l. huiusmodi* 86. §. *si Titio, & Moeuio ff. de leg.* 1. *& l. si Titio.* 7. *ff. de leg.* 2. quæ re vera de legato damnationis loquūtur, *vt ostendemus in hoc cap. q.* 24. 25. *&* 28. non tamen potest ad speciem *l. planè* 34. §. *si coniunctim ff. de leg. pri.* adaptari, quippe, quę nō de legato damnationis, sed de legato vindicationis loquitur, *vt latè ostendemus in quæst.* 30.

Quamobrē verius est, rationes esse varias

31 † pro varietate specierum, quæ in illis locis proponuntur; quas tamen nos non hic duximus afferendas, sed *in quæst.* 24. 25. *&* 28. vbi locos illos fusiùs exponemus: Hic enim satis erit admonuisse, rē hodie caret dubio, quia certi iuris est, eum, qui non admittitur ad partem eo, quod in eius persona legatum initio non consistat, sed habeatur pro non scripto, non facere partem, quod, & de particulari institutione dicitur, *vti videre est apud Pereg. cōs.* 77 *num.* 10. *vol.* 5. qui ppe quæ legato compatatur, & secundum eius naturam regulatur *l. ex facto.* 35. *ff. de her. inst. & nos diximus in hoc cap. q.* 9. *num.* 32. *& seqq.*

SVMMARIVM.

1 *Institutio alicuius, vt filij vel, vt fratris, vel, vt liberti, non valet, sed habetur pro non scripta, si postea appareat, eum non esse filium, aut fratrem, aut libertum, & eur, num.* 3.

2 *Testator potest instituere, etiam extraneum, vel, legatum, aut fideicommissum ei relinquere.*

4 *Testator non præsumitur fuisse relicturus ei, quē credebat filium, si sciuisset, eum filium non esse.*

5 *Portio assignata ei, quem testator vocauit, vt filium, & postea constat, filium non esse, accrescit coniunctis.*

6 *Institutio filij, tamquam legitimati, non valet, sed habetur pro non scripta, si legitimatio non sit valida.*

7 *Institutio filij adoptati non valet, si adoptio iure non subsistat, & num seq.*

9 *Adoptari loco fratris nemo potest.*

10 *Institutio facta de aliquo, tamquam adoptato loco fratris non valet.*

11 *Dispositio captatoria habetur pro non scripta.*

12 Captatoria *institutio nullius est momenti.*

13 Captatoria *dispositio dicitur, quæ confertur in arbitrium alterius, Sed contra nu.* 15. *& seqq.*

14 *Dispositio collata in arbitrium alterius non valet, & cur, num.* 19.

17 *Captari quid.*

18 Captatoriæ *dispositiones improbantur Senatuscō. sulto Libontano.*

20 *Declaratur l. captatorias.* 70. *ff. de hęred. inst. & num.* 21.

22 *Captatoria dispositio quæ propriè dicatur, & nu. seqq.*

An, & quando coniunctus faciat partem, si dispositio in eius persona initio non consistat ex causa testatoris.

Quæstio Vigesimatertia.

SEd hæc quidem generaliter dicuntur Specialiter autem, si quæras mus, an, & quando is, in cuius persona initio non consistit dispositio, sed habetur pro nō scripta faciat partem, siue impediat ius accrescendi, constat varios esse distinguendos casus quorum

Primus est, quando dispositio in persona vnius ex vocatis initio non consistit propter defectum potestatis testatoris Et tunc certū est, non habere locum ius accrescendi, quia, cum limitata sit potentia causę efficientis, debet etiam per consequentias limitatus induci effectus, *vt diximus in* 10. *cap. q.* 12. *nu.* 2. Quamobrem dicimus in dispositionibus limitatis ius accrescendi non habere locum, *vti videre est in eodem cap.* 10 *q.* 10. *nu.* 3. Huius rei duo possunt exempla afferri.

Primum in filiof. qui testatus est de bonis aduentitijs fauore causæ piæ, & causæ nō pię: nam, quia respectu causę non piæ deficit testatoris potentia, scilicet, quia filiusf. de bonis aduentitijs testari non potest, *vt diximus in eodem cap.* 10. *q.* 12. *num.* 7. &, vt possit piæ causæ relinquere, speciali ipsius fauore receptum est, *vt diximus in hoc cap. q.* 61. ideo fit, vt pars causæ non pię data non possit piæ accrescere, *sicuti ostendimus in eadem q.* 61.

Secundum exemplum afferri potest in eodem filiof. qui testatus est de peculio castrensi, vel quasi castrensi fauore vnius, & de aduentitio fauore alterius: nam, quia respectu aduentitij deficit potestas, *vt supra dictum est*, ideo fit, vt, licet institutio de eo facta habeatur pro non scripta, non tamen ipsum peculium possit instituto in castrensibus, vel quasi castrensibus accrescere, *sicuti ostendemus in d. cap.* 10. *cap.* 12. *num.* 3.

Secundus verò est, quando dispositio in persona vnius ex vocatis initio non consistit non propter defectum potestatis, sed propter defectum voluntatis testatoris. Et tunc certū est, partem inutiliter illi datam coniuncto accrescere.

Exemplum sit, si testator instituat aliquē, vt filium, vel, vt fratrem, vel, vt libertum, aut ei quicquam leget, vel per fideicommissum relinquat, & postea constet, eum non esse filium, non fratrem non libertum: Nam talis dispositio initio non consistit, sed habetur

1 pro non scripta † *l.* 1. §. *vlt. ff. de Carbo. ed. l. si pater* 4. *C. de hered. instit. l. neq; professio* 5. *C. de testa. l. ex his verbis* 7. *C. de testa. mil. l. auferetur.* 46. *in prin. ff. de Iur. fisc. Et scribunt Bart. in d. l. neq; professio, in prin. & nam.* 2. *& ibi Castr. num.* 1. *Alexand. num.* 1. *Ias. num.* 5. *Bartol. in d. l. si*

l. si pater in prin. & ibi Bald. in prin. & num. 1. Castr. num. 1. Alex. nu. 1. Bart. in l. demonstratio 17. in prin. num. 7. ff. de cond. & dem. Bald. in l. quoties. 9. in prin. vers. quæro hic, & ibi Imol. nu. 8. vers. in gl. 2. & Castr. nu. 2. ff. de hær. inst. Ang. in l. eam, quam. 14. num. 10. & 11. & ibi Castr. num. 3. C. de fideic. Castr. in l. 1. num. 5. vers. Primus C. de his quibus vt ind. Ias. in l. hæreditat. 4. nu. 11. C. eo. Barba. cons. 27. num. 5. vol. 1. Curt. Iun. cons. 31. num. 8. Duran. de art. testan. tit. 1. caut. 14. num. 16. Vasq. lib. 3. Illu. contro. cap. 102. nu. 4. Ceph. cons. 440. nu. 14. Mantic. de con. vlt. vol. lib. 4. tit. 6. num. 4. & 7. Surd. cons. 1. num. 5. & 6. Cuiac. lib. 17. obs. cap. 21. non propter defectum potestatis, cum certum sit, posse testatorē instituere etiam extraneū, & ei legarū, vel fidei
2 cōmissum relinquere † *l. extraneū. 9. l. extraneū 11. C. de hær. Instit.* sed propter defectum vo-
3 luntatis, quia, † cum errauerit in qualitate personæ, quæ fuit causa finalis dispositionis, *vt considerant Bart. in d. l. demonstratio. 17. in prin. nu. 7. vers. & ratio ff. de cond. & dem. Bald. in d. l. quoties. 9. in prin. vers. quæro hic, & ibi Imol. num. 8. vers. in gl. 2. & Castr. num. 2. ff. de hær inst. Bald. in d. l. si pater 4. num. 3. vers. sed an præsumitur, C. eo. Ang. in d. l. eam, quam. 14. num. 10 & ibi Castr. num. 3. C. de fideic. Castr. in d. l. neq; professio. 5. num. 1. & ibi Ias. num. 5. C. de testa. Alex. in l. si in nomine 4. nu. 4. C. eod. Barba. d. cons. 27. num. 6. vol. 1. Ceph. d. cons. 440 num. 15. Surd. d. cons. 1. num. 5.* Consequens est, vt cesset voluntas *d. l. quoties 9. in prin. ff. de hæred. instit. Et in specie declarat Corn. cons. 1. num 23. vers. & maxime, vol. 1.* Non enim fuisset ei relicturus, si eum non esse talem sciuisset, aut credidisset, *vt ait Mantic. d. lib. 4. tit 6. num. 7.*
4 quod & in dubio præsumitur, † *vt scribūt gl. in d. l. si pater. 4. in verb. non instituturus, & ibi Bald. num. 3. vers. sed, an præsumitur, & Ang. num. 1. C. de hær. inst. gl. in l. nemo. 58 § 1. in verb. instituitur ff. eod. Bart. in d. l. neq; professio. 5. num. 3. & ibi Bald. vers. aut quæritur, & Ias. nu. 5. vers. subdit C. de testa.* Quamobrem portio illi inutiliter assignata deferetur substituto, aut eo deficiente accrescet alijs coheredibus, vel collegatarijs, vel confideicommissarijs,
5 † *vt scribunt Bald. in d. l. si pater 4. num. 4. C. de hær. inst. Barbat. d. cons. 27. num. 6. vers. & si quispiam vol. 1. Pereg. de iur. fisc. lib. 2. tit. 2. nu. 4.* aut ijs deficientibus ad venientes ab intestato pertinebit, *vt ostendemus in 9 cap. q. 9.* Idē est, & si quis instituat filium a se legitimatū, vel aliquid ei relinquat: nam, si talis legitimatio non subsistat (quod, quibus ex causis contingere possit, facile erit ex ijs intelligere, quæ dicemus *in 10. cap. q. 4*) dispositio in eum collata nō valebit, sed habebitur pro nō scripta ꝑpter errorē testatoris in qualitate perso-
6 næ, quæ fuit causa finalis dispositionis. † *Ita docuerunt Castr. in d. l. eam, quam 14. num 4. C. de fideic. Dec. mihi cons. 175. nu. 3. vbi ait, decisionem Castr. non habere contradicentem, & cons. 287. num. 2. vers. 2. alia ratione, cons. 319. in prin. & cons 433. num. 8. Durans de art testa d. tit. 1. caut. 14. num. 16. Ceph. d. cons. 440. nu. 16. & 17. Roll. cons. 22. num. 10 vol. 3. Mantic. d. lib. 4. tit. 6. num. 12. Men. cons. 285. num. 43.* ideoq; portio illi assignata accrescet alijs, *secundum ea, quæ supra diximus.* Idem est, & si instituat filium, quasi adoptatum, & adoptio iure non subsi-
7 stat, † *vt in specie d. l. eam. quam. 14. vers. quod rescripsimus C. de fideic. & l. si is. 8. C. de præsc. lōg.*
8 *temp.* Nam non valebit institutio, † *vt scribūt Ang. in d. l. eam, quam. 14. num. 11. & ibi Castr. num. 3. Castr. in d. l. neq; professio. 5. num. 1. & ibi Alex. nu. 1. Ias. nu. 5. C. de testam. Mant. de coniect. vlt. vol. lib. 3. tit. 10. nu. 5. & d. lib. 4. tit. 6. nu. 14.* & pars illi assignata cœteris accrescet, *secundum ea, quæ supra diximus.* Deniq; idem est, & si quis extraneum sibi adoptet in fratrem, deinde eum instituat, aut ei, quasi fratri legatum, vel fideicōmissum relinquat: nam, quia adoptio nullius est momenti, cum receptum
9 non sit, vt aliquis loco fratris adoptetur † *l. nec apud. 7. C. de hær. instit. Harmen. lib. 4. Iuris epit. tit. 6. cap. de fratris adoptione,* ideo fit, vt & dispositio in eius personam collata, propter er-
10 rorem testatoris initio non consistat † *d. l. nec apud,* & per consequentias, vt portio illi assignata cœteris accrescat, *secundum ea, quæ supra diximus.*

Tertius casus est, quando dispositio in persona vnius ex vocatis initio non consistit, nō propter defectum potestatis, aut voluntatis testatoris, sed propter defectum formę, Et tūc certum est, non impedir ius accrescendi fauore illius in cuius persona dispositio valet.

Exemplum primum sit in testamento minus solemni condito inter liberos: nam, si quid in eo fuerit extraneis relictū, & sic inutiliter propter defectum solemnitatis *l. hac cōsultissima 21 § ex imperfecto C. de testam.* accrescet liberis, *vt diximus in 5. cap. q. 2. nu 9.* Quod quibus casibus procedat, facile erit ex ijs intelligere, quæ diximus *in 5. cap. q. 41. num. 13. & in hoc cap. q. 1. num. 18. & q. 10. num 40. & dicemus in hoc ipso cap. q. 61. & in cap. 10. q. 9. num. 3.*

Secundum sit exemplum in testamento minus solemni, quod fuit conditum ad pias causas: nam, si quid in eo fuerit causæ non piæ relictū, quia initio non consistit propter defectum solemnitatis, ideo accrescet causę piæ, *vt dicemus in hoc cap. q. 61.* nisi in casibus, quos retulimus *in 5. cap q. 41. num. 14. & in hoc cap. q. 1. num. 19 & q. 10. num. 38. et referemus in hoc ipso cap q. 61. et in cap. 10. q. 9. num. 3.*

Tertium exemplū sit in dispositione, quæ in persona vnius ex vocatis est captatoria: Nam, quia & ipsa non cōsistit initio, sed ha-
11 betur pro non scripta † *l. 1. in fi. ff. de his, quæ pro non script. hab. Cuiac. in not. ad Vlp tit. 17. Inst. et ad l. captatorias 70. ff. de hær. inst. in 6. lib. respon. Papin.* siue sit institutio, siue legatum,
12 † *vt de vtroq; cōstat ex l. captatoriæ. 67. ff. de leg. primo, et simpliciter de institutione ex l. captatorias. 11. C. de testa. mil. l. captatorias. 70 et l. illa autem. 71 ff. de hæred. inst. d. l. 1. in fi. ff. de his, quę pro non scrip. hab.* ideo fit, vt portio illi assignata accrescat alteri, in cuius persona dispositio valet, *secundum ea quæ supra diximus.*

Captatoriam autem dispositionem nō eā appello, quæ simpliciter confertur in arbitriū
13 alterius; † prout euenit, cū testator ait, instituo Titium, vel, Titio lego, si Caius voluerit, vt veteres passim arbitrati sunt, *sicuti videre est apud gl. et alios in locis supra allegatis,* quia, licet
14 huiusmodi dispositio non valeat, † siue sit institutio, siue legatum, *vt de institutione constat ex l. illa institutio. 32. in prin. et l. si quis Sempronium.*

nium. 68. in prin. ff. de hared. inst. De legato verò
ex l. senatus 45. §. legatum ff. de leg. primo. l.
nonnunquam 5.. ff. de cond. et dem. non tamen
15 dici potest captatoria, † vt rectè animaduerte-
runt Christ. Castilio. et Raph. Cuma. quos refe-
runt, et sequuntur Dec. in d. l. captatorias. 11. nu.
8. C. de testa. milit. Alcia. lib. 2. parerg. cap. 31. Ant.
Aug. lib. 4. emend. cap. 15. Ema. a Costa lib. 1. sel.
interp. cap. 21. num. 7. Couar. in cap. cum tibi. nu.
3. ex tr. de testam. Franc. Sarmien. lib. 2. select. in-
terp. cap. 4. num. 1. Conna. lib. 10. commen. cap. 6.
num. 5. Ant. Gub. cap. 7. quæstio. iur. num. 13.
Coras. lib. 5. miscel. cap. 13. Cuiac. lib. 16. obs. cap.
11. et ad l. captatorias. 70. ff. de har. inst. in 6. lib.
16 resp. Papin. scilicet, quia † per eam non capta-
tur aliena dispositio, vt est necessarium ad
hoc, vt dispositio dici possit captatoria: Cap-
17 tare enim nihil aliud est, † quam dolo, & ma-
lis artibus aliquid ambire, seu quærere, quo
sensu dicimus, captare hæreditatem l. 1. in
prin. ff. si quis aliq. test. prob. latè Hoto. in comm.
verb. iuris, in verb. captare, captare mortem
cap. ne captanda de concess. praben. in. 6. & id ge-
nus alia, quæ res dici non potest de ea dispo-
sitione, quæ simpliciter in alterius arbitrium
confertur. Deniq; captatoriæ dispositiones
18 improbantur Senatusconsulto † d. l. captato-
rias. 70. et d. l. illa autem. 71. ff. de hared. inst. et d.
l. 1. in fi. ff. de his, quæ pro nō script. Franc. Sarm.
d. lib. 2. sel. inter. cap 4. num. 1. scilicet Libonia-
no, quo etiam prohibitum est, ne sibi quis in
alterius testamento adscribat d. l. 1. in fi. ff. de
his, quæ pro non script. hab. et in specie declarat
gl. in d. l. captatorias. 70. ff. de hared. inst. cum
alioquin dispositiones, quæ simpliciter in
alterius arbitrium conferantur, ideo dicantur
19 non valere, quia † satis constanter veteres decre-
uerunt, testamentorum iura ipsa per se firma esse
oportere, non ex alieno arbitrio pendere, vt ait
Caius in d. l. illa institutio. 32. in prin. ff. de har.
inst. Non sunt igitur captatoriæ. vt rectè ani-
maduertit Dec. in d. l. captatorias 11. num. 8. C. de
testa. mil.

Nec est contrarium, quod captatorias in-
20 stitutiones eas Papinianus appellet, † quatū
conditio confertur ad secretum alienæ vo-
luntatis in d. l. captatorias. 70. ff. de hared. inst.
cuiusmodi videntur esse dispositiones om-
nes, quæ in alterius arbitrium conferuntur,
scilicet, quia concipiuntur sub conditione, si
voluerit, quæ haud dubiè confertur ad secre-
tum alienæ voluntatis, quia Papinianus ibi
loquitur negatiuè, non affirmatiuè: Scribit
enim, eas institutiones, quæ mutuis affectio-
nibus iudicia prouocauerunt, non esse a se-
natu improbatas, quia non sunt captatoriæ:
Nam captatoriæ dicuntur institutiones, qua-
rum conditio confertur ad secretum alienæ
voluntatis, cum alioquin illæ, quæ mutuis af-
fectionibus iudicia prouocauerunt, non fue-
rint conceptæ sub aliqua conditione, quæ di-
ci possit in alterius voluntatem collata, sed
21 simpliciter, scilicet, quia † iudicia tunc dicū-
tur mutuis affectionibus prouocata, cum duo
testamentum condiderunt, vel simul, vel se-
paratim, & alter alterum simpliciter instituit
hæredem: nam quia primus instituendo se-
cundum, & ita signum affectionis in eum de-
monstrando eundem inuitauit ad se pariter
instituendū, & eo modo præbendum mutuæ
affectionis argumentum, ideo dicitur alter
alterius iudicium, siue dispositionem mutua
affectione prouocasse, sed, quia dispositiones
ipsæ non fuerunt conceptæ sub conditione, si
alter alterum hæredem instituerit sed sim-
pliciter, ideo non possunt institutiones dici
captatoriæ, nec per consequentias a senatu
improbatæ. Itaq; Papinianus arguit negati-
uè, non affirmatiuè, quia sequitur, Non est in
stitutio collata in secretum alienæ volunta-
tis. Ergo non est captatoria, sed non sequitur,
Est collata in secretū alienæ voluntatis. Ergo
est captatoria.

Quamobrem verius est, captatoriam dis-
22 positionem eam tantum appellari, † quæ fit
sub conditione, si vocatus aliquem, puta te-
statorem, vel eius filium, vel etiam alium, quē
expresserit, hæredem instituerit, aut quid ei
legauerit, prout euenit, cum testator ait, Qua
ex parte me Titius hæredem instituerit, ex ea
parte hæres esto, vt in d. l. 1. §. vlt. ff. de his, quæ
pro non scrip. hab. vel, instituo Titium, seu Ti-
tio lego, si me, vel Gaium hæredem institue-
rit, vt in d. l. ille autem 71. § sed illud ff. de hæred.
inst. Nam, quia per huiusmodi dispositionem
captatur aliena dispositio, cum eo modo in-
ducatur alius ad instituendum, vel legandum
ei, cui fortassis non esset aliàs relicturus, ideo
dicitur captatoria, ut declarant omnes, quos re-
tulimus supra nu. 15. Et præter eos Hoto. in comm.
uerb. iur. in uerb. captatoria: Maximè, cum in
23 hac re captio contineri possit: † Nam, si ego
te hæredem instituero sub conditione, si me
hæredem institueris, & tu spe lucri inuitatus
me hæredē scripseris, deinde ego eo reuoca-
to testamento fecerim alium hæredē nonne,
si ignorans meam reuocationē non, & tu re-
uocaueris testamētum, remanebis deceptus?
Ideo enim me hæredem instituisse, quia puta-
bas, te quoque ex meo testamento posse con-
sequi meam hæreditatem, si ego prior dece-
derē, aliàs non instituturus, & tamen propter
reuocationem non poteris mihi succedere,
cum alioquin ego non reuocato a te testa-
mento sim tuam hæreditatem habiturus, si
prædecesseris. Meritò igitur institutio sub il-
la conditione facta, vt captatoria fuit a sena-
tu improbata. Ita ratiocinatur Fran. Sarm. d.
lib. 2. sel. inter. cap. 4. num. 1.

Hinc intelligimus eas propriè dici capta-
24 torias institutiones, quæ † fiunt sub conditio-
ne dispositionis futuræ: nam, quæ in præteri-
tum concipiuntur, veluti, Qua ex parte Titius
me hæredem instituit, ex ea parte Titius hæ-
res esto, ut in l. 2. d. si hoc articulo. 29. & l. illa au-
tem 71. in prin. ff. de hæred. inst. vel, si Titius
me hæredem instituit, aut quid mihi legauit,
Moeuius hæres esto, ut in l. mulier. 20. §. ult. ff.
de condit. institut. non possunt dici captatoriæ
25 † d. l. illa autem. 71. in prin. ff. de hæred. institu.
quia per eas non captatur a testatore disposi-
26 tio: † Aut enim testator iam fuit institutus,
& statim valet eius dispositio, aut non fuit
institutus, & statim est inutilis, quoniam hæc
est conditionum, quæ in præsens, aut præteri-
tum concipiuntur natura, l. cum ad præsens. 7.
ff. si cert. pet. Et in his terminis scribitur in d. l. 2.
uers. alter, & d. l. hoc articulo. 29. ff. de hæred. inst.
Quamobrem huiusmodi dispositiones non
27 improbantur † d. l. mulier. 20. §. ult. ff. de cond.
inst.

inst. d. l. 2. & d. l. hoc articulo. 29 ff. de hered. inst. gl. in d. l. captatorias. 11. C. de testa. mil. & in d. l. 1. in verb. fuit ff. de his, quæ pro non script. hab.

SVMMARIVM.

1 *Dispositio habetur pro non scripta, si conferatur in eum, qui tempore testamenti non est in rerũ natura.*

2 *Ius accrescendi locum habet in hereditatibus, si ex duobus, aut pluribus heredibus institutis unus tempore testamenti non fuerit in rerum natura.*

3 *Declaratur l. si duobus. 16. in prin. ff. de leg. pri. & num. 7. & seqq. usq; ad finem.*

4 *Partem non facit is, qui tempore testamenti non est in rerum natura, etiam in legatis, & fideicommissis.*

5 *Declaratur l. un. §. in primo C. de cad. toll.*

6 *Testator, si reliquerit Titio, & alij, quẽ tamen non expresserit, sed pro eo exprimendo spatium reliquerit, nec postea uacuum impleuerit, perinde habebitur, ac, si reliquisset ei, qui in rebus humanis non esset.*

7 *Posthumus, quandiu speratur, facit partem.*

8 *Partem non facit, qui in rebus humanis, nec est, nec esse speratur.*

9 *Posthumus, qui non nascitur, non facit partem, & cur, num. 10.*

11 *Posthumus in ijs, quæ ipsius commodũ respiciunt, habetur pro nato, Declara. ut num. 12.*

13 *Posthumus, si nascatur, non potest pars illi relicta considerari amplius, ut pro non scripta, sed tantum, ut caduca, uel quasi caduca.*

14 *Posthumus, si non nascatur, pars illi relicta habetur pro non scripta.*

15 *Posthumi spes, quando ualiditatem dispositionis operetur.*

16 *Captiuo quod relinquitur, ualet, quandiu spes est, posse eum reuerti.*

17 *Captiuo relictum habetur pro nõ scripto, si postea non reuertatur.*

22 *Partem, cum dicimus alicui deberi, intelligimus, alteram partem ei non accrescere, & nu. 27.*

23 *Partem dicimus interim deberi, cum subest spes iuris accrescendi.*

48 *Verbum, debetur, potest etiam ad uindicationis legatum referri.*

49 *Actio ex testamẽto nascitur etiam ex legato uindicationis.*

50 *Verbum, debetur, frequentius ad damnationis, quam ad damnationis legatum refertur, & cur, num. 51.*

An, & quando coniunctus, qui non est in rerum natura, faciat partem.

Quæstio Vigesimaquarta.

QVartus casus est, quando dispositio in persona vnius ex vocatis initio non consistit propter defectum existẽtiæ ipsius vocati, prout euenit, cum vnus ex vocatis tempore testamenti nõ est in rerum natura, quo casu dispositio habetur pro non

1 scripta † *l. quo loco. 20. § 1. ff. de her. instit. l. 2. in prin. & l. Diui. 6. §. fin. & l. quidam referunt. 14. uers. ego autem ff. de iur. codic. l. si quis Titio. 17. in prin. ff. de leg. 2. l. si eo tempore. 4. ff. de his, quæ pro non script. hab. l. un. §. &, cum triplici, & § in primo C. de cad. toll. Et scribunt Cin. in d. §. &, cũ triplici, num. 2. Azo in summ. C. de cadu. toll. nu. 2. Bart. in l. 1. num. 2. C. de her. inst. Aug. in l. si duobus. 16. §. fin. uers. Non ergo obstat ff. de leg. pri. Castr. in l. 1. num. 2. uers. in text. ibi, capere C. de her. inst. Imol. in l. si seruus eius 81. nu. 5. uers. 4. ff. de acq. hered. Ias. in l. huiusmodi. 86. §. si Titio, & Meuio, nu. 7. ff. de leg pri. Cepoll. cautel. 58. in prin. Crott. in d. l. re coniunctis, num. 104. Soc. Iun. cons. 107 num. 11. uol. 3. & cons. 40. nu. 4. uol. 4. Aut. Fum. de coniun. cap. 13. nu. 3. Gomez. tom. 1. uaria. resol. cap. 10. num. 29. Zaz. in sing. intell. cap qui coniuncti iure ff. uel faciant, uel nõ faciant partem, Myns. in d. §. si eadem, num. 14. Inst. de legat. Hoto. lib. 1. Amicab. resp. c. 24. Cuiac. in d. l. si duobus. 16. ff. de leg. pri. & in not. ad Vlp. tit. 17. Inst. Did. Spin in suo specu. test. gl. 9. nu. 8. Pereg de iur. fisc. lib. 3. titul. 1. num. 4.* Et tunc si quæramus, an, qui non admittitur ad partem, faciat partem, Constat multum referre, vtrũ loquamur de hæreditatibus, an verò de legatis, & fideicommissis: nam, si de hæreditatibus, certum est, non facere partem, & conse-

2 quenter non impedire ius accrescẽdi † *d. l. quo loco. 20 §. 1. & ibi Bart. ff. de her. inst. Et scribunt Coepoll. d. caut. 58. in prin. uers. & his casibus Gomez. d. cap. 10. num. 29. Crass. in d. § ius accrescendi q. 8. num. 16. per ea, quæ diximus in hoc cap. q. 22. num. 4.*

Coeterùm, si tractetur de legatis, & fideicommissis, res videtur dubia propter *l. si duo-*

3 *bus. 16. in prin. ff. de leg. 1.* vbi Pomponius, † *Si duobus res coniunctim legata sit*, inquit, *quamuis alter in rerum natura non fuerit, alteri deberi solam partem. Et hoc puto uerum.*

Sed est verius, quod nostri communiter tradiderunt, scilicet etiam in ijs eum, qui non admittitur ad partem, propterea, quod non sit in rerum natura, non facere partem,

4 & sic non impedire ius accrescendi. † *Ita enim scripserunt glo. in d. l. huiusmodi. 86 § si Titio, & Meuio, in verb. pars. & ibi Bart. uers. item dicit, & Ias. num. 7. ff. de leg. 1. glo. in d § si eadẽ, in verb. defecerit, & ibi Port. num. 7. in fin. & Myns. num. 14. Inst de legat. Capoll. d caut. 58. in prin. uers. & his casibus, Soc. Iun. d. cons. 107. nu. 11. vol. 3. Aut. Fum. de coniun. d. cap. 13. num. 3. & 6. Zaz. in sing. intell. cap. qui coniuncti iure ff. vel fac. vel non fac part. Io. Gaud. in d. l. re coniunctis, num. 49. Crass. in d. § ius accrescendi q. 16. num. 8. Forca. in Necyo. dial. 67. num. 8. & dial. 68. num. 2. Did. Spin. d gl. 9. num. 8. Et est de mente eorum, quos referemus infra num. 8. & seqq.* Nam hoc apertè probat *d. l. un. §. in primo C.*

5 *de cadu. toll.* vbi Iustinianus ait, † ea, quæ personis ante testamentum mortuis testator relinquit, haberi pro non scriptis, & manere apud eos, à quibus sunt derelicta, nisi datus sit substitutus, vel coniunctus; nam tunc ad illos pertinent. Quod nostri trahunt etiam ad eam speciem, in qua persona coniuncti non fuit à testatore expressa, sed omissa relicto in scriptura spatio, quod denotet, voluisse testatorem aliquem adijcere, vt, cum ait, *lego Titio, &*, deinde relicto spatio subijcit, *fundum Tusculanum*, nam etiam in hoc casu Titius perinde totum consequetur, ac, si te-

stator

ſtator eum expreſſiſſet, qui in rebus humanis
6 non eſſet † *Ita ſcripſit Bal in d.l.vn §.in primo, num. 3.verſ.per hoc, & poſt eum Caſtr. ibi, num. 5.C.de cad. toll.*

Neque obſtat *l.ſi duobus*, quia variæ ad eam
reſponſiones afferuntur: Primum enim vete-
res frequentiùs reſpondent, Pomponium ibi
7 † loqui de eo, qui tempore teſtamenti non
eſt in rerum natura, ſed eſſe ſperatur, & ſic
de poſthumo, quem certum eſt, facere par-
tem, quandiù ſperatur, *vt dicemus in hoc cap. q.37.Ita poſt Rog.quem refert, & ſequitur glo. in d.l.ſi duobus 16. in prin.in verb. deberi, locum illum intelligunt Bart.ibi num. 1. & Bald. Ang. verſ in text.ibi, & Caſtr.num.2.vbi ait, ita communiter teneri, & Imol.in prin. Alex.num.1.& 2.verſ.in glo.in uerſ. deberi, ubi pariter teſtatur, ita communiter teneri, & Iaſ.num. 1. Cin.in d.l. un § in primo, num.2.uerſ.quinto, C. de cad. toll. Bart.in d.l ſi duobus.16.§.ult.uerſ.opp.ſupra, & ibi Ang.verſ.Non obſtat ergo ff. de leg.primo. Bald. in l.qui quartam.15.§.ult.& ibi Caſtr.nu. 1.& 2.uerſ.in text ibi, & Alex.num.1.uerſ in text. ibi.ff.eod. Ant. Fum.de coniunct cap.13. nu. 1.Forca.in d. Necy.dial.68. num.2.* nos verò lo-
qui de eo, qui, nec eſt, nec eſſe ſperatur: nam
hic partem non facit, & conſequenter non
8 impedit ius accreſcendi, † *ut declarant Bart. in d l.ſi duobus.16.§ fin. in princip. & ibi Angel. in princip. Alexand. numer. 1. Iaſ. numer.* 1. ſiue
iam erat mortuus tempore teſtamenti, *in quibus terminis loquuntur iura, & authoritates, quas allegauimus ſupra num.1.& 4* ſiue poſtea
natus non eſt, vt, quia mulier, ex qua poſt-
humus ſperabatur, nunquam fuerit prægnãs,
vel fecerit abortum: Nam poſthumus, qui
non naſcitur, nunquam facit partem, & ſic
9 nunquam impedit ius accreſcendi † *l qui quartam 15.§.ult.l.ſi duobus.16.§.ult. ff. de leg primo l.heredi.31.ff.de acq.her.l.quidam. 6. § ult. cum 2.ll.ſeqq.ff.de reb.dub.l.filius à patre 28.§. ult.ff. de lib.& poſth.Et ſcribunt Harmeno.lib.5.Iuris epit.tit.10.cap.de imperf.teſta gl.in d.l. huiuſmodi 80.§. ſi Titio, & Moeuio, in uerb. part, & ibi Bart.uerſ.item dicit, & Iaſ.num.7.ff. de leg. primo gl.in d.§ ſi eadem in uerb. defecerit, Inſt. de legat. Bart. in d. l.ſi duobus 16. in prin. num. 1. & in § fin. in prima oppo. & ibi Ang.uerſ. Non ergo obſtat ff. eod. Bart. in d l.quidam.6.§ ult. in prin.ff.de reb.dub.& in l.cum quidam 30.§.ſuum haredem num.2.ff.de acq.hered.Bald. in d. l. qui quartam 15.§.ult.& ibi Caſtr.num.2. uerſ. in text. ibi ff. de leg. primo.Zaz in ſing.intell d.cap. qui coniun. iure ff uel fac. uel non fac part.uerſ. in quarto.Mantic.de coniect ult.uolunt. lib. 10. tit.3.num.22.Forca.in Necyo.d.dial 68.num.2.*
10 *& 3.* quia, † quod ei relinquitur pro non ſcri-
pto habetur, *ut mox dicemus*.

Nec obſtat, ſi dicatur, poſthumum in ijs,
quæ ipſius commodum reſpiciunt, haberi
11 pro nato † *l.qui in utero eſt.7 l. qui in utero ſunt. 26.ff de ſtat.hom.l.quod dicimus.231.ff. de uerb. ſign.§. cum autem Inſt. de tutel.* ideoque, quod
ei relinquitur, perinde ſuſtineri, ac, ſi re vera
fuiſſet relictum ei, qui tempore teſtamenti
iam erat in rebus humanis. quia reſpondent,
12 hoc eſſe verũ, ſi † poſtea naſcatur. *l.3 §. utiq, ff.de ſuis, & legit.* nam tunc diſpoſitio in eum
collata iam vſque ab initio cenſetur conſti-
tiſſe, adeo, vt, etiamſi poſtea moriatur, &
diſpoſitio aliqua ex cauſa non ſortiatur effe-
ctum, non tamen poſſit habere locum ius ac-
creſcendi, velut in portione, quæ ſit habita
pro non ſcripta, ſed velut in portione cadu-
13 ca, aut quaſi caduca, † *ut declarant Ang. in d. l.ſi duobus.16.§.fin.uerſ.Non ergo obſtat. ff. de leg.primo, Caſtr.in d.l.qui quartam.15.§.ult. nu. 3.uerſ.erat autem ff. eod. Soc. Iun d.conſ.107.nu. 13.uol. 3.* Cœterùm, ſi poſtea non naſcatur,
vt, quia mulier nunquam fuerit pregnans,
aut fecerit abortum, veriùs eſſe, diſpoſitio-
nem cenſeri vſque ab initio non conſtitiſſe,
14 & haberi pro non ſcripta, † *ut in ſpecie declarant Bald. in d.l.qui quartam.15.§.ult.uerſ.Nota ff. de leg.primo, Ang.in d.l ſi duobus.16.§ fin. uerſ.hic autem ff. eod. Iaſ.in d.l.huiuſmodi.86.§. ſi Titio, & Moeuio, num.7.ff.eo* quia fuit col-
lata in eum, qui re vera nunquam fuit in re-
bus humanis.

Nec eſt in eo vis facienda, quod tempore
teſtamenti potuerit ſperari poſthumus, quia
15 talis ſpes † operatur validitatem diſpoſitionis,
ſi poſtea naſcatur. Cœterùm, ſi non naſca-
tur, non impedit, quominus diſpoſitio iam
vſque ab initio cenſeatur non conſtitiſſe, vt
in ſimili dicimus de eo, qui eſt apud hoſtes:
nam, quia poteſt reuerti, & iure poſtliminij
capere, quod ſibi relictum eſt, ideo propter
hanc ſpem, ſi quid ei relinquatur, cenſetur
16 initio validum. † *l ſeruus 101.ff. de leg.primo.*
Sed hoc intelligitur, ſi poſtea reuertatur,
17 † quia, ſi non redeat, ſed in hoſtium poteſta-
te moriatur, diſpoſitio iam vſque ab initio
cenſetur non conſtitiſſe. *l. ſi ſeruo meo Stichus. 104.§. 1.ff. eod.* Quamobrem inter eas connu-
meratur, quæ pro non ſcriptis habentur, *l.ſi eo tempore 4.uerſ ſed, & ſi ff. de ijs, quæ pro non ſcript. hab.* & in quibus is, qui non admittitur
ad partem, non facit partem, *uti uidere eſt apud Io.Gaud.in d.l.re coniunctis, nu.49.* Vtrum
igitur initio valeat diſpoſitio, an verò pro
non ſcripta habeatur, pendet à futuro euen-
tu, quia, ſi poſthumus naſcatur, aut capti-
uus reuertatur, diſpoſitio cenſetur ab initio
valuiſſe, aliàs habetur pro non ſcripta.

Verùm hæc reſponſio, licet in ſe vera ſit,
& à ſpecie *d. l.ſi duobus*, abſtracta dubiũ non
habeat, ad eam tamen relata eſt commenti-
18 tia, † ideoque merito fuit *à Polit. in d.l. re coniunctis, num.48.uerſ. quantum ad tertium, Bern. Vual. lib. 2. miſcell. cap. 13. & alijs* improbata,
19 quia, † præter id, quod nullum ibi legitur ver
bum, ex quo colligere poſſimus, ſpem ibi ſu-
beſſe futuræ exiſtentiæ, ideoque nõ poſſumus
eam ſine commento ſupponere, *vt conſiderat Polit. in loco ſupra allegato*, verius etiam eſt,
20 Pomponium ibi † loqui de eo, qui nec eſt in
rerum natura, nec eſſe ſperatur, *vt eſt in confeſſo apud eos, quos referemus in ſeqq. reſponſionibus*, Quod probatur

Primo, quia in iure noſtro, cum dicimus
aliquem non eſſe in rerum natura, tempore
21 teſtamenti, eum ſemper intelligimus, † qui
nec eſt, nec eſſe ſperatur, *vt in d.l. quidam reſtituunt.14.ff. de iur. eod.* Quamobrem, & Iuſti-
nianus eum interpretatur non eſſe in rerum
natura, qui tempore teſtamenti iam deceſſe-
rat *in d.l.vn.§.& , cum triplici, & §. in primo.C. de cadu. toll.*

Secundo, quia iuriſprudentes, cum ſimpli-
citer

citer dicunt, alicui partem, aut solam partem
deberi, hoc perpetuò significant, non debe-
ri totum, & sic respectu alterius partis cessare
22 ius accrescendi, & quidem absolutè, † *vti vi-
dere est in l. si Titio.7.& l. fin.§.Seio ff.de leg.se-
cundo, l. huiusmodi 86. §. si Titio & Moeuio, &
l. si domino Stichus. 102. ff. de leg. primo.* Nam,
cum spes iuris accrescendi subest, non simpli-
citer dicunt, partem deberi, sed, interim de-
23 beri partem, † *vt in l. planè. 34. §. si coniunctim,
vers. sed, si in pupillari. ff. de leg. primo.* Cum igi-
tur Pomponius *in d. l. si duobus*, simpliciter di-
cat, alteri solam partem deberi, Consequens
est, vt non loquatur de eo, qui facit partem
interim, sed potiùs de eo, qui absolutè.

Quamobrem alij secundo loco censent,
quod ibi dicitur, alteri deberi solam partem,
24 intelligi † iure proprio, idest, iure legati, quod
ei principaliter relictum est, sed non exclude-
re, quominus aliam partem consequatur iure
accrescendi. *Ita declarat Bald. in d. l. vn. §. 1.
num. 10. C. de cadu. toll. & eo tacito Raph. Cuma.
in d. l. si duobus, in prin prout ibi refert Alex. nu.
2. vers. in glo. in uers. deberi.*

25 Verùm, & hæc sententia meritò fuit † *à
Polit. in d. l. re coniunctis, num. 48. uers. quantum
ad tertium, & alijs* improbata.

26 Primo, quia † verisimile non est, Pompo-
nium ita diminutè quæstionem decidisse, vt
necessitatem reliquerit faciendæ suppletio-
nis, *vt ibi Polit. ait.*

27 Secundo, quia, † *vt supra dictum est*, par-
tem, cum dicunt veteres prudentes legatario,
vel fideicommissario deberi, hoc perpetuò
significant, non deberi totum, & per conse-
quentias cessare ius accrescendi. Quod, si lo-
cum habet, vbi de parte simpliciter fit men-
tiò, quanto magis obtinere debet, vbi iun-
cta est taxatiua? prout factum est *in d. l. si
duobus*, vbi scripsit Pomponius solam partem
deberi, *vt & in d. l. si Titio. 7. de leg. 2.*

Tertio igitur putant alij, multum referre,
28 † vtrum testator sciens aliquem decessisse cõ-
iunctim ei cum alio rem aliquam reliquerit,
an verò ignorans, vt primo casu faciat par-
tem, & ita intelligatur *l. si duobus*, secundo ve-
rò non faciat, & in his terminis procedat *l.
vn. §. 1. C. de cad. toll.* Cuius diuersitatis hanc
afferunt rationem, quia, qui legat ei, quem
scit non esse in rebus humanis, non aliam ob
causam hoc facere videtur, quam, vt faciat
partem coniuncto, quæ ratio cessat in eo, qui
ignorat. *Ita censuit Polit. in d. l. re coniunctis,
num. 48. vers. quantum ad tertium, & eo tacito
Ant. Gouea. in lib. animad. cap. 6. Et fuit etiam
de mente Vues. in d. §. si eadem num. 2. in uerb. de-
ficiat, Inst. de legat.*

Sed horum sententia mihi videtur absur-
29 dissima, † Primo, quia neminem reor futu-
rum tam insanum, vt in suo testamento sit
quicquam ei relicturus, quem scit antea de-
30 cessisse. † Quamobrem veteres, vbi tractant
de relictis ijs personis, quę tempore testamẽti
non sunt in rebus humanis, vel apertè scri-
bunt, hoc per testatoris ignorantiam factum
esse, *vt in d. l. vn. §. & , cum tripli.ci. C. de cad. tol.*
vel ita euenisse supponunt, *vt in d. l. quo loco.
20. §. 1. ff. de haered. inst. l. 2. in prin. & l. quidam
referunt. 14. in prin. ff. de iur. cod. l. si eo tempore.
4. ff. de his, quæ pro non script. hab.*

31 Secundo, quia, † si testator non censetur
excludere ius accrescendi, quoties legat Ti-
tio, & ei, qui est in rebus humanis, multo mi-
nus censeri debet, id excludere, quoties legat
Titio, & ei, quem scit non esse in rerum na-
tura: nam, quia duos, aut plures coniungen-
do videtur omnes pro vno reputare. *d. l. planè
34. §. 1. ff. de leg. primo*, & velle, vt coniuncti
partem coniunctorum, quasi propriam vin-
dicent. *d. l. vn. §. his ita definitis, uers. hac ita tam
variè C. de cad. toll. & nos latè diximus in quinto
cap. q. 46. num. 9.* ideo coniungẽdo cum Titio
eum, quem scit non esse in rebus humanis,
non aliam ob causam hoc facere videtur,
quam, vt certam ei prębeat totius habendi
materiam, ita, vt partem inutiliter socio da-
tam, quasi suam, & sibi relictam vindicare
possit.

Quamobrem verius est, quod alij tradide-
runt, scilicet dispositionem eiusce legis ob-
tinuisse iure vetere, seu (vt vulgò dicimus)
iure Digestorum, sed hodie post Iustiniani
constitutionem *in d. l. vn. C. de cad. tol.* non pro-
32 cedere. † *Ita post Io. antiquum glossatorem, cu-
ius opinionem refert glo. in d. l. si duobus, in verb.
deberi, & probat Bern. Vualt. lib. 2 misc. cap. 13.
censuerunt recentiores omnes, vt Duar. d. lib. 1.
de iur. accr. cap. 18. Balduі. in d. §. si eadem, num.
18. & 19. Inst. de legat. Cuiac. in d. l. si duobus. 16.
in prin. ff. de leg. primo, Andr. Facb. d. lib. 4. contr.
cap. 97. qui in hoc consentiunt.*

Cur autem iure Digestorum partem face-
ret is, qui non erat in rerum natura, si quæra-
mus, res valdè est controuersa: nam plerique
33 censuerunt, rationem esse, quia, † cum initio
non consisteret legatum, nõ poterat per con-
sequentias pars censeri data, & consequenter
nec accrescere, *per ea, quæ diximus in hoc cap.
q. 15. num. 2. & 3. Ita enim censuerunt Duar. d.
lib. 1. de iur. accr. cap. 18. Hoto. lib. 1. Amicab. resp.
cap. 24. Baldui. in d. § si eadem nu. 18. & 19. And.
34 Facb. d. lib. 4. controu. cap. 97.* Sed malè, † quia, &
ea, quæ initio nõ cõsistunt, sed pro nõ scriptis
habentur, vt, quia relicta sint ei, qui tẽpore testa-
menti non est in rerũ natura, iure vetere sole-
bant coniunctis accrescere *d. l. vn. §. in primo
C. de cad. toll. & in specie scribit Myns. in d. § si
eadem, num. 14. nosq; latius demonstrauimus in
d. q. 22. n. 21.* Quamobrem alij censuerunt, ra-
35 tionẽ esse, quia † iure Digestorum pars non
capientis per legem Papiam deferebatur fi-
sco, ideoq; non poterat cõiuncto accrescere,
vt latè ostendemus in 10. cap. q. 8. num. 4. & seqq.
36 Sed hæc opinio non est vera, † quia leges ca-
ducariæ non habebant locum in ijs, quæ pro
non scriptis habentur, sed tantum in caducis,
& quasi caducis, *vti constat ex d. l. vn. §. in pri-
mo, iuncto §. pro secundo, & §. §. seqq. C. de cad.
toll.*

Nec obstat, si dicatur, Pomponium *in d. l.
37 si duobus*, non loqui † de ijs, quę pro non scri-
ptis habentur, sed de quasi caducis, quæ haud
dubiè fisco deferebantur, idq; patere ex eo,
qui illa verba, *quamuis alter in rerum natura
non fuerit*, non sunt intelligenda de tempore
testamenti, sed de tempore mortis testatoris,
& sic de eo, qui viuo testatore, sed post con-
ditum testamentum decessit, quo casu portio
fit quasi caducea, *Quomodo censuit Io. quem re-
fert gl. in d. l. si duobus, in verb. deberi, & post eum*

Zaz. in sing. intell. cap. 29. qui coniuncti iure ff.
vel fac. vel non faciant partes, & Bern. Vualt. d.
lib. 2. miscell. cap. 13. & sensit etiam Myns. in d. §.
si eadem, num. 15. quoniam hæc sententia cō-
38 muniter fuit ab omnibus improbata, † *vt a*
Bart. in d. l. si duobus. 16. in prin. num. 1. & ibi
Ang. vers. in text. ibi, Castr. num. 3. Alex. num. 2.
vers. in gl. in vers. deberi, vbi ait, hanc opinionem
ab omnibus reprehendi: nam (secundum eos)
dato etiā, quod posset intelligi de parte quasi
caduca, nihilominus debuisset illa cōiuncto
39 accrescere, quia † iure Digestorum, seu tem-
pore I. C. ex quorum commentarijs desum-
pta sunt capita Digestorum, caduca, & quasi
caduca non deferebantur fisco, sed accresce-
bant coniunctis, &, quod dicitur *in d. l. vn. in*
prin. C. de cad. toll. per legem Papiā fisco vin-
dicari consueuisse, non obtinuit tempore I.
C. sed tempore medio inter eos, & Iustinia-
num: Cum enim tempore cuiusdam belli
exhaustum esset publicum ærarium, lata fuit
lex Papia, quæ caduca, & quasi caduca ad fi-
scum pertinere voluit, sed id non obtinebat
eo tempore, quo vigebant Iurisprudentes,
quod (secundum eos) patet ex eo, quia scri-
bunt portiones caducas, & quasi caducas
non fisco vindicari, sed cōiuncto accrescere,
vt in d. l. si duobus 16 §. vlt. ff. de leg. primo l. Cel-
sus. 29. §. fin. ff. de leg. 2. & alibi passim. Ita decla-
rant Bart. in d. l. si duobus. 16. in prin. num. 2. &
ibi Ang. vers. in text. ibi, & Castr. num. 3.

Sed hæc, vt ab ijs sunt tradita, qui penitus
erant antiquitatis ignari, ita, & ijs, qui in ve-
terum libris euoluēdis sunt mediocriter ver-
sati, non possunt non videri commentitia:
40 † Nam indubitatum est, ante Augusti tem-
pora deficientiū partes coniunctis accrescere
consueuisse, quod ius antiquum passim a no-
stris appellatur, *vt videre est in d. l. vn. in prin.*
C. de cad. toll. d. l. Celsus. 29. §. vlt. ff. de leg. 2. &
apud Vlpia. tit. 7. & 18. Instit. Sed cum Augu-
sti temporibus ærarium esset bellis ciuilibus
exhaustum, eius replendi gratia latā esse le-
gem Iuliam, quæ caduca introduxit, vnde, &
caducaria dicta, cauitq; vt, quod iuris pote-
state debuisset cōiuncto accrescere, fisco de-
ferretur, & hoc modo fiscus in coniuncti lo-
cum succederet, quod ius idēmet Augustus
iam senior factus auxit promulgata lege Pa-
pia, quæ eandem repetijt materiam, fuitq; ve-
luti quoddam ad legem Iuliam additamen-
tum, *sicuti latè ostendemus in 10. cap. q. 8. num.*
7. & seqq. vbi totam hanc caducorum materiam
fusius prosequemur. Quis igitur dixerit tempo-
re veterum I. C. caduca, & quasi caduca non
consueuisse fisco vindicari, cum id obtinue-
rit a tempore Augusti vsq; ad tempus Iusti-
niani, & sic toto eo tempore, quo vixerunt iu-
risprudentes, ex quorum commentarijs de-
sumptæ sunt Pandectæ. Quamobrem, & Vl-
pianus in tit. 17. Inst. *Hodie*, inquit, *ex cōstitu-*
tione Antonini omnia caduca fisco vindicantur,
sed seruato iure antiquo liberis, & parentibus,
& hoc ideo, quia lex Iulia, & Papia non om-
nia caduca deferebat fisco, sed quædā dabat
populo, quędam legioni, & quędam coniun-
cto, qui liberos habuisset, At Antoninus con-
stitutione promulgata voluit omnia ad fi-
scum, & sic principis ærarium pertinere, *vt*
docet Vlp. d. tit. 17. Inst. §. hodie. Quinimo tantū
abest, vt hoc non obtinuerit tempore I. C. vt
imo, cum eo tempore nihil esset in iudicijs
frequentius, quam, quod aliqua de caducis
agitaretur inter fiscum, & priuatum contro-
uersia, coacti sint Iurisprudentes integra de
hac materia conscribere volumina sub hoc
titulo, *Ad legem Iuliā, & Papiam*, & in ijs om-
nes earūdem legum partes, & quæstiones ad
eas pertinentes diligentissimè pertractare, *vt*
etiam ibi latius ostendemus.

Et, si dicas, cur igitur in Pandectis non le-
gimus, caduca, aut quasi caduca fisco vindi-
cari, sed tantum coniuncto accrescere? Res-
pondeo compilatores ad sua tempora respi-
cientes curasse, vt ius Digestorum cum iure
Codicis consentiret, &, vbi veteres prudentes
scripserant iure antiquo partem coniuncto
accrescere, sed iure nouo, idest, per legem Iu-
liam, & Papiam fisco vindicari, vt eorum
erat mos loquendi, *sicuti videre est apud Vlp.*
tit. 24. Inst. § si duobus, omisso iure nouo, vt-
pote Iustiniani Constitutione sublato, sim-
pliciter reposuisse, partem coniuncto accre-
scere, secundum id ius, quod ante Iustinianū
antiquum erat, tempore verò Iustiniani erat
ius ordinarium. Quod etiam obseruarunt *in*
tit. ff. quand. dies leg. ced. vbi, licet eo tempore,
quo I. C. scripserunt commentarios, dies le-
gatorum, & fideicommissorum non, nisi ab
apertis tabulis cederet ex lege Papia, siue ex
Senatusconsultis, quæ circa eam facta sunt
d. l. vn. §. cum igitur C. de cad. toll. respicientes
tamen ad tempus Iustiniani, scripserūt vbiq;
diem cedere a morte testatoris secundum ius
antiquum, quod beneficio Iustiniani in in-
tegrum restitutum est *in d. l. vn. §. cum igitur.*
Verùm, quia non potuerunt ita esse diligen-
tes, & oculati, quin multa reliquerint ab eo
iure ab quod prudentes respiciebant. pendē-
tia, ideo, quoties in ea, veluti in Syrtes, &
scopulos incidimus, frustra laboramus in ijs
conciliandis cum eo iure, quo vtimur, sed ne-
cessariò cogimur ad caducarias leges, de qui-
bus prudentes loquebāntur, confugere, & hoc
modo dissidium, & scopulum euitare, *sicuti*
facile erit ex ijs intelligere, quæ dicemus in 9. cap.
q. 35.

Planè, licet hęc, quę communiter a nostris
pro impugnanda responsione Ioannis addu-
41 cuntur, non sint vera, non tamen † probanda
est ipsa responsio.

Primo, quia verius est, loqui Pomponium
42 † de eo, qui non erat in rerum natura tēpore
testamenti, non verò de eo, qui post conditū
testamentū, sed viuo testatore decessit, & sic
de portione, quę pro non scripta habetur, nō
etiam de quasi caduca: nam, cum in hac ma-
teria dicunt veteres, ei relictum esse, qui in
rerum natura, siue in rebus humanis non
est, intelligunt eum, qui mortuus est eo
tempore, quo dispositio fit, & sic tempo-
re testamenti, *vt in d. l. si eo tempore. 4. ff.*
de ijs, quæ pro non script. hab. vel tempore co-
dicillorum, si de ijs agatur, quæ post conditū
testamentum fuerunt in codicillis disposita,
vt in d. l. 2. in prin. & l. Diui. 6. §. fin. & l. quidā
referunt. 14. vers. ego ausim ff. de iur. cod. & illū
ab eo distinguunt, qui post factam disposi-
tionem moritur, quippe, quem simpliciter
dicunt, viuo testatore decessisse, *vt in d. l. vn. §.*

&, cum triplici Cod. de cadu. tollend.

43 Secundo, quia, † licet de eo, qui viuo testatore, sed post conditum testamentum decessit, loqueretur Pomponius, non tamen deberet facere partem coniuncto: nam, & si tempore, quo viuebat Pomponius, caduca, & quasi caduca fisco deferrentur, *vt supra demõstrauimus*, non tamen hoc ius fuit a compilatoribus (nisi inconsultò) relatum in Pandectas. Itaque, vt alibi obseruarunt, & hic dixissent, partem coniuncto accrescere, secundum ius antiquum, quod a compilatoribus pro iure communi, & ordinario habitum est sublata Iustiniani constitutione lege Papia *secundum ea, quæ supra diximus.*

Veriùs igitur est, quod alij tradiderunt, & nos quoque probauimus, *in hoc cap. q. 22. n. 30.*
44 loqui Pomponium † de legato damnationis, in quo certum est, olim non habuisse locum ius accrescendi, *vt diximus in 5. cap. q. 38. num. 58. & in cap 6. q 20. num. . 6* & hoc modo socium fecisse partem coniuncto, siue in eius persona legatum constitisset, siue non. *Ita declarat Cuiac. in d. l. vn. §. vbi autem legatarij C. de cad. toll in l. si post mortem. 10. §. liberi ff. de bon. poss. contra tab. & in d. l. si duobus. 16. in prin. ff. de leg. pri.* Id enim probant

In primis illa verba, *alteri deberi solam partẽ,*
45 quippe, quæ significant † loqui Pomponium de eo genere legati, ex quo non vindicatio, sed personalis tantum obligatio nascitur, cuiusmodi est legatum damnationis, vt *in his terminis considerat Cuiac in d. l huiusmodi. 86. §. si Titio, & Mœuio ff. de leg. pri. in 33. lib Salu. Iulia. ad edict.* & obseruari potest *in d. § si Titio, & Mœuio. & in l. si Titio. 7. ff. de leg. 2.* vbi I. C. simili vtuntur dicendi genere, cũ alioquin in legato vindicationis, vt plurimum vtantur verbo vindicari, *vti videre est in d. l si duobus 16 §. fin ff. de leg pri. & alijs locis quos referemus infra num.* 51.

46 Secundo, quia † Pomponius *in d. l si duobus. 16. §. 1.* qui immediatè sequitur, perspicuè loquitur de legato damnationis: nam, *Hæres,* inquit, *adeũdo ei nomine cuiusdam, qui hæres nõ fit, dare damnatus, totum legatum debet.* Itaque verisimile est, de eodem quoque legati genere locutum esse in verbis immediatè præcedentibus.

Nec obstat, quod *in ead. l. in § fin.* loquatur Pomponius de legato vindicationis, vt patet ex illis verbis, *non nato posthumo totum Titius vindicabit*, & tamen vtatur verbo, deberi, cum subijciat, *sed, & si testator Titio, & posthumis viriles partes dari voluerit, vel etiam id expresserit, totum legatum Titio debetur non nato posthumo*, & hoc modo ostendat, non esse faciendam vim, aut in verbo debendi, aut in verbis sequentibus, vt inferri possit, eum initio de legato damnationis esse locutum, quia respondeo, primo, licet *in §. fin.* loquatur de legato vindicationis, non tamen hoc impedire, quominus initio de legato damnationis
47 possit esse locutus. † maxime cum in §. 1. qui immediatè sequitur, de eodem genere legati apertè loquatur. Nam ad declarationem præcedentium maior est vis eorum, quę sunt proxima, quam eorum, quæ remota, quia, cum compilatores Digestorum colligerent ex singulis authoribus ea, quæ ad vnamquamque materiam pertinere videbantur, & sub eodẽ capite, siue (vt hodie dicimus) sub eadem lege per distinctos paragraphos collocarent ea omnia quæ ex vno libro deduxerant, verisimilius est, ad eandem materiam ea potiùs pertinere, quæ proximo loco subijciuntur, quam, quæ remoto, vt pote, quæ non, nisi ex remota libri parte possunt esse deducta.

Secundo respondeo, negari nõ posse, quin verbum, debendi, per se sit ambiguum, & ita possit ad vindicationis, vt ad damnationis le-
48 gatum referri, † *vt patet ex l. si quis in fundi. 4. l. serui electione. 5. §. fin. l. Stichum, qui meus. 6. l. si ex toto. 8. in prin. & § fin. l. qui quartam. 15. in prin. & §. fin. l. non amplius. 26. § cum bonorum. l si quis a filio. 32 §. 1. & § fin. l. planè 34. in prin. & §. si eadem vers prox. de ff. de leg. 1.* propterea, quod etiam ex legato vindicationis nascitur obligatio personalis, siue actio
49 ex testamento † *l. si pluribus. 33. & d. l. plane. 34. §. quod si rem. ff. de leg. prim.* quæ non nisi ex personali obligatione proficiscitur. Sed, vbi simpliciter dicunt prudentes, legatum deberi, frequentiùs de damnationis, quam de vin-
50 dicationis legato loqui † *vt patet ex d. l. serui electione. 5. §. 1. l si ita adscriptum. 14. d. l. si duobus 16. §. 1. l. talis scriptura. 30. in prin. versicul. quod si fortè. l si quis a filio. 32. in fin. prin. l. si alienum. 35. l. huiusmodi. 86. §. si Titio, & Mœuio. ff. de leg. prim.* quod ex illo sola nascatur hæredis obligatio, ex hoc verò etiam in rem actio competat, quæ, vt est tutior, ita, & vt
51 plurimum ab ijs consideratur, † *sicuti videre est in d. l si ex toto. 8. § fin. d. l si duobus. 16. §. fin. l si grege. 22. l quod in rerum 24 § vlt. l. potest autem. 27. d. l. si pluribus. 33. l planè. 34 § si ita Titio. l. legato generaliter. 37. l apud Iulianum 4(. §. si Titius ff. de leg. pri l. si is, cui Stichus 19. ff. de leg. 2. l. ex his verbis. 7. C. de testa. mil.*

SVMMARIVM.

1 *Dispositio collata in personam incapacem habetur pro non scripta.*

2 *Incapax facit partem. Sed contra, num. 3 & seqq. & cur, num. 6. Declara, vt num. 17. 21. 29. & seq.*

4 *Incapax, qui non admittitur ad partem, non facit partem in hæreditatibus.*

5 *Incapax non facit partem in legatis, & fideicõmissis.*

7 *Declaratur l. si Titio. 7. ff. de leg. 2. & num. seqq vsque ad finem.*

9 *Posthumus est capax.*

17 *Incapacium tria sunt genera, & num. seqq.*

18 *Seruus, qualiter censeatur incapax.*

19 *Filiusf. qualiter olim censeretur incapax.*

20 *Monachus qualiter censeatur incapax.*

22 *Cœlibes, orbi, & solitarij patres erant olim incapaces.*

23 *Vir, & uxor non erant olim inter se solidi capaces.*

25 *Declaratur l. si is, qui duos. 30. ff. de lib. leg. & num. seqq.*

An

An, & quando is, qui propter incapacitatem non admittitur ad partem, faciat partem.

Quæstio Vigesimaquinta.

QVintus casus est, quando dispositio
in persona vnius ex vocatis initio
non consistit, non propter defectum
existentiæ, sed propter defectum capacitatis,
prout euenit, cum testator vocat Titium, &
eum, qui omnino est incapax, quo casu dis-
positio, licet conferatur in personam existen-
tem in rebus humanis, eo tamen ipso, quod
confertur in personam incapacem, quæ pro
mortua habetur, *vt diximus in 6. cap. q. 6. nu. 6.*
perinde est, ac, si fuisset collata in personam
non existentem, ideoque ab initio non con-
1 sistit, sed habetur pro non scripta † *l. 1. C. de
hæred. instit. l. cum quidam. 12. ff. de his, quib. vt
ind. Et scribunt Bart. in l. huiusmodi. 86. §. si Ti-
tio & Moenio, vers. hoc est falsum ff. de leg. pri. &
in l. 1. num. 2. C. de delato lib. 10. & cons. 119. nu.
7. lib. 1. Bald. in l. eam, quam. 14. num. 18. & ibi
Ang. num. 2. vers. In ea gl. ibi, & in fi. C. de fideic.
Ang. in l. hæreditas 4. num. 3. vers. Quandoq; non
aufertur C. de his, quib. vt ind. Soc. Sen. consil. 22.
nu. 13. vol. 1. Goz. ad cons. 21. num. 20. Dec. in l. 1.
num. 10. vers. & in ista C. de sec. nupt. Soc. Iun. cōs.
3. num. 12. vol. 3. Nicet. ad l. Gallus. 29. num. 33.
ff. de lib. & posth. Men. cons. 185. num. 8. in fin. &
cons. 511. num. 18. vers. 2. & cons. 1137. num. 64.
Cuiac. in not. ad Vlpia. tit. 17. Instit.* Et tunc, si
quæramus, an is, qui propter incapacitatem
non admittitur ad partem, faciat partem. Du-
bitationem facit *l. si Titio. 7. ff. de leg. 2.* vbi Pau-
lus, *Si Titio, & ei qui capere non potest, decem le-
gata sint,* inquit, *quia duobus hæres dare dam-
natur, & vnus capere non potest, quinque sola
Titio dantur:* Nam huius authoritate pleriq;
moti simpliciter scripserūt, incapacem face-
re partem coniuncto, & sic impedire ius ac-
2 crescendi, † *vt gl. in d. l. huiusmodi 86. §. si Titio,
& Moeuio, in verb. pars ff. de leg. pri. glos. in §. si
eadem. in verb. defecerit, & ibi Bald. num. 17.
Vuesemb. num. 2 in verb. defecerit, Inst. de legat.
Ant. Fum. de coniunct. cap. 13. num. 3.*

Sed hoc non obstante, veriùs est, quod no-
stri frequentiùs tradiderunt, scilicet, non fa-
cere partem, & sic non impedire, quominus
3 pars illi assignata coniuncto accrescat. † *Ita
enim simpliciter loquentes scripserunt Bart. in d.
l. huiusmodi 86. §. si Titio, & Moeuio, vers. Hoc
est falsum ff. de leg. prim. Alex. cons. 202. num. 3.
vol 6. Io. Gaud. in d. l. re coniunctæ, num. 54. vers.
Alioquin Surd. cons. 91. num. 5. Pereg. de Iur. fisc.
lib. 2. tit. 2. num. 4. & lib. 3. tit. 1. num. 2. Men. cons.
207. num. 65. cons. 275. num. 28. & d. cons. 1137.
num. 66. Pereg. de iur. fisc. lib. 2. tit. 2. num. 4. & lib.
3. tit. 1. num. 2. & 4.* Idque procedere, non solū,
4 si tractemus de hæreditatibus, † *vt constat ex l.
2. C. de hæred. inst. & Auth. Idem est de Nestoria-
nis C. de hæret. Et scribunt gl. in l. si quis, cum te-
stamentum 25. in verb. non futuros, vers. item,
quid, si illi, & ibi Bart. num. 6. ff. de testa. Bart. in
d. l. hæreditas 4. nu. 1. C. de his, quib. ut ind. Barba.
cons. 27. num. 6. vers. & si quispiam vol. 1. & cons.
8. num. 11. vers. Facit etiam, volu. 3. Goz. ad. cons.
21. num. 8. Soc. Iun. d. cons. 3. nu. 12. vol. 3. Cagn.
in l. Papinianus. 8. §. meminisse, nu. 1. vers. restrin-
ge 3. ff. de inoff. Io. de Garro. in l. 1. num. 127. vers.
Addo quod id C. de sec. nupt. Rip. in l. 1. nu. 155.
vers. Pro concordia ff. de vulg. Gabr. cons. 104.
num. 5. vol. 1.* sed etiam, si de legatis, & fidei-
5 commissis, † *vt scribunt Soc. Iun. d. cons. 3. num.
12. vol. 3. Did. Spin. in suo specul. testa. gl. 9. nu. 8.*
6 Nam, † cum incapax, neque per se, neque per
alium ad partem admittatur, aut admitti spe-
retur, scilicet, quia fiscus in eius locum non
succedit, *vt latè ostendemus in hoc cap. q. 48. &
52.* Consequens est, vt non faciat partem, *ex
iis, quæ diximus in hoc cap. q. 21. num. 24. & dice-
mus in hoc eodem cap. q. 36. num. 5.*

Neque obstat *l. si Titio,* quia plerique sim-
7 pliciter respondent, id ibi esse singulare, † *vti
videre est apud gl. ibi in verb. si Titio,* sed non
aperiunt, vnde proficiscatur, aut, in quo fun-
detur hæc singularitas. Alij verò putant, lo-
qui Paulum de eo, qui non est capax tempore
testamenti, sed speratur posse capere, vt est
8 posthumus. † *Ita enim censuit Rog. vt refert gl.
in d. l. si Titio, in verb. si Titio, & sequitur Ioan.
Gand. in d. l. re coniuncti, num. 54. vers. Quod ego
intelligo.* Sed malè, quia posthumus est capax
9 † *l. quidam. 6. §. vlt. cum 2. ll. seqq. ff. de reb. dub. §.
posthumo, & §. posthumus, Inst. de legat.* cū alio-
quin Paulus apertè loquatur de eo, qui cape-
re non potest. Alij censent, locum illum es-
se accipiendum de legato, quod initio con-
stitit, sed postea defecit ob superuenientem in
persona vnius ex collegatarijs incapacitatē,
& sic de portione quasi caduca, non etiam de
10 ea, quæ pro non scripta habetur. † *Ita censuit
Anto. Fum. de coniunct. d. cap. 13. num. 5.*

Sed hæc sententia non potest vllo modo
11 sustineri, † Primo, quia, cum dicat Paulus,
legata fuisse decem Titio, & ei, qui capere nō
potest, necessariò est accipiendus de eo, qui
erat incapax tempore legati, & sic tempore
testamenti, quia illa qualitas incapacitatis
adiecta verbo legandi, debet intelligi secun-
dum tempus verbi *l. in delictis. 4. § si extraneus
ff. de noxal.*

Secundo, quia, licet Paulus loqueretur de
eo, qui post conditum testamētum factus est
incapax, & sic de parte quasi caduca, non ta-
men deberet excludi ius accrescendi, quippe,
cum id, etiam in quasi caducis locum habere
soleat *l. vn. §. pro secundo C. de cad. toll. & nos di-
cemus in hoc cap. q. 33. num. 1. & seqq.*

Quamobrem alij frequentiùs censuerunt,
loqui Paulum de eo, cui res aufertur, tamquā
ab indigno: nam hic, licet non admittatur ad
partem per se, admittitur tamen per alium,
nempe fiscum, qui in ipsius locum succedit,
12 ideoque facit partem, † *vt dicemus in hoc cap.
q. 47. num. 1. & seqq. Ita locum illum intelligunt
Bart. in d. l. huiusmodi. 86. § si Titio, & Moeuio,
vers. Tertius, & vers. Hoc est falsum, & ibi Bald.
vers. In ea ibi, mihi, & non capaci, & Ias. num. 10.
vers. adducta, ff. de leg. pri. Bart. in d. l. si Titio.
7. vers. Tu dic, & ibi Imol. in prin. ff. de leg. 2.
Bartol. l. si is, qui duos. 30. num. 2. ff. de lib. leg.
Imol. in l. legatū. 119. §. 1. in fi. ff. de leg. pr. Crott.
in d. l. re coniuncti, num. 72. & ibi Rip. nu. 140.
vers. Quartus, Gomez. tom. 1. varia. resolut. cap.
10. num. 29. vers. Aduertendum.* Quę responsio,

licet in se vera sit, applicata tamen ad speciē
a Paulo relatam *in d. l. si Titio*, non potest su-
13 stineri, meritoque reprobatur † *a Polit. in d. l.
re coniunctis, num. 48. versic. quoad quartum, &
Ant. Fum. de coniun. d. cap. 13. num. 2.* quia Pau-
lus ibi perspicuè loquitur de incapace, qualis
dici non potest indignus: Capit enim, & sibi
acquirit, tam dominium, quam possessionē,
licet ei postea rem fiscus auferat, *vt latè osten-
demus in hoc cap. q. 48.* Quamobrē in toto iure
nostro distinguitur ab incapace, *vt ibi demon-
strabimus.*

Verius igitur est, *ad l. si Titio*, duplicē posse
14 responsionem afferri, † vnam, si dicamus, lo-
qui Paulum de legato damnationis, in quo
non erat olim locus iuri accrescendi, *vt dixi-
mus in 5. cap. q. 38. nu. 58. & in cap. 6. q. 20. n. 26.*
idcirco, nil mirum, si dicat, sola quinq; Titio
deberi, Diuersum verò fuisse in legato vin-
dicationis, in quo ius accrescendi etiam olim
habebat locum, *vt ostēdimus in relatis locis.* Ita
respondet *Cuiac. in l. vn. §. vbi autem legatarij
C. de cad. toll. & in l. si post mortem 10 §. liberi ff.
de bon. poss. cōtratab.* Et rectè: Nam hoc apertè
probant illa verba, *quia duobus hæres dare
damnatur, & vnus capere non potest, quinq; sola
Titio dantur*, quippe quæ significant, ideo so-
la quinq; Titio dari, & sic alia quinq; ei non
accrescere, quia hæres duobus dare dam-
natus est, & sic, quia legatum fuit damna-
tionis.

Hinc intelligimus, hodie, quo tēpore sub-
lata est differentia legatorum vindicationis,
& damnationis, *vt ostendemus in d. cap. 6. q. 20.
num. 28.* dispositionem eiusce legis non pro-
cedere, sed partē incapacis accrescere capaci;
Et in his terminis veram esse sententiam eo-
rum, quos retulimus *in hoc cap. q. 22. num. 20.*

Hinc etiam intelligimus, quod *Polit. in d. l.
re coniunctis, num. 48. vers. quoad quartum, &*
15 alij tradiderunt, † ideo ibi incapacem facere
partem, quia fuerat legata quantitas, in qua
(secundum eos) ius accrescendi non solet
habere locum, *vt retulimus in 5. cap. q. 8. num.
1. et q. 25. num. 48.* verissimum esse, si respicia-
mus ad illud ius, quod tempore Pauli, & alio-
rum veterum I. C. obtinebat: nam, quia quā-
sitas, non potest, vt quantitas ita legari, vt eius
dominium in legatarium ipso iure transfe-
ratur, sed necessaria est datio, siue solutio hę-
redis, qua ratione dicimus, ex legato quan-
titatis non transferri dominium in legatariū,
& per consequentias nec ei competere vin-
dicationem, *ut ostendemus in 8. cap. q. 2. nu. 11.*
fit, vt non potuerit olim legari per vindica-
tionem, sed tantum per damnationē, in quo
genere legati cessabat ius accresceēdi, *ut supra
dictum est.* Coeterùm, si respiciamus ad illud
ius, quo hodie vtimur, non est eorum opinio
vera, quia hodie etiam in legato summę seu
quantitatis ius accrescendi locum habere so-
let, *ut ostendimus in d. cap. 5. q. 8. nu. 7. & q. 25.
num. 49. & d. cap. 6 q. 20. num. 44.*

Altera verò responsio est, si dicamus, loqui
16 Paulum † de ijs incapacibus, qui faciunt lo-
cum fisco, non etiam de ijs, qui faciunt locū
coniuncto, aut hæredi, aut venientibus ab in-
testato, vt sunt omnes, qui nullius cōtempla-
sione, sed solo sui odio capere prohibentur, &
de quibus nos loquimus.

Nec dicas, hanc responsionem esse candē
cum communi, quia verius est, multum ab ea
differre: nam communis vult, loqui Paulum
de indignis, a quibus fiscus aufert, nos verò
dicimus, loqui de incapacibus, qui faciunt lo-
cum fisco, quiq; longè differunt ab indignis:
nam hi capaces sunt, & sibi dominium ac-
quirunt, licet ab eis fiscus auferre possit. Itaq;
si non auferat, retinent id, quod sibi relictum
est *l. si seruum plurium. 53 §. si quis ante ff. de leg.
primo, et nos latè ostendemus in hoc cap. q. 48.* At
incapaces non acquirunt, sed quasi totaliter
exclusi faciunt locum fisco, cuius contem-
platione exclusi sunt, *vt mox ostendemus.* Et,
quamuis fiscus nolit acquirere, non tamen
ob id capere poterunt, quod sibi inutiliter da-
tum est, Quod, vt apertiùs constet, sciendum
17 est † tria esse genera incapacium.

Primum genus est eorum, qui sunt incapa-
ces, vt acquirāt sibi, sed capaces, vt acquirant
alijs, Et hi, si alijs acquirant, haud dubiè fa-
ciunt partem, si verò non acquirant, non
faciunt, & sic non impediunt ius accre-
scendi. Huius rei tria possunt exempla af-
ferri.

Primum in legato relicto Titio, & seruo
18 alieno: nam seruus est incapax, † vt sibi ac-
quirat, scilicet, quia nihil proprium habere
potest, sed est capax, vt acquirat domino *l.
acquiritur. 10 §. 1. ff. de acq. rer. dom. §. Item vo-
bis, Inst. per quas pers. nob. acq.* Quamobrem
dispositio in serui personam collata non va-
let ex persona ipsius serui, sed ex persona do-
mini *l. non minus. 31. in prin. ff. de her. inst.* eaq;
ratione dicimus, seruum ita demum esse ca-
pacem, si & dominus sit *l. si mihi. & tibi. 12 §.
regula ff. de leg. primo. l. neq; per se 10 C. de hæred.
inst. d. l. non minus 31. in prin. ff. de eod.* Si igitur
seruus, cui coniunctim cum alio relictum est,
acquirat domino, haud dubiè faciet partem
coniuncto, si verò non acquirat, non faciet, &
sic non excludet ius accrescendi, *vt latè dice-
mus in hoc cap. q. 43 per tot.*

Planè, si seruus sit communis, & vnus ex
dominis sit incapax, acquiret suam portionē
soli capaci, perinde, ac, si is solus esset domi-
nus; Quamobrem faciet is quoq; partem al-
teri coniuncto, *vt diximus in 5. cap. q. 40. num.
11. & dicemus in hoc cap. q. 43.*

Secundum exemplum afferri potest in re-
licto Titio, & filiofa. qui iure Digestorum
19 erat incapax † vt sibi acquireret, excepta cau-
sa castrensi, aut quasi castrensi, capax verò, vt
acquireret patri *l. 1. §. 1. ff. si quis a pat. fue. man.*
Nam, & is, si patri suam portionem acquire-
bat, sine dubio faciebat partem coniuncto, si
verò non acquirebat, nō faciebat, *vt dicemus
in hoc cap. q. 42 per tot.* Sed hodie, quia capax
est aduentitiorum, quid iuris sit, latè dice-
mus *ibi*, vt proinde ex eo loco petēda sint ea,
quæ ad pleniorem huiusce rei discussionem
facere videbuntur.

Tertium deniq; exemplum afferri potest
in eo, quod coniunctim relinquitur Titio, &
monaco: nam, quia monachus est incapax,
20 † vt sibi inquirat, cum nihil proprium ha-
bere possit, capax verò, vt acquirat mona-
sterio *l. vltim. §. hoc etiam C. de Episc. & cle. Clar.
in §. testamentum. q. 29. num. 5 et si vbi ait, ne-
minem in hoc discrepare.* Ideo fit, vt, si partem
sibi

sibi relictam monasterio acquirat, faciat cõiuncto partem, si verò non acquirat, non faciat, & sic non excludat ius accrescendi, *sicuti latè ostendemus in hoc eodem cap. q. 44. per tot. vbi demonstrabimus, quibus casibus hoc procedat.*

Secundum genus est eorum, qui sunt incapaces, & vt sibi, & vt alijs acquirant, sed eorũ incapacitas fuit introducta contemplatione,
21 & fauore alterius, † vt euenit in omnibus casibus, in quibus portio incapacis ex dispositione legis, aut statuti alicui applicatur, Et tunc certum est, huiusmodi incapaces facere partem, & sic excludere ius accrescendi, quia, cũ is, cui pars applicatur, succedat in locum eius qui fuerat vocatus, & eodem cum illo censeatur iure, Consequens est, vt, si uti vocatus ius accrescendi exclusisset, si ipsemet fuisset ad partem admissus, ita etiam excludere debeat is, qui in eius locum subrogatus est, *vt dicemus in hoc cap. q. 40.* Quamobrem dicemus, eum, qui per alium admittitur ad partem, facere partem, *vti videre est apud eos, quos ibi referemus num 1.*

Huius rei exemplum sit in ijs, qui, cum iure communi (quod ius antiquum appellatur) capere possent, facti sunt per legem Iuliam, & Papiam incapaces, vel totius, vt coelibes,
22 orbi, & solitarij patres, † de quibus *in l. si is, qui heres 11 ff. de vulg. Vlp tit. 17. & 14. Instit. & ibi Cuiac. in not. Idem Vlp tit. 22 § 1. Instit. &* accipiendę sunt leges loquentes de eo, qui per leges capere non potest, *vt l. si quis solidũ 72 & l. qui non militabat. 78. § fin ff. de hered. inst. & l. si ita quis testamẽto 53. in prin. ff. de leg. 2 l. sed, si hoc 1 § 1. ff. de cond. & dem l in fi. ... dem 1 ... ff de his, quib. vt ind.* aut simpliciter dicentes, aliquem posse, aut non posse capere, *vt l. si seruus eius § 1. ff de acq. hær. l. si is qui duos 30 ff de lib. leg. l 2. C. de her. inst.* vel patris, vt
23 vir, & vxor liberis carentes, † qui solidum inter se capere non poterant, *vt dicemus in 10. cap q. 14 num. 2. &* de quibus accipiendę sunt leges loquentes de eo, qui solidum capere nõ potest, *quas ibidem referemus:* Nam, quia pars huiusmodi personis assignata per dictas leges deferebatur fisco, ideo prædicti incapaces faciebant partẽ coniuncto: Nec enim poterat eorum pars alijs accrescere stante vocatione fisci, qui in incapacis locum subrogabatur, *vt dicemus in eodem cap. 10. q. 8. num. 5.* De his
24 igitur incapacibus est † accipienda *l. si Titio,* non etiam de indignis, aut ijs, qui nullius cõtemplatione redditi sunt incapaces, *de quibus mox dicemus.* Vnde, quia coelibes, orbi & solitarij patres sunt hodie capaces, quemadmodum, & inter se possunt hodie vir, & vxor solidum capere ex dispositione *l. vn. C. de infir. poen. coelib.* quę sublata lege Iulia ius antiquũ restituit, ideo fit, vt prędictę *l. si Titio,* dispositio hodie non procedat, *secundum ea, quæ diximus in hoc cap. q. 22. num. 20.* nisi quis eam a limiti trahat ad indignum, quod fieri posse non inficior: Licet enim indignus non sit incapax, *vt supra diximus,* est tamen similis incapaci, de quo lex prædicta loquitur, scilicet, quia vterq; facit locum fisco, & per eum ad partem admittitur. Quamobrẽ hoc respectu defendi poterit communis intellectus, qui alioquin sustineri nõ potest, si ad id respiciamus, ad quod re vera Paulus respexit: Loquitur enim de incapace, qui, licet faciat locum fisco, differt tamen ab indigno: nã hic capax est, & partem acquirit, licet postea fiscus ei, quasi Indigno rem auferat, At ille, tamquam incapax non acquirit, sed, quasi non existens fisco locum facit, adeo, vt, etiamsi fiscus rem nolit agnoscere, non tamen eam possit incapax acquirere, *vt supra dictum est.* Itaq; respectu illius fiscus rem capit, vt acquirendam, huius verò respectu, vt acquisitam. Sed, quia sanè vterq; effectu facit locum fisco, ideo, si ad hoc respiciamus, rectè dicemus, eiusce legis dispositionem hodie in indigno procedere. Et ita locum hunc, qui dubitationem facere videbatur, resoluendum arbitror.

Verum ijs, quæ diximus, grauiter aduersari videtur *l. si is, qui duos 30 ff. de lib. leg.* vbi Paulus, *Si is, qui duos reos promittendi habet, damnauerit heredes, vt vtrosq; liberet,* inquit, *si alter ex his capere non possit, nec socij sint, delegari debebit ei qui nihil capit, ei, cui hoc commodum lege competit, cuius petitio in vtrumq; accedit, vt, & hoc commodum ad eum perueniat, & is, qui capit, liberetur. Quod, si socij sint propter eum, qui capax est, & ille capit per consequentias, liberato eo per acceptilationem: Id enim eueniret, etiamsi solum capacem liberare iussus esset,* quibus verbis
25 † vtramq; responsionem videtur, vt fallam conuincere: Primum enim loquitur de legato damnationis, vt patet ex illis verbis, *damnauerit heredes,* & ex illis, *liberare iussus esset,* & nihilominus supponit, ex huiusmodi legato debuisse eum, qui capax est, consequi commodum non capientis, & hoc modo significat, etiam in legato damnationis consueuisse partem non capientis accrescere capienti, quod repugnat ijs, quæ diximus. Secundo vero loquitur de eo, qui capere non poterat ex dispositione legis Iuliæ, & Papiæ, quippe, quam interpretabatur, vt patet ex eius inscriptione, quæ est ad legem Iuliam, & Papiam, & tamen supponit partem non capientis nõ ad fiscum, sed ad coniunctum pertinere consueuisse. Ergo falsum est, quod diximus, hoc genus incapacium fecisse partem coniunctis eo, quod fiscus in eorum locum succederet.

Huius difficultatis, quæ haud leuis est, resoluendæ gratia, loci illius alioquin difficilis sententia diligenter erit a nobis explicanda. Species igitur a Paulo proposita est huiusmo-
26 di. † Habebat quis duos reos promittẽdi, duos scilicet, qui eandem rem, aut summam insolidum ei promiserant, vnus eorum per legem capere poterat, alter verò non poterat, fortè vnus erat coniugatus, & habebat liberos, alter verò coelebs, aut carens liberis. Creditor in testamento grauauit hæredẽ, vt vtrũq; liberaret, quæsitum est de tribus.

Primo, an ex huiusmodi legato posset incapax consequi commodum liberationis, Et respondet Paulus distinguendo: Aut correi nõ erant socij, Et incapax liberationis commodum consequi non poterit, quia, nec principaliter liberari potest, eum, vt incapax, non possit ex testamento agere, & petere ab hærede, vt liberetur, nec per consequentias, quia capax non debet agere, vt ipse liberetur per acceptilationẽ, ne alioquin per consequẽtias liber-

liberetur etiam incapax, & hoc modo fiat contra legẽ, sed debet agere, vt liberetur per pactum, quo casu ei soli proficiet liberatio *l. si quis decedens. 4. §. nunc de effectu ff. de lib. legat.* Aut verò erant socij, & tunc verius est, incapacem ex huiusmodi legato percipere commodum liberationis non ex persona sua neq; ex suo legato, sed ex persona, & legato socij. & sic non principaliter, sed per quandã consequentiam, quia, quoties rei debendi sũt socij, & vnus liberari debet, per acceptilationem facienda est liberatio, ne alioquin ipso tantum per pactum liberato possit adhuc socio inferri molestia, & hoc modo per eum etiam liberatus contra defuncti voluntatem inquietari, *d. §. nunc de effectu, vers. sed quid si socij*, quod inconueniens cessat, vbi per acceptilationem fit liberatio, quia liberato vno censetur in omnium personis extincta obligatio *l. si ex pluribus 16. ff. de accept. late Bart. in l. ex duobus. 16. num. 5. ff. de duob. reis.* Non percipere autem hoc commodum ex proprio legato, sed ex legato socij probat Paulus ea ratione, quia, si testator in proposita specie grauasset hęredem, vt, non vtrunq; sed capacem tantum liberaret, quo casu certũ esset nõ esse legatam incapaci liberationem, & per consequentias, non posse eum dicere, se liberatum ex proprio legato, quod factum non est, nihilominus liberato ex causa huiusce legati per acceptilationem socio, vt est necesse, ipse quoq; liberatus intelligeretur. Ergo ex hoc patet, liberationem incapacis non procedere ex legato ei relicto, sed ex legato relicto socio, & sic non principaliter, sed per consequentias.

Secundo quæsitum est, posito, quod, vbi non sunt socij, non possit incapax consequi commodum liberationis, ad quem pertinere debeat commodum eius legati, quod incapax percepisset, si capere potuisset, Et Paulus ibi supponit pertinere ad coniunctum, qui est capax, quia petere poterit, &, vt ipse liberetur, &, vt commodum alterius correi ad se perueniat. Verum obstant illa duo, quę supra diximus, quia, aut intelligimus, loqui Paulum secundum dispositionem iuris antiqui, seu communis, Et non potuit commodum ad cõiunctum, sed ad hæredem pertinere, quia in legato damnationis, de quo loquitur, nõ erat olim locus iuri accrescendi, sed pars non capientis in hæreditate remanebat, *vt ait Vlp. tit. 24. Inst. §. si per damnationẽ.* Aut verò intelligimus loqui Paulum, secundum dispositionem legis Iuliæ, & Papiæ, quam ibi interpretabatur, Et, cum eo iure pars non capientis fieret caduca, idest fisco vindicaretur etiam in legato damnationis, *vt ibi Vlpianus ait*, Cosequens fuit, vt commodum non ad coniunctum, sed ad fiscum pertinere debuerit, *secundum ea, quæ supra diximus.*

Sed est verius in specie Pauli pertinere ad
27 coniunctum non iure accrescendi, † quippe cui tunc temporis locus esse non poterat, sed speciali dispositione legis Papiæ, quæ partem non capientis, quam fiscus ex lege Iulia vindicare debuisset excluso hærede, deferebat cõiuncto, si is trium liberorum ius habuisset, *vt diximus in 2. cap. q. 1. nu. 24. & dicemus etiam in 10. cap. q. 8. num. 25.* Hoc enim est, quod significant illa verba. *cui hoc commodum lege cõpetit*, quemadmodum. & illa, *per legem alterã alicuius partem vindicasset*, quæ leguntur *in l. si in testamento. 5. ff. de vulg. vt ostendimus in supra relatis locis*: Legem enim cum dicit, intelligit legem Papiam, quæ præmia patrum introduxit, *vt ibi docuimus.* Itaq; in specie Pauli, si coniunctus fuisset capax, sed nõ priuilegiatus, puta quia habuisset vxorem, & vnicũ filium, commodum, quod alter ex correis propter incapacitatem non percipiebat, non ei lege competijsset, sed iure communi in hæreditate remansisset, iure verò nouo, idest post legem Iuliã, & Papiam ad fiscum pertinuisset, sed, quia, non solum erat capax, sed etiam priuilegiatus ob numerum trium liberorum, ideo beneficio legis Papiæ percipiebat commodum, quod aliàs debuisset ad fiscum pertinere. Hic (meo iudicio) verius est eiusce loci sensus, quo posito cessat omnis difficultas, Nihil enim impedit, quominus in alijs locis *vt in d. l. si Titio. 7. ff. de leg. 2.* coniunctus excludatur a iure accrescendi, vel ex eo, quod legatum fuerit damnationis, vel, quod fiscus ceperit partem incapacis, *secundum ea, quæ supra diximus*: quoniam hæc est regula, a qua excipitur species a Paulo proposita *in d. l. si is, qui duos. 30. ff. de lib. leg.* cum scilicet coniunctus trium liberorum ius habebat, partemq; non capientis beneficio legis consequebatur.

Tertio deniq; quæsitum est, posito quod tale commodum debeat ad coniunctum, qui capax, est pertinere, qualiter ei prospici, & res
28 expediri debeat, Et respondet Paulus, † ita rẽ esse expediendam, vt hæres deleget incapacem capaci: nã hoc modo poterit capax vtẽdo actione cessa consequi a correo emolumentum, quod ipse propter incapacitatem consequi non potuit, scilicet crediti dimidiã. Quamobrem dicimus, vbi legatur liberatio duobus correis, & vnus est incapax, debere cedi actionem, *vti videre est apud Bart in d. l. si is, qui duos. 30. num. 2. ff. de liber. lega.* Quod hodie sine dubio procedit; Nam, quia ius accrescendi locum habet etiam in legato damnationis, *vt sæpè dictum est*, ideo fit, vt commodum liberationis, quod vnus ex correis propter sui incapacitatem percipere non potest, debeat, non, vt olim, in hęreditate remanere, aut pertinere ad fiscum, sed competere coniuncto, nõ ex dispositione legis Papię, & iure liberorum, sed iure accrescendi, & communi, cui hodie in omni genere legati locus esse solet, *vt dictum est.*

Tertium deniq; genus est eorum, qui sunt
29 incapaces, &, vt sibi, &, vt alijs acquirãt, † &, quorum incapacitas non tendit in fauorẽ alterius principaliter, sed tantum in consequẽtiam, & per quandam potiùs remotionẽ obstaculi, quam, quod illi res a lege applicetur. Et hi nunquam faciunt partem, & sic nunquã
30 impediunt ius accrescendi: † *In his enim terminis procedunt ea, quæ diximus supra num. 3.* Exempla sint in seruo poenę, deportato, rebelle, hęretico, & id genus alijs, de quibus latè dicemus *in hoc cap. q. 52. per tot.* Quamobrem ad eos non poterit *l. si Titio. 7. ff. de leg. 2.* adaptari, *vt ibi rectè declarat Imol. num. 1. & 2.*

SVMMARIVM.

1 *Incapax bonorum testatoris, licet non absolutè, non facit partem coniuncto.*

2 *Spurius est incapax bonorum patris.*

3 *Spurius potest ex aliorum omnium testamentis capere, praeterquam ex testamento patris.*

4 *Spurius, si à patre instituatur, vel legatum, aut fideicommissum accipiat, dispositio habetur pro non scripta.*

5 *Spurio, quod est relictum à patre, vel pertinet ad substitutum, vel accrescit coniuncto. Declara, ut num. 6. & seqq.*

6 *Spurius iure ciuili adeo est incapax, ut nec ali debeat.*

7 *Spurius iure canonico debet ali*

8 *Spurio quod est a patre relictum, sustinetur hodie pro modo alimentorum.*

9 *Spurius hodie facit partem, & impedit ius accrescendi pro quantitate alimentorum. Sed contra num. 10. Declara, ut num. 17*

11 *Alimenta, quæ dantur Spurio non succedunt loco partis & cur nu seqq.*

12 *Succedere loco partis, ut aliquid dicatur, quæ sint necessaria? & nu seqq.*

15 *Fictio est imitatrix naturæ.*

18 *Filio naturali, quod est relictum supra unciam extantibus legitimis, accrescit cohæredibus, vel collegatarijs, aut confideicommissarijs.*

19 *Naturali, quod est relictum supra unciam, legitimis applicatur, Declara ut nu. 20.*

21 *Spurius earum personarum quæ sunt positæ in dignitate, natis ex vili concubina quod est relictum, applicatur certis personis non autem substitutis, aut coniunctis, licet aliqui contra senserint, num. 22.*

23 *Legitimato, qui ex forma statuti non nisi in certa portione bonorum institui potest, si quid supra portionem definitam relictum est, accrescit cohæredi, non autem defertur venientibus ab intestato num 24*

25 *Institutio serui de adulterio cum domina maculati facta ab ea, nullius est momenti.*

An, & quando spurius, aut naturalis faciat partem.

Quæstio Vigesimasexta.

SExtus casus est, quādo dispositio in persona vnius ex vocatis initio non consistit propter eius incapacitatem, non quidem simplicem, & absolutam sed restrictam ad bona testatoris, Et tunc etiam certum est, partem eius coniuncto accrescere, & ita eum, qui non admittitur ad partem,
1 non facere partem. † *Ita scribunt Bart. in l. huiusmodi. 86 § si Titio, & Moeuio, circa fin. vers Quartus casus ff de leg primo, & in l. hæreditas. 4 num. 2. vers si uero cum quibusdam C. de his, quib. ut ind. Crott in d l re coniunctis, num. 72 vers sexto, & ultimo.* Huius rei varia possunt exempla afferri.

Primùm in spurio: nam hic est incapax
2 bonorum paternorum † *§. ult. Auth quib mod. nat. eff. leg. coll. 6 Auth. licet C. de natur. liber. l. si quis incestis. 6. & Auth. ex complexu. C. de incest. nupt. cap. cum. 35. q. 7. Et scribunt glo. in l. 1. in prin. in uerb si quis, & ibi Bart. num. 2. ff. de iur. fisc glo. in § legari, in verb. testamenti factio, Inst. de legat. Bart. in d. l. hæreditas 4 nu. 1. & ibi Ang. num. 3. Ias. num 5. 7. & 9 C. de his, quib. vt ind. Bart. cons. 119 num. 1 lib. 1. Bald in l. 3. uers. in ea glo. ibi, & ibi Imol. num. 4 ff. de testa. Bald. in l. eam, quam 14. num. 18. & ibi Castr num. 8. C. de fideicom. Ang in l. 1. num 4 C. de hæred. instit. & in l. si is, qui ex bonis. 6. num. 1. in fi ff. de vulg. Castr. in l. 1. num. 5. vers. Tertius casus C. de his, quib. ut ind. Alex. cons. 74 num. 3. uers. sed ita est, vol. 3. & cons. 202. num 3. uers sed spurius, uol. 6. Ias. in l. 2. num. 9. C. de hæred. inst. Gozad. consil. 21. num. 17. 18. & 23. Corn. cons. 310. nu. 9 uol. 1. & consil. 222. num. 3. uol. 4 Soc. Iun. consil. 48. num. 34. uol. 4. Dec. cons 85 num. 8 & cons. 234. num. 3. uers in tertio dubio, Vasq. lib. 3. Illust. controu cap. 102 num. 8. Couar. de Sponsal part. 2. cap. 8 §. 5. num 7. uers Prorsus, Clar. in §. testamentum q. 31. num. 2. Andr. Gail lib. 2. obser. 88. num. 1. Crass. in §. institutio q. 7. num. 9. & in §. legatum q 6 num. 1. Menoch. cons 511. num. 5. 15. & 18 uers. secundo, & cons. 557 nu 17. Pereg. de iur. fisc. lib. 3. tit. 18. num. 33. & tit. 19. nu. 11.* sed non simpliciter, & absolutè, quia potest ex aliorum omnium testamentis capere praeter
3 ter quam ex testamento patris, † *ut scribunt glo. in § ult in uerb. participium uers Item, licet, Auth quib. mod nat. eff sui coll. 7. Bar. in l fin. nu. 9 ff. de his, quib ut ind & in d. l. 1 in prin. num. 3. ff. de iur. fisc Bald. in d. l si is, qui ex bonis. 6. uers. quaero ff de uulg. Alex. in l. 1. num. 2. uersic. Exemplum C. de hæred. inst. & d. cons 74. num. 1. uol. 3 Io de Garron in l. 1. num 43. C. de sec. nupt. Corn. d. cons 310. num. 2. & 3 uol. 1. Andr. Gail. d lib. 2. obser. 88 num. 19. Pereg de iur. fisc. d lib. 3. tit. 18 num 41.* Si igitur pater eum hæredem instituat, vel legatum, aut fideicommissum ei relinquat, talis dispositio iam vsque ab initio non consistit, sed habetur pro non scripta,
4 † *ut scribunt Bart. in d l huiusmodi. 86 § si Titio, & Moeuio circa fin. uers. sed pone, & in l. Lucius. 126. §. 1. in prin ff. de leg. primo & d cons. 119 num. 2. uers aut dicimus lib. 1. Bal. in l quisquis. 5. num. 7. C. ad leg. Iul. maiest. Ang in d. l hæreditas. 4. num. 3 uers est ergo, & num 4 C. de his, quib. ut ind. Castr. in d. l. 1. num 5 uers. Tertius casus C. eod. Alex. d cons 202. num. 3 uers. talia enim & num. 7. & 9. uol 6. Ias in d l. 2 num. 9 C. de hæred. inst. & in addit a l Port. in d. § si eadē, num. 8. Inst. de legat. Crott in d l. re coniunctis nu. 72. uers Sexto, & ultimo Corn. d. cons 310 num. 7 uol. 1. & cons. 236. num 6 uers. nam quando, & nu. 8. uol. 2. Soc. Iun. cons. 3. num. 12 uol. 3. Nicol. ad leg. Gallus 29. nu. 34 ff de lib & posth. Gozad. d consil. 21. num. 18 Clar. in d § testamentum q. 31. num. 3. Mantic de coniect. ult. volunt. lib. 4 tit. 3 num. 3 & lib 10. tit. 3. num 2. Gomez tom. 1. variar resol cap. 10. num. 29 vers & idem, Menoc. d. cons 511. num. 18. in prin. & uers tertio, & nu. 20. vers. respondetur secundo, Pereg d. lib. 3. tit. 19. num. 2 & 10 uers. contraria,* idcoque pars eius vel pertinet ad substitutum, si ei datus sit, vel accrescit cohæredi, aut collegatario, vel
5 confideicommissario, † *ut scribunt Bart. in d. l hæreditas 4. num. 1. & 2 uers. Regula & vers. si vero cum quibusdam, & ibi Alex num 3 C. de his, quib. ut ind. Bart in d. l. huiusmodi. 86. § si Titio, & Moeuio, circa fin. uers sed pone, & ibi* Ang.

*Ang.verſ.& ideo ff. de leg.primo, Ang.in l.Papi-
nianus.8.§.quoniam,num.2.ff.de inoff. Caſtr.in
d.l.2.num.2.& ibi Iaſ.num. 8.& 9.C. de hæred.
inſt.Alex.d.conſil.202.num.3.& 5.vol.6.Iaſ.in
addit.ad Port.in d.§.ſi eadem,num. 8. Inſt. de le-
gat.Crott.in d.l.re coniuncti,num. 72. verſ. ita
limitat.Soc.Iun.d.conſil.3.num.12.vol.3. & conſ.
48.nu.34 verſ.& in terminis.vol.4. vbi ait, hanc
doctrinam eſſe magis communiter receptam,Gab.
conſil. 104. num. 7. uol.1.Decia.conſ.9.num.40.
vol.4.Mantic.de coniect.vlt.vol.lib.10.tit. 3. nu.
22. Gomez d.tom.1.uaria.reſol.cap.10.num.29.
verſ.& idem.& num.30.uerſ.tertio infero, Pereg.
de iur.fiſc.d.lib.1.tit.2.num.4.& lib.3.tit.1.num.
2.& tit. 18. num. 99.& 100.& tit.19.num.11.
Hond.conſ.89.num 4.vol.1.Menoch. conſ. 1137.
num.50.*

Sed hoc haud dubiè procedit inſpecta di-
ſpoſitione iuris ciuilis, ſecundum quam ſpu-
rius omnino eſt incapax, adeo, vt nec ali de-
6 beat, † *§.fin. Auth.quib.mod.nat.eff.ſue coll.7.
Auth. licet, in fin.C.de nat.lib.Auth.ex complexu
C.de inceſt.nupt. cap. per venerabilem 13. in fin.
qui fil. ſint legit.* Cæterùm inſpecta æquitate
7 canonica, ſecundum quam debet ali † *cap.cum
haberet.5.& ibi glo.in verb.ſecundum, quod eſt,
Deo, qui dux.in matr. quam poll. per adult.* &
relictum pro modo alimentorum ſuſtinetur,
8 † *vt ſcribunt Bart.in d.Auth.ex complexu,num.
3.C.de inceſt.nupt.Ang.in d.l.Papinianus .8.§.
quoniam,nu.2.ff.de inoff.teſta.Pereg. de Iur.fiſc.
d.lib.3.tit.18.num.71.* vt potè, in quam cauſam
in dubio relictũ intelligitur, *vt declarat Crau.
conſ.219.num.7.uerſ. in dubio,* magis videtur, vt
vſque ad eam quantitatem faciat partem, &
ius accreſcendi non, niſi in eo, quod alimen-
9 torum modum excedit, locum habeat, † *ſecun
dum Ang.in d.l.Papinianus.8.§.quoniam,nu.2.*
10 Sed eſt veriùs, adhuc hodie procedere, † quia,
cum ſpurius ad nullam legati partem admit-
tatur: Licet enim admittatur ad alimenta,
non tamen dici poteſt admitti ad partem le-
gati, cum alimenta non debeantur ex vi le-
gati, ſed ex diſpoſitione iuris, Conſequẽs eſt,
vt nõ faciat partem, *ex regula, quam retulimus
in hoc cap.q.21. num. 24.*

Nec obſtat, ſi dicatur, alimenta ſuccede-
re loco partis, ideoque ſufficere ad hoc, vt
coniunctus faciat partem, *ex ijs, quæ diximus
in 6.cap.q.7.num 6. & ſeqq. & in hoc cap. q. 21.
11 num.21.verſ.ſecundo,* quia verius eſt † imo non
ſuccedere.

Primo, quia ad hoc, vt aliquid dicatur ſuc-
12 cedere loco partis † requiritur perſonæ capa-
citas, non ſolum reſpectu rei, quæ ſuccedit,
ſed etiam reſpectu illius, cuius loco fit ſucceſ-
ſio. Quamobrem, cum dicimus, dotem ſuc-
cedere loco legitimæ, *l.quoniam nouella.29.C.
de inoff.teſt.* ſupponimus, perſonam eſſe capa-
cem, & dotis, & legitimæ, ſed eo ipſo, quod
habet dotem, cenſeri habere legitimã: Nam,
cum facta ſucceſſione non cenſeatur haberi,
quod re vera capitur, ſed, quod capi fingi-
tur, id eſt, id, cuius loco fit ſucceſſio, puta le-
gitima, fit, vt perſona debeat eius eſſe capax,
quia alioquin non poſſet fingi habere, quod
habere nequit; Cùm igitur ſpurius non ſit ca
pax portionis legatæ, Conſequens eſt, vt a li-
menta non poſſint in eius perſona dici loco
illius ſuccedere.

Secundo verò, ſi alimenta ſuccederent lo-
13 co partis, † cenſerentur haberi ex cauſa & ti-
tulo legati, quia res, quæ alterius loco ſucce
dit, cenſetur haberi ex eadem cauſa, & titu-
lo, ex quo debet haberi res, cuius loco fit ſuc
ceſſio: Per ſubrogationem enim mutatur qui-
dem res, puta æſtimatio loco rei legatæ, vel
dos loco legitimæ, ſed non mutatur titulus,
& cauſa acquiſitionis. Atqui alimenta non
habentur ex cauſa, & titulo legati, ſed ex pro-
uiſione, & diſpoſitione iuris, ſcilicet ex æqui-
tate canonica, quæ vult, etiam ſpurios ali de-
bere, *vt ſupra dictum eſt.* Ergo non cenſentur
loco partis ſuccedere.

Tertio, vt vna res dici poſſit loco alterius
14 ſuccedere, † debet eiuſdem, cuius illa, eſſe
qualitatis, & naturæ, eundemque parere ef-
fectum, *ex doctr. Bart.in l.ſi is, qui pro emptore
15. num. 22. ff.pro empt.* quia fictio tamquam
15 naturæ imitatrix, † *§.minorem, Inſt.de adopt.
Et ſcribunt Bart in d. l.ſi is, qui pro emptore
15.num.25.verſ.Ita fictio, Decia.conſil.7. num.
37.vol.1.* debet veritatis imaginem, & omnes
eius qualitates præſeferre. Atqui alimenta
non ſunt eiuſdem naturæ, qualitatis, & effe-
ctus, cuius eſt pars legata, quia, ſi legata eſt
proprietas, eius pars, tamquam realis, tranſit
ad hæredes, &, ſi legatus eſt vſusfructus, non
recepit taxationem, ſed continet totius emo
lumenti dimidiam, tametſi excedat quanti-
tatem ad vſum perſonæ neceſſariam, & tamẽ
alimenta, quæ ſpurio reſeruantur finiuntur
morte, & cenſentur naturaliter taxata, ita,
vt non poſſint excedere modum, quem per-
ſonæ qualitas requirit, & patrimonij quanti-
tas permittit. Denique non debentur, ſi ſpu
rius incipiat aliũdè habere, vnde ſe alere poſ-
ſit, vt generaliter obſeruatur in omnibus per-
ſonis, quibus ex lege debentur alimenta, *l. ſi
quis a liberis.5.§.ſed & ſi filius ff.de lib. agnoſc.*
cum alioquin pars legati debeatur, etiamſi
legatarius ſit, aut fiat ditiſſimus. Non poſ-
ſunt igitur alimenta dici ſuccedere locò par-
tis.

Quarto demum, ſi alimenta ſuccederent
16 loco partis, † & per conſequentias exclude-
rent ius accreſcendi pro rata, non poſſet id
habere locum, etiamſi ſpurius poſtea deficc-
ret, puta moreretur, quia in proprietatibus
ſufficit id ſemel eſſe excluſum, vt perpetuò
ceſſet, cum in ijs poſt emolumentum acqui-
ſitum ius accreſcẽdi locum habere nequeat,
*l.1.§. interdum ff.de vſufr. accr. & latè dicemus
in hoc cap.q.59.num.13.* Atqui hoc eſſet abſur-
dum, quia hoc modo per acquiſitionem tem
poralem, ſocius perpetuò priuaretur ea por-
tione, quam iure ciuili vindicare poteſt, &
talis portio applicaretur hæredi, apud quem
remanent ea, quæ deficiunt, quoties à cõiun-
cto non vindicantur *l.vn.§.in primo,§. pro ſe-
cundo, & §. ſin autem aliquid ſub conditione C.
de cad.toll.& dicemus in 9.cap.q.8.nu. 1. & ſeqq.*
& ſic æquitas canonica applicaret hæredi,
quod eſſe debet legatarij, & quidem ſine cau-
ſa, cum cauſa alimentorum, propter quã fuit
in vita ſpurij portio diminuta, ceſſet poſt eius
mortem. Ergo ne hoc abſurdum ſequatur,
dicendum eſt, alimenta non ſuccedere loco
partis, & per conſequentias non excludere
ius accreſcendi.

Atqui

Atqui (dices) re vera spurius capit aliquid,
nempe alimenta: Quomodo igitur potest
socius totam eius partem consequi per ius ac-
crescendi? Verùm respondeo, totam partem
coniuncto accrescere, tamquam relictam in-
17 capaci, sed accrescere † cum onere alimento-
rum, quæ ex æquitate canonica spurio reser-
uantur. Itaque durante vita spurij habebit
quidem socius partem illi relictam pleno iu-
re, sed grauatam onere alimētorum, sed post
illius mortem eam habebit sine vllo onere.
Et hoc modo resoluuntur omnes difficulta-
tes, scilicet quia respectu legati, cuius omni-
no spurius est incapax, non intelligitur is fa-
cere partem, & sic excludere ius accrescendi,
aut pro rata rei, aut pro rata temporis, quo
viuit, sed ei facit locum, & respectu totius
partis, & respectu totius temporis. Sed, quia
sanè non obstante incapacitate vult ius ca-
nonicum, spurium, quandiu viuit, habere ali-
menta, & ita imposuit onus paterno patrimo-
nio, æquum erit, tale onus censeri impositum
ipsimet portioni, quam pater legando voluit
ad spurium pertinere, vt, si talis dispositio nō
sustinetur in vim relicti, sustineatur saltem eo
modo, quo potest, & sic in vim alimentorum
ad onus eius, ad quem ipsa portio transit. Et
ita rem hanc definiendam arbitror.

Secundum exemplum afferri potest in fi-
lio naturali, qui extantibus legitimis non, nisi
vnciam bonorum paternorū capere potest,
vt dicemus in 10. cap. q. 14. num. 6. Nam, si quid
ei supra vnciam relinquatur, habetur pro nō
scripto, & accrescit alijs, puta cohæredibus,
aut collegatarijs, vel confideicommissarijs,
18 † *vt scribunt Bart. in d. l. si in testamento. 5. num.
3 vers. & intelligas, ff. de vulg. Bald. in d. l. eam,
quam. 14. num. 56. C. de fideic. Alex. in l. ex asse.
52 num. 4. ff. ad l. Falc. Mantic. de con. vlt. vol.
lib. 10. tit. 3. num. 22. Pereg. de Iur. fisc. d. lib. 3. tit.
1 num 2.* Quod enim dicimus, id, quod exce-
19 dit vnciam, legitimis applicari, † *vti videre est
apud Pereg. d. lib. 3. tit. 18. num. 1.* procedit, nisi
adsit alius, qui venientibus ab intestato præ-
feratur, quia applicatio debet fieri eo ordine,
qui in cæteris obseruatur, idest, substitutis, aut
coniunctis, aut hæredibus grauatis, aut ijs de-
20 ficientibus ijs, qui veniunt ab intestato, † *vt in
specie declarant Bald. in d. l eam, quam. 14 nu. 56.
C. de fideic. Alex. in d. l ex asse. 52. num. 4. ff. ad l.
Falc. Mantic. d. lib. 10. tit. 3. num. 22* Itaque, si
filij legitimi sint hæredes instituti ad eos per-
tinebit, *vt declarat Alex. in d. l. ex asse. 52. nu. 4.
ff. ad l. Falc.*

Planè, si tractaremus de spurijs earum per-
sonarum, quæ in dignitate positæ sunt natis
ex vili concubina, verius esset, id, quod supra
modum eis relinquitur, non alijs applicari,
21 † quam ijs, qui enumerantur *in l. 1. C. de nat. lib.*
aut ijs deficientibus, fisco, *vt ibi dicitur*: Nec
22 enim in hoc casu vera est sententia † *Saly. in
d. l 1. C. de nat. lib. Corn. cons. 310. num. 18. vers.
& præterea, vol. 1. & cons. 236. nu. 6. vers. & licet,
volu. 2. & aliorum* existimantium, substitutos,
coniunctos, & hæredes esse personis ibi enu-
meratis præferendos, quia contrarium verius
est, & receptius, *vti videre est apud Pereg. d. lib.
3. tit. 17. n. 9. vers. Notandum.* Nam in ijs pro-
cedet eiusce legis dispositio, in cæteris verò
naturalibus, aut spurijs procedent ea, quæ su-
pra diximus, scilicet quia, quod ibi constitui-
tur, non est trahendum ad alios spurios, aut
naturales, *vt ostendemus in hoc cap q. 53.*

Tertium exemplum afferri potest in legiti-
mato, qui ex forma statuti non, nisi in certa
portione bonorum institui potest: Nam, si
quid ei supra portionem definitam relinqua-
23 tur accrescet cohæredi † *vt scribit Osas. obs. 20.
num. 19.* Et, quod dicitur, debere id venienti-
bus ab intestato applicari, procedit, si legiti-
matus non habuerit substitutum, aut alium
cohæredem, qui venientibus ab intestato sit
24 potior, † *vt dicemus in 9. cap. q. 9. Et in specie de-
clarat Osas. d. cons. 20. num. 19. vers. respondetur.*

Quartum, & vltimum exemplum afferri
potest in seruo de adulterio cum domina ma-
culato, qui si ab ea fuerit hæres institutus nō
25 valebit institutio † *l. his verbis. 48 §. 1. ff. de hæ
red. inst § est tamen casus Inst. eo. Et scribit gl. in
§. legati, in verb. testamenti factio, Inst. de legat.*
ideoq; illius portio, aut cohæredibus accres-
cet, aut ad venientes ab intestato pertinebit,
secundum ea, quæ supra diximus.

SVMMARIVM.

1 *Portio, quæ ex facto vocati habetur pro nō scrip-
ta, coniuncto accrescit, & cur, num. 2. Declara,
vt num. 3.*
4 *Hæreditatem, vel legatum in alterius testamento
sibi adscribere prohibitū est edicto Diui Clau-
dij, siue S.C. Liboniano.*
5 *Dispositio habetur pro non scripta, quoties quis
sibi in alterius testamento legatum, vel hæredi-
tatem adscribit.*
6 *Falsa præsumitur dispositio, quoties quis sibi in
alterius testamento adscribit.*
7 *Pars eius, qui sibi in alterius testamento adscripsit,
coniuncto accrescit; Fallit, vt num. 8.*

An, et quando is, qui sibi in testamento adscripsit, faciat partem.

Quæstio Vigesimaseptima.

Septimus casus est, quando dispositio in
persona vnius ex vocatis initio non cō-
sistit, non propter defectum existentiæ,
aut capacitatis, sed propter aliquod ipsius fa-
ctum quod inutilem reddit dispositionem, Et
tunc etiam certum est, locum habere ius ac-
1 crescendi † *vt scribit Crass. in §. ius accrescendi
q. 16. num. 8. & patebit ex locis, quos referemus
2 infra num. 7.* quia, † eum is, neque per se, neq;
per alium ad partem admittatur, Consequens
est, vt non faciat partem, *ex ijs, quæ diximus in
hoc cap q. 21. num. 24 & dicemus in q. 36. num. 5.*
Vtique autem supponimus, factum non esse
3 tale, † vt in se contineat aliquam indignitatē,
quæ faciat locū fisco: Nam alioquin disposi-
tio nō posset initio dici nulla, sed valida, nec
posset facere locum iuri accrescendi, sed illud
excluderet, quia, qui per fiscum admittitur
ad partem, haud dubiè facit partem, *vt latè
ostendemus in hoc cap. q. 47. & multis qq. seqq.*
sed supponimus, factum esse simpliciter à iu-
re improbatum, prout euenit, cum quis sibi, &
alteri

alteri hæreditatem, vel legatum in alterius testamento adscripsit: Nam, quia tale factū improbatur edicto Diui Claudij, siue Senatusconsulto Liboniano, quo cauetur, ne quis in alterius testamēto sibi quid adscribat, aliàs
4 lege Cornelia de falsis teneatur † *l. 1. §. ad testamenta, & l. Diuus. 15 in prin. ff. ad l. Corn. de fals.* ideo fit, vt dispositio in persona scribētis initio non consistat, sed habeatur pro non
5 scripta † *l. filius. 14 §. sequens, & d. l. Diuus. 15. planè. ff. ad l. Corn. de fals. l. 1. & l. vlt. ff. de his, quæ pro nō script. hab. Et scribūt Bart. in l. fin. nu. 11. vers. secundū tēpus ff. de his quib. vt ind. Castr. in l. eam, quam. 14. num. 9. C. de fideico. Roma. cons. 185. num. 13. Cuiac. in not. ad Vlp. tit. 17. Instit.* Præsumitur enim, quoad illum falsa, non vera
6 † *vt declarat Bart. in d. l. fin num. 11. vers. secūdum tempus ff. de his, quib. vt ind.* Quamobrem pars illi assignata coniuncto accrescet, puta cohæredi, vel collegatario, aut confideicom-
7 missario † *d. l. filius. 14 § sequens, & ibi gl. in §. fin. in verb. quæstioni ff. ad l. Corn. de fals. Paul. lib. 3. sent. tit. 6. §. si quis sibi, Roma. d. cons. 85. num 13. Ruin cons. 104 num. 15. vol 2. Crass. in § ius accrescendi q. 16. num. 8. Bec. cons. 103 nu. 12. Baldus. in §. si eadem, num. 18. & ibi Myns. num. 17. Inst. de legat. Dida. Spin. in suo specul. testa gl. 9. num. 8. Cuiac. ad eandem l. filius. 14 in prin in 22 lib. quæstio. Paul & nos etiam diximus in 5. cap. 40. num. 9.*

Planè si quis adscripserit legatum seruo sibi cum alio communi, non erit tractandum
8 de iure accrescendi, † quia, eum, seruus nomen, quasi falsum subducatur, eaq; ratione legatū non possit etiam pro parte socij sustineri, Cōsequens est, vt nec ei possit altera pars accrescere *d. l. filius. 14 §. sequens, & nos latè ostendimus in eodem 5. cap. q. 40. num. 8. & 10.*

SVMMARIVM.

1 *Legatum rei ipsius legatarij non valet, & cur, num. 2.*
3 *Legatum rei propriæ ipsius legatarij non valet etiamsi postea fuerit alienata viuo testatore, & cur, num. 4.*
5 *Res mea potest mihi legari sub conditione, & cur, num. 6.*
7 *Partem facit dominus rei legatæ, cui coniunctim cum alio fuit ea relicta, & cur, num. 9. Sed cōtra, num. 11. & cur, num. 12.*
8 *Declaratur l. huiusmodi. 86. § si Titio & Moeuio ff. de leg primo & num. seqq. vsq; in finem.*
10 *Partem, vt faciat coniunctus, non est necesse eum admitti eodem iure, sed sufficit, si admittatur alio iure.*
21 *Res aliena non poterat olim legari, nisi per damnationem,*
22 *Partem hodie non facit is, cui coniunctim cum alio res propria fuit relicta, & cur, num. 23. Licet contrarium alij frequentiùs arbitrentur, num. 24.*

An, & quando coniunctus cui relicta est res propria faciat partem.

Quæstio Vigesimaoctaua.

OCtauus, & vltimus casus est, quando dispositio in persona vnius ex vocatis initio non consistit, non propter defectum personæ, sed propter incompatibilitatem, quæ in ipsamet dispositione continetur, cuius multa possunt exempla afferri.

Primum in specie, qua testator legauit Titio, & Moeuio rem, quæ est propria Titij: Nā tale legatum in eius persona iam ab initio nō
1 consistit † *l. proprias. 13. C. de legat. § sed, si rem legatarij. Inst. eod. l. apud Iulianum. 40 §. si Titius ff. de leg. primo, l. Moeuius. 68. §. pen. vers. si autem ff. de leg. 2.* non aliam ob causam, quam,
2 quia † incompatibile est, quem esse rei dominium, & eandem rem ex legato cōsequi posse: Nam, cum id, quod proprium ipsius est ampliùs eius fieri non possit *§. sic itaq; Inst. de actio. Et in his terminis ratiocinatur Imperator in d. §. sed, si rem legatarij, Inst. de legat.* & per legatum hoc agatur, vt res fiat legatarij *l. legatum. 82. ff. de leg. 2.* Consequens est, vt, qui iam dominus est, non possit eiusdem rei fieri legatarius, adeo, vt, etiamsi rem alienet viuo testatore, non ideo tamen legatū sustineri pos-
3 sit † *l. coetera. 43. §. 1. ff. de leg primo, d. §. sed, si rem legatarij, vers. &, licet, Inst. de legat.* quia,
4 † quod inutile foret legatum, si statim post conditum testamentum decessisset testator, non ideo valere debeat, quia diutiùs testator vixerit, vt vult regula Catoniana *l. 1. in prin. ff. de regul. Caton. §. an seruo, Inst. de legat.*

Planè, si res mea mihi legetur sub conditione, & tempore euenientis conditionis nō sit ampliùs mea, magis est, vt legatum valeat
5 † *d. l. coetera. 43. § 1. vers. sed si sub conditione ff. de leg. primo, l. mea res 97 ff. de cond. & demon. Et ita accipienda est l. 1. §. fin. ff. de reg. Cato. vt ibi declarat gl. communiter approbata in verb.*
6 *Item, si tibi,* quia † regula Catoniana non habet locū in legatis conditionalibus *d. l. coetera. 43. §. 1. vers. purum ff. de leg primo, l. pen. ff. de regu. Cato.* vtpote, in quibus non testamenti, sed euenientis conditionis tempus attēditur *d. l. mea res. 97. ff. de cond. & dem. & declarat Bart. in d. l. coetera 43. §. 1. num. 2. vers. dic ergo ff. de leg. primo.* Ex quo patet, eum dicimus, legatum in persona Titij, qui est dominus rei legatæ, initio non consistere, nos supponere, legatum esse purum, non conditionale. Et tunc si quæramus, an Titius, in cuius persona legatum initio non consistit, faciat partem Moeuio, & sic impediat ius accrescendi, tradunt nostri passim, & commu-
7 niter facere. † *Ita enim scripserunt gl. in l. huiusmodi. 86. § si Titio. & Moeuio, in verb pars, & ibi Bart. vers. Quartus, et vers. ex prædictis, Bald. in prin. Castr. num. 1. et 2. Alex num. 1. Ias. nu. 1. ff. de leg. primo gl. in §. si eadem in verb. defecerit, Inst. de legat. Imol. in l. si Titio. 7. num. 2. vers. In ea gl. ibi ff. de leg. 2. Ias. in l. planè. 34. §. si duo-*

duobus num. 13. vers. In contrarium ff. de leg.
primo, Soc. Iun. cons. 25. num. 12. vol. 1. Polit. in
d. l. re coniunctis, num. 48. vers. quantum ad secū-
dum, & num. seq. & ibi Io. Gaud. num. 54. vers.
nisi etiam. Zaz. in singul. intell. cap. qui coniuncti
iure ff. vel faciant, vel non faciant partem, vers.
In primo casu, Mantic. de con. vlt. vol lib. 10. tit.
3. num. 13. In hanc rem aducentes *l. huiusmodi*
86. §. si Titio, & Moeuio ff. de leg. primo, vbi ita
hoc apertè scribitur, vt nullus videatur relin-
qui probabili dubitationi locus: Nam ibi Iu-
1 lianus, † *Si Titio, & Moeuio,* inquit, *legatus*
fuerit Stichus, qui Titij erat, debebitur pars Sti-
chi Moeuio: nam Titius, quamuis ad legatum nō
admittatur, partem facit.
Huius autem rei putant veteres, hanc esse
1 rationem, quia † Titius, licet non admittatur
ad partem iure actionis, tamen admittitur iure
retentionis, cum vti dominus rem suam re-
tinere possit, quod sufficit ad hoc, vt faciat
partem. *Ita scribunt Bart. in d. §. si Titio, &*
Moeuio vers. Quartus, & ibi Bald. in prin. Ang.
in prin. Castr. num. 1. 2. & 3. vers. dic ergo, Alex.
num. 1. Ias. num. 1. Imol. in d. l. si Titio. 7. num. 2.
vers. In ea gl. ibi ff. de leg. 2. Ias. in d. l. planè 34 §.
si duobus, num. 13. vers. In contrarium ff. de leg.
primo, Soc. Iun. d. cons. 25. num. 12. vol. 1. Zaz.
in sing. intell. d. cap. qui con. iure ff. vel fac. vel non
faciant partem, vers. In primo casu.
Nec est contrariū, quod eam non retineat
ex causa legati, quippe, quod est inutile, sed ex
causa proprij dominij, quia ad hoc, vt quis fa-
ciat partem, non est (secundum eos) neces-
sarium, vt eodem iure ad partem admittatur,
sed sufficit, si alio iure partem habere, vel re-
tinere possit. † *Ita scribūt Bald. in d. §. si Titio,*
& Moeuio, vers. Not. ergo, & ibi Alex. nu. 1. vers.
Not. & Ias. num. 2.
Verum hęc sententia, vt est commentitia,
ita, & meritò fuit a † *Polit. in d. l. re coniunctis,*
num. 49. vers. verum hos, Cuiac. in d. § si Titio,
& Moeuio, in 33. lib. Salu. Iul. ad edictum, & alijs
plerisq; recentioribus improbata, quia † ius
retentionis ita demum ius accrescendi exclu-
dit, si proueniat ex eadem causa, ex qua ius
accrescendi proficiscitur, puta ex eodem le-
gato, *vt in specie d. l. planè. 34. §. inde dicitur,*
vers. planè ff. de leg. primo. Coeterùm, si proue-
niat ex alia, magis est, vt non impediat, *sicuti*
late ostendemus in q. seq. num. 38. & q. 65. num. 1.
& seqq. Sufficit enim coniunctum nō admit-
ti ad partem ex dispositione testatoris, vt fa-
ciat iuri accrescendi locum.
Hinc igitur alij secundo loco putant, ra-
tionem esse, quia † non est verisimile, testato-
rem voluisse grauare hæredem onere redi-
mendi rem, quæ non est in patrimonio *l. vnū*
ex familia. 69. §. si rē ff. de leg. 2. Ita censuit Crott.
in d. l. re coniunctis, num. 66. in fi. & nu. 71. vers.
Nec obstat text. Sed obstat, † quia prędicta ra-
tio locum habet, quando testator ignorat rē
esse alienam, & sic sumus in dubio; nam tunc
verū est, eū non censeri velle grauare hæredē
onere redimendi, *in quibus terminis loquitur*
§ si rē. At, si sciat, rem esse alienam, tunc ces-
sat prædicta ratio, ideoq; ex voluntate testa-
toris cogitur hæres, vel rem redimere, vel prę-
stare pretium. *l. cum alienā. 10. C. de legat. §. non*
solum Inst. eod. Verum respondent, legatum
rei alienæ recipere strictiorem interpretatio-
15 nem, † vt non tam facilè admittat ius accre-
scendi, eo, quod testatores sunt faciliores in
rebus suis legandis, quam in onerandis hęre-
dibus redemptione, *secundum d. §. si rem. Ita*
respondet Mantic. d. lib. 10. tit. 3. num. 23.
Sed hæc responsio non tollit dubitationē,
16 † ideoq; meritò fuit supradicta ratio a *Polit.*
in d. l. re coniunctis, num. 49. vers. Attamen ista,
17 *& alijs* improbata, quia † data scientia testa-
toris onus redimendi non censetur repugna-
re illius voluntati, sed ei esse conformis *d. §.*
non solum Inst. de legat. Deinde non potest af-
ferri ratio diuersitatis, cur testator potiùs vo-
luerit grauare hæredem, vt redimat, aut præ-
stet æstimationem partis legatæ Moeuio, quā
alterius. Quamobrem non est inter eas cōsti-
tuenda differentia.
Tertio igitur censent alij rationē esse, quia
18 † coniunctus, qui non admittitur ad partem,
tunc demum partem non facit, cum validitas
legati in eius persona est impossibilis, vt eue-
nit, cum legatur ei, qui non est in rerum natu-
ra, vel hæredi a semet ipso. Coeterùm, quādo
legatum potest esse validum, vt, cum legatur
res, quæ est propria ipsius legatarij, quo casu
legatum valet, si sit factum sub conditione,
magis est, vt faciat partem. *Ita censuit Anto.*
Fum. de coniun. cap. 13. num 6.
Verùm hæc sententia mihi videtur absur-
19 dissima, † Primo, quia *in d. §. si Titio, & Moe-*
uio, legatum rei legatarij fuerat ei factum pu-
rè, non sub conditione, ideoq; validitas fuit
impossibilis, cum non potuerit conualescere,
licet is postea desijsset esse dominus, *vt dixi-*
mus supra num. 3. Secundo, quia, quando le-
gatur hęredi a semet ipso, validitas est possi-
bilis, cum fieri possit, vt hæres institutus po-
stea non adeat, & eo modo consequatur le-
gatum, *sicuti ostendemus in q. seq. num* 20. & ta-
men non obstante hac possibilitate partem
non facit, si adeat *d. l. planè.* 34. *§ si duobus ff.*
de leg. primo, Ergo non debemus attendere
potentiam validitatis, sed actum ad hoc, vt
fiat, aut non fiat iuri accrescendi locus.
Quamobrem verius est, quod alij tradide-
runt, ideo in specie *d. §. si Titio, & Moeuio,*
Titium, in cuius persona initio non consistit
20 legatum, facere partem Moeuio, quia † lega-
tum non erat vindicationis, sed damnationis
scilicet, quia non fuerat legata res testatoris,
sed aliena, quæ solum per damnationem le-
21 gari poterat, † *vt constat ex Vlp. tit 24. Inst §. per*
damnationem, & ex Caio tit. 13. Inst. §. per dam-
nationem. Vnde, quia in legato damnationis
etiam coniunctim relicto non erat olim lo-
cus iuri accrescendi, *vt ostendimus in 5. cap. q.*
38. nu. 58. & in cap. 6. q. 20. num. 26. propterea,
quod partes fiebant initio, non concursu, *vt*
diximus in eodē 5. cap. q 38. nu. 58. ideo nil mi-
rum: si legata re Titij, & sic aliena nō potue-
rit Moeuius per ius accrescendi consequi to-
tū. *Ita declarat Cuias. in l. si duobus. 16. in prin.*
ff. de leg. primo, & in d. l. huiusmodi. 86 §. si Titio,
& Moeuio ff. eod. in 33. lib. Salu. Iul. ad edict. Et
ante illum ita sensit Polit. in d. l. re coniuncti nu.
49. vers. si quæras deniq; eo ipso, quod putauit,
ideo ibi partē nō accrescere, quia tractatur de lega-
to rei alienæ, in quo (secundum eum) ius accrescē-
di cessat.
Hinc intelligimus dispositionē eiusce loci

hodie

22 hodie non procedere, † *vt recti scripserunt: Duar. lib. 1. de iur. accr. cap. 18. Cuiac. in d. l. si duobus. 16. in prin. ff. de leg. primo, & Andr. Fab. lib. 4. controu. cap.* 97. quia, † cum etiam
23 in legato damnationis locum habeat ius accrescendi, *vt ostendimus in eodem 6. cap. q. 20. nu. 25.* & per consequentias etiam in legato rei alienę, *vt docuimus in 5. cap. q. 9 num. 7.* fit, vt, etiāsi legetur Titio & Moeuio res, quæ est Titij. pars, quę huic est inutiliter relicta, debeat Moeuio accrescere, ita, vt, si res a Titio redimatur, tota Moeuio pręstari debeat, si verò non redimatur, debeat integrum ei solui pretium. Sed hæc disputando dicuntur: nā consulendo, & iudicando non est a recepta veterum opinione recedendum, quæ vult, dispositionem *prędict. §. si Titio, & Moeuio,*
24 adhuc hodie procedere, † *vt est videre est apud eos, quos retulimus supra num.* 7. Itaq; si Titio, & Moeuio legetur res, quæ est Titij, non poterit Moeuius totum petere, sed tantum partē sibi relictā, siue Titius rem vendere nolit, siue etiam vendere sit paratus: nam, si eam non vendat, & si omnibus in casibus in quibus re aliena legata præstanda est æstimatio, vt, quia testator sciuerit, rem esse alienam *d. §. non solum, Inst. de legat.* vel quia legatum sit relictū personæ coniunctæ *l. cum alienam. 10. C. eod.* non cogetur hæres præstare Moeuio, nisi dimidiā pretij, *vt est de mente omnium, quos retulimus d. num. 7.* Sed, & si rem vendere sit paratus, non cogetur hæres eam emere, sed per viam exceptionis poterit sibi consulere, vt saluetur mens defuncti, quæ fuit, vt Moeuius non haberet, nisi partem. *Ita declarat Castr. in d. §. si Titio, & Moeuio, num. 3. vers. sed quid.*

SVMMARIVM.

1 *Legatum relictum hæredi, & extraneo non consistit in persona hęredis, & cur, num. 2. & seqq. Declara, vt num. 3. & seqq.*
4 *Legatum relictum ei, qui solus institutus est, nulla ex parte consistit, & cur, num 5.*
6 *Legatum relictum hæredi ex parte instituto non valet pro parte, quam capit a se ipso, sed pro ea, quam capit a cohærede sustinetur.*
7 *Hæredi a se ipso legari non potest, a cohærede potest.*
8 *Declaratur l. Titia. 35. §. 1. ff. de leg. 2. & num. seq.*
10 *Legatum pecuniæ, vel rei alienæ relictum vni ex hæredibus debet ab vnoquoq; hærede præstare proportione hæreditaria.*
11 *Legatum pecuniæ, vel rei alienæ relictum vni ex hæredibus non valet pro parte, quam ipse præstare debet.*
12 *Res hæreditaria non potest vni ex hæredibus relinqui, nisi capiatur ab omnibus hæredibus pro cuiusq; portione hæreditaria.*
13 *Legatum rei hæreditariæ relictum vni ex hæredibus eatenus valet quatenus capitur a cohæredibus, non etiam, quatenus a se ipso.*
14 *Hæredi potest legari res aliena, vel quantitas ab alijs cohæredibus.*
15 *Legatum hodie potest relinqui etiam a legatario, vel fideicommissario.*
17 *Legatum rei alienę, vel quantitatis factum hęredi valet, si sit relictum a legatario, vel fideicommissario, & cur, num. 16.*
18 *Legatum potest relinqui hęredi, ita, vt capiatur iure legati, si conferatur in tempus restituendæ hæreditatis.*
19 *Legatarius rei testatoris potest per fideicōmissum grauari, vt rem hæredi restituat.*
20 *Legatum relictum hæredi a se ipso valet, & in totum sustinetur, si hæres repudiet hæreditatem, & ea, vel substitutis deferatur, vel accrescat cohæredi, & cur, num. 21.*
22 *Hæredem non facit institutio, sed aditio.*
23 *Legatum relictum hæredi a se ipso non potest sustineri, si is solus sit, & repudiet hęreditati; Fallit, vt num. 24 & 25.*
26 *Legatum relictum hęredi a se ipso non valet, etiāsi deducatur ad eum casum, a quo possit incipere, Declara, vt num. 27.*
28 *Hæres, cui legatum relictum est, si repudiet hęreditatem, videtur facere contra voluntatem defuncti Sed contra, num. 29.*
30 *Hæres ex parte institutus, cui legatum relictum est, si non repudiet, sed ante aditam moriatur, transmittit quidem eam legatè partem quæ capitur a cohærede, sed non eam, quam a se ipso erat accepturus, & cur, num. 31.*
32 *Partem facit, qui ad partem admitti potest iure retentionis, Declara vt num. 65 & seqq.*
33 *Hæres, cui legatum simul cum extraneo relictum est, potest sibi prospicere per retentionem, Declara, vt num. 3?. 43. 51. 63. & 65. & num seqq.*
34 *Hęres cui a se ipso legatum est, licet rem non capiat iure legati, capit tamen iure hæreditario, siue iure institutionis vniuersalis, Declara, vt num. 64.*
35 *Declarantur l. Lucius. 78. in prin ff. ad Treb. & l. vlt. §. Lucius ff. de leg. 2. & num. 68. & seqq. & num. 80.*
36 *Declaratur l. si quis Attio. 8 ff. de vsufr. accr. & num. 82. & seqq.*
37 *Legatum, si fuerit relictum hæredi, & extraneo, totum debetur extraneo, & cur, num. 38. Declara, vt nu. 56 & seqq. & num 68. & seqq.*
39 *Retentionis iure, quando possit hęres sibi prospicere, si quid ei coniunctim cum extraneo legatum sit, & num. 51. & seqq. & num 65. & seqq.*
40 *Hæres cui coniunctim cum alio relicta est res propria ipsius hæredis, potest sibi prospicere per retentionem, & eo modo facere partem collegatario, & num. 55. & cur, num. 51. Sed contra num. 6?. Declara, vt num 56. & seqq.*
41 *Hęres, cui coniunctim cum alio relicta est res aliena, potest sibi prospicere per retentionem, & ita facere partem collegatario, Sed contra num. 48. & 60. & cur, num. 49 & seqq. & nu. 61. Declara, vt num. 56. & seqq.*
42 *Hæres, cui coniunctim cum extraneo legata est quantitas, vel alia res in genere, potest sibi per retentionem prospicere & eo modo facere partem collegatario, Sed contra num. 48. & 60 & cur, num. 49. & seqq & num. 61. Declara, vt num. 56. & seqq.*
44 *Hæres cui coniunctim cum extraneo legata est res hęreditaria, non potest per retentionem sibi prospicere, & eo modo facere partem collegatario, & sic ius accrescendi impedire, & cur, num. 45. Declara, vt num. 47.*
46 *Legata res separatur, & extrahitur ab hęreditate.*
59 *Legari olim non poterant res alienæ, nisi per damnationem.*
67 *Declaratur l. huiusmodi. 86. § si Titio, & Moeuio ff. de leg. primo.*

69. Hęre-

69 *Hæredi, & extraneo, si legata sit res hæreditaria coniunctim re, & verbis, aut re tantum tota debetur extraneo, secus si sit relicta cõiunctim verbis tantum, & cur, num. 70. Nisi en casibus vt num. 71. & 72. Sed contra num. 73. & seqq. Declara, vt num 76. & seqq.*

74 *Ius accrescendi locum habet inter legatarios verbis tantum coniunctos, nisi socius possit sibi prospicere per retentionem.*

75 *Hæres cui coniunctim cũ extraneo relicta est res hæreditaria æquis partibus, retinet portionem suam iure hæreditario.*

81 *Declaratur l planè. 34 §. fin. ff. de leg. primo.*

88 *Hæredis nomen, etiamsi restringatur ad filios, intelligitur tamen de filijs, qui habent qualitatem hæreditariam.*

95 *Vsusfructus, si legatus sit hæredi, & extraneo, pars hæredis extraneo non accrescit, licet aliud sit in proprietate & cur. num. 96. & seqq. Sed contra num. 103. & seqq. Declara, vt nu. 119.*

99 *Vsusfructus legatus non acquiritur ipso iure, sed requirit factum hæredis, Sed contra num. 108. Declara, vt num. 109.*

106 *Vsusfructus hæredi legatus, quãdo possit, vt causalis retineri & num. 107.*

109 *Declaratur l. 3. in prin. ff de vsufr.*

110 *Vsusfructus rei hæredis, si fuerit legatus ipsi hæredi, & extraneo, poterit hæres per retentionẽ sibi prospicere, & excludere ius accrescendi, Sed cõtra, num. 111. & cur, num. 112.*

115 *Legata alicui proprietate vsusfructus remanet in hæreditate, & pertinet ad hæredem iure hæreditario.*

120 *Legatum, si sit relictum hæredi ex asse instituto, & extraneo, totum debetur extraneo.*

121 *Vsusfructus omnium bonorum, si legetur hæredi & extraneo, totus debetur extraneo.*

122 *Clausula codicillaris operatur, vt legata censeantur a venientibus ab intestato repetita, si testamentum corruat, etiamsi relicta sint hæredi instituto, & extraneo, cui pars hæredis nõ accrescet.*

123 *Clausula codicillaris non operatur validitatem legati, quod inutiliter hæredi relictum est a se ipso, nec eius repetitionem a collegatario, si testamentum iure testamenti sustinetur.*

124 *Clausula omni meliori modo operatur, vt collegatarius, cui coniunctim cum hærede res est relicta censeatur grauatus partem hæredis ei restituere Sed contra num. 128 & cur. num 129.*

125 *Legatum relictum hæredi ex asse instituto, & grauato fideicommisso valet, si in testamento apposita sit clausula, omni meliori modo, & cur.*

126 *Legatum relictum hæredi valet, si adsit clausula omni meliori modo.*

127 *Interpretatio in dubio fit, vt actus valeat, sed nõ, vt valeat omni meliori modo.*

130 *Legatarius, qui succedit hæredi, facit partem coniunctio, & cur. num. 131. & seq.*

133 *Legatum, si simpliciter relinquatur hæredibus æqualiter institutis, effectu est inutile, quia tantum quisq; dat, quantum capit.*

134 *Legatum, si relinquatur hæredibus inæqualiter institutis, quilibet capit partem, quam alij præstant, non quam ipse.*

135 *Legatum, si relinquatur hæredibus inæqualiter institutis, qui maiorem hæreditatis partem habet, minorem legati portionem consequitur, contra vero maiorem, qui minorem.*

136 *Declaratur l planè. 34. §. inde dicitur ff. de leg. primo, & num. seqq.*

141 *Legatum, si fuerit relictum vni ex hæredibus, & extraneo, qualiter facienda sit diuisio, & num. seqq.*

144 *Legatum, si fuerit relictum hæredibus, & extraneo, nihil extraneo accrescit, sed hæredes capiunt integram portionem sibi relictam, & cur, num. 145.*

An, & quando hæres, cui a se ipso inutiliter legatum est, faciat coniuncto partem.

Quæstio Vigesimanona.

SEcundum exemplũ afferri potest in legato relicto hæredi, & extraneo, quod in persona hæredis initio non consistit
1 † *l. qui filiabus. 17. §. vlt. cum l. seq. & l. planè. 34. § si duobus. l legatum, 119. §. 1. & l. ab omnibus. 107 §. si Attio ff de leg. prim. l Titia 35. §. 1. & l. miles. 77 §. pro parte ff de leg. 2. l. eum, qui tacitum. 8. § fin. ff. de his, quib. vt ind. Vlp. tit. 24. Inst. §. b, redi. Et scribunt Bart in d. l legatum 119. §. 1. & ibi Bald. Ang. & Imol. ff. de leg. primo, Bald. cons. 19 num. 2. vers modo ad propositũ, vol. 2. Ang. cons. 295. nu 2. & 3 quod est de verbo ad verbum repetitum in cons. 342. num. 1. vers. Nunc descendo. & num. 3. Castr. in d. l. planè. 34. § si duobus, nu 1. & 7 vers. ideo alij, & ibi Alex. num. 1. vers Not & Ias in prin. & num. 1. & 4. vers. ratio, quia & nu. 5. Ias in l. cum filiofa. 11. num. 15. ff. de leg. primo Paris. cons 79. num. 1. vol. 2. & cons 3. num. 27. vol. 3. Soc. Iun cons 43. num. 4. vers hoc ita posito. vol. 4. Men cons. 86. nu. 84 Pereg. cons 59 nu. 4 vol. 1. Quod, & de fideicõmisso dicitur in d l. cũ filiof. 11. ff de leg. primo,*
2 non aliam ob causam, quam, quia † incompatibile est, quem esse hæredem & legatariũ, *vt scribit Men. d cons 86. nu 84. & de fideicommissario idem Men. cons 105. nu.* 8. Nam cum legatum contineat obligationem hæredis *l. ex maleficijs. 4. § hæres quoq; ff. de actio. & oblig. § hæres quoq Inst de oblig quæ quas. ex contr. nasc l. 3. §. fin ff. quib. ex cau. in poss eat.* tamquã id, quod ab ipso hærede præstandum est. *§. 1. Inst. de legat.* Qua ratione dicitur, ab hærede incipere. *l. hæreditariarũ. 39. ff de actio. & oblig.* siue ab hærede proficisci, *vt declarat Cuiac lib. 17. obs. cap. 38.* & nemo sibi obligari possit *d. l. cum filiof. 11. ff de leg. primo.* ne alioquin in eãdem personam concurrant actio, & passio, *cõtra l. si quis pro eo. 57. §. 1. & l. Vranius. 72. ff. de fideiuss.* Consequens est, vt, si quid hæredi legetur, tamquam incompatibile initio non consistat, sed habeatur pro non facto *Ita rationantur Bald. in d. l planè. 34. §. si duobus, vers. In text. inutiliter, & ibi Ias. nu. 5. vers. ratio. Bald in d. l. legatum. 119. § 1. ff de leg. primo, Ang d cons. 295. num. 2. & d. cons. 342. nu. 1. vers. Nunc descendo. Ias. in d. l. cum filiof 11. nu. 15. ff. de leg primo, Rum. cons. 39. num. 8. vol. 2. Paris. d. cons. 3. num. 27. vol. 3.*

Sed hoc ita intelligendum est, vt procedat
3 † duobus concurrentibus, Primo, quod legatum sit relictũ hæredi a se met ipso. *Ita enim loquũtur iura, & authoritates, quas retulimus supra nu. 1.* Secundo, quod relictum fuer, qui re vera factus sit hæres, id est, qui adierit hæreditatem

ditatem, *ut patebit ex ijs, quæ dicemus infra nu. 20. & seqq.*

Hinc infertur primo, si testator vnum tantum hęredem instituat, & aliquid ei leget, tale legatum nulla ex parte sustineri posse † *d. l.*
4 *planè 34. §. si duobus ff. de leg. primo*, quia, † cũ
5 totum sit ab ipso met hærede præstandum, vtpote, qui solus hæres est, solusq; legatarijs obligatus, non potest per consequentias aliqua ex parte sustineri, *per ea, quæ supra diximus*. Quod, si instituat duos, aut plures heredes, & vni eorum aliquid leget, aut simpliciter, aut etiam ab omnibus hæredibus, legatum pro ea parte, quam ipse met sibi præstare debet, non valebit, quia respectu illius militat eadem incompatibilitatis ratio, quę dispositionis inualiditatem operatur, scilicet, quia idem sibi ipsi obligaretur, quod iuris ratio non permittit. At pro ea, quam capit a cohærede, seu cohæredibus, quin valeat legatum, nulla est dubitatio, quia cessat eius respectu ratio incompatibilitatis, cum vnus
6 alteri obligetur † *d. l. legatum. 19. §. 1. & d. l. ab omnibus. 107. § si Attio ff. de leg. primo, d. l. Titia 35. §. 1. & d. l. miles. 77. §. pro parte ff. de leg. 2. d. l. eum, qui tacitũ. 18. §. fin ff. de his, quib. ut indig. Et in specie declarant Soc. Iun. d. cons. 43. num. 4. uers. Hoc ita posito uol. 4. Ias. in d. l. planè. 34. §. si duobus, num. 12 ff. de leg. primo*, Quamobrem dicimus hæredi a se met ipso legari non pos-
7 se, a cohærede verò posse, † *d. l. legatum. 19. §. 1. et ibi Bald. ff. de leg. primo. Vlpia. d. tit. 24. Inst. § hæredi. Castr. in d. §. si duobus, num. 7. uers. ideo a ij, et ibi Alex. num. 2. uers. unde posuit.* Quod procedit, etiamsi testator dixerit, volo, vt accipiat a seipso: nam adhuc valebit legatum pro parte, quæ debuisset ad cohęredem perti-
8 nere, non autem pro hęreditaria † *d. l. Titia*
9 *35. §. 1. ff. de leg 2.* quia † illa verba, accipiat a seipso, non ita sunt intelligenda, vt per ea censeatur testator voluisse, hæredẽ, eundẽq, legatarium capere totam rem de sua portione, quia nec posset, *ut ostendemus infra nu. 12.* aut pretium partis refundere cohæredi, quia hoc modo legatum redderetur prorsus inutile, sed intelligenda sunt, vt per ea testator censeatur voluisse hæredi dare facultatẽ rei propria authoritate capiendę, non solum pro parte, quam habet a seipso, & pro qua legatum non consistit, sed etiam pro ea, quam habet a cohærede, & pro qua legatum sustinetur, *ut ibi declarant omnes, et nos latè ostendimus in hoc cap. q. 3. num. 242. et seqq. ubi locum illum fusius exposuimus.* Deniq; procedit, etiãsi legetur pecunia, vel res aliena: nam, quia tenetur vnusquisq; eam præstare pro sua por-
10 tione hæreditaria † *l. si tibi homo. 88. §. fin. et d. l. ab omnibus. 107. § si Attio ff. de leg primo*, ideo fit, vt legatum possit quidem sustineri pro ijs portionibus, quæ sunt ab alijs cohæredibus præstandæ, sed non pro ea, quam hæres, idẽq;
11 legatarius sibi præstare debet, † cum eius respectu militet eadem incõpatibilitatis ratio, quam supra considerauimus.

Secundo infertur, si testator ex duobus, aut pluribus hæredibus institutis vni tantum relinquat legatum, non simpliciter, sed nominatim ab alijs cohæredibus, vel vno eorum, si quidem res sit hæreditaria, puta fundus, aut domus testatoris, quia non potest haberi, nisi capiatur ab omnibus pro hęreditaria cuiusq;
12 portione † *l. deducta. 58. §. nummis, uers. diuersa ff. ad Trebell.* & cõsequenter, nisi capiatur etiã a seipso pro rata suæ portionis, ideo nunquã insolidum sustineri posse, sed eatenus valere quatenus capitur a cohæredibus, quatenus
13 verò a seipso, non consistere, † *secundum ea, quæ supra dicta sunt, quæq; etiam in his terminis procedũt, ut in specie declarat Alex. in d. §. si duobus, num. 2. uers. In ea gl. ibi.* Quod, si res nõ hæreditaria, sed volus ex heredibus, aut etiã aliena, vel quantitas legata sit, quia legatũ nulla ex parte capitur a seipso, sed totum capitur ab ijs, quibus nominatim iniunctum est, quasi cessante incompatibilitate in totum susti-
14 nebitur, † *ut in specie declarat Alex. in d. §. si duobus, num. 2. uers. In ea gl. ibi. et est de mente eorum, quos referemus infra num. 90.* Idem est, & si testator leget hæredi a legatario, vel fideicommissario, quod hodie fieri posse non
15 ambigitur, † *ut de legatario scribit gl. in d. §. si duobus, in uerb. inutiliter, et in prin. tit. Inst. de sing. reb. per fid. rel. in uerb. non possit. De fideicõmissario uero scribit Pereg. cons. 79. nu. 29. uol. 2.*
16 Nam, quia † tale legatum non continet obligationem ipsius hęredis, sed eius tantum, qui grauatus est, ideo fit vt valeat, siue hæres, cui relictum est, sit solus, siue habeat cohęredem,
17 † *ut est in confesso apud eos, quos referemus infra num. 90.* Idem est, & si conferat legatum in tempus restituendæ hæreditatis: Nam, quia censetur illud potius a fideicõmissario, quã ab ipso hærede relinquere, ideo fit, vt valeat, & capiatur iure legati, etiam pro portione
18 hæreditaria † *l. si legatus. 30. §. multum interest ff. ad Trebell. §. si quis una Inst. de fideic. hæred. Et ita intelligenda est l. in quartam 90. uers. sed in fideicommissaria ff. ad l. Falc.* Deniq; idem est, & si testator leget alicui fundũ, & postea grauet legatarium, vt eundem fundum hæredi restituat: nam valebit relictum, & capie-
19 tur iure fideicommissi † *l. si a me. 29. ff. ad l. Falc.*

Tertio infertur, si hæres, cui legatum relictum est, non adeat hæreditatem, sed eam repudiet, & ea, vel pertineat ad substitutum, vel accrescat cohæredi, non dubitari, quin legatum in totum sustineatur, & sic etiam pro ea parte, quæ ei fuerat a se met ipso relicta
20 † *d. l. qui filiabus. 17. §. fin. cum l. seq. & l. pater filio. 89. cum l. seq. ff. de leg. primo, Et scribit Bald. cons. 61. in fin. vol. 2. Castr. in d. §. si duobus. num. 7. vers. ista positio, & ibi Alex. num. 1. vers. Quod intelligas, & Ias. num. 15. uers. nisi onus*, quia
21 † cessat tunc incompatibilitas, quæ inutilem reddit dispositionem: nam, cum per repudiationem ab hæreditate excludatur *l. sicut. 4. C. de repud. hæred.* Non enim institutio hęredem
22 facit, sed aditio, † *l. pretia rerum. 63. in prin. ff. ad l. Falc. & scribunt Dec. cons. 445. num. 53. Pereg. cons. 93. num. 1. vol. 3.* Consequens est, vt tamquam non hęres non possit pro aliqua parte censeri legatarijs obligatus, & per consequentias, vt legatum nulla ex parte censeri possit ei a seipso relictum. Quo fit, vt, quasi, non hæredi, sed extraneo relictum eodem iure censeri debeat, quo censeretur, si ab initio fuisset relictum ei, qui nulla ex parte fuerat hæres institutus.

Sanè, si, neq; cohęredem, neq; substitutum ha-

habeat, non poterit haud dubiè legatum ſuſtineri, † quia cum nemo ſit, qui ex teſtamento adire poſſit, Conſequens eſt, vt cum teſtamento corruant etiam legata, quæ in eo relicta ſunt *l. eam quam 14. C. de fideic.* niſi ſimus in caſibus, in quibus ea cenſentur a venientibus ab inteſtato repetita: nam tunc poterit hæres, etiamſi ſolus inſtitutus ſit, hæreditatẽ repudiare, & conſequi legatum, quod ei teſtamento relictum eſt; † *Ita ſcribunt Ang. d. conſ. 295 in fi. & d. conſ. 342. in fin. & Iaſ. in d. §. ſi duobus, nu. 7. &* 10. Idem eſt, &, ſi rupto, vel aliter annullato teſtamento legitimi ſuccedant, & ſimus in caſibus, in quibus legata in teſtamento relicta ſuſtinentur, puta *ex Auth. ex cauſa C. de lib. præter. vel* ex vi clauſulæ codicillaris, vel ex alia quacunq; cauſa: nam tunc ſuſtinebitur etiam legatum relictum hęredi, † quia, cum non ſit hęres, non poteſt per conſequentias dici relictum hæredi a ſe met ipſo. Quo fit, vt idem de eo ſit iudicandum, quod de quolibet legato relicto extraneo. *Ita cenſuit Ang. d. conſ. 295. in fi. & d. conſ. 342. in fi.*

Nec obſtat, ſi dicatur, huiuſmodi legatum initio non conſtitiſſe, ideoq; non debere conualeſcere, licet poſtea deuenerit ad eum caſum, a quo incipere potuerit † §. *an ſeruo, Inſt. de legat.* quia reſpondeo, hoc eſſe verum ſuppoſito, quod ſit hæres, † id eſt, quod poſtea adeat hæreditatem: nam tunc, quia legatum ab initio non conſiſtit, ideo, licet ad eum caſum deueniat, a quo poſſit incipere, nõ ideo tamen conualeſcit, *vt in ſpecie d. §. an ſeruo.* Coeterùm, ſi non ſit hæres, verius eſt, legatũ etiam ab initio cenſeri conſtitiſſe, quia non poteſt dici relictum hęredi a ſe met ipſo, cum hæres non ſit, & nõ eius nullæ ſint qualitates *l. eius, qui. 41 ff. ſi cert. pet.*

Minus obſtat, ſi dicatur, hoc repugnare voluntati teſtatoris, † quippe, qui legando hæredi videtur ita demum voluiſſe, legatum ad eum pertinere, ſi fuerit hæres *arg. l. qui liberis. § hęc verba ff. de vulg.* quia reſpondeo negãdo, hanc cenſeri voluntatem defuncti: nam teſtator legando hæredi cenſetur in eius arbitrium conferre aditionem. *l. debitor. 59. in prin. ff. ad Trebell.* ideoq; ſi repudiet hæreditatem, non cenſetur facere contra voluntatẽ teſtatoris, † quia (vt in his terminis Papinianus ait) non impugnatur iudicium ab eo, qui iuſtis rationibus noluit negotijs hæreditarijs implicari *l. filio pater. 89 ff. de leg. primo.*

Planè, ſi hæres ex parte inſtitutus, cui legatum relictum eſt, non repudiet hæreditatem, ſed ante aditionem moriatur, trãſmittet quidem eam legati partem, quæ eſt a cohęrede præſtanda, ſed non eam, quam a ſe ipſo erat habiturus † *d. l. miles. 77 § pro parte, & ibi Bart. num. 2. Bald. num. 2. Caſtr. num. 3. Imol. num. 3. verſ. & ideo, & Cuiac. in 6. lib. reſponſ. Papin. ff. de leg. 2.* quia, † qui repudiat, implet conditionem, ſub qua legatum pro hæreditaria parte relictum intelligitur, non etiam, qui moritur, *vt conſiderant Bart. & alij vetrres in d. §. pro parte.* Deniq; qui repudiat, ſeparat legatum ab hęreditate, quod de eo dici non poteſt, qui moritur, quippe, qui ſemper videtur habuiſſe animum adeundæ hæreditatis, *vt conſiderat Cuiac. in d. §. pro parte in 6. lib. reſpon. Papin.*

Nec nouum eſt huiuſmodi diſcrimen, quod inter repudiantem, & morientem conſtituitur: Nam, & ſi filiusf., cui, vel ex teſtamento vel ab inteſtato defertur hęreditas, eam repudiet, poterit pater eã adire *l. fin. §. 1. C. de bon. quæ lib.* Quod, ſi non repudiet, ſed ante aditã moriatur, cenſebitur pater ab adeundi facultate excluſus *l. 2. C. ad Orphitia. & declarãt omnes in l. 1. C. qui adm. ad bon. poſſeſ. poſ.*

Hinc intelligimus, cum teſtator legat hæredi, & extraneo, & quærimus, an pars hæredis extraneo accreſcat, ſiue, an hęres, in cuius perſona initio non conſiſtit legatum, faciat partem cõiuncto, nec ne, tria nos ſupponere, Primo, hęredem, cui legatũ relictũ eſt adijſſe hęreditatem. Secũdo legatum, vel in totum, vel pro parte eſſe præſtandum ab ipſomet hærede. Tertio demũ tractari de ea portione, quam hęres capit a ſemet ipſo, non etiam de alijs.

In hac autem quæſtione dubitationem in primis facit illud, quia, qui ad partem ſuam admitti poteſt, ſaltem iure retentionis, haud
32 dubiè facit partem † *d. l. planè. 34. §. inde dicitur, verſ. Planè, & d. l. huiuſmodi 86. §. ſi Titio, & Maeuio, & ibi not. omnes ff. de leg. primo & not latè dicemus in hoc cap. q. 38.* Sed hæres, idemq; legatarius, ſaltem iure retentionis ad partem
33 ſuã admitti poteſt, † quia legata, quæ non valent, ab hærede retinentur *l. id autem. 75. verſ. qua ratione. ff. ad l. Falc.* etiamſi eidem hæredi ſint relicta: Licet enim ea non capiat iure legati, capit tamen iure hæreditario, ſiue iure
34 vniuerſalis inſtitutionis † *l. 1. §. ſi quis ex mortis ff. quor. legat. d. l. eum, qui tacitum. 18. §. fin. ff. de his, quib. vt indig. d. l. miles. 77. § pro parte ff. de leg. 2. Et in his terminis declarat Pereg. cõſ. 59. num. 4. vol. 1.* quæ res ſufficit, vt ius accreſcendi ceſſet, ſcilicet, quia ad hoc, vt quis faciat partem, non eſt neceſſe, eum admitti eodem iure, ſed ſufficit admitti etiam iure diuerſo, *vt diximus in hoc cap. q. 21. num. 21. verſ. adeo, & in q. 28. num. 10.* Omnimodo igitur debet hæres facere partem collegatario, & per conſequẽtias impedire ius accreſcendi. *Ita ratiocinatur Ang. in d. l. legatum 119. §. 1. verſ. ſed pro Rog. & verſ. In eadem gl. ibi, vbi relinquit cogitandũ, & poſt eum ita etiam arguit Imol. ibi, nu. 1. verſ. ſed pro hoc facit ff. de leg. primo.*

Secundo facit dubitationem *l. Lucius. 78. in prin. ff. ad Treb. cuius ſpecies refertur etiam in*
35 *l. fi. §. Lucius ff. de leg. 2.* vbi, † cum is, qui vxorem, & vnicam filiam habeat, in teſtamentò moriens ita cum eis loquens codicillis ſcripſiſſet, *Rogo, quicquid, aut ego reliquero, aut vos ipſę habetis commune uobis ſit*, & hoc modo fideicommiſſum reliquiſſet filiæ, & vxori, & extraneo, reſpondit Scęuola, partem hæreditatis vxori deberi, ſi etiam ipſa parata ſit in commune bona ſua conferre, quibus verbis oſtendit, ſe habere in confeſſo, non totam hæreditatem ad vxorem pertinere, ſed tantũ dimidiam, quod alia dimidia debeat apud filiam, eandemq; hæredem remanere, & tamẽ pro ea parte non potuit conſiſtere diſpoſitio, cum hæredi a ſe met ipſo fideicommiſſum relinqui non poſſit, ne idem ſibi obligetur *d. l. cum filiuſf. 11. ff. de leg. primo.* Ergo, licet hæredi a ſe met ipſo inutiliter relinquatur, non tamen eius portio collegatario, vel confidei-

com-

commissario accrescit, sed ab ipsomet hęrede retinetur.

Tertio facit dubitationem *l. si quis Attio. 8. ff de usufr. accr.* vbi Paulus, *Si quis Attio, & heredibus suis usufructum legauerit*, inquit, *dimidiam Attius, dimidiam hęredes eius habebunt. Quod, si ita scriptum sit, Attio, & Moeuio cum haeredibus meis, tres partes fient, ut unam habeant haredes, alteram Attius, tertiam Moeuius: Nec enim interest, ita legetur, illi, & ille cum Moeuio, an ita, ille, & ille, & Moeuio:* Nam ex his ver-
36 bis apparet, † si quid hæredibus, & extraneis legetur, non totum deberi extraneis, sed ab ipsis met hæredibus pro sua portione capi, & per consequentias excludi ius accrescendi.

Verùm his non obstantibus certissimi iuris est, hæredem, cui a se met ipso legatum est, nõ facere partem collegatario, sed, quod ei inutiliter datum est, ad collegatarium per ius ac-
37 crescendi pertinere. † *Ita enim scripserũt Vlpianus in d. l. planè. 34. §. si duobus ff. de leg. primo, & Florẽtinus in d. l. legatum. 119 §. 1. ff. eod. Et post eos gl. in d. l. huiusmodi. 86 § si Titio, & Moeuio, in uerb. pars, & ibi Bart. uers. Tertium casum Castr. num. 3. uers. sed contra ff. eod. Bart. in d. §. si duobus, & ibi Ang. num. 1. Imol. in prin. Castr. num. 1. & 2. uers. ratio diuersitatis. & nu. 7. uers. Ideo alij, Alex. num. 1. Ias. in prin. & nu. 5. Bald. in d. l. legatum. 119. §. 1. uers. 2. not. & ibi Imol. in prin. Bald. cons. 19. num. 2. & cons. 23. nu. 1. uers. In casu autem nostro uol. 2. Ang. d. cons. 295. nu. 3. & d. cons. 342. num. 3. Anto. de Rosel. de succ. ab intest. num. 240. uers. 2 probatur. Crott. in d. l. re coniuncti, num. 69. & ibi Io. Gaud. num. 49. Soc. Iun. cons. 43. num. 4. uers. &, si tunc dicatur uol. 4. Ciph. cons. 126 num. 13. uers. 3. Mantic. de con. ult. uol. lib. 10. tit. 3. num. 22. Surd. cons. 211. num. 10. uers. 4. & num. 13. Balduin. in §. si eadem, num. 18. Inst. de legat. Bern. Vuam. lib. 2. missil. cap. 14.*
38 Nam, † cum in eius persona legatum initio non consistat, *ut diximus supra num. 1.* eaq; ratione pars illi data habeatur pro non scripta, Cõsequens est, vt debet collegatario, in cuius persona legatum consistit, accrescere, *ex l. un. §. in prim. C. de cad. toll. & ijs, qua diximus in hoc cap. q. 22. num. 6. Ita ratiocinantur Bald. d. cons. 23. nu. 1. uers. & est ratio, uol. 2. Ang. d. cons. 295. nu. 3. & d. cons. 342. nu 3. Castr. in d. §. si duobus, num. 1. & 2. uers. ratio diuersitatis, & ibi Ias. in prin & num. 2. uers. 2.*

Neq; obstant contraria: Ad primum enim multipliciter nostri respondent, & in primis respondet Bartolus *in d. l. huiusmodi. 86. §. si Titio, & Moeuio, num 1. uers. sed contra hoc ff. de leg. primo*, fatendo, cessare ius accrescẽdi, quoties hæres potest sibi prospicere per retentionem, sed hoc tunc demũ censet eum facere
29 posse, cum † ipsius facto est opus, vt in coniunctum ius ex legato transferatur: nam eo casu potest hęres non facere, sed ex mente defuncti portionẽ sibi relictam retinere, & eo modo ius accrescendi excludere.

Exemplum affert primo, si Titio, & hæredi legetur res propria ipsius hæredis: nam, quia dominium non transit sine ipsius facto, *ut dicemus in 8. cap. q. 2. num. 12.* ideo poterit hæres per retentionem sibi prospicere, & per conse-
40 quentias impedire ius accrescendi. † *Ita Bart. in d. §. si Titio, et Moeuio, nu. 1. uers. sed contra hoc, et fatentur etiam ij, quos referemus infra nu. 51. licet alia ratione moueantur.*

Secundum exemplum affert, si legetur Titio, & hæredi res aliena: nam, quia etiam in hac specie dominium non transit in legatarium, nisi res ab hærede redimatur, & tradatur, & sic est opus facto ipsius hæredis, *ut dicemus in eodem cap. 8. q. 2. nu. 13.* ideo fit, vt possit is per viam retentionis sibi prospicere, & eo
41 modo facere partem collegatario. † *Ita Bart. in d. §. si Titio, et Moeuio, num. 1. vers. sed contra hoc, et probant etiam ibi Castr. in fi. Alex. num. 2. uers. in quantum tamen, Imol. in d. l. legatũ 119. §. 1. uers. tu potes ff. de leg. primo, Ias. in d. l. planè 34. § si duobus, num. 4. ff. eod. Crott. in d. l. re coniuncti, num. 71. uers. et ex isto.*

Tertium exemplum affert, si Titio, & hæredi legetur quantitas, vel alia res in genere: nam, quia in hoc etiam casu est opus facto hęredis, quippe, qui debet rem dare legatario, ideo fit, vt iure retentionis possit sibi consule-
42 re, & ita ius accrescendi excludere. † *Ita Bart. in d. §. si Titio, & Moeuio, num. 1. vers. sed contra hoc, & ibi Castr. in fi. Alex. num. 1. vers. in quantum tamen, Imol. in d. l. legatum 119. §. 1. vers. tu potes, Ias. in d. § si duobus, num. 4.*

At, si ius in coniunctum sine facto hæredis trasferatur, tunc verius esse censet, nõ pos-
43 se eum per retentionẽ sibi prospicere, † quia non potest retinere rem, quæ iam ipso iure est in collegatarium translata. Quo fit, vt eo casu non possit non esse iuri accrescendi locus.

Exemplum affert, si testator leget corpus hæreditarium Titio, & hęredi: Nam, quia dominium transit ipso iure in legatarium sine facto ipsius hæredis *l. legatum. 62. ff. de leg. 2. l. a Titio 66. ff. de furt.* ideo fit, vt non possit is per retentionem sibi prospicere, & per consequẽtias impedire, quin pars, quæ ei inutiliter a se
44 ipso relicta est, collegatario accrescat, † *secũdum dispositionem d. l. planè 34. §. si duobus ff. de leg. primo, quam in his terminis procedere scribũt Bart. in d. §. si Titio, & Moeuio, num. 1. vers. sed contra hoc, & ibi Castr. num. 3. vers. sed contra, Imol. vers. extra gl. Ang. d. cons. 295 num. 3. & d. cons. 342. nu. 3. Castr. in d. §. si duobus, num. 1. & ibi Ias. num. 4. Imol. in l. si Titio. 7. nu. 2. vers. in ea gl. ibi ff. de leg. 2.*

Et sanè nullus in hac specie subest prætex-
45 tus, in quo fundari possit retentio: † Aut enim hæres vult rem retinere iure hæreditario, Et hoc facere nõ potest, quia, cum per legatum res fuerit ab hæreditate extracta, & separata
46 † *d. l. legatum 119. in prin. ff. de leg. primo, § an seruo, Inst. de legat.* Consequens est, vt non possit dici in hæreditate remanere, & per consequentias ad eum iure hæreditario pertinere. Aut verò vult eã retinere iure legati Et neq; hoc facere potest, quia, cum legatum, tamquam ei a se met ipso relictum censeatur inutile, *vt supra dictum est*, Consequens est, vt eius prætextu non possit hæres habere retentionem; Vnde, quia, nec iure actionis admittitur ad partem, nec iure retentionis, fit, vt nec partem coniuncto faciat, siue impediat ius accrescendi. *Ita ratiocinantur Bart. in d. §. si Titio, & Moeuio. num. 1. vers. sed contra hoc, & ibi Castr. nu. 3. vers. sed contra. Imol. uers. Item potest esse ratio, Alex. nu. 2. uers. aliã ratione,*

Ang.

Ang. d.conf. 295 num 3. & d.conf. 342. nu. 3. Ias. in d. § si duobus, num. 4. uers. ratio, quia.

Planè, hoc ita demum videtur procedere,
47 † si collegatarius agat contra hæredē rei vindicatione: Nam, quia hæc actio fundatur in dominio, quod ipso iure, & sine facto hæredis transit in legatarium, *ut supradictum est*, ideo fit, vt eius respectu non possit hæres in aliquo iure retentionis fundamentum constituere, *secundū ea, quæ supra dicta sunt.* Coeterùm, si agat actione personali, quæ factum hęredis requirit, magis videtur, vt possit hęres per viam retentionis sibi prospicere, etiamsi corpus hęreditarium legatum sit. Et ita videtur sensisse Bartolus *in d. §. si Titio, & Moeuio, nu. 1. uers. sed contra hoc, in fi. quem probat Ang. d.cons. 295. num. 3. & d.cons. 342. num. 3. nec reprobat Ias. in d. § si duobus, nu. 4. uers. imo fortius,* eo ipso, quod consulit legatario, vt hoc casu agat contra hæredem rei vindicatione, non actione personali.

Verùm hæc Bartoli sententia fuit a plerisq; veteribus improbata, quia (secundum eos) veriùs est, quod hæredi a se ipso inutiliter relinquitur, collegatario accrescere, non solū, si legata sit res testatoris, sed etiamsi aliena, vel quantitas, vel alia res in genere, cuius dominium in legatarium ipso iure non transfe-
48 ratur. † *Ita enim censuerunt Imol. in d. §. si Titio, & Moeuio, vers. extra gl. & in l. si Titio. 7. nu. 2. uers. In ea gl. ibi ff. de leg. 2. Crott. in d. l. re coniuncti, num. 71. uers. quicquid dicat.* Mouentur autem.

49 Primo, quia, † cum Vlpianus *in d. §. si duobus,* loquatur generaliter, & indistinctè, Consequens videtur, vt generaliter etiam, & indistinctè sit intelligendus, *secundum regulam l. de pretio. 10. ff. de Publicia. & l. 1. §. generaliter ff. de leg. præstan.* ita, vt illius loci decisio procedat in omni genere legati, quod hæredi, & extraneo sit relictum. *Ita arguit Imol. in d. §. si Titio, & Moeuio, uers. extra gl.*

50 Secundo mouentur, quia † ratio, quæ iuri accrescendi facit locum, ita militat in legato aliarum rerum, vt in legato rei hæreditariæ: Nam ratio est, quia legatū censetur inutiliter relictū hæredi a semet ipso, vt patet ex *d. §. si duobus,* ibi, *ideoq;* At hæc ratio militat etiam, cum legatur hęredi res aliena, vel quātitas, quia non potest idem sibi ipsi obligari, *ut diximus supra num. 2.* Ergo etiam in his casibus debet pars hæredis collegatario accrescere.

Nec (secundum eos) obstat, quod hæres possit sibi prospicere per retentionem, & hoc modo excludere ius accrescendi, *ex d. §. si Titio, & Moeuio,* quia respondent, hoc procede-
51 re, † si ius retentionis sit vetustius legato, vt quia proueniat ex iure proprij dominij, *ut in d. §. si Titio, & Moeuio.* Coeterùm, si non sit vetustius, sed proueniat ex eodem testamento, siue ex eadem dispositione, a qua legatū proficiscitur, magis est (secundum eos) vt nō impediat ius accrescendi. *Ita post Petr. distinguendo respondent Bart. in d. §. si duobus, uers. dicunt quidam, Bald in d. § si Titio, & Moeuio, uers. circa hoc & ibi Castr. nu. 3. uers. sed contra, Imol. uers. Nec obstat. Imol. in d. l. legatum 119. §. 1. numer. 1. uers. uel potest dici ff. de leg. primo, Crott. in d. l. re coniuncti. num. 71. uers. Ad text.*

Cuius diuersitatis duplicē afferunt rationē,
52 vnā, quia, † quādo ius retentionis est vetustius legato, verisimiliter videt̄ interuenisse error facti, scilicet, quia testator videtur ignorasse, rem esse vnius ex legatarijs. At, quando non est vetustius, vt, quando legat rem hæreditariam Titio, & hęredi, non potest interuenire, nisi error iuris, qui difficiliùs excusatur, quam
53 error facti † *l. regula. 9. in prin. ff. de iur. & fact. ign. Ita. Imol. in d. § si Titio, & Moeuio, uers. & est ratio, & Crott. in d. l. re coniuncti, n. 71. uers. & rationem.*

Alteram verò rationem afferunt deductā a ratione Bartoli, *quam retulimus supra num.*
54 *45. & seq.* Nam, † quando ius retentionis est vetustius, reperitur ius, in quo fundetur retentio, nempe, ius dominij, quod legatario competebat. At, cum non est vetustius, non potest reperiri, in quo ius retentionis fundetur, quia, aut vult eū fundare super titulo hæreditario, Et non potest, cum illa res fuerit specialiter legata, & sic abstracta a titulo vniuersali hæreditatis *d. l. legatū. 119. in prin. ff. de leg. primo,* cum species deroget generi. Aut vult illud fundare super iure legati, Et nec etiam potest quia legatum est inutile. Nil mirum igitur, si quasi cessante iure retentionis partem non faciat. *Ita ratiocinantur Imol. in d. §. si Titio, & Moeuio, uers. Item potest esse ratio, & ibi Castr. num. 3. uers. sed contra.*

Hinc inferunt, si ius hęredis sit etiam vetustius legato, vt, quia testator legauerit Titio, & hæredi rem propriam ipsius hæredis, posse eum per viam retentionis sibi consulere, & collegatario facere partē, quod eo casu subsit
55 ius, in quo fundetur retentio. † *Ita enim censuerunt Imol. in d. §. si Titio, & Moeuio, uers. & ex prædictis, & ibi Castr. num. 3. uers. sed contra, Imol. in d. l. si Titio. 7. num. 2. uers. in gl. ibi ff. de leg. 2. & fatentur etiam ij, quos retulimus supra num. 40. & 51.*

Et hæc sunt, quæ veteres tradiderunt. At nos ijs principijs inhærentes, quæ in materia iuris accrescendi profitemur esse verissima, rem aliter definiendam arbitramur, quā veteres censuerint: Dicimus enim, cum hęredi, & extraneo legatur, & quęritur, an id, quod inutiliter hęredi relictum est, extraneo accrescat
56 distinguendum esse † ius Digestorū, siue ius, quod tempore veterum Iurisconsultorum obtinebat ab eo, quo post Iustiniani cōstitutionem *in l. un. C. de cad. toll.* vtimur: Nam de iure Digestorum ita demū pars hæredis extraneo accrescebat, si legata fuerat res hæreditaria. Coeterùm, si res hæredis, vel aliena, aut etiā
57 quantitas, cessabat accretio, † quia in tali legato non poterat esse iuri accrescendi locus. Itaq; eo iure inspecto verior est Bartoli, quā Imolæ sententia, non, quia potuerit hęres per viam retentionis sibi prospicere, quia, cū legatum in eius persona initio non consisteret, non poterat per cōsequentias ei, aut actionis,
58 aut retentionis ius tribuere, sed quia † huiusmodi res non poterant legari per vindicationem, sed tantum per damnationem, aut sinē-
59 di modum, † *ut constat ex Vlp. d. tit. 24. Inst. §. per damnationem, et §. sinendi modo, et Caio in Inst. tit. 13. de legat.* qui parum a legato damnationis differebat, *ut ostendit Anto. Fab. lib. 6. coniect. cap. 1.* Vnde, quia in legato damnatio-

nis ceſſabat ius accreſcendi, *ut oſtendimus in 5. cap. q. 12. num. 14. et 2. et in cap. 6. q. 20. nu. 25.* quod partes fierent initio non concurſu, *ut diximus in d. 5. cap. q. 32. num.* 24. ideo eueniebat, vt legata re non hæreditaria nō potuerit extraneus conſequi totum, ſed tantum partē ſibi relictam, quia pars relicta hæredi remanebat in hæreditate, *ut ait Vlp. d. tit. 24. Inſt. §. ſi per damnationem*, & per cōſequentias ad hęredem iure hæreditario pertinebat. Idq; non erat ſingulare in legato relicto hæredi, & extraneo, ſed generaliter ſeruabatur in omni legato relicto per damnationem, ſiue legata fuiſſet res aliena, *ut in d. l. huiuſmodi* 86. *§. ſi Titio, et Moeuio ff. de leg. prim.* ſiue etiam quātitas, *ut in d. l. ſi Titio. 7. ff. de leg.* 2. Quinimo ſeruabatur etiam in fideicommiſſis, vt pote, quæ ius accreſcendi nō recipiebant, quod ſecundum naturam legati per damnationem regularentur, *ut oſtendimus in 6. cap. q. 21. num. 5.*

At hodie, quia ſublata legatorum inter ſe, & verò etiam fideicommiſſorum differentia *in l. 1. et 2. C. comm. de legat et §. noſtra, et §. ſed non vſq; Inſt. de legat.* non ſolum in legatis per vindicationem relictis, ſed etiā in relictis per damnationem, & per conſequentias etiam in fideicommiſſis locum habet ius accreſcēdi *d. l. un. § ubi autem legatarij C. de cad. toll et nos oſtendimus in d. 6 cap. q. 20. num. 28. et q. 21. num.* 19. verius eſt, partem ſimiliter hęredi relictam accreſcere extraneo, etiamſi legata ſit
60 quantitas, vel res aliena, † *ut rectè cenſuerunt Imol. in d. § ſi Titio, et Moeuio uerſ. extra gl. et uerſ. Item poteſt eſſe ratio, et in d. l. ſi Titio. 7. num. x. uerſ. In ea gl. ibi ff. de leg. 2. Crot. in d. l. re coniū-ctis, num. 71. uerſ. ſed hanc limitationem, et uerſ.*
61 *quicquid dicat.* Quod † eadem ſemper ratio militet. Ita enim inutile eſt in perſona hæredis legatum quātitatis, aut rei alienę, vt legatum rei hæreditariæ, *ſicut diximus ſupra num.* 50. Quamobrē, vt hæredis pars extraneo accreſcit, ſi legata ſit res hæreditaria *d. §. ſi duobus et diximus ſupra num.* 44. ita etiam debet accreſcere, ſi legata ſit quantitas, vel res aliena. Et, licet in his caſibus non tranſeat ius in legatarium ſine facto hæredis, non tamen ex hoc ſequitur, poſſe hęredem ſuam legati partem retinere, quia, cū in eius perſona legatum non conſiſtat, ne idem ſibi obligari videatur, *ut ſupra dictum eſt*, Conſequens eſt, vt non poſſit impedire, quominus is, in cuius perſona legatū conſiſtit, totum habeat: Nec enim factum hæredis, quod in iuris translatione neceſſarium eſt, poteſt ius accreſcendi impedire, cum etiam in ſumma, ſeu quantitate, aut genere legato, & verò etiam in legato rei alienæ iuri ſit accreſcendi locus, *ut oſtendimus in 5. cap. q. 8. num. 7. et q. 9. nu. 7. et in cap. 6. q. 20. num. 34. 43. et 44.* Quinimo debet pars hæredis extraneo accreſcere, etiamſi legata
62 ſit res ipſius hęredis: † Nam, cum hoc legatū effectu non ſuſtineatur in re, ſed in pretio, quippe, quod hæres rē non præſtans dare cogitur, & huius etiam reſpectu non cōſiſtat in perſona hæredis legatum, ne alioqnin idem ſibi ipſi obligetur, Conſequens eſt, vt totū debeat in perſona coniuncti ſuſtineri.

Nec eſt contrariū, quod hæres habeat ius retentionis reſpectu illorum legatorum, quæ,

vel initio non cōſiſtunt, vel deficiunt ex poſt
63 facto, quia hoc verum eſt, † ſi omnimodo deficiant, id eſt, ſi nullus adſit, qui ad ea cenſeri poſſit vocatus: nam tunc, quia remanent in hæreditate, debent per conſequentias ad hæredem, ad quam ſpectant omnes res hæreditariæ, pertinere. Coeterùm, ſi adſit aliquis, qui rem legatā, vel ex diſpoſitione teſtatoris, vel ex iure accreſcendi habere poſſit, magis eſt, vt hæres illam retinere nequeat, quia legatarius, non ſolum in parte ſibi principaliter relicta, ſed etiam in parte coniuncti, quæ accreſcit, hæredi præfertur *d. l. vn. § in primo. §. pro ſecundo, & § ſin autem aliquid ſub conditione C. de cad. toll. & nos latè dicemus in 9 cap. q.* 8. Nō enim deficere dicitur portio, quæ coniuncto accreſcit, *vt ibidem oſtendemus*. Et ita intelligēdum eſt, quod dicimus, hæredem, cui a ſe ipſo inutiliter legatū eſt, licet rem non capiat iure legati, eam tamen capere iure hæreditario, *vt patet ex locis, quos retulimus ſupra num. 34.*
64 vt ſcilicet procedat, † quoties non habet cōiunctum, qui partem illi relictam per ius accreſcendi vindicare poſſit: Nam eo exiſtente magis eſt, vt is hęredi pręferatur *d. l. planè. 34 § ſi duobus, & l. legatum. 119. §. 1. ff. de leg. primo,*

Nec obſtat, quod hęres habeat ius retentionis ſaltē, cum legatur res propria ipſius hęredis, ideoq; debeat excludere ius accreſcendi, *ex d. l. huiuſmodi 86 §. ſi Titio, & Moeuio ff. de leg. primo.* quia reſpondeo, ius retentionis ita
65 demum impedire ius accreſcendi, ſi † proueniat ex eadem cauſa, ex qua, & ipſum ius accreſcendi proficiſcitur, *vt in ſpecie d. l. planè. 34. § inde dicitur, verſ. Planè, ff. de leg. primo, de qua poſtea dicemus*, non etiam, ſi ex diuerſa. Nam,
66 † cum hoc vnum ſpectetur, vtrū coniunctus ad ſuam legati partem admittatur, nec ne, vt ſit, vel non ſit iuri accreſcendi locus *d. l. vn. §. in primo § pro ſecundo. §. ſin autem aliquid ſub conditione & § vbi autem legatarij C. de cad. toll. & patet ex ijs, quę diximus in hoc cap. q. 21. num. 10. & 24.* & verum ſit, eum, qui rē ex alia cauſa retinet, puta ex cauſa proprij dominij non admitti ad partem legati, Conſequens eſt, vt non poſſit ius accreſcendi impedire

Nec eſt cōtraria *d. l. huiuſmodi 86 § ſi Titio, & Moeuio*, quia non ideo dominus ibi fecit
67 partem, † quod iure proprij dominij rem ſuā retinuerit, vt malè veteres putauerunt, ſed, quia fuerat legata res aliena, & ſic tractabatur de legato damnationis, in quo nō erat olim locus iuri accreſcendi, *vt ſupra dictum eſt*, Vnde, quia iure nouo poteſt etiam in huiuſmodi genere legati ius illud habere locum, fit, vt, etiamſi res legatarij, vel hęredis legetur non minus recipiat ius accreſcendi, quam, ſi res propria ipſius teſtatoris fuiſſet legata, nec ei ſit impedimento retentio, quam habet dominus ex proprio iure, quia ſufficit, cum non habere rem ex legato, vt faciat iuri accreſcē-di locum *ſicuti late demōſtrauimus in q. praeced. num. 11. & ſeqq.* Et ita primum contrarium reſoluendum arbitror.

Ad ſecundum verò reſpōdent veteres cōmuniter, id, quod dicimus, ſi teſtator leget hęredi, & extraneo, totum extraneo deberi, pro-
68 cedere, † ſi leget coniunctim re, & verbis, aut re tantum; Coeterùm, ſi verbis tantū, magis

eſſ;

esse, vt non, nisi pars extraneo debeatur, quia hęres, licet iure legati non admittatur ad partem, potest tamen sibi prospicere per ius retētionis, & ita iure hęreditario partem sibi re-
69 lictam retinere. † *Ita in specie declarant Bart. in d. § si duobus, vers. aduerte. & ibi Ang num. 1. Castr. num. 2. vers. sed opp. & num. 3. Alex. nu. 2. vers. & tene menti, vbi ait, hanc esse veram limitationem. Bart. in d. §. si Titio, & Moeuio, num. 1. vers. Itē dixi, & ibi Castr. in fi. Bald. cons. 23. num. 1. vers. In casu autem nostro, vol. 2. Ang. d. cons. 295. num. 2. vers. Restat, & num. 3. vers. & prædicta, Crott. in d. l. re coniunctis, numer. 70. vers. 2. fallit, vbi testatur, omnes transire cum Bart. et durum esse in iudicando contra stimulum calcitrare, Soc. Iun. d. cons. 43. nu. 4. vers. et, si tunc dicatur, et num. 5. volum. 4. vbi ait, hanc opinionem esse tenendam, vti magis communiter per dd. receptam, Ceph. cons. 126. numer. 13. vers. 3. Crass. in d. §. Ius accrescendi q. 16. numer. 3. vbi subijcit, durum esse ab hac sententia in iudicando recedere.*

Huius autem diuersitatis illam afferunt ra-
70 tionem, quia † coniuncti re, & verbis, aut re tantum veniunt per ius non decrescendi, *vt retulimus in 5. cap. q. 37. num. 5. et q. 39. num. 3.* quod est potentiùs, quam ius retinendi, cum illud tribuat ius agendi, quod iuri excipiendi præualet, *vt in specie declarant Bald. cons. 19. num. 2. vol. 2. Angel. d. cons. 295. num. 3. vers. et prædicta, & d. cons. 342. num. 3. vers. & prædicta, & Castr. in d. §. si duobus, num. 2. vers sed opp. & num. 3.* At verbis tantum coniuncti non veniunt, nisi per ius accrescendi, quod est infirmius iure retinendi, *vt declarat Bald. d. cons. 19. num. 2. vol. 2.* scilicet, quia ius hoc non aliter habet locum, quam, si pars omnimodo deficiat, *vt diximus in hoc cap. q. 36. num. 1.* & omnimodo deficere non dicitur, quoties adest coniunctus, qui per viam retentionis sibi potest prospicere, *vt referemus in hoc ipso cap. q. 38. Et in proposito considerat Soc. Iun. d. cons. 43. nu. 6. uol 4.*

Planè, si hæres non possideret rem legatā, quia tunc non posset eam retinere, fatentur, etiam verbis tantum coniuncto accrescere partem hæredi a se ipso inutiliter relictam, † *uti uidere est apud Bald. cons. 61. in fi. uol. 2.* quemadmodum, & si hæres rem possidens eā traderet legatario, quod tunc cesset ius retentionis, eaque ratione locum habeat ius accrescendi, † *ut scribit Bald. d. cons. 61. in fin. uol. 2.*

Verùm hęc veterum traditio, licet frequētiùs sit recepta, ita, vt ab ea non sit in forensibus controuersijs recedendum, non est tamē ab ijs probanda, qui scholasticas veritates amplectuntur, † scilicet, quia repugnat ijs principijs, quæ nos disputando professi sumus esse veriora.

Primum enim supponit inter legatarios verbis tantum coniunctos regulariter esse locum iuri accrescendi, sed excipi speciem illā, qua coniunctus aliquo iure potest rē sibi legatam retinere, † *ut declarant Alex. in d. §. si Titio, & Moeuio, nu. 3 uers. & similiter, & Soc. Iun. d cons. 43. num. 6 uol. 4.* quod tamen repugnat ijs, quæ diximus *in 5. cap. q. 38. numer. 26. & seqq.* vbi demonstrauimus, veriorem esse sententiam existimantiū, inter legatarios verbis tantum coniunctos locum nō habere ius accrescendi, vt proinde non sit hęc censenda exceptio, sed regula.

Secundo supponit, inter legatarios cōiunctos re, & verbis habere locū ius non decrescēdi, quod tamen refragatur ijs, quę diximus *in eodem 5 cap. q. 39. num. 8. & seqq.* vbi demonstrauimus, imo inter eos ius tantum accrescēdi posse habere locum.

Tertio supponit ius retentionis excludere ius accrescendi, sed non ius non decrescendi, quod tamen a veritate alienum est, *ut ostendemus in hoc cap. q. 38.* nam, aut collegatarius retinet partem suam iure legati, & ita debet excludere ius non decrescendi, vt ius accrescendi, quia, qui retinet, & eo modo consequitur partem, haud dubiè facit partem etiam disiūcto *d. l. un. §. ubi autem legatarij C. de cad. toll. §. si eadem. Inst. de legat.* Aut verò retinet eā alio iure, vt euenit in proposita specie, in qua hęres dicitur eam retinere, non iure legati, cum legatum fuerit inutile, sed iure hęreditario, & tamquam rem hæreditariam, siue in hæredi-
75 tate remanentem, † *ut diximus supra num. 34. Et in his terminis declarat Ceph. d. cons 126. nu. 13. uers. 3.* Et neutrum debet excludere, quia respectu legati coniunctus, in cuius persona id fuit inutile, non capit partem, ideoq; nec partem coniuncto facere debet, *per regulā quā retulimus in hoc cap. q 21. num. 24.*

Quarto demum non puto constituendam differentiam inter legatum relictum Titio, & hęredi coniunctim re, & verbis, aut re tantū, & relictum coniunctim verbis tantum, quia, licet ex nostra sententia, quā disputando professi sumus esse veriorem, inter legatarios verbis tantum coniunctos non sit locus iuri accrescendi, *ut ostendimus in quinto cap. q. 38. nu. 26. & seqq.* tamen posita communi, quæ contrariū probauit, non minus debet verbis coniuncto, quam alijs accrescere portio, quę inu-
76 tiliter hæredi fuit relicta, † *ut rectè in his terminis censuerunt Imol. in d. §. si duobus nu. 4 uers. sed ista limitatio, & ibi Ias. num. 2. uers. Istam limitationem, & numer. 4. Imol. in d. § si Titio, et Moeuio, uers. extra gl. et uers. Item potest esse ratio, et non dissensit Crott. in d. l. re coniunctis num. 70.*
77 *uers. sed ipse.* Primo, quia † dispositio *d. §. si duobus*, tamquam generalis, & indistincta non debet restringi, sed generaliter intelligi de omnibus legatis, quæ hæredi a semet ipso relinquuntur, *ut considerāt Imol in d. §. si Titio, et Moeuio, uers. extra gl. et uers. Item potest esse ratio, Ias. in d. §. si duobus, num. 2 uers. Istam limitationem, et Crott. in d. l. re coniunctis, num. 70.*
78 *uers. sed ipse.* Secundo, quia † ratio, quam ibi Vlpianus affert, militat etiam in verbis tantum coniunctis: nam ideo scribit, totum ad collegatarium pertinere, quia inutiliter hęredi a se ipso relictum est, & ita inutiliter legatum intelligitur, si pars ei data sit, vt, si totum, *sicuti considerant Imol. in d § si duobus, num. 4. uers. sed ista limitatio, et ibi Ias. num. 2. uers. 2.*
79 Tertio demum, quia, † si caducum, aut quasi caducum, quod habuit aliquod principium validum, accrescit verbis tantum coniuncto *ut frequentius dicitur*, Consequens est, vt multo magis debeat accrescere id, quod habetur pro non scripto, quippe, quod nullam initio validitatem habuit, cum facilius accrescat

pars, quæ pro non scripta habetur, quam caduca, aut quasi caduca, *ut patet ex d. l. un. § in primo, et §. pro secundo C. de cad. toll et in proposito considerat Ias. in d. § si duobus, num. 2. et Crott. in d. l. re coniunctis, num 70 vers præterea.*

Neq; veterum sententia probatur legibus, quas ipsi ad eam cōprobandam adduxerunt: Namq; *l. Lucius 78 in prin. ff. ad Trebell cuius species refertur etiam in l. fin. § Lucius ff. de leg. 2.*
80 non loquitur † de fideicommisso relicto hæredi, & extraneo coniunctim verbis tantum, *ut censuit Alex. in d. §. si duobus, num. 2. uers. sed, si bene*, sed de fideicōmisso partis, non totius rei: Testator enim ad filiam ab intestato successuram, & vxorem verba dirigens ita codicillis scripsit, *Rogo quicquid, aut ego reliquero, aut uos ipsa habetis, commune uobis sit*, quibus verbis non censetur cōiunctim, aut re, & verbis aut re tantum, aut verbis tantum eandem rem vxori, & filiæ relinquere, quia hoc contingeret, si tractaretur de re, quæ ex ipsius dispositione deberet ad eas peruenire, quo casu dicendo, volo, talem rem esse inter vos communem, censeretur nō tantum verbalem, sed etiam realem inter eas coniunctionem inducere *l. eum, qui 56. in prin. ff. de uerb. oblig et patet ex ijs. quæ diximus in. 5. cap. q 8. nu. 9 et q. 26. num. 180.* Sed, quia tractatur de re, quæ iam est propria vxoris, & de hæreditate, quam filia ex dispositione legis est ab intestato habitura: ideo dicendo, rogo, vt, quicquid habetis, sit inter vos commune, non censetur eādem rem vxori, & filiæ relinquere, & sic eas in eadem re coniungere, sed grauare filiam, vt dimidiā hęreditatis restituat vxori, & contra vxorem grauare, vt dimidiam bonorum suorū præstet filiæ. Itaq; non censetur disponere de tota re, sed tantum de parte, quia dimidiam, quam vtraq; retinet, nec vxor, nec filia censetur ex dispositione testatoris habere, sed alio iure. Quo fit, vt non possint aliquo modo dici coniunctæ. quia cōiunctio nō cadit, nisi inter eas personas, quę ex dispositione testatoris vocantur ad eādem rem, vel factis, vel non factis partibus *ut patet ex ijs, quæ diximus in 5. cap. q. 1. nu. 2.* Non pertinet igitur illa species ad quęstionem ꝓpositā, vtpote, in qua tractamus de eadem re quam testator coniūctim hæredi, & extraneo reliquit, *ut in proposito considerat Ias. in d. §. si duobus, num. 2. uers. similiter.* Quamquam, & illud verum sit, non potuisse in specie *d. l. Lucius.* habere locū ius accrescendi, etiamsi testator eandem rem cōmuniter vxori, & filię reliquisset, & sic eas re, & verbis coniunxisset, vt potuisset contingere respectu illarum rerū, quæ designantur illis verbis, *aut ergo reliquero*, scilicet, quia tractabatur de fideicommisso, in quo non erat olim locus iuri accrescēdi, *ut ostendimus in 6. cap. q. 21. num. 2. et seqq.*

Minus probatur *l. plane 34 §. fin. ff. de leg.*
81 *primo*, quia testator ibi † non disposuit de tota re, sed tantum de eius parte: Licet enim dixerit, Titio fundum do lego, & hoc modo videatur ei legasse totum fundum, quia tamen subiecit hæc verba, *ut eum pro parte habeat*, ex hoc intelligimus, eum appellatione fundi nō totum fundum, sed partem designasse; quia, vt ibi Vlpianus ait, *et pars fundi rectè fundus appellatur.* Non pertinet igitur species illa ad quæstionem propositam, quia testator ibi nō legauit fundum Titio, & hæredi, sed fundi tātum dimidiam Titio, *vt rectè declarat Ias. in d. §. si duobus num. 2. vers. Non obstant, & vers. præterea.* Nec est contrarium, quod alterā dimidiam retineat hęres, quia non retinet eam, vt sibi legatam: Nec enim, aut expressim, aut tacitè legata dici potest, sed, quia testator de ea non disposuit, ideoq; manet in hęreditate, & per consequentias pertinet ad hæredem iure institutionis, seu hæreditario, *secundum ea, quæ diximus in hoc cap. q. 15. num. 1 & seqq.*

Ad tertiū deniq; variæ etiam a nostris responsiones afferuntur: Primum enim censent
82 nonnulli † locū illum non pertinere ad speciem, de qua nos loquimur, quia nos tractamus de legato relicto hæredi testatoris, & extraneo, cum alioquin Paulus ibi loquatur de legato relicto extraneo, & hæredibus ipsius extranei; Illa enim verba, *Attio, & hæredibus suis* debent (secundum eos) intelligi de hæredibus ipsius Attij non testatoris *Ita censuit Io. quem refert. gl. in d. l. si quis Attio, in verb. & hæredibus suis, vers. vel suis, & posse intelligi censuerunt Bald. in d. l. unic. §. ubi autem legatarij num. 2. vers. Item, & alia C de cad. toll. & Ias. in d. §. si duobus, num. 19 & esse communem intellectum scripsit Pereg. cons. 59. nu. 4. vers. Nec obstat vol. 1.*

Verùm hæc sententia meritò fuit ab alijs communiter improbata. quia verius, & receptius est, loqui Paulum de hæredibus testato-
83 ris, non vero legatarij, † *vt scribunt gl. in d. l. si quis Attio in verb. tres partes, & ibi Bart num. 1. gl. in l. ult. in verb. filijs, vers. tu dic, & ibi Bart. num. 3. vers. opp. de lege Bald. num. 8. Castr. num. 4. vers præterea Alex. num. 3. vers. in casu ibi, et nu. 4. vers Item in casu, Ias. num. 3. vers In 3 parte. & num 9. vers. In 3 gl. Dec. nu 4 in prin. & vers. In gl. fin & Donell. num. 1. vers. Hinc altera C. de caduc. toll. & al. subst. Bart. in d. §. si Titio, & Meuio, num. 1. vers ex hoc apparet & ibi Ang. vers. & propterea, & Ias. num. 15. Ias in d. §. si duobus, num. 18. Dec. cons 19. num. 7. vers. sed certe, ubi testatur, hanc esse communem & nos etiā diximus in 5. cap q. 35. num. 61 Et posse etiam intelligi scripsit Bald. in d. §. ubi autem legatarij, nu. 1. vers sol.*

Primùm enim recta loquendi ratio non patitur, vt de testatore legatū Attio, & ipsius
84 hæredibus relinquente tractaturus † dicere possit, Attio, & hęredibus suis, sed potiùs Attio, & hæredibus eius, vt cuilibet etiam leuiter instructo de recta latinè loquēdi ratione patere poterit.

Secundo verò si testator de hęredibus Attij locutus esset, sine dubio hæredes non fecissent Attio partem. sed Attius viuens integrū habuisset vsumfructum, quoniam illa verba,
85 † hunc sensum recepissent. lego vsumfructū Attio, & post eius mortem, lego eundem vsūfructum eius hæredibus: Nec enim hæredes Attij, qui non, nisi post eius mortem considerantur *l. 1. ff. de hæred. vel act. vend.* possent aliquo casu cum Attio concurrere, *vt in proposito cōsiderant Bald. in d. §. ubi autem legatarij, nu. 1. vers. sed de intellectu, & Ias. in d. §. si duobus, n. 18. vers. præterea*, sed deberent intelligi vocati successiuè ad vnam, & eandem portionem, quasi relictā Attio, & post eius mortem

tem ipsius hæredibus, *vt patet ex ijs, quæ diximus in 5. cap q. 16. num. 200. & seqq. & q. 35. nu. 60.* Cum igitur in specie *d. l. si quis Attio*, hęredes, de quibus testator locutus est, faciant partem Attio, & operentur, vt is non, nisi ad dimidiam vocetur, Cõsequens est, vt testator non possit censeri locutus de hæredibus Attij, sed de suis, idest, proprijs ipsius testatoris.

Nec obstat, si dicatur, hęredum nomen ibi sumi impropriè pro filijs, qui legis prædestinatione vocantur hæredes *cap. 1. §. & si clientulus. De feud. alien.* ideoq; nil esse impedimẽto, quominus possit intelligi de hæredibus
86 Attij legatarij † *vt in proposito declarat Bald. in d. § ubi aũt legatarij, n. 2. vers. Item & alia, & probat Ias. in d. § si duobus n. 19.* quia pręter id, quod
87 Paulus ibi † simpliciter loquitur de hæredibus, ideoq; non potest abiq; commento constringi ad filios, duplici etiam ratione cõuincitur, non posse intelligi de filijs Attij, cui legatus fuit vsusfructus, & primo, quia, qui vocat alicuius hæredes, etiamsi intelligatur sensisse de filijs, nihilominus censetur vocasse filios, qui sunt hæredes, & sic habent qualitatẽ
88 hęreditariam, † *vt declarant Soc. Iun. cons. 112. nu. 10. vol. 2. Clar. in §. feudum q. 9. nu. 4. Surd. cons. 63. num. 12. & cons. 108. nu. 10. Pereg. cons. 5. num. 15. vol. 3.* Vnde, quia talis qualitas non potest eis competere, nisi secuta morte patris, cum viuens non habeat hæredem, *vt supra dictum est*, fit, vt, etiamsi testator sensisset de filijs, & hęredibus Attij, nõ tamen potuerint filij cum Attio concurrere, sed debuerint intelligi vocati post eius mortem ad partem illi relictam, *per ea, quæ supra diximus, quęq; etiam in his terminis procedunt.*

Secundo verò dato etiam, quod testator ibi sensisset de filijs non hęredibus, adhuc ta-
89 men idem esset dicendum, quia, † quoties vocatur pater cum filijs, non censentur hi vocati ad partes diuersas, sed ad eandem, quod natura pater, & filius vna, & eadem persona cẽseantur *l. ult. C. de impub. & al. subst. & nos diximus in eodem 5 cap. q. 35. nu. 59.* Atqui in specie *d. l. si quis Attio*, hęredes non censentur cũ Attio vocari ad eandem partẽ, sed ad diuersam, Non possunt igitur illa verba, & hæredibus, intelligi de filijs Attij, sed de hæredibus ipsius testatoris, maximè, cũ subijciantur hæc verba, *Quod, si ita scriptum sit, Attio, & Meuio cum hæredibus meis, tres partes fient, vt unam habeant hæredes, alteram Attius, tertiam Meuius*, quę, licet denotent facti diuersitatem, supponunt tamen eandem materiam, & propositi thematis continuationem.

Quamobrem alij secundo loco respondẽt,
90 Paulum ibi loqui † de legato relicto Attio, & hæredibus testatoris, non a se ipsis, sed a cohærede, vel a legatario, quibus casibus legatũ valet, etiam in persona hęredum, ideoq, collegatario non accrescit, *ut diximus supra nu. 14. & seqq. Ita declarant gl. in d. l. si quis Attio, in verb. & hæredibus suis, & in verb. tres partes fient vers. vel melius, Bald. in d. §. ubi autem legatarij, num. 1. versic. sol. Ias. in d. §. si duobus, num. 19.*

Verùm, neq; hęc sententia (quamquam in se vera sit) potest ad speciem *d. l. si quis Attio*,
91 accommodari, † ideoq; meritò fuit *a Cuiac. in d. l. si duobus. 16. ff. de leg. pri. et alijs* improbata.

92 Primo, quia, † cum Paulus ibi simpliciter dicat, vsumfructum fuisse legatũ hæredibus, nec aliquod verbũ subijciat, ex quo colligere possimus, legatum fuisse ab vno hærede relictum cęteris cohæredibus, aut etiã omnibus hęredibus a legatario, nõ possumus hoc sine commento supponere.
93 Secundo, quia † fieri non potest, vt legatum censeatur ab vno hærede relictum cohæredibus, quia, cum testator simpliciter dixisse supponatur, lego vsumfructum Attio, & hęredibus, sine dubio illa verba sunt accipienda de omnibus hæredibus, quoniã indefinita æquipollet vniuersali *l. si plures. 96. ff. de leg. 3.* & per consequentias vnicuiq; censetur legatum a se ipso pro sua portione hęreditaria.
94 Tertio demum, quia † iure Digestorum a legatario legari non poterat, *ut patet ex prin. tit. Inst. de sing. reb. per fid. rel. et ex Vlp. tit. 24. Inst §. a legatario*; Vnde, cũ dicat Paulus, fuisse hæredibus legatum vsumfructum, Consequens, est, vt nõ possit accipi de legato relicto a legatario.

Tertio putant alij, in hoc differre proprietatem ab vsufructu, quia in proprietate locũ habet ius accrescendi respectu eius partis, quæ inutiliter relicta est hæredi a semet ipso *ut in d. §. si duobus*, in vsufructu verò contra.
95 † *ut in d. l. si quis Attio. Ita censuerunt Bart. in d. §. si Titio, et Meuio, nu. 1. vers. ex hoc apparet. et ibi Ang. vers. et propterea. Bald. in d. § ubi autẽ legatarij, num. 1. vers vel subtilius, et cons. 19. nu. 2. vers. modo ad propositum, et cons. 23. nu. 1. vol. 2. Ias. in d. §. si duobus, num. 19. Io. Gaud. in d. l. re coniunctis, nu. 49 Zaz. in sing. int. cap. qui coniunctis iure ff. vel fac. vel non fac. part. vers. In 6. casu, Bern. Vualt. lib. 2. miscell. cap. 14.* Cuius diuersitatis varias afferunt rationes.

Primùm enim censent nonnulli rationẽ
96 esse, quia, † quando legatur vsusfructus Titio, & hęredi, proprietas, & consequenter vsusfructus causalis remanet apud hæredem, qui potest sibi consulere per retentionem. *Ita Bart. in d. §. si Titio, et Meuio, num. 1. vers. ex hoc apparet, et ibi Ang. vers. et propterea*, quæ ratio cessat quãdo legatur proprietas, scilicet, quia nullum in ea subest ius, in quo fundari possit retentio, *ut ex veterum sentẽtia retulimus supra num. 45. et 54.* Et hoc est quod sentit Baldus *d. cons. 23. num. 1. vers. et ratio est, vol. 2.* dum ait, ideo hæredem in vsufructu concurrere, quia
97 † proprietas ab eo retenta trahit ita vsufructũ causalem.

Et, si quęras, cur potiùs iure retẽtionis possit sibi prospicere, cui legatur vsusfructus, quã cum legatur proprietas, respondent rationẽ
98 esse, quia † vsusfructus non transit in legatarium ipso iure sed debet ab hærede dari
99 † *l. 3. in prin. vers. dare ff. de usufr. et in proposito considerant Io. Gaud. in d. l. re coniunctis, nu. 49. et Zaz. in sing. intell. d. cap. qui coniunctis iure ff. vel fac. vel non fac. part. vers. In 6. casu, nec improbat Bern. Vualt. d. lib. 2. misc. cap. 14.* & sic requirit factum hæredis ad iuris translationẽ. Quo fit, vt heres agenti legatario, & integrum vsũfructum petenti possit opponere exceptionẽ partis sibi relictæ, & ita per viam retentionis ei facere partem, *secundum ea, quę ex Bart. sententia retulimus supra num. 39. et seqq.*

Secundo verò censent alij rationem esse,

100 quia, † quoties testator relinquit vsumfructũ
hæredibus, & extraneo, non censetur eisdem
hęredibus vsumfructum legare, sed limitare,
& modificare legatum relictũ extraneo, ita,
vt non videatur ei, nisi partem vsusfructus
legasse, *ut in simili dicitur in d. l. planè. 34. §. fin.*
ff. de leg. primo, et nos exposuimus supra num. 81.
ideoq; hęredes non participant de vsufructu
iure legati, sed iure hæreditario, quasi legato
in persona extranei limitato. *Ita ratiocinatur*
Bald. in d. §. ubi autem legatarij, num. 1. *uers. uel*
subtilius, et d. cons. 19. *nu.* 2. *uers. modo ad propo-*
situm, uol. 2.

101 Tertio putant alij rationẽ esse, quia, † licet
proprietas non possit legari hæredi, potest ta-
men legari vsusfructus formalis, ita, vt eum
capiat iure legati, nõ etiam iure hęreditario:
Nam, si testator relinquat nudam proprieta-
tem alicuius fundi Caio, deinde eiusdẽ fundi
vsumfructum leget Titio, & hęredi, non cen-
sebitur huic relictus vsusfructus causalis, sed
formalis, & cum capiet, non iure hęreditario,
sed iure legati. Quamobrem, vt legatarius ad
partem admittetur, & faciet coniuncto partẽ
Et ita (secundum eos) intelligẽda est *l. si quis*
Attio, quippe, quæ loquitur de vsufructu for-
mali, quem impossibile est posse hęredẽ con-
sequi, nisi proprietas alteri sit relicta. *Ita sen-*
sit Bald. in d. §. ubi autem legatarij, num. 1. *uers.*
uel subtilius, et num. 2. *et probat etiam Ias. in d. §.*
si duobus, num. 19.

Quarto demũ tradũt alij rationẽ esse, quia
102 † dominium bonorum hęreditariorũ vigore
institutionis hæredi competit §. *fin. Inst. de*
hæred. qual. et diff. potuit tutiùs adducere l. hæres.
37. *ff. de acq. hæred. et l. si ager.* 51. *ff. de rei uind.*
Si ergo testator hæredi, & Titio rem hæredi-
tariam leget, eidẽ hæredi bis idem reliquisse
censendus est, & primo quidem titulo hære-
ditario, deinde verò titulo legati. Quemad-
modum autem bis idem promissum non de-
betur, nisi prior promissio sit inualida, siue
inutilis *l. qui bis idẽ.* 18. *ff. de verb. oblig.* ita nec
res hęreditaria hęredi iure institutionis semel
relicta eidem ab eodẽ testatore legari vtiliter
potest, quæ ratio cessat in legato vsusfructus.
Nam proprietatem habere quis potest alio
habente vsumfructũ § *proprius, Inst. de hęred.*
instit. & ideo, cum testator hæredi, & Titio
vsumfructum fundi legat, dici non potest,
eundem fundum bis hæredi reliquisse. Cen-
sebitur enim titulo institutionis proprietatẽ
duntaxat fundi, titulo autem legati einsdem
fundi vsumfructũ eidem relinquere voluisse.
Et hinc est, quod hæres in legato vsusfructus
cum legatario partem capit *d. l. si quis Attio,*
quod in alijs legatis secus est *d. §. si duobus. Ita*
ratiocinatur Bern. Vualt. d. lib. 2. *miscell. cap.* 14.
uers. Ego aliam.

Sed hęc, quę nostri pro resolutione cõtra-
rij, quod ex *l. si quis Attio,* nascitur tradiderũt,
103 vt sunt commentitia, † ita, & meritò fuerunt
ab *Imol. in d. §. si Titio, et Moeuio, uers. Itẽ adde,*
104 *et ibi Alex. num.* 3. *et* alijs improbata, quia † nõ
est in hoc constituenda inter proprietatem,
& vsumfructum differentia, cum eadem sit
vtriusq; ratio, *ut ostendemus infra num.* 112.
Quamobrem, vt legato fundo Titio, & hæ-
redi totus fundus Titio debetur *d. §. si duo-*
bus, ita, & fundi vsufructu eisdem legato to-
tus vsusfructus ad Titium pertinebit, *ut rectè*
scripserunt ij, quos referemus infra num. 121.

Nec est vis facienda in rationibus, quas su-
pra retulimus, quia nõ sunt veræ, nec possunt
sustineri: Primùm enim verum non est, quod
105 dicitur, † hæredem, cui coniunctim cum ex-
traneo relictus est vsusfructus, posse eũ, quasi
causalem, & cum proprietate coniunctũ reti-
nere, ac eo modo sibi per retentionem prospi-
106 cere, quia hoc procederet, † si vsusfructus nõ
esset ex dispositione testatoris ab hæreditate
separatus, vt, quia testator eum simpliciter re-
liquisset hæredi instituto: nã tunc, quia vsus-
fructus non posset in alicuius persona consi-
derari, vt separatus ab hæreditate, cum dispo-
sitio in persona hæredis non valeat, & nullus
alius adsit, in cuius persona cõsistat separatio
verum esset, apud hæredem remanere vsum-
fructum causalem, & ab eo iure hæreditario
retineri. Cœterùm, quoties fuit ex dispositio-
ne testatoris ab hæreditate separatus, vt eue-
nit, cũ testator eum legauit Titio, & hęredi,
& ita voluit eũ ex causa legati ab hęreditate
separare, *secundum d. l. legatum* 119. *in prin. ff. de*
leg. primo, & d. § an seruo, Inst. de lega. verius est,
107 non posse hæredem eum retinere, quia † hæ-
res id tantum retinere potest, quod adeundo
consequitur, & adeundo non consequi-
tur, nisi, quod hęreditatis est, siue remanet
in hęreditate *l.* 1. *§. Scæuola ff. si is, qui test. lib.*
ess. ius. fuer. cuiusmodi non potest dici vsus-
fructus legatus, quandiu superest vnus ex le-
gatarijs *l.* 1. *§. idem ait ff. de vsufr. accr.* scilicet,
quia, cum censeatur vnicuique insolidum
relictus *l. idem Neratius.* 4. *in prin. ff. eod.*
licet non consistat in persona hęredis, po-
test tamen extraneus in cuius persona consi-
stit, dicere, totum vsumfructum, tãquam in-
solidum sibi relictum, censeri etiã in sui per-
sona insolidũ ab hęreditate separatũ, ideoq;
non posse hęredem aliquam eius partẽ, quasi
hęreditariam retinere.

Nec obstat, quod ex legato vsusfructus nõ
transeat ius in legatarium sine facto, idest, da-
tione hæredis ideoq; possit hęres per viam re-
tentionis sibi prospicere, quia respondeo, pri-
mo, hoc esse perspicuè falsum, & cõmuniter
108 improbatũ: † quia verius est, legato vsufructu
rei hæreditarię ita ipso iure transire vsumfru-
ctum in legatarium, vt transit dominiũ, quo-
ties rei hęreditarię legata est proprietas, *sicuti*
ostendemus in 2. *cap. q.* 2. *num.* 29. ideoq;, vt hæ-
res non habet ius retentionis, si legata sit pro-
prietas, ita etiã non habere, si legatus sit vsus-
fructus, *Ita Imol. in d. §. si Titio, & Moeuio, vers.*
Item adde, & ibi Alex. num. 3.

Nec obstat *l.* 3. *in prin. vers. dari ff. de vsufr.*
109 quia loquitur † de legato damnationis, vt pa-
tet ex illis verbis, *vt hæres iubeatur dare alicui*
vsumfructũ, ex quo genere legati non poterat
olim ius transferri sine facto hęredis, vtpote,
in quo solo vis legati consistebat, etiam si res
hæreditaria fuisset relicta, *vt patet ex Paul. lib.*
3. *sent. tit.* 6. *§. vsusfructus, & ibi declarat Cuiac.*
Sed hodie, quia sublata est legatorũ per vin-
dicationem, & per damnationem differẽtia,
quoties legatur res testatoris *l.* 1. *C. commu. de*
lega. § nostra, Inst. de legat. non potest illius di-
spositio procedere. Quamobrem, vt vsusfru-
ctus rei hæreditarię per vindicationẽ legatus
ipso

ipso iure acquiritur legatario etiam ignorãti,
sicuti ostendemus in d. cap. 8. q. 2. nu. 29. ita etiam
ipso iure debet acquiri, si per damnationem
legatus sit, quia in hoc non est habenda ratio
verborum, quibus legatū concipitur, sed rei,
quę relinquitur *d. l. 1. C. comm. de legat. & d. §.
nostra. Inst. de legat.*

Secundo respondeo, licet factum hæredis
esset necessarium ad iuris trãslationem, non
tamē ex hoc sequi, posse ius accrescēdi impe
diri, quia etiā in legato rei alienę, aut summę
factum hæredis necessarium est, & tamen in
eo non cessat ius accrescendi, licet hæredi, &
extraneo legatum sit relictum, *vt ostendimus
supra num. 48.*

Planè, si legatus sit vsusfructus rei hæredis,
fatentur pleriq; posse sustineri, quod scripsit
Bartolus, cessare ius accrescendi, quia etiam
110 in proprietate id obtineret. † *Ita scribūt Imol.
in d. §. si Titio, & Moeuio, vers. sed posset saluari,
& ibi Alex. num. 3. vers. & ideo, Et in his terminis
procedere l. si quis Attio, censuit Anto. Fum. de
coniun. cap. 13. nu. 5.*

Sed ego, ne in hoc quidem casu veram esse
111 puto Bartoli sententiam, † quia secundū ve-
riorem opinionem locus est iuri accrescendi,
etiamsi res hæredis legata sit hęredi, & extra-
neo si modo ab ipso hærede tale legatum sit
pręstandum, *vt ostendimus supra nu. 62. & seqq.*
Non enim ideo Bartoli sentētiam improbo,
quod exēplo proprietatis etiam vsusfructus
ipso iure transferatur in legatarium, *vt esse ve-
rius supra demonstrauimus*, quia hoc posito ces
saret ius accrescendi, si legatus esset vsusfru-
ctus rei hęredis, vel alienę, vel etiā quãtitatis,
112 quod ipse a verò alienum puto, sed, quia † ra-
tio, quæ in proprietate facit iuri accrescendi
locum, militat etiam in vsufructu: Nam ideo
accrescit, quia hęredi a se ipso inutiliter lega-
tur proprietas, cū ipse sibi obligari nō possit,
vt supra dictum est, ideoq; cum hæres non ad-
mittatur ad partem, nec per consequentias
debet collegatario partē facere, & sic impe-
dire ius accrescendi, vt patet ex *d. § si duobus*,
ibi, *ideoq;* quę dictio, tamquam illatiua deno-
tat, præcedēs dictum rationem continere. At
hęc ratio militat etiam in vsufructu, quia, si is
coniunctim relictus sit hæredi, & extraneo,
non potest vtiliter censeri hæredi relictus, cū
ipse sibi obligari nequeat. Ergo etiam in eo
debet pars, quæ inutiliter hæredi est relicta,
collegatario accrescere.

Non obstat secūda ratio, quia, si esset vera,
113 † deberet etiam in proprietate procedere: Nã
testator, qui hæredi, & extraneo legat fundū,
semper etiam dici posset, non legare hæredi
fundum, quippe, quē iam ei reliquit, eo ipso,
quod eum instituit hęredem vniuersalem, &
sic fecit omnium rerum dominum, sed limi-
tare, & modificare legatum relictū extraneo
ad dimidiam, ita, vt hęres possit aliam dimi-
diam, quasi non legatam iure hæreditario re-
tinere, cum etiam in proprietate fieri possit
talis limitatio *d. l. planè. 34. §. fin. ff. de leg. pri-
mo*, & tamen certum est, hoc in proprietate
nō admitti *d. §. si duobus, & patet ex ijs quę di-
ximus supra num. 37. & 44.* Ergo nec in vsu-
fructu.

Minus obstat tertia ratio, quia, nec ea su-
114 stineri potest: † Nam, præter id, quod Paulus
simpliciter scripsit testatorem legasse fundi
vsumfructū Attio, & hæredibus, nec aliquod
verbum adiecit, ex quo colligere possimus,
eiusdem fundi propietatem fuisse alteri lega-
tam, ideoq; non possumus id sine commento
dicere, dato etiam, quod suppositum esset ve-
rum, adhuc tamen totus vsusfructus deberet
ad Attium pertinere, quia, cum testator legat
alicui proprietatem fundi, vsusfructus rema-
net in hæreditate, & per consequentias perti-
115 net ad hæredem iure hæreditario † *l. vsusfru-
ctus. 6. ff. de vsufr. §. 1. Inst. eod. l. 2. ff. de vsufr.
accr. & nos diximus in 5. cap. q. 6. nu. 15.* ideoq;
licet is postea legetur hęredi, & extraneo, nō
tamen censebitur relictus a legatario pro-
prietatis, sed ab hęrede. Vnde, quia nō potest
hæres eum habere iure legati, ne idē sibi ipsi
obligetur, *vt diximus supra nu. 2.* fit, vt neces-
sariò debeat collegatariò accrescere, & ita
totus vsusfructus ad extraneum pertinere, *se-
cundum regulam d. §. si duobus.* Contrariū pro-
116 cederet, † si testator vni legasset fundū, & ab
eo fundi vsumfructum hęredi, & extraneo re
liquisset: Tunc enim vsusfructus, tamquam
non ab hęrede, sed a legatario relictus posset
etiam ad hæredem iure legati, seu fideicom-
missi pertinere, secundum Baldi sententiam,
quæ in his terminis intellecta, & a specie *d. l.
si quis Attio*, abstracta esset verissima. Sed po-
sito, quod testator, nō fundum legauerit, sed
fundi proprietatem, prout Baldus loquitur, &
eiusdē fundi vsumfructū reliquerit Attio, &
hęredi, non potest eius opinio sustineri, *per ea,
quę supra diximus.*
117 Deniq; vera non est quarta ratio, † quia te-
stator, qui instituit hęredem censetur ei, non
solum proprietatem, sed etiam vsumfructū
reliquisse, ideoq; si postea ei leget vsumfru-
ctum alicuius fundi, non potest non censeri
eandem rem bis ei reliquisse. Quemadmodū
igitur per secundam dispositionem censetur
(secundū eos) annullata prima, quoties fun-
dus hęredi relinquitur, ita etiam deberet cen-
seri annullata, quoties ei relinquitur vsusfru-
ctus. At hoc in vtroq; falsū est. Ergo, & falsa
ratio. Ex quo patet, non esse in hac re consti-
tuendam inter proprietatē, & vsumfructum
differentiam.

Nec obstat *l. si quis Attio*, quæ sola veteres
ad hoc discrimē constituendum coegit, quia
118 verius est, etiā in eius specie † locum habere
ius accrescendi, non quidem fauore extranei,
sed fauore ipsorum cohęredum: Nam pars,
quę vnicuiq; a se ipso inutiliter est relicta, nō
accrescit extraneo, sed cohęredibus, tamquã
collectiuè vocatis, & per consequentias ma-
gis, quam extraneus cōiunctis, qui secundum
regulas, quas retulimus *in 5. cap. q. 45. num. 5.
& seqq.* debēt alijs in iure accrescēdi pręferri:
Quod enim dicitur *in d § si duobus*, id, quod
hæredi a semet ipso inutiliter relinquitur, ex-
traneo collegatario accrescere, debet intelli-
119 gi, † nisi adsit alius, qui magis sit quam extra-
neus coniunctus, quiq; illi in iure accrescēdi
pręferatur. Quod, vt liquidò constet, distin-
guendi sunt quinq; casus, quorum

Primus est, quando testator vnum tantum
instituit hęredem, & ei coniunctim cum ex-
traneo legatum reliquit, Et tunc, quia legatū
pro parte relicta hæredi initio non consistit,

ideo fit, vt talis pars accrescat collegatario,
120 † *secundum ea, quæ diximus supra num. 37. & seqq. quæq; in his terminis procedunt. Et ita in specie declarat Men.cons.36.num.84.* Idq; adeo verum est, vt procedat.

Primo, non solum, si legata sit proprietas, sed etiam, si vsusfructus, *vt ostendimus supra nu.103. & seqq.* Itaq; si testator relinquat vsufructum omnium bonorum Titio, & hęredi, tale relictum non consistet in persona hæredis, ideoq; totus vsusfructus ad Titium perti-
121 nebit. † *Ita scribunt Ruin. cons. 39. numer. 7. & 8. vol. 2. Men. cons. 227. numer. 5. & 9. vers. respondetur secundo, & Pereg. cons. 59. num. 4. vol. 1.*

Secundo procedit, etiamsi in testamento sit apposita clausula codicillaris: Nam, licet illa operetur repetitionem legatorum a venientibus ab intestato, si corruat testamētū, & efficiat, vt legatum, tamquam ab intestato relictum debeatur non solum extraneo, sed etiā ipsi hęredi instituto, tamquam ei, qui re vera non est factus hęres, *secundum ea, quæ diximus*
122 *supra num.24.* & ita cesset accretio, † *vt in specie declarant Ang d.cons.295. in fin. & d.cõs.342. in fi. Ias. in d § si duobus, num.7. &* 10. tamen, vbi testamētū valet iure testamēti, nihil operatur. Itaq; nō efficit, vt legatū pro parte relicta hęredi a seipso valeat, & collegatario non accrescat, nec inducit illius repetitionem in persona collegatarij, quasi testator censeatur eum grauasse, vt partē illā hęredi pręstet, aut
123 restituat, † *vt declarat Ang.d.cons.295.in fi. & d. cons.342.in fin.*

Planè, si in testamēto fuerit apposita clausula, omni meliori modo, dubitari potest, an p eam cēseatur collegatarius grauatus, partē inutiliter hęredi relictā, & sibi iure accrescēdi q̃sitā ipsi met hęredi restituere. Et hoc pleriq;
124 putant posse sustineri, † *vt Ang d.cõs.295.n.5. vers sed, an illa, licet subijciat, sup hoc posse diu sub iudice litigari, quoniā hāc quęstionē nō meminit ab aliquo fuisse tactam, & videtur etiam probare Ias. in d § si duobus, nu.*6 Quam in rem facit, quod scribit *Paris.cons.79.num.31.vol.2.* lega-
125 tum † relictum hæredi ex asse instituto, & grauato fideicōmisso valere, si in testamento apposita sit clausula, omni meliori modo, quia per eam censetur actum, vt legatum capiatur a fideicommissario, non ab ipso hæredi. Quod etiam fuit de mente *Men. cons.* 86.
126 *num.*85. dicentis, † legatum relictum hęredi valere, si adsit clausula, omni meliori modo. Hinc inferunt, in dubio, fieri quidē interpretationem, vt actus valeat, sed non, vt valeat
127 omni meliori modo, † quia alioquin semper valeret legatum relictum hęredi, & extraneo quippe, qui censeretur semper grauatus hęredi restituere partem, quæ, tamquam inutiliter ei relicta accreuit, quod tamen falsū esse constat *ex ijs, quæ diximus supra num. 37. & seqq. Ita scribit Ias. in d § si duobus, num.8.*

Sed vix est, ut hęc opinio sustineri possit,
128 † quia, cum huiusmodi clausula, tamquam iuncta cum clausula codicillari hoc modo concipiatur, si testamentum non ualet iure testamenti, ualeat iure codicillorum, aut donationis causa mortis, aut omni meliori modo, apparet, mentem testatoris esse, ut, si testamentum valet iure testamenti, nihil ea ope-
129 retur, † & cōsequenter non impediat, quominus testamentariæ dispositiones retineant suam naturam, & secundum eam regulentur, perinde, ac, si clausula illa non fuisset apposita. Vnde, quemadmodum non apposita illa clausula non faceret hæres coniuncto partē nec teneretur hic partē hæredi restituere *d. §. si duobus*, ita etiam non debet, aut ille partem facere, aut hic eam teneri restituere, licet illa clausula fuerit adiecta.

Sanè vno casu faciet hæres coniuncto partem, & sic impediet ius accrescendi, si nempe legatum ab initio non fuerit relictum hęredi a seipso, sed duobus extraneis: Nam, licet postea vnus ex ijs succedat hęredi, & ita fiat hęres hęredis, & per consequentias hęres testatoris *l. fin. C. de hæred inst.* eaq; ratione teneatur ipse met sibi præstare legatum, non tamē eius portio accrescet collegatario, sed ab eo retinebitur, quia, cum initio constiterit in vtrinsq; persona legatum, non ideo debet infirmari, quod vnus ex legatarijs adeundo fa-
130 ctus sit hæredis hæres. † *Ita scribit Vlpianus in d.l. planè. 34. §. inde dicitur, versicul. planè, & ibi declarant Bart. Bald. & Ang. Imol. in d. §. si duobus, & ibi Castren.num.2. Alex.num.1. Ias. in prin. & num, 16. Surd. cons.211.num.4. & 16. vers. Quartum.*

Huius autem rei duplex affertur ratio, vna,
131 quia † legatum, quod initio est validum, tribuit legatario ius agendi, & per cōsequentias etiam ius retinendi *l.inuitus. 199. §. cui damus ff. de reg.iur.* ideoq, licet postea ius agendi confusione extinguatur, non tamen confunditur ius retinendi. *Ita ratiocinātur Bald. in d § inde dicitur, vers. In text. ibi, Castr. in d §. si duobus, num.2. vers. ratio diuersitatis, & ibi Alex.num. 2. vers. 3. not. Ias. nu.1. &* 16. Altera vero ratio
132 est, quia † aditio hæreditatis vim solutionis habet *l. si debitori. 51. ff. de fideiuss.* ideoq; operatur, vt perinde sit, ac, si legatum fuisset a defuncto solutum legatario. Quemadmodum igitur, si hæres legatū ei, quē postea instituit, p̃soluisset, nō posset ius accrescēdi habere locū, cū is, qui admittitur ad partē, faciat partē & sic excludat ius accrescendi, *vt diximus in hoc cap. q. 21. nu.* 10. ita etiam nō debet habere locum, si vnus ex legatarijs hęredi successerit. *Ita ratiocinantur Alex. in d. §. si duobus, num. 2. vers. vel secundum, & ibi Ias. num. 1. vers. aliam rationem.*

Secundus verò casus est, quando testator instituit duos, aut plures hæredes ex æquis partibus, & eis reliquit legatum non adiecto extraneo, Et tunc, licet pars, quam vnusquisq; debet capere a seipso, accrescat cohæredibus, ijsdemq; collegatarijs, tamen effectu singuli viriles consequuntur, quia tā-
133 tum quisq; a socijs capit, quantum dat † *l. ab omnibus. 107 § si Attio, vers. demiq; ff. de leg. pri. Et in specie declarant Castr. in d § si duobus, nu. 7. vers. sed, si essent, & ibi Alex. num, 1. vers. quod intellige, & Ias. num. 15.*

Tertius casus est, quādo testator duos, aut plures instituit hæredes ex partibus inæqualibus, & illis solis reliquit legatū, Et tunc pars, quā vnusquisq; præstat, tota debet cohęredibus applicari, quia pars illa, quā ipse a se ipso capere deberet, tamquam inutiliter ei relicta
134 debet collegatarijs accrescere, † *secundum ea,*

qua

quę supra diximus. Ita scribũt Bald. in d. l. planè.
34. §. inde dicitur, vers. In text. legatus, et ibi Ang.
Imol. in d. §. si duobus, num. 1. et ibi Castr. num.
7. vers. ideo aiŷ, Alex. num. 1. vers. Item not. et nu.
2. vers. vnde possit, et Ias. nu. 14. vers. 5. not. Men.
d. cons. 86. num. 84. Hinc fit, vt, qui in minori
hæreditatis patte fuit institutus, majorem le-
gati portionem consequatur, cõtra verò mi-
135 norem, qui in maiori. † Itaq; si verbi gratia,
vnus fit ex vncia institutus, alter verò ex vn-
decim vncijs, & eis fundus sit legatus, hęres
ex vncia institutus vndecim fundi partes
obtinebit, qui verò ex vndecim vncijs institu-
tus est, non feret, nisi vnciam, propterea, quod
vnusquisq; capit partem, non, quam ipse pręs-
stat, sed, quã cohęres, *d. l. planè. 34 §. inde dici-*
tur, secundum intellectum Pilei, quem ibi non
improbant gl. in verb. hęredes. et Bart. Bald. Aug.
et Imol. et communiter dd. sequi testatur Alex.
in d. §. si duobus, num. 2. vers. vnde posuit. Et est
verus intellectus, ut patebit ex ijs, quæ mox di-
cemus.

At verò, dixerit aliquis, imo hęres in vnde-
cim vncijs institutus vndecim fundi partes
habere debet, institutus verò in vncia vnam,
idest, duodecimam ex *d § inde dicitur*, vbi Vl-
136 pianus † *Inde dicitur*, inquit, *si duo sint hęredes,*
unus ex uncia, alter ex undecim uncijs, et eis fun-
dus legatus sit, unciarũ hæredem undecim partes
in fundo habiturum, cohæredem unciam: Nam
illa verba, *unciarum hæredem*, non possunt de
eo intelligi, qui in vncia fuit institutus, scili-
cet, quia pluralis locutio non potest in vno
verificari *l. ubi numerus. 12. ff. de testib.* Qua-
mobrem necessariò sunt intelligenda de
instituto in vndecim vncijs. Qua ratione
Rogerius antiquus glossator, non simpli-
citer, *unciarum hæredem*, legebat, sed, *undecim*
unciarũ hęredem, uti refert gl in d § inde dicitur,
in uerb. hæredes. Hinc fit, vt Pylei intellectus,
quem supra retulimus, tamquam repugnans
Vlpiani verbis non videatur aliquo modo
137 posse sustineri, † *ut scripserunt Castr. in d. § si*
duobus, num. 7. uers. sed text. et ibi Alex. num. 2.
uersic. unde posuit, et Ias. num. 20. uers. Item se-
cunda.

Sed, qui probant, hanc lectionem, respon-
138 dent Vlpiani dictum procedere † in ea tantũ
specie, qua legatur hęredibus a legatario, quo
casu cẽsetur legatum eis relictũ pro portione
hæreditaria, *ut dicemus in 8. cap. q. 10. num. 11.*
secus verò, si eis legetur a seipsis, vel etiam
simpliciter, quo casu ab ipsis met hæredibus
censetur relictum: Nã tunc procedent, ea, quę
supra diximus, vt scilicet cohæres cohæredis
partem consequatur. *Ita intellexit Io. antiquus*
glossator, quem non improbant gl. in d. § inde di-
citur, in uerb. hæredes, et ibi Bart. Bald. et Ang.
Imol. in d. §. si duobus, et ibi Alex. num. 1. Ias. in
prin. et num. 20. uers. tene primum.

Verùm hæc sententia, quamquã in se vera
139 sit, non tamen pertinet † ad speciem ab Vl-
piano propositam *in d. §. inde dicitur*. Primo,
quia commentitium est dicere, legatum ibi
fuisse relictum a legatario, cum nullum ibi
legatur verbũ, ex quo id colligere possimus,
ut animaduerterunt Castr. in d. §. si duobus, nu.
7. uers. Ista lectura, et ibi Alex. num. 2. Secundo,
quia iure Digestorum nõ poterat a legatario
legari, *ut sępe dictũ est.* Tertio, quia illa verba,
inde dicitur, subijciuntur ab Vlpiano per mo-
dum illationis, quæ fuisset inepta, si legatum
pro hæreditaria portione inter hæredes diui-
dendum esset, *ut animaduertit Ias. in d. §. si*
duobus, num. 20. uers. sed ista dua. Quorsum
enim ex eo quod, dictum est, id, quod hęredi a
se ipso inutiliter est relictum, ad collegatariũ
pertinere, inferret Vlpianus ad speciem, qua
testator hæredibus inæqualiter institutis le-
gauit, nisi, vt ostenderet partem, quam quisq;
a se met ipso capere non potest, ad coniun-
ctum pertinere, & per consequenti as, partem,
quam institutus in vndecim vncijs sibi pręs-
stare nequit, dandã cohęredi, & cõtra? Magis
igitur est, vt loquatur Vlpianus de legato
simpliciter hæredibus relicto, secundum spe-
ciem, quam nos supra proposuimus.

Nec obstant illa verba, *unciarum hæredem*
undecim partes in fundo habiturum, quia respõ-
140 deo, vulgatos codices esse mendosos; † Non
enim *unciarum hæredẽ*, scripsit Vlpianus, sed,
unciarium hæredem, id est, hæredẽ in vncia in-
stitutum, vt legitur in Pãd. Flor. qua lectione
posita, nemo est, qui non videat, rem omni
dubitatione carere.

Quartus casus est, quando testator instituit
duos, aut plures hęredes, vel æqualiter, vel
etiam inæqualiter, & vni eorum, & extraneo
vel etiam duobus, aut pluribus extraneis le-
gatum reliquit, Et tunc pars, quam præstant
cohæredes, quibus non est relictum legatum,
debet inter hæredem, cui legatum est, & ex-
traneum, siue extraneos diuidi viriliter; pars
verò, quam præstat hæres, idemq; legatarius,
tota debet extraneo, siue extraneis applicari
141 † *d. l. legatũ 119. §. 1. ff. de leg. primo* Quamobrẽ,
si duo sint hęredes Primus, & Secundus, & te-
stator leget fundum Secundo, & duobus ex-
traneis, puta Titio, & Seio, Secundus nõ, nisi
sextantem fundi partem consequetur, Titius
verò, & Seius singuli quincuncẽ ferent, quia,
142 † cum dimidia pars legati, quam præstat Pri-
mus debeat in tres legatarios distribui, Con-
sequens est, vt singuli sextantẽ ferant. At alia
dimidia, quam præstat Secundus non debet
inter omnes distribui, sed tota debet applica-
ri Titio, & Seio, quia Secundus nullã a seipso
portionem capere potest, & ideo pars, quam
ille consequi debuisset, tamquam inutiliter ei
relicta debet collegatarijs accrescere, eaq; ra-
tione singuli consequentur a Primo sextantẽ,
a Secundo verò quadrantẽ, & ita quincuncẽ,
cum alioquin Secundus non, nisi sextantem,
quem de Primi semisse capit, sit habiturus.
143 † *Ita decidit Florentinus in d. l. legatum. 119.*
§. 1. uersic. Itaq; ff. de leg. primo, et ibi declarant
Bald. uers. 2. not. et Ang. uers. et sic apparet.

Quintus, & vltimus casus est quãdo testa-
tor instituit duos, aut plures hęredes, siue
æqualiter, siue inæqualiter, & legatum con-
iunctim reliquit ijsdem hæredibus, & vni, aut
pluribus extraneis, quo casu hæredes, tamquã
collectiuè vocati veniunt in vnam portionẽ,
ut diximus in 5. cap. q. 35. num. 7. Et tunc, siue
legata sit proprietas, siue vsusfructus, verius
est, integram portionem hæredibus relictam
ad eosdem pertinere, nullamq; eius partem
144 collegatarijs accrescere, † *Et in his terminis pro-*
cederet l. si quis Attio. 8. ff. de usufr. accr. Itaq; si
testator legauerit fundum, aut vsumfructum

Attio,

Attio,& hæredibus,duo fient semisses,quorũ vnus Attio, alter verò hæredibus applicabitur *d. l. si quis Attio 8. in prin.* Si verò legauerit Attio, & Moeuio, cum hæredibus, fient tres partes, & hęredes, tamquã collectiuè vocati tertiam legati partem, & quidem integram consequentur. *d. l. si quis Attio, uersic. Quod, si ita.*

Nec est contrarium, quod in persona singulorum hæredum subsit aliqua portio, pro qua legatum non consistit, nẽpe ea, quæ vnicuiq; fuit a se ipso relicta, ideoq; debeat illa collegatarijs accrescere *d. §. si duobus*, quia, licet hoc verum sit, nõ tamẽ sequitur debere accrescere extraneis, sed potiùs cohęredibus:
145 Nam,† enim singuli hæredes,quibus a se ipsis inutiliter legatum est, plures habeant cõiunctos,quosdam per copulam, nẽpe extraneos, quosdam verò per collectiuam, nempe cohęredes, fit, vt pars, quę singuli inutiliter est relicta,debeat potiùs cohęredibus, quam extraneis accrescere, scilicet, quia collectiuè uocati, tamquã magis coniuncti uocatis per cupulam in iure accrescendi præferuntur, *ut ostendimus in eodẽ 5. cap. q. 45. nu. 5.* Itaq; si duo sint hęredes instituti, Primus, & Secundus,& legatum sit relictum hęredibus, & extraneo, quo casu secundum mentẽ testatoris dimidiã hęredes, & dimidiã extraneus habere debet, licet in dimidia hęredum adsit aliqua portio, quę unicuiq; eorum inutiliter fuit relicta, ea tamen non accrescit extraneo, sed cohęredi, quia,cum,unusquisq; debeat pręstare semissẽ legati, & per consequentias quadrantem extraneo, & quadrantẽ sibi, & cohæredi, & huius quadrantis pars dimidia, quæ est octaua totius legati, pręstanda sit cohæredi, altera uerò sibi ipsi,quę sibi pręstari nequit,cohęredi accrescit,non extraneo,quia,cũ extraneus sit cõiunctus per copulam, cohęres uerò per collectiuam, sine dubio cohęres in parte cohęredis censetur magis,quam extraneus coniunctus, *ut ostendimus in eodẽ 5. cap. q. 45. nu. 6.* ideoq; ille in iure accrescendi pręfertur, *ut diximus ibi num. 5.* Quo fit,ut Primus capiat totum quadrantem, quem pręstat Secundus, & cõtra Secundus totum,quem pręstat Primus: Vnusquisq; enim capit quadrantem a cohęrede pręstandum, partim ex dispositione testatoris, & partim iure accrescendi,ex dispositione testatoris pro ea portione,quę sibi utiliter fuit a cohærede relicta, iure uerò accrescendi pro ea,quę unicuiq; eorum fuit relicta inutiliter, nempe a semet ipso, quæq; cohęredi accreuit, *Ita declarat Cuiac. in d. l. si duobus 16. ff. de leg. primo.* Quamobrem,si hęredes sint æqualiter instituti, singuli ęqualẽ relictę portionis partẽ habebunt, *secundum ea, quæ diximus in 2. casu.* Si uerò fuerint instituti inęqualiter, qui minorem hęreditatis partẽ habuit, maiorem partem legatę portionis consequetur, contra uerò minorem, qui maiorem, *secundum ea, quæ diximus in 3. casu.*

SVMMARIVM.

1 *Legatum relictum seruo hæredis non ualet, et cur, num. 2. Declara, ut num. 8 et seqq.*

3 *Legatum, si sit relictum Titio, & seruo hæredis, totum Titio debetur.*

4 *Legatum relictum seruo cõmuni hæredis, & Titij, totum Titio acquiritur, & cur num. 5.*

6 *Legatum relictum seruo communi hæredis, & Titij, etiam ex dispositione testatoris totum acquiritur Titio.*

7 *Legatum relictum seruo legato, etiamsi pars serui ex causa Falcidiæ maneat penes hæredem, nihilominus totum acquiritur legatario.*

12 *Legatum, quod inutile foret, si statim post conditũ testamentum decessisset testator, non ideo valere debet, quia diutius testator vixerit, ex regula Catoniana.*

14 *Regula Catoniana non pertinet ad legata conditionalia, & cur num. 15.*

17 *Declaratur l. quæsitum 93. §. duobus ff. de leg. primo.*

18 *Regula Catoniana non pertinet ad ea legata, quorum dies non, nisi ab adita hæreditate cedit.*

19 *Dies legati relicti seruo legato non cedit, nisi ab adita hæreditate.*

20 *Legatum relictum filio hęredis olim non valebat, & cur, num. 21. Sed hodie contra nu. 26. Fallit, vt num. 28.*

22 *Legatum relictum filio hęredis olim non valebat, etiamsi filius viuo testatore fuisset a patre emãcipatus.*

23 *Legatum relictum filio hæredis, & extraneo, totũ olim extraneo debebatur, Sed hodie contra nu. 27. Limita, vt num. 28.*

24 *Legari etiam olim poterat filio hæredis sub conditione, Declara, vt num. 25.*

An, & quando filius, aut seruus hęredis faciat partem.

Quæstio Trigesima.

TErtium exemplum afferri potest in legato relicto Titio,& seruo hęredis: Nã & hoc in persona serui initio non consistit † *§. an seruo, Inst.*
1 *de legat. l. si legatarius. 8. §. seruo ff. de leg. 3. l. si socius. 89. ff. de hæred. inst. Et scribunt gl. in l. cum legato. 17. in verb. regula iuris ff. quand. dies leg. ced. Ang. in l. cum filiof. 11. num. 1. vers. In text. ibi ff. de leg. primo, Castr. in l. Plautius. 49. in prin. num. 2. & ibi Alex. num. 1. ff. ad l. Falc. Castr. in l. quæsitam. 93. in prin. num. 1. vers. Tu dic. ff. de leg. primo, Io. Gaud. in d. l. re coniuncti, nu. 55. vers. Quod, & ad hæredis. Cuiac. in l. a filio. 25. ff. eod.* propter eandem incompatibilitatẽ, quã considerauimus *in q. pręced. num. 2.* scilicet,
2 quia † tale legatum non acquiritur seruo, sed domino *l. acquiritur. 10. in prin. vers. & his conuenienter ff. de acq. rer. dom. §. item vobis, Inst. per quas perso. nob. acqu.* qui ad eius præstationem obligatur *l. ex maleficijs. 4. §. hæres quoq; ff. de actio. & oblig.* ideoq; si consisteret, idem inciperet esse,& debitor,& creditor, siue (vt in his terminis Iulianus ait) in eandem personam concurrerent,& emolumentũ legati,& obligatio iuris, quod esse nullo modo potest *l. cũ legato. 17. vers. quia, & si ff. quand. dies lega. ced. Ita ratiocinantur Castr. in d. l. quæsitum 93. in prin. nu. 1. vers. Tu dic ff. de leg. primo, & Cuiac. in d. l. a filio. 25. ff. eod.* Qua ratione, cum non sustineatur legatum, quoties relictum est hęredi a semet ipso, *vt ostendimus in q. præced. nu. 1. & 2.*

1. & 2. Cōsequens, est vt, nec eiā sustineri debeat, quoties relictū est seruo hęredis ab ipso hęrede, scilicet, quia tunc perinde habetur, ac, si ipsi met hæredi relictū esset *d. l. acquiritur. 10. in prin. vers. & si iubentibus ff. de acq. rer. dom.* Quemadmodum igitur totum legatum ad Titium pertineret, si esset relictum Titio, & hęredi, *vt diximus in eadē q. pręced. num. 37. & seqq.* ita etiam pertinere debet, si sit relictū
3 Titio, & seruo hæredis, *tametsi contrarium censuerit Zaz. in sing. intel. cap. qui con. iure ff. vel fac. vel nō fac. part. vers. in 5.* Ead ēenim est vtriusq; speciei ratio, cum ita dies legati cedat hæredi, quoties eius seruo relinquitur, vt, quoties relinquitur ipsi domino *d. §. an seruo Inst. de legat.* Idque adeo verum est, vt procedat

Primo, nō solum, si legetur Titio, & seruo hæredis, sed etiam, si legetur seruo communi hæredis, & Titij: Nam pars, quæ in persona hæredis consistere non potest, pertinet ad Ti-
4 tium, in cuius persona potest consistere † *l. Plautius. 49. in prin. vers. communi autem ff. ad l. Falc. l. verum. 64. § si seruo ff. pro soc. l. si eroi. 81. vers. Nā & , cū seruo ff. de opt. lega. & docet ēt*
5 *Paulus lib. 3. sent. tit. 6. §. cōmuni*, quia † seruus, qui vni ex dominis acquirere non potest, totum ei acquirit, cui potest, *vt diximus in 5. cap. q. 40. num. 14.*

Secundo procedit, non solum, si seruus erat communis hęredis, & extranei ex causa separata ab hæreditate testatoris, sed etiam, si ex
6 causa hæreditaria, † puta, quia testator legauerit seruum proprium pro parte Titio, quo casu altera pars manet in hæreditate, & sic pertinet ad hæredem. *diximus in hoc cap. q. 15. num. 1.* nam si eidem seruo legauit, totum legatum debebitur extraneo *vt not. in l. quæsitū. 93. §. duobus. ff. de leg. primo.*

Tertio procedit, etiam si legetur seruo, quē testator insolidum Titio legauerat, si ex causa Falcidiæ pars eius serui remaneat penes hęredem: nam & in hoc casu totum legatum, quasi relictum seruo communi Titij, & hæ-
7 redis ad eundem Titium pertinebit. † *Ita ex Casij sententia scribit Paulus in d. l. Plautius. 49. in prin. & ibi not. Ang. Cast. & Alex. ad l. Falc.*

Planè hæc ita demum vera sunt, si cōcur-
8 rant duo, quæ sunt necessaria † ad hoc, vt legatum in persona serui initio non consistat, Primo, quod sit relictum purè; nam in his terminis procedit, quod dicimus, legatum reli-
9 lictum seruo hæredis nō valere † *d. §. an seruo*, scilicet, quia, si purū est, dies eius cedit a morte testatoris *l. post diem. 5. in prin. ff. quand. dies leg. ced. l. vn. §. in primo C. de cad. toll.* & ita cedit
10 ei, qui hæres est † *d. § an seruo*, ideoq; non cōsistit, adeo, vt, etiā si seruus viuo testatore manumittatur, aut alienetur, non ideo tamē le-
11 gatum conualescat † *d. § an seruo*, quia, quod inutile foret legatum, si statim post conditū testamentum decessisset testator, nō ideo valere debet, quod diutiùs testator vixerit, vt
12 vult regula Catoniana † *l. 1. in prin. ff. de reg. Cato. d. § an seruo, Inst. de lega.* quę regula iuris appellatur *in d. l. cū legato. 17. ff. quand. dies leg. ced. Et ita in specie declarant gl. in d. l. cum legato in verb. regula iuris, Ang. in d. l. cum filio f. 11. n. 3. vers. In text. ibi, Cuiac. in d. l. a filio. 25. ff. de leg. primo.*

Coeterùm, si legatum sit relictum sub cōditione, pendet eius validitas a futuro euen-
13 tu: † nam, si tempore euenientis conditionis seruus sit adhuc in potestate hæredis, legatū non consistet, quia dies eius cedet hæredi, qui legatum habere nequit *d. §. an seruo, Inst. de legat. Vlp. tit. 24. Inst. § et qui.* Quod, si tunc tēporis non sit in eius potestate, puta, quia fuerit alienatus, vel manumissus, valebit legatū, &, vel ipsi manumisso, vel nouo domino acquiretur, quia dies eius non cedet hæredi, sed alij, ideoq; non poterit legatū censeri relictū hæredi a seipso *d. §. an seruo. Et in specie declarat Castr. in d. l. cum filio f. 11. num. 14. vers. vnde soluitur ff. de leg. primo,* Nec ei obstabit regula Catoniana, quippe, quæ non pertinet ad le-
14 gata conditionalia † *l pen. ff. de reg. Cato. l. coe-*
15 *tera. 43 §. 1. ff. de leg. primo*, scilicet, quia † licet testator statim post conditum testamentum decessisset, non tamen potuisset legatum cēseri inutile, cum eius validitas ex eo tempore æstimetur, quo dies cedit *d. §. an seruo, Vlp. d. tit. 24. Inst. § et qui.*

Secundo requiritur, vt hæres, cuius seruo
16 legatum est, adeat hęreditatem. † Coeterùm, si non adeat, siquidem solus institutus sit, nō erit tractandum de validitate legati, quia, cū nullus sit qui hæreditatem adire possit, Consequens est, vt corruat testamentum, & simul cum eo corruant legata, quæ in eo relicta sūt *l. eam, quā 14. C. de fideic.* Quod, si habeat cohęredem, cuius aditione testamentum confirmari possit, sustinebitur legatum, non solū ꝓ parte, quę fuerat relicta ab alio cohęrede, sed etiam pro ea, quæ fuerat relicta ab eius domino, quia nō potest cēseri relicta seruo hæredis, cū hęres dici non possit, qui non adit hæreditatem, *vt diximus in q. praeced. num. 22.* Quamobrem dominus potest totum legatū ab hærede consequi, si totum eius seruo relictum sit, *vt ait Iulianus in l. quæsitum. 93. §. duobus, vers. nam insolidum ff. de leg. primo*, aut, si sit relictum seruo, & alij, poterit petere integram dimidiā, quippe, quæ non potest socio accrescere, cū seruus, cui vtiliter fuit illa relicta, partem socio facere intelligatur.

Hinc de illo dubitatum est, an, si testator duobus hæredibus institutis alteri Stichum legauerit, & eidem Sticho decem, & Stichus viuo testatore peruenerit ad libertatem, tota decem ei debeantur? Et respondit Iulianus
17 deberi, † quia insolidum in eius persona constitit legatum, idque probat argumento eius, quod, si hæres, cui legatus fuerat, hæreditatē non adijsset, solidum ab altero consequi potuisset. *Ita Iulianus in d. l. quęsitum 93. §. duobus ff. de leg. primo, quem locum interpretatur Cuiac. lib. 25. obs. cap. 39.* Nec obstat regula Catoniana, quia non pertinet ad ea legata, quorum
18 dies non, nisi ab adita hæreditate cedit † *l. 3. ff. de reg. Cato. d. l. cum legato. 17. ff. quād. dies leg. ced.* cuiusmodi est legatū, quod seruo legato
19 relinquitur † *l. hæredis aditio. 7. §. fin. ff. quand. dies leg. ced. l. vn. §. libertatibus C. de cad. toll. Ita in proposito scribit Iulianus in d. l. cum legato. 17. ff. quand. dies leg. ced. & post eum gl. ibi, in verb regula iuris, vers. & benè declarat Cuiac. d. lib. 25. obs. cap. 39.*

Hæc autē, quæ de seruo hæredis diximus, nunquid procedant, etiam in filio hæredis dubi-

dubitari potest. Et, si quidē de eo iure loqua-
mur, quod ante Iustinianum obtinebat, certū
est, locum habuisse. Itaq; si pater olim fuisset
hæres institutus, & ab eo patrè legatum esset
filio in eius potestate constituto, tale legatū
20 nullius erat momenti, † *ut constat ex Vlp. d. tit.
24. Inst § si, qui, Et scribunt gl in d. l cum legato,
17. in verb. patri legatum, uers. Item a seruo, &
ibi Bart. num. 1. ff. quand. dies leg. ced. gl. in d. l. a
filio. 25. in uerb. potest, & ibi Bart. num. 1. uers.
Opp. ad legem, Bald. in prin. & uers quæro primo,
Ang. nu. 1. uers. In gl. in uerb. Castr. nu. 3. Duar.
& Cuiac. ff de leg. primo, Bart. in l. quæsitum. 93.
in prin num. 2. & ibi Castr. num. 1. uers. Tu dic,
ff. eod. Bart. in l. cum filiof. 11. num. 2. uers. Ego
21 credo ff. eod.* quia, † cum filius eo tempore le-
gatum patri acquireret *l. 1 § 1. ff. si quis a par.
fue. man. l. placet. 78. ff. de acq. hared.* effectu le-
gatum censebatur relictum patri a se met ip-
so, ideoq; non poterat consistere. *Ita in propo-
sito ratiocinantur Bartol. in d. l. a filio, 25. num.
1. uers. ratio est, & ibi Bald. uers. quæro, quart,
Ang. num. 1. uers. In gl. in uerb. Castr. num. 3. Ias.
num. 2. uers. gl. in uerb. Duar. & Cuiac. ff. de lig.
primo, Bart. in d. l. cum legato. 17. nu. 1. ff. quand.
dies leg. ced. Castr. in d. l. quæsitam 93. in prin. nu.
1. vers. Tu dic ff de leg. primo,* adeo, vt, etiamsi
filius viuo testatore fuisset a patre emancipa-
tus, non ideo tamen potuerit legatum con-
ualescere propter regulam Catonianam, de
22 qua supra diximus. † *vt in specie declarant Bart.
in d. l. a filio. 25. num. 3. vers. ratio est, & ibi Bald.
vers. quæro, quart, Ang. nu. 1. vers. In gl. in verb.
Castr. num. 3. Ias. num. 2. vers gl. in verb. Duar.
& Cuiac. ff. de leg. primo, Bart. in d. l. cum filiof.
11. num. 3. versic. ratio, & ibi Castr. num. 15. ff.
eod.*

Hinc eueniebat, vt, si legatum fuisset con-
iunctim relictum filio hæredis, & extraneo,
23 totū deberet extraneo acquiri, † per ea, quæ
de seruo diximus, quæq; etiam in filio proce-
debant.

Planè, si sub conditione relictum fuisset le-
24 gatum, poterat vtiliter datū censeri, † *vt scri-
bit gl. in d. l. cum legato. 17. in verb. patri legatum
vers. Item a seruo ff. quand. dies leg. ced.* si modo
25 † tempore euenientis conditionis non erat
ampliùs in potestate patris, *secundum ea, quæ
de seruo diximus.* Itaq; validitas interim stabat
in pendenti, *vt declarat Castr. in d. l. cum filiof.
11. num. 14. vers. vnde soluitur ff. de leg. primo.*

Sed hodiè, quia filius nō acquirit proprie-
tatē aduentitiorum patri, sed sibi *l. cum oportet
6. in prin. C. de bon. quæ lib. § 1. Inst per quas pers.
nob. acq.* ideo indistinctè valet legatum ei re-
26 lictum, licet pater hæres institutus sit, † *vt pa-
tebit ex ijs, quæ dicemus in q. seq. nu. 14.* quia non
censetur relictum hæredi a se met ipso, sed fi-
lio a patre. Quamobrem cessabit hodie ac-
cretio, si quid Titio, & filio hæredis legatum
27 sit, † quia, cum filius ad partem suam iure le-
gati admittatur, Cōsequens est, vt faciat par-
tem, *ex regula, quam retulimus in hoc cap. q. 21.
num. 10.* nisi legatum esset relictum filio con-
28 templatione patris: † nam tunc, quia censere-
tur profectitium, deberet adhuc secundum
iuris antiqui dispositionem regulari, cum in
profectitijs nihil ex antiquo iure mutatū sit
*d. l. cum oportet. 6. in prin. C. de bon. quæ lib. d. § 1.
Inst. per quas pers. nob. acq.*

SVMMARIVM.

*1 Legatum relictum domino hæredis valet, licet re-
lictum seruo hæredis sit inutile, & cur, num. 2.
3 Seruus adeundo hæreditatem iussu domini facit
eum hæredem.
4 Legatum relictum domino hæredis non valet, si
seruus eius iussu adeat hæreditatem.
5 Legatum relictum domino hæredis, & extraneo
totum extraneo debetur, si dominus per seruū
factus sit hæres.
6 Declaratur Vlpianus tit. 24. Inst. § ei suius.
7 Legatum relictum patri hæredis, etiam olim erat
validum, & cur, num 8.
9 Legatum relictum patri hæredis olim erat inutile,
si filius iussu patris adijsset hæreditatem, Sed ho-
die contra, num. 14.
10 Legatum relictum patri hæredis, si filius eius ius-
su hæreditatē adijsset, non capiebatur ab eo iure
legati, sed iure hæreditario.
11 Legatum relictum patri hæredis, si filius eius iussu
adijsset hæreditatem, imputabatur ei in Falci-
diam, & cur, num. 12.
13 Legatum relictum patri hæredis, & extraneo totū
olim ad extraneum pertinebat, si filius eius
iussu hæreditatem adijsset. Sed hodie contra,
num. 14.*

An, & quando pater, aut dominus hæredis faciat partem.

Quæstio Trigesimaprima.

QVartum exemplū afferri potest in le-
gato relicto Titio, & domino hæ-
redis, cui postea seruus hæreditatem ac-
quisiuit: Nam, & si magna sit differentia, vtrū
purè legetur seruo hæredis, an verò hæredis
dominio, quod primo casu legatū statim sit
1 inutile, secundo verò valeat † *§. an seruo, Inst.
de legat. Et declarant gl. in l. cū legato. 17 in verb.
patri legatum, vers. Item a seruo ff. quand. dies leg.
ced. Cuiac. in l. a filio. 25. ff de leg primo* scilicet,
2 quia † dies eius legati, quod hæredis seruo re-
linquitur, statim cedit hæredi, *vt ostendimus
in q. præced. num. 2.* At eius, quod relinquitur
hæredis domino, non statim cedit ei, qui fit
hæres, cum dominus hæres non fiat, ante, quā
eius iussu seruus adeat hæreditatem *l. pretia re-
rum. 63. in prin. ff. ad l. Falc.* & fieri possit, vt
ante aditam, vel manumittatur, vel alienetur
quo casu non legatario acquiret hæreditatē,
sed, aut sibi, aut nouo domino, *§. alienus Inst.
de hæred. inst. d. § an seruo, vers. ex diuerso Inst.
de legat. Et in specie declarat Cuiac. in d. l. a filio.
25. ff. de leg. primo,* tamen, si seruus maneat in
eodem statu, & domini eiusdemq; legatarij
iussu hæreditatem adeat, quia facit eum hæ-
3 redem † *l. si paterf. 40. ff. de hæred. inst. § vlt. Inst.
de vulg.* & ita in eandem personā concurrunt,
& emolumentum legati, & obligatio iuris,
ideo fit, vt legatum, quasi eidem a seipso re-
4 lictum nō consistit † *d. § an seruo, vers. quod, si,*
eaq; ratione totum collegatario debeatur, si
coniunctim ei, & extraneo fuerit relictum,
5 † *secundum ea, quæ de legato relicto hæredi, aut
seruo hæredis, & extraneo diximus in q. 29. num.
17. &*

37. & quæst. 30. numer. 3. Et ita accipiendum
6 est, † quod scribit Vlpianus *tit. 24. Inst. §. ei, cuius,* dum, et, inquit, *cuius in potestate est hæres scriptus, legari non potest*, vt scilicet procedat, si maneat in eodem statu, & hæreditatem legatario acquirat, *secundum distinctionem d. §. an seruo, quam supra retulimus.*

Generaliter autē loquitur Vlpianus de legato relicto ei, cuius in potestate est hæres scriptus, quia tunc temporis id, non solum in domino, sed etiam in patre obtinebat: Nam, &, si filio hærede instituto patri legatū esset,
7 consistebat relictum † *d. l. a filio. 25. & ibi gl. in verb. a filio Bart. Bald. Ang. Castr. Imol. Alex. Ias. Duar. & Cuiac. ff. de leg. primo, l. quæsitum 93. in prin. vers. Respõde, & ibi Bart. Ang. Castr. & Imol. ff. eod. l. cum legato. 17. uers. perinde, & ibi gl. in verb. patri legatum, vers. & not. & Bart.*
8 *num. 1. ff. quand. dies leg. ced.* eo, quod, † licet testator statim decessisset, poterat tamen filius ante, quam iussu patris adiret hæreditatē emancipari, & ita sibi hęreditatem acquirere, quo casu legatum fuisset debitum patri *d. l. cum legato. 17. vers. perinde,* & ita non in eandē personam, sed in diuersas concurrissent emolumentum legati, & iuris obligatio, *vt ait Iulianus in d. l. cum legato uers. quia, & si. & ibi declarat gl. in uerb. patri legatum, & Bart in d. l. a filio. num. 1. uers. ratio est & ibi Bald. uers. quæro, quare, Ang. num. 1. uers. In gl. in uerb. Castr. nu. 1. & 3. Alex. num. 1. uers. tamen contrarium, Ias. num. 1. & 2 uers. gl. in uerb. Duar. & Cuiac.* At, si in eiusdem potestate permansisset, & eius iussu hęreditatem adijsset, quia patrem faciebat hæredem *l. qui in aliena 6 § interdum ff. de acq. hæred.* & ita in eandem personam concurrebant actio & passio, ideo legatum, quasi eidem a se ipso relictum efficiebatur inutile,
9 † *ut innuit Paulus in d. l. a filio, & ibi explicitè declarant gl. in uerb. a filio. & in uerb. patris potestate sit, Bart. in prin. & num. 1. uers. ratio est, Bald. uers. Not. quod siue, & uers. quæro quare Ang. num. 1. Castr. num. 1. & 2. uers. In text. ibi, patris potestate sit. Imol. & Alex. num. 1. Ias. nu. 1. Duar. & Cuiac. Castr. in d. l. quæsitum. 93. in prin. nu. 1. uers. Dic tamen quod legatum,* &, si soli patri fuerat relictum, ad eum pertinebat,
10 non iure legati, sed iure hæreditario † *ut declarant Bald. in d. l. a filio. uers. In eadem gl. & ibi Castr. nu. 2. in prin. & uers. In text. ibi Alexand. uers. In text. ibi, Ias. numer. 2. Duar. & Cuiac.* Quamobrem imputabatur ei in Falcidiam
11 † *d. l. a filio. 25. uers. igitur,* quod non contigisset
12 si illud habuisset iure legati, scilicet, quia † in Falcidiam ea tantum imputantur, quæ iure hęreditario capiuntur, nõ etiam, quę iure legati, vel fideicommissi *l. in quartam 90. ff. ad l. Falc. Ita in specie declarāt gl. in d. l. a filio, in uerb. imputabitur ei in Falcidiam, uers. sed illud, & ibi Bald. uers. In eadem gl. Castr. num. 2. in prin. & uers. In text. ibi imputabitur, Alex. uers. In text. ibi, Ias. num. 2. Duar. & Cuiac.* Quod, si legatū fuerat relictum patri, & extraneo, totum ex-
13 traneo debebatur, † *per ea, quę de hęrede, aut seruo hæredis diximus in hoc cap. q. 29. nu. 37. & seqq. & q. 30. num. 3.* Sed hodie totum hoc cõmutatum est, quia filius, etiamsi non fiat sui iuris, non tamen acquirit hæreditatem patri, licet vsusfructus iure potestatis ei reseruetur *l. cum oportet. 6. in prin. C. de bon. quę lib. §. 1. Inst. per quas pers. nob. acq.* ideoq; legatum patri relictum valet, & ab eo iure legati capitur, nec contūcto accrescit, aut in Falcidiam imputa-
14 tur, quia cessat ratio. † *Ita declarant gl. in d. l. quæsitum 93. in prin. in uerb. seruo, uers. uel dic, secundum, & ibi Castr. nu. 1. uers. dic tamen, quod legatum ff. de leg. primo, Bart. in d. l. a filio. 25. in prin. & ibi Bald. uers. In ea gl. alij dicunt. Ang. num. 1. uers. & si hæreditas, Castr. num. 2. uers. in fin. gl. 1. & Cuiac. ff. eod.*

S V M M A R I V M.

1 *Legatum relictum seruo proprio sine libertate non valet, & cur num. 2. & seqq. Declara, vt num. 11.*
3 *Seruus est incapax acquisitionis.*
4 *Seruus hæres a domino institutus tacitè libertatē consequitur.*
5 *Seruo, cui simpliciter relictum est legatum, non censetur dominus libertatem reliquisse.*
6 *Pars inutiliter relicta seruo proprio sine libertate accrescit collegatario, & num. 2[illegible] & 25 & cur num. 7 & seq. Sed contra, num. 10. & cur, num. 11. Declara, vt num. 20. & seqq.*
9 *Declaratur l. plane. 34. § si coniunctim ff. de leg. primo. & num. seqq. vsque in fin.*
13 *Exempla non restringunt regulam.*
14 *Exempla licet non restringant regulam, declarāt tamen in quibus terminis ea procedat, Declara, vt num. 16.*
18 *Seruo potest relinqui legatum in causam alimentorum, Declara, vt num. 19*
24 *Declaratur l. Plautius 49 in prin. ff. ad l. Falc.*
30 *Aduersatiua licet denotet diuersitatem in iure, & facto, eam tamen denotat retento eodem themate.*

An, & quando seruus proprius testatoris faciat partem.

Quæstio Trigesimasecunda.

QVintum, & vltimum exemplum affetti potest in legato relicto Titio, & seruo proprio testatoris sine libertate: Nam, & hoc in persona serui initio non
1 consistit, sed habetur pro non scripto † *l. seruus uxori. 76 ff. de hæred. inst. l. [illegible] §. si coniunctim ff. de leg. primo l. si [illegible] 29. in prin. ff. de leg. 2. l. & si transfer [illegible] 20 ff. de adim. leg. l. 3. vers. Item, si seruo ff. de his quæ pro non script.*
2 *hab. l. seruit 4. C. de legat.* quia † incompatibile est, eundem esse testatoris seruum, & legatarium: Nam, aut spectamus personam ipsius serui, & ex ea non potest legatum sustineri, cū
3 seruus sit incapax acquisitionis † *l. acquiritur 10 vers. ipse enim ff. de acq. rer. dom. §. Item vobis, vers. ipse enim, Inst. per quas pers. nob. acqu.* Nec dicas, per dationem legati censeri ei tacitè datam libertatem, quia, licet hoc sit receptum quoties seruus a domino hęres insti-
4 tuitur † *l. fin. in prin. C. de nec. s. r. hær. inst. §. idemque iuris, Inst. quib. ex caus. man. non lic. §. 1. Inst. de hær. inst.* non tamen admittitur, quo-
5 ties ei simpliciter legatum relinquitur † *d. l. fin. § illo videlicet C. de nec. s. hæred. inst.* Aut vero spectamus personam domini, & nec ex

ca

ea quidem legatum sustineri potest, quia, cũ dominus sit futurus hæres, vtpote, in quem post mortem testatoris transiturus est seruus, tamquam hæreditarius, Consequens est, vt legatum, quasi hæredis seruo relictum non possit aliquo modo sustineri, *per ea, quæ diximus in hoc cap. q. 30. num. 1.*

Hinc consequi videtur, partem, quæ inutiliter seruo fuit relicta, debere Titio accrescere,
6 † quia, cum seruus, neque per se, neque
7 per alium admittatur ad partem, † Consequẽs videtur, vt non faciat partem, & sic non excludat ius accrescendi, *ex regula quam retulimus in hoc cap. q. 21. num. 24. & referemus in q. 36. num. 5.*

Et verò, si † accrescit pars, quæ relicta est seruo hæredis, *vt ostendimus in hoc cap. q. 30. num. 3.* cur non debet etiam accrescere pars, quæ est relicta seruo proprio, cum hic, vt hæredis seruus consideretur, & eodem cum illo censeatur iure? *l. Plautius. 40. in prin. ff. ad l. Falc. l. si socius 89 ff. de hæred. inst.*

Et ita fateri cogeremur, nisi obstaret Vlpiani locus *in d. l. planè. 34. §. si coniunctim ff.*
9 *de leg. primo*, vbi, † *Si coniunctim res legitur*, inquit, *constat partes ab initio fieri; Nec solum ij partem faciunt, in quorum persona constitit legatum, verum ij quoque, in quorum persona non constitit legatum, vt puta, si Titio, & seruo proprio sine libertate*: Nam hæc verba ita clara sunt, vt nullum relinquant probabili dubitationi locum, scilicet, quia apertè probant, seruum proprium, cui testator sine libertate legatum inutiliter reliquit, facere partem col legatario, & sic impedire ius accrescendi,
10 † *quod etiam nostri illius loci authoritate moti passim tradiderunt, vti videre est apud glos. ibi, in verb. proprio. & ibi Bart. in prin. vers. dic ergo, Bald. vers. nec solum, Castr. num. 4. & alios veteres frequentius, gl. in §. si eadem, in verb. defecerit, Inst. de lega. Bart. in l. huiusmodi 86. § si Titio, & Meuio, vers. quintus & ibi Ias. num. 11. ff. de leg. primo, Bart. in l. quidam 6. § vlt. versic. Opp. quod etiam ff. de reb. dub. Crott. in d. l. re coniuncti, num. 69. vers. Primus, & ibi Polit. nu. 48. vers. Quantum pertinet, & Io. Gaud. nu. 55. Zaz. in sing. intell. cap. qui con. iure ff. fac. vel non fac. part. vers in 5. Anto. Fum. de coniun. cap. 3. num. 7. & cap. 13. num. 3. Forca. in Necyo. dial. 67. num. 8. Crass. in §. ius accrescendi q. 16. num. 2. Cuiac. in not. ad Paul. lib. 3. sent. tit. 6. §. communi*

Huius autem rei hanc nostri tradunt esse
11 rationem, quia † seruus, licet ad partem non admittatur inspecto rigore iuris ciuilis, vtpote, quo legatum in eius persona non consistit, *vt supra dictum est*, admittitur tamen inspecta æquitate, scilicet, quia hæredes non debẽt ita esse impij, *vt liberalitatem testatoris, & seruilis labores debita remuneratione defraudare conentur, & non derelictum, licet adhuc seruis constitutis donent*, vt ait Iustinianus *in d. l. fin §. illo videlicet C. de necess seru. hæred. inst.* Itaq; propter hoc non potest legatum censeri omnino inutile, cum ad illud vocetur seruus saltem iure æquitatis. *Ita ratiocinantur gl. in d. §. si coniunctim, in verb. proprio, & ibi Bartol. in prin. vers. dic ergo, Bald. in vers. Nec solum, Bart. in d. §. si Titio, & Meuio, vers. Quintus, & in d. l. quidam. 6. §. vlt. vers. Opp. quod etiam ff. de reb. dub. Ias. in d. l. planè 34. § si duobus, nu. 3. vers. Item aduerte, vbi ait, ita communiter dicere dd. Crott. in d. l. re coniuncti, num. 69. vers. ratio, & ibi Io. Gaud. num. 55. Zaz. in sing. intel. d. cap. qui con. iure ff. vel fac. vel non fac. part. vers. in 5. Crass. in d. §. ius accrescendi q. 16. num. 2. & nos etiam obiter retulimus in 5. cap. q. 32. num. 42. veram tamen eius loci sententiam in hunc locum differentes.*

Sed huic traditioni obstant duo, quæ vix possunt resolui, vnum est, quia, quod Vlpia-
12 nus ait, † eos, in quorum persona non constitit legatum, facere partem, stat per modum regulæ. Quod verò subijcit de seruo proprio, stat per modum exempli, ideoque non debet
13 regulam constringere † *l. damni infecti. 30. in fi. ff. de damn. inf.*

Nec est, quod respondeas, exempla, licet non restringant regulam, declarare tamen, in
14 in quibus terminis ea procedat, † *vt est doctr. gl. in l. 2. in verb. ob aliud ff. de priua. del. & scribunt Paul. Oria. in l. 1. in prin. num. 35. vers. in proposito ff. de off. eius. Polit. in d. l. re coniuncti, num. 31. Cagn. in l. 1. num. 12. ff. de iurisd. Men. cons. 2. nu. 206.* ideoque ab illo exemplo nos
15 intelligere, quod ibi Vlpianus ait, † etiam eos facere partem, in quorum persona non constitit legatum, procedere, si nõ constiterit inspecto rigore iuris, non etiã, si inspecta æquitate, aut alio iure, *secundum ea, quæ ex veteris sententia supra retulimus*, quia hoc posset pro-
16 cedere, † nisi talis declaratio regulã destrueret, prout eueniret in proposito nam, si Vlpiani dictum deberet intelligi de ijs tantum, qui aliquo iure possunt admitti, non etiam de alijs, effectu regula destrueretur, quia re vera pertineret ad eos, qui admittuntur, non etiã ad eos, qui non admittuntur, &, de quibus loquitur Vlpianus.

Alterum verò, quod obstat, est, quia constitutio, quæ vult hæredes non obstante rigore iuris ciuilis debere seruo præstare id, quod
17 ei testator reliquit, fuit † lata à Iustiniano *in d. l. vlt. §. illo videlicet*, ideoq: non potuit Vlpianus ad eam respexisse, *vt post Franc. Aret. scripserunt Ias. in d. l. huiusmodi. 86. §. si Titio, & Meuio, num. 11. vers. sed aduerte ff. de leg. prim. Crott. in d. l. re coniuncti, num. 69. vers. & licet, & ibi Polit. num. 48. vers. hanc tamen considerationem.*

Nec dicas, etiam Vlpiani tempore potuisse legatum sustineri, saltem pro modo alimẽtorum, cum in eam causam posset etiam seruus legari, & cogi hæredes ad eorum præstationem, non quidem iure actionis, sed officio
18 iudicis † *l. seruo alieno. 116. §. 1. ff. de leg. primo, l. seruus post. 16. ff. de ann. lega. l. seruos. 17. ff. de alim. lega. l. ex parte. 40. §. Sticho ff. fam. ercisc.*
19 quia hoc verum est, † si testator nominatim seruo reliquisset alimenta, aut cibaria, vel vestiaria, aut etiam annuum legatum, quod in se continet alimentorum causam *l. cum hi. 8. §. si in singulos ff. de trans.* Coeterùm, si simpliciter fundum, aut quid aliud seruo legasset, non poterat id in causam alimentorum relictum intelligi, nec per consequentias sustineri, etiam ex bono, & æquo. Præterea, licet in causam alimentorum potuisset intelligi relictum, non tamen ex hoc potuisset inferri, debuisse seruum facere coniuncto partem,

quia

quia seruus, cui fuissent reseruata alimenta, re vera non fuisset admissus ad partem legati, ideoq; non potuisset socio facere partem, sed tantum operari, vt accretio censeretur facta cum onere alimentorum, *secundum ea, quæ de spurio diximus in hoc cap. q. 26. num. 17.*

Hinc igitur alij secundo loco censent dispositionem §. *si coniunctim*, habuisse locum
20 olim, † quo tēpore pars, quæ pro non scripta habetur, non accrescebat coniuncto, sed remanebat in hæreditate *l. si duobus 16. in prin. & d. l. huiusmodi. 86. §. si Titio, & Meuio ff. de leg. primo, & ex eorum sententia nos retulimus in hoc cap. q. 22. nu. 21.* Sed hodie non procedere, quia ius antiquum fuit a Iustiniano correctū, ideoq; si testator legauerit Titio, & seruo proprio sine libertate, pars, quæ inutiliter seruo relicta intelligitur, ad Titium (secundū eos) per ius accrescendi pertinebit. *Ita scribunt Duar. lib. 1. de Iur. accr. cap. 18. & And. Fach. lib. 4. contro. cap. 97.*

21 Sed hæc opinio non est vera, † Primo, quia verius est, partem, quæ pro non scripta habetur, etiam olim coniuncto accrescere consueuisse *l. un. §. in primo C de cad. toll. & nos ostendimus in hoc cap. q. 22. num. 23.*

Secundo, quia Vlpianus *in d. §. si coniun-*
22 *ctim*, vult, † eos, in quorum persona legatum non constitit, eodem modo facere partē, quo faciunt ij, in quorū persona constitit, vt patet ex illis verbis. *Nec solum ij partem faciunt, in quorum persona constitit legatum, uerum ij quoq; in quorum persona nō constitit, ut puta, si Titio, & seruo proprio sine libertate.* Cum igitur illi, in quorum persona legatum constitit, non faciant partem ad exclusionem iuris accrescēdi, si postea contingat, eos non admitti, Consequens est, nec etiam facere debeant ij, in quorum persona non constitit legatum.

Tertio quia tantum abest, vt verum sit, in hoc differre ius antiquum a nouo, quod olim seruus proprius ius accrescendi excluserit, hodie verò non excludat, vt imo contra verum sit, olim non exclusisse, hodie verò excludere, secundum veterum sententiam, quæ
23 † inspecto iure nouo est verissima: Nā olim non exclusisse, patet ex eo, quia, cum legatū non constiterit, nec ad illud, aut hæres, iure legati, aut seruus aliquo iure potuerit admitti, *ut ostendimus supra nu. 2. & seqq.* Consequēs fuit, vt nihil fuerit impedimento, quominus totum legatum debuerit ad eum pertinere, in cuius persona constiterat: Si enim hoc dicitur, quoties relinquitur hæredi, aut seruo hæredis, *ut ostendimus in hoc cap. q. 29. num. 37. & q. 30. num. 3.* Cur non debuit dici; quoties relinquitur seruo proprio, cum, & hoc legatū ideo non constiterit, quod effectu videatur relictū seruo hæredis, vtpote, cuius futurus est ex causa hæreditaria, ita, vt, qui legat seruo proprio sine libertate, perinde sit habendus, ac, si seruo hæredis legatum reliquisset *i d. l. si socius. 89. ff. de hær. inst.* Quinimo (quod diligēter annotandum est) probatur hoc apertè *l.*
24 *Plautius 49. in prin. ff. ad leg. Falc.* vbi, † cum testator seruum proprium Titio legasset, & eidem seruo legasset fundum, scribit Paulus, *primum in seruo rationem legis Falcidię habendam, &, quota pars ex eo decederet, eam partem in fundo legato inutilem futuram.* Deinde subijcit ex sententia Cassij, *Quod, si seruo pars lege Falcidia decedat, incipere seruum fieri communem heredis, & legatarij: Communi autem seruo cum legatum sit, totum pertineret ad socium, quia in eam personam legatum consistere possit.* Itaq; licet testator legasset seruo proprio sine libertate & sic inutiliter pro ea parte, qua seruus hęredis erat futurus, nihilominus vult, illam partem socio accrescere, quod, & clarius confirmant hæc verba sequentia. *Cassij sententia utimur: nam, & Diuus Pius rescripsit, seruo cōmunis fideicommissum datum totum ad sociū pertinere.* At hodie non posse partem seruo datā coniuncto accrescere, vel ex eo conuincitur,
25 quia, † cum ex Iustiniani cōstitutione debeāt hæredes saltem ex æquitate legatum seruo præstare *d. l. ult. §. illo videlicet C. de necess. seru. hered. inst.* Consequens est, vt non teneantur illud præstare collegatario, quippe, qui non aliter iur habere intelligitur, quam, si pars alij data deficiat, *ut ostendimus in huius cap. prin. nu. 6. & seqq.* & deficere nō dicatur, quę aliquo iure capitur a coniuncto, *ut dicemus in hoc cap. q. 36. num. 2. & q. 38. num. 1. & seqq.*

Tertio igitur cēsent alij, Vlpianum loqui
26 † de legato damnationis, in quo certum est, partes olim initio fieri consueuisse, *ut ostendimus in 5. cap. q. 32. num. 24 & 25* Nam, quia in eo non poterat esse locus iuri accrescendi, *ut diximus in 6. cap. q. 20. num. 25.* ideo, si testator cōiunctim Titio, & seruo proprio sine libertate legasset, licet in persona serui legatum non consisteret, nihilominus is faciebat partem coniuncto, & sic impediebat ius accrescendi: Aliud verò seruabatur in legato vindicationis, quia, cum in eo partes non fierent initio, sed cōcursu, *ut diximus in eodem 5. cap. q. 32. num. 24. & 25.* & per consequentias vno deficiente pars eius alteri accresceret, *ut diximus in eodem 6. cap. q. 20 num. 24.* necessariò eueniebat, &, etsi seruo proprio sine libertate legatum esset relictum cōiunctim cum alio, pars, quæ inutiliter seruo data censebatur, accresceret socio, & hoc modo seruus non faceret partem. *Ita declarat Cuiac. in l. si duobus. 16. in prin. ff. de leg primo & in l. si post mortem. 10. §. liberi ff. de bon. poss. contr tab.*

Hinc inferunt, eiusce loci dispositionem
27 hodie non procedere, † *uti videre est apud Cuiac. in d. l. si duobus. 16. in prin. ff. de leg. pri. quod etiam tradiderunt ij, quos retulimus supra num. 20* quia, cum etiam in legato damnationis locum habeat ius accrescendi, *ut diximus in eodem 6 cap. q. 20. nu. 28.* Consequens est, vt, etiam si seruo proprio sine libertate, & Titio res coniunctim per damnationē relinquatur, nihilominus pars serui debeat Titio accrescere.

Verùm hæc sententia, licet in se vera sit, scilicet, quia certissimum est, in legato damnationis olim non habuisse locum ius accrescendi, & per consequentias, eum, qui nō admittebatur ad partē, nihilominus fecisse partem, siue legatum in eius persona constitisset, siue non constitisset, *ut sæpè dictum est*, tamen relata ad Vlpiani locum non potest aliquo
28 modo sustineri, † quia, si Vlpianus ibi tractaret de legato damnationis, sequeretur, in specie, quam proponit *in vers. sed, si in pupillari*, cum scilicet testator eandem rem duobus le-

gauit

ganit, vni in testamento suo, alteri verò in te-
stamenti filij, & sic disiunctim, nō debuisse le
gatarios facere partes concursu, sed vnum de-
buisse consequi rem, alterū verò æstimatio-
nem, vt in legato damnationis olim seruaba-
tur, *sicuti demonstrauimus in 5. cap. q. 12. nu. 37.*
Cū igitur scribat, eos concursu partes habere,
Consequens est, vt non possit censeri locutus
de legato damnationis, sed potiùs de legato
vindicationis.

Nec est, quod respondeas, Vlpianū initio
tractasse de legato damnationis, postea verò
29 coepisse loqui de legato vindicationis, † quia
hoc mihi videtur absurdissimum: Licet enim
non inficier, absurdum non esse, Iuris consul-
tum in eadem lege tractate de diuersis lega-
torum generibus, hoc tamen debet intelligi,
quando paragraphi sunt diuersi, ita, vt potue-
rint esse collecti ex diuersis eiusdem libri par-
tibus, *secundum ea, quæ diximus in hoc cap. q. 24.*
num. 47. Coeterùm, quando paragraphus est
vnus, & idem vix est, vt quisquam induci pos
sit ad credendum, Iurisconsultū mutasse spe-
ciem, & maximè *in d. §. si coniunctim*, vbi Vl-
pianus per modum continuationis subiecit
illa verba, *sed, si*, quę, licet denotent diuersita-
tem in iure, & facto, eam tamen denotant te-
30 tento eodem themate, seu materia, † *vt de-*
clarant Dec. in l. bonorum. 7. in secunda lect. nu.
26. C. qui admit. & in l. si donatione 13. num. 3.
C. de colla. Rub. in l. Gallus. 29. §. quidam rectè
num. 143. ff. de lib. & posth. Soc. Iun. cons. 83. nu.
15. & 16. & cons. 102. num. 14. vol. 1. Ceph. cons.
341. num. 27. & cons. 343. num. 7. Surd. cons. 315.
num. 2. Pereg. cons. 4. nu. 4. 19. & 21. vers. 2. vol. 2.
Itaq; si priùs esset locutus de legato damna-
tionis, sed coniunctim relicto, necessariò de-
beret intelligi de eodem legato dānationis,
sed relicto disiūctim *in vers. sed, si*, vt diuersitas
facti consistat in coniunctione, & disiunctio-
ne, iuris verò in faciendis partibus initio, vel
concursu, sed identitas materię in eodem ge-
nere legati.

Quamobrem, vt omissis *Polit. in d. l. re con-*
iuncti num. 48. vers. verum tamen, Ant. Fum. de
coniuncti cap. 3. num. 7. Steph. Forca. in Neyo.
dial. 67 nu. 8. Ant. Fab. lib. 6. coniunct. cap. 1. &
aliorum opinionibus ipse dicam, quod sen-
tio, puto locum Vlpiani aliter esse intelligē-
31 dū † quā, aut veteres, aut recētiores fuerint ar-
bitrati: Non enim (vt ipse censeo) loquitur
Vlpianus de illis partibus, quę fiunt ad totalē
iuris accrescendi exclusionem, *secundum ea,*
quæ diximus in hoc cap. q. 21. num. 6. & seq. sed
de illis, quæ fiunt quidem initio, sed non im-
pediunt ius accrescendi, si quis ex coniunctis
non capiat suam portionē. Quod, vt liquidò
constet, sciendum est, initiū, de quo loquitur
Vlpianus, non denotare tempus testamenti,
sed tempus mortis testatoris, quo scilicet dies
legati cedit, *vt ostendimus in 5. cap. q. 32. nu. 35.*
Itaq; dum ait, *si coniunctim res legetur, partes*
initio fieri, hoc significat, quoties eadem res
duobus relinquitur cōiunctim, puta Titio, &
Seio, partes fieri statim, atq; moritur testator,
& sic initio, quia dies in vtriusq; persona sta-
tim cedit, idq; procedere, non solum, si lega-
tum consistat in persona vtriusq; sed etiam, si
in persona vnius non consistat, vt, si Titio, &
seruo proprio sine libertate legatum sit Nā,
& hic initio facit partem, quia dies etiam in
eius persona statim cessisse intelligitur, quā-
quam inutiliter: Nec enim inualiditas lega-
ti, quæ in persona vnius ex legatarijs con-
sideratur, impedit, quominus dies etiā ei ces-
sisse intelligatur: Nam, &, cum legatur hære-
di, aut seruo hæredis, ideo legatum censetur
inutile, quia dies cedit ei, qui hæres est, & sibi
obligari nequit *§. an seruo, Inst. de legat.* sed
hoc non impedit quominus eius pars coniū-
cto accrescat *d. l. planè. 34. §. si duobus ff. de leg.*
primo, & nos ostendimus in hoc cap. q. 29. num.
37. & q. 30. num. 3. Cedit enim dies, & initio
partes fiunt, sed inutiliter, quia non potest hę-
res cōsequi partē sibi, aut seruo suo, vel seruo
testatoris relictam, propter concursum obli-
gationis, & emolumenti in eiusdem persona
contingentem, ideoq; pars illa, tamquā inu-
tiliter facta collegatario accrescit. Nec nouū
est, partem initio fieri, & nihilominus locum
habere ius accrescēdi, quod in persona vnius
legatum non consistat: Nam, &, cum legatur
Titio, & patri, aut domino hæredis, haud du-
biè partes initio fiunt, quia dies legati cedit
vtriq; *d. §. an seruo, vers. ex diuerso, Inst. de legat.*
& tamen, si filius, aut seruus iussu patris, aut
domini adierit hæreditatem, legatum in pa-
tris, aut domini persona non consistit *l. a filio.*
25. vers. igitur ff. de leg. primo, d. §. an seruo in fi.
ideoq; pars eius Titio accrescit, *vt ostendimus*
in q. praeced. nu. 5. & 13. Ergo, etiam is, in cuius
persona legatum non consistit, potest initio
facere partem, & non excludere ius accrescē-
di. Deniq; cū Vlpianus dicat, ita facere partē
eum, in cuius persona legatum non consistit,
vt is, in cuius persona consistit, & hic faciat
partem respectu cessionis, sed nō respectu iu-
ris accrescendi, quippe, quod non excludit, si
postea deficiat, Consequens est, vt nec ille cē-
seri possit ad iuris accrescendi exclusionem
partem fecisse. Itaq; licet Vlpianus dicat, ser-
uum proprium, cui sine libertate relictum est
legatum coniunctim cum Titio facere partē
initio, quamuis legatum in eius persona non
consistat, non tamen ex hoc sequitur, tunc tē-
poris ius accrescendi exclusisse, quia pars etiā
inutiliter relicta accrescebat *d. l. planè. 34. §. si*
duobus. Sed hodie, quia legatum in persona
serui nō est omnino inutile, magis est, vt pars,
tamquā non omnino defecta non possit col-
legatario accrescere, *secūdum ea, quæ supra di-*
ximus. Et his quidem casibus accrescit portio
quę initio non consistit, sed habetur pro non
scripta.

SVMMARIVM.

1 *Ius accrescendi locum habet in quasi caducis.*
2 *Portio dicitur deficere, & extinguitur relictum, si vocatus moriatur viuo testatore.*
3 *Ius accrescendi locum habet, quoties vnus ex vocatis moritur viuo testatore.*
4 *Portio hæreditatis accrescit cohæredi, si vnus moriatur viuo testatore.*
5 *Portio legati, vel fideicommissi accrescit coniūcto, si alter moriatur viuo testatore.*
6 *Portio donationis causa mortis accrescit coniuncto, si alter moriatur viuo testatore.*
7 *Ius accrescendi locum habet, si pars deficiat per mortem vnius ex vocatis.*

8 *Ius*

8 *Ius accrescendi locũ habet, si unus ex uocatis uiuo testatore fiat incapax, & cur, num. 9. Declara, ut num. 10.*

11 *Ius accrescendi locum habet, si in persona unius ex uocatis deficiat conditio uiuo testatore.*

An, & quando locum habeat ius accrescendi, si coniunctus deficiat viuo testatore.

Quæstio Trigesimatertia.

NVnc videamus, an, & quando accrescat, si consistat ab initio, sed ex post facto fiat quasi caduca, prout euenit, cũ vnus ex vocatis deficit viuo testatore; *sicuti ostẽdimus in hoc cap. q. 22. nu. 2.*
1 Et constat, regulariter accrescere † *l. un. §. pro secundo C. de cad. toll. l. cum ex filio. 39. §. ult. ff. de uulg. l. Lucius Titius 90. §. quisquis ff. de leg. 2. §. si eadem Inst. de legat. Et scribunt Ang. de Gambel. de testa. gl. 41. num. 1. uers. 2. præmittendum est, Ias. in l. planè. 34. §. si duobus, num. 3. & in l. huiusmodi. 86. §. si Titio, & Mœuio, num. 9. ff. de leg. primo, Cepoll. cautel. 58. in prin. Zaz. in suis sing. intel. cap. qui con. iure ff. uel fac. uel nõ fac. part. uers. In 4. Myns. in d. §. si eadem, num. 15. Inst. de legat.* per ea, quæ diximus *in hoc cap. q. 21. num. 24. & seqq.* Huius rei multa possunt exempla afferri.

Primum, si coniunctus viuo testatore moriatur: Nam, quia portio illi relicta deficit,
2 † & extinguitur relictum. *l. si Augusta. 59. ff. de leg. 2. l. un. §. &, cum triplici C. de cad. toll. l. siue inutile. 22. ff. de pecul. lega. l. 2. uers. at, si uiuente ff. de aur. & arg. leg. l. Titio usufructus 95. in prin. ff. de cond. & dem. Et scribunt Port. in d. §. si eadem, nu. 6. Inst. de legat. Did. Spin. in suo Specul. testa. gl. 9. num. 8.* propterea, quod ad hæredes non transmittitur, *ut ostẽdemus in hoc cap. q. 41.* ideo fit, vt in ea locum habeat ius accrescen-
3 di, † *ut generaliter scribunt Alex. cons. 109. num. 2 uolum. 2. Cagnol. in rub. C. quãd. nõ pet. part. n. 5. uersicul. et in primis. Zaz. in sing. intel. d. cap. qui con. iure ff. uel fac. uel non fac. part. uers. In 4.* Idq; procedit, siue tractemus de hæreditati-
4 bus † *d. l. cum ex filio. 39. §. ult. ff. de uulg. d. l. Lucius Titius. 90. §. quisquis ff. de leg. 2. Et scribunt Castr. in l. Gallus. 29. §. quidam rectè n. 3. uers. sed contra ff. de lib. et posth. Alex. cons. 162. num. 2. uers. et similiter, uol. 1. Corn. cons. 25. in fi. uol 1. Decia. cons. 83. num. 61. uersicul. quo uerò, uol. 4. Gomez. tom. 1. uaria. resol. cap. 10. num. 29. uers. 2. modo. Crass. in §. ius accrescendi q. 16. num. 11. Men. cons. 483. num. 2. Pereg. cons. 27. num. 11. uers. nam, siue dicamus, uol. 2.* siue de legatis, &
5 fideicommissis, † *d. l. un. §. pro secundo C. de cad. toll. d. §. si eadem, Inst. de legat. Et scribunt gl. in d. l. huiusmodi. 86. §. si Titio, et Mœuio, in uerb pars. ff. de leg. primo, Castr. in l. Mœuio 42. in prin. nu. 2. uers. In text. ibi ff. de leg. 2. Dec. cons. 662. num. 1. Ruin. cons. 28. num. 1. uol. 2. Cepoll. d. caut. 58. in prin. uers. & his casibus, Craß. in d. §. ius accrescendi q. 16. num. 11. Myns. in d. §. si eadem, num. 15. Inst. de legat. Did. Spin. in d. specul. testa. gl. 9. num. 8.* siue etiam de donatio
6 nibus causa mortis, † *ut scribũt Bald. in Auth. si quas ruinas, nu. 7. uers. 2. casu C. de sacros. Eccl. Ias. in d. l. re coniuncti, num. 251. Dec. d. cons. 662 num. 1. Ruin. d. cons. 88. num. 1. vol. 2.* Et in hi
7 terminis videtur posse intelligi † loci, in quibus simpliciter scribitur, partem accrescere si moriatur cohęres, *vt l. hæredes sine partibus. 63. l. si ita quis hęredes instituerit. 66. ff. de hæred. inst. l. cum ex filio. 39. §. quidam ff de vulg. l. si ex pluribus. 9. ff. de suis, & legit. l. veluti 4. ff. de bon. poss. & Castr. cons. 341. nu. 4. vol. 1. Purp. in l. vn. nu. 27. C. quand. non pet. par.* aut collegatarius, vel cõfideicõmissarius, *vt l. Mœuio 42. in prin. & ibi declarat Castr. num. 2. vers. In text. ibi ff. de leg. 2.* aut etiã moriatur ante diem legati, vel fideicõmmissi cedẽtem, *vt l. libertis. 4. in prin. vers. sed, & si decesserit ff. de alim. lega. gl. in l. si mihi, & Titio. 57. in prin. in verb. die cedẽte ff. de leg. 2. Castr. in l. si mihi, & tibi. 12. in prin. num. 1. & ibi Alex. num. 1. Ias. nu. 4. ff. de leg. primo, Donel. lib. 10. comm. cap. 23. versicul. Primùm in parte* quemadmodũ, & dicta illorum, qui scribunt, per mortem coniuncti portionem deficere, *vt Claud. Tut. in l. vn. nu. 38. C. quand. non pet. part.* aut deficere, si moriatur ante diem cedẽtem, *vt gl. in d. l. si mihi, & Titio. 57. in prin. in verb. die cedente ff. de leg. 2.* vt scilicet procedãt, si moriatur viuo testatore.

Secundum verò exemplum afferri potest, si coniunctus viuo testatore fiat incapax, *vt in specie l. sed, si conditioni. 6 §. solemus ff. de hęr. inst.* nam, quia, & ipse deficit, siue deficit portio illi relicta, ideo fit, vt in ea locum ha-
8 beat ius accrescendi. † *vt scribunt Bald. in l. si quis mihi bona. 25. § si quis planè, & ibi Alex. nu. 2. vers. In ea gl. ibi, & Ias. nu. 11. vers. In 3. part. ff. de acq. hæred. Zaz. in d. cap. qui con. iur. ff. vel fac. vel non fac. part. vers. In 4.* In quo quidem mihi videtur *Anto. Fum. de coniun. cap. 13. n. 5.* errasse, qui censuit, sufficere, si legatum ab initio consistat, vt coniunctus faciat partem, & excludat ius accrescendi, licet ex post facto nõ admittatur propter incapacitatem postea superuenientem, *ex l. si Titio. 7. ff. de leg. 2. quã ita intelligit*, quia verius est, coniuncti incapacitatem, siue initio existat, siue ex post facto superueniat, non excludere ius accrescendi, sed ei facere locum, *vt patet ex ijs, quæ diximus in hoc cap. q. 25. num. 3. & latius dicemus in q. 52.*
9 *per tot.* Nam, † cum incapax habeatur pro mortuo, *vt diximus in 6. cap. q. 6. nu. 6.* Consequens est, vt, quemadmodum partem non faceret legatarius, si postea decederet, *vt diximus supra num. 3. & seqq.* ita etiam facere nõ debeat, si postea fiat incapax. Quando autẽ viuo testatore deficiat portio propter superuenientem incapacitatem, si quæramus, res erit ex ijs terminanda, quæ dicemus *in*
10 *hoc cap. q. 52.* Nam, quibus casibus † portio iã vsque ab initio habetur pro non scripta, si tempore testamenti vocatus erat incapax, ijsdem censebitur ex post facto deficere, & fieri quasi caduca, si viuo testatore superueniat incapacitas, vt, si vocatus fiat seruus poenæ, vel deportetur, vel deducatur ad aliũ casum, qui reddat eum prorsus incapacem, *secundum ea, quæ latiùs ibi dicemus. Et ita in specie declarãt Bald. in d. l. si quis mihi bona. 25. §. si quis planè, & ibi Imol. nu. 2. vers. In gl. pro nõ scripto, Alex. num. 2. vers. In ea gl. ibi, Ias. num. 11. uers. In 3. parte ff. de acq. hæred.*

Tertium exemplum afferri potest, si con-

ditio, sub quã cõiunctus vocatus est, deficiat
11 viuo testatore: † *ut in specie l. qui concubinam.*
29.§.ult.ff.de leg. 3. Nam, quibus casibus por-
tio fit caduca, & coniuncto accrescit, si con-
ditio deficiat post mortem testatoris, *secundũ*
*ea, qua dicemus in q.seq.nu.*2. ijsdem fit caduca.
& similiter accrescit coniuncto, si deficiat
viuo testatore. Quamobrem, quæ ad hanc
speciem pertinere videbuntur, erunt ab ijs
petenda, quæ latiùs ibi dicemus. Et hæc de
quasi caducis.

SVMMARIVM.

1 *Ius accrescendi locum habet in caducis.*
2 *Ius accrescendi locum habet, si portio deficiat post mortem testatoris, sed ante emolumenti delationem.*
3 *Portio hæreditatis accrescit cohæredi, si deficiat conditio, sub qua facit relicta.*
4 *Portio legati accrescit coniuncto, si deficiat conditio, sub qua facit relicta.*
5 *Ius accrescendi locum habet etiam in cõtractibus, si deficiat conditio in persona vnius.*
6 *Portio non implentis conditionem accrescit coniuncto.*
7 *Hæreditas non transmittitur, si institutus pendẽte conditione decesserit.*
8 *Legata, & fideicommissa non transmittuntur, si legatarius, aut fideicommissarius moriatur pẽdente conditione.*
9 *Deficere dicitur legatum, quoties legatarius moritur pendente conditione.*
10 *Portio fit caduca, si vocatus moriatur pendente conditione.*
11 *Hæreditatis portio accrescit cohæredi, si alter moriatur pendente conditione institutionis.*
12 *Legati, vel fideicommissi portio accrescit coniuncto, si alter moriatur pendente conditione.*
13 *Portio deficit, & fit caduca, si vocatus post mortẽ testatoris, & ante emolumenti delationem fiat incapax.*
14 *Ius accrescẽdi locum habet, si vnus ex vocatis post mortem testatoris, sed ante emolumenti delationem fiat incapax.*

An, & quando locum habeat ius accrescendi, si coniunctus deficiat post mortem testatoris, sed ante emolumenti delationem.

Quæstio Trigesimaquarta.

SVperest, vt videamus de caducis, & dispiciamus, an, & quãdo locum habeat
ius accrescendi, si pars quę initio fuit
vtiliter relicta, deficiat post mortem testatoris, & ita fiat caduca, *secundum ea, qua diximus*
in hoc cap.q. 22.*num.*2. Et generaliter quidem
dicimus in caducis locum habere ius accre-
1 scendi † *l.vn.§. sin autem aliquid sub conditione*
C.de cad.toll.& scribũt Ang.de Gamb.de testam.
*gl.*41.*num.* 1.*vers.*2.*præmittendum est, Ias. in l.*
si duo patroni. 13.*in prin.num.*7.*ff.de iureiur.in*
*l.planè.*34 *§.si duobus, num.*3.*& in l.huiusmodi.*
86. *§.si Titio, & Mœuio, num.*7.*&* 9.*ff.de leg.*
*primo, Myns.in §.si eadem, nu.*16. *Inst.de legat.*
*Gratia, cap.*533. *discept.for.nu.*9.*Pereg.cons.*77.
*nu.*20.*vol.*5. quia lex Papia, quæ caduca fisco
deferebat, fuit Iustiniani constitutione sub-
lata *in l.vn.C.de cad.toll.*

Specialiter vero si quæramus, quibus casi-
bus hoc procedat, constat procedere, Primo,
si pars deficiat ante emolumenti delationem
2 † *d.l.vn. §. sin autem aliquid sub conditione C.de*
cad. toll. Cuius rei tria possunt exempla af-
ferri.

Primum in eo, qui conditione defectus est:
nam eius portio coeteris accrescit, siue tracte-
3 mus de hęreditatibus † *l.liber homo.* 59.*§.si ita*
scriptum ff.de hęred. inst.l. si res aliena. 52. *§.* 1.
*vers.sed, si fortè ff. ad Treb. l.hæc scriptura.*26.*§.*
vlt.ff.de cond. & dem. Et scribunt Castr.in l.ex-
traneum 9.*num.*1. *vers.sed secundum tertiam C.*
*de hęr.inst.Donell.lib.*10.*comm.cap.*23.*vers.Pri-*
mùm in parte, siue de legatis, & fideicommis-
4 sis † *d.l.vn. §. sin autem aliquid sub conditione C.*
*de cadu.toll.d.l.hęc scriptura.*26 *§ ult.& l.si sepa-*
ratim 30.*ff. de cond. & dem. l. idem, & si* 7.*§ si*
mihi ff. de usufr. accr. Et scribunt Curt. Iun.cõs.
14.*num.*5.*uers. tamen fundamentaliter, Crott.in*
d.l. re coniuncti, num. 75.*uers.tertia etiam ratio,*
*& ibi Rip.nu.*147. *Did. Spin.in suo Specul. testa.*
*gl.*9.*num.*8. *Donell. d.lib.* 10.*comm.cap.*23.*uers.*
Primùm in parte, siue etiam de contractibus,
& alij viuentium causis, quibus casibus in ijs
5 ius accrescendi locum habere potest, † *ut scri-*
bunt Soc.Sen.cons. 16.*num.*60.*uol.*4.*Carol.Tap.*
in rep.l.ult part. 1 *cap.*2.*num.*3. *ff.de const.prin.*
Idq; locum habet, non solum, si conditio sit
casualis, sed etiam, si potestatiua: nam portio
6 non implentis coniuncto accrescit † *l. si quis*
legata. 53. *§.ult. ff.de cond.& dem. l.si tibi, & ei.*
10. *ff.de leg.*3.*l. si res aliena.*52.*§.*1. *ff.ad Treb.l.*
paterfa. 44. *ff. de hæred. inst.gl. in l. hoc articulo.*
29.*in uerb.in tantum, uers.sed quid de alia ff.eod.*
Sed, an ita demùm, si saltem ipse conditionẽ
impleat, ex ijs erit statuendum, quæ diximus
in 6.*cap.q.*28.*num.*104.*uers.superest, & nu seqq.*
vbi docuimus, quando ius accrescendi locũ
habeat in onere conditionis implendę, & di-
cemus *in* 8.*cap.q.*16.*nu.*42. 53. *& seqq.* vbi de-
monstrabimus, quando pars cum onere con-
ditionis accrescat.

Secundum exemplum afferri potest in eo,
qui pendente conditione decessit: nam, quia
suam portionem non transmittit ad hęredes,
7 siue tractemus de hæreditatibus † *d.l.liber ho-*
mo. 59.*§.si ita scriptum, uers.sed si decesserit ff.de*
hæred. inst. siue de legatis, & fideicommissis
8 † *l. fideicommissa* 11.*§.sic fideicommissum, uers.*
*sed, & si ff.de leg.*3.*l.cum hęres.*4.*l. huiusmodi.*13.
l.si dies. 22. *in prin. & l.cum illud.*25. *in prin. ff.*
quand. dies leg.ced. eaq; ratione portio dicitur
9 deficere † *l.intercidit.*58. *ff.de cond.& dem.l Iu-*
lianus. 62. *ff. de leg.* 2. *Curt. Iun. cons.*83.*in fin.*
10 seu fieri caduca, † *ut scribunt Nat.cons.*68.*nu.*
5.*Men.cons.*1112.*num.*35. ideo fit, vt ea coniũ-
11 cto accrescat, puta cohæredi † *d. l. liber homo.*
59 *§.si ita scriptum, uers.sed, si decesserit ff.de hęr.*
inst. aut collegatario, vel fideicommissario
12 † *d.l.si separatim.* 30. *ff. de cond. & demon. d.l.*
vn. §.sin autem aliquid sub conditione C.de cad.
toll.Et scribunt Castr. in d.l.un.§.his ita definitis,
*num.*1.*C.de cad. toll.Alex.cons.*55.*num.*3.*uol.*2.
*Corn.cons.*200.*nu.* 2.*uol.*2.*Curt. Iun.d.cons.*83.
*in fi.Guidop. decis.*335.*num.*1.*Cepol. caut.*58 *in*
*prin.uers.& his casibus, Ceph.cons.*158.*num.*16.
Did.

Did. Spin. in suo Specu testam. d. gl. 9. nu. 8. Scben. cons. 1. nu. 6. uol. 1. Et in his etiam terminis accipi possunt loci, in quibus simpliciter scribitur, ius esse accrescendi, si coniunctus moriatur, *quos retulimus in q. praeced. nu. 7. ut declarat Castr. in l. Moenio. 42. in prin. nu. 2. uers. In text. ibi ff. de leg. 2.* Quamobrē dicimus, hoc ius habere locum, si legatarius, vel fideicōmissarius moriatur ante diem legati, vel fideicommissi cedentem, *ut patet ex locis, quos retulimus in d. q. praeced. nu. 7.* ideo, quia non transmittit, *ut ibi diximus num. 2.*

Tertium exemplū afferri potest in eo, qui post mortem testatoris, & ante emolumenti delationem factus est incapax, puta deductus est ad vnum ex ijs casibus, quos referemus *in hoc cap. q. 52.* Nam, quia etiam in hoc casu portio illi relicta censetur defecisse, & facta ca-
13 duca † *ut declarat Bald. in d. l. si quis mihi bona. 25. §. si quis planè, uers. deinde ex isto ff. de acq.*
14 *hered.* ideo fit, vt accrescat coniuncto, † siue tractemus de hereditatibus, siue de legatis, & fideicommissis, siue etiam de donationibus causa mortis, aut alijs quibusq; causis, in quibus ius accrescendi locum habere solet, *ut patet ex l. 3. §. fin. cum 2. ll. seqq. ff. de assign. lib.*

SVMMARIVM.

1 *Repudiata portio dicitur deficere.*
2 *Portio, quae repudiatur, fit caduca.*
3 *Repudiatione unius ex coniunctis fit locus iuri accrescendi.*
4 *Ius accrescendi in quibus causis locum habeat, si unus ex uocatis repudiet suam portionem.*
5 *Ius accrescendi locum habet, etiā propter repudiationem, quae retrotrahitur.*
6 *Repudiatio, etiamsi fiat per uerbum, renūtio, aut aliud simile, facit locum iuri accrescendi, Declara, ut num. 7.*
7 *Renuntiatio translatiua nō facit locum iuri accrescendi, & cur, num. 8.*
9 *Ius accrescendi locum habet, etiamsi portio non repudietur ab eo, cui principaliter fuit relicta, sed ab eo, in quem fuit translata.*
10 *Ius accrescendi competit etiam ei, qui uenit ex persona aliena, si portio repudietur.*
11 *Ius accrescendi locum habet in hereditatibus, si unus ex heredibus ante aditam moriatur, & cur, num. 12. Declara, ut, num. 16.*
13 *Portio hereditatis dicitur deficere, si unus ex heredibus ante aditam moriatur.*
14 *Caduca fit portio hereditatis, si unus ex heredibus ante aditam moriatur.*
15 *Bonorum possessionis portio accrescit alijs, si unus ex uocatis ante eius agnitionem moriatur.*
17 *Ius accrescendi non habet locum in legatis, & fideicommissis, si unus ex uocatis post diem cedētem moriatur, & num. 21. Licet nonnulli contrarium scripserint, num. 20.*
18 *Ius accrescendi locum habet, si legatarius, uel fideicommissarius post diem cedentē deficiat, Declara, ut num. 19.*
22 *Ius accrescendi locum habet, si unus ex heredibus ante aditam hereditatem fiat incapax, & cur, num. 23.*
24 *Ius accrescendi locum habet, si unus ex coniunctis excludatur tempore.*
25 *Exclusio, quae fit tempore, & quae repudiatione, parificantur.*
26 *Portio, a qua quis excluditur tempore, dicitur deficere.*
27 *Bonorū possessioni petendae, siue agnoscendae certū a Pratore tempus praefinitum est.*
28 *Ius accrescendi locum habet in bonorum possessione, si unus ex uocatis excludatur tempore.*
29 *Querela amittitur transacto quinquennio.*
30 *Ius accrescendi locum habet in querela, si unus ex uocatis ab ea excludatur tempore.*
31 *Ius accrescendi, quod in contractibus locum habere potest, procedit, etiamsi unus ex contrahentibus excludatur tempore.*
32 *Ius accrescendi locum habet, etiamsi unus ex uocatis a sua portione excludatur Iudicis sententia.*

An, & quando locum habeat ius accrescendi, si coniunctus deficiat post mortem testatoris, & emolumenti delationem.

Quæstio Trigesimaquinta.

Secundo verò, quod dicimus, in caducis locum habere ius accrescendi, procedit, etiāsi vnus ex vocatis deficiat post mortem testatoris, & emolumenti delationem. Exempla sint.

Primum, si deficiat repudiatione; Nam, cū vnus ex vocatis repudiat, dicitur eius pars
1 deficere † *l. si mihi, & Titio. 57. in prin. & l. si mihi pure 61. ff. de leg. 2. & §. si eadē Inst. de legat. Et scribunt Bart. in l. si in testamento. 5. num. 3. uers. & intelligas ff. de uulg. Port. in d. §. si eadem, num. 6 & ibi Myns. nu. 17. Inst. de legat. Claud. Tut. in l. un nu. 38. C. quand. non pet. pars. Duar. lib. 1. de iur. accr. cap. 21. Donel. lib. 7. comm. cap. 12. uers. Primùm ergo. Surd. cons. 529. num. 31.*
2 *uers. 3.* seu fieri caduca, † *ut scribunt Ias. in l. huiusmodi. 86. §. si Titio, & Moeuio, num. 7. ff. de leg. primo, Gomez. tom. 1. varia. resol. cap. 10. num 29. vers. Tertio modo.* Quamobrem con-
3 iuncto accrescit † *ut probāt loci, quos afferemus num. seqq. Et simpliciter scribunt Ang. in l. qui repudiātis. 17. in prin. vers. In text. ff. de inoff. test. Ias. in l. 1. in prin. uers. In text. ibi C. de testa. mil. Fabia. in Auth. nouissima, num. 121. vers. 3. & ultimo C. de inoff. testa. Cagn. in rub. C. quand. nō pet. part. nu. 5. vers. & in primis. Men. cons. 376. num. 32.* Idq; generaliter procedit in omnibus causis, in quibus ius accrescendi locum
4 habere solet, † puta in hæreditatibus *l. item, quod Sabinus. 17. §. 1. ff. de hered. inst. l. cum patroni 28. l. si Titio. 63. §. ult. & l. cum pater. 79. §. cum pater ff. de leg. 2. l. si ex pluribus. 9. ff. de suis, & legit. l. si res aliena. 52. §. 1. versicul. sed, si fortè ff. ad Trebell. l. testamento. 6. C. de impu. & al. subst. l. 2. §. si duo ff. de bon. poss. sec. tab. l. 1. §. si nemo ff. ad Tert. l. libertus. 20. §. si libertus, & l. patronum. 44. §. fin. ff. de bon. lib. Vlpia. tit. 17. Inst. Paul. lib. 4. sent. tit. 8. §. ult. Et scribūt Bart. in. d. l. si in testamento. 5. num. 3. vers. & intelligas ff. de vulg. Castr. in l. 1 num. 3. & ibi Ias. in prin. versicul. In text. ibi C. de testa. mil. Castr. in l. 1. §. si ex fundo num. 3. & ibi Imol. nu. 82. ff. de hered. inst. Castr. cons. 56. num. 2. vol. 1. Ias. in l. cum quidam 19. nu. 8. ff. de lib. & posth. Gomez. d. tom. 1. varia. resol. cap. 10. num. 29. vers. 3. modo,*

do, Donel.lib. 10.comm.cap.23.versicul. Primùm in parte, Surd.cons.439.num.19.& d.cons.529. num.31.vers.3.Gratia.cap.104.discep for. num. 50. Costa. de portio. rat. q. 135. numer. 14. vel bonorum possessionibus. l. vn. C. quand. non pet.part.l.veluti.4.ff. de bon.poss.l.1.§. si quis ex nepotibus ff. de coniung. cum eman. liber. d.l.2.§. si duo ff. de bon.poss.sec. tab. l. si eo hæredi 4. in prin. ff. quis ord. in bon. poss. seru. Et scribunt Ciu. in d.l.vn.num.8.& ibi Purp.num. 14.in fin. & num.27.C.quand.non pet.part. Ant.Gou. de iur.accr. num. 23. In querela. l. qui repudiātis. 17.in priu. & l. si ponas.23.§.vlt.ff.de inoff. & per consequentias etiam in legitima, vt diximus in 6. cap.q.8.num. 46. In assignatione libertorum. l. 3.§.fin.cum 2.ll.seqq. ff. de assig. lib. Et in legatis, ac fideicommissis. l. si dominus. 17.§. 1.& l.Titio,& Seio.34.ff. ad l. Aquil.l.1.§. interdum ff. de vsufr. accr. l. si duobus. 41.& l. si mihi purè 61. ff. de leg.2.d.l. patronum.44.§.fin. ff. de bon. lib. d. §.si eadem. Inst. de legat. Et scribunt gl.in d.l.huiusmodi. 86. §. si Titio, & Moeuio, in verb. pars,& ibi Ias.num. 7. ff. de leg.pri. Castr. in l.vn.§.his ita definitis num.1. C. de cad. toll. & in l. si mihi,& tibi. 12. in prin. num. 3. ff. de leg.prim. Gomez.d.tom.2.varia. resol.cap. 10. num. 38.Donel d.lib. 10.commen.cap.23.versicul. Primū in parte, Costa de port.rat. d.q. 135.n.14. Nec est contrarium, quod in ijs pars etiam ignorantibus acquiratur l.cum pater.79.§.surdo ff. de leg.2.quia, cum talis acquisitio fiat renocabiliter, vt ostendemus in 8.cap.q.4. num.7. ideo secuta repudiatione perinde habetur, ac, si nunquam fuisset facta l. si tibi homo. 88. §. cum seruus ff. de leg. prim Quamobrem dicimus, locum habere ius accrescendi, etiam, proper repudiationem, quæ retrotrahitur,
5 † vti videre est apud Dec.in d.l.un.in 2.lect.num. 42.& ibi Claud.Tut.num.82.C. quand. non pet. part. Hæc autem adeo vera sunt, vt procedant.

Primo, siue repudiatio fiat per verbum, repudio, siue etiam per verbum, renuntio, aut
6 aliud simile, † dummodo renuntiatio sit priuatiua, vt in specie l.vlt.C. de legit.hæred. In quibus terminis loquitur Pereg.cons.24. n.37.vol.1. Nam, si esset translatiua, non faceret locum
7 iuri accrescendi, † vt ostendimus in 5.cap.q.48. num.15.& seqq. & in cap.6.q.7.num.14.& 15.
8 & q.14.num.24.& seq. scilicet, quia † talis renuntiatio transferret in alium iura renuntiātis, ideoque excluderet ius accrescendi, quia, qui per alium admittitur ad partem, facit partem, vt dicemus in q.seq.num.6.& q.40.num.1.

Secundo procedunt, siue repudiatio fiat ab eo, cui principaliter res fuit relicta, siue ab
9 alio, in quem fuerit translata: † Nam, si transmissarius repudiet portionem hæreditatis, aut legati, vel fideicommissi ad se transmissam, locus erit iuri accrescendi, vt ostendemus in hoc cap.q.41. Idem est, &, si pater repudiet portionem delatam filio, vt dicemus in q. 42. vel dominus repudiet partem delatam seruo, vt dicemus in q. 43. vel monasterium repudiet partē delatam monaco, vt dicemus in q.44.

Tertio procedunt, non solum, si ius accrescēdi competat alicui ex persona propria, sed
10 etiam, si ex persona aliena. † Itaque, si mihi, & Titio res eadem legetur, & post diem legati cedentem Titius decesserit me hærede relicto, potero ex mea causa repudiare, & facere locum iuri accrescendi, quod mihi competit ex persona Titij l. si mihi & tibi. 12. in prin. ff. de leg. prim. Et simili modo, si mihi, & seruo meo res eadem legetur, & partem meam repudiem, consequar eam per ius accrescendi ex persona serui, l. si mihi purè. 61. ff. de leg. 2. Denique, si duobus seruis meis res eadem legetur, potero ex persona vnius repudiare, & ex persona alterius totum cōsequi l. si duobus. 41.& d.l si mihi purè.61.in fin. ff. de leg. 2.

Secundum sit exemplum, si vnus ex hæredibus post mortem testatoris, & delatam, sed non aditam hæreditatem moriatur: nam, &
11 hic faciet iuri accrescendi locum † l. si ex pluribus. 9. ff. de suis, & legit. l. si ita quis hæredes instituerit. 66. ff. de hæred.inst. l. 2. C. ad Orphitia.§.vlt.Inst. eod. Et scribunt Castrens.cons. 56. num.2.vol.1. Rui.cons.48.nu.5. vol.3. Gomez. d.tom.1.varia.resol. cap.10.nu.29.vers. 3.modo,
12 Gratia.cap. 104.discep forens.num.50.quia, † cū hæreditatis partem sibi delatam non transmittat ad hæredes l. vn. §. in nouissimo C. de cad.toll. eaque ratione dicatur illa portio de-
13 ficere † vti videre est apud Donel.lib.7.comm.cap.
14 12.vers primum ergo, seu fieri caduca, † vt scribunt Gomez.d.cap.10.num. 29. vers. 3. modo, & Crass.in §.ius accrescendi q.16.num. 10. Consequens est, vt debeat cohæredi accrescere, ex d. l.vn.§. his ita definitis C.de cad. toll. & ijs, quæ diximus in 6.cap.q. 1. num. 1. & seqq. & in hoc cap.q.21.num.24.& seqq. Et in his etiam terminis accipi possunt loci, in quibus simpliciter scribitur, partem hæreditatis accrescere, si hæres deficiat morte, quos retulimus in hoc cap. q. 33. num.7. vt scilicet procedant, etiam in moriente post delatam, sed nondum aditam hæreditatem. Idem est, & in parte bonorum possessionis delata ei, qui ante agnitionem
15 decessit: nam, & ea cęteris accrescit † d.l.veluti.4.ff.de bon. poss. Et scribunt Cin in d.l.vn.nu. 8.C. quand.non pet.part. Ant. Gou. de iur. accr. num.23. Sed hæc ita intelligenda sunt, vt pro-
16 cedant, † nisi essemus in casibus, in quibus hęreditas non adita transmittitur, puta ex beneficio iuris deliberādi, vel ex beneficio l.vn.C. de his, qui ant.aper. tab. aut id genus alijs casibus: Nam tunc non posset habere locum ius accrescendi, vt ostendemus in hoc cap. q. 41. num. 25. & seqq. quia ius transmissionis est iure accrescendi potentius, vt dicemus ibi num.6.

Planè, si tractemus de legatis, & fideicommissis, aut id genus alijs causis, quæ non extinguuntur morte, magis est, vt cesset ius accrescendi, etiamsi coniunctus ante agnitio-
17 nem moriatur, † quia, cum transmittat suam portionem ad hæredes, Consequens est, vt ius accrescendi locum habere nequeat, sicuti latè ostēdemus in d.q.41. in 5.casu, Et in specie declarat Castr. in l. Moeuio.42.in prin.num.2.vers. In text.ibi ff.de leg.2.

Hinc intelligimus, quod vulgò dici solet, locum esse iuri accrescendi, si legatarius, vel fideicommissarius deficiat post diem legati,
18 vel fideicommissi cedentem, † vti videre est in l. si mihi,& tibi. 12.in prin. & ibi Bald.Castr. & Alex. ff.de leg.primo, Ias.in d l huiusmodi.86. §. si Titio, & Moeuio, num.7. ff. eod. esse intel-
19 ligendum, † si deficiat repudiando, quia, si mo-

moriendo, transmitteret, nō verò faceret iuri
accrescendi locum, *vt ostendemus in d. q. 41. in
5. casu.*

Hinc etiā intelligimus, locos, in quibus sim
pliciter scribitur, ius esse accrescendi, si lega-
tarius moriatur, *quos retulimus in hoc cap. q. 33.
num. 7.* esse intelligendos, si moriatur ante,
quam dies legati cedat, puta, vivo testatore,
vel pendente Cōditione, *secundū ea, quæ dixi-
mus in eadē q. 33. n. 5. & q. 34. n. 12.* Nam, si post
cessionem, locus esset transmissioni, non iuri
accrescendi, *vt supra dictum est, Et in specie de-
clarat Castr. in d. l. Mortuo. 42. in prin. nu. 2. vers.
In text. ibi ff. de leg. 2.*

Deniq; ex hoc intelligimus, errasse eos, qui
scripserunt, fieri locum iuri accrescendi, si le-
gatarius post diem legati cedentē moriatur,
20 † *vt Crass. in d. §. ius accrescendi, q. 16. num. 10.*
quia certum est, fieri locū trāsmissioni, ideoq;
ius accrescendi cessare, *secundum ea quæ supra
diximus*, nisi tractemus de vsufructu, qui non
transmittitur ad hæredes: nam tunc verum
esset per mortem coniuncti fieri locum iuri
21 accrescendi † *l. si mulieri. 9. ff. de vsufr. accr.*

Tertium exemplum sit, si vnus ex hæredi-
bus post delatam, sed ante aditam hęreditatē,
non moriatur, sed fiat incapax, puta deduca-
tur ad vnum ex ijs casibus, quos referemus *in
hoc cap. q. 52.* Nam, & is faciet locū iuri accre-
22 scendi † *vt constat ex Vlp. tit. 17. Inst. & ibi etiā
scribit Cuiac. in not. Et in specie declarant gl. in l.
si quis mihi bona. 25. si quis planè in verb. pro
non scripto, & ibi Bald. Castr. Imol. & Alex. ff.*
23 *de acq. hered.* quia, † cum ius adeundi non trā-
mittat in eos, ad quos bona ipsius transfe-
runtur, Consequens est, vt portio illi delata,
quasi caduca debeat alijs cohæredibus accre-
scere.

Quartum sit exemplum, si vnus ex coniū-
ctis a sua portione excludatur tempore: Nā,
24 & tunc locum habebit ius accrescendi † *d. l.
veluti. 4. ff. de bon. poss. §. cum igitur, Inst. eod. l. si
ponas. 23. §. vlt ff. de inoff. Et scribunt Cagn. in
rub. C. quand. non pet. part. nu. 5. vers. Et in pri-
mis, Claud. Tut. in l. vn. num. 38. C. eod.* Parificā-
tur enim exclusio, quæ fit tempore, & quæ re-
25 pudiatione † *d. l. si ponas. 23. §. vlt. & ibi not.
Ang. ff de inoff.* scilicet, quia per exclusionem,
quæ fit tempore, dicitur etiam portio, siue
26 coniunctus deficere, † *vt scribunt Mynf. in
d. §. si eaudem, num. 17. Inst. de legat. & Donell.
d. lib. 7. comm. cap. 12. vers. Primùm ergo.* Idq;
procedit

Primo in bonorum possessionibus, vtpote,
quibus agnoscēdis certum a prætore tempus
27 præfinitum est † *l. 1. §. 1. ff. de success. ed. §. cum
igitur, Inst. de bon. poss. & tot. tit. C. qui adm. bon.
poss. possint, & intra quod tempus.* Nam, si duo-
bus aut pluribus ad eandem bonorum posses-
sionem vocatis vnus ab ea excludatur tem-
pore, puta, quia sit passus labi annum, si sit de
liberis, vel parentibus, vel centum dies, si de
cæteris, portio illius accrescet alijs, qui intra
28 tempus agnouerūt † *d. l. veluti. 4. ff. de bon. poss.
d. §. cum igitur, Inst. eod. Et scribunt Cin. in d. l.
vn. num. 8. & ibi Purp. nu. 27. C. quand. non pet.
part.*

Secundo procedit etiam in querela: Nam,
& ei proponendę certum tempus pręfinitum
29 est, nempe quinquēnium † *l. Papinianus. 8. §.
si conditioni ff. de inoff. test. l. contra maiores 16. l.
si quis filium. 34. in fi. & l. scimus 36. §. illud C.
eod. l. 2. C. in quib. caus. in int. rest. non est necess.*
Ideoq; si vnus ex duobus, aut pluribus ad eā-
dem querelam vocatis vnus ab ea excludatur
tempore, cœteri, qui intra tempus querelam
instituerunt, poterunt insolidum experiri, &
ita portio exclusi accrescet cęteris non exclu
30 sis † *d. l. si ponas. 23. §. vlt. ff de inoff. test.*

Tertio procedit, etiam in cōtractibus, qui-
bus casibus ius accrescendi recipiunt: nam, si
vnus ex coniunctis a sua portione exclu da-
31 tur tempore, ea cęteris accrescet, † *vt scribit
Boer. decis. 253. in fi.* Itaq; si ex duobus agnatis
ad idem feudum vocatis vnus intra tempus
petat inuestituram, alter verò non petat, &
ita a iure petendi excludatur, eius portio ac-
crescet alteri, si feudum sit eius naturę, vt ius
accrescendi recipiat, *vt diximus in 6. cap. q. 37.
num. 53.*

Quintum, & vltimum exemplum sit, si cō-
iunctus a sua portione excludatur Iudicis sē-
tentia: nam, & eo casu locum habebit ius ac-
32 crescendi, † *vt videre est apud Cin. in d. l. vn. nu.
8. vers. Item dicunt, & ibi Purp nu. 27. C. quand.
non pet. part. Sed hac de re latè dicemus in hoc cap.
q. 38.* Et hæc de causa, propter quā portio po-
test deficere, vt faciat locū iuri accrescendi.

SVMMARIVM.

1 *Ius accrescendi, vt habeat locum, requiritur, vt
pars sit omnino defecta.*
2 *Ius accrescendi non habet locum, nisi in parte om-
nino, siue in totum defecta.*
3 *Ius accrescendi locum habet, si pars omnino de-
ficiat.*
4 *Ius accrescendi non habet locū, si pars nō omnino
deficiat.*
5 *Partem non facit, qui non admittitur ad partem,
nec admitti speratur aliquo iure actionis, re-
tentionis, uel alterius æquitatis per se, uel per
alium.*
6 *Partem facit, qui ad partem admittitur, aut ad-
mitti speratur aliquo iure actionis, retentio-
nis, uel alterius æquitatis per se, uel per alium.*

Quomodo pars debeat deficere, vt locum habeat ius accrescendi.

Quæstio Trigesimasexta.

NVnc videamus de modo, & dispiciamus, qualiter pars debeat deficere,
vt locum habeat ius accrescēdi. Cō-
stat autem debere deficere omni-
no, siue in totum, & hoc esse vnum ex requi-
1 sitis iuris accrescendi, † *ut scribunt Ias. in l. un.
num. 26. & ibi Cagn. num. 57. Io. Guter. nu. 40.
& Claud. Tut. nu. 39. uers. quartum C. quan. non
pet. part. Ias. in l. si duobus 16. in prin num. 2. ff.
de leg. primo, Rip. in l. 1. num. 180. ff. de uulg. &
in d. l. re coniuncti num. 125. Ruin cons. 206. nu.
22. uers. Pręterea, uol. 2. Io. Guter. in l. nemo potest
58. num. 465. ff. de leg. primo, Gabr. cons. 135. nu.
8. uol. 2. Baldui. in §. si eadem, num. 17. & ibi
Mynf. num. 17. in uerb. defecerit, Inst de legat.*
Quamobrem dicimus, hoc ius non habere

locum, nisi in parte omnimodo, & prorsus
2 siue in totum defecta, † *uti uidere est apud Bald, in l. huiusmodi. 86. §. si Titio, & Moeuio, in primo not. & ibi Castr. in fi. & Alex. in fi. ff. de leg. primo, Castr. in l. planè. 34. § si coniunctim, num. 3. & 4. ff. eod. & cons. 52. num. 2. uol. 1. Ang. de Gamb, de testam gl. 42. num. 3. uers. & tene menti. Ias. in d. l. un. num. 28. C. quand. non pet. part. in l. hac consultissima 21. §. ex imperfecto, num. 21. C. de testam. in l. 1. num. 17. uers. 4. ff. de cond. ind. & in l. si duobus. 16. in prin. num. 2. ff. de leg. primo, Ruin. cons. 206. nu. 22. uers. Preterea, uol. 2. Purp. cons. 104 num. 5. Gabr. cons. 15. nu. 21. uol. 1. & cons. 92. num. 3. uol. 2. Capy. decis. 158. num. 2. Pereg. de fideic. artic. 38. nu. 10. Baldum. in §. si eadem, num. 17. Inst. de legat. & in §. ult. nu. 21. Inst. de Offic. Grassa. cap. 178. discep. for. num. 11.* seu (quod idem est) habere locum, si
3 pars omnimodo deficiat, † *ut scribunt Bart. in l. si Titio. 7. uers. tu dic ff. de leg. 2. Castr. in l. un. §. in primo, nu. 5. C. de cad. toll. Claud. Tut. in d. l. un. num. 38. uers. ego autem C. quand. non pet. part. Et est de mente Brun. in tract. de diminut. concl. 6. num. 34. dicentis, partem accrescere, si persona deficientis perfectè excludatur*, & contra, si nō ita
4 deficiat, non habere locū, † *ut tradunt Alcia. in d. l. re coniuncti, num. 53. Romul. in d. l. nemo potest 58. num. 78. ff. de leg. primo, Gabr. d. cons. 135. num. 32. uol. 2.*

Quadrupliciter autē debet esse totalis defectus, vt iuri accrescendi locus esse possit, Primo ratione spei, ita, vt coniunctus, nec admittatur ad partem, nec admitti speretur. Secundo ratione iuris, vt scilicet nullò iure admittatur, aut admitti speretur. Tertio ratione rei, vt nempe a tota parte excludatur, & re, & spe. Quarto demum ratione personarum, vt scilicet, neq; per se, neq; per aliū admittatur, aut admitti speretur. Quam in rem nostri cōmuniter duas in materia iuris accrescendi nobis tradiderunt regulas generales, vnā negatiuam, alteram verò affirmatiuam, quibus hęc omnia requisita continentur. Negatiua regula hæc est. Qui non admittitur ad partē, nec admitti speratur aliquo iure actionis, retentionis, vel alterius ęquitatis per se, vel per
5 alium, non facit partem, † *uti uidere est apud Bart. in d. l. huiusmodi. 86. §. si Titio, et Moeuio, num. 1. et ibi Ang. et Castr. num. 3. uers. Dic ergo, Ias. nu. 7. ff. de leg. primo, Ang. in l. si duobus 16. in prin. ff. de leg primo, in d. l. un. §. in primo num. 3. uers. in fi. eiusdē C. de cad. toll. in l. Papinianus. 8. §. quoniam, num. 1. ff. de inoff. et cons. 295. nu. 3. Imol. in l. si Titio 7. in fi. ff. de leg. 2. Cagn. in d. l. un. nu. 57. C. quand. non pet. part. Guidop. decis. 293. num. 1. Mantic. de coniect. ult. uol. lib. 10. tit. 3. num. 22. Pereg. de fideic. artic. 38. num. 3.* Affirmatiua verò est. Qui admittitur ad partem, aut admitti speratur aliquo ex supradictis
6 modis, facit partem † *Ita scribunt Bart. in d. l. huiusmodi 86. §. si Titio, et Moeuio, num. 1. uers. secunda, et ibi Ang. et Castr. num. 3. uers. Dic ergo, Ias. nu. 10. ff. de leg. primo, Ang in d. l. un. §. in primo, num. 3. uers. in fin. eiusdem C de cad. toll. in d. l. si duobus. 16. in prin. ff. de leg. primo, et in d. l. Papinianus. 8. §. quoniam, num. 1. ff. de inoff. Mantic. d. lib. 10. tit. 3. num. 22.* Quę, qualiter accipienda sint, si quæramus, necessariò nobis erit de singulis illis deficiendi modis separatim dispiciendum: Ita enim intelligemus, quando pars dicatur omnimodo deficere, & per consequentias, quando ius accrescendi locum habere possit.

SVMMARIVM.

1 *Ius accrescendi, vt locum habeat, requiritur, vt coniunctus, neq; admittatur ad partē, nec admitti speretur.*
2 *Ius accrescendi locum habet, si coniunctus, nec admittatur ad partem, nec admitti speretur.*
3 *Partem non facit, qui ad partem non admittitur, nec admitti speratur.*
4 *Ius accrescendi locum non habet, si coniunctus ad partem speretur admitti, & cur, num. 8. & seqq.*
5 *Partem interim facit, qui ad partem speratur admitti, & cur, nu. 8. & seqq. Declara, vt nu. 34.*
6 *Coniunctus, qui ad partem speratur admitti, impedit, ne socius interim totum petere possit.*
7 *Ius accrescendi impeditur propter solam spem, & potentiam admissionis. Declara, vt num. 79.*
7 *Substitutio cessat, quandiu spes est, institutū posse admitti.*
11 *Deficere pars non censetur, quandiu socius ad eā speratur admitti.*
12 *Partem facit in hereditatibus, qui ad partē speratur admitti.*
13 *Partem facit in bonorum possessionibus, qui ad partem speratur admitti.*
14 *Partem facit in legatis, & fideicommissis, qui ad partem speratur admitti.*
15 *Partem facit in querela, qui ad partem speratur admitti, & num. 16.*
17 *Partem non facit is, qui ad partem speratur admitti, quoties coniunctus venit per ius non decrescendi.*
18 *Hæres, qui partes habet, non potest petere, nisi partem suam quandiu cœteri possunt admitti, & cur, num. 20. Declara, ut num. 24. & seqq.*
19 *Hæres uocatus ad partem hereditatis, si totum petat, dum alij possunt admitti, repellitur, & debet succumbere, & cur, num. 20.*
21 *Heredi non accrescit pars aliorum, quandiu illi deliberant.*
22 *Heredes, qui propter ignorantiam, uel absentiam non adeunt hereditatem, faciunt partem adeunti.*
23 *Heredem posse adire sufficit, ut faciat coheredi partem.*
30 *Legatarius, uel fideicommissarius coniunctus uerbis tantum, etiamsi non petat, nihilominus interim facit alij partem, & cur, num. 33.*
31 *Legatarius, uel fideicommissarius coniunctus uerbis tantum, si petat totum, quandiu socius admitti potest, exceptione repellitur.*
32 *Libellus, in quo totum petitur a fideicommissario coniuncto uerbis tantum, censetur ineptus.*
35 *Fideicommissarius uerbis tantum coniunctus potest cogere heredem, ut adeat, & restituat totam hereditatem, donec alij nō petunt, & cur, nu. 36.*
37 *Legatarius, uel fideicommissarius re tantum coniunctus non potest petere, nisi partem, quandiu socius purè uocatus admitti potest, & cur, num. 38. & seqq. Sed contra num. 47. & cur, nu. 53. Declara, ut num. 54. & seqq. & num. 74.*
38 *Coniuncti re, si omnes concurrant, non possunt consequi, nisi partem.*
39 *Concursus legatariorum, atq; fideicōmissariorū fit ipso iure, Declara, vt nu. 54. & seqq.*

40 Con.

40 *Concurrere dicuntur legatarij, & fideicommissarij statim, atq; dies legati, vel fideicommissi cedit, Declara, vt num. 54. & seqq.*

41 *Actio personalis supponit obligationem praecedentem.*

42 *Dominium rei legatę, vel per fideicommissum relictæ non transit insolidum in quemlibet ex re coniunctis, & num. 61. & cur, num. 43. Declara, vt num 60.*

46 *Legatarius, vel fideicommissarius re coniunctus ita demum potest petere totam rem, si transactus sit terminus ad eius instantiam assignatus socio ad agnoscendum, vel respuendum legatum, Sed contra num. 51.*

48 *Declaratur l. vn. §. vbi autem legatarij, vers. sin vero non omnes C. de cad. toll. & num. seqq. & num. 87.*

52 *Declaratur l. si Fortidianum. 7. C. de legat.*

62 *Dominium rei legatæ coniunctim re non transit in aliquem ex legatarijs insolidum, sed fit praeoccupantis, & primo venientis.*

63 *Dominium rei legatæ duobus ita, vt quilibet eam debeat habere insolidum, non transit in vtrūq; legatarium insolidum, sed fit praeoccupantis.*

64 *Legatum acquiritur ipso iure, etiam ignoranti, Declara, vt num. 65. & seqq.*

68 *Legatum quotupliciter dicatur acquiri, & n. seqq.*

69 *Dominium rei legatæ cuius fuisse intelligatur, pēdet a futuro euentu.*

70 *Dominium rei legatæ ante agnitionem, vel repudiationem stat in suspenso.*

71 *Dominium dicitur esse in suspenso, quoties eius acquisitio pendet a futuro euentu.*

72 *Res dicitur stare in suspenso, quoties eius determinatio pendet a futuro euentu.*

75 *Legatarius, aut fideicommissarius, qui venit ad legatum, vel fideicōmissum postea, quam socius praeoccupando obtinuit totum, debet rem petere a socio, non autem ab herede, Declara, vt num. 76. & seqq.*

77 *Resoluta acquisitione perinde habetur, ac, si numquam fuisset facta.*

80 *Legatarius, vel fideicommissarius coniunctus re, & verbis potest petere totum, dum alius non petit ex communi, & cur, num. 81. Licet de iure contrarium videatur verius, vt num. 84.*

82 *Legatarij, vel fideicommissarij coniuncti re, & verbis differunt a coniunctis verbis tantum in facultate petendi totam rem, dum socius non petit. & cur, num. 83.*

85 *Declaratur l. si tamen. 25. ff. de leg. 2.*

86 *Declaratur l. si duobus. 16. §. vlt. ff. de leg. primo.*

87 *Declaratur l. vnic. §. vbi autem legatarij vers. si vero pars quaedam C. de cad. toll.*

88 *Heres, si vnus institutus sit purè, alius verò sub conditione, purè institutus nō potest petere, nisi partem, & cur, num. 89. & seqq. Declara, vt nu. 96. & seqq.* (124.

90 *Declaratur l. verbis ciuilibus. 7 ff. de vulg. & nu.*

93 *Declaratur l. liber homo 59. §. si ita scriptum ff. de hered. inst.*

95 *Heres purè institutus potest petere totam hereditatem, quandiu pendet cōditio; sub qua coheres vocatus est, Declara, vt num. 96. & seqq.*

98 *Heres ex parte institutus non potest petere totū, dū alterius cōditio pēdet, etiāsi sit coniūctus verbis.*

99 *Institutio nasciturorum censetur facta sub tacita conditione, si nascentur.*

100 *Instituti, si fuerint nati, & nascituri aequis partibus, nati nō possunt interim petere, nisi partem, Quam autem declara vt num. 102.*

101 *Posthumi, siue nascituri, quandiu sperantur, faciunt partem, Declara, vt num. 102.*

103 *Heres purè institutus in dimidia, si post eius mortem alius in alia dimidia institutus sit, non potest interim, dum viuit, habere, nisi dimidiam, & cur, num. 104.*

105 *Heres in re certa institutus purè, si post eius mortem alius institutus sit in tota hereditate, interim, dum viuit, non fit heres vniuersalis.*

106 *Heres in re certa institutus, si heredes vniuersales instituantur nascituri, interim, dum hi nasci sperantur, non fit heres vniuersales.*

107 *Heres in certa parte institutus, si alius sit institutus in alia parte sub conditione, non debet interim habere partem conditionalem etiam, quoad effectum administrationis, sed ea conceditur ipsimet heredi instituto sub conditione, & cur, num. 108. & seq.*

110 *Heres purè, & simpliciter, uel expressim in tota hereditate institutus, si alius sub conditione institutus sit, interim totum petere potest, Declara, ut num. 111. & seqq. & nu. 121. & seqq.*

114 *Declaratur l. si heres. 7. ff. fam. ercisc.*

115 *Coheres, quando dicatur adijci heredi instituto.*

116 *Instituto Titio, & posthumis, siu nascituris, potest Titius interim totum petere.*

117 *Statutū, si excludat foeminas, donec extabūt masculi, interim masculi, dum uiuunt, totū habent.*

118 *Plus hereditatis quem interim habere, quam re uera sit postea habiturus, absurdum non est, Declara, ut num. 119. & seq.*

130 *Legata, uel per fideicommissum relicta si fuerit eadem res duobus coniunctim uerbis tantū, uni purè, alteri uerò sub conditione, non potest purè uocatus interim petere, nisi partē, & cur, n. 131.*

132 *Posthumus, cui partes viriles cum nato datæ sunt, interim facit nato partem, Declara, ut nu. 133.*

134 *Coniunctus re, cui purè legatus est usufructus, donec pendet cōditio sub qua idem usufructus alij relictus est, toto usufructu potitur, & cur, num. 139. & seqq.*

135 *Vsusfructus fundi si uni relictus sit purè, alij uerò relictus sit fundus sub conditione, uel contra, is, qui purè uocatus est, interim habet totum.*

136 *Coniunctus re, cui purè legata est proprietas interim dum pendet conditio, sub qua eadē proprietas alij legata est, non potest petere, nisi partem, Sed contra, num. 148. & cur, num. 150. & seqq.*

137 *Vsusfructus in totum pertinet ad re coniunctum purè uocatū, dum pendet alterius socij conditio, proprietas uerò non pertinet, nisi pro parte, & cur, nu. 138. & seqq. Sed contra num. 160.*

141 *Hereditas tota pertinet ad heredem purè institutum pendēte alterius conditione, legatū uero nō pertinet, nisi pro parte, & cur, n. 142. Sed cōtra nu. 162. & seq. Declara, ut nu. 164. & seq.*

143 *Declaratur l. planè. 34. §. si coniunctim uers. sed, si in pupillaris ff. de leg. pri. & nu. 149. & 157.*

144 *Verba, sed, & si, denotant diuersitatem in facto, sed identitatem in iure.*

145 *Declaratur l. si domino Stichus. 102. ff. de leg. pri. & num. 158.*

146 *Potentia admissionis sufficit ad excludendum socium a petitione totius, Declara, ut nu. 159.*

147 *Declaratur l. hęc scriptura. 26. §. ult. ff. de cōd. & dem.*

252 *Coniunctus re potest petere totum, si socius, qui nō petit, sit uocatus purè, secus uerò, si sub conditione, & cur, nu. 153. Sed contra ibi in fi.*

156 *Assignatio liberti qualiter a legato, & fideicommisso distinguatur.*

161 *Vsusfructus quotupliciter constituatur.*

166 *Hæreditatis acquisitionem pro parte esse in suspē-so, absurdum non est.*

167 *Legatum, vel fideicommissum, si vni fuerit relictum purè, alteri verò sub conditione coniunctim re, & verbis, purè vocatus interim potest petere totum, ex communi, Licet disputando contrarium sustineatur, num. 171.*

168 *Fideicommissum ab vno ex pluribus peti potest insolidum, licet speretur par, puta partus, sed cum cautione.*

169 *Declaratur l. si duobus. 16. in prin. ff. de leg. prim. & num. seq.*

172 *Fideicommissum vniuersale, si vni relictum sit purè, & alteri sub conditione, & hæres sponte adeat, non differt a legato, vel fideicommisso particulari, quoties tractatur de iure petendi totum.*

173 *Fideicommissum vniuersale potest insolidum peti a re coniuncto purè vocato, dum alterius conditio pendet, si hæres sponte adierit hæreditatem.*

174 *Hæres, qui suspectam dicit hæreditatem, potest insolidum cogi adire, & restituere ab eo, cui purè grauatus est restituere, dum alterius conditio pendet, Declara tamen, vt num. 175.*

176 *Partem interim non facit, qui de iure speciali speratur ad partem admitti, & cur, num. 177.*

177 *Ius singulare, & extraordinarium non prius est in consideratione, quam fuerit impetratum.*

178 *Damnatus in metallum, licet a Principe restitui possit, interim tamen non facit partem.*

179 *Minor a sua portione exclusus, licet ad eam speretur admitti beneficio restitutionis in integrū, non tamen interim facit partem.*

180 *Spes restitutionis in integrum non impedit vulgarem substitutionem.*

181 *Suus, qui se abstinuit, potest intra triennium reuocare abstensionem, & ad paternam hæreditatem admitti, non iure communi, sed iure singulari, Declara, vt num. 194. & seqq.*

182 *Suus, qui se abstinuit, licet speretur admitti beneficio l. vlt. C. de rep. hæred. non tamen interim facit partem.*

183 *Beneficium l. vlt C. de repud. hæred. non impedit vulgarem substitutionem.*

184 *Beneficium l. vlt. Cod. de rep. hæred. locum habet, etiamsi suus habeat suum cohæredem, & cur, num. 185.*

186 *Suus, qui se abstinuit, non potest abstensionem suam reuocare, si habeat cohæredem extraneū, & cur, num. 188. Sed contra num. 189. & cur, num. 190. & seqq. Declara, vt num. 194. & seqq.*

187 *Substitutio vulgaris excludit beneficium l. vlt. C. de rep. hæred. & cur, num. 188. Sed contra num. 192. & cur, num. 193.*

191 *Argumentum a legitimo hærede ad eum, qui venit per ius accrescendi valet.*

198 *Aditione hæreditatis ita res desinit esse integra, vt distractione rerum hæreditariarum, Sed cōtra, num. 200.*

An, & quando is, qui ad partem speratur admitti, faciat partem.

Quæstio Trigesimaseptima.

PRimùm igitur omnium totalis debet esse defectus, non solum ratione rei, sed etiam ratione spei, ita, vt coniunctus, nec admittatur ad partem, nec admitti
1 speretur, † *vt scribunt Bald. in l. si duobus 16. in prin. & ibi Imol. ff. de leg. primo. Castr. in l. planè. 34. §. si coniunctim, nu. 3. ff. eod. Ang. de Gamb. de testam. gl. 42. nu. 3. vers. Et tene menti, & Pereg. cons. 24. num. 37. vol. 1.* nam hoc stante locum
2 habebit ius accrescendi, † *vt scribunt Io. Gaud. in d. l. re coniuncti, num. 54. vers. alioquin. Ruin. cons. 51. num 16. cons. 54. nu. 9. vers. & propterea, & consil. 206. num. 22. vers. vnde text. volum. 2.* quia, qui non admittitur ad partem, nec ad-
3 mitti speratur, non facit partem. † *vt scribunt Bart. in d. l. planè. 34. §. si coniunctim, in prin. & ibi Ias. num. 13. ff. de leg primo, Bart. in d. l. si duobus. 16. in prin. num. 1. ff. eod. Ang. cons. 295. num. 3. vers. & prædicta, & cons. 342. num. 3. versic. & prædicta. Castrens. in l. qui quartam. 15. §. vltim. num. 1. ff. de leg prim. Alex. in l. huiusmodi. 86. §. si Titio, & Moeuio, num. 3. vers. In alijs ff. eod. & cons. 197. num. 3. volum. 6. Ias. cons. 61 in prin. vol. 3. Crott. in d. l. re coniuncti, num. 69. Soc. Sen. consil. 67. num. 10. vol. 4. Fabia. in Auth. nouissima, nu. 44. & 214. C. de inoff. testa. Rub in l. pater filium. 14. num. 114. 137. & 153. ff. eod. Soc. Iun. cons. 25. num. 4. vol. 1. Gabr. cons. 15. num. 19. vol. 1. Ceph. cons. 245. num. 47. Mantic. de con. vlt. vol. lib. 10. tit. 3. num. 22. Honded. cons. 1. num. 68. vol. 2. Forca. in Neeyo. dial. 68. nu. 2. Et scribunt etiam omnes, quos retulimus in q. præced. num. 5.* Coeterùm, si speretur admitti, magis est, vt
4 interim ius accrescendi cesset, † *vt scribunt Bald. in d. l. si duobus. 16. in prin. vers. Not. & ibi Imol. ff. de leg. primo. Bald. in d. l. huiusmodi. 86. §. si Titio, & Moeuio, ff. eo. Ang. de Gamb. de testa. d. gl. 42. num. 3. vers. & tene menti, Rip. in d. l. re coniuncti, num. 177. Ruin. d. cons. 51. num. 16. d. cons. 54. num. 9. vers. & propterea, volum. 2. Gabr. cons. 133. num. 7. & 9. vol. 2. Rub. in d. l. pater filium. 14. num. 177. ff de inoff.* quia, qui non admittitur ad partem, sed admitti speratur, in-
5 terim facit partem † *l. 1. §. si ex tribus ff. de bon. poss. contra tab. l. 2. §. pro qua quisq; ff. de bon. poss. sec. tab. l. 3. §. vtiq; ff. de suis, & legit. l. 2. ff. si pars hær. pet. Et scribunt Bart. in d. l. si duobus. 16. in prin. num. 1. & ibi Imol. & Alex. nu. 1. Ias. nu. 1. ff. de leg. primo. Bartol. in l. Papinianus. 8. §. quoniam, & ibi Ang. num. 1. & Castr. nu. 1. ff. de inof. Bart. in d. l. huiusmodi. 86. §. si Titio, & Moeuio, vers. Primus, & ibi Bald. uers. circa hoc ff. de leg. primo. Bart. in l. 2. & ibi Ang. num. 1. Castr. nu. 1. ff. si pars hæred. pet. Castr. in d. l. qui quartam. 15. § ult. num. 1. & 2. ff. eod. Imol. in d. l. planè. 34. §. si coniunctim, in prin. ff. de leg. prim. & in l. si Titio. 7. uers. In eadem gl. ibi ff. de leg. 2. Alex. cōs. 117. nu. 17. uol. 6. Ias. in d. l. planè. 34 § si duobus num. 10. ff. de leg. primo, Ruin. d. cons. 206. num. 22. uers. Vnde text. uol. 2. Anto. Fum. de coniun. cap. 13. num. 1 uers. Primo itaq; Forca. in Neeyo. d. dial. 68. num. 2. Pereg. cons. 80. num. 47. uolu. 1.*

&

& consequenter impedit, ne alius possit pete-
6 re totum, † *l. 2. ff. si pars hered. pet. Et scribunt Castr. in d. l. qui quartam. 15. §. ult. num. 3. in fi. ff. de leg. primo, & cons. 454. num. 2. uol. 1. & cōs. 77. num. 6. in fin. uolum. 2. Crau. cons. 144 in fin. Pereg. cons. 24. num. 36. & 37. uol. 1.* Quamobrē dicimus, per solam spem, & potentiam ius
7 accrescendi impediri † *l. si domino Stichus. 102. ff. de leg. primo, & not. Ias. in d. l. si duobus. 16. in prin. num. 1. & 4. ff. eod. Rip. in d. l. re coniuncti, num. 177. & ibi Crott. nu. 88. uers. sed hæc solutio.* Quemadmodum enim vulgaris substitutio cessat, quandiu spes est, institutum posse
8 admitti † *l. quandiu. 3. & l. quandiu 68. ff. de acquir. hered. l. denique 4. ff. de iniust. rupt.*
9 ita etiam cessare debet ius accrescēdi, † quod est tacita quædam vulgaris substitutio, *ut diximus in hoc cap. q. 21. nu. 13. Ita ratiocinantur gl. in l. si quis ita scripserit. 33. in verb. idem Titius, & ibi Imol. num. 2. vers. In gl. 1. ff. de hæred. inst. Bald. in d. l. planè. 34. §. si coniūctim. uers. & ex hoc apparet ff. de leg. 3. Ruin. d. cons. 54. num. 13. & d. cōs. 206. nu. 22. vers. & ista opinio etiam con-*
10 *firmatur, vol. 2.* Deniq; cum † hoc ius locum non habeat, nisi pars totaliter deficiat, *vt diximus in q. præced. num. 1. & seqq.* Consequens est, vt ei locus esse nequeat, donec cōiunctus speratur admitti quia, quādiu spes eius subest, tādiu pars nō potest dici omnimodo defecta,
11 † *Ita ratiocinantur Bald. in l. fratres. 27. num. 1. C. de inoff. test. Castr. in l. planè. 34. §. si coniūctim, nu. 3. ff. de leg. 1. Ruin. d. cōs. 54. nu. 12. & d. cons. 206. nu. 22. vers. Præterea, vol. 2.* Idq; procedit in omnibus causis, in quibus ius accrescendi locum habere solet. Itaq; procedit in
12 hæreditatibus † *d l 3. §. vtiq; ff. de suis, & leg. d. l. 2. ff. si pars hered. peta. & dicemus etiam infra*
13 *num. 96.* & bonorum possessionibus † *d. l. 2. §. pro qua quisq; ff. de bon. poss. sec. tab. d. l. 1. §. si ex tribus ff. de bon. poss. contra tab.* In legatis, & fideicommissis tam vniuersalibus, quam par-
14 ticularibus, † *vt tradunt omnes, quos retulimus in hoc cap. q. 24. num. 7. Et simpliciter de fideicommissis scribunt Bart. in d. l. planè. 34. §. si coniunctim, num. 2. vers. Si verò loquimur, Crau. cons. 144. in fi. Surd. cons. 415. num. 8. vers. sed aliud, & nu. 12. vers. & idem est, Perig. de fideic. artic.*
15 *9. nu. 2.* Nec non in querela † *vt scribunt omnes, quos retulimus in 6. cap. q. 30. numer. 13. & 17.* Quamobrem, si ex tribus fratribus vnus instituat turpem personam, & alterum ex fratribus exhæredet, alterū verò prætereat, quandiu spes est, exhæredatum posse queri, tandiu non poterit is, qui præteritus est, proponere
16 querelam, nisi pro sua parte, † scilicet, quia cum antea non deficiat ius exhæredati, Consequens est, vt nō possit esse iuri accrescendi locus. *Ita scribit Bald. in d. l. si fratres. 27. num. 12. C. de inoff. test.*

Planè, si tractemus de iure non decrescēdi, sola spes coniuncti non sufficiet ad illud impediendum, quia, qui non admittitur ad partem, etiamsi speretur admitti, non tamen interim facit partem ei, qui venit per iusnō de-
17 crescendi † *vt scribūt Bald. in d. l. si duobus. 16. in prin. vers. Not. & ibi Imol. & Ias. nu. 4 Bald. in d. l. planè. 34. § si cōiunctim, vers. 3. not. & vers. Cum ergo quæritur, & ibi Castren. num. 3. Bald. in d. l. huiusmodi. 86 § si Titio, & Moruio, vers. circa hoc ff. de leg. 1. Ang. de Gamb. de testa. d. glo. 42. num. 3. vers. & tunc menti. Quod qualiter sit accipiendum latè dicemus infra numer. 148. & seqq.*

Sed hæc quidem generaliter dicūtur. Specialiter autem, si quæramus, quibus casibus procedant, constat esse distinguendum: Aut enim is, qui non admittitur ad partem, adeā speratur admitti de iure communi, aut verò de iure speciali. Et, si de iure communi, aut statim admitti potest, aut non potest, sed eius admissio pendet a futuro euentu.

Et, si quidē statim admitti potest, vt, quia purè sit vocatus, sed tamen non admittitur, vel, quia est absens, aut ignorat, se vocatum esse, vel, quia sciens deliberat, vtrum relictum debeat agnoscere, necne, vel est negligens in agnoscenda, seu petēda sua portione, vel deniq; per sententiam fuit ab instantia iudicij exclusus, quo casu potest adhuc petere, *vt declarat Pereg. d. cons. 24. num. 36. vol. 1.* & quæramus, an interim, dum non petit, possit alius totum petere, & consequi, an verò debeat petere solam partem sibi delatam, ita, vt, qui non admittitur, sed admitti speratur, interim faciat ei partem, constat varios esse distinguendos casus, quorum.

Primus est, quando tractamus de hęreditatibus, Et tunc certum est, non posse quem pe-
18 tere, nisi partem † *l. 2. & ibi Castr. num. 1. ff. si pars hered. pet. Et scribunt Cin in d. l. vn. §. vbi autem legatarij, num. 3. C. de cad toll. Bald. in d. l. planè. 34 §. si coniunctim, vers. Cum ergo quæritur, & ibi Imol. num. 3. vers. Item secus ff. de leg. 1. Perig. de fideico. artic. 9. nu. 12. Thes. decis. 4. nu. 8. uers. Tertio*, &, si totam hæreditatem petat,
19 repelli, & succūbere † *d. l. 2. ff. si pars her. pet. & scribunt Surd. cons. 415 num. 11. vers. 3. Thes. d. decis. 4. num. 8. vers. 3. ubi ait, ita fuisse iudicatum* quemadmodum, &, si petat se mitti in possessionem omnium bonorum ex remedio *l. vlt. C de ed. Diu. Hadr. toll. vt scribit Castr. d. cons.*
20 *454. num. 2. vol. 1.* quia † priùs, quam cohæres sit a sua portione exclusus, vel repudiatione, vel morte, vel alio modo, nō potest alius hæres fieri, nisi pro parte sibi principaliter delata, *vt ait Pereg. cons. 93. num. 2. vol. 3.* Alioquin, si fieret hęres etiā pro parte socij, non posset postea desinere esse hæres, *ut diximus in hoc cap. q. 16. num. 9. & 293.* & consequenter non posset cohæres, etiamsi vellet suam portionē agnoscere, directò hæres fieri, sed tantum per obliquum, *ut ostendimus ibi nu. 294.* quod esset contra mentem testatoris, aut legis, quippe, quę plures ad eandem hęreditatem vocando censerur fuisse, vt omnes directò hęredes fiāt. Quamobrē non est admittendum. *Ita ratiocinantur Cin. in d. l. vn. §. ubi autem legatarij, nu. 3. C. de cad. toll. Bald. in d. l. plani. 34. §. si coniunctim, uers. cum ergo quæritur, & ibi Imol. num. 3. uers. Item secus ff. de leg. 1.*

Hinc infertur, si duo, vel plures hęredes Instituti sint, vel ad legitimam hæreditatē vocati, quandiu vnus eorum deliberat, vtrum hæreditatem adire, vel bonorum possessionē agnoscere debeat, partem eius alijs non accre-
21 scere, † quia, cum ad eam possit adhuc admitti, tamquam non exclusus, Consequens est, vt interim faciat partem, & sic excludat ius accrescēdi *d. l. 2. § pro qua quisq; ff. de bon. poss. sec. tab. d. l. 2. ff. si pars hęred. pet.* Idem est, & si non

non deliberet, sed ignoret hæreditatem, vel
bonorum possessionem sibi delatam esse, aut
in ea agnoscēda sit negligens: nam, quandiu
ab ea non excluditur, tandiu facit alijs partē,
22 & sic impedit, ne pars illis accrescat, † *ut patet
ex locis, quos retulimus supra nu.* 18. Licet enim
non adeat, sufficit tamen posse adire, vt inte-
23 rim impediat accretionem † *d.l.2.& ibi Castr.
num.2.uers.In text. ibi ff. si pars hæred.pet.Surd.
d.cons.415.num.19.* Idq; procedit

Primo, non solum, si fuerit in certa, & di-
stincta parte hęres institutus, sed etiam, si sim-
24 pliciter: † Nec enim in ijs, qui purè sunt voca-
ti, locum habet ea distinctio, quam postea re-
feremus.

Secundo procedit, non solum in hæredita-
25 tibus testamentarijs, † *de quibus specialiter lo-
quuntur d.l.2.§.pro qua quisq; ff.de bon.poss.sec.
tab.Castr. in d.l.2. nu. 1. ff. si pars hæred. pet.* sed
26 etiam in ijs, quæ ab intestato deferuntur † *de
quibus loquitur Pereg. de fideicom. d. artic. 9.
num.12.*

Tertio procedit, nō solū, si hæreditas prin-
cipaliter fuerit delata duobus, sed etiā, si vni,
27 a quo tamen ad duos perueniatur: † Nam, si
seruus communis ab extero hæres institutus
iussu vnius adierit hæreditatem, non pro ma-
iore parte interim eum hæredem faciet, quā
pro dominica *l. seruus communis ab extero.66.
ff.de acq.hæred.*

Quarto deniq; procedit, non solum, si is,
qui ab vno ex pluribus ab hæreditatem voca-
tis insolidum conuenitur, opponat, alios ex-
tare cohæredes pariter vocatos, sed etiam, si
28 non opponat, † dummodo ex actis id colligi
possit, quia, cum hęc propriè non sit exceptio
de iure tertij, sed de nō iure agētis, consequēs
est, vt possit, imo debeat Iudex eius habere
rationem, etiamsi nō opponatur. *Ita fuisse a
Pedemontano Senatu declaratum testatur Thes.
d. decis. 4.num.8.uers.Pręterea.*

Hinc intelligimus erroneum esse, *quod scri-
psit Surd.cons.359.num.15.& seqq.& post eum
Gratia.cap.330. discep.for. nu.9.* si ex pluribus
eiusdem filijs, vnus, tamquā patris hæres agat,
29 & totum petat, puta totum creditum, † non
posse eum repelli exceptione, quod alios ha-
beat in gradu succedendi pares, adeo, vt non
teneatur debitori præstare aliquam cautionē,
nisi ea petatur ab agnatis, seu fratribus agen-
tis, quod talis exceptio sit de iure tertij, quæ
non potest a conuento opponi, tamquam nō
exclusiua intentionis agentis, cum fieri possit,
vt alij decesserint, vel repudiauerint, vel tē-
pore sint exclusi, quia contrarium esse verius
patet ex ijs, quæ supra diximus: Cū enim hæc
non sit propriè exceptio de iure tertij, sed de
non iure agentis, *ut ait Thes. d.decis.4.num.8.
uers.Præterea,* scilicet, quia non potest vnus ex
pluribus filijs hæres fieri, nisi pro virili, quan-
diu cęteri nō sunt exclusi *d. l. 2. ff. si pars hæ-
red. pet.* Consequens est vt a reo opponi
possit.

Nec est vis facienda in authoritate Baldi,
& Imolæ, *quos allegat Surdus,* quia loquuntur
de pluribus vocatis ad fideicōmissum, quod
in hoc longe ab hereditate differt, *ut patebit
ex ijs, quæ dicemus infra num. 162.& seqq.*

Secūdus vero casus est, quando tractamus
de legatis, & fideicommissis, quę duobus, aut
pluribus relicta sunt coniunctim verbis tan-
tum, Et tunc, si sequamur eam opinionem,
quam nos disputando diximus esse veriorē,
vt scilicet inter eos nō habeat locum ius ac-
crescendi, *secundum ea, quæ diximus in 5.cap.q.
38.num.26.& seqq.* res caret dubio: Nam cer-
tum est, eum, qui non admittitur ad partem,
sed admitti speratur, non interim, sed absolu-
tè facere partem, quia, siue postea consequa-
tur, siue non consequatur suā portionem, non
poterit alter legatarius, aut fideicommissarius
plus consequi, quam partem sibi a testatore
relictam, cum alia pars debeat etiam deficiē-
te collegatario, vel confideicommissario, nō
alij accrescere, sed in hæreditate remanere, vt
dicimus de parte relicta omnimodo disiun-
cto, *sicuti uidere est in 3. cap.q.1.nu.7.& in cap.
5.q.41.num.4.*

Coeterùm, si sequamur communem alio-
rum sententiam, quæ inualuit in iudicijs, & a
qua non est consulendo, aut iudicando rece-
dendum, verius est, eum, qui non admittitur
ad partem, sed admitti speratur, interim face-
re partem, & sic impedire, ne socius possit to-
30 tum petere; † *Ita scripserūt Cin. in d.l.un § ubi
autem legatarij num.3.C.de cad. toll.Bald.in d. l.
planè.34.§.sicut uelim uers.Cum ergo quęritur,
& ibi Alex. num.2.uers.In gl.in uerb proprio,&
Ias.num. 12.ff.de leg.1.Imol.in l. stipulatio ista.
38.§. eum, qui ff.de uerb.oblig.Castr.in d.l.un.
§.sin autem disiunctim, nu. 1.C.de cad.toll.Alex,
in d.l.si duobus. 16.in priu.num.1.uers.quod in-
tellige,& ibi Ias.num.3.uers.quod est uerum ff.de
leg.1. Crau.cons.144.in fi. Pereg.de fideic.d.artic.
9.num.12.& cons.24.num.37.uol.1.Balduin.in §.
si eadem,num.11. Inst.de legat.* adeo, vt, si plus
31 sua parte petat, possit exceptione repelli, † *ut
scribunt Castr. in d.l.un.§. sin autem disiunctim.
num. 1.C.de cad. toll. & cons. 77. num.6. in fi.
uol.2.& Pereg.d.artic.9.num.12.* Quamobrem
dicimus, libellum, in quo vnus ex verbis tan-
tum coniunctis petit totam rem, dum spera-
tur alius, censeri ineptum, ideoq; agentem de-
32 bere omnimodo succumbere † *uti uidere est
apud Crau. d. cons. 144. in fi. & Surd.cons.415.
33 num. 12.* Nam † verbis tantum coniuncti nō
veniunt, nisi per ius accrescendi, *ut diximus
in 5.cap.q.38.num. 1.* cui locus esse nequit, nisi
pars omnimodo deficiat, *ut diximus in hoc
cap.q.36.num.2.* & deficere non dicitur, quan-
diu spes est, coniunctum posse admitti, *ut di-
ximus supra num. 11.* Et in his terminis acci-
34 piendi sunt, † qui simpliciter tradiderunt, eū,
qui non admittitur ad partem, sed admitti
speratur, interim facere partem, si tractetur de
iure accrescendi, *quos retulimus supra num. 4.*

Planè, si tractemus de fideicommisso vni-
uersali, quod duobus, aut pluribus relictum
sit, & eorum quidam sint præsentes, quidam
absentes, & grauatus suspectam dicat hære-
ditatem, poterunt præsentes eum cogere, vt
totam hęreditatem adeat, & restituat, ita, vt,
si postea absentes superueniāt, & partes suas
desiderent sibi restitui, debeant eas, non a gra-
uato, sed a fideicommissarijs, quibus facta est
35 restitutio, petere † *l.cogi.16.§.si quis hæres,& §.
Mecianus, & §. idem Mecianus ff. ad Trebell.*
Idq; procedit, non solum, si fideicōmissarij
sint coniuncti, sed etiam, si omnimodo disiū-
cti, *ut diximus in 5.cap.q.41.num.7.uers.Plane,
& in*

& in cap.6.q.21.nu.34. Quod ideo factum est,
36 quia † hęres non debet cogi adire hęreditatē,
nisi in totum indemnis habeatur, ne alioquin
damnum ex aditione sentiat, *vt ostendimus in
præfatis locis, Et in specie considerat gl. in l. 1. §.
sed, & quoties, in verb. vniuersam, & in d.l.cogi.
16. §. Mætianus, in verb. insolidum ff. ad Trebell.*
Idem est, &, si ex duobus dominis vnius ser-
ui, cui hęres rogatus est hęreditatem restitue-
re, vnus velit cogere, alter verò non: nam de
ijs idem dicitur, quod, & de duobus fidei-
commissarijs. *d. l.cogi. 16. §. si seruo ff. ad Tre-
bell.*

Tertius casus est quando tractamus de le-
gatis, & fideicommissis, quæ duobus, aut plu-
ribus relicta sunt cōiunctim re tantum, siue,
(vt frequentiùs dicimus) disiunctim, Et tunc,
si quæramus, an possit vnus totum petere, si
alij non petant, vel propter ignorantiam, vel
propter absentiam, aut negligentiam, cōstat,
rem esse controuersam: Nam pleriq; censue-
37 runt, non posse petere, nisi partem: † *Ita enim
censuerunt Bart in d.l.planè.34.§.si coniunctim,
num. 1. ff. de leg. 1. Bald. in d.l.vn.§. sin autem ad
deficientis, num. 1. vers. considera C. de cad. toll.
Polit. in d.l.re coniuncti, nu.38.vers. Atque ideo.
Anto. Gouea. in libr. animad. cap.6.* Mouentur
autem, vt ita sentiant.

Primo, quia, quoties re coniuncti concur-
runt ad legatū, & ita partes inter se concursu
faciunt, *secundum ea quę diximus in 5.cap.q.30.
num.1.* non potest quis, nisi suam partem con-
38 sequi † *l. si pluribus.33. ff. de leg. 1. d.l.vn.§. vbi
autem legatarij C. de cad. toll. §. si eadem, Inst. de
legat.* Sed concurrunt ad legatum, etiamsi nō
39 petant, quia concursus fit ipso iure † *vt decla
rat Bald. in d. l. vn. §. sin autem ad deficientis,
num. 1. vers. considera C. de cad. toll.* & statim,
40 atq; dies legati cedit, † *vt in specie declarat
Polit. in d.l.re coniuncti, nu.38.vers. Atque ideo,
& nos etiam diximus in 5.cap. q.30.nu.8.* Ergo,
licet vnus ex socijs non petat, nō tamen alter
poterit totum petere.

Secundo mouentur, quia, aut is, qui totum
petit, agit actione personali, Et non potest,
quia, cum actio personalis supponat obliga-
41 tionem præcedentem † *l. licet. 42 §. ea obligatio
ff. de procur. l. ex placito. 3. C. de rer. perm.* & obli-
gatio hęredis non contineat, nisi partem *l. si
Titio. 7. ff. de leg. 2. l. si duobus. 16. in prin. ff. de
leg. 1.* Consequens est, vt eius vi nō possit vnus
petere totū. Aut verò agit rei vindicatione,
Et multo minus hoc facere potest, quia, cum
vindicatio supponat dominium *l. in rem. 24.
in prin. ff. de rei vind.* & hoc in legatarios re cō
42 iunctos non transeat insolidum † *l. si fundum,
3. & ibi Bart. in fi. ff. de seru. leg. Et in specie decla-
rāt Ang. in d.l.vn.§. vbi autē legatarij, nu.1. C. de
cad. toll. Alex. in d. l. planè. 34. §. si coniunctim
num. 2. vers. sed dic, quod dictum ff. de leg. 1. Ias.
in l. si pluribus. 33. nu. 31. vers. Pro ista conclusio-
43 ne ff. eod.* ne alioquin † duo insolidum fiant
eiusdem rei domini *contra regulam l. si, vt cer-
to. 5. §. si duobus vehiculum ff. commod. vt in his
terminis considerat Polit. in d.l.re coniunctis, nu.
38. vers. Atq. ideo,* sequitur, non posse vnū ex
legatarijs totam rem vindicare.

Tertio videtur hæc pars ea ratione com-
44 probari, quia, † si is, qui primus agit, totam
rē posset obtinere, sequeretur aliū, qui postea
venit ad legatum, non posse consequi suam
portionem directò & ita dominium rei lega-
tę pro parte ad eum spectante non transire re-
cta via, cum iam fecerit transitum in legata-
rium. qui primus egit. At hoc est absurdum,
tamquam repugnans naturę ipsius legati. *l. 4
Titio. 66. ff. de furt. l. legatum. 8. ff. de leg. 2. l. sed,
si damnum, 9 alias est l. peculium 10. §. sed & cre-
ditor ff. de pecul. Et in proposito considerat Polit.
in d.l. re coniuncti, nu. 38. vers, sed obstat.* Ergo
etiam absurdum est, posse vnum consequi to-
tum legatum, donec alius admitti potest.
45 Quarto, & vltimo facit, quia † ad hoc, vt vnus
interim non possit petere totum, sed tantum
partem, sufficit potentia alterius, quia, qui nō
petit, sed potest petere, perinde facit partem,
atq; si peteret *l. si domino Stichus. 102. ff. de leg.
1. d.l.2. ff. si pars hered. pet.* Sed in eo, qui pro-
pter absentiam, vel negligentiam non agit,
subest petendi potentia, cum nondum sit a
legato exclusus. *l. vn. §. vbi autē legatarij, vers.
sin verò nemo alius C. de cad. toll.* Ergo, licet effe-
ctu non agat, non tamen interim debet alius
ad totum admitti.

Sanè vno casu fatentur, posse eum totum
petere, si nempe curauerit, terminum ad ac-
ceptandum, vel repudiādum legatum con-
iuncto assignari, *secundum l. cum quidam, 24. in
fi. & l. seq. ff. de leg. 2.* nam eo transacto poterit
46 totum petere. † *Ita scribit Bald. in d.l.vn. §. sin
autem ad deficientis, num.1. vers. considera C. de
cad. toll. & sequitur Crott. in d.l.re coniuncti, nu.
89. vers. Ratio diuersitatis.*

Sed his nō obstantibus verius, & receptius
est, posse eum petere, & consequi totum, ita
tamen vt, si alij postea superueniant, cogatur
eis partes suas, idest, partes viriles præstare.
47 † *Ita censuerunt Cin in d l.vn.§ vbi autem lega-
tarij. num. 3. C. de cad. toll. Bald. in d.l. planè. 34.
§ si coniunctim, vers. cum ergo quæritur, & ibi
Imol. num. 3. vers Item, & quia, Alex. nu. 2. vers.
In gl. in verb. proprio, Ias. nu. 12. & 17. vers. gl. in
verb. partē, vbi ait, ita omnes tenere excepto Bart.
ff. de leg. 1. Castr. in d.l.vn. §. sin autem disiun-
ctim num. 1. C. de cad. toll. Imol in d l. si domino
Stichus. 102. num. 2. ff. de leg. 1 & in d.l. stipula-
tio ista. 38. §. cum, qui ff. de verb. obliga. Alex. in
d.l. si duobus. 16. in prin. num. 1. vers. quod intel-
lige, & ibi Ias num. 3. vers. sicut ff. de leg. 1. Crott.
in d.l. re coniunctis, num. 88. & 89. vers. & tenen
do, & ibi Polit. num. 38. vers. Item contra id, &
vers sed vtrunq; Et, licet in vers. Atq, ideo, vidsa-
tur sequi contrariam opinionem, tamen num. 39.
vers. At vero contra, cogitur fateri hodie contra-
rium esse verius. Eandem opinionem probarunt,
Pereg. de fideic. d. artic. 9. nu. 12. & Baldus in d. §.
si eadem, num. 11. Inst. de legat.* Probatur autem
hęc sententia.

Primo, *l. vn §. ubi autē legatarij, uers. sin uerò
nō omnes C. de cad. toll.* vbi Iustinianus, *Sin uero
non omnes legatarij, quibus separatim res relicta
fit, in eius acquisitione cōcurrant,* inquit, *sed unus
fortè eam accipiat, hęc solida eius fit, quia sermo te-
statoris omnibus prima facie solidum assignari ui
detur, alijs superuenientibus, partes a priore ab-
strahentibus, ut ex aliorum quidē concursu prio
ris legatum minuatur, Sin uero nemo alius ueniat
uel uenire potuerit, tu ne non uacuatur pars, nec
alij accrescit, ut eius, qui primus accepit, legatum
augere uideatur, sed apud ipsum, qui habet, solida*

rema-

remaneat, nullius concursu diminuta: Nam hęc
verba ita clara sunt, vt nullum relinquant du-
48 bitationi locũ: Probant enim, † quoties plu-
res sunt disiuncti, idest, coniuncti re, si vnus
acceptet legatum, eum consequi totam rem,
vt apparet ex illis verbis. *sed unus fortè eam ac-
cipiat, hac solida eius fi,* & ex illis, *qui primus ac-
cepit,* ac demum illis, *apud ipsum, qui habet, soli-
da remaneat.* Et pariter probant, hoc habere
locum, etiãsi spes sit, alios venire posse, quod
patet ex eo, quia subijcitur, si alij postea su-
perueniãt, eos abstrahere partes a primo, qui
rem insolidum iam obtinuerat.

Nec obstat, si dicatur, Iustinianum ibi non
49 loqui † de legatario, vel fideicõmissario, qui
rem agnoscit, & petit, sed de eo, cui simplici-
ter res fuit a testatore relicta, & in cuius perso
na dies legati, vel fideicommissi cessit, qui re-
ctè dicitur, eam insolidum habere, cũ sermo
testatoris vnicuiq; rem insolidũ assignet, sed
ex hoc non sequi, posse eum totã rem agno-
scere, & petere, quandiu socius potest admit-
ti, quia, cum inter eos partes concursu fiant,
Consequens videtur, vt vnusquisq; debeat
partem, non totum petere, quia respondeo,
50 imo Iustinianum loqui † de legatario, vel fi-
deicommissario, qui rem accipit, idest, agno-
scit, & petit, non de eo, cui res simpliciter fuit
a testatore relicta, aut, in cuius persona dies
legati, vel fideicommissi cessit, quod, vt aper-
tè constet, diligenter ponderanda sunt illa
verba, *partes a priore abstrahentibus,* & illa, *ut
eius, qui primus accepit,* quippe, quæ denotant
ex duobus, aut pluribus disiunctis, vnũ priùs
habere totum, alios verò postea ab eo aufer-
re partes: Nam hęc non possunt referri ad vo-
cationem testatoris, quia illius respectu non
posset aliquis ordo considerari: Licet enim
testator vnum priùs, quam alium vocauerit
inspecto ordine scripturæ, tamen inspecto
ordine intellectus omnes vno, eodemq; tem-
pore ad solidum vocati intelliguntur, cum in
coniunctionibus non detur ordo *l. quidã. 14.
vers. Respõdi ff. de pecul. lega.* Deniq; hoc respe-
ctu nõ posset is, a quo pars debuisset abstrahi,
dici absolutè primus, quia potuisset deficere
etiam is, qui in ordine scripturæ fuerat primo
loco vocatus, & nihilominus alter, apud quẽ
res tota remaneret diceretur eam primus acce-
pisse. Minus possunt referri ad eam acquisi-
tionem, quæ fit ipso iure, quia, cum vno, eo-
demq; tempore dies legati, vel fideicommis-
si cedat omnibus, non potest aliquis eorum
dici rẽ priùs, aut postea accepisse. Necessariò,
igitur sunt referenda ad eam acquisitionem,
quæ fit per agnitionem legati, vel fideicom-
missi, ita, vt is, qui primus venit ad legatũ,
totum accipiat, &, si alij postea superueniãt,
censeantur ab illo partes abstrahere; Quod
sentiens Politus *in d. l. re coniuncti, num. 39.
uers. At uero contra,* coactus est, fateri, se verè
nescire, quid respondeat ad hunc textum, qui
solus in hac materia perturbauit eius mentẽ,
nisi fortè dicamus, nouam ibi consideratio-
nem esse contra vetera iura, quod & credere
adducitur, quia nunquam aliàs reperit consi-
deratum tale ius non decrescendi in re con-
iunctis, *quod etiam nos diximus in 4. cap. q. 2.
num. 7.* Itaq; non negat, quin hodiè verum sit,
eũ, qui primus acceptat legatũ, totũ cõsequi.

Minus est quod respondeas, id procedere,
si collegatario, vel cõfideicommissario fue-
rit assignatus terminus ad declarandam suam
voluntatem circa agnitionem, aut omissionẽ
legati, vel fideicommissi, *secundum sententiam
eorum, quos retulimus supra num. 46.* quia præ-
ter id, quod de hac termini assignatione nul-
51 lum ibi verbũ legitur, † ideoq; non possumus
eam sine commento supponere, *ut considerat
Polit. in d. l. re coniuncti, nu. 38. uers. sed utrunq;*
constat etiam, non posse locum illum intel-
ligi de legatario, cui terminus a Iudice fuit as
signatus, quia, si hoc esset, nec ante terminũ
posset collegatarius habere totum, cum so-
cius nondum sit exclusus, nec post terminum
posset alter ad legatum venire, & partem ab
eo, qui primus agnouit, abstrahere, quia cen-
seretur tacitè legatum repudiasse, & ita rema-
neret in totum ab eo exclusus, & tamen Iu-
stinianus ibi supponit, primo venientem ac-
quirere totam rem, & collegatarium postea
superuenientem ab eo partem abstrahere Nõ
potest igitur intelligi de eo, cui terminus a
Iudice fuit ad agnoscendum, vel repudian-
dum legatum assignatus. sed potiùs de eo, qui
per ignorantiam, vel negligentiam non petit
*Ita rectè animaduertit Polit. in d. l. re coniuncti,
num. 38. uers. sed utrunq;*

Secundo probatur *l. si Fortidianũ 7. C. de
lega.* vbi Antoninus, *Si Fortidianum fundum
primo pater tuus fratribus per præceptionem, ac
mox tibi legauit,* inquit, *concursu dominium eius
tibi quoq; quæritur:* Diligenter enim ponde-
randa sunt illa verba, *concursu dominium eius
tibi quoq; quæritur,* quippe, quæ significant,
52 † dominium, quod primis acquisitum est, ita
demum tibi quoq; acquiri, si cõcurras. Ergo,
si non concurras, non acquiretur. Hoc autem
non potest intelligi de eo cõcursu, qui fit per
simplicem diei cessionem, aut eam acquisi-
tionem, quæ fit ipso iure, quoniam eo modo
tibi quoq; censeretur acquisitum dominium
statim, atq; decessit testator, neq; esset opus
alio concursu. Necessariò igitur debet intel-
ligi de eo, qui fit per agnitionem, & petitionẽ
legati, vt sensus sit, fratres, qui primi venerũt
ad legatum, dominium rei insolidum quæsi-
nisse, sed, si tu postea perueneris ad legatum,
& ita concurreris, dominiũ quoq; tibi acquiri
pro parte ad te spectante.

53 Tertio probatur ratione: Nã, † cum sermo
testatoris cuilibet ex disiunctis rem insolidũ
assignet *d. l. un. §. ubi autem legatarij, uers. sin
uero non omnes C. de cad. toll.* Consequens est, vt
quilibet etiam possit eam, quasi insolidũ sibi
relictam petere. *Ita ratiocinantur Alex. in d. l.
si duobus. 16. in prin. num. 1. uers. & istud uerum,
& ibi Ias. num. 3.* Et, quamuis hęres non coga-
tur eam cuilibet insolidum præstare *d. l. un §.
ubi autem legatarij, uers. sin autem disiunctim C.
de cadu. toll.* hoc tamen procedit, si ambo con-
currant, & sic perueniant ad legatum. Coete-
rùm, si vnus petat, alius verò non petat, nõ
poterit hæres ei solidi præstationem denega-
re, qui petit: Est enim hoc generale in omni-
nibus casibus, in quibus eadem res insolidum
debetur, etiam concursu diuidenda, vt inso-
lidum præstari debeat ei, qui primus agit *l. fi-
deicommissa. 11. § plerunq. ff. de leg. 3.*

Neq; obstant contraria: Ad primum enim
respon-

respondeo, concursum in legatis, & fideicō-
54 missū puris tripliciter posse considerari; † Vel
enim consideratur, quoad cessionem diei, Et
hoc respectu fit tempore mortis testatoris, vt
diximus supra num. 40. & latè ostendimus in 5.
cap. q. 30. num. 8. vt pote, a quo dies legati, vel
fideicommissi cedit l. si post diem. 5. in prin. ff.
quand. dies leg. ced. & quidem ipso iure, etiam
ignorantibus legatarijs, vel fideicommissarijs
l. fin. C. eod. Sed hic concursus non impedit so-
lidi petitionem, quia non est cōcursus verus,
55 & realis, † sed fictus, & imaginarius, vt patebit
ex ijs, quæ dicemus infra num. 68. & seqq. Itaque
operatur quidem, vt possint ambo ius suum
ad hęredes trāsferre, si priùs eis decedere con-
tigerit l. si mihi, & tibi. 12. in prin. & l. si fundū
sub conditione. 83. §. si Titius ff. de leg. primo, l. si
mihi, & Titio. 57. in prin. ff. de leg. 2. sed non
impedit, quominus vno tacente possit alius
totum petere, quia, cum quilibet sit ad solidū
vocatus, Consequens est, vt solidum quoque
petere, & vindicare possit. Vel consideratur,
quoad acquisitionem commutabilem, Et
hoc respectu fit a die aditæ hæreditatis, etiam
ante legati, vel fideicommissi agnitionem
l. seruum filij. 46. §. 1. l. seruo legato. 72. in prin.
& l. si tibi homo. 88. §. cum seruus ff. de leg. prim.
l. legatum. 82. ff. de leg. 2. Sed neque hic concur-
56 sus impedit solidi petitionem, † quia non est
concursus verus, & realis, sed fictus, & imagi-
narius, vti postea ostendemus, ideoque non ope-
ratur, vt re vera partes censeantur factæ. Vel
denique consideratur, quoad acquisitionem
incommutabilem, quę tunc fieri intelligitur,
cum vterque legatum, vel fideicommissum
57 agnoscit, Et tunc verum est, † non posse lega-
tarios, vel fideicommissarios re coniunctos,
qui concurrunt, petere, nisi partem. Et in his
terminis accipiendæ sunt l. si pluribus. 33. vers.
sin autem ff. de leg. primo l. vn. §. vbi autem lega-
tarij, vers. sin autem disiunctim C. de cad. toll. Est
enim hic verus, & realis concursus, qui partiū
diuisionem operatur §. si eadem Inst. de legat.

Ad secundum verò respondeo, imo posse
petere totum, siue agat actione personali, siue
58 reali: † Nam, si personali, ideo potest totum
petere, quia, cum hæres insolidum vtrique
obligetur, quod sermo testatoris vtrique rem
insolidum assignet, d. l. vn § vbi autem legata-
rij, versicul. sin vero non omnes Cod. de cad. toll.
Consequēs est, vt vnus sine alio possit totum,
quasi sibi debitum petere, licet cogatur alij
postea superuenienti præstare partem. Idque
nouum non est: nam, &, si duo sint a Titio
eandem summam insolidum stipulati, & te-
stator hæredem grauauerit, vt eis pecuniam
soluat, quia censetur vtrique eandem summā
insolidum reliquisse, potest vnus præoccupā-
do agere contra hæredem, & ab eo totam
59 summam consequi, † ita tamen, vt caueat, de-
fensum iri hæredem ab alio fideicommissa-
rio, siue socij sint, siue non l. fideicommissa. 11.
§. plerumq: ff. de leg. 3. Quod, si agat rei vindi-
catione, ideo potest totum petere, quia, cum
dominium censeatur in vtrumq; translatum
insolidum, Consequens est, vt quilibet ex le-
gatarijs possit rem, quasi suam, & insolidum
sibi relictam vindicare.

Nec est contrarium, quo duo non possint
insolidum esse eiusdem rei domini, quia hoc
verum est, si loquamur de dominio incom-
mutabili, secus verò, si de commutabili.
60 † Ita in specie declarant Bald. in d. l. si pluribus.
33. in fi. ff. de leg. primo, & Mantic. de con. vltim.
vol. lib. 10. tit. 3. num. 13. vel vt alij frequentiùs
malunt, ideo totū vindicare potest, quia ante
petitionem dominium non transit in aliquē
61 ex legatarijs insolidum † l. si fundum. 3. & ibi
not. Bart. in fi. ff. de seru. legat. Ias. in d. l. si plu-
ribus. 33. nu. 32. vers. Pro qua opinione ff. de leg.
primo, sed efficitur præoccupantis, & primo
62 venientis, † vt not. Ang. in d. l. vn. §. vbi autem
legatarij, num. 1. vbi ait, hoc esse menti tenendum
C. de cad. toll. & probant etiam Castr. in d. l. vnic.
§. sin autem disiunctim, num. 1. Alex. in d. l. planè.
34 §. si coniunctim. num. 2. vers. sed dic, quod di-
ctum ff. de leg. primo, vt in simili dicimus, cum
duobus eadem res disiunctim relinquitur ita,
vt eam quilibet insolidum consequatur, quo
casu vnus debet habere rem, alter verò æsti-
mationem, vt ostendimus in 5. cap. q. 12. nu. 26.
Nam rei dominium non transit in aliquem
ex legatarijs insolidum priùs, quam vnus prę-
63 occupando relictum ab hærede petat, † vt de-
clarant Bart. in d. l. si pluribus. 33. num. 2. versic.
Dicendum est ergo ff. de leg. primo. Mantic. d.
lib. 10. tit. 3. num. 13.

Nec obstat, quod legatum acquiratur ipso
64 iure, etiam ignoranti † l. cum pater. 79 § surdo
ff. de leg. 2. l. fin. C. quand. dies leg. ced. l. filiusf. 16.
ff. de testam. l. si partem. 19. §. si per fundum ff.
quemad. seru. amit. & per consequentias etiam
pupillo l. magis puto. 5. §. si pupillus, vers. fundū
ff. de reb. eorum, & furioso l. si a furioso. 23. vers.
Idemq; erit ff. de act. & oblig. eaque ratione nō
videatur posse insolidum ei acquiri, qui pri-
mus agit, sed tantum pro parte, cum pro alia
iam sit acquisitum collegatario. quia respon-
dent pleriq; id procedere, quoties legatū vni
tantum relictum est. Coeterùm, quoties re-
lictum est duobus, aut pluribus, veriùs esse,
nec insolidum, nec pro parte transire in lega-
65 tarios, sed fieri præoccupantis. † Ita declarat
Ang. in d. l. vn. §. vbi autem legatarij, num. 1. C.
de cad. toll.

Sed in eo, quod de parte dicitur, subsisto,
66 † cum Alex in d. l. planè. 34. § si coniunctim, nu.
2. vers. sed dic. quod dictum, ff. de leg. primo, &
Polit. in d. l. re coniuncti, num. 38. vers sed in
67 primis, vbi in specie reprobat Ang. quia † non
videtur in hoc constituenda differentia inter
legatum relictum vni tantum, & relictū duo-
bus, aut pluribus: Nam, quod de tota re dici-
tur, si vni tantum sit relicta, debet etiam dici
de parte rei, si pro parte relicta intelligatur,
cum partis, & totius idem sit iudicium l. si ser-
uus. 81. ff. de acq. hæred. l. quæ de tota. 75. in prin.
ff. de rei vind. Vnde, cum legatum in totum
acquiratur ignoranti, quoties ei soli relictum
est, vt diximus supra nu. 62. debet etiam igno-
ranti acquiri pro parte, quoties relictum est
duobus, aut pluribus.

Quamobrem veriùs est, legati acquisitio-
68 nem esse duplicem, † vnam veram, & effe-
ctualem, alteram verò intellectualē, & ima-
ginariam. Vera, & effectualis acquisitio est,
quæ fit incommutabiliter, scilicet per agni-
tionem eius, quod relictum est. At, quæ fit
commutabiliter, vt est ea, quæ fit ipso iure, nō
habetur pro vera acquisitione, sed potiùs pro
ficta,

ficta, & imaginaria, quia r e vera ignoramus,
cuius res censeri debeat priùs, quam agnitio,
vel repudiatio sit secuta: Nam, si sequatur
agnitio, res censetur semper fuisse agnoscen-
tis, si verò sequatur repudiatio, res semper cē-
setur fuisse alterius, puta coniuncti, vel hære-
69 dis, si coniunctus non existat † *l. si dominus. 17.*
§. 1. & l. nam, sicut. 36. ff. ad l. Aquil. l. si miles.
32. ff. de mil. test. l. 3. ff. de man. uind. l. seruum
filij. 46. §. 1. l. si tibi homo. 88. §. cum seruus ff. de
leg. primo, l. quędam. 16. ff. de reb. dub. l. proinde.
8. ff. si cert. pet. l. 1. §. utrum ff. si quid in fraud.
patro. Quamobrem dicimus, rem interim es-
se dubiam, & pendere a futuro euentu, quia
ante, quam vocatus agnoscat, vel repudiet
relictum, scire non possumus, quis re ve-
70 ra fuerit dominus † *d. l. quædam. 16. ff. de*
reb. dub. d. l. proinde. 8. ff. si cert. pet. d. l. si tibi ho-
mo. 88. §. cum seruus ff. de leg. primo. Neque id
nouum est in iure: Nam, & aliàs censetur in
71 suspenso stare dominium, † *ut in l. sed, & si*
quis stipuletur 29. §. interdum ff. de usufr. l. boue.
43. §. fin. ff. de AEdil. edict. l. seruus, qui bona
fide. 23. § fin. ff. de acq. rer. domin. aut id, quod
agitur, quoties determinatio pendet a futuro
euentu, & non, nisi ex post facto declaratur,
72 quid antea gestum sit † *l. qui res. 98. §. rem autē*
ff. de solut. vt proinde non sit mirum, si hoc
etiam in legatis, & fideicōmissis obseruetur,
siue vni tantum relicta sint, siue duobus, aut
pluribus: cum eadem semper ratio militet.

Hinc intelligimus ante agnitionem posse
nos dicere, legatum esse, & neutrius, & vtrius-
que, & si vtriusque, esse, & insolidum, & pro
73 parte, prout ex post facto declarabitur: † Nā,
si neuter postea agnoscat legatum, neutrius
fuisse intelligetur *d. l. seruum filij. 46. §. 1. & d.*
l. si tibi homo. 88. §. cum seruus ff. de leg. primo.
Si verò vterque postea agnoscat, censebitur
vtriusq; semper fuisse pro virili cuiusque por-
tione *d. l. un. §. ubi autem legatarij, uers. sin autē*
desiunctim C. de cad. toll. d. l. si pluribus. 33. uers. sin
autem ff. de leg. primo, d. §. si eadem, Inst. de legat.
Qua ratione fit, vt vterque legatum pro sua
portione vindicare possit *d. l. si pluribus, & scri-*
bit Posit. in d. l. re coniunctis, num. 38. uers. sed in
primis, & uers. sed dici potest. Quod, si vnus
postea agnoscat, alter verò nō, censebitur to-
tum legatum semper fuisse agnoscentis, per-
inde, ac, si ei soli relictum esset *d. l. si dominus*
17. §. 1. & d. l. nam, sicut. 36. ff. ad l. Aquil. d. l. si
miles. 32. ff. de mil. test. d. l. 3. ff. de man. uind.

Hinc etiam intelligimus, quoties ex duo-
bus legatarijs, aut fideicommissarijs vnus pe-
tit legatum, alter verò non petit, illum con-
sequi quidem totam rem, sed diuersimodè;
74 † Nam pro parte sua, idest, pro parte, quā om-
nimodo est habiturus, etiam alio postea con-
currēte, sine dubio fit dominus verè, realiter,
& incommutabiliter. At pro parte, quam
socius postea superueniens habere debet, fit
dominus commutabiliter, & potiùs imagina-
riè, quam verè, donec alius totaliter excluda-
tur. *Ita in specie declarat Imol. in d. l. si domino*
Stichus 102. num. 2. ff. de leg. primo. Itaq; res-
pectu illius partis possumus dicere, eum esse,
& non esse dominum, prout ex post facto re-
sultabit, *secundum ea, quæ supra diximus.*

Ad tertium respondeo, verum esse, si ex
duobus re coniunctis vnus petat, & ita rem
insolidum consequatur, & alius postea super-
ueniat, & velit consequi legatum, non debere
agere contra hæredem, quippe, qui vni soluē-
do fuit ab vtroque liberatus: sed debere agere
contra collegatarium, qui rem habet, & ab
75 eo petere partem sibi relictam, † *ut rectè decla-*
rant Castr. in d. l. un. § sin autem desiunctim, nu.
1. C. de cad. toll. Ias. in d. l. planè. 34. §. si coniun-
ctim, num. 12. ff de leg. primo, Baldui. in d. §. si
eadem, num. 11. Inst. de legat. & de fideicommissa-
rio uniuersali dicitur in l. cogi. 16. §. Matianus
ff. ad Trebell. sed nego, ex hoc sequi dominiū
rei legatæ non transire rectà via in legatariū
76 postea superuenientem, † quia, cum pro parte
ad eum spectante transierit in primum com-
mutabiliter, *ut supra dictum est*, & secuta il-
lius agnitione resoluatur acquisitio, Conse-
quens est, vt ita censeatur rectà via transire in
secundum, vt transiret, si nunquam res fuisset
pro illa parte primo acquisita; Nam resoluta
acquisitione perinde res habetur, ac, si num-
77 quam facta fuisset † *l. legatarius. 38 § fin. ff.*
de leg. primo. l. id autem. 75. in fin. ff. ad l. Falc.

Nec obstat, quod posterior debeat partem
suam a priore petere, quia talis petitio non fit
78 † ad finem auferendi dominij, quippe, quod
iam est petentis, sed ad finem auferendæ pos-
sessionis, quæ penes alium insolidum reperi-
tur, propterea, quod insolidum ei fuit ab hæ-
rede tradita. *Ita declarat gl. in d. l. cogi. 16. §.*
Matianus, in uerb. petant ff. ad Trebell.

Ad quartum denique respondeo, quod di-
cimus solam petendi potētiam impedire so-
79 lidi petitionem, procedere. † si petitio fiat ad
finem acquisitionis incommutabilis. Cæte-
rùm, si ad finem commutabilis, & resolubilis,
magis esse, vt non impediat *d. l. un. §. ubi autē*
legatarij, uers. sin uero non omnes C. de cadu. toll.
quia potest is, qui primus agit, petere totam
rem, & sic etiam partem socij, non quidem, vt
absolutè suam, sed, vt suam, si socius nunquā
petat. *Ita respōdet Imol. in d. l. si domino Stichus,*
102. num. 2. ff. de leg. primo.

Quartus casus est, quando tractamus de le-
gatis, & fideicommissis relictis duobus, aut
pluribus coniunctim re, & verbis, Et tunc no-
stri frequentiùs censent, idem esse dicendum,
quod de re tantum coniunctis diximus, scili-
cet, posse eum, qui primus ad legatum, vel fi-
80 deicommissum peruenit, totum petere, † *Ita*
enim censuerunt Cin. in d. l. un § ubi autem lega-
tarij num. 3. C. de cad. toll. Alex. in d. l. si duobus.
16. in prin. num. 1. uers. & illud, & ibi Ias. num. 3.
uers. Idem, si essent ff. de leg. primo, Surd. consil.
359. num. 15. Pereg. de fideic. d. artic. 9. num. 12.
Gratia. cap. 330. discep. for. num. 8. & 9. & cap.
81 *694. num. 23.* Mouentur autem, quia † eadem
est re, & verbis, quæ re tantum coniunctorum
ratio: Nam, quemadmodum re coniuncti so-
lidum habent initio, partes verò faciunt con-
cursu, *ut ostendimus in 5. cap. q. 30. num. 1. & 6.*
quod sermo testatoris vnicuiq; rem insolidū
assignet, *d. l. un. §. ubi autem legatarij, uers. sin ue-*
rò non omnes C. de cadu. toll. ita etiam habent,
& faciunt re, & verbis coniuncti, *ut ostendi-*
mus in eodem 5. cap. q. 32. num. 9. Et in proposito
considerant Alex. in d. l. si duobus 16. in prin. nu.
1. uers. & illud, & ibi Ias. nu. 3 uers. Idem, si essent
ff. de leg. primo. Quamobrem, vt illi dicuntur
ad totam rem venire iure suo, idest, iure
pro-

proprij legati, *ut ostendemus in 8.cap.q.15.nu.4.& in cap.9.q.40.nu.66.* ita & hi. *sicuti ostendemus d.cap.8.q.16.num.2.& in d.cap.9 q.40.nu.66.* Deniq; vt illi veniunt per ius non decrescendi, *sicuti demonstrauimus in eodem 5.cap.q.37.num.5.* ita & hi (secundum receptiorem sententiam) per ius non decrescendi venire intelliguntur, *ut retulimus in eodem 5.cap.q.39.num.3.* Quemadmodum igitur re coniunctus potest totam rem petere, & consequi, si socij non petant, *ut ostendimus supra num. 47.* ita etiam dicendum est posse petere, & consequi, re, & verbis coniunctum.

In quo quidem tradunt, re, & verbis coniunctum a coniuncto verbis tantum differre:
82 † Nam verbis tantum coniunctus, tamquam veniens per ius accrescendi, non potest totũ petere, quandiu coniunctus admitti potest, sed tantum partem sibi relictam, *ut retulimus supra num.30.* At coniunctus re, & verbis potest petere totam rem, & eã retinere, vsq; quo socius ad eam admittatur, *ut retulimus supra num.78.*

Cuius diuersitatis hanc afferũt rationem,
83 quia † verbis tantum coniunctus non habet ex dispositione testatoris solidum, sed partẽ, *ut diximus in 5.cap.q.31.num.3.* ideoq; non, nisi partem petere potest. Et, quamquam altera pars possit ei accrescere, *ut nostris frequentiùs uisum est,* hoc tamen intelligitur, si socius defecerit, & sic sub conditione. Ergo ante euentum conditionis non poterit partem illam petere. At re, & verbis coniunctus ex dispositione testatoris habet solidum, *ut diximus in eodem 5.cap.q.32.num.9.* ideoq; solidũ etiam petere potest. Nec est contrariũ, quod eadem res etiam alijs legata sit, quia coeteri non faciunt partes, nisi concursu, ideoq; ante, quam concurrant, nõ possunt impedire, quominus is, qui primus agit, totum consequatur.

Et ita probandum est ab ijs, qui censent re, & verbis cõiunctos venire per ius non decrescendi, quam sententiam diximus esse receptissimam, & in foro probatissimam, *ut retulimus in eodem 5.cap.q.39.num.3.* Coeterùm posita illa opinione, quam nos disputando professi sumus esse veriorem scilicet, eos non nisi per ius accrescendi venire posse, *sicuti demonstrauimus ibi num.8.& seqq.* verius erit, nõ
84 posse quem petere, nisi partem suam, † quia socius, qui ad partem suam speratur admitti, interim facit partem, *ut patet ex ijs, quæ diximus supra num.5.& seqq. quæq; in his etiam terminis procedunt. Et ita in specie de re, & verbis coniunctis censuerunt Imol. in d.l.stipulatio ista.38.§.eum, qui ff. de verb.oblig.& in l.peto.71.§.fratre vers.in gl.cautionem ff.de leg.2.Anto.Gou.in lib.animad.cap.6. Et sentiunt etiam ij, qui negant re tantum coniunctos posse totum petere, quos retulimus supra numer.* 37. Probatur enim

85 Primo *l.si tamen.25.ff.de leg.2.* vbi, † si ex pluribus fideicommissarijs præsenti die vocatis sub nomine collectiuo, & sic coniunctim re, & verbis, quidam sint absentes, & is, qui præsens est, solus agat, & totum fideicommissum petat, scribit Marcellus, causa cognita statuendum, & explorandum esse, an, & alij sint petituri, quibus verbis ostendit, non simpliciter eum ad totius fideicommissi petitionem admittendum esse, sed ita demum, si causa cognita constiterit, alios non esse petituros.

Secundo probatur *l.si duobus.16.§.ult.ff de leg.1.* vbi Pomponius, *Si Titio, & posthumis legatũ sit,* inquit, *non nato posthumo totum Titius vindicabit.* Ergo ante, quam non nascatur,
86 idest, † certum sit, eum non nasci, non vindicabit totum, sed partem.

Nec dicas Pomponium ibi loqui de coniunctis verbis tantum, quia, certum est, initio loqui de coniunctis re, & verbis, cum postea subijciat, *Sed, & si testator Titio, & posthumis viriles partes dari voluerit, uel etiam id expreßerit, totum legatum Titio debetur non nato posthumo,* quæ verba, quia denotant diuersitatem facti, non iuris, ostendunt, in præcedenti specie nõ fuisse datas partes viriles, & sic non fuisse re disiunctos legatarios.

Tertio probatur *d.l.un.§.ubi autem legatarij, uers. si uerò pars quædã, iuncto uers. sin uerò non omnes C. de cad. toll.* vbi Iustinianus ait,
87 † partes non petentium cõiunctis accrescere, disiunctis verò non decrescere, quia, cum primus rem solidam habuerit ex sermone testatoris, & per socij concursum debuerit ei decrescere, Consequens est, vt cessante concursu non possit dici accrescere, sed potiùs non decrescere. Itaq; quod de solidi consecutione dicit, manifestè constringit ad disiunctos, ad differentiam coniunctorum, de quibus supra locutus est. Atqui supra locutus est de coniũctis re, & verbis, quippe, qui simplici coniunctorum verbo continentur, & designantur, *l.coniunctim.78.ff.de leg.3.§.si eadem, Inst.de legat. & nos latius ostendimus in 5.cap.q.28.num.8.* Ergo ad eos non pertinet, quod de solidi petitione, & retẽtione dictũ est. Et ita disputando veriùs arbitror, tametsi in foro non puiem a communi recedendum.

Et hæc quidem de ijs dicuntur, qui statim admitti possunt, sed tamen non admittuntur, vel propter absentiam, aut ignorantiam, vel propter negligentiam. Nunc videamus de ijs, qui statim quidem admitti nõ possunt, quod eorum admissio pendeat a futuro euentu, sed admitti sperantur, & dispiciamus, an, & quãdo interim, dum sperantur, faciant alijs partẽ, & sic impediant, ne illi possint totum petere. Pro faciliori autem huius quæstionis explicatione varios etiam distinguemus casus, & per singulos definiemus, quod iure statuendum arbitremur. Casus autem hi sunt.

Primus, quando tractamus de hæreditate, in qua testator vnum instituit purè, alterum verò sub conditione, quo casu, licet purè vocatus statim admitti possit ad suam portionẽ, non tamen statim potest admitti vocatus sub conditione, sed interim, dum ea pendet, solã capiendæ portionis spem habere intelligitur. Et tunc, si quæramus, an purè institutus possit interim totum petere, constat, rem esse mirũ in modum controuersam: Nam pleriq; cen-
88 suerunt, non posse petere, nisi partem. † *Ita enim censuerunt Io.& Irn. quos simpliciter refert gloss. in l.1.§.sed & quoties, in uerb. uniuersam ff.ad Treb.& sequuntur gl.in l.si Titio.7.in uerb. si Titio, uers. sed secundum ff. de leg.2.Bald.in d.*

l.plan è.

l. planè. 34. §. si coniunctim, uers. cum ergo quæ-
ritur. & ibi Imol. num. 3. uers. Item secus, ubi ait,
de iure non uideri procedere opinionē gl. licet fortè
propter eius autb oritatem seruaretur in practica
ff. de leg. primo, Castr. in l. 2. num. 2. uers. sententia
Io. ff. si pars hęr. pet. Crott. in d. l. re coniuncti, nu.
89. & ibi Polit. nu. 38. uers. Et hęc in legato. Cęph.
cons. 716. num. 38. uers. Ad quartum. Mouētur
autem, vt ita sentiant
89 Primo, quia, † si posset totum petere, non
posset postea desinere esse hęres pro parte re-
licta cohæredi, quia, qui semel est hæres, non
potest postea directò desinere esse hæres, ut
diximus in hoc cap. q. 16. num. 9. & per conse-
quentias cohæres sub cōditione vocatus post
illius euentum nō posset fieri hæres directò,
cum vni duo hęredes insolidū esse nequeant,
ut diximus ibi nu. 294. At hoc esset absurdū,
quia repugnaret voluntati testatoris, quippe,
qui secundum hæredem instituendo, etiā sub
conditione voluit eum directò fieri hæredē
l. si hęres. 7. uers. aut experiundi, ibi effectus sit hę-
res ff. fam. ercis. Ergo absurdum est etiā dicere,
purè institutum posse interim habere totum.
Ita arguunt Castr. in d. l. 2. num. 2. uers. sententia
Io. ff si pars. hæred. pet. Imol. in d. l. planè. 34 §. si
cōiunctim, nu. 3. uers. Item secus ff. de leg. 1. Cęph.
d. cons. 716. num. 38. uers. Ad quartum, & scribūt
etiam ij quos referemus infra num. 97. & 111.
Secundo mouentur l. uerbis ciuilibus. 7. ff. de
uulg. vbi Papinianus, Verbis ciuilibus, inquit,
substitutionem post decimum quartum annum
ætatis frustrà fieri conuenit. Sed, qui non admit-
titur, ut substitutus, ut adiectus hæres quandoq;
non erit, ne fiat contra uoluntatem, si filius
non habeat totum interim, quod ei testamen-
90 to pater dedit, quibus verbis innuit, † si sub-
stitutus deberet admitti, vt adiectus, & sic, vt
cohæres sub conditione datus, non debere fi-
lium interim habere totum. Sed in casu pro-
posito tractamus de eo, qui sine dubio admit
titur, vt adiectus, siue, vt cohæres sub cōditio-
ne datus. Ergo non poterit alius interim ha-
bere totum. Ita arguit Crott. in d. l. re cōiuncti,
num. 89.
91 Tertio mouentur, quia, † quoties vni res
purè, alteri sub conditione relinquitur, par est
hæreditatis, & legatorū causa l. hæc scriptura.
26. §. ult. ff. de cond. & dem. Sed in legatis non
potest purè vocatus habere totum, nisi condi-
tio deficiat, aut ea pendente moriatur lega-
tarius l. si separatim. 30. ff. eod. Ergo idem di-
cendum est in hæreditate. Ita arguit Polit.
in d. l. re coniuncti, nu. 38. uers. Facit. & contra.
92 Quarto adducitur, quia, † qui ex parte purè,
& ex parte sub conditione institutus est, & in
conditionali substitutum habet, censetur in
conditionali habere cohæredem sub condi-
tione datum, si conditio, sub qua vocatus est,
non extiterit scilicet, quia substitutus ei qui
sub conditione institutus est, censetur sub cō-
traria conditione hæres institutus l. fin. ff. de
cond. inst. Atqui is, qui ex parte purè, & ex par-
te sub conditione institutus est, & in condi-
tionali substitutum habet, pendente condi-
tione non fit hæres, nisi pro parte pura l. cum
hęres 52. §. ult. ff. de acq. hæred. & nos latè dicemus
in 8. cap. q. 19. Ergo hæres purè institutus, qui
cohæredem conditionalem habet, pendente
conditione non potest habere totum. Ita
sensit gl. in d. l. cum hæres. 52. §. ult. in uerb. in cō-
ditionalem, dum ait, locum illum facere pro opi-
nione Io.
Quinto prædicta confirmari videntur ex
l. liber homo. 59. §. si ita scriptum ff. de hæred. inst.
93 vbi, † si testator instituat duos hęredes, nem-
pe Titium in vno triente purè, in alio verò
triente sub conditione, & Caium in alio triē-
te purè, quia triens ille, qui sub conditione
datus est Titio, debet ea deficiente vtrique
cohæredi pro portione hæreditaria accresce-
re, & ita Titius, siue conditio existat, siue de-
ficiat, omnimodo est habiturus dimidiam il-
lius trientis, ideo statim fit hæres non solum
pro triente purè dato, sed etiam pro dimidia
trientis conditionalis, quia frustra expectatur
conditio, cuius euentus nihil operatur, ut latè
ostendemus in eodem 9. cap. q. 19. At alia dimi-
dia, quæ deficiente conditione esset peruen-
tura ad Caium purè institutum, dum condi-
tio pendet, non ad eum pertinet, sed stat in
suspenso. Ergo, ex hoc patet, purè institutum
non posse consequi partem conditionalem
alij datam, dū conditionis euētus expectatur.
Et ita ibi not. Ang. uers. Itē est hic casus, & Imol.
num. 10 uers. ultimo not.
Sexto pro hac parte adduci solet ratio,
94 quam retulimus supra num. 8. quia, † quandiu
spes est institutionis, tandiu substitutio cessat.
Sed ius accrescendi est quædam substitutio
saltem tacita. Ergo, quandiu speratur institu-
tio, tandiu cessare debet ius accrescendi. Ita
in proposito arguunt gl. in d. l. si quis ita scripse-
rit. 33. in uerb. idem Titius. & ibi Imol. num. 2.
uers. In gl. 1. ff. de hæred. inst. Bald. in d. l. planè.
34. §. si coniunctim, uers. & ex hoc apparet ff. de
leg. 1.
Alij verò contra censuerunt, imo hæredē
purè institutum, interim, dum conditio pen-
95 det, posse petere totam hæreditatem † In qua
sententia fuerunt Azo, & Pyl. quos refert gl in
d. l. 2. in uerb. ad eos ff. si pars hęred. pet. In hanc
rem adducentes, Primo l. si hęres. 7. ff fam. ercis.
cuius uerba, sensumq; referemus infra num. 114.
Secundo l. planè. 34. §. si coniunctim, uers. sed in
pupillari ff. de leg. 1. de qua dicemus infra num.
143. & seqq. & num. 149. & seqq. Tertio l. un. §.
ubi autem legatarij, uers. sin uero non omnes C. de
cad. toll. de qua diximus supra num. 48. & seqq.
Quarto demum l. sub conditione. 10. §. si uni
ff. de assig. lib. de qua dicemus infra num. 153.
uers. 4.
Sed alij frequentiùs amplexi sunt tertiam
sententiam existimantium, multum referre,
vtrum hæredes fuerint in separatis, & distin-
ctis partibus instituti an verò simpliciter: Nā,
si in partibus distinctis, vt, quia testator dixe-
rit, Instituo Titiū in dimidia, & Caiū in alia
dimidia, si nauis ex Asia venerit, cēsent non
posse purè institutū petere, nisi partē, Et in his
96 terminis verissimā esse sentētiā Ioannis † Ita
enim post Hugo quē refert, & sequit gl. in d. l. 2. in
uerb. ad eos uers. Tu autē potes ff. si pars hęred. pet.
cēsuerūt. Bartol. in d. l. planè. 34. §. si coniunctim,
n. 2. vers. Dicas, & ibi Cast. n. 2. ff. de leg. pri. Ang.
in d. l. liber homo. 59. §. si ita scriptum, vers. Item
est hic casus, & ibi Imol. num. 10. vers. Vltimo not.
ff. de hæred. inst. Imol. in d. l. si quis ita scripserit.
33. num. 2. vers. In ea gl. in fi. ff. eod. Alex. consil.
162. num. 5. vol. 2. vbi ait, hanc esse verum, & ma-
gis

gis communem conclusionem. Ruin. consil. 54. nu.
8. vers. sed ad eam & num 9. vol. 2. Gomez. tom.
1. varia. resol. cap. 2. num. 15. vers. Tertia opinio,
Crass. in §. bonorum possessio. q. 29. num. 2. versic.
quæ communis, Men. cons. 105. num. 54. Proba-
tur enim d. l. liber homo 59. §. si ita scriptum ff.
de hæred. inst. secundum ea, quæ diximus supra
num. 93. & ea ratione, quam retulimus nu 89.
97 scilicet, quia, † si purè institutus interim fieret
hæres in totum, non posset postea cohæres
succedere directò, vt voluit testator, cum is,
qui semel hæres est, non possit desinere esse
hæres, & vni duo insolidum, & directò hære-
des esse nequeant, vt in proposito ratiocinatur
Alex. d. cons. 162. num. 6. vol. 2. Ruin. d. consil. 54.
num. 8. vers. sed ad eam, vol. 2. Ceph. cons. 716. nu.
38. vers. Ad quartum. Idque adeo verum est, vt
procedat.

Primo, non solum, si hæredes fuerint in di-
uersis orationibus vocati, & sic omnimodo
disiuncti, sed etiam, si vocati sint in eadem
oratione, & ita sint coniuncti verbis, vt, quia
testator dixerit, Instituo Titium, &, si nauis
ex Asia venerit, Caium æquis partibus: Ad-
huc enim Titius pendente conditione non,
98 nisi dimidiam cõsequetur, † ut scribunt Bart.
in d. l. planè. 34. § si coniunctim, numer. 2. & ibi
Castr. num. 2. ff. de leg. primo, Gomez. d. tom. 1.
varia. resol. cap. 2. num. 15. vers. Tertia opinio.

Secundo procedit, non solum, si conditio
sit expressa, sed etiam, si tacita: Nam, si testa-
tor instituat Titium in certa portione, & in
residuo instituat nascituros, quo casu cẽsetur
eos instituere sub tacita conditione, si nascẽ-
99 tur † l. 1. §. inst. ff. de cond. & demon. Et scribunt
Soc. Iun. cons. 172. num. 14. vol 2. Alcia. consil. 47.
num 5. lib. 9. Decia. cons. 129 num. 19. volum. 3.
Ceph. cons. 450. nu. 17. vol. 3. Surd. cõs. 439. nu. 27.
Titius interim non habebit totum, sed eam
tantum partem, in qua fuit institutus, siue fue-
rit omnimodo disiunctus, siue etiam coniun-
100 ctus verbis, † ut in specie scribit Alcia. d. consil.
47. num. 6. lib. 9. quia posthumi, siue nascituri,
quandiu sperantur, faciunt partem, & sic im-
pediunt, ne alij totam hæreditatem habere
101 possint † l. 1 §. si ex tribus ff. de bon. poss. contra
tab. l. 3. §. utique ff. de suis, & legit. l. cum quidã.
30. §. suum ff. de acq. hæred. Et scribunt gl. in d.
l. si Titio. 7. in verb. si Titio, vers. uel secundum
ff. de leg. 2. Surd. cons. 415. num. 12. Pro qua autẽ
parte faciant alijs partem, si quæramus, cõstat
102 † esse distinguendum: Aut enim posthumi,
siue nascituri vocantur collectiuè, vt, quia te-
stator dixerit, instituo Titium in dimidia, &
posthumos in alia dimidia, Et non, nisi vnam
partem facient, quia, qui collectiuè vocan-
tur, pro vna tantum persona reputantur, ut
ostendimus in 5. cap. q. 35. num. 7. Aut verò vo-
cantur viriliter, vt, quia testator id voluerit,
vel etiam id expresserit, ut dicitur in l. si duo-
bus 16. §. fin. ff. de leg. primo. Et tunc, quia tres
nasci possunt, iuxta antiquorum definitionẽ
in l. antiqui. 3. ff. si pars hæred. pet. & l. utrum
3. in prin. ff. de reb. dub. ideo venter faciet par-
tem pro tribus. Itaque, si testator instituat fi-
lium iam natum, & nascituros æquis partibus,
& decedat relicta vxore prægnante, qui iam
natus est, habebit quartam, aliæ verò tres re-
manebunt in suspenso, donec mulier prægnãs
pepererit d. l. antiqui. 3. ff. si pars hæred. pet. &
declarant gl. in d. l. 1. §. si ex tribus, in verb. idem
ff. de bon. poss. contra tab. latè Surd. d. cons. 415.
num 12.

Ex prædictis infertur, si testator instituat
Titium purè in dimidia, & post eius mortem
instituat Caium in alia dimidia, siue in resi-
duo, quia censetur hunc instituisse sub tacita,
& intellecta conditione, si tunc temporis su-
peruixerit, ut nos latè ostendimus in hoc cap. q. 16.
num. 71. ideo Titium interim, dum viuit, non
esse habiturum totam hæreditatem, sed tantũ
103 dimidiam, † ut scribunt Alex. consil. 162. num. 5.
& 6. uol. 2. Ruin. cons. 54. num. 8 uol. 2. Ceph. cons.
716. num. 13. Pereg. de fideicom. artic. 5. num. 21.
104 quia † Caius, tamquam ei datus, vt cohæres,
interim, dum speratur, facit ei partem, & sic
impedit, ne totum habeat, ut in specie declarat
Ceph. d. cons. 716. num. 38. uers. ad quartum.

Tertio procedit, non solum, si vnus purè
fuerit institutus in vna parte, alius verò sub
cõditione in alia parte, in quibus terminis pro-
cedunt ea, quæ supra diximus, sed etiam, si vnus
fuerit institutus in re certa, alius verò sub cõ-
ditione in tota hæreditate: Nam, quandiu cõ-
ditio pendet, & sic spes est, posse institutum
in tota hæreditate fieri hæredem, tandiu hæ-
reditas nõ accrescet instituto in re certa, quia
dispositio l. 1. §. si ex fundo ff. de hæred. instit.
ita demum locum habet, si hæres vniuersalis
non admittatur, nec admitti speretur, secus
verò, si speretur, quia tunc facit illi partem,
seu (vt verius loquar) impedit hæreditatis ac-
cretionem, & (quod effectu idem est) particu-
laris institutionis in vniuersalem conuersio-
105 nem. † Ita scribunt Pic. in l. Titia. 35. §. 1 num.
102. uers. & istam opinionem ff. de leg. 2. Ruin.
cons. 54. num 9. uers. & propterea, & cons. 106.
num. 22. uers. unde text. uol. 2. Mantic. de con. ult.
uol. lib. 4. tit. 5. artic. 2. nu. 9. Idem est, &, si vnus
instituatur purè in re certa, alius verò post
eius mortem, & sic sub cõditione in tota hæ-
reditate: Nam pendente huius conditione
non accrescet illi hæreditas, ut latè ostendimus
in hoc cap. q. 16. num. 448. & seqq. Et hoc dato
etiam, quod ille fuisset in vsufructu hæres in-
stitutus, ut ibi uerius esse demonstrauimus num.
315. & seqq. quicquid alij censuerint. Quamo-
brem, & si testator instituat Titium in re cer-
ta, & nascituros in tota hæreditate, interim
106 Titius non capiet totam hæreditatem. † Ita
Surd. d. cons. 439. num. 27. & seqq.

Quarto procedit, non solum, quoad effe-
ctum acquisitionis, quod caret dubio, cum
etiam in sequenti specie non fiat eius partis
acquisitio, ut postea ostendemus, sed etiã, quo-
ad effectum administrationis: Nec enim au-
diendus est hæres ex parte institutus, si alte-
rius partis, in qua testator alium sub conditio-
ne instituit, petat administrationem sibi de-
cerni, dum conditio pendet, quoniam hæc,
non ad eum, qui purè institutus est, sed ad eũ,
qui est institutus sub conditione, pertinere
107 debet, † ut in specie declarant Imol. in l. hæredi-
tas ex die 34. nu. 6 uers. aduerte quia ff. de hæred.
instit. Gomez. tom. 1. varia. resolu. cap. 2. num. 15.
uers. Tertia opinio, Crass. in §. bonorum possessio
q. 29. num. 2. uers. quæ communis, Men. cons. 105.
108 num. 54. scilicet, quia † institutus sub condi-
tione, licet ea pendente non possit adire hæ-
reditatem, potest tamen petere bonorum

possessionem, per quam non fit quidem do-
minus, nec ius aliquod in bonis habere in-
telligitur, sed consequitur administrationem,
tamquam curator bonis datus, *ut patet ex ijs,*
quæ diximus in hoc ipso cap. q. 16. nu. 219. & seqq.
Vtrum autem ius habuisse censeatur, pendet
a futuro euentu, quia, si postea extiterit con-
ditio, retrofingetur hæres etiam ab initio fuis-
se, quod, si non extiterit, censebitur illa portio
iam vsque ab initio cohæredi accreuisse. *Ita*
declarat Men. d. cons. 105. num. 54.

In quo quidem mihi videntur *Alcia. d. cons.*
47. nu. 6. lib. 9. & Decia. d. cons. 129. nu. 20. vol. 3.
109 errasse dum putarunt, † in specie, qua testator
instituerat natum in certa hæreditatis parte,
in alia verò, siue in residuo instituerat nasci-
turos, interim, dum alij sperantur, natum totã
hæreditatem, & sic etiam aliorum partes ha-
biturum, non, tamquam hæredem, sed, tam-
quam administratorem, ex doctrina Bartoli,
quam postea referemus, &, cui Decianus ait,
neminem contradicere, quia verius est, imo,
ne iure quidem administrationis potuisse na-
tum habere partes nasciturus assignatas: Nam
Bartoli doctrina procedit, quando testator
simpliciter instituit vnum purè, alterum verò
sub conditione: Tunc enim verum est, purè
institutum posse interim habere totum, non
quidem, vt hęredem, sed, vt administratorem
earum partium, quæ alijs assignatæ sunt. Coe-
terùm, quando eos instituit in separatis, atq;
distinctis partibus, vt euenerat in Alciati, De-
cianique speciebus, tunc verius, & receptius
est, purè institutum, ne iure quidem admini-
strationis posse aliorũ partes obtinere: Alio-
quin enim nulla esset differentia, vtrum par-
tes fuerint a testatore distinctæ, nec ne, quo-
niam vtroque casu purè institutus totius hæ-
reditatis administrationem, non etiam ius
hæredis pro partibus alijs, aut expressim, aut
tacitè assignatis haberet, quod tamen repu-
gnat doctrinæ Bartoli, quam constat esse re-
ceptissimam.

Quod, si hæredes non fuerint in separatis,
atque distinctis partibus instituti, sed, aut in
eodem asse, vel parte, sed sine partibus, & sic
re cõiuncti, aut etiam simpliciter, tunc verius
esse putant posse eum, qui purè institutus est,
dum alterius conditio pendet, totum petere,
110 & apud se retinere. † *Ita enim post Hugo. cen-*
suerunt gl. in d. l. 2. in verb. ad eos, uers. Tu autem
ff. si pars hæred. pet. Bart. in d. l. planè. 34. §. si con-
iunctim, num. 2. & ibi Castr. num. 2. ff. de leg. pri.
Bart. in d. l. si quis ita scripserit. 33. num. 1. & ibi
Imol. num. 2. vers. In ea gl. in fi. ff. de hæred. inst.
Bald. in d. l. vn. §. sin autem ad deficientes, num. 2.
vers. sed in hæreditatibus C. de cadu. toll. & in d. l.
ex trauctim. 9. num. 6. C. de hæred. inst. Castr. cons.
56. num. 3. vers. Interim, vol. primo, Crass. in d. §.
bonorum possessio. q. 29. num. 2. vers. quæ commu-
nis, Gomez. d. tom. 1. varia. resolut. cap. 2. num. 15.
vers. Tertia opinio, non, quod in totum fiat
111 hæres, † quia alioquin non posset postea eue-
niente conditione desinere esse hęres pro par-
te cohæredis, *secundum ea, quæ diximus supra*
num. 20. Et in proposito considerant Bart. in d. l.
planè 34. §. si coniunctim, num. 2. vers. dicat ff. de
leg. primo. Ang. in d. l. 2. num. 1. vers. tenendo ff. si
pars hær. pet. Imol. in d. l. si quis ita scripserit. 33.
num. 2. vers. In ea gl. in fi. ff. de hæred. inst. Et sen-
tit Bald. in d. §. si coniunctim, vers. sed in hæredi-
tate, dum ait, opinionem Io. esse veriorem, quoad
ius directum, id est, vt totius hæreditatis admini-
112 strationem habeat, † *ut declarant Aug. in d. l.*
2. num. 1. vers. & ideo tutior ff. si pars hæred. pet.
Imol. in d. l. si quis ita scripserit. 33. num. 2. vers.
In ea gl. in fi. ff. de hæred. inst. Rum. cons. 97. nu.
7. vol. 2. Decia. d. cons. 129. num. 20. vol. 3. Men.
d. cons. 105. num. 55. Rota apud Ludouis. decis. 85.
num. 25. Itaque statim quidem fiet hæres pro
sua portione, sed pro alia res pendebit a futu-
ro euentu: Nam, si postea extiterit conditio,
& cohæres adierit hæreditatem, non censebi-
tur ille fuisse hæres, nisi pro sua portione.
Quod, si conditio defecerit, aut post eius euẽ-
tum cohæres non adierit hæreditatem, cense-
113 bitur semper insolidum hæres extitisse. † *Ita*
declarant Bart. in d. l. si quis ita scripserit. 33. nu.
1. & ibi Imol. nu. 2. vers. In ea gl. in fi. ff. de hæred.
instit. Bart. in d. l. planè. 34. § si coniunctim, nu. 2.
vers. Dicat ff. de leg. primo. Bald. in d. l. vn. §. sin
autem ad deficientes, num. 2. vers. sed in hæredita-
tibus, vbi ait hanc esse ipsam ueritatem C. de cadu.
toll. Castr. d. cons. 56. num. 3. uers. Interim, uol. pri.
Imol. in d. l. hæreditas ex die. 34. num. 3. uers. sed
certè ff. de hæred. inst. Decia. d. cons. 129. num. 20.
volu. 3. Rota apud Ludouis. d. decis. 85. num. 25.
Et hanc sententiam verissimã esse puto: Pro-
batur enim *l. si hæres. 7. ff. fam. ercis.* vbi Venu-
leius, *Si hæres unus*, inquit, *cum sub conditione*
adiectum cohæredem, aut apud hostes haberet, di-
xerit, se hæredem esse, & actione expertus uicerit,
deinde conditio hæredis extiterit, uel postliminio
redierit, an uictoriæ commodum debeat cum eo cõ-
municari? nam indubitatè iudicati actio ei insoli-
dum competit, & electionem cohæredi dandam,
idest, aut communicandam eam, aut experiundi
faciendam potestatem huic, qui post uictoriam co-
hæredis effectus sit hæres, aut reuersus sit in ciuita-
tem. Idemq; obseruandum, si postea natus sit post-
humus: Non enim his personis silentium imputa-
ri potest, cum ad hæreditatem post uictoriam cohę-
redis peruenerint: Nam diligenter põderanda
sunt illa verba, *si hæres unus, cum sub conditio-*
ne adiectum cohæredem haberet, quippe, quæ
114 † non possunt verificari in eo qui purè fuit in-
stitutus in certa parte, sed tantum in eo, qui
fuit institutus simpliciter, vel in toto asse: Nã
cohęres tunc dicitur adijci, cum testator po-
stea, quam totam hæreditatem vni, vel pluri-
bus assignauit, vult eam in aliquem euẽtum
115 adiecto communicari, † *ut patet ex l. uerbis ci-*
uilibus 7. & l. qui complures. 31. ff. de uulg. l. ei, qui
soluendo. 88. ff. de hæred. inst. & nos etiam dixi-
mus in hoc cap. q. 17. num. 52. & 91. uers. Deniq;
Et tamen supponit Venuleius, hæredem pu-
rè institutum fuisse ad totius petitionem ad-
missum, & vicisse, sed, quia postea euenit con-
ditio, ideo victoriæ commodum esse cohęre-
di communicandum. Ergo probat hic locus,
eum, qui purè institutus est in tota hęreditate,
vel simpliciter, posse totum petere, licet ha-
beat cohæredem sub conditione datum.

Hinc infertur primo, si testator instituat
Titium, & posthumos, seu filios nascituros,
interim, dum hi non nascuntur, posse Titium
116 petere totum, † *secundum ea, quæ supra dixi-*
mus, quippe, quæ etiam in his terminis procedunt,
ut probat d. l. si hæres. 7. uers. Idemque obseruan-
dum ff. fam. ercis. Et scribunt Gabau. *in l. Gallus.*
29. §.

29. §. *quidam recti, num. 23. uers. circa hanc ff. de lib. & posth. & Alcia. d. cons. 47. num. 6. lib. 9.*

Secundo infertur, si statutum excludat foeminas, quandiu extabunt masculi, & ita temporaliter, masculos interim totam hæreditatem habituros, non, vt statim sint heredes pro partibus foeminarum, sed, vt interim earum sint administratores; Coeterùm, vtrum etiam pro ijs sint hæredes, pendete a futuro euentu, quia, si feminæ præmoriantur, masculi sëper, & insolidum censebuntur hæredes extitisse, quod, si præmoriantur masculi, feminæ suas portiones consequentur, & ita masculi nunquam pro ijs hæredes fuisse intelligentur.
117 † *Ita scribit Bald. in d. l. extrantum. 9. nu. 5. uers. Ex hoc patet C. de hæred. inst.*

Nec est nouum, habere quem interim plus hæreditatis, quam habere debeat, si verè portionis definitio pendeat a futuro euentu: Nam, & cum speratur posthumus, admittitur iam
118 natus ad quadrantem, † licet fieri possit, vt minus sit habiturus, quatuor fortè, aut pluribus vno partu natis *d. l. antiqui. 3. ff. si pars hæred. pet.* Sed euentus declarabit, pro qua parte vero verè fuerit hæres. *Ita declarat Bart. in d. l. planè. 34. § si coniunctim, n. 2. uers. Nec mireris ff. de leg. 1.*

Nec est, quod respondeas, diuersam esse rationem posthumi, & eius, qui sub conditione institutus est, quod, quando posthumus vocatur, lex in illa incertitudine numeri eorum, qui nasci possunt, reputauerit quodammodo impossibile, aut certè per quam rarum, plures tribus nasci, cum alioquin conditio facilè existere possit, ideoque hoc expectandum es-
119 se, non, quod raro contingit, † *ut respondet Polit. in d. l. re coniuncti, num. 38. uers. Neque ius uatur*, quia, licet hoc verum sit, non tamen
120 tollit vim argumenti: Nam, † & si rarò contingat, plures tribus nasci, tamen verum est, posse hoc euenire, & tamen lex vult, interim natum habere quartam hæreditatis, cum alioquin natis quatuor solummodo quinta sit habitur'.

Hinc intelligimus non obesse contraria: Ad primum enim respondent nonnulli, eum, qui purè institutus est, fieri quidem hæredem, etiam pro parte cohæredis, sed commutabili-
121 ter, † quia, si postea extiterit conditio, pars illa ei decrescet, & in cohæredem directò transferetur. Idque non esse absurdum, cum fiat virtute fictionis retrotractiuæ, quæ operatur, vt purè institutus nunquam pro illa parte heres fuisse censeatur. *Ita post Albér. & Bald. in d. l. a. ff. si pars hæred. pet. & Bald. in d. l. extraneum 9 num. 5. uers. Adhuc dubitatur, & nu. 6. C. de hæred. inst. scribit Gomez. d. tom. 1. uaria. resolut. cap. 2. num. 15. uers. sed ista opinio.*

Sed, quamquam hoc verum sit in legatis, & fideicommissis, *ut patet ex ijs, quæ supra diximus*, non tamen admitti potest in hæreditatibus, quippe, quæ nunquam commutabili-
122 ter acquiruntur, † cum, vbi semel acquisitæ sunt, non possint postea directò non acquisitæ censeri, *ut diximus in hoc cap. q. 16. num. 9.* Qua ratione fit, vt Iustinianus, qui primus iuris accrescendi, & non decrescendi discrimen obseruauit, id quidem recensuerit in legatis, & fideicommissis, *in d. l. un. §. ubi autem legatarij, uers. sin uero non omnes C. de cadu. tollend.* sed non in hæreditatibus, vtpote, in quibus indistinctè scripsit, partem vacantem cohæredibus accrescere, siue coniunctim, siue disiunctim fuerint instituti *d. l. un. §. his ita definitis.*

Quamobtem verior est responsio, si dicamus, hæredem purè institutum, ne in ea quidem specie, in qua fuit institutus simpliciter, fieri
123 hæredem ex asse, † quia totum hoc pendet a futuro euentu: Nam, si conditio extiterit, censebitur pro parte tantum heres extitisse, quod, si defecerit, ex asse hæres fuisse intelligetur, *ut diximus supra num. 113.* Itaque, quod dicimus, eum interim habere totum, procedit, quoad administrationem, non, quoad iuris acquisitionem, *ut diximus nu. 112. Ita respondent Bart. in d. l. si quis ita scripserit. 33. num. 1. & ibi Imol. num. 2. uers. In ea gl. in fi. ff. de hæred. inst.*

Ad secundum verò respondeo, Papinianum
124 ibi, † non tractare de ea admissione, quæ fit ad finem administrationis, sed de ea, quæ tribuit ius, & nomen hæredis, & hoc significare, si is, qui verbis ciuilibus substitutus est filio post pubertatis annos decedenti, admitteretur, vt cohæres, filium interim, dum viuit, non habiturum totum, idest, non futurum heredem ex asse, prout voluit pater, quod, & verum est, sed non negare, quin totum esset habiturus, saltem, quoad administrationem, quia, cum hoc admittatur etiam in extraneo *d. l. si hæres. 7. ff. fam. ercis.* Consequens est, vt multo magis debuerit admitti in filio.

Ad tertium respondeo, paritatem non consistere in modo, sed in effectu accretionis:
125 † Nam, vt legatarius, ita, & heres purè vocatus deficiente alterius conditione effectu totum habet, sed modo diuerso: Legatarius enim habet totum per ius non decrescendi, hæres verò per ius accrescendi, *ut nos supra diximus, & iure uerius arbitramur*, aut, vt alij malunt, legatarius totum habet, quia retinet dominium, quod sibi insolidum quæsitum est, *ut patet ex ijs, quæ diximus supra num. 62.* hæres verò totum habet, quia retinet id, quod retrofingitur in totum habuisse, licet re vera non habuerit, nisi administrationem, cum non fuerit hæres, nisi pro sua parte, & ius alterius partis remanserit in suspenso, *ut diximus supra num 112. & seqq.*

Ad quartum, & quintum respondeo, Pri-
126 mo, locos illos non loqui † de effectu administrationis, sed de effectu acquisitionis, & hoc dicere, hæredem purè institutum, interim, dum alterius partis conditio pendet, non fieri hæredem etiam pro conditionali, sed ea stante in pendenti, quod, & nostri frequentiùs censent, indistinctè verum, sed non negare, quin interim possit heres purè institutus habere partem conditionalem saltem, quoad effectum administrationis, de quo nos loquimur.

Secundo respondeo, loqui eos de hæredibus in separatis, atq; distinctis partibus insti-
127 tutis, † quos etiam nostri communiter fatentur, no posse interim habere totum, sed tantum partem sibi purè relictam, non solum, quoad effectum acquisitionis, sed etiam, quoad effectum administrationis, *vt patet ex ijs, quæ diximus supra num. 107. & seqq.* Aliud verò iuris esse, quoties purè vocatus fuit institutus, vel in toto asse, vel etiam simpliciter: Nam tunc verius est, hæredem sub conditione institutum non posse interim impedire, quominus alter, tamquam purè vocatus totum habeat, non quidem, vt

hæres,sed,vt administrator, *secundum ea, quæ supra diximus*.

Ad sextum denique respondeo, id procc-
128 dere, † si respiciamus ad effectum acquisitio-
nis:nam hoc respectu verum est,ius accrescē-
di ad instar substitutionis regulari, quia, quē-
admodum substitutus non antea potest hęres
fieri,quam institutus defecerit,& omnimodo
sit ab hæreditate exclusus,ita, & cohæres non
ante per ius accrescendi partē cohęredis con-
sequitur, q̄ is omnimodo defecerit. Coeterū,
si respiciamus ad effectū administrationis, ma
gis esse,vt ius hæredis,vel ex asse,vel simplici-
ter instituti sit maius, q̄ ius substituti, scilicet,
quia hæres, qui conditionalem cohæredem
habet, potest interim habere totum *d. l. si hæ-
res. 7. ff fam. ercis.* cum alioquin substitutus
interim a toto repellatur. Cuius diuersitatis
129 ratio est,quia † institutus, tamquam purè vo-
catus statim ius habere intelligitur, ideoque
statim potest totum petere, licet fieri possit,
vt eueniente conditione,sub qua pars alij fuit
assignata, debeat eam illi remittere. At sub-
stitutus, tamquam sub conditione vocatus,
dum ea pendet,nullum in re ius habere intel-
ligitur, sed solam eius habendæ spem, quæ,
quia petitionis effectum operari nequit,ideo,
nec potest efficere, vt interim rem habere, &
administrare possit.

Secundus verò casus est, quādo tractamus
de legatis, & fideicommissis particularibus,
quæ vni purè, alteri verò sub conditione reli-
cta sunt, & legatarij, vel fideicommissarij sūt
coniuncti verbis tantum, Et tunc omnes fa-
tentur pendente conditione non posse purè
vocatum petere,nisi partem, quia socius,qui
ad partem suam speratur admitti, interim ei
130 facit partem. † *Ita enim scripserunt Bald. in d. l.
planè. 34. §. si coniunctim vers. In ea gl. sub con-
ditione,& vers Cum ergo quæritur, & ibi Castr.
num. 3. ff de leg. primo. Et est de mente omnium,
quos retulimus supra num. 4. 5. 6. & 30.* Nam,
131 † cum purè vocatus (posita communi, *quam
retulimus in 5. cap. q. 38. num. 9.*) non possit ad
partem socij venire, nisi per ius accrescendi,
vt diximus ibi num. 1. cui locus esse nequit an-
te,quam pars omnimodo deficiat,*vt diximus
in q. praced. nu. 2.* & deficere non dicatur,do-
nec coniunctus ad eam speratur admitti, Cō-
sequens est, vt ante defectum conditionis ad
ea purè vocatus venire nullo modo possit. *Ita in proposi-
to ratiocinatur Castr. in d. l planè. 34. §. si coniun-
ctim, num. 3. ff. de leg primo, & nos etiam retuli
mus supra num. 10.* Idque procedit, non solū,
si conditio sit expressa, sed etiam, si tacita, vt
quia Titio, & posthumis viriles partes datę
sint, *vt in specie l. si duobus. 16 §. vlt. ff. de leg. 1.
& l quidam. 6. §. vlt. cum. 2. ll. seqq ff. de reb. dub.*
Nam, quandiu sperantur posthumi, faciunt
132 Titio partem, † *vt scribunt Cin. in d. l vn. §. in
primo, num. 2. vers. Quinto, & in d. §. vbi autem
legatarij, num. 3. C. de cad. toll. Bart. in l huiusmo-
di. 86. §. si Titio, & Mæuio vers. primus, & ibi
Ias. num 10. vers. Idem, quando ff. de leg. primo.
Bartol. in d. l. si duobus. 16. in prin. & ibi Bald.
Ang & Ias. num. 1. ff. eod. Io. Gaud. in d l. re con-
iunctis, nu 54. vers. Quod ego intelligo. Anto Rum.
de coniun. cap. 13. nu. 1. vers. Primo itaq: Forca.
in Necyo. dial 68. num. 2. & alij, quos retulimus
in hoc cap. q. 24. num. 7.* ita, vt interim perinde
sint numerandæ partes, ac si tres nasci possēt,
133 † *secundum ea quæ diximus supra nu. 101. quę-
que etiam in legatis, & fideicommissis procedere
constat ex d. l. vtrum. 8. in prin. ff. de reb. dub.*

Tertius casus est, quando legatarij, vel fi-
deicommissarij particulares sunt coniuncti
non verbis, sed re tātum, & tractamus de vsu-
fructu,& tunc omnes fatentur purè vocatum
134 interim habere totū, † *vti videre est apud Bart.
in d. l. planè. 34. § si coniunctim, num. 2. versic. si
vero loquimur ff de leg primo, & in l. 1. § si decē,
num. 3. ff. vt leg nom. cau Polit. in d. l re coniun-
ctis, num. 38. vers Quid igitur dicendum, & vers.
Fallunt prædicta, & ibi Crott. num. 90.* Et rectè:
nam hoc ita apertè scribitur *in l. idem, & si. 7.
§ si mihi ff. de vsufr. accr.* vbi Vlpianus, *Si mi-
hi vsusfructus fundi purè, tibi sub conditione
legatus sit,* inquit, *potest dici totius fundi vsum-
fructum ad me pertinere interim, & si capite mi-
nutus fuero, totum amittere, sed, si extiterit con-
ditio, totum vsumfructum ad te pertinere, si fortè
capite diminutus sim. Coeterùm, cum in meo
statu maneo, communicandum vsumfructum,*
vt nullus sit relictus probabili dubitationi lo-
cus. Idque procedit, non solum, si vni purè,
alteri sub conditione relictus sit eiusdem rei
vsusfructus, sed etiam, si vni purè sit legatus
fundus,alteri verò sub conditione legatus sit
eiusdem fundi vsusfructus,vel cōtra: nam is,
qui purè vocatus est, interim habebit totum
135 † *l. 1. §. si decem, vers. sed, si sub conditione ff. vt
leg. no. cau. Bart. in d. l planè. 34. § si coniunctim,
num. 2. vers. Idem, si vni ff. de leg. primo.*

Quartus casus est, quando legatarij, vel fi-
deicommissarij particulares sunt quidem re
coniuncti, sed tractamus de proprietate, vel
plena,vel nuda, Et tunc valde controuersum
est,nunquid is, qui purè vocatus est, interim,
dum conditio pendet, possit totum petere, &
consequi,an verò solùm partem: Nam pleri-
que censuerunt,non posse petere,nisi partem,
quia vocatus sub conditione, licet ea pendē-
re nō admittatur ad partem, nihilominus in-
terim facit partem, & sic impedit, ne socius
136 totum habere possit. † *Ita enim post Io. antiquū
glossatorem censuerunt Bart in d. l. planè. 34. § si
coniunctim, num. 1. & 2. vers. In quo dic, & in
d. l. si domino Stichus 102. nu. 3. ff. de leg. primo,
& in d l. 1. §. si decem, num. 3. ff. vt leg. nom. cau.
Crott. in d. l. re coniunctis, num 83. vers. Ideo dis-
putatiue, & ibi Polit. num. 38. vers. sed vtrumq;
& vers. idem puto, Forca. in Necyo dial. 67. nu* 8.
In quo quidem tradūt differentiam proprietatem
137 ab vsufructu, † *vti videre est apud Bartol. in d. l.
planè. 34. § si coniunctim num. 2. vers. In quo dic
ff. de leg primo, & in d. l. 1 § si decem num. 3. ff. vt
leg. nom. cau. & Polit. in d. l. re coniunctis num. 38.
vers. Quid igitur dicendum, & vers. Fallunt prę-
dicta.* Cuius diuersitatis triplicem afferunt
rationem, vnam, quia vsusfructus citiùs ac-
138 crescit, quam proprietas. † *Ita scribit Barto. in
d. l. 1. §. si decem, num. 3. ff. vt leg. no. cau.* Alterā
139 verò, quia † toties quis socio facit partem,
quoties ad eandem rem, non, quoties ad di-
uersam speratur admitti *l. huiusmodi. 86. §. qui-
bus ff. de leg. primo,* Sed legatarius conditio-
nalis speratur admitti ad eandem rem, ad quam
vocatur legatarius purus, quoties tractatur de
proprietate, scilicet quia proprietas eadem
est in præsenti, quæ erit tempore existentis,

vel

vel deficientis conditionis. Contra verò speratur admitti ad rem diuersam, quoties tractatur de vsufructu, quoniam vsusfructus, qui est, dum pendet conditio, non est idem cum eo, qui erit post conditionem existentem, vel defectam *l. si vsusfructus 6. vers. quia alius ff. de vsufr. leg.* cum vsusfructus quotidie constituatur, & finiatur. *l. 1. §. interdum ff. de vsufr. accr.* Nil mirum igitur, si legatarius conditionalis faciat partem puto, quoties tractatur de proprietate, non etiam, quoties de vsufructu. *Ita ratiocinatur Bart. in d. §. si coniunctim, nu. 2. vers. Ratio diuersitatis.* Tertiam demum, quia
140 † legatum vsusfructus non cedit a morte testatoris, neque retrotrahitur ad tempus constitutionis, ideoque non incidimus in illud dubium, quod duo dicantur eiusdem rei fuisse insolidum domini eodem tempore. *Ita ratiocinatur Polit. in d. l. re coniuncti, num. 39. vbi ait, hanc esse veram rationē, quicquid dicat Bart.* Et simili modo tradunt differre legatum ab
141 hæreditate: † nam hæreditas pendente conditione tota pertinet ad eum, qui purè institutus est, *vt diximus supra num.* 110. At legatum nō pertinet, nisi pro parte, *vt ex eorum sententia retulimus supra num.* 136. Cuius diuersitatis
142 hæc (secundum eos) est ratio, quia † in hæreditate non est alius, qui interim partem conditionalem habere, & retinere possit, ideoque hæres, cui totum relictum est, totum interim habere, & retinere debet. At in legato est, qui interim retineat partem sub conditione relictam, nempe hæres, a quo relictum est legatum, ideoque nil mirum, si interim non pertineat ad collegatarium. *Ita ratiocinatur Bart. in d. §. si coniunctim, nu. 2. vers. ratio diuersitatis.* Mouentur autem, vt ita sentiant.

Primo *d. l. planè. 34. §. si coniunctim, vers. sed,*
143 *si in pupillari ff. de leg. primo*, vbi, † si testator in pupillari testamento alij legauerit eādem rem, quam mihi in suo testamento legauit, Vlpianus ex Iuliani sententia scribit, concursu partes nos habere, deinde subijcit, *Interim igitur partem habebit is, cui in suo testamento legauit*: Nam si Vlpiani verba ita sunt concepta, *Sed, etsi in pupillari testamento*, prout legitur in plerisque codicibus, res videtur carere dubio, quia, cum illa verba, *sed, & si*, denotent diuersitatem in facto, sed identitatem
144 in iure † *l. sed, & si lege. 28. in prin. ff. de pet. har. & est doctr. gl. in l. 2. in verb. sed, & fortiùs ff. ne quis eum, qui in ius voc. est vi ex.* & dispositio iuris, quæ in præcedenti specie continetur, sit, vt coniunctus non petat, nisi partem, cum etiam is, qui non admittitur ad partem, dicatur partem facere, Consequens est, vt eadem etiam dispositio debeat habere locum in specie subsequenti, licet in facto sit a prima diuersa. *Ita arguunt Bart. in d. §. si coniunctim, num. 1. & 2. vers. In quo dic, & Crott. in d. l. re coniuncti, num. 8. vers. Pro eadem parte.* Si verò ita sunt concepta, *Sed, si in pupillari testamento*, prout legitur in Pandectis Florentinis, adhuc videntur probare, quoties testator disiūctim legat eandem rem duobus, vni in suo testamento, & sic purè, alteri verò in testamento pupilli, & sic sub conditione, si filius decesserit in pupillari ætate, eum, cui purè relictū est, interim habere partem. Ergo non totū. Hoc enim perpetuò significant prudentes, quoties dicunt alicui partem deberi, non deberi totā rem, & sic aliam partem ei non accrescere, *vt ostendimus in hoc cap. q. 24 num. 22 & 27.* quod inclusio vnius partis alterius sit exclusio *l. cū Prator. 12. in prin. ff. de iudic. & in proposito considerat Crott. in d. l. re coniuncti, num. 88. vers. hoc ita præsupposito.*

Nec dicas textum esse mendosum, & vbi legitur, *partem*, legendum, *totum*, quia, cum hæc correctio, nec Florentinarum, nec aliarū Pandectarum authoritate nitatur, meritò fuit *a Polit. in d. l. re coniuncti, num. 38. vers. Idem puto, Anto. Fabr. lib. 6. coniect. cap. 1. vers. vt proinde, & alijs* improbata.

Secundo mouentur *l. si domino Stichus. 102. ff. de leg. primo*, vbi Iulianus, *Si domino Stichus legatus sit, inquit, & seruo, eius optio data, partem dimidiam Stichi dico ad dominum pertinere, quod possit seruus manumissus eundem Stichum*
145 *optare*: Nam hic † idem Stichus fuit duobus legatus, vni purè, nempe domino, alteri verò sub conditione, nempe seruo, cui optio fuit legata, quo casu censetur ei relictus idem Stichus, si eum postea optauerit *l. si optio. 3. ff. qui, & a quib. man. §. optionis, Inst. de legat.* & tamē dominus non potest interim habere totū Stichum, sed tantum eius partem. Ergo, licet disiunctim eadem res duobus relinquatur vni purè, alteri sub conditione, non tamen ea pēdente potest purè vocatus totam eā habere. *Et ita ibi not. Bart. num. 3. & pro fundamento adducit idem Bart. in d. §. si coniunctim, num. 1. & 2. vers. In quo dic.*

Tertio mouentur, quia ad hoc, vt re coniūctus non possit interim habere totum, sufficit
146 in persona socij potentia admissionis. † vt patet ex *d. l. si domino Stichus*, ibi, *quod possit seruus manumissus eundem Stichum optare*. Sed hæc potentia subest etiam in eo, qui sub cōditione vocatus est, *vt probat d. l. si domino Stichus*, Ergo debet ea sufficere ad impediendam in persona alterius solidi petitionem. *Ita arguit Crott. in d. l. re coniuncti, num. 88. vers. sed ista solutio.*

Quarto mouentur *l. hæc scriptura. 26. §. vlt. ff. de cond. & demonst.* dupliciter inducendo,
147 † & primo ex eo, quod ibi Iulianus ait, si duobus eadem res legata sit, vni purè, & alteri sub conditione, partem accrescere, siue, *vt ibi interpretatur gl.* non decrescere, si deficiat conditio. Ergo priùs, quam deficiat, non accrescet, & per consequentias ad eum, qui purè vocatus est, non pertinebit. *Ita arguit Crott. in d. l. re coniuncti, numer. 88. versicul. 3. induco.* Secundo ex eo, quod ibi Iulianus pariter determinat legatarium, & hæredem, qui coniūctum conditionalem habet: Nam, cum hęres purè institutus non habeat, nisi partem, dum alterius partis conditio pendet, *vt multorum est sententia, sicuti retulimus supra nu.* 88. Consequens est, vt idem sit dicēdum de legatario. *Ita Crott. in d. l. re coniuncti, num. 88. vers. 2. induco, & num. 89.*

Sed his non obstātibus contrarium verius est, & receptius, posse scilicet eum, qui purè vocatus est, interim habere totum, sed commutabiliter, quoad partem, quæ sub conditione fuit alteri relicta, quia, si postea conditio
148 extiterit, cogetur eam illi restituere. † *Ita post Azo. & Hugo. censuerunt, Bald. in d. l. planè. 34.*

§. si coniunctim, vers. In text. partem, vbi, ait, hāc esse veram opinionem. & vers. in eadem gloss. sub conditione, vbi ait, opinionem Azo. esse veriorem, & vers. Cum ergo quaeritur, & ibi Castr. num. 2. & 3. Imol. num. 2. vers. In gl. super verb. vbi ait, opinionem Hugo. esse veriorem, & Alex. num. 1. ff. de leg. primo, Bald. in d. l. vn. §. sin autem ad deficientis, num. 1. vers. si autem C. de cad. toll. & in d. l. extraneum. 9. num. 6. C. de haered. inst. Imol. in d. l. si domino Stichus 102. num. 2. ff. de leg. primo. Et est de mente omnium, quos retulimus supra num. 47. Probatur autem haec sententia

Primo *d. l. plane. 34. §. si coniunctim, vers. sed, si in pupillari ff. de leg. primo*: Nam illa verba,
149 † *Interim igitur partem habebit is, cui in suo testamento legauit*, non sunt intelligenda de parte propria ipsius legatarij, qui ex testamento patris vocatur, sed de parte alterius vocati ex testamento pupilli, & hoc significant, Interim, idest, quandiu conditio pendet, legatariū purè vocatum habiturum partem socij (nam de propria nulla est dubitatio) & sic effectu habiturum totum. *Ita declarant Bald. in d. §. si coniunctim, vers. In text. partem, & ibi Castr. num. 2. & seqq. & nouissimè Anto. Fab. lib. 6. coniect. cap. 1. vers. Non est etiam.* Quod probatur ea ratione, quia, nisi illa verba, *partem habebit*, intelligerentur de parte alterius socij, qui nōdum potest cōcurrere, nulla esset differentia, vtrum partes essent factae initio, an verò concursu: Vtroq; enim casu non posset quis habere, nisi partem suam, & tamen Vlpianus ibi magnam vult esse differentiam inter has species, vtpote, cum ponat haec, tamquam diuersa, facere partes initio, & facere partes concursu, interpositis illis dictionibus, *sed, si*, quę denotant diuersitatem in iure, & facto, ideoque supponunt, ius debere esse diuersum inter huiusmodi species in re, qua de agitur. Ergo, si in praecedenti specie partes fiunt interim, Cōsequens est, vt in sequenti specie non fiant. *Ita in specie declarat Imol. in d. §. si coniunctim, num. 2. vers. In gl. super verbo, & fatetur etiam Bart. ibi, num. 1. posito, quod legatur, sed, si in pupillari.*

150 Secundo probatur, quia † re coniunctus potest totum petere, si socius purè vocatus non petat suam portionem *d. l. vn. §. vbi autem legatarij, vers. sin verò non omnes C. de cad. toll. & nos late ostendimus supra num. 47. & seqq.* Ergo multo magis hoc facere poterit, si socius fuerit vocatus sub conditione, cum hic minus iuris habeat iure legata, quam ille. *Ita arguit Polit. in d. l. re coniuncti. num. 38. vers. Item contra id, & sentiunt ij, qui pro fundamento communis opinionis adducunt §. sin verò non omnes, vt Imol. in d. §. si coniunctim, num. 2. vers. In gloss. super verbo.*

151 Tertio confirmatur hoc ex eo, quia † ratio, propter quam re coniunctus admittitur ad totum, vbi socius purè vocatus non petit suā portionem, multo magis militat in specie, qua socius vocatus est sub conditione: Nam ratio est, quia, cum purè vocatus ad solidum admittatur iure suo, idest, iure proprij legati, quod sibi insolidum relictum est, ita, vt non, nisi per socij concursum debeat eius legatum diminui *d. l. vn. §. vbi autem legatarij, vers. sin verò non omnes C. de cad. toll.* fit, vt quandiu socius non concurrit, tandiù non possit illius legatum censeri diminutum, *vt diximus supra num. 53.* At haec ratio multo magis militat, cum socius vocatus est sub conditione, quoniam ea pendente non potest eius, qui purè vocatus est, legatum censeri concursu diminutum, cum cesset concursus etiam, qui per simplicem dici cessionem fit, *vt in proposito considerant Bald. in d. l. vn. § sin autem ad deficientis, nu. 1. vers. si autem C. de cad. toll. & Castr. in d. §. si coniunctim, num. 3.* Ergo, si purè vocatus, qui non petit, non impedit, quominus alter possit interim totum petere, Consequens est, vt multo minus impedire possit vocatus sub conditione.

Nec est, quod respondeas, imo posse quidē re coniunctum totum petere, si socius sit vocatus purè, sed non, si sit vocatus sub cōditio-
152 ne, † *vt censuit Crott. in d. l. re coniuncti, nu. 89. vers. & tenendo*, quod diuersa sit illius, & hu-
153 ius speciei ratio: nam, † quando purè vocatus est, ad hoc, vt alter possit totum petere, necessariò debet curare, vt ei terminus ad agnoscēdum, vel repudiandum assignetur, *vt ex quorumdam sententia retulimus supra num. 46.* quę termini assignatio non cadit, quando vocatus est sub conditione, cum ea pendente non possit legatarius, aut acceptare, aut repudiare legatum *l. si ita scriptum. 46. §. si sub conditione ff. de leg. 2. & in proposito considerat Crott. in d. l. re coniuncti, num. 89. vers. ratio diuersitatis*, quia verius est, non esse necessariam termini assignationem, *vt ostendimus supra num. 51.* ideoq; supradictam differentiam meritò fuisse communiter improbatam.

Quarto in hanc rem adducitur *l. sub conditione. 10 §. si vni ff. de assign. lib.* vbi Terentius Clemens, *Si vni purè, alij sub conditione libertus assignatus sit*, inquit, *eum, cui purè assignatus sit, pendente conditione solum patroni ius habere dicendum est*, quasi idem sit dicendum de legato, & fideicommisso, quod de liberti assigna-
154 tione dicitur, † *vt arguit Bald. in d. § si coniunctim, vers. In text. partem*. Sed magis est, vt inde non possit probabile argumētum deduci,
155 † quia longè alia est assignationis liberti, alia legati, & fideicommissi ratio. Quamobrē non immeritò ab his distinguitur *in l. assignare. 7.*
156 *ff. de assign. lib.* Nam † in assignatione liberti tractatur de iure patronatus, quod est indiuiduū, *vt diximus in 6. cap. q. 48. nu. 4.* ideoque nil mirum, si pendente conditione insolidum ad eum pertineat, cui purè facta est assignatio, *ut considerant glo. in d. l. sub conditione. 10. § si uni, in uerb. solum, & Crott. in d. l. re coniuncti, num. 89. uers. Non obstat text.* At in legato, & fideicommisso tractatur de re diuidua, quam non est absurdum, ad eum, qui purè vocatus est, pro parte pertinere. Non igitur in hoc, sed in praecedentibus fundamentis vis probationis est constituenda.

Neque obstant contraria: Ad primum
157 enim respondeo, locum illum † probare cōmunem, non contrariam sententiam, *ut patet ex ijs, quae diximus supra num. 149. Et in proposito respondet Imol. in d. §. si coniunctim, nu. 2. uers. Nec obstat.*

Nec obstat, quod, vbi veteres Iuris prudentes dicunt, alicui partem deberi, hoc significant, non deberi totum, quia respondeo, id procedere, quoties in praecedentibus verbis non

non tractarunt de parte socij, ad quam sequens partis mentio referri possit: Tunc enim verum est, simplici mentione partis eos denotare partem propriam illius, de quo loquuntur, non partem socij, & hoc modo excludere totum, *ut in l. pen. §. Seio ff. de leg. 2.* Cœterùm, quoties priùs tractarunt de vtraque parte, & postea simpliciter subijciunt, quem habere partem, verius est, loqui eos de parte socij, non de propria, vtpote, de qua nulla est dubitatio, & ita fieri *in d. §. si coniunctim:* nam, quia Vlpianus in præcedentibus verbis locutus est de vtraque parte, cum dixerit, inter legatarios partes initio fieri, si purè relictum sit legatum, concursu verò, si vni purè, alteri verò sub conditione, & postea subiecit, *Interim igitur partem habebit is, cui in suo testamento legauit*, ideo non potest intelligi de parte propria ipsius legatarij, cui in testamēto patris legatum est, quoniam illam, non interim, sed absolutè, & incommutabiliter est habiturus, sed de parte socij, vtpote, quæ non, nisi concursu fieri, & post euentum conditionis ad collegatarium pertinere potest, ideoque interim debet ad illum spectare, cui totum relictum est, *ut rectè interpretantur ij, quos retulimus supra num. 149.*

Ad secundum verò respōdeo, quod ibi dicitur, partem dimidiam ad dominum pertinere, & ita innuitur, alteram dimidiam ad eū
158 non spectare, procedere, † quoad effectum, scilicet, quia effectu vterque potest habere partem, sed non, quoad hoc, vt interim primo veniens non debeat habere totum, *ut declarat Imol. in d. §. si coniunctim, num. 3. uers. unde potes*, vel procedere, quoad acquisitionem irreuocabilem, secus verò, quoad reuocabilem, quia pendente conditione potest quidē eam retinere, sed, si postea extiterit conditio, ab eo abstrahetur. *Ita respondet Imol. in d. l. si domino Stichus; 102. num. 2. ff. de leg. primo. Et rectè, quicquid censuerit Crott. in d. l. re coniuncti, num. 88. uers. sed hac solutio.*

Ad tertium respondeo potentiam admis-
159 sionis sufficere † ad impediēdam acquisitionem irreuocabilem, scilicet, quia purè vocatus re vera non habet interim, nisi partem, cū aliam eueniente cōditione retinere nequeat, ideoque effectu non videatur eam habere *l. non uidetur. 52. ff. de reg. iur.* sed non sufficere, ad impediendam acquisitionem reuocabilem, quia potest interim habere, & retinere totum, donec per socij cōcursum pars abstrahatur *d. l. un. §. ubi autem legatarij, uers. sin uerò non omnes C. de cad. toll.*

Ad quartum denique respondeo te totquēdo argumentum: nam, cum pacificentur hæres, & legatarius, & hæres purè vocatus interim habeat totum, *ut esse uerius, & receptius ostendimus supra num. 110. & seqq.* Consequēs est, vt totum etiam debeat habere legatarius, *cum declaratione tamen, quam afferemus infra num. 162. & seqq.*

Hinc intelligimus, non esse veram differētiam, quæ constituitur inter proprietatem, & vsumfructum, sed idem de vtroq; statuēdum
160 esse, † *ut rectè censuit Crott. in d. l. re coniuncti, num. 90.*

Nec obstat, quod vsusfructus percipiēdus post euentum conditionis non sit idem, sed diuersus ab eo, qui de præsenti percipitur, cum alioquin proprietas semper sit eadē, scilicet, quia vsusfructus quotidie cōstituitur, at proprietas eo solo tempore constituitur, quo acquiritur *l. 1. §. interdum ff. de usufr. accr.* quia respondet Aretinus, *quem sequitur Crott. in d. l. re coniuncti, num. 90.* in vsufructu duplicem
161 reperiri obligationem, † vnam, quæ competit ad constituendum ius vsusfructus, Et hāc habere actum momentaneum, quia semel constituitur *l. un. in prin. ff. quand. dies ususf. leg. ced.* Alteram verò, quæ competit ad præstandam patientiam vtendi, fruendi, Et hanc habere tractum successiuum, non autem momentaneum. Respectu igitur primæ obligationis nō esse verum, quotidie vsumfructum constitui, quia durat postquam semel est cōstitutus. Respectu autem secundę verum esse, quotidie constitui, sed in hoc non esse cōsiderandam secundam obligationem, sed primam, & ius, quod ab ea proficiscitur, idq; ex eo patere, quia vsusfructus amittitur spatio longi temporis *l. fin. C. de præscript. long. temp.* quod esset impossibile, si quotidie vsusfructus censeretur constitui, cum præscriptio hodie inchoata non posset prodesse ad acquirēdum vsumfructum dierum sequētium. Quamobrem verius est, non esse in hoc constituēdam inter proprietatem, & vsumfructum differentiam, sed vtroq; casu posse eum, qui purè vocatus est, pendente conditione totum petere, *secundum ea, quæ supra diximus.*

Hinc etiam intelligimus, differētiam, quæ constituitur inter hæreditatem, & legatum, quoties tractamus de re tantum coniunctis,
162 non in eo consistere, † quod hæres purè vocatus interim, dum alterius cōditio pendet, possit habere totum, legatarius verò non possit, *ut cēsuerunt ij, quos retulimus supra n. 136.* quia
163 verius est, vtroque casu habere totum, † *ut rectè scripsit Castr. in d. §. si coniunctim, nu. 2. Et sentiunt ij, quos retulimus supra nu. 110. & 148.*
164 sed consistere in eo, † quia hæres purè institutus pendente alterius conditione non fit hæres, & sic non cōsequitur ius, nisi pro sua portiōne, *ut diximus supra num. 111. & 113.* sed legatarius insolidum cōsequitur dominium rei legatæ, licet reuocabiliter pro parte socij, *secundum ea, quæ diximus supra num. 74. Ita Cin. in d. l. un. §. ubi autem legatarij num. 3. C. de cad. toll. Bald. in d. l. planè. 34. §. si coniunctim, uers. sed in herede, & uers. cum ergo quæritur ff. de leg. primo.* Cuius diuersitatis ratio est, quia,
165 † licet in hæreditatibus absurdum sit, eum, qui semel factus est hæres, directò desinere esse hæredem, non tamen absurdum est, in legatis dominium, quod vni quæsitum est, ex post facto resolui in totum, vel pro parte *l. seruum filij. 46. §. 1. & l. si tibi homo. 38. §. cum seruus ff. de leg. primo*, cum etiam finiri possit *l. ult. C. de legat. Ita ratiocinantur Cin. in d. §. ubi autem legatarij nu. 3. Bart. in d. l. si quis ita scripserit. 33 num. 3. & ibi Imol. num. 2. uers. In ea gl. in fi. ff. de hær. inst. Bald. in d. §. si coniunctim, uers. & est ratio, & uers. Cum ergo quæritur.*

Nec obstat, quod imo in legatis cesset absurditas, quæ in hęreditate considerari potest, scilicet, quia, licet pars legati sub conditione relicta non pertineat ad purè vocatum, non tamen ea remanet in suspenso, cum maneat

penes hæredem, a quo interim retinetur. At
pars hæreditatis sub conditione relicta, nisi
ea peteretur ab hærede purè vocato, non esset
penes aliquem futura, & ita remaneret in
suspenso, quod esset absurdum, *ut considerant ij, quos retulimus supra num. 142.* quia verius
166 est, non esse hoc absurdum: † Nam, si absurdum non est, hæreditatis acquisitionem pro
parte esse in pendenti, quoties duo, vel plures
ex partibus distinctis fuerunt hæredes instituti, vt ipsimet fatentur, *sicuti uidere est in locis, quos retulimus supra num. 96.* cur debet censeri absurdum, pendere, quoties simpliciter hæredes instituti sunt? *Ita reprobando supradictã rationem scripsit Polit. in d. l. re coniunctis, nu. 38. vers. Nunc uideamus.*

Quintus casus est, quando tractamus de legatis, & fideicommissis particularibus, quæ
coniunctim, non re tantum, sed re, & verbis
relicta sunt vni purè, alteri verò sub cõditione, vel expressa, vel tacita, Et tunc nostri frequentius censent, eadem esse seruanda, quę in
re tantum cõiunctis locum habere diximus,
vt scilicet, purè vocatus interim, dum speratur
167 alius, possit totum petere. † *Ita censuerunt omnes, quos retulimus supra num. 80.* Hoc enim
est quod tam frequenter dicunt, in fideicommissis, licet speretur par, puta partus, interim
tamen alium ad solidi petitionem admitti,
168 sed cum cautione † *uti uidere est apud Bald. in l. peto. 71. §. fratre in fin. & ibi Imol. uers. In gl. cautionem ff. de leg. 2. Surd. consil. 359. num. 15. Gratia. cap. 330. discep. for. nu. 8. & 9 & cap. 694. num. 23.*

Hinc infertur Pomponium *in l. si duobus. 16. in prin. ff. de leg. primo*, qui (secundũ eos)
169 loquitur † de eo, qui non est in rerum natura,
sed esse speratur, & interim facit partem,
ut retulimus in hoc cap. q. 24. num. 7. esse intelligendum de coniuncto verbis tantum, quia
alioquin, si loqueretur de coniuncto re, &
verbis, deberet ei tota res præstari, non autem
sola pars, quandiu posthumus non nascitur.
Ita scribunt Cin. in d. l. un. §. ubi autem legatarij, num. 3. C. de Cad. toll. Ias. in d. l. si duobus. 16. in prin. num. 3. uers. Idem, si essent ff. de leg. pri.

Sed ex ijs, quæ diximus *in d. q. 24. num. 18. & seqq.* facile est intelligere, totum hoc com-
170 mentitium esse, † quia Põponius ibi, non de
verbis tantum coniuncto loquitur, sed de cõiuncto re, & verbis, qui non erat in rerum natura, nec esse sperabatur, cum tempore testamenti iam esset defunctus: nam, licet non potuerit ad suam legati partem admitti, non tamen ea debuit coniuncto accrescere, quia legatum fuerat relictum per damnationem,
ideoque non poterat tunc temporis in eo locum habere ius accrescendi, *vt ibi latius demõstrauimus.* Quamobrem, licet consulendo, &
iudicando non sit a prædicta sententia, tamquam communi recedendum, disputando
tamen verius est re, & verbis coniunctum,
quandiu speratur admitti, facere partem alij,
& ita impedire, ne interim totum etiam reuo-
171 cabiliter habere possit, † per ea, quæ diximus
supra num. 84. quæque etiam in his terminis
procedunt.

Sextus casus est, quando tractamus de fideicommissis vniuersalibus, & sumus in casibus, in quibus hæres spõte adijt hæreditatem,
Et tunc eadem dicenda sunt, quæ de legatis
& fideicõmissis particularibus supra diximus.
172 † *Ita scribit Barto. in d. § si coniunctim num. 2. vers. si vero loquimur.* Itaque, si fideicommissarij sint re coniuncti, poterit is, cui purè relictum est, totum petere, sed eueniente postea
conditione cogetur partem confideicommis-
173 sario restituere. † *Ita scribit Bald. in d. §. si coniunctim, vers. In text. partem.*

Septimus casus est, quando tractamus de
fideicommisso vniuersali, quod vni purè, alteri sub conditione relictum est, & hæres grauatus non sponte, sed coactus adijt hæreditatem, Et tunc, licet Vlpianus, & Aphricanus
simpliciter scripserint, debere interim vniuersam hæreditatem ei restitui, cui purè relictum
est fideicommissum, sed, cum extiterit conditio, si velit alius fideicommissarius partem
suam suscipere, trãsire ad eum ipso iure actio-
174 nes † *in l. 1. § sed, & quoties, & l. ex asse 28. ubi Cuiac. tract. 6. ad Afri. ff ad Trebell.* tamen no-
175 stri communiter distinguunt, † aut hæres, &
fideicommissarius consentiunt in totius hæreditatis restitutione, & procedet id, quod supra dictum est, Aut hęres vult totum restituere, sed fideicommissarius non vult suscipere,
nisi partem, & adhuc idem est dicẽdum, quia
alioquin hæres, qui coactus adijt, sentiret dãnum, propter partem, quæ apud eum remaneret, quod esset absurdum *l. cogi. 16. §. sed, & si quis ff. eod.* Aut contra fideicommissarius vult
totum sibi restitui, sed hæres vult retinere partem, & tunc retinere poterit, sed non detrahet
Falcidiam *l. ita tamẽ 27. §. qui suspectam ff eod.* Aut denique fideicommissarius non curat
sibi restitui, nisi partem suam, Et tunc hæres
retinebit etiam Falcidiam contra alium fidei
commissarium *l. cogi. 16. §. Idem Mæcianus ff. eod. Ita distinguit gl. in d. l. 1. §. sed, & quoties in verb. uniuersam, vers. & dic ff eod. & probat Bart. in d. §. si coniunctim, num. 2. vers. si vero loquimur.*

Sed hæc quidem dicuntur, quoties is, qui
non admittitur ad partem, speratur admitti
de iure communi. Caeterùm, quoties speratur de iure singulari, verius est, interim non
facere partem, & sic non impedire ius accre-
176 scendi, † *vt patebit ex locis, quos afferemus infra num. 178. & seqq.* quia ius singulare, & extraordinarium non prius est in consideratione,
177 quam fuerit impetratum † *l. non quocunque 84. §. 1. ff. de leg. primo, l. eadem 4 § 1. ff. de fideic. libert. §. si is qui Inst. de eo, cui lib. cau. bon. add. Et scribunt Bart. in l. a num. 1. versic. venio ad quartam C. de sent. pass. Castr. in l. fin. num. 5. vers. mihi videtur C. de repud. hered. Ias. in l. 1. num. 34. vers. responde, & ibi Alcia. num. 70. ff. de vulg. Alcia. in d. l. re coniuncti, nu. 54. vers. quid rursus.* Exempla sint.

Primum in eo, qui damnatus est in metallum: nam, licet possit per Principem restitui
l. intercidit. 58. vers. quid ergo ff. de cond. & dem. hoc tamen est de iure speciali, ideoque in fa-
178 cienda parte non attenditur, † *vt scribit Imol. in d. l. si Titio. 7. num. 1. vers. & ideo ff. de leg. 2.*

Secundum exemplum sit in minore viginti quinque annis, qui repudiat: nam, licet ad
partem suã speretur admitti beneficio restitutionis in integrum *l. quod, si minor. 25. §. Scae-*

uola

uola ff. de minor. l. fin. C. si min. ab hæred. se abst. quia tamen huiusmodi spes non proficiscitur ex iure communi,& ordinario, sed ex singulari, & extraordinario *l. in causa 17. in prin. ff. de minor.* ideo interim non facit par-
179 tem, & sic non impedit ius accrescendi † *vt scribit Alcia. in d. l. re coniuncti nu. 54. vers. quid rursus:* Quemadmodum enim spes restitutionis in integrum nō impedit vulgarem sub-
180 stitutionem † *l. ait Prætor. 7. aliàs est l. & si fins. 8 §. sed quod Papinianus,& d. l. quod, si minor. 25. §. Scaeuola ff. de minor. & scribunt Bart. in l. 1. num. 19. & ibi Ias. num. 34. vers. circa primā, Rip. num. 124. Alcia. num. 69. ff. de vulg. Bartol. in l. quandiu. 68. num. 3. ff. de acq. hæred. Castr. in l. fin. nu. 5. vers. mihi videtur C. de repud. hæred. & in l. si quis suus. 8. num. 3. vers. mihi videtur ff. de iur. delib.* ita etiam non debet impedire ius accrescendi, quod est tacita quædam vulgaris substitutio, *l. si Titio 63. §. Iulianus ff. de leg. 2. & nos diximus in hoc cap. quæst. 21. nu. 12. & 13.*

Tertium sit exemplum in suo hærede, qui se bonis paternis abstinuit: nam, licet intra triennium, etiam post maiorem ætatem possit abstensionem suam reuocare, & iterum ad paternam hæreditatem redire, si res nondum alienatæ sint *l. fin. C. de rep. hæred.* & ita speretur adhuc ad suam portionem posse admitti, tamen, quia spes eius non fundatur in iure cō-
181 muni, sed in iure singulari, † *vt declarant Bald. cons. 401. num. 4. vers. Non obstat vol. 3. Rip. in d. l. 1. num. 128. vers. circa secundum ff. de vulgar.* ideo interim non facit partem, & sic non im-
182 pedit ius accrescendi, † *vt est in confesso apud eos, quos referemus infra nu. 189* Quemadmodum enim nō impedit vulgarem substitutio-
183 nem, † *vt est receptior nostrorum sententia, sicuti videre est apud Bald. in d. cons. 401. num. 4. vers. & fateor, uol. 3. Alex. in d. l. fin. num. 6. uers. sed certè C. de rep. hæred. Ias. in d. l. 1. num. 34. uersicul. hanc decisionem & ibi Rip. num. 127. ff. de uulg. Tametsi Bart. in d. l. quandiu. 68. num. 3. uers. idem, si ff. de acq. hæred. Castr. in d. l. fin. num. 5. vers. mihi uidetur C. de rep. hæred. & in d. l. si quis suus. 8. num. 3 uers. mihi uidetur ff. de Iur. delib. & alij plerique contrarium censuerint,* ita etiam non debet impedire ius accrescendi, quod est tacita quædam vulgaris substitutio, *ut supra dictum est.*

De illo sanè dubitari potest, an, licet pars accreuerit cohæredi, possit nihilominus is, qui se abstinuit, suam abstensionem reuocare. Quæstio pendet ex eo, nunquid beneficium *l. ult. C. de rep. hær.* cesset, si repudians habeat cohæredem. Et, si quidem cohæres sit suus, res caret dubio: nam certum est, non cessare, ideoque posse suum iuxta triennium abstensionem suam reuocare, etiamsi fratrem cohæ-
148 redem habeat. † *Ita scripserunt Bart. in l. pro hærede. 20. §. Papinianus, num. 7. per illum text. ff. de acq hæred. & Bald. d. cons. 401. num. 4. uers. sed in suo, uol. 3. Et est de mente omnium, quos re-*
185 *feremus infra num. 189* scilicet, quia † mox cessat dubitandi causa, cum in confesso sit apud omnes, datione cohæredis sui non tolli ius suitatis, *ut ostendemus in hoc cap. q. 41.* Contrarium, si cohæres sit extraneus, maior videtur esse dubitatio: Nam plerique censuerunt, beneficiū
186 eius legis non habere locum; † *Ita enim censuit Bald. d. cons. 401, num 4 uers. ex hoc sequitur uol. 3. Et accipiendi videtur qui simpliciter, scripserunt cessare dispositionem eius legis, si suus habeat cohærede, ut gl. in d. l. fin in uerb. reseruetur uers. uel hic C. de repud hæred & in l. si quis suus. 8. in uerb. uenierint, uers. uel uerius ff. de iur. delib.* mori

Primo, quia vulgaris substitutio excludit
187 beneficium eius legis: † Nec enim suus potest abstēsionem suam reuocare, si habeat substitutum, *vt scribūt gl. in d. l. fin. in verb. reseruetur, vers. vel hic, & in verb. recuperare, vers. vel ibi, & ibi Bald. num. 7. Ang. num. 3. vers. In gl. 2. ibi, substitutum. Alex. num 6. Ias. nu. 3. vers. 7. limita, C. de rep. hæred. Bald. d. cons. 401. num 4. vers. ex hoc sequitur vol 3. Ang. in l. tam dubitari. 86. num. 1. vers. sed hic quæro, & ibi Imol. nu. 6. vers. Quid autem e contra ff. de hæred. inst.* Sed ius accrescendi est quædam vulgaris substitutio, saltem tacita, *vt supra dictum est.* Debet igitur, & ipsum legis eius beneficium excludere. *Ita arguunt Bald. d. cons. 401. num. 3 vers. & confirmatur, secundum gl. vol. 3. & Ang. in d. l. si quis suus. 8. num. 1. vers. aditio ergo ff. de iur delib.*
188 Secūdo, quia † ratio propter quā cessat eius legis beneficium, quoties filius habet substitutum, militat etiam, quoties habet cohæredē extraneum; Nam ratio est, quia beneficium illud non competit, nisi suo, *vt patet ex illis uerbis, si quis suus.* Cuiusmodi nō est filius, qui vulgarem substitutum habet, cū datione vulgaris substituti censeatur sublatū ius suitatis, *ut est receptior ueterū sententia sicut ostendemus in hoc cap. q. 41. Et in his terminis cōsiderat Bald. in d. l. fin. nu. 7. & ibi Alex num. 6. uers. & probatur. & Ias. nu. 3. uers 7. limita C. de repud. hæred.* At hæc ratio militat etiam in filio, qui habet cohæredem extraneum, scilicet, quia illius etiam datione ius suitatis sublatum intelligitur, *ut ex eorundem sententia referemus in eadem q. 41.* Ergo debet eius legis beneficium cessare, etiam, quando filius habet cohæredē extraneum.

Sed his non obstantibus mihi verius videtur, quod alij tradiderunt, scilicet eius legis beneficium indistinctè procedere etiamsi suus
189 habeat extraneum cohæredem † *Ita enim censuerunt Ang. in d. l. fin. num. 3. uers. In gl. 2. ibi substitutum, & ibi Alex. num. 7. in prin. & uers. puto, & Ias. nu. 2. uers 2 amplia, C. de rep hæred. Rip. in d. l. 1. num. 128. uers. uel aliter ff. de uulg. Cagn. in l. un. num 49. uers. & pariter C. quand. non pet. part.*

Probatur autem hæc sententia ea ratione,
190 quia † valet argumentum a legitimis hæredibus ad eum, qui venit per ius accrescendi,
191 † scilicet, quia par est eorum omnium ratio: nam, quemadmodum legitimi hæredes non veniunt ex dispositione testatoris, sed ex dispositione legis, *l. lege obuenire. 130. ff. de uerb. sign.* ita etiam ex legis, non hominis, dispositione venit, qui ius habet accrescēdi, *ut ostendimus in 2. cap. q. 2. num. 24.* Et, quemadmodū voluntas testatoris, si qua potest in legitimorum vocatione considerari, non est expressa, sed tacita, & præsumpta *l. 3. in prin. & l. conficiuntur. 8. in prin. ff. de iur. codicil.* ita etiam tacita, & præsumpta est ea, quæ consideratur in veniente per ius accrescendi, *ut diximus in eadem q. 2. num. 6. & 9.* Atqui legitimi hæredes

non

non impedinnt, quominus suus, qui se abstinuit, possit intra triennium suam abstensionē renocare, *ex beneficio d. l. vltim. C. de rep. bared.* Nec igitur impedire poterit cohæres veniens per ius accrescendi. *Ita arguunt Ang. in d. l. fin. num. 3. vers. In gl. 2. ibi, substitutum, & ibi Alex. num. 7.*

Neq; obstant contraria: Ad primum enim respondeo primo, negando cessare beneficiū eius legis, etiamsi filius habeat substitutū: Nā
192 contrarium esse verius † *Castr. in d. l. vlt. nu. 5. vers. mihi videtur C. de rep. bared. & in d. l. si quis suus. 8. num. 3. vers mihi videtur ff. de iur. delib.*
193 *& alij* plerique tradiderunt, Et rectè, quia † Iustinianus *in d. l. fin.* loquitur indistinctè, ideoque non debet ad eam tantum speciem constringi, in qua filius solus institutus est, ita, vt eo recusante fiat intestatæ successioni locus.

Secundo respōdeo, dato etiam, quod substitutus eius legis beneficium excluderet, non tamen sequi debere id excludere cohęredem, quia longè alia est substituti, alia cohæredis ratio: Nam substituto defertur hæreditas ex ordinata dispositione testatoris, & expressa ipsius voluntate, cum alioquin cohæredi nō accrescat portio, nisi ex præsumpta voluntate defuncti, quæ non impedit eius legis beneficium, vt patet ex legitimis hęredibus, quippe, qui, licet veniant ex præsumpta volūtate defuncti, non tamen illius legis beneficium excludunt, *vt supra dictum est. Ita respondet Ang. in d. l. fin. num. 3. vers. In gl. 2. ibi, substitutum.*

Ad secundum verò respondeo primo, negando datione vulgaris substituti, aut cohæredis extranei tolli ius suitatis, *vt latè ostenderims in hoc cap. q. 41. Et in proposito respondent Castrens. in d. l. fin. num. 5. vers. & prædicta C. de rep bared. & Rip. in d. l. 1. num. 128. vers. vel disputando.*

Secundo respondeo, dato etiam, quod tolleretur, id tamen, quoad dationem cohæredis procedere respectu earum rerum, quæ immediatè pendent ex testamento. Coeterùm respectu earum, quæ extrinsecus obueniunt, magis esse, vt non cēseantur sublata iura suitatis, *vt referemus in d. q. 41. Ita in proposito respondent Bart. in d. l. pro barede. 20. §. Papinianus, num. 7. ff. de acq. bared. Alex. in d. l. fin. num. 7. uers. puto, & ibi Ias. num. 2. uers. 2. amplia.*

Planè hoc ita pleriq; putant esse intelligē-
194 dum, vt procedat, † si cohæres nondum adierit hæreditatem: nam tunc, quia res censetur adhuc integra, ideo nihil est impedimento, quominus filius suam abstensionem intra triennium reuocare possit. Coeterùm, si cohæres priùs adierit, quam suus renocauerit abstensionem, veriùs esse censent, eius legis dispositionem ampliùs non habere locum.
195 † *Ita enim post Iac. de Are. quem refert Bald. d. consil. 401. num. 401. num. 4. volu. 3. censuerunt Alex. in d. l. fin. num. 7. uers. sed, si cohares, iuncto num. 8. uers. Tu dic, & ibi Ias. num. 2. uers. 2. amplia C. de rep. bared. Ang. in d. l. si quis suus. 8. num. 1. uers. Aditio ergo ff. de iur. delib. Cagn. in d. l. un. num. 49. uers. & pariter C. quand. non pet. part.* Idque generaliter procedere non solum, si tractetur de cohæredibus venientibus per ius accrescendi, *in quibus terminis loquuntur dd. supra allegati*, sed etiam, si de ijs, qui veniunt ab intestato per successorium
196 edictum, † *ut est docti gloss. in l. 2. in uerb. desideras, uers. Tu dic C. de iur. & fact. ign. quam probat Alex. in d. l. fin. num. 8. uers. Tu dic. C. de*
197 *rep. bared.* scilicet, quia † dispositio illius legis cessat, vbi res desijt esse integra, puta, quia res hæreditariæ fuerint distractæ, *ut ibi dicitur.* Sed ita res desijt esse integra, quoties adita est hæreditas, vt, quoties bona fuerunt distracta *d. l. quod, si minor. 25. §. Scæuola ff. de minor.* cum per aditionem hæreditatis dominia rerum ita in alium transferantur, vt per distractionem *l. si ager 31. ff. de rei uind. l. bæres. 37. ff. de acquirend. bared.* Ergo etiam per simplicem aditionem debet eius legis beneficium impediri. *Ita arguunt Bald. d. consil. 401. nu. 4. uol. 3. & Alex. in d. l. fin. num. 8. uers. Tu dic C. de rep. bared.*

Sed mihi verius videtur, quod alij tradiderunt, scilicet, non excludi, etiamsi cohæres
198 adierit hæreditatem. † *Ita enim censuit Bartol. in d. l. si quis suus 8. numer. 2. ff. de iur. delib.* Quæ sententia probatur hac ratione, quia,
199 † quando lex ad alicuius iuris exclusionem requirit vnum, quod sine altero esse non potest, necessariò censetur vtrunque requirere *l. illud 76. ff. de acquir. bared.* Sed *l. ultim. Cod. de repud. bared.* ad exclusionem iuris immiscendi, quod suis hæredibus etiam post abstensionem olim competebat *d. l. si quis suus. 8. ff. de iur. delib.* requirit, bona esse distracta, quod esse non potest, nisi cohæres priùs adierit hæreditatem. Ergo censetur vtrunque requirere, scilicet, & aditionem, & distractionem. Non sufficit igitur ad eius exclusionem sola aditio. *Ita ratiocinatur Bald. d. consil. 401. numer. 4. uersicul. In contrarium uolum. 3.*

Neque obstat contrarium, quia respondeo, negando in hoc parem esse rationem
200 aditionis, & distractionis: † Nam aditio transfert quidem in successorem dominium rerū hæreditariarum, sed per quandam consequētiam successionis *l. 1. ff. de bon. poss l. cum bæredes. 23. in prin. ff. de acquir. poss. l. bæres. 37. ff. de acq. bared.* ideoque, si aliquo singulari beneficio successio auferatur, non est absurdum, auferri etiam rerum dominia, quia sublato principali debet etiam id, quod venit in consequentiam, sublatum intelligi. At distractio transfert principaliter dominium rei, quæ alienatur, in tertium, cui non debet id auferri iure singulari, ne priuilegium vnius in alterius redundet præiudicium, *contra l. impuberi. 41. ff. de adm. tuto.* Quamobrē, & aliàs, licet is, qui repudiauit, interdum admittatur ad successionem, & eo modo possit res a successoribus auocare, puta beneficio restitutionis in integrum, vel alio modo, non tamen admittitur, si res fuerint distractæ, & apud tertios possessores reperiantur *d. l. quod, si minor. 25. §. Scæuola ff. de minor. & d. l. si quis suus. 8. ff. de Iur. delib.* Et hæc de spe.

SVMMARIVM.

1 *Ius accrescendi, ut habeat locum, requiritur, ut coniunctus nullo prorsus iure admittatur ad partem, aut admitti speretur.*

2 *Ius accrescendi locum habet, si pars omni iure deficiat, & num. 11. & cur, num. 3.*

Par-

3 *Partem non facit, qui nullo iure admittitur ad partem, aut admitti speratur, & num. 11.*

4 *Ius accrescendi non habet locum, si pars non deficiat omni iure, & cur, num. 7.*

5 *Partem facit, qui aliquo iure admittitur ad partem, aut admitti speratur, & cur, num. 7.*

6 *Partem facit non tantum is, qui admittitur ad partem eodem iure, sed etiam, qui diuerso.*

8 *Ius accrescendi non habet locum, nisi pars in totũ deficiat respectu iuris.*

9 *Ius non decrescendi, ut habeat locum, non requiritur, ut pars deficiat omni iure sed sufficit, si cõiunctus effectualiter non admittatur.*

10 *Partem facit coniunctus, & excluditur ius accrescendi, si portio nullo iure deficiat, sed omni iure sustineatur, & coniunctus petat.*

12 *Successio, si duplici iure deferatur, & ab uno iure quis excludatur tempore, non impeditur alio iure succedere, & cur, num. 13.*

14 *Exclusus per lapsum temporis à iure agnoscendæ bonorum possessionis non prohibetur adire hæreditatem, si etiam iure ciuili uocatus sit.*

15 *Exclusus à iure adeundi hæreditatem per lapsum 30. annorum, si hoc factum sit propter facti ignorantiam, potest adhuc agnoscere bonorum possessionem.*

16 *Filius a patre præteritus, si intra annum non agnouerit bonorum possessionem contra tabulas, sed tacuerit, censitur etiam exclusus à iure dicendi testamentum nullum; Sed contra, num. 17.*

18 *Bonorum possessio secundum tabulas datur hæredi scripto, si suus præteritus intra annum non agnoscat bonorum contra tabulas, Declara, ut num. 19. & seqq.*

20 *Bonorum possessio, quando censeatur data sine re, & num. seqq.*

21 *Res denotat effectum, & emolumentum successionis, non ipsam successionem.*

23 *Exclusus a bonorum possessione per lapsum temporis censetur etiam exclusus a iure adeundi, si habeat cohæredem, Sed contra, num. 24.*

25 *Renuntians successioni simpliciter censetur renuntiare omni iuri, uia & modo, per quem ad successionem illam uenire potest.*

26 *Renuntians uni iuri succedendi, puta iuri prętorio, aut iuri ciuili censetur ab utroq; exclusus, si adijciat causam generalem, quæ utrique conueniat.*

27 *Renuntians bonorum possessioni censetur etiam renuntiare hæreditati, & cur, num. 28. Sed cõtra num. 29.*

30 *Duo iura, si uni competant, & uni renuntietur, non censetur alteri renuntiatum.*

31 *Declaratur l. suum. 13. C. de iur. delib. & nu. seqq.*

33 *Omittere dicitur, etiam is, qui repudiat.*

35 *Repudians unum ius succedendi censetur etiam alterum repudiasse, si habeat cohæredem, Sed contra num. 36.*

37 *Declaratur l. un. C. quand. non pet. part. & num. seqq. & num. 43. & seq. & num. 80. 91. & seqq. & num. 115. & seqq.*

40 *Argumentum ab agnoscente ad repudiantem non ualet, & cur, num. 41.*

42 *Repudians hæreditatem non censetur repudiare bonorum possessionem, & cur num. 43. & seqq. Sed contra num. 48. & cur, num. 49. & seqq.*

45 *Iura, quæ uni competunt, si sint diuersa, uno repudiato non censetur repudiatum aliud, Declara, ut num. 81. & 86.*

46 *Hæreditas, & bonorum possessio sunt iura multũ inter se diuersa, & num. 85.*

47 *Bonorum possessio hæreditatis uerbo non continetur de stricta, & propria significatione, & nu. 77. Declara, ut num. 78. & 82.*

50 *Declaratur l. puberem. 12. C. de iur. delib. & nu. seqq.*

51 *Bonorum possessionem agnoscens, si ei quoque delata sit hæreditas, censetur gerere pro hærede, Declara, ut num. seqq.*

54 *Declaratur §. quos autem, Inst. de bon. poss. & nu. seqq.*

59 *Declaratur l. si quis mihi bona. 25. §. sed, quid, si mandauit. ff. de acq. hæred. & nu. seqq.*

61 *Seruus etiam ignorante domino potest agnoscere bonorum possessionem.*

62 *Seruus inscio domino non potest adire hęreditatẽ.*

63 *Hęreditas acquiritur nuda uoluntate.*

64 *Hęreditas toties censetur acquisita quoties ex aliquo actu constat talem esse uoluntatem illius, qui ad eam uocatus est.*

65 *Agnoscentis bonorum possessionem mens est, ut fiat hęres, Declara, ut num. 66.*

67 *Voluntas, & mens agentis debet ęstimari à fine, & effectu, ad quem actus dirigitur, non à modo.*

68 *Bonorum possessio cur detur ijs, qui iure ciuili uocantur ad hęreditatem, & num. seqq.*

69 *Prętor qualiter dicatur adiuuare ius ciuile.*

70 *Actiones directę, & utiles non possunt in eãdem personam concurrere, Declara, ut num. 71.*

72 *Declaratur l. 2. §. si seruus ff. de bon. poss. sec. tab. & num. seqq.*

79 *Bonorum possessores effectu sunt hęredes, siue pro hęredibus habentur.*

83 *Renuntians iuri adeundi non censetur renuntiare iuri agnoscendi bonorum possessionem, Sed contra, num. 84. & cur, num. 85.*

87 *Declaratur l. quoties duplici 91. ff. de reg. iur.*

89 *Portio non petentis bonorũ possessionem non accrescit petitibus, si in persona exclusi nõ cesset legitima successio, & cur, nu. 90 Declara, ut nu. 93. & seqq.*

100 *Bonorum possessio, si pluribus deferatur, & unus excludatur, eius pars cęteris accrescit, Declara, ut num. seqq.*

101 *Lex generaliter, & indistinctè loquens generaliter, & indistinctè est intelligenda, Declara, ut nu 103.*

106 *Ius accrescendi differt à successorio edicto, Declara, ut num. 107.*

108 *Declaratur l. si impubes. 7. §. quęsitũ ff. de Carbo. ed. & nu. seqq.*

112 *Bonorum possessioni agnoscendę cur prętor tempus pręfixerit.*

113 *Iudex potest ad instantiam substitutorum, uel creditorum pręfigere terminum hęredi ad declarãdum, utrum uelit esse hęres, nec ne, & num seqq.*

120 *Exceptio reddit inutilem, & inefficacem actionẽ.*

121 *Ius accrescendi non habet locum, si portio non deficiat ipso iure, sed ope tantum exceptionis, & num. 124. Licet nonnulli contrarium censuerint num. 153. & seqq. Declara, tamen, ut num. 162. & seqq. usque ad nu. 200.*

122 *Ius accrescendi, ut habeat locum, requiritur, ut portio deficiat ipso iure, non autem ope exceptionis.*

123 *Ius accrescendi locum habet, si pars deficiat ipso iure.*

125 *Ius accrescendi ita demum habet locum in legitima, si pars deficiat ipso iure.*

126

126 *Ius accrescendi ita demum locum habet in contractibus, si pars deficiat ipso iure, secus, si ope exceptionis.*

127 *Sententia non perimit ipso iure actionem, sed ope tantum exceptionis.*

128 *Ius accrescendi non habet locum, si unus ex coniunctis à sua portione excludatur per sententiam, & cur, num. 195.*

129 *Statuto, si caueatur, ut legata non insinuata intra mensem non valeant, pars, non insinuantis non accrescit insinuanti, nisi statutum dicat, ipso iure non valeat, num. 130.*

131 *Iuramentum non tollit actionem ipso iure, sed ope tantum exceptionis.*

132 *Ius accrescendi non habet locum, si vnus ex coniunctis excludatur iureiurando, & cur, num. 196.*

133 *Ius accrescendi non habet locum, si vnus ex vocatis à sua portione excludatur pacto.*

134 *Ius accrescendi non habet locum, si vnus ex vocatis à sua portione excludatur renuntiatione, Declara, vt num. 136.*

135 *Renuntiatio qualiter differat à repudiatione.*

137 *Portio renuntiantis accrescit non renuntiantibus.*

138 *Ius accrescendi non habet locum, si vnus ex coniunctis a sua portione excludatur tempore.*

139 *Præscriptio non facit locum iuri accrescendi, Declara, vt num. 140.*

141 *Ius non decrescendi locum habet, etiamsi socius nō ipso iure, sed ope exceptionis excludatur.*

142 *Ius non decrescendi locum habet in contractibus, etiamsi vnus ex socijs excludatur, non ipso iure, sed ope exceptionis, Declara, vt num. seqq.*

145 *Declaratur l. si duo patroni. 13. in prin. ff. de Iureiur. & num. seqq. & num. 155. & seqq.*

148 *Declaratur l. vnum ex familia. 69. §. sed, si vno ff. de leg. 2. & num. seq.*

150 *Declaratur l. hereditas. 4. C. de his, quib. vt indig. & nu. 151. & 188.*

166 *Suus, qui se abstinuit, nomine manet heres, Declara. vt num. 171.*

167 *Portio sui, qui se abstinuit, accrescit alijs, Declara, vt num. 176. & seqq.*

168 *Sui heredis existentia non excludit ius accrescendi.*

169 *Ius accrescendi locum habet etiam inter suos, licet nonnulli contrarium censuerint, num. 170.*

172 *Nudum heredis nomen non attenditur in iure accrescendi, & cur, num. 173.*

174 *Heredis nudum nomen non impedit ius accrescēdi, & cur, num. 175.*

179 *Heredes duo insolidū esse possunt iure ciuili, vnus directo, alius vtiliter, Sed contra, num. 180.*

181 *Minor, si post aditam in integrum restituatur, eius portio non deficit ipso iure sed ope exceptionis, & cur, num. 182.*

183 *Portio minoris, qui in integrum restitutus est, accrescit coheredibus, Declara, vt num. 184. & seqq.*

189 *Portio filiæ, quæ in vita patris renuntiauit bonis paternis cum iuramento, accrescit fratribus.*

198 *Ius accrescendi locum habet in hereditate, licet portio non deficiat ipso iure, sed ope exceptionis secus in legato, & cur, num. 199.*

200 *Partem facit, qui ad partem suam admittitur iure retentionis, & cur, num. 202. Declara, vt num. 206. & seqq. vsq; ad nu. 241.*

201 *Ius accrescendi, vt locum habeat, requiritur, vt socius non solum excludatur à iure agendi, sed etiam a iure retinendi.*

203 *Ius accrescendi cessat in contractibus, si socius habeat ius retinendi.*

204 *Ius non decrescendi non excluditur a iure retentionis, sed, tamquam potentius illi præualet, & cur, num. 205.*

207 *Obligatio naturalis parit retentionem.*

208 *Obligatio naturalis non impedit ius accrescendi, Declara, vt num. 232.*

209 *Declaratur l. hac consultissima. 21. §. ex imperfecto C. de testa. & num. seqq. vsq; ad num. 233.*

210 *Ius accrescendi locum habet etiam in testamento inter liberos, si quid extraneo relictum sit, Declara, vt num. 215. & seqq. vsq, ad num. 233.*

211 *Ius retentionis excludit ius accrescendi, si proueniat ex eadem causa, & cur, num. 212.*

213 *Declaratur l. planè. 34. § unde dicitur, vers. planè ff. de leg. primo.*

214 *Legatarius, qui successit heredi, facit partem collegatario iure retentionis.*

220 *Forma omissa, qui facit aliquid, censetur potiùs voluisse facere actum elusorium, quam verum, Declara. vt num. 221.*

227 *Aditione confunditur obligatio ciuilis.*

228 *Aditione non confunditur obligatio naturalis.*

230 *Obligatio naturalis, quæ semper fuit sola, parit exceptionem.*

231 *Obligatio naturalis parit compensationem.*

233 *Ius retentionis, quod est vetustius legato, excludit ius accrescendi, Sed contra, num. 235.*

234 *Ius retentionis, etiamsi sit vetustius legato non tamen est potentius iure non decrescendi.*

236 *Declaratur l. huiusmodi 86. §. si Titio, & Meuio ff. de leg. primo.*

237 *Ius retentionis excludit ius accrescendi, etiamsi nō proueniat ex causa vetustiore Legato, Sed contra num. 240.*

238 *Ius retentionis non excludit ius non decrescendi, si proueniat ex causa non vetustiore legato, Declara, ut num. 239.*

241 *Ius accrescendi non habet locum, si socius admitti possit de æquitate, licet non de rigore iuris, & cur, num. 243.*

242 *Partem facit, qui admittitur ad partem, aut admitti speratur, etiam ex sola æquitate.*

An, & quando is, qui admittitur ad partem, aut admitti speratur aliquo iure actionis, vel retentionis, vel alterius æquitatis, faciat partē.

Quæstio Trigesimaoctaua.

Secundo, vt locum habeat ius accrescendi, debet totalis esse defectus etiam ratione iuris, ita, vt coniunctus nullo prorsus iure ad partem admittatur, aut admitti
1 speretur, † *ut scribunt Soc. Sen. cons. 16. num. 10. & 28. uers. 3. & cons. 43. num. 17. uol. 4. Balduin. en §. si eadem, num. 17. & ibi Mynſ. num. 17 in uerb. defecerit, Inst. de legat. Trentac. de subſtit. part. 1. cap. 15. num. 9. uers. uerùm, & num. 14. Et est dementi omnium, quos referemus infra nu. 8.* prout euenit, cum portio habetur pro non scripta, aut facta est caduca, vel quasi caduca, *secundum ea, quæ diximus in hoc cap. q. 22. 33. 34. & 35.* Nam tunc, quia deficit omni iure, ideo in

2 in ea locum habeat ius accrescendi, † *vt scribunt Ias. in d.l. re coniunctis, num. 149. in fi. Gul. Ben. in d. cap. Raynutius, in verb. & vxorem nomine Adelasiam, num. 126. Gozad. in l. vn. nu. 35. C. quand. non pet. part. Soc. Sen. d. cons. 16. nu. 13. vol. 4.* scilicet, quia, qui nullo iure admittitur ad partem, aut admitti speratur, non facit
3 partem. † *Ita scribunt Bart. in l. huiusmodi. 86. §. si Titio, & Moeuio. vers. vbicunq;, & ibi Imol. vers. Ad §. libertus, Alex. num. 3. vers. In alijs ff. de leg. primo. Bald. in l. planè. 34. §. si duobus in prin. & ibi Ang. num. 1. ff. eod. Ang. in l. si mihi, & Titio. 110. in prin. num. 2. & ibi Imol. num. 1. ff. de verb. oblig. Ang. cons. 295. nu. 3. vers. & prædicta, & cons. 342. num. 3. vers. & prædicta. Imol. in l. si Titio. 7. in fin. ff. de leg. 2. Ias. cons. 61. in prin. vol. 3. Et patet etiam ex regula, quam retulimus in hoc cap. q. 36. num. 5.* Coeterùm, si non deficiat omni iure, sed aliquo iure sustineatur, non poterit in ea ius accrescendi habere
4 locum, † *vt scribunt Castr. in l. vn. nu. 2. & ibi Ias. in prin. Gozad. nu. 36. vers. 4. Cagn. n. 31. vers. Habetis itaque C. quand. non pet. part. Castr. in d. l. planè 34. §. si coniunctim, num. 4. vers. sed contra ff. de leg. primo, Imol. in d. l. huiusmodi. 86 §. si Titio, & Moeuio, num 7. vers. vltimo ff. eod. Soc. Sen. d. cons. 16. num 28. vers. Primo, volum. 4. Crott. in d. l. re coniunctis, nu. 152. vers. Preterea, & 3.* quia, qui aliquo iure admittitur ad partem, aut admitti speratur, facit partem, & sic
5 ius accrescendi excludit, † *vt scribunt Castr. in d. l. vn. num. 2. C. quand. non pet. part. & Crass. in §. Ius accrescendi. q. 16. num. 1. Et constat etiã ex regula, quam retulimus in eadem q. 36. num. 6.* siue admittatur eodem iure, siue etiã diuerso,
6 † *vt not. Bald. in d. l. huiusmodi. 86. §. si Titio, & Moeuio, vers. Not. ergo, & ibi Imol. num. 7. vers. vltimo, Alex. num. 1. vers. Not. & Ias. nu. 2. ff. de leg. primo, & scribit. Fabia. in Auth. nouissima, num. 42. vers. Tu dicas C. de inoff. test. Et nos etiam retulimus in hoc cap. q. 21. num. 21. versic. adeo, & quæst. 28 num. 10. & quæst. 29 num. 34.*
7 Debet enim † in totum pars deficere, vt hoc ius locum habeat, *vt diximus in hoc ipso cap. q. 36. num. 1. & seqq.* & in totum deficere non dicitur, quoties aliquo iure quis ad eam admitti potest. *Ita ratiocinantur Castr. in d. l. planè. 34. §. si coniunctim. num. 4. vers. sed contra ff. de leg. primo, Claud. Tut. in d. l. vn. num. 142. C. quand. non pet. part. Anto. Fum. de contun. cap. 13. nu. 7.*
8 Et in his terminis loquuntur † *Castr. in d. l. vn. num. 2. & ibi Ias. num. 28. Dec. in prima lect. nu. 11. vers. extra gl. Clau. Tut. num. 38. vers. ego autem, & num. 39. uers. Quartum, & num. 118. uers. 2. reprobatur, & num. 139 uers. ultimo C. quand. non pet. part. Castr. in l. un. §. in primo nu 5. uers. Tu dic melius C. de cad. toll. Ias. in l. si duo patroni. 13. in prin. nu. 6 uers. 2. aduerte ff. de iureiur. in l. 1. num. 17. uers. Quarto ff. de cond. indeb. in l. si duobus. 16. in prin. num. 2. & in d. l. planè. 34. §. si coniunctim, num. 14. & 15 uers. & si duit ff. de leg. primo, Gul. Ben. in d. cap. Raynutius, in uerb. & uxorem nomine Adelasiam, num. 126. Soc. Sen. d. cons. 43. num. 16. uol. 4. Alcia. in d. l. re coniũcti, num. 53. Romul. in l. nemo potest 58. num. 78. & ibi Io. Guter. num. 465. ff. de leg. primo, Baldui. in §. ultim. num. 21. Inst. de Officia.* simpliciter dicentes, non habere locum ius accrescendi, nisi pars in totum, siue omnino deficiat.

Planè, si tractemus de iure non decrescendi, magis uidetur, ut nõ sit necessarium, omni iure partem deficere ad hoc, vt illi locus esse possit, sed sufficiat, si coniunctus effectualiter
9 non admittatur, † *ut scribit Soc. Sen. d. cons. 16. num. 28 uers. 3 & num. 59 uol. 4.*

Sed hæc quidem generaliter dicuntur. Specialiter autẽ, si quęramus, quando procedant, & sic, quando respectu iuris cõiunctus faciat, aut non faciat partem, constat varios esse distinguendos casus, quorum.

Primus est, quando portio nullo iure deficit, sed omni iure sustinetur, & coniunctus petit, Et tunc res caret dubio: nam certum est, eum facere partem, & sic excludere ius accre-
10 scendi, † *ut in specie scribit Bartol in d. l. huiusmodi 86. §. si Titio, & Moeuio, uers. Primus ff. de leg. primo, & accipiendi sunt omnes, quos retulimus supra nu. 1.* & in his terminis procedere ea, quæ diximus *in huius cap prin. nu. 1. & seqq. & q. 21. num. 10. & seqq.*

Secundus verò casus est, quando contra pars deficit omni iure, prout euenit in ijs casibus, quos retulimus *in hoc cap. q. 33. & 2. seqq.* Et tunc similiter res procedit sine dubio: nam certi iuris est, locum habere ius accrescendi, quia, qui nullo iure admittitur ad partem, aut admitti speratur, non facit partem, & sic non
11 excludit ius accrescendi, † *ut diximus supra num. 2. & 3.* Et in his terminis procedit regula, quam retulimus *in hoc cap. q. 21. num. 24 & seqq. & q. 36. num. 5.*

Tertius casus est, quando portio, quę duplici iure defertur, puta iure ciuili, & prætorio, deficit vno iure, Et tunc magna est controuersia, nunquid in ea locum habeat ius accrescendi, *uti uidere est apud eos, qui interpretãtur l. un. C. quand. non pet. part.* Pro faciliori autem eius explicatione de duobus nobis erit dispiciendum, Primo, an is, qui vtroque iure vocatur ad successionem, si vno iure excludatur, possit adhuc alio venire, an verò censeatur ab vtroq; exclusus. Secundo verò dato, quod non censeatur exclusus, an interim, dum alio iure venire potest, eius pars cęteris accrescat.

Et in prima quidem quæstione, quæ multũ est inter nostros agitata, puto subdistinguendos esse varios casus, quorum

Primus est, quando is, qui duplici iure vocatur, ab vno excluditur tẽpore, & sic tacitè, Et tunc certum est, non censeri eum exclusũ, nisi illo iure, cuius tempus lapsum est, ideoq;
12 posse adhuc alio iure succedere † *l. 1. C. de suis, & leg. & in specie declarat Imol. in l. filio præterito. 17. num. 53. uers. ergo eodem ff. de iniust. rupt. & est de mente omniũ, quos referemus infra*
13 *num. 14. & 15.* quia, † cum iura sint diuersa, consequens est, vt ab amissione vnius non possit ad alterius amissionem inferri *l. nec 15. 17. §. fin. ff. de acq. hæred. l. si filius, qui patri 42. §. ei, qui ff. de bon. lib. l. quoties duplici 91. ff. de regul. iur. l. si domus. 20. ff. de seru. urb. præd. l. si mihi, 20. in prin. ff. de seru. rust. prædio.* Quamobrem, si is, qui ad defuncti successionem, & ciuili, & prætorio iure vocatur, taceat per id tempus, quod agnoscendæ bonorum possessioni præfinitum est, nempe per annum, si sit de liberis, vel parentibus, vel per centum dies, si sit de cęteris, puta agnatis, vel cognatis, vel etiam omnimodo extraneis *l. 1. §.*

largius

*largiùs ff. de successf. ed. §. cum igitur Inst. de
bon. poss. Vlp. tit. 28. Inst. §. bonorum possessio,*
licet excludatur à successione prætoria, non
tamen censebitur exclusus à successione ciui-
li, quippe, cui acquirendæ 30. annorum spatiũ
indultum est *l. licet. 8. & ibi omnes C. de iur. delib.*
ideoque non obstante lapsu temporis poterit
adhuc hęreditatem adire, vel ei se immiscere,
14 si sit suus † *d. l. 1. & ibi Bald. in prin. & Castrens.
nu. 1. C. de suis, & leg. l. suum. 13. & ibi Bald. uers.
aliàs sequeretur, Ang. & Castr. num. 1. uers. In
text. ibi C. de iur. delib. Bald. in l. matri. 3. in prin.
C. ad Orfit. Alex. in d. l. un. num. 4. uers. dic, quod
ab ista C. quand. non pet. part. Ias. in l. neęss. 17.
§. fin. num. 20. ff. de acq. hęr. Craff. in § bonorum
possessio q. 14. num. 3.* Idem est, &, si non à bo-
norum possessione, sed ab hæreditate exclu-
datur, vt, quia ignorans se vocatum tacuerit
per triginta annos: nam, licet censeatur exclu
sus à iure adeundæ hæreditatis, *ut receptissima
est omnium opinio in d. l. licet 8. ubi gloss. in uerb.
longi, Cin. Bart. Castr. Alex. & alij C. de iur. delib.*
non tamen censetur exclusus à iure agnoscē-
dæ bonorum possessionis, quippe, cuius dies
tamquam vtiles non, nisi scienti cedunt *l. 2. in
prin. & §. dies ff. quis ord. in bon. poss. ser. l. 2. C.
qui adm. ad bon. poss. poss.* Quamobrem non
obstante lapsu temporis poterit adhuc bono-
15 rum possessionem agnoscere, † *ut scribunt
Bald. in rub. C. qui adm. ad bon. poss. num. 14. &
ibi Barba, num. 111. Bald. in d. l. licet. 8. num. 5.
uers. Aduerte tamen C. de iur. delib. Purp. in d. l.
un. num. 48 uers. Quintus C. quand. nõ pet. part.
Craff. in d. §. bonorum possessio quæst. 5. num. 12.*
Et hic est vnus ex ijs casibus, in quibus etiam
hodie necessaria est bonorum possessio.

Hinc intelligimus, erroneum esse, quod
scripsit Bartolus *in d. l. filio præterito. 17. num.
28. uers. si uero tanto tempore ff. de iniust. rupt.
& in l. si impubes 7. §. quæsitum, num. 1. uers. ex
quo sequitur ff. de Carb. ed.* suum præteritum,
qui potest, & iure ciuili nullum dicere testa-
mentum, & iure prætorio agnoscere bonorũ
possessionem cõtra tabulas *l. maximum uitiũ.
4. C. de lib. præt.* si intra annum non agnoscat
bonorum possessionem, & ita ab ea excluda-
tur, censeri etiam exclusum à iure dicendi
16 testamentum nullum, † quia contrarium esse
verius patet ex Vlpiano *tit. 28. Inst. § fin. cuius
uerba referemus infra num.* 22. & probatur ea
ratione, quam supra retulimus, scilicet, quia,
cum iura sint diuersa, non potest à priuatione
vnius ad alterius priuationem inferri, *ut dixi-
mus supra num.* 13. Quamobrem in hoc Bar-
tolus meritò fuit ab alijs cõmuniter impro-
17 batus, † *uti uidere est apud Bald. in d. l. filio præ-
terito. nu. 3. uers quæro, si præteritus, & ibi Castr.
num. 7. uers. si autem, Imol. num. 53. Bald. in d. l.
1. nu. 2. uers. & ideo, & ibi Castr. num. 2. C. de suis,
& leg. Castr. in d. l. suum. 13. nu. 1. uers. In text. ibi
C. de iur. delib. Alex in l. 2. nu. 22. C. de bon. possess.
contra tab.*

Nec est contrarium, quod post annum
detur hæredi scripto secundum tabulas bo-
18 norum possessio † *l. 2. in prin. uers. expectandi
ff. de bon poss. sec. tab. l. si impubes. 7. §. quæsitum
ff. de Carb. edict. Vlpia. tit. 28. Inst. §. secundum
tabulas*, quia, quandiu suus iure ciuili potest
nullum dicere testamentum, non ita datur,
19 † vt ius tribuat, sed, vt bonorum conferat ad-
ministrationem. Itaque post eam acceptam
poterit quidem scriptus hæres agere contra
debitores, & ab ijs pecunias exigere, & ex bo-
nis fructus percipere, ac etiam (si eos consũ-
pserit) lucrari, *ut declarant Bald. in l fin. num.
24. uers. est, & sextus C. und. legit. & in d. l. 1. nu.
2. C. de suis, & legit. Bald. in d. l. un. nu. 11. & ibi
Alex. num. 10. uers. Dic, quod, quamuis, Ias. num.
40. in prin & uers. sed aduerte, & Dec. in pri. lect.
num. 11. uers. & ideo C. quand. non pet. part. Cast.
in d. l. filio pręterito. 17. num. 7. uers. si autem ff.
de iniust. rup. & in d. l. suum. 13. num. 1. uers. Lap
sus ergo C. de iur. delib. Alex. in d. l. 2. nu. 22. uers.
& ideo C. de bon. poss. contra tab. Gul. Ben. in d. cap.
Raynutius, in uerb. & uxorem nomine Adelasiã,
num. 127. uers. unde in his casibus, Alcia. in d. l. re
coniunctis, num. 54. uers. sed pone*, sed, si postea
suus nullum dicat testamentum, & quasi ab
intestato veniens, ac hæres ipso iure existens
ab eo bona euincat, non poterit ea retinere.
Quamobrem eo casu dicetur habere bonorũ
20 possessionem sine re, † *ut rectè declarant Duar.
lib. 1. de Iur. accrescen. cap. 20. & Cuiac. in not. ad
Vlpia. tit. 23. Inst. in uerb. si nemo alius iure*, idest,
sine effectu, scilicet, quia res effectũ denotat,
& emolumentũ successionis, non ipsã, aut ci-
21 uilẽ, aut prætoriam successione, † *ut patet ex l.
2. § sed, si sint sui ff. ad Tert. l. si totam. 82. l. uętre
83. ff. de acquir. hæred. & l. posthumus pręteritus
12 in prin. secundum lectionem Florentinam ff.
de iniust. rupt.* Et hoc est, qđ scribit Vlpianus
22 † *d. tit. 28. Inst. §. fin.* dum *Bonorum possessio,*
inquit, *aut cum re datur, aut sine re, cum re, si is,
qui accepit, cum effectu bona retineat, sine re, cum
alius iure ciuili euincere hęreditatem possit, ueluti,
si suus hęres intestato sit. Bonorum possessio sine
re est, cum suus hęres euincere hęreditatem iure le-
gitimo possit*, Quod etiam repetit *in tit. 23. §. si
septem*, vbi *Bonorum possessio cum re, idest, cum
effectu habetur*, inquit, *si nemo alius iure hęres sit:*
Significat enim, eum, qui iure prætorio bono
rum accepit possessionem, si alius, puta filius
iure ciuili fiat hæres, habere quidem bonorũ
possessionem, quoad titulũ nominis, sed non,
quoad effectum rei, vt etiam dicimus de eo,
qui nudum hæredis nomen habet, sed effectu
pro hærede non habetur *d. l. 2. §. sed, si sint sui
ff. ad Tert. & dicemus etiam infra n. 171. & seqq.*
Interim igitur, dum filius iure ciuili venire
potest, & nullum dicere testamentum, si quę-
ramus, an bonorum possessio, quæ scripto hæ
redi datur, sit cum re, an verò sine, dicendum
erit, hoc pendere a futuro euentu, quia, si suus
postea dicat nullum testamentum, bonorum
possessio erit sine re, quod, si non dicat, sed ex-
cludatur tempore, vel abstensione, bonorum
possessio cum re data intelligetur.

Hinc etiam intelligimus, erroneum esse,
quod scripsit Iason *in d. l. un. num. 39. uers. Per
ista considera C. quand. non pet. part.* exclusum
23 † a bonorum possessione per lapsum tẽporis
censeri etiam exclusum iure ciuili, si habeat
cohæredem, quia contrarium esse verius,
24 † patebit ex ijs, quæ dicemus *infra num. 36. &
seqq.* Quamobrem eius opinio non immeritò
fuit ab alijs frequentiùs improbata, *ut ostende
mus infra num. 39.*

Secundus verò casus est, quando is, qui
vtroq; iure vocatur ad successionem, exclndi-
tur non tempore, sed renuntiatione, & sic non
tacitè,

tacitè, sed expresse, & renuntiatio non est ad
aliquam successionis speciem restricta, sed
est generalis, aut simplex, vt, quia dictum sit,
renuntio bonis, aut portioni, aut successioni,
Et tunc omnes fatentur, censeri eum ab vtro-
que iure successionis exclusum, quia, qui ge-
neraliter, aut simpliciter renuntiat rei, cense-
tur renuntiare omni iuri, viæ, & formæ, qua
5 rem illam obtinere posset. † *Ita scribunt Cin.*
in d.l. suum. 13. num. 1. vers. Item aduerte, & ibi
Bald. vers. Non obstat. Castr. num. 1. vers. secus,
si se C. de iur. delib. Bald. in d.l. vn. num. 1. vers.
contra hoc, & num. 2. & ibi Castr. num. 2. vers.
& hoc procedit, Purp. num. 69. C. quand. non pet.
part. Castr. in l. nec is. 17. §. fin. nu. 3. & ibi Ias.
num. 17. & 26. ff. de acq. hæred. Dec. in l. quoties
duplici. 91. num. 2. ff. de reg. iur. Gul. Ben. in d.
cap. Raynutius, in verb. & vxorem nomine Ade-
lasiam, num. 128. extr. de testa.

Tertius casus est, quando renuntiatio est
quidem specialis, sed ei fuit adiecta aliqua
causa generalis, ex qua colligere possumus,
mentem renuntiantis fuisse, vt successionem
omnimodo repudiaret, vt, quia dixerit, renũ-
tio bonorum possessioni, quia hæreditas est
damnosa, Et tunc similiter receptum est, cen-
seri eum ab vtroq; iure succedendi exclusũ,
i † quia, cum dictum à ratione declaretur, &
ratio sit generalis, Consequens est, vt genera-
lis etiam censeri debeat renuntiatio. *Ita de-*
clarant Bald. in d.l. suum. 13. in fin. & ibi Castr.
num. 1. vers. secus. si se & Alex. num. 2. vers. Sal-
uari tamen C. de iur. delib. Bald. in rub. Cod. qui
adm. num. 14 & ibi Barba. num. 111. Purp. in d.
l. vn. num. 70. C. quand. non pet. part. Petr. Ricc.
in §. quos autem, num. 148. vers. Respondetur,
Inst. de bon. poss.

Quartus casus est, quando renuntiatio est
specialis, & restricta ad successionem præto-
riam, vt, quia dictum sit, renuntio bonorum
possessioni, vel renuntio prætorio iuri succe-
dendi, Et tunc, licet nonnulli censuerint, hu-
iusmodi renuntiationem excludere etiam à
ciuili iure succedendi, † *vt Bart. in d. l. vn. nu.*
2. vers. Ista solutio, dum allegat l. puberem. quem,
vbi renuntians habet cohæredem probat ibi Ias.
num. 20. vers. sed intellige, & num. 39. vers. per ista
considera, & sequitur etiam Sapia. nu. 26. C. quãd.
non pet. part. quod, † quemadmodum pro hę-
rede gerere intelligitur, qui postea, quam ei
delata est hæreditas, bonorum agnoscit pos-
sessionem *l. puberem 12. C. de iur. delib.* ita, &
contra debeat censeri nolle esse hæres, qui
bonorum possessionem repudiat, arguendo
ab agnitione ad repudiationem, *iuxta l. is.*
potest. 18. ff de acq. hæred. prout arguit Bart. in d.
l. vn num. 2. vers. Ista solutio, & declarat Ias. in
l. nec, is. 17. §. fin. num. 13. ff. de acquir. hæred.
verius tamen, & receptius est, imo non exclu-
dere, ideoque posse eum, qui ita renuntiauit,
adhuc iure ciuili succedere. † *Ita enim censue-*
runt gl. in l. suum 13. in verb. omissa, & ibi Cin.
vers. sed, ubi, Bart. Ang. & Castr. num. 2. uersic.
potest etiam, & Alex. num. 1. & 2. C. de iur. delib.
Bald. in d l. un. num. 1. uers. sed contra hoc, & ibi
Castr. num. 2. uers. & hoc procedit, Alex. num. 4.
uers. Dic, quod ab ista, Ias. num. 19. Pic. num. 19.
Purp. num 68. Clau. Tut. num. 143. C. quand.
non pet. part. Bart. in d. l. nec is. 17. §. fin. num. 3.
& ibi Ias. num. 12. & 14. ubi testatur, hanc esse
communem ꝙ n m.20 ff. de acq. hæred. Bald. in
l. matri. 3. num. 1. C. ad Orsic. Dec. in l. quoties
duplici 91. num. 1. & 2. & ibi Petr. Fab. ff. ae reg.
iur. Et est in confesso apud omnes, quos referemus
infra num. 95. & 98 Probatur autem hæc sen-
tentia,

Primo regula generali, qua dicimus, eum,
cui competunt duo iura, si vni renuntiet, non
censeri alteri renũtiasse, ideoq; ex illo venire
30 posse † *l. si domus. 20. ff. de seru. urb. præd. l. si*
mihi 20. in prin. ff. de seru. rust prædio. l. si filius,
qui patri. 42. §. ei, qui ff. de bon. liber. l. nec is. 17.
§. fin. ff. de acq. hæred.

Secundo verò specialiter de eo, qui duplici
iure potest succedere, probatur *l. suum. 13. C.*
de iur. delib. vbi Diocl. & Maxim. *Suum hære-*
dem, inquiunt, *omissa bonorum possessione pa-*
ternam successionem obtinere potuisse, certi iuris
est.

Nec est, quod respondeas, hanc legem esse
31 intelligendam † de eo, qui excluditur tempo-
re, non etiam, de eo, qui repudiatione. *ut res-*
pondet Seb. Sap. in d.l. un. num. 26. C. quand. non
pet. part. & posse dici ait Ias. in d. l. nec is. 17. §.
fin. nu. 20. ff. de acq. hæred. quia verius est, posse
32 etiam intelligi de repudiante, † *prout commu-*
niter omnes ita eam intelligunt, sicuti attestatur
Ias. in d.l. nec is. 17. §. fin. num. 20. & uidere est
apud eos, quos retulimus supra num. 29. Nam,
33 & is, qui repudiat, dicitur omittere † *l. & Pro-*
culo. 20. l. cum ab uno 55. §. 1. ff. de leg. 2. & tot. tit.
C. si, ut omiss. hæred. & in specie declarat Purp.
in d.l. un. nu. 13. uers & text. C. quãd. nõ pet. part.
34 Quamquam possit etiam intelligi † de eo, qui
non repudiat bonorum possessionem, nec pa-
titur labi tempus ad eam agnoscendam præ-
finitum, sed effectu eam non agnoscit, quia
non vult vti remedio prætoris, licet, si velit,
possit, vt sensus sit, suum hęredem posse omis-
sa, idest, non accepta bonorum possessione
consequi hæreditatem iure ciuili, eodem mo-
do, quo filia dicitur, matri intestatò defunctę
secundum Orficianum Senatusconsultũ *citra*
bonorum possessionem pro hærede gerendo suc-
cedere nõ prohiberi *in l. matri. 3. C. ad Orficia.*
& hæreditas dicitur ad suos, & agnatos *remo-*
ta quoque bonorum possessione iure ciuili perti-
nere *in §. 1. uers. sed, & remota, Inst. de bon. poss.*
Sed hoc non impedit, quin possit etiam intel-
ligi de eo, qui repudiat, vel tempore exclusus
est, *secundum ea, quæ supra diximus.*

Tertio de repudiante probatur *l. quoties du-*
plici. 91. ff. de reg. iur. vbi Paulus, *Quoties dupli-*
ci iure defertur alicui successio, inquit, *repudiato*
nouo iure, quod ante defertur, supererit uetus.

Quarto magis in specie de repudiante bo-
norum possessionem probatur *l. 2. §. si mater,*
uers. sed. si mater ff. ad Tertul. Vbi Vlpianus,
Sed, si mater repudiauerit bonorum possessionem,
inquit, *de adeunda autem hæreditate deliberet,*
dicendum erit, agnatum non succedere, quoniam
nondum uerum est, non adijsse matrem.

Nec est, quod respondeas, hæc procedere,
si repudians solus sit, non etiam, si habeat
35 cohæredem, † *ut respondet Ias. in d.l. un. nu. 20.*
uers. Sed intellige sane, & num. 35. uers. sexto, &
num. 39. uers. per ista considera, & num. 40. uers.
sed obstat, licet fateatur, hanc responsionem non
esse sine diuinatione, quia verius est, procedere,
36 etiamsi habeat cohæredem, † *ut scripserunt*
Pic.

Pic.in d. l. un.num. 17. uers. T n tene, *& ibi Sap. num.24. C.quand. non pet. part. Et est in confesso apud eos*, *quos referemus infra num. 95. & 98.* Alioquin enim non posset dari casus, in quo pars omittentis bonorum possessionem non accresceret agnoscentibus ob id, quod legitima successio non cesset, quem tamen dari
37 supponunt † illa verba, *cessante legitima successione*, quæ leguntur, *in d. l. un. C. quand. non pet. part. secundum communem intellectum, quẽ referemus infra num.91. prout ibi considerat Pic. num.17.uers. T n tene.*

Nec dicas, illa verba, non stare conditio-
38 naliter, sed priuatiuè, & significare, † cessante, idest, non obstante legitima successione, quippe, cui censetur etiam renuntiatum, *ut putauit Ias.in d.l.un.num.39.uers. & quod iste, subijciẽs, hunc esse suum, & nouum intellectum*, quoniam hæc interpretatio vim facit verbis, ideoque
39 meritò fuit ab omnibus improbata. † *ut uidere est apud Dec.in d. l.un.in prima lect. nu. 11. uers. & in ista, & ibi Purp.num.48.uers sextum:* Nam secundum eam illa verba, *cessante legitima successione*, quæ reguntur à verbo, *defertur*, deberent ad finem legis transferri, vt regãtur à verbo, *accrescere*, quod esset violare textum, *ut animaduertit Purp. ibi, & fatetur etiam Ias. num. 39. uers. fateor, dum ait, hunc intellectum uideri aliqualiter alienum a mente literæ.*

Nec obstat *l. puberem*, quia respondeo, ab agnoscente ad repudiantem non rectè trahi
40 argumentum, † *ut rectè scripserunt Ias. in d. l. nec is. 17. §. fin. num.25. uers. Præterea, & Petr. Fab.in d.l.quoties duplici 91. ff. de reg. iur.* quod longè alia sit illius, alia huius ratio: Agnitio
41 enim † est habitus, repudiatio verò priuatio, quæ, tamquam illi contraria, non eodem, sed contrario, aut saltem diuerso debet censeri iure. Quamobrẽ, licet agnitio partis trahatur ad totum, non tamẽ ad totum trahitur partis repudiatio, *ut latè ostendemus in 9. cap. q. 28.* Deniq; licet institutio in parte facta sustineat testamentum, non tamen illud sustinet exhæredatio a parte facta *l. cum quidam. 19. ff. de lib. & post. & nos diximus in 6. cap. q. 25. num.2.* scilicet, quia agnitio, vt, & institutio, tamquã habitus est fauorabilis, repudiatio verò, vt, & exhæredatio, tamquam priuatio est odiosa, *ut diximus in eodem 6.cap.q.25. num. 4. & dicemus in eodem cap.9.q.28. Et in his terminis considerat Ias.in d.l. nec is. 17.§.fin.nu.25.uers. Præterea ff. de acq. hæred.*

Quintus casus est, quando renuntiatio est specialis, & restricta, non ad legitimum succedendi modum, siue ius adeundi, & hæreditatis iure ciuili acquirendæ, sed ad ipsammet hæreditatem, puta, quia dictum sit, renuntio hæreditati, siue, hæreditatem repudio, Et tunc quæstio est controuersa, nunquid per eam censeatur vtrique iuri renuntiatum: nam plerique censuerunt, intelligi quidem renuntiatum successioni ciuili, sed non successioni prætoriæ, ideoque renuntiantẽ non impediri, quominus possit agnoscere bonorum posses-
42 sionem. † *Ita enim censuerunt Barba. in rub. C. qui adm. ad bon.poss num. 113. uers. pro certo, & Ias. in d. l. nec is. 17. §. fin. num. 18. & 26. ff. de acq. hæred.* Mouentur autem, vt ita sentiant.

Primo *l.un. C. quando non pet. part.* vbi Gor-
43 dianus scribit, † quoties pluribus liberis cessãte legitima successione defertur bonorũ possessio, partem non petentium accrescere petentibus. Itaque supponit, posse liberis deferri bonorum possessionẽ, etiamsi in eorum personis legitima successio cesset. Habet igitur in cõfesso à cessatione legitimæ successionis non posse inferri ad cessationem bonorum possessionis. Atqui cessare dicitur legitima successio, nõ solum, quando quis à principio non vocatur ad hæreditatem, tamquam incognitus iure ciuili, sed etiam, quando ad eam
44 vocatus excluditur postea repudiatione, † *ut post Saly. & Roma. qui ita l. un. intelligunt, in specie declarant ibi Ias. num. 20. uers. Habes ergo, Gozad. num. 16. uers. mihi uidetur, Pic. num. 26. Sap. num.43. Alcia. num 45.* Ergo, qui repudiatione excluditur à legitima successione, non propterea debet à bonorum possessione excludi, nisi specialiter eam repudiet, aut tempore ab ea excludatur.

Secundo mouentur, quia, quoties iura, quæ vni competunt, sunt inter se diuersa, vno re-
45 pudiato, non censetur repudiatum aliud † *d. l. quoties duplici. 91. ff. de reg. iur. & patet ex regula, quam retulimus supra num. 30* Sed hæreditas, & bonorum possessio, quæ vni, & eidem vocato competunt, sunt iura inter se diuersa
46 † *d. l. suum. 13. C. de iur. delib. d. l. matri. 3. C. ad Orfician. d. §. 1. uers. sed & remota, Inst. de bon. poss. l. fin. §. sin autem ex alia C. de cur. fur. l. non hoc. 4. C. und. leg. l. non putauit 8. §. à primo, uers. Hæreditas enim ff. de bon. poss. contra tab.* scilicet, quia hæreditas est successio in vniuersum ius, quod defunctus habuit tempore mortis *l. nihil aliud. 24. ff. de uerb. sign l. hæreditas. 63. ff. de reg. iur.* At bonorũ possessio est ius persequẽdi, retinendiq; patrimonij, siue rei, quæ cuiusque, cum is moritur, fuit *l. 3. §. bonorum. ff. de bon. possess.* Præterea hæreditas est iuris ciuilis *d. §. 1. uers. sed, et remota Inst. eo* Bonorum verò possessio iuris prætorij, *ut patet ex titul. Inst. de bono poss. in prin. et §. sed eat*; Quamobrem bonorum possessor non ciuilis, sed prætorius, siue honorarius dicitur successor *in l. sed, et eius 25. §. 1. ff. fam. ercis. l. 2. §. si defunctus ff. pro emp. et nos diximus in 6. cap. in prin. num. 22.* Denique hæredi astransfert iura directa *l. si hæres institutus. 70. in prin ff. ad Treb.* Bonorũ vero possessio vtilia *§. quos autem, Inst. de bon. poss.* Ergo repudiata hæreditate, nõ censebitur etiam repudiata bonorum possessio. *Ita arguunt Barba. in d. rub. C. qui adm. nu. 113. uers. Pro certo, et uers. Facit etiam Ias. in d. l. nec is. 17. §. fin. num. 19. ff. de acq. hæred.*

Tertio mouentur ijs locis, in quibus specialiter scribitur, repudiantem bonorum possessionem posse adhuc adire hæreditatem, *ut l. 2. §. si mater, uers. sed, si mater ff. ad Tertul. l. suum. 13. C de iur. delib.* nam, licet non loquãtur de repudiante hæreditatẽ, videntur tamẽ de eo posse intelligi propter identitatem rationis, *ut cõsiderant Barba. in d. rub. C. qui adm. num. 113. uers. Præterea, et Purp. in d. l. un. num. 68. C quand. non. pet. part.*

Quarto, & vltimo mouentur, quia in renũtiatione, quæ est stricti iuris, verba sunt strictè accipienda, ita, vt per ea non censeatur renũtiatum, nisi ijs, quæ propria verborum significatione denotantur *l. cum Aquiliana. 5. ff. de trans.* Sed de propria, & stricta significatione,

hæc-

hæreditatis verbo non continetur bonorum
47 possessio, † *vt declarat gl. in l. hæreditatis appellatione 138. in verb. continetur ff. de verb. signif. & latè ostendit Ias. in l. 1. §. bonorum, num. 17. & seqq. ff. ad Treb.* Ergo qui renunriat hæreditati non censebitur bonorum possessioni renunriasse. *Ita arguunt Barba. in d. rub. C. qui adm. num. 113. vers. Facit etiam, & Ias. in d. l. Nec is 17. §. fin. num. 21. ff de acq. hær.*

Histamen non obstantibus, verius, & receptius est, eum, qui repudiat hæreditatem, siue ei renuntiat, censeri etiam bonorum pos-
48 sessioni renuntiasse. † *Ita censuerunt Bart. in d. l. nec is 17. §. fin. num. 3. & ibi Castr. num. 3. ff. de acq. hæred. Bald. in d. l. sunm. 13. vers. Non obstat, & ibi Ang. & Alex. nu. 3. C. de iur. delib. Bald. in rub. Cod. qui adm. ad bon. poss. num. 13. Castr. in d. l. matri. 3. C. ad Orfic. Dec. in d. l. quoties duplici. 91. num. 2. ff. de reg. iur. Seb. Sap. in d. l. vn. num. 26. C. quand. non pet. part. Crass. in §. bonorum possessio q. 14. num. 5.* Probatur autem hæc sententia.

49 Primo, quia, † qui renuntiat rei, censetur renuntiare omni iuri, viæ, & modo, per quem ad rem illam peruenitur *l. postquam liti. 4. & ibi gl. 1. C. de pactis, & scribunt omnes, quos retulimus supra num. 25.* Sed bonorum possessio, quæ defertur ijs, qui iure ciuili vocantur ad hæreditatem, est ius, seu via, & modus, per quē peruenitur ad hæreditatem, scilicet, quia per agnitionem bonorum possessionis hæreditas acquiritur. Ergo, qui renuntiat hæreditati, censetur renuntiare etiam iuri agnoscēdi bonorum possessionem. Minor autem illa probatur.

Primo *l. puberē 12. C. de iur. delib.* vbi Diocl.
50 & Maxim. † *Puberem agnoscentem bonorum possessionem,* inquiunt, *postea, quam ei fuit hæreditas delata, pro hærede gerere nō ambigitur.* Nā, cum gerere pro hærede dicatur is, qui aliquid agendo iure ciuili acquirit hæreditatem *l. pro hærede 20. in prin. & l. gerit 88. ff. de acqu. hæred. & §. vltim. Inst. de hæred. qual. & diff.* & is, qui agnoscit bonorum possessionem, censeatur gerere se pro hærede *d. l. puberem,* Consequens est, vt censeatur hæreditatem iure ciuili ac-
51 quirere, † *sicuti rectè censuerunt Bart. in d. l. puberem. & ibi Ias. C. de iur. delib. Bart. in l. si quis mihi bona. 25. §. sed, quid si mandauit ff. de acq. hæred. Barba. in rub. C. qui adm. num. 113. vers. & si dicatur, & num. 114. vers. Nec obstat, & ibi Cagn. num. 142. Petr. Ricciar. in §. quos autem, num. 156. Inst. de bonor. poss.*

Nec est, quod respondeas, illa verba, *pro hærede gerere,* non esse intelligenda de ea gestione, per quam quis hæreditatem iure ciuili acquirit, & sic fit hæres etiam nomine, sed de ea, per quam quis acquirit bonorum possessionem iure prætorio, & sic fit hæres non no-
52 mine, sed effectu, † quomodo hæres fieri dicitur *in l. 1. C. vnd. lib. & l. si sorori. 14. C. de iur. delib.* & esse accipienda illa verba censuerunt *gl. in d. l. puberem, in verb. ambigitur, & ibi Bald. Ang. Castr. & Alex. gl. in l. sed cum patrono. 6. §. 1. in verb. habētibus, quam ibi simpliciter sequitur Bart. ff. de bon. poss. Bald. in rub. C. qui adm. nu. 21. vers. In contrarium, Imol. in d. l. si quis mihi bona. 25. § sed, quid, si mandauit, num. 4. in fin. ff. de acq. hæred.* qui contrariam sunt amplexi sententiam, quia verius est, immo esse intelli-
53 genda † de ea gestione, per quam hæreditas iure ciuili acquiritur, vt patet ex illis verbis, *postea, quam ei fuit hæreditas delata,* quippe, quæ significant, ad hoc, vt agnoscens bonorum possessionem censeatur gerere pro hærede, requiri, vt hæreditas delata sit, ita, vt agnoscēs eam potuerit adire, quod nō esset necessariū, si tractaretur de sola acquisitione, quæ fit iure prætorio, quia ad hoc, vt quis efficiatur bonorum possessor, & sic hæres effectu, non requiritur, vt ei delata sit hæreditas, sed sufficit, si delata sit bonorum possessio.

Nec obstat, si dicatur, hæreditatis, verbo, bonorum ibi possessionē denotari *secundum l. hæreditatis 138. ff. de verb. sign.* quia, licet hoc aliàs verum sit, non tamen dici potest in specie dictæ legis, vtpote, in qua bonorum possessio ab hæreditate apertè distinguitur, vt apparet ex illis verbis, *agnoscentem bonorum possessionem postea, quam ei fuit hæreditas delata.*

Secundo probatur minor § *quos autē, Inst. de bon. poss.* vbi Iustinianus, *Quos autem solus vocat prætor ad hæreditatem,* inquit *hæredes quidem ipso iure non fiunt.* Ergo à contrario sensu,
54 † quos non solus vocat prætor, hæredes ipso iure fiunt. Non dico fieri hæredes à prætore,
55 † *Quomodo eo casu censuit Dec. in d. rub. Cod. qui adm. in prima lect. nu. 20. & seq. & in tertia nu.*
56 *17. & seq.* quia contrarium esse verius † patet ex ratione, quam ibi subijcit Iustinianus, scilicet, quia *prætor hæredem facere non potest: Per legem enim tantum, vel similem constitutionem hæredes fiunt, veluti per Senatusconsulta, & constitutionis principales,* quippe, quæ, tamquam generalis debet ad omnem vocationis speciē referri, qua ratione *Zuca. in d. rubr. C. qui adm. num. 9. vers. cui limitationi, & ibi Gozad. nu. 2. vers. mihi non placet, Cam. Plaut. lib. 1. num. 76. & seqq. Masin. num. 363. vers. his tamen, & Petr. Ricciar. in d. §. quos autem, num. 75. & alij*
57 plerique moti † supradictam Decij expositionem reprobarunt, sed dico, fieri hæredes ipso iure, idest iure ciuili, scilicet, quia bonorum possessionem agnoscendo hæreditatem iure ciuili consequuntur, qui verus est eius loci
58 intellectus, † *vt rectè declarant Gozad. in d. rub. C. qui adm. nu. 10. vers. Non tamen negabo, & nouissimè Masin. num. 373.*

Tertio probatur minor *l. si quis mihi bona. 25. §. sed, quid, si mandauit ff. de acq. hæred.* vbi
59 Vlpianus † tractans eam quæstionem, quādo filius censeatur hæreditatem adijsse iussu patris, *Sed, quid,* inquit, *si mandauit, vt hæreditatem colligat, an videtur, mandasse, vt adeat? Quid, si, vt petat bonorum possessionem, aut, vt rem hæreditariam distrahat? aut, quid, si petitam bonorum possessionem ratam habuit, mox filius adeat hæreditatem? vel, quid, si pro hærede gerere mandauit, filius adijt hæreditatem, an iussu videatur adijsse? dubitari potest. Imo verius est, ex his omnibus aditionem esse introducendam:* Nam, siue dicamus, illa verba, *quid, si, vt petat bonorum possessionem,* hoc significare, filiū, qui virtute illius mandati adiuit hæreditatem, censeri iussu patris adijsse, siue (quod est probabilius) significare, filium ex mandato patris agnoscētem bonorum possessionem censeri etiam iussu patris adijsse, cū subijciat *ex his omnibus,* & consequenter, etiam ex eo, quod mandauit filio, vt bonorum possessionem petat,

aditionem esse introducendam, non potentia,
quasi filius ex vi illius mandati adire potue-
rit, sed actu, & intellectu, quasi agnoscendo
censeatur etiam adijsse, semper verum est,
probare hunc locum, sub petitione bonorum
possessionis hereditatis aditionem contineri.

Nec est, quod obijcias, imo probare con-
trarium illis verbis, *aut, quid, si petitam bono-
rum possessionem ratam habuit, mox filius adeat*
60 *hæreditatem*, quippe, quæ significant, † ad hoc,
vt filius censeatur iussu patris adijsse, non suf-
ficere agnitionem bonorum possessionis ab
eo factam, etiamsi pater eam ratam habeat,
sed requiri, vt post ratihabitionē filius adeat
hæreditatem, ideoque probant, agnoscentem
bonorum possessionē non censeri adire, quia
respondeo, hoc verum esse, si, quo tempore fit
agnitio, non possit hæreditas adiri, prout eue-
nit in specie, qua filius absente, & ignorante
patre bonorum agnouit possessionem, prout
61 ei facere permissum est † *l. 1. C. qui adm. ad bon.
poss. l. vlt. ff. quis ord. in bon. poss. ser. l. pen. ff. rē
62 rat. hab.* nam, quia adire nequit † *l. qui in aliena.
6. in prin. ff. de acq. hæred. l. seruo inuito. 65. in
prin. ff. ad Treb.* ideo agnoscendo bonorum
possessionem non potest censeri hæreditatē
adire. Nec ad eius inductionem sequens pa-
tris ratihabitio quicquam operari potest, sci-
licet, quia aditio, tamquam actus legitimus,
qui non recipit suspensionem, non potest rata
haberi, sed debet fieri præcedente iussu patris
d. l. si quis mihi bona. 25. §. iussum ff. de acq. hær.
ideoque ratihabitio operatur quidem, vt fi-
lius, tamquam habens patris voluntatem pos
sit postea adire, & eo modo patri hęreditatem
acquirere, sed non operatur, vt præcedens
agnitio vim aditionis habeat, quippe, quę, nec
fieri sine voluntate patris, nec facta ex sequēti
voluntate confirmari potuit. Coeterùm, si,
quo tempore filius agnoscit bonorum posses-
sionem, patris habeat volūtatem, quin agno-
scendo censeatur hæreditatem ei acquirere,
non puto dubitandum, *ex ijs, quæ supra dixi-
mus.*

Quarto probatur minor ea ratione, quia
63 hæreditas acquiritur nuda voluntate † *l. potuit
5. C. de iur. delib. §. vlt. Inst. de hęred. qual. & diff.*
ideoque toties censetur acquisita, quoties ex
aliquo actu constat, talem esse voluntatem
64 illius, qui ad eam vocatus est † *d. l. pro hærede
20. in prin. & d. l. gerit. 88. ff. de acquir. hęred.*
Sed ex agnitione bonorum possessionis appa
ret voluntatem agnoscentis esse, vt fiat hæres
65 † *d. l. 1. C. vnd. lib. d. l. si sorori. 14. C. de iur. delib.*
Ergo per talem agnitionem censebitur hęre-
ditas acquisita.

Nec est, quod respondeas, voluntatem il-
lius non esse, vt acquirat hæreditatem, sed, vt
acquirat bonorum possessionem, ideoque ex
tali agnitione non debere induci aditionem,
ne alioquin hominis actus vltra agentis in-
tentionem operetur, *contra l. non omnis. 19 ff.
si cert. pet. vt respondet Bald. in d. rubr. Cod. qui
adm. num. 21. vers. In contrarium*, quia verius
est, imo voluntatem esse, vt acquirat hæredi-
tatem, licet vtatur remedio prętorio: Nam
66 † voluntas debet æstimari à fine, & effectu, ad
quem actus dirigitur, non autem à modo
67 † *l. mulier. 22. in prin. ff. ad Trebell. l. sim iter. 3.
C. de inst. & subst. l. vlt. C. de don. quę sub mod. l.
fideicommissa 11. §. si cui ita ff. de leg. 3. l. si ita
esset. 15. ff. quand. dies leg. ced.* Sed finis, & effe-
ctus, ad quem agnoscens actum dirigit, est, vt
acquirat bona, idest successionem, in vniuer-
sum ius defuncti *l. 3. in prin. ff. de bon. poss.* quæ
nihil aliud est, quam hæreditas *d. l. nihil aliud.
24. ff. de verb. sign. d. l. hęreditas. 63. ff. de reg. iur.*
Ergo, licet non vtatur remedio ciuili, sed prę-
torio, non tamen hoc debet attendi, nec ideo
minus debet censeri habuisse voluntatē acq-
rendæ hæreditatis, scilicet, quia remedium
prætoris in hoc casu non consideratur, nisi, vt
68 modus hæreditatis acquirendæ, † quod patet
ex eo, quia, quoties prætor dat bonorum pos-
sessionē ei, qui iure ciuili vocatur ad hæredi-
tatem, dicitur id facere causa adiuuandi iuris
ciuilis §. 1. *vers. aliquādo tamen Inst. de bon. poss.*
siue (vt ait Paulus *in l. sed, cum patrono 6. §. 1.
vers. legum ff. eo*) legum tuendarum gratia,
idest, vt ipse interpretor, ad hoc, vt iure ciuili
vocati faciliùs hæreditatem consequantur:
69 † Nam prætor tunc censetur confirmare, &
adiuuare ius ciuile, cū aliquid agit, per quod
illud faciliùs suum effectum consequitur, *&
ita sumitur in l. ius autem ciuile 7. § ius prętoriū
ff. de iust. & iur.* Quamobrem ius prætorium
dicitur viua vox iuris ciuilis *in l. nam, & ipsum
8. ff. eod.* scilicet, quia exequitur, & ad effectū
perducit ius ciuile *l. 2. §. post originem ff. de
orig. iur.*

At, dices, si bonorum possessionem agno-
scens censetur hæreditatem acquirere, sequi-
tur, eum consequi, & directa, & vtilia iura, di-
recta, quatenus fit hæres, vtilia verò quatenus
bonorum possessor. At hoc est absurdum,
quia non possunt in vnam, & eandem perso-
nam concurrere, & directæ, & vtiles actiones
70 † *l. si hęres institutus 70. in prin. ff. ad Trebell.*
Ergo absurdum est, & antecedens. *Ita arguit
Bald. in d. rub. C. qui adm num. 21. vers. In con-
trarium.* Verum respondeo, negando talem
concursum, quia verius est, eum, qui agnoscē-
do fit hæres, consequi solas actiones directas,
*vt post Fulg. rectè respondet Petr. Ricciar. in d. §.
quot autem, num. 143. vers. Respondet, Inst. de bon.
poss.* quod, vt liquidò constet, sciendum est,
71 † per agnitionem bonorum possessionis inter-
dum quem consequi solas actiones vtiles, in-
terdum solas directas, interdum vtiles, sed eas
postea confundi superuenientibus directis:
Nam, si per agnitionem non fiat, nisi bonorū
possessor, vt euenit in omnibus casibus, in
quibus iure ciuili non admittitur ad hęredi-
tatem, haud dubiè non, nisi vtiles consequi-
tur actiones. Quod, si per agnitionem fiat
hæres, vt euenit in ijs casibus, in quibus eodē
tempore, & ad hæreditatem, & ad bonorum
possessionem vocatur, *secundum ea, quę supra
diximus*, verius est, non consequi eum, nisi di-
rectas actiones, quia, cum acquirat hæredita-
tem, quæ ius tribuit directum, consequens
est, vt non possit consequi ius vtile, quippe,
quod, nisi a directo separetur, considerari ne-
quit, vt dicimus de vsufructu § 1. *Inst. de vsuf.*
At, si per agnitionem fiat bonorum possessor,
sed non hæres, licet ei delata sit hæreditas, vt
euenit in ijs casibus, in quibus eo tempore,
quo bonorum agnoscit possessionem, adire
nequit, puta, quia est filiusf. qui inscio patre
agnoscit bonorum possessionem, quam pater

postea

postea ratam habet *d. l. si quis mihi bona 25. §. sed, quid, si mandauit ff. de acq. hared. secundum ea, quæ diximus supra nu.* 60. tunc consequitur solas actiones vtiles, sed, si postea adeat, & ita fiat hęres, vtiles actiones superuenientibus directis confundentur, sicuti confunditur, & extinguitur vsusfructus, quoties cum proprietate consolidatur, *vt dicemus in 9. cap. q. 3. n. 1.* Et pari ratione confunditur, & extinguitur vtile dominium, quoties consolidatur cum directò, *vt ibi latè dicemus.* Ex his ergo patet verissimum esse, quod supra diximus, repudiantem hæreditatem ideò excludi à iure agnoscendi bonorum possessionem, quia tale ius est via, & modus, per quem hæreditas acquiritur, quod etiam probatur

Secundo *l. 2. §. si seruus ff. de bon. poss. sec. tab.* vbi Vlpianus, *Si seruus hares scriptus sit*, inquit, *ei domino defertur bonorum possessio, ad quem hareditas pertinebit: Ambulat enim cum dominio bonorum possessio. Quarè, si mortis tempore Stichus hares institutus fuerit Sempronij, nec Sempronius eum iussit adire, sed, vel decessit, vel etiam eum alienauit, & coepit esse Septitij, euenit, vt, si Septitius eum iusserit, Septitio deferatur bonorum possessio: Ad hunc enim hareditas pertinet. Vnde, si per multos dominos transierit seruus, tres, vel plures, nouissimo dabimus bonorum possessionem.*
72 Diligenter enim † ponderāda sunt illa verba, *Ambulat enim cum dominio bonorum possessio*, quippe, quæ significant, bonorum possessionem transire cum dominio, idest cum hæreditate, quæ dominij verbo denotatur, ideoq; ei tātum domino deferri, ad quem hæreditas pertinebit, idest, qui per bonorum possessionis agnitionem fiet hæres, vt patet ex illis verbis, *ei domino defertur bonorum possessio, ad quem hæreditas pertinebit*, & ex illis, *Septitio deferatur bonorū possessio: Ad hunc enim hæreditas pertinet.* Cum igitur ad eum, qui repudiauit, non possit hæreditas pertinere, Consequens est, vt ei bonorum possessio deferri nequeat.

Nec est, quod respondeas, hunc non esse verum Vlpiani sensum, cum etiam ei, qui iure ciuili non vocatur ad hæreditatem, possit bonorum possessio deferri *l. 1. in prin. ff. vnd. cogn. d. l. sed, cum patrono. 6 §. 1. ff. de bon. poss. §. emancipati Inst. de hered. quę ab int. def.* sed hoc
73 significare, † bonorum possessionem ambulare cum dominio, idest eodem cum hæreditate censeri iure, ita, vt seruus illi tantum acquirere possit bonorum possessionem, cui potest acquirere hæreditatem, ideoque, licet tēpore mortis testatoris sit vnius, si tamen ante acquisitionem alienetur, quemadmodum iussu noui domini adire debet, & adeundo ei acquirere hæreditatem, ita etiam debet ei acquirere bonorum possessionem, si eam agnoscat, sed vtrum bonorum possessionem agnoscendo, hæreditatem illi acquirat, non decidere, quia verius est, imo sensum esse, quem
74 supra retulimus, † idque patere ex illis verbis, *euenit, vt, si Septitius eum iusserit, Septitio deferatur bonorum possessio: Ad hunc enim hęreditas pertinet*, quippè, quæ ostendunt, iussum noui domini requiri ad hoc, vt ei deferatur bonorum possessio, & hæreditas acquiratur: Hoc enim ideo fit, quia, nisi iussus, & voluntas domini præcederet, non posset seruus agnoscendo bonorum possessionem, facere eum hęredem, quia non posset adire, *per ea, quę diximus supra num.* 60. Cæterùm, si præcedat iussus, quia adire potest, ideo agnoscendo faciet dominum hęredem, eaq; ratione subijcit Vlpianus, *Ad hunc enim hęreditas pertinet*, idest, hic enim hæres fit, stante iussu præcedenti.

Nec obstat, si dicatur, frustra deferri bonorum possessionem, si iussu domini seruus adierit hæreditatem, cum directis actionibus acquisitis frustra quærantur vtiles *d. l. si hęres institutus. 70. in prin. ff. ad Treb.* quia hoc verum esset, si post iussum seruus adijsset, sed Vlpia-
75 nus † non ait, eum adijsse, sed simpliciter dominum iussisse, vt ostēderet, seruum, quia habebat domini voluntatem, potuisse adire, ad hoc, vt per agnitionem hæreditas ad dominū pertineret.

76 Tertio facit, quia, † qui renuntiat alicui rei, censetur ijs omnibus renuntiare, quæ illius rei appellatione continentur. Sed hæreditatis appellatione continetur etiam bonorum possessio *d. l. hęreditatis appellatione* 138. *ff. de verb. sign.* Ergo, qui renuntiat hæreditati censetur etiam bonorum possessioni renuntiare. *Ita arguit Crass. in d. §. bonorum possessio q. 14. n. 5.*

Nec est, quod respondeas, hoc fieri impro-
77 priè, & abusiuè, † *vt diximus supra nu. 47. Et in proposito respondent Barba. in d. rub. Cod. qui adm. num. 114. vers. potuissem, & Ias. in d. l. nec ei. 17. §. fin. num. 27. vers. ego ff. de acquir. hęred.* quia, licet hoc verum sit, non tamen impedit, quominus renuntians censeatur etiam bonorum possessionem comprehendisse: Nam
78 † in ijs actibus, in quibus respicitur ad effectū, non attendimus iuris subtilitatem, & proprietatem nominis, sed effectum ipsum. Itaque, qui dicit aliquid, censetur id omne dicere, quod effectu idem est cum eo, quod exprimitur, licet inspecta iuris subtilitate differat nomine, vt ecce, qui dicit hæredes, censetur etiā dicere bonorum possessores, & id genus alios iuris successores, quippe, qui omnes hæredis appellatione continentur *l. hęredis appellatione 170. ff. de verb. sign.* Quamobrem hęredi dare iussus, dando bonorum possessori liberatur *l. in conditionibus 19. §. si patronus ff. de cōd. & dem.* scilicet, quia bonorum possessores effectu hæredes sunt, siue pro hæredibus habētur
79 † *l. 1. ff. de poss. hęred. pet. l. 2. ff. de bon. poss. l. prętor. 117. ff. de reg. iur.* licet inspecta nominis, & iuris subtilitate non sint hæredes *d. §. quos autem Inst. de bono. poss.* Cum igitur bonorum possessio effectu non differat ab hæreditate, eo, quod tribuit iura vtilia, quæ effectu non differunt à directis *l. actio. 49. ff. de nego. gest.* Consequens est, vt, qui dicit hęreditatem, siue hæreditati renuntiat, censeatur etiam bonorū possessionem comprehendisse.

Neque huic sententiæ obstant contraria: Ad primum enim respondeo, illa verba, *cessante legitima successione*, non posse de ijs in-
80 telligi, † qui, cum essent ad legitimam hæreditatem vocati, postea fuerunt ab ea exclusi, sed de ijs, qui nunquam fuerunt ad hæreditatem vocati, quod patet ex eo, quia prædicta verba reguntur à verbo, *defertur*, ideoque supponunt, tractari de eo casu, quo liberis defertur bonorum possessio cessante legitima successione, idest, quo defertur quidem bonorū possessio, sed nō hæreditas, vt eueniebat olim

in liberis emancipatis *l. sed, cum patrono. 6. §. 1. ff. de bon. poss. §. emancipati, Inst. de hered. quę ab int. def.* de quibus loquitur Gordianus, & accipienda sunt verba prędicta, *vt rectè cēsuerunt ibi gl. in verb. quoties, vers. vel pone secūdo, & Bald. num. 7. vers. sed, quia ista prima, Castr. num. 2. vers. legit ergo, Alex. num. 5. vers. In ea ibi, vel pone, Dec. in prima lect. num. 8. vers. In ea gl. ibi, Purp. num. 42. vers. secundus, & num. 48. vers. sextū, Duar. lib. 1. de iur. accr. cap. 14. Cuiac. ad eund. tit. C. qui adm. & ad l. 3. §. vlt. ff. de bon. poss.* Alioquin, si liberi à principio vocarētur, & ad hæreditatem, & ad bonorum possessionem, licet postea excluderentur ab hæreditate, non tamen posset dici eis deferri bonorum possessio cessante legitima successione, quia, quo tempore defertur bonorum possessio, defertur etiam hæreditas. Ergo de ijs non possunt prædicta verba intelligi; Quo fit, vt probent quidem, posse liberis deferri bonorum possessionem, etiamsi legitima successio cesset, sed non probent, deferri bonorum possessionem ijs, qui hæreditatem sibi delatam repudiarunt.

Ad secundum verò respondeo, id proce-
81 dere, † nisi ius, cui specialiter renuntiatū non est, consideretur, vt via, & modus, quo perueniatur ad illud, cui fuit renuntiatum, vt consideratur bonorum possessio: nam tūc verius est, eum, qui renuntiat vni iuri, censeri etiam alteri renuntiare, tamquam vię, & modo, per quem ad ius illud peruenitur, *vt ostendimus supra num. 49. & seqq.*

Ad tertium respondeo, in hoc parem non esse hęreditatis, & bonorum possessionis rationem, quia, licet bonorum possessio consideretur, vt modus hęreditatis acquirendæ, nō tamen contra hęreditas considerari potest, vt modus acquirēdę bonorum possessionis, scilicet, quia, qui bonorum possessionem agnoscit postea, quam ei fuit hęreditas delata, cēsetur gerere pro hęrede *d. l. puberem 12. C. de iur. delib.* cum hoc sola voluntate fiat, sed, qui adit hęreditatem, vel pro hęrede gerit, non censetur agnoscere bonorum possessionem, tum, quia agnitio pręsentiam requirit magistratus *l. vlt. C. qui adm.* tum etiam quia, qui directas actiones habet, frustra quęrit vtiles *d. l. si hęres institutus. 70. in prin. ff. ad Trebell.* ideoq; licet is, qui repudiat bonorum possessionem, non censeatur ab hęreditate excludi, non tamen sequitur, eum, qui repudiat hęreditatem non debere excludi etiam à bonorū possessione, cum hęc consideretur, vt via, & modus, per quem hęreditas acquiritur, *vt supra dictum est.*

Ad quartum denique respondeo, bonorū possessionem, tamquam eam, quę effectu nō differt ab hęreditate, illius appellatione contineri etiam in ijs causis, quę strictam reci-
82 piūt interpretationem, † vt patet ex eo, quia, licet verba conditionis strictè sint accipiēda, ita, vt hęredi dare iussus ei tantum dare debeat, qui strictè, & propriè hęres est, eaque ratione non censeatur implere conditionem, si det alij, puta patri, aut domino *l. qui hęredi. 44. in prin. ff. de cond. & dem.* licet bi lata hęredis appellatione contineantur *l. hęredis appellatione. 170. ff. de verb. sign.* possunt tamen verificari in persona bonorum possessoris. Itaque hęredi dare iussus bonorum possessori dando liberatur *d. l. in conditionibus. 19. §. si patronus ff. de cond. & dem.* Pari igitur ratione, licet renuntiatio sit strictè accipienda, non tamen ex hoc sequitur, eum qui renuntiat hęreditati non censeri etiam bonorum possessioni renuntiare, quippe, quę hęreditatis appellatione continetur, *vt diximus supra num. 78. & seq.*

Sextus, & vltimus casus est, quando renuntiatio specialis non refertur ad ipsam hęreditatem, sed ad modum eam acquirendi iure ciuili, vt, quia ita concipiatur, renuntio iuri adeundi, vel renuntio iuri succedendi de iure ciuili, Et tunc frequentiùs receptum est, ita renuntiantem non censeri exclusum à iure agnoscendę bonorum possessionis, & sic à iu-
83 re pretorio. † *Ita enim censuerunt Bart. in d. l. puberem 12. C. de iur. delib. & in d. l. nec is. 17. §. fin. num. 3. ff. de acq. hęred. Bald. in d. rubr. C. qui adm. num. 15. & ibi Barba. num. 111. Purp. in d. l. vn. num. 68. & 69. C. quand. non pet. part. Petr. Ricc. in d. §. quos autem num. 148. vers. Respondetur, Inst. de bon. poss. Crass. in d. §. bonorum possessio q. 14. nu. 6* Mouentur autem iis argumentis, quę retulimus *supra num. 30. & seqq.* quippę, quę ita possunt ad renuntiantem iuri ciuili, vt ad renuntiantem iuri pretorio accommodari.

Sed, quamuis hęc opinio ita sit recepta, vt ab ea nefas sit consulendo, & iudicando recedere, mihi tamen disputando verior videtur sententia existimantium, renuntiantem iuri adeundi, & sic iuri ciuili excludi etiam à iure pretorio, ideoq; nō posse ampliùs agno-
84 scere bonorum possessionem. † *Ita enim censuerunt Bart. in d. l. vn. num. 2. vers. ista solutio, & ibi Alcia. num. 23. & seqq. & Pic. num. 18. versic. vltra alios, & num. 19. & Sap num. 44. C. quand. non pet. part. Alcia. lib. 4. Parad. cap. 4. numer. 5.*
85 Nam, † pręter ea, quę considerant *Alcia. Pic. & Sap. in relatis locis*, mihi videtur hęc sententia probari ijs argumētis, quę retulimus *supra num. 49. & seqq.* quippè, quę possunt etiam ad hanc speciem adaptari, cum etiam is, qui renuntiat iuri adeundi, censeatur hęreditatem repudiare, *vt tradunt omnes in d. l. nec is. 17. §. fin. ff. de acq. hęred.*

Nec est contrarium, quod renuntians vni iuri non censeatur ab alio exclusus, quia hoc
86 verum est, si † renuntiet iuri pretorio; Coeterùm, si iuri ciuili, verius est, ab vtroq; excludi *Ita respondet Pic. in d. l. vn. num. 19. C. quand. nō pet. part.* Quod mihi videtur significare Paulus *in d. l. quoties duplici 91. ff. de regul. iur. cuius verba retulimus supra num. 34. vers. 3.* Nam eo ipso, quod *repudiato nouo iure*, loquit. *quod an-*
87 *te defertur, supererit vetus*, significat, † ita demū repudiantem vnum ius ab alio non excludi, si illud, quod repudiatur, sit nouum, puta sit bonorum possessio: Tunc enim verum est, ea repudiata manere ius vetus, idest, ius hęreditatis adeundę. Coeterùm, si ius, quod repudiatur, sit vetus, puta, q̃a repudietur ius ciuile, innuit Paulus, nō superesse ius nouum, quod & verum est.
88 Ratio autem diuersitatis est, quia, † quādo quis repudiat ius ciuile, cessat ratio, propter quam pretor introduxit bonorum possessionem, quam ei pollicetur: nam ideo eam intro-

introduxit, vt adiuuaret ius ciuile *d. §. 1. uers. Aliquando tamen, Inst. de bon. poss.* siue efficeret, vt ius illud facilius suum effectum consequeretur, *sicuti ostendimus supra nu. 69.* quæ ratio cessat, quoties vocatus repudiando se ab eo iure exclusit, scilicet, quia, quod non est, adiuuari non potest, cum nō entis nullę sint qualitates *l. eius, qui. 41. ff. si cert. pet.* Nil mirum igitur, si eo casu prætor ei non dat amplius bonorum possessionem, *vt considerat Pic. in d. l. vn. num. 18. vers. ultra alios C. quand. nō pet. part.* At, quādo quis repudiat bonorum possessionem, non possumus dicere cessare rationem, propter quam heredias ei defertur, quia non, vt prætor dat bonorum possessionem adiuuandi iuris ciuilis gratia, ita, & contra ius ciuile defert hæreditatem, vt adiuuet ius prętorium, *sicut considerat Pic. in d. l. vn num. 19.* ideoque, licet per repudiationem excludatur quis à bonorum possessione, nō tamen debet excludi à iure adeundæ hæreditatis. Et hæc de prima quæstione.

Succedit secunda, in qua videndum est, an si is, qui, & iure ciuili, & iure prætorio vocabatur ad successionem, fuerit à prætoria, non etiam à ciuili successione exclusus, eius portio coeteris accrescat; Et simpliciter quidem
89 dicitur, non accrescere, † *vti videre est apud Bald. in d. l. vn. num. 1. & ibi Castr. nu. 2. in prin. & vers. & hoc procedit, Alex. num. 3. & 4. vers. Dic, quod ab ista, Ias. in prin. & nu. 10. vers. Istis sic permissis, Pic. num. 9. & 26. Sap. nu. 16. Alcia. num. 22. vers. & hac opinio, Claud. Tut. nu. 118. vers. 2. reprobatur, & num. 129. 137. & 140. vers. Tamen his omnibus, Purp. nu. 48. vers. Quintus, Cagn. num. 31. vers. sed non est recedendum Cod. quand. non pet. part. Crott. in d. l. re coniunctis, nu.*
90 152. quia, † cum in totum non deficiat, consequens est, vt accrescere nullo modo possit, *ex ijs, quæ diximus supra num. 7. & in hoc cap. q. 36. numer. 1. & seqq. Ita in specie ratiocinantur Bald. in d. l. vnic. num. 1. & ibi Castr. nu. 2. Alex. num. 3. Ias. in prin. & num. 10. vers. Istis sic præmissis, Purp. num. 48. vers. Quintus, Cagn. nu. 31. vers. sed non est recedendum, Claud. Tut. nu. 118. vers. 2. reprobatur, & nu. 119. 135. & 139. vers. ultimo C. quand. non pet. part. Crott. in d. l. re coniunctis, num. 152. vers. Præterea, & 3. Duar. lib. 1. de Iur. accr. cap. 10.* Et hoc est, quod sentit Gordianus *in d. l. vnic. Cod. quand. non pet. part.* dum ait, *Quoties pluribus liberis cessante legitima successione bonorum possessio defertur, beneficium edicti perpetui quibusdam omittentibus, ijs solis, qui bonorum possessionem agnouerunt, portionem non petentiū accrescere:* Significat enim
91 † liberis, qui bonorum possessionem agnouerunt, ita demum portionem non petentium accrescere, si legitima successio cesset, idest (secundum vnum intellectum, qui verior est, & receptior) si non possint iure ciuili succedere, *vt declarant ibi gloss. in verb. quoties, vers. vel pone 2. Bald. num. 1. Castr. num. 1. & 2. vers. legit ergo, Alex. nu. 1. & 10. vers. In ea ibi, pone, Ias. in prin. & num. 10. vers. Istis sic præmissis, Dec. in prima lect. nu. 8. vers. In ea gl. ibi, Gozad. num. 16. vers. mihi videtur, Pic. nu. 9. & 26. Sap. num. 43. Tut. num. 129. & Cuiac. ad tit. C. quād. non pet. part. & ad l. 3. §. ultim. ff. de bon. poss.* Ergo supponit à contrario sensu, si possint adhuc succedere iure ciuili, eorum portionē
92 alijs non accrescere, † *vt declarant Bald. ibi, num. 1. Castr. num. 2. vers. & dic in gl. & vers. in filijs ergo, Alex. num. 3. & 4. vers. dic, quod ab ista, Ias. in prin. & num. 10. vers. Istis sic præmissis, & num. 19. Alcia. num. 45. Pic. num. 9. & 26. Sap. num. 16. Tut. num. 118. vers. 2. reprobatur, & num. 129. 137. & 140. versicul. tamen his omnibus.*

Sed, quia dupliciter hoc potest intelligi, vno modo respectu hæreditatis, altero verò respectu bonorum possessionis, licet respectu
93 hæreditatis † careat dubio, scilicet, quia certū est, partem eius, qui bonorum possessionem non agnouit, non accrescere agnoscentibus, si loquamur de parte hæreditatis, vtporè, à qua nondum censetur ille exclusus, *vt ostendimus supra num. 29. & seqq.* tamen respectu bonorum possessionis magnam in se cōtinet dubitationem: Nam plerique censuerunt, nō
94 accrescere, † *vti videre est apud eos, quos retulimus supra num. 89. & 92. quippè, qui loquuntur de bonorum possessione, non de hæreditate.* Idque
95 procedere, etiam reuocabiliter; † *Ita enim censuerunt Crott. in d. l. re coniunctis, num. 153. vers. Licet ista opinio, & vers. & ista opinio, vbi ait, hanc esse intrepidè tenendam, & Gozad. in d. l. vn. num. 30. & ibi Cagn. num. 31. vers. sed non est recedendum, vbi ait, ab hac sententia, quæ est crebrior, non esse recedendum, & versicul. Habetis itaque, & Claud. Tut. num. 137. & 140. vers. tamen his omnibus C. quand. non. pet. part.* Mouētur autem.

Primo *d. l. vn. C. quand. non pet. part.* quæ
96 loquitur de bonorum possessione. † Itaque, dum à contrario sensu vult, partem non petentium non accrescere petentibus, si non cesset legitima successio, *secundum ea, quæ diximus supra num. 92.* haud dubiè probat, non accrescere partem bonorum possessionis. *Ita arguunt Gozad. in d. l. vnic. num. 30. & ibi Cagn. num. 31. vers. sed non est recedendum, & Claud. Tut. num. 128. vers. Ista differentia, et nu. 137. et 141.*

97 Secundo mouentur, quia † ius accrescendi ita demum locum habet, si portio deficiat in totum, & omni iure, *vt patet ex ijs, quæ diximus supra num. 1. & multis seqq. & in q. 36. nu. 1. & seqq.* siue (quod idem est) sit omnimodo vacuata *l. vn. §. his ita definitis C. de cadu. toll.* Sed hic non defecit omni iure, nec est omnimodo vacuata, cum socius possit adhuc eam iure ciuili acquirere. Ergo in ea non poterit ius accrescendi habere locum. *Ita arguunt Gozad in d. l. un. num. 30. & ibi Cagn. num. 31. uers. sed non est recedendum, Claud. Tut. nu. 118. uers. 2. reprobatur, & nu. 129. 135. & 139. uers. ultimo, & Crott. in d. l. re coniunctis, nu. 152. uers. præterea, & 3.*

Verùm his non obstantibus verior est sententia existimantium, partem non petētium, etiamsi iure ciuili possint adhuc admitti, nihilominus ijs accrescere, qui suas portiones agnouerunt, sed accrescere reuocabiliter, si spectamus rem, & effectum, quia, si iure prætorio exclusi fiant postea hæredes, & ita hæreditatem iure ciuili acquirant, eui incent partem suam ijs, quibus ea iam accreuerat, ideoque pro ea parte remanebunt illi bonorum
98 possessores siue re, idest, sine effectu, † *secundū ea, quæ diximus supra num. 19. & seqq. Ita eleganter*

ganter omnium primus censuit Bald. in d. l. unic. num. 11. quem postea secuti sunt Alex. num. 10. uers. dic, quod, quamuis, Ias. num. 36. uers. & licet, & num. 40. in prin. & uers. sed aduerte, ubi ait, hanc esse ueritatem, Dec. in prima lect. nu. 11. uers. & ideo, & uers. & in ista conclusione, Seb. Sap. num. 38. Purp. num. 82. uers. & ita communis, ubi ait, ab hac opinione, quam uocat communem, non esse iudicando recedendum, licet ipse putet, eam euitari posse. Idem scripserunt Gul. Ben. in d. cap. Raynutius, in uerb. & uxorem nomine Adelasiam, num. 126. uers. si autem, Alcia. in d. l. re coniuncti, num. 54. uers. sed pone, & Duar. d. lib. 1. de Iur. accr. cap. 20.

Huius autem rei vtilitas in eo consistit,
99 † quia, dum exclusi non admittuntur iure ciuili, poterit alij, quibus eorum pars accrenit, insolidum bona administrare, & ita exigere credita, soluere debita, fructus percipere, & verò etiam (si eos cōsumpserint) lucrari, ac id genus alia facere, quæ spectant ad hæredes, propterea quod interim pro veris hæredibus reputantur, *ut in simili diximus supra num. 19. Ita declarant Bald. in d. l. un. num. 11. & ibi Ias. nu. 40. in prin. & uers. sed aduerte, Dec. in prima lect. num. 11. uers. & ideo, Purp. num. 80. uers. sed contrarium, & num. 82. uers. & utilitas, Gul. Ben. in d. cap. Raynutius, in uerb. & uxorem nomine Adelasiam, numer. 127. uersic. unde in his casibus,* Et, si socij postea excludantur etiam iure ciuili, vt, quia repudient hæreditatem, vel ante aditam moriantur, retrofingentur illi insolidum, & cum effectu bonorum possessores extitisse, *ut declarat Gul. Ben. ibi num. 127. uers. & si cohæres.* Quod, si adeant hæreditatem, cogetur illi portionem restituere, & administrationis rationem reddere, ac (exceptis fructibus consumptis) reliqua persoluere, *Ita declarat Gul. Ben. ibi num. 127. uers. etiam e contra.* Probatur autem hæc sententia

Primo ijs locis, in quibus simpliciter scribitur, si pluribus delata sit bonorum possessio, & vnus ab ea excludatur, partem eius cæteris
100 accrescere, † *ut l. 3. §. ult. cum l. seq. ff. de bon. poss. §. cum igitur, Inst. eod.* nam, cum generaliter loquantur, nec se restringant ad eos, qui iure ciuili non vocantur ad hęreditatem, Cōsequens est, vt generaliter, & indistinctè sint
101 accipiendi, † *secundum regulam l. 1. § generaliter ff. de leg. praest. & l. de pretio. 10. ff. de Publicia. Ita arguunt Ias. in d. l. un. num. 36. uers. primo, & ibi Dec. in prima lect. num. 11. uers. In contrarium, Alcia. in d. l. re coniuncti, num. 54. uersicul. Hicque uidetur, & Duar. d. lib. 1. de Iur. accresc. cap. 20.*

Nec est, quod respondeas, locos illos necessariò esse intelligendos de ijs, qui non, nisi iu-
102 re prætorio possunt succedere, † *ut respondent Seb. Sap. in d. l. un. num. 24. Et ibi Purp. num. 80. uers. sed ad hoc respondetur, & Cagn. nu. 31. uers. mihi magis placet, & Crott. in d. l. re coniuncti, nu. 153. uers. Licet ista opinio,* cum nouum non sit, leges simpliciter, & indistinctè loquentes de-
103 clarari, & restringi per aliàs leges † *l. non est nouum 25. cum 2. ll. seqq. ff. de legib. Et in proposito considerant Crott. in d. l. re coniuncti, num. 153. uers. licet ista opinio, Purp. in d. l. unic. num. 80. uers. sed ad hoc respondetur, & ibi Clau. Tut. nu. 128. uers. ideo tu dicas,* quia hoc est diuinare,
104 imo violare textus, † *ut in proposito scribunt Ias. in d. l. vn. num. 36. vers. primo, & ibi Dec. in prima lect. num. 11. vers. in contrarium, & Alcia. in d. l. re coniuncti, num. 54. vers. diuinant.*

Secundo probatur, quia, si pars bonorum possessionis non accresceret, donec exclusus hæreditatem adire potest, sequeretur ius ciuile suspendere edictum prætoris, & eius vim impedire. At hoc est falsum, quia, licet iure ciuili quis possit succedere, si tamen sit à bonorum possessione exclusus, non impedit, quominus bonorum possessio deferatur ijs, ad quos ea pertineret, si exclusus non esset in
105 rerum natura, † *l. 1. § quibus, & § sed videndū ff. de success. ed. l. 2. in prin. ff. de bon. lib. & d. §. cum igitur, Inst. de bono. poss. Et in proposito cōsiderant Ias. in d. l. vn. num. 36. vers. 2. & nu. 37. & ibi Cagn. nu. 31. vers. postremo.* Ergo falsum est, & antecedens. *Ita arguunt Bald. in d. l. vn. num. 11. & ibi Dec. in prima lect. num. 11. vers. & ideo, Duar. d. lib. 1. de Iur. accr. cap. 20.*

Nec est, quod respondeas, prædicta procedere in successorio edicto, nos vero loqui de iure accrescendi, quod longè ab illo differt,
106 † *vt respondent Cagn. in d. l. vn. num. 31. & ibi Clau. Tut. num. 126.* quia verius est, in hoc parem esse vtriusque iuris rationem, ideoque
107 pariter determinari † *in d. §. cum igitur, Inst. de bon. poss.* Nam, quemadmodum successorio edicto non antea locus est, quam præcedens gradus totaliter defecerit *l. 2. §. si mater, vers. sed, si mater ff. ad Tert.* ita, nec ante ius accrescendi locum habere potest, quam cohæres totaliter sit exclusus, *vt diximus in hoc cap. q. 36. nu. 1. & seqq.* Vnde, quemadmodum cessat successorium edictum, quandiu spes est, venientes ex primo gradu admitti posse *l. 1. §. si nemo ff. ad Tert. l. 2. in prin. ff. de suis, & legit.* ita etiam cessat ius accrescendi, quandiu cohæres ad suam portionem speratur admitti, *vt diximus in q. praeced. num. 1. & seqq.* Quemadmodum igitur successorium edictum non impeditur, vbi quis totaliter est exclusus iure prætorio, licet adhuc venire possit iure ciuili, ita etiam non debet impediri ius accrescendi, imo minus hoc, quam illud, cum hoc illo sit potentius, *vt ostendemus in 9. cap. q. 14. nu. 1. Et in proposito considerat Alex. in d. l. vn. nu. 10. vers. dic quod, quamuis.*

Tertio prædicta confirmantur *l. si impubes. 7. §. quaesitum ff. de Carb. edict.* Vbi Iulianus, *Quaesitum est,* inquit, *an simul, & pupillus ex Carboniano, & scriptis hæredes secundum tabulas bonorum possessionem haberent? Respōdi, si filius non esset, aut non accepisset contra tabulas, vel ab intestato bonorum possessionem, simul, & ipsum ex Carboniano, & scriptos hæredes secundum tabulas habituros bonorum possessionem:* Nam ex his
108 verbis apparet, † si impubes a patre præteritus non agnouerit bonorum possessionem contra tabulas, vel vnde liberi, nō impedire, quominus interim hæres scriptus possit agnoscere bonorum possessionem secundum tabulas, licet præteritus possit adhuc iure ciuili nullū dicere testamentum. Ergo à simili, nec filius impediet, quominus alij totam habeant bonorum possessionem, licet ipse iure ciuili possit hęres esse. *Ita arguunt Bald. in d. l. vn. num. 11. & ibi Alexand. num. 10. vers. dic. quod, quāuis, Ias. num. 40. Dec. in prima lect. nu. 11. vers. & ideo.*

Nec

Nec obstat, si dicatur, longè aliam esse rationem speciei ibi propositæ, aliam eius, de
109 qua nos loquimur; Nam ibi † filius præteritus, qui est exclusus à bonorum possessione cõtra tabulas, ideo non impedit, quominus hæres scriptus possit interim agnoscere bonorum possessionem secundum tabulas, licet iure ciuili possit dicere testamentum nullum, quia incertum erat, an hoc ius ei competeret, cum negaretur esse filius, & talis quæstio non poterat statim terminari, sed in pubertatis tempus differebatur, ideoq; nil mirum, si hæres institutus interim potuerit agnoscere bonorum possessionem, licet reuocabiliter, ad hoc, vt administrare posset. At in specie proposita certum est, eum, qui est exclusus à bonorum possessione, posse adire iure ciuili, ideoque non debet interim pars eius etiam respectu administrationis alij accrescere, *Quomodo respondent Gozad in d. l. vn. num 31. & ibi Alcia. num. 45. vers. Ad primum fundamentum*, quia verius est, in specie *d. §. quæsitum*, non ideo
110 † hæredi scripto dari secundum tabulas bonorum possessionem, quod dubium fuerit, an impubes re vera filius esset, eique proinde competeret ius dicendi testamẽtum nullum, sed quia lapso anno fuerat exclusus à bonorum possessione contra tabulas, vt patet ex illis verbis, *si filius non esset, aut non accepisset contra tabulas, vel ab intestato bonorum possessionem;* Alioquin, si propter dubietatem daretur secundum tabulas bonorum possessio, ita deberet dari ante annum, vt post annum, cum ita ante, vt post dubium sit, an impubes sit filius, nec ante pubertatis annos quæstio definiri possit, & tamen certum est, ante annum non competere hęredi scripto bonorum possessionem secundum tabulas, sed tantum post *d. §. quæsitum.* Ergo non datur propter dubiũ, sed propter exclusionem. *Ita arguit Alex. in d. l. un. num. 10. uers. si quis autem.*

111 Quarto, & vltimo probatur, quia, † si pars bonorum possessionis non accresceret ante, quam vocatus esset iure ciuili exclusus, necessariò deberẽt creditores expectare triginta annos, ad hoc, vt pro illa parte satis illis fieri posset. At hoc est absurdum, & contra mentem prætoris, qui certum agnoscendæ bonorum possessioni tempus præfinivit, ne diutiùs bona iaceant, & creditores suis creditis defraudentur *l. 1. in prin. ff. de succ. ed. & d. §. cum igitur, Inst. de bon poss.* Ergo absurdum est, partem bonorum possessionis interim non accrescere. *Ita arguunt Bald. in d. l. un. num. 11. & ibi Ias. num. 39. Dec. in prima lect. num. 11. vers. & ideo.*

Nec est, quod respondeas, temporis præfinitionem fuisse à prætore introductam propter successorium edictum *d. l. 1. in prin. ff. de succ. ed.* non etiam propter ius accrescendi, de
112 quo loquimur, † *vt respondent Crott. in d. l. re coniunctis, num. 153. uers. Non obstat alia ratio, Cagn. in d. l. un. nu. 31. uers. Ad motiuum*, quia, cũ eadem sit vtrobique ratio, *ut ostendimus supra nu. 107.* Consequens est, vt idem sit de vtroq; iure statuendũ, *ut in proposito considerat Claud. Tut. in d. l. un. num. 131.*

Minus est, quod respondeas, posse hoc absurdum euitari petita à Iudice assignatione termini, puta vnius anni, vel saltem certum dierum, ad adeundam, vel repudiandam he-
113 reditatem prout fieri posse certum est † *l. 1. §. 1. ff. de iur. del. ut in proposito respondent Crott. in d. l. re coniunctis, num. 153. uers uel aliter. Alc. in d. l. un. nu. 45. uers. 2. pro opinione, et ibi Purp. num. 81. Cagnol. num. 31. uersicul. Ad motiuum, et Claud. Tut. num. 132. uers. ideo 2.* quia, cum hæc assignatio pendeat ab arbitrio Iudicis, qui potest, vel breuius, vel largius tempus hę-
114 redi præfinire † *d. l. 1. in fin. ff. de iur. deliber.* Consequens est, vt plenè non prospiciat indemnitati creditorum, ideoq; non debeat impedire ius accrescendi, quod prospicit statim, & ipso iure, cum is, cui pars accreuit statim, vt administrator, & possit, & debeat creditoribus satisfacere, *ut diximus supra num. 99.*

Neque huic sententiæ obstant contraria: Ad primum enim respondent nonnulli, illa verba, *cessante legitima successione*, quę leguntur *in d. l. unic. Cod. quand. non pet. part.* non stare
115 † exclusiuè, sed suspensiuè, quia non significant accrescere, si legitima successio cesset, idest, si hæreditas non deferatur, sed, accrescere, quandiù cessat legitima successio, idest, quandiù non aditur hæreditas. *Ita declarat Dec. in d. l. un. in prima lect. num. 11. in fi.*

Sed hæc responsio (meo iudicio) non est
116 vera, † quia secũdum eam Gordianus loqueretur de ijs, qui, cum essẽt, & ad hæreditatem, & ad bonorum possessionem vocati, fuerunt à bonorum possessione exclusi, &, licet adhuc adire possint, differunt tamen aditionẽ, quod tamen à verò alienum esse, patet ex ijs, quæ diximus supra *num. 80.*

Quamobrem veriùs est, illa verba, stare
117 † exclusiuè, siuę priuatiuè, & à contrario sensu significare, quoties non cessat legitima successio, partem non petentium bonorum possessionem non accrescere petentibus, eo modo, quo accrescit, quoties legitima successio cessat, scilicet irreuocabiliter, & sic cũ re, & effectu, sed non excludere accretionem, quæ fit reuocabiliter, *secundum ea, quę diximus supra num. 98. Ita respondent Bald. in d. l. unic. num. 11. et ibi Alexand. num. 10. uers. et secundum prædicta, et Dec. in prima lect. num. 11.*

Ad secundum verò respondeo, primo, id
118 procedere, † si loquamur de ea accretione, quæ fit irreuocabiliter, secus verò, si de ea, quę reuocabiliter, *secundum ea quæ supra diximus.* Secundo respondeo, imò respectu bonorum possessionis, de qua tractatur, partem deficere totaliter, scilicet, quia deficit ipso iure, non
119 ope exceptionis. † *Ita respondent Bald. in d. l. un. num. 11. et ibi Dec. in prima lect. num. 11. in fin. et Claud. Tut. num. 139. uers. ultimo.* Et ita definiendus est tertius propositæ quæstionis casus.

Quartus casus est, quando portio non deficit ipso iure, sed ope tantum exceptionis, prout euenit, cum actio pro ea competens non est omnimodo sublata, sed adhuc datur, verum agenti obstat exceptio, quæ inutilem,
120 & inefficacem actionem reddit † *l. si mulier 14. ff. de iur. dot.* Et tunc, si quæramus, an locum habeat ius accrescendi, constat, rem esse mirum in modum controuersam: Nam veteres frequentiùs censuerunt, locum non ha-
121 bere, † *uti uidere est apud gl. in l. si duo patroni,*

13.in prin. in uerb. iurasset, et ibi Bart. num. 1.
Castr. num. 5. Alex. num. 4. ff. de iureiur. Ang.
de Gamb. de testa. glos. 42. num. 3. vers. Item intel-
ligat. & num. 4. & 5. Castr. in l. pen. num. 3. ff. de
acq. hered. Ias. in d. l. re coniuncti, num. 201. vbi
ait, ab hac doctrina neminem discrepare, & num.
242. & ibi Rip. num. 176. Alcia. num. 55. Polit.
num. 76. Ias. in l. si duobus. 16. in prin. num. 2.
ff. de leg. primo, Gul. Ben. in d. cap. Raynutius, in
verb. & vxorem nomine Adelasiam, num. 140.
vers. praeterea, Dec. in d. l. vn. in prima lect. in fi.
& ibi Gozad. num. 36. vers. 4. & Io. Gut. nu. 41.
C. quand. non pet. part. Dec. in rub. C. eod. in 2.
lect. num. 1. Ruin. cons. 206. nu. 22. vers. praeterea,
vol. 2. Ceph. cons. 124. num. 13. Peral. in l. & Pro-
culo. 20. num. 13. ff. de leg. 2. Hond. cons. 89. num.
50. vol. 1. Baldui. in §. vlt. num. 21. Inst. de Orfic.
Rustic. ad l. cum auus. 101. lib. 4. cap. 8. n. 28. ff. de
cond. & dem. Et hoc esse vnũ ex requisitis iuris
accrescendi, vt scilicet portio deficiat ipso iu-
122 re, nõ autẽ ope exceptionis, † *vti videre est apud*
Castr. in d. l. si duo patroni. 13. in prin. num. 4. &
ibi Alex. num. 4. Ias. num. 6. ff. de Iureiur. Ias. in
l. hereditas. 4. in prin. C. de his, quib. vt ind. in l.
hac consultissima. 21. §. ex imperfecto num. 11. C.
de testa. in l. si duobus. 16. in prin. num. 2. in l. pla-
nè. 34. §. si coniunctim, num. 14. & in l. huiusmo-
di. 26. §. si is, cui, num. 8. ff. de leg. primo, & in l.
1. num. 17. vers. 4. ff. de cond. indeb. Curt. Iun. cons.
14. num. 6. Rip. in l. centurio. 15. num. 195. ff. de
vulg. Claud. Tut. in d. l. un. nu. 39. vers. Quartũ,
& ibi Io. Gut. num. 4. C. quand. non pet. part. Io.
Gut. in l. nemo potest 58. num. 465. ff. de leg. pri.
Baldui. in d. §. vlt. num. 21. Inst. de Orfic. Vnde,
si ipso iure deficiat, tradunt, ius accrescendi
123 habere locum, † *vti videre est, apud Ange. de*
Gamb. de testa. d. gl. 42. num. 5. Castr. in d. l. si
duo patroni. 13. in prin. num. 5. ff. de iureiur.
Ruin. cons. 54. num. 12. vol. 2. Ceph. cons. 716. nu.
15. vol. 5. Rub. in l. pater filium. 14. num. 202. ff.
de inoff. Peralt. in l. & Proculo. 20. num. 13. ff. de
leg. 2. contra verò non habere, si non ita defi-
124 ciat. † *Ita scribunt Ias. in d. l. 1. num. 17. vers. 4.*
ff de cond. ind. & in d. l. planè. 34. §. si coniunctim,
nu. 15. vers. &, si dicis ff. de leg. primo, Curt. Iun.
cons. 89. num. 3. Dec. in d. rub. C. quand. non pet.
part. in secunda lect. num. 1. Ruin. cons. 51. num.
16. & cons. 54. num. 11. vol. 2. Ceph. d. cons. 716.
num. 15. vol. 5. Claud. Tut. in d. l. vn. nu. 38. vers.
ego autem C. quand. non pet. part. Idq; procede-
se non solum in legatis, & fideicommissis, sed
125 etiam in legitima, † *vt in specie docuit Ias. in d.*
l. si duo patroni. num. 6. vers. 2. Imo, etiam in
contractibus, quibus casibus in ijs recipitur
ius accrescendi, vt, quia tractetur de liberali-
126 tate imperiali † *sicuti declarant Bart. in d. l. si*
duo patroni, num. 2. & ibi Alex. num. 4. Ias. nu.
6. vers. vnde per istam, Ias. in d. l. re coniuncti, nu.
229. Gul. Ben. in d. cap. Raynutius, in verb. &
vxorem nomine Adelasiam, num. 146. Soc. Sen.
cons. 16. num. 11. & 18. vers. primo volum. 4. Io.
Guter. in d. l. vn. num 41. C. quand. non pet. part.
Huius autem rei multa afferunt exempla.

Primum in eo, qui excluditur per sententiam: nam, quia non excluditur ipso iure, sed
ope tantum exceptionis, cum sententia non
perimat ipso iure actionem, sed pariat tantũ
127 exceptionem † *§. Item, si in iudicio Inst. de*
except. l. Iulianus. 60. & ibi gl. in verb. natura
ff. de cond. ind. ideo (secundum eos) non facit
128 locum iuri accrescendi † *Ita scribunt Bart. in*
d. l. si duo patroni, num. 2. & in l. qui repudiãtis.
17. num. 1. ff. de inoff. Bald. in d. l. vn. §. sin autẽ
ad deficientes num. 3. C. de cadu. toll. Ias. in d. l. re
coniuncti, num. 229. Gul. Ben. in d. cap. Raynutius,
in verb. & uxorem nomine Adelasiam, num. 140.
uers. Praeterea, Io. Guter. in d. l. un. n. 41. C. quãd.
non pet. part. Hinc inferunt, non habere locũ
ius accrescendi, si statuto caueatur, vt legata
non insinuata intra mensem non valeant, &
vnus ex coniunctis insinuauerit, alter verò
non, quia, quod non valeat, intelligitur per sẽ-
tentiam, & sic ope exceptionis, ideoque non
129 potest facere locum iuri accrescendi. † *Ita*
scribit Bald. in d. l. un. §. sin autem ad deficientes,
num. 3. uers. & praedicta C. de cadu. toll. Sed, si
statutum diceret, ipso iure non valeat, tunc
haberet locum ius accrescendi, licet legata-
rius interim agnouisset legatum, quoniam il-
la agnitio fieret irrita ipso iure, cum potestas
annullationis tollat intellectũ acquisitionis
130 † *arg. l. si patroni. 55. § fi. ff. ad Treb. Ita Bald.*
in d. §. sin autem ad deficientes, num. 3. uersic. &
praedicta.

Secundum exemplum afferunt in eo, qui
excluditur iureiurando: nam, quia nec ipso
excluditur ipso iure, sed ope tãtum exceptio-
131 nis † *§. aequè Inst. de except.* ideo non facit iuri
132 accrescendi locum. † *Ita scribunt Bart. in d.*
l. si duo patroni. num. 2. & ibi Castr. num. 2. Ias.
in d. l. re coniuncti num. 229. Gul. Ben. in d. cap.
Raynutius, in uerb. & uxorem nomine Adelasiã,
num. 140. uers. Praeterea, Io. Gut. in d. l un. num.
41. C. quand. non pet part. Peral. in d. l. & Pro-
culo. 20. num. 13. ff de leg. 2. Et scribunt etiam
omnes, quos referemus infra num. 145.

Tertium exemplum afferunt in eo, qui pa-
cto excluditur à sua portione: nam, quia pa-
ctum non est modus obligationis, & actionis
ipso iure tollendae, sed tantum ope exceptio-
nis, *§. praeterea, Inst. de excep.* ideo fit, vt ita ex-
133 clusus non faciat locum iuri accrescendi † *Ita*
enim uidentur sensisse omnes, quos retulimus su-
pra num. 121. 122. & 124.

Hinc inferunt cessare ius accrescendi, si
vnus ex coniunctis à sua portione excludatur
134 renuntiatione, † scilicet, quia renuntiatio fit
pacto *l. 1. C. de pact.* ideoq; non tollit actionẽ
ipso iure, sed ope tantum exceptionis. In quo
quidem tradunt differre renuntiationem à re-
135 pudiatione: † nam per renuntiationem portio
non deficit ipso iure, sed ope tantum excep-
tionis, *ut supra dictum est*. At per repudiatio-
nem ipso iure deficit; *Ita in specie declarat Io.*
Guter. in d. l. un. num. 41. C. quand. non pet. part.
Quamobrem pars renuntiantis non accrescit,
ut supra dictum est, pars verò repudiantis ac-
crescit, *ut diximus in hoc cap. q. 35. nu. 1. & seqq.*
&, qui renuntiatione excluditur, facit partẽ,
qui verò excluditur repudiatione, non facit
l. qui repudiantis. 17. in prin. & ibi Bart. num. 1.
ff. de inoff.

Sed haec ita tradunt esse accipienda, vt pro-
136 cedant, † si pactum, siue renuntiatio facta sit
posteaquam ius est in esse deductum, & alicui
quaesitum: Caeterùm, si facta sit ante, quam
ius sit in esse deductum, veriùs esse censent
excludere ipso iure, & per consequentias fa-
cere locum iuri accrescendi, *Ita declarat Ias. in*
d. l. si duo patroni. 13. in prin. num. 6. uers. Ad-
uerte

uertcetiam: quia, quando renuntiatio fit ante
ius quæſitum, vim habet verę repudiationis,
quæ ſui natura facit, vt pars ipſo iure deficiat,
ut ſupra dictum eſt. Et in his terminis videtur
accipiendum, quod, tam frequenter dicitur,
partem renuntiantis accreſcere non renun-
137 tiantibus † *l. ult. uerſ. ut ſi qui, & ibi Bald. C. de
legit. hæred. Alex. in l. pactum dotali. 3. nu. 7. uerſ.
2. caſu C. de collat. & conſ. 149. nu. 1. uol. 7. Alcia.
in d. l. re coniuncti, num. 54. Ruin. conſ. 24. nu. 3.
uolu. 1. Pariſ. conſ. 26. num. 39. uol. 3. Pereg. de
fideic. artic. 22. num. 78. & conſ. 24. nu. 37. uol. 1.*
Vtiq; autem loquimur de renuntiatione pri-
uatiua, in qua ſolum tractatur de amittendo
iure: nam, ſi eſſet tranſlatiua, non pertineret
ad hanc quæſtionem, ſed ad eam, quam pro-
ponemus *in hoc cap. q. 40.* vtrum ſcilicet is, qui
per alium admittitur ad partem, faciat partē.

Quartum exemplum afferunt in eo, qui
excluditur tempore: Nam, quia tempus non
eſt modus obligationis ipſo iure tollendæ, ſed
tantum ope exceptionis *l. obligationum ferè.
43. §. placet ff. de actio, & oblig.* ideo non facit
138 locum iuri accreſcendi. † *Ita ſcribit Soc. Sen.
conſ. 16. num. 11. uol. 4.*

Hinc inferunt, eum, qui excluditur præſcri-
ptione non facere locum iuri accreſcendi,
139 † quia præſcriptio non perimit ipſo iure, ſed
ope tantum exceptionis, quod tamen ita cē-
140 ſent eſſe intelligendum, vt procedat, † ſi ſit
præſcriptum iuri agendi, quod non, niſi poſt
acquiſitionem conſideratur, puta, quia hęres
adierit hæreditatem, vel ei ſe immiſcuerit, ſed
ſteterit per 30. annos, intra quos non egerit: nā
tunc, quia agnitio à principio facta ius accreſ-
cendi excluſit, ideo, licet poſtea excludatur
à iure agendi pręſcriptione, non tamē poterit
fieri locus iuri accreſcendi, cum poſt emolu-
mentum acquiſitum ius accreſcendi ceſſet,
etiamſi portio deficiat, *ut latè oſtendemus in
hoc cap. q. 59. num. 13. & 19.* maximè, cum non
deficiat ipſo iure, ſed ope rātum exceptionis,
*ut dictum eſt, et in ſpecie declarat Bald. in d. l. un.
nu. 8. C. quand. nō pet. par.* Cœterùm, ſi præſcri-
batur iuri adeundi, vel immiſcendi, magis
eſſe tradunt, vt fiat iuri accreſcēdi locus, quia
præſcriptio à iure obtinendi vim habet effi-
caciſſimæ repudiationis *l. facta. 63. §. ſi quis bo-
norum ff. ad Treb. Ita declarat Bald. in d. l. unic.
num. 8. C. quand. non pet. part.*

Planè, ſi coniunctus veniat per ius non de-
ſcendi, fatentur, non impediri accretionem,
etiamſi pars non ipſo iure deficiat, ſed ope
141 tantum exceptionis, † *uti uidere eſt apud Soc.
Sen. d. conſil. 16. nu. 28. uol. 4. Dec. in rub. C. quād.
non pet. part. in 2. lect. num. 1. Peral. in d. l. et Pro-
culo 20. nu. 13. uerſ. meminiſſe ff. de leg. 2.* Quam-
obrem, ſi in contractum deducta ſit res in-
diuidua, & vnus ex ſocijs ab ea excludatur,
non ipſo iure, ſed ope exceptionis, puta per
ſententiam, alij inſolidum admittentur, per-
142 inde, ac, ſi res illa non eſſet communis, † *Ita
ſcripſit Soc. Sen. d. conſ. 16. nu. 28. uerſ. primo uol.
4. ubi ait, hanc doctrinam ſequi dd communiter,
tametſi contrarium ſcripſerint Gul. Ben. in d. cap.
Raynutius, in uerb. et uxorem nomine Adelaſiam,
num. 146. et Alcia. in l. ſi mihi, et Titio. 110. in
prin. num. 4. ff. de uerb. oblig.*

Nec eſt contrarium, quod in iure patrona-
tus, quod eſt indiuiduum, *ut oſtendimus in 6.
cap. q. 48. num. 4.* ius accreſcendi ceſſet, ſi vnus
ex patronis per liberti iuſiurandū excludatur
d. l. ſi duo patroni, Qua ratione *Gul. Ben. in d.
cap. Raynutius, in uerb. et uxorem nomine Ade-
laſiam, num. 146. Alcia. in l. ſi mihi et Titio. 110.
nu. 4. ff. de uerb. oblig. et alij* plerique moti ſcri-
143 pſerunt, † etiam in indiuiduis ceſſare ius ac-
creſcendi, ſi pars non deficiat ipſo iure, quia
144 verius eſt, ibi non tractari † de ipſo iure patro-
natus, quod eſt indiuiduū, ſed de eius effectu,
nempe de iure ſuccedendi, quod eſt diuiduū,
ut diximus in eadē q. 48. n. 8. ideoq; nil mirum,
ſi ius accreſcendi ceſſet, ſecundum regulam,
quam noſtri communiter tradiderunt, *et nos
retulimus ſupra num. 121. et ſeqq.* Moti ſunt au-
tem ad ita ſentiendum.

Primo *d. l. ſi duo patroni. 13. in prin. ff. de
iureiur.* vbi Vlpianus, *Si duo patroni eſſent,*
inquit, *et libertus altero deferente iuraſſet, ſe liber-
tum eius non eſſe, utrum alteri totius debitæ pa-
tronis portionis an uerò dimidiæ debitæ ei partis
bonorum poſſeſſio competeret? Et ait, ſi is, cui iura-
tum eſt, patronus fuiſſet, alteri ſuæ partis bono-
rum poſſeſſionem competere, nec ei prodeſſe, quod
aduerſus alterum libertus iuraſſet. Multum ta-
men fidei, et authoritatis apud Iudicem patronū
habiturum, quo magis ſolum ſe patronum proba-
ret, quod libertus iuraſſet, alterum patronum non
145 eſſe*: Nam in huius legis ſpecie † ideo patro-
nus, qui non detulit iuramentum, non ſucce-
dit in totum, & ſic portio excluſi per liberti
iuſiurandum illi non accreſcit, quia non de-
fecit ipſo iure, ſed ope tantum exceptionis,
cum iuramētum non perimat ius alterius ip-
ſo iure, ſed tribuat tantum exceptionem,
*ut diximus ſupra num. 132. Et in ſpecie declarāt
ibi gl. in uerb. iuraſſet, et Bart. in prin. uerſ. Opp.
de lege, Caſtr. num. 2. Iaſ. in d. l. re coniuncti, num.
204. uerſ. unde poſſet, et num. 242. et ibi Alcia. nu.
55. Perali. in d. l. et Proculo. 20. num. 13. ff. de lig.
2. Ant. Gou. de iur. accr. num. 30. Ruſtic. ad l. cū
auus. 101. lib. 4. cap. 8. num. 28.* Alioquin enim,
ſi fuiſſet ipſo iure, & totaliter excluſus, vt,
quia deceſſiſſet viuo liberto, vel viuus eū non
aluiſſet, vel ad iuſiurandum adegiſſet, ne vxo-
rem duceret, quibus modis extingui ius pa-
146 tronatus certum eſt † *l. Diuus. 5. in fin. et l. qui
contra 15. ff. de iur. patro. l. ſi patronus. 33. ff.
de bon. lib. et declarant Duar. lib. 1. de Iur. accr.
cap. 17. et Andr. Fach. lib. 4. contro. cap. 96. uerſic.
Cur autem*, haud dubiè totius debitæ portio-
147 nis bonorum poſſeſſio alij cōpetijſſet, † quia
etiam in iure patronatus, locum habet ius ac-
creſcendi, quoties alter ex patronis ipſo iure,
& totaliter excluditur *l. communi 24. ff. de bon.
lib. Et in ſpecie declarant gl. in d. l. ſi duo patro-
ni, in uerbo, iuraſſet, et ibi Bart. in prin. uerſ. Opp.
de lege, et nos latè diximus in eodem 6. cap. qu. 48.
num. 3.* Ergo probat hic locus, ceſſare ius ac-
creſcendi, ſi portio non ipſo iure deficiat, ſed
ope tantum exceptionis.

Secundo moti ſunt *l. unum ex familia 69. §.
ſed, ſi uno, uerſ. uerum ff. de leg. 2.* vbi Papinia-
148 nus loquens † de eo, qui per fideicommiſsū
grauatus eſt, fundum in familia relinquere,
ſeu familiæ reſtituere, *Sed ſi uno ex familia hæ-
rede inſtituto,* inquit, *ille fundus extraneo relictus
eſt perinde fideicommiſſum ex illo teſtamento pe-
tetur, ac, ſi uero de familia hæredē hęres extitiſſet.
Verum is, qui hæres ſcriptus eſt, ratione doli ex-*

ceptionis

*ceptionis cotteris fideicommissum petentibus face-
re partem intelligitur; Nam, quæ ratio cæteros ad-
mittit, eadem tacitam inducit compensationem:*
quibus verbis ostendit, eos, qui sunt de fami-
lia, & non fuerunt à grauato hæredes institu-
ti, posse quidem petere fundum legatum ex-
traneo, sed pro partibus suis, non etiam pro
parte, quæ spectasset ad hæredem institutum,
& ita significat, partem eius alijs non accres-
cere, non obstante, quod in eius persona de-
fecerit, cum, vt hæres grauati non potuerit
impugnare factũ defuncti, sed debuerit partẽ
suam relinquere legatario, Et hoc ideo, quia
non defecit ipso iure, sed ope tantum excep-
tionis. Ergo probat etiam hic locus, partem,
quæ nõ deficit ipso iure, sed ope exceptionis,
non accrescere. *Ita arguunt Ias. in d. l. si duo
patroni num. 6. vers. a. aduerte, & Io Guter in d.
l. un. num. 40. uers. 2. C. quand. non pet. part.*

Sed, si quis diligenter attendat, facilè co-
gnoscet, locum hunc perperam in hanc rem
adduci, quia doli exceptio, de qua loquitur
149 Papinianus † non obstat hæredi instituto, &
sic coniuncto excluso, vt obstare debet, ad
hoc, vt intret quæstio proposita, sed obstat
alijs de familia petentibus fideicommissum:
Nam, si petant totum fundum, & sic etiam
partem, quæ spectasset ad hæredem, repellen-
tur exceptione doli, quia hæres, a quo legatũ
relictum est, opponet, se quoq; tamquam de
familia vocatum esse ad fideicommissum, &
consequenter facere partem, ideoq; nõ posse
alios totum petere. Nec obstare, quod ipse nõ
consequatur partem suam, quippe, quam te-
netur legatario relinquere, quia, licet non cõ-
sequatur partem fundi, consequitur tamen
hæreditatem grauati, quæ loco suæ portionis
succedit, & tacitam inducit compensationẽ,
ita, vt eo ipso, quod hæreditatem habet, cen-
seatur partem fundi habere, quę res sufficit ad
hoc, vt ius accrescendi cesset, quia, licet quis
non admittatur ad partem rei, facit tamen
partem, si admittatur ad aliquam rem, quæ
succedat loco partis, *ut diximus in hoc cap. q.
21. num. 21. uers. 2.* ideoque, si alij totũ petant,
doli mali exceptione repellentur *l. duobus. 87.
ff. de leg. primo.*

Tertio moti sunt *l. hæreditas. 4. C. de his, quib.
150 ut ind.* vbi, † portio hæreditatis, quæ indigno
fuit relicta, ideo cohæredi non accrescit, quia
non deficit ipso iure, cum indignus ipso iure
maneat hæres *l. ex facto. 43. §. ultim. ff. de uulg.
Ita declarat Ias. in d. l. hæreditas, in prin. quem
probat Rip. in d. l. re coniuncti, num. 176. Et ui-
detur etiam sensisse Bald. in l. huiusmodi. 86. § si
Titio, & Moetuio, uers. In ea ibi, mihi, & non
capaci, & uers. circa hoc. ff. de leg. primo.*

Sed neque hic locus pertinet ad quæstionẽ
151 propositam, quia in huius legis specie † ideò
non habet locum ius accrescendi, quia indi
gnus, licet non admittatur per se, admittitur
tamen per alium, nempè fiscum, ideoque nil
mirum, si faciat partem, *ex ijs, quæ diximus in
hoc cap. q. 36. nu. 6. & latiùs dicemus in q. 40. nu.
2. Ita declarat Andr. Fach. lib. 4. contro. cap. 96.
in fin.*

152 Quarto moti sunt ratione: Nam † ius ac-
crescendi ita demum locum habet, si pars in
totum deficiat, *ut diximus in hoc cap. q. 36. num.
1. & seqq.* At, cum datur actio, licet obstet
exceptio, non tamen pars deficit in totum, cũ
aliquo iure coniunctus ad partẽ admittatur.
Non potest igitur in ea ius accrescẽdi habere
locum. *Ita ratiocinatur Bartol. in d. l. si duo
patroni, in prin. uers. Opp. de lege, & in d. l. hu-
iusmodi. 86. §. si Titio, & Moetuio, uers. Septi-
mus.*

Verùm hæc, quæ veteres frequentiùs tradi-
derunt, tamquam à verò aliena fuerunt à nõ-
nullis recentioribus improbata, quod (secun-
dum eos) verius sit, locum habere ius accre-
scendi, etiam si portio, non ipso iure, sed ope
153 tantum exceptionis deficiat. † *Ita enim cen-
suerunt Duar. lib. 1. de Iur. acer. cap. 19 & Andr.
154 Fach. d. lib 4. contro. cap. 96.* scilicet quia † *nihil
interest, ipso iure quis actionem non habeat, an
per exceptionem infirmetur*, vt ait Paulus *in l.
nihil interest. 113. ff. de reg. iur. Et in proposito cõ-
siderant Duar. d. lib. 1. cap. 19. & And. Fach. d. lib.
4. cap. 96.*

Nec (secundum eos) vis facienda est *in l. si
155 duo patroni*, quia non tractatur ibi † de iure
accrescendi, sed de probatione iuris patrona-
tus, *ut ait Duar. d. lib. 1. cap. 19.* Nam, cum li-
bertus deferente altero ex patronis iurasset, se
libertum eius non esse, & eo postea sine libe-
ris defuncto quæsitum esset, an alteri patrono
danda esset totius debitæ portionis bonorum
possessio, an verò solum dimidiæ, respondit
Vlpianus, si is, cui iuratũ est, fuisset patronus,
alteri non, nisi suæ partis bonorum possessio-
nem competere. Itaque supponit, ei non
competere totius debitæ portionis bonorum
possessionem, nisi probet, se solum manumi-
sisse, quo casu, tamquam solus patronus ad to-
tam vocabitur portionem, sed ad hoc non
sufficere iusiurandum liberti, quia, licet iura-
uerit, se illius, qui detulit, libertum non esse,
non tamẽ sequitur, alterum solum esse patro-
num: Potest enim esse, vt ille re vera fuerit
patronus, & libertus falsum iurauerit, quo ca-
su iuramentum proderit quidem ipsi liberto,
sed non alteri patrono, *ut considerant ij, quos
referemus infra num.* 157. Item potest esse, vt,
licet is, qui detulit, verè non fuerit patronus,
tamen ius patronatus pertinuerit etiam ad
alium, qui simul cum patrono communem
seruum manumiserit. Fatetur tamen *multum
fidei, & authoritatis apud iudicem patronum
habiturum, quo magis, solum se patronum pro-
baret, quod libertus iurauit, alterum patronum
non esse*, quibus verbis significat, non suffice-
re quidem iuramentum liberti ad probandũ,
solum alterum manumisisse, sed illud magnã
alijs adminiculis vim addidurum, adeo, vt ac-
cedente quacunque, vel minima circunstan-
tia facilè iudex induci possit ad credendum,
eum solum patronum esse, *ut declarant Ias. in
d. l. si duo patroni, num. 2. & Anto. Gou. de Iur.
156 acer. num. 30.* Quæstio igitur Vlpiani † est de
probatione, non de partis accretione, quæ
multum ab illa differt, *ut ait Duar. d. lib. 1. c. 19.*
Nam in quęstione iuris accrescendi duo sup-
ponimus, Primo duos, vel plures esse patro-
nos, *ut patet ex ijs, quæ diximus in 4. cap. qu. 4.
num. 6.* cum alioquin Vlpianus ibi supponat,
vnum tantum patronum esse, eo ipso, quod
ait, ex iureiurando liberti magnam oriri pre-
sumptionem fauore illius, cui non detulit iu-
ramentũ, quasi solus libertum manumiserit,

vt declarant Bald in cap. quæ in Ecclesiarum, num. 30. extr. de constitu. & in d. l. vn. §. sin autẽ ad deficientis num. 3. C. de cad. toll. & Duar. d. lib. 1. cap. 17. quo casu potest tractari de iure accrescendi, quia, licet is totius debitæ portionis habeat bonorum possessionem, non tamẽ eam habet iure accrescendi, sed iure suo, *vt declarat Duar. ibi.* Secundo verò supponimus, partem deficere, *vt patet ex ijs, quæ diximus in huius cap. prin. num. 2. & seqq.* quæ res dici non potest, quoties ex iureiurando, vel cõuentione inita cum vno ex patronis libertus liberatur, *vt ibi Duar. ait,* non, quia portio non defecerit ipso iure, sed ope exceptionis, vt veteres arbitrantur, *quos in hoc reprobat Andr. Fach. d. lib. 4. cap. 96. vers. sed, quod attinet,* nec, quia, etiamsi ipso iure defecisset, puta, quia vinculum obligationis, quo libertus erat patrono adstrictus, fuisset solutum acceptilatione, quę ipso iure tollit obligationem *l. si vnus. 28. §. pactus ne peteret ff. de pact.* non tamen potuisset hoc alteri prodesse, *vt considerat Duar d. lib. 1.*
157 *cap. 19.* sed, quia † iusiurandum, seu conuentio vnius alteri neque prodesse, neque obesse debet, *vt dicemus infra num. 157. Et considerãt Alcia. in d. l. re coniunctis, num. 55. Duar. d. lib. 1. de Iur. accr. cap. 17. Anto. Gouea. de Iur. accr. nu. 30. & Andr. Fach. d. lib. 4. contr. cap. 96. vers. sed, quod attinet.* At, si ius patronatus re vera defecisset in persona alterius, quin illius portio debuerit alteri accrescere, nõ est dubitandũ, *vt patet ex l. communi liberto 24. ff. de bon. liber. Et in his terminis scribit Andr. Fach. d. lib. 4. cap. 96. vers. Cur autem, nosque diximus in 6. cap. q. 48. num. 17.*

Hæc sententia, licet prima facie videatur cum Vlpiani verbis congruere, non tamen
158 (meo iudicio) est omnino vera, † quia, licet verum sit, Vlpianũ ibi tractare de probatione iuris patronatus, *secundum ea, quæ diximus supra nu. 155. & seqq.* Verum tamen est tractare etiam de iure accrescendi, eo ipso, quod ait, *si is, cui iuratum est, patronus fuisset, alteri suæ partis bonorum possessionem competere:* Nam his verbis haud dubiè significat, alterius partem ei non accrescere, *vt & aliàs obseruari demonstrauimus in hoc cap. q. 24. nu. 22. & 27.* Deniq; licet verum sit, huius rei rationem esse, quia
159 † iusiurandum liberti nõ debet alij prodesse, vt indicant illa verba, *nec ei prodesse, quod aduersus alterum libertus iurasset,* verum tamen etiam est, hoc ideo factum esse, quia ex huiusmodi iureiurando non est omnimodo, & ipso iure extinctum ius patroni, sed solummodo nata est exceptio, quæ non debet alij, quam ei, qui iurauit, prodesse, *vt considerat Alcia. in d. l. re coniunctis, n. 55.* Alioquin enim, si ius patroni fuisset ipso iure, & totaliter extinctum, non potuisset, non esse iuri accrescendi locus, *vt ipsimet fatentur, sicuti retulimus supra num. 157.* Itaque verum est, ideò in spe-
160 cie Vlpiani cessare ius accrescendi, quia † in persona alterius ius patronatus non est totaliter extinctum, sed ope tantum exceptionis, quæ non debet alij prodesse, quam ei, pro quo prodita est.

Hinc intelligimus, erroneum esse, quod scripsit Duarenus *d. lib. 1. cap. 19.* etiamsi ius patroni fuisset per acceptilationem, & sic ipso iure extinctum, non tamen potuisse compatrono proficere, quia contrarium verius
161 esse † patet ex eo, quia, licet regulariter factũ vnius alteri non possit, hoc tamen fallit, quãdo vtilitas venit per quandam consequentiã, *vt ostendimus in hoc cap. q. 25. num. 26. & probat l. si is, q duos. 30. vers. quod, si socij ff. de lib. legat.* vnde, cum extincto iure vnius ex patronis ius alterius augeatur per consequentias, scilicet, quia incipit insolidum esse patronus, fit, vt, licet talis extinctio proueniat ex facto ipsius patroni, nihilominus alteri prodesse debeat. Quamobrem, &, cum vnus ex patronis deserit libertum, vel eum adigit ad iurandum, ne vxorem ducat, licet extinctio iuris proueniat ex facto ipsius patroni, nihilominus prodest compatrono, quippe, qui insolidum ius patronatus habet *d. l. communi liberto,* quod, & ipsi fatentur.

Sed, quamquam hæc vera sint, non tamen indistinctè puto verum, quod antiqui tradiderunt, locum nõ esse iuri accrescendi, si portio non ipso iure, sed ope tantum exceptionis
162 deficiat, sed in hac re puto † distinguẽdos esse quinq; casus quorum.

Primus est, quãdo exceptio nascitur ex facto solius testatoris, Et tunc verius est, locum habere ius accrescendi, etiamsi portio non ipso iure, sed ope tantũ exceptionis deficiat,
163 † *vt patebit ex ijs, quæ dicemus in exemplis,* quia
164 † factum testatoris, per quod res vni aufertur, prodest omnibus, ad quos illa res esset peruẽtura, si vocatus ab ea totaliter esset exclusus. Exempla sint.

Primũ, si testator post conditũ testamentũ nomen vnius ex vocatis deleuerit, quo casu pars illius non deficit ipso iure, sed ope tantũ exceptionis *l. 1. §. sed consulto ff. de his, quæ in testa. del.* Nam, quia talis exceptio prouenit ex facto testatoris, nempè ex cancellatione ab eo facta, ideò operatur, vt pars illius cęteris accrescat, *sicuti latè ostendemus in hoc cap. q. 30. num. 28.*

Secundum exemplum fit in specie, qua testator eandem rem duobus, aut pluribus coniunctim legauit, & post conditum testamentum contraxit cum vno ex legatarijs graues inimicitias, propter quas censetur ille à sua portione exclusus, non quidem ipso iure, sed ope tantum exceptionis *l. 3. §. vlt. & l. ex parte 22. ff. de adm. legat.* Nam, quia talis etiam exceptio nascitur ex facto testatoris, nempè ex reuocatione, quæ ab eo tacitè facta intelligitur, ideò fit, vt eius portio accrescat cõiunctis, *sicuti rectè scripserunt ij, quos referemus in hoc cap. q. 57.*

Secundus verò casus est, quando exceptio nascitur ex facto soliùs vocati, Et tunc similiter veriùs est, locum habere ius accrescendi, etiamsi portio non deficiat ipso iure, sed
165 ope tantum exceptionis; † *Ita de hæreditate loquentes scripserunt Castr in l. pen. num. 3. ff de acq. hæred. Alcia. in d. l. re coniunctis, nu. 55. vers. sed, quid in casu;* Exempla sint.

Primum in suo hærede, qui se abstinuit: nã, licet eius portio nõ deficiat ipso iure, sed ope tantum exceptionis, scilicet, quia remanet
166 hæres nomine † *l. & , si ex modica. 6. §. si filius ff. de bon. lib. l. 2. §. sed, si sint sui ff. ad Treb.* tamen, quia huiusmodi exceptio nascitur ex facto soliùs vocati, nempè ex abstensione ab

co

co facta , ideo non impedit ius accrescendi
167 † l. cum hereditate 55. & l. vlt. ff. de acq. hered. Et
scribunt Gozad. in d. l. vn. num. 36. vers. 4. Cod.
quand. non pet. part. & in l. qui se patris. 3. num.
137. & 153. C. vnd. lib. Don. lib. 7. comm. cap. 12.
vers. primum ergo, Andr. Faeb. d. lib. 4. controu.
cap. 96. in fin. Et est iu confesso apud omnes, quos
referemus infra nu. 169. Quamobrem dicimus,
sui heredis existentiam non excludere ius ac-
168 crescendi, † vti videre est apud Bartol. in l. sed, & si
patrono. 6. in prin. num. 3. ff. de bon. poss. & ius
accrescendi habere locum etiam inter suos.
169 † Ita scribunt Bartol. in d. l. vnic. num. 3. & ibi
Bald. num. 10. Ang. vers. in ea gloss. ibi, & vers.
Item est falsa, & Castr. num. 2. vers. sed ista gloss.
Alex. num. 6. Ias. num. 20. vers. Habes ergo, &
num. 21. vers. breuiter, Alcia. nu. 41. vers. contra-
rium, & num. 42. vers. & hac procedunt, Gozad.
nu. 16. vers. 2. est conclusio & vers. mihi videtur,
& num. 36. vers. 4. Seb. Sap. num. 26. vers. 2. pars,
Pic. num. 20. vers. tene igitur, vbi ait, hanc esse
communem conclusionem, Purp. num. 74. Claud.
Tut. num. 104. C. quand. non pet. part. Castr. in l.
fin. num. 1. versic. potest autem ff. de acq. hered.
Fabia. in Auth. nouissima, nu. 220. vers. vltimo,
C. de inoff. testa.

Nec est contrarium, quod suus, etiamsi se
abstineat, nihilominus remanet hæres, vt
diximus supra num. 166. qua ratione mota gl.
in d. l. vn. in verb. quoties, vers. si autem C. quand.
570 non pet. part censuit † inter suos non posse ius
accrescẽdi habere locum, quia hoc intelligi-
175 tur † nudo nomine d. l. 2. §. sed, si sint sui ff. ad
Tertul. quod in iure accrescendi non attendi-
172 tur † l. si totam. 82. ff. de acq. hered. l. Papinia
nus 43. ff. ad Trebell. & scribit Alcia. in d. l. vn.
173 num. 42. C. quand. non pet. part Est enim † ius
reale, cum per id portio portioni accrescat
l. si Titio. 39. §. 1. ff. de vsufr. ideoque in eo
non debemus spectare iuris subtilitatem, quæ
in nomine consistit, sed veritatem, & effectũ
rei, vt patebit ex ijs, quæ dicemus in hoc cap. q.
66. & 69. Quamobrem dicimus, nudum hæ-
redis nomen ius accrescendi non impedire,
174 † vti videre est apud Ias. in d. l. vn. num. 21. vers.
similiter, & ibi Alcia. num. 42. vers. & hæc proce-
dunt, Claud. Tut. num. 106. vers. 2. probatur C.
quand. non pet. part. Gozad. in d. l. qui se patris.
3. num. 137. C. vnd. lib. Alcia. in d. l. re coniuncti
175 num. 54. vers. sed, an nudum, quia † est nomẽ
sine re, idest, sine effectu d. l. 2. §. sed, si sint sui
ff. ad Tert. quod perinde haberi debet, ac, si
non esset l. vn. C. de nud. iur. Quir. toll. Qua ra-
tione dicitur is, qui se abstinuit, haberi pro
non hærede l. si filius, qui se abstinuit. 13. in prin.
ff. de inter. act. Quemadmodum igitur, si non
esset hæres, ius accrescendi non impediret,
vt diximus in hoc cap. q. 21. nu. 24. ita etiam nõ
debet impedire, licet nudum hæredis nomen
habeat: Idque procedit non solum, si filius se
abstineat ante immixtionem, sed etiã si post,
176 † puta, quia sit pupillus, aut etiam minor 25.
annis, cui id facere permissum est, secundum
ea, quæ dicemus in 8. cap q. 7. num. 33. Ita scribi-
tur in l. ex contractu. 44. ff. de re iudic. & decla-
rant Bald. in d. l. vn. num. 10. C. quand. non pet.
part. Veral. in d. l. & Proculo. 20. num. 51. ff. de
leg. 2.
177 Planè hoc ita intelligẽdum est, † vt, si post
alterius aditionem abstensio fiat, detur cohæ-
redi facultas, aut totius hæreditatis ample-
ctendæ, aut totius omittendæ, secundum regu-
lam l. cum hereditate 55. ff. de acq. hæred. de qua
latè dicemus in eodem 8. cap. q. 6. num. 1. & seqq.
Denique intelligendum est, vt accrescat, non
178 iure ciuili, sed iure prætorio, † vt declarat
Gozad. in d. l. qui se patris. 3. num. 138. vers. Item
ius C. vnd. lib. quippe, quo solo pars dicitur de-
ficere, vt declarat idem Gozad. in d. l. vn. num.
36. vers. 4. C. quand. non pet. part. Quamobrem
in eum, cui pars accrescit, non directæ, sed vti-
les tantum actiones transferentur, vt scribit
Andr. Faeb. d. lib. 4. contro. cap. 96. in fi. eaq; ra-
tione non ciuilis dicitur, sed prætorius suc-
cessor, vt ostendimus in 6. cap. in prin. num. 28.
Et, quamquam veteres putarint, accrescere
etiam inspecto iure ciuili, quod eo iure absur
dum non sit, duos esse eiusdem hæreditatis,
vel partis hæredes, vnum directò, alterum ve-
rò vtiliter, vti (secundum eos) patet ex hære-
de grauato, & fideicommissario, cui restituta
179 est hæreditas, † sicuti videre est apud Bart. in d.
l. qui se patris. 3. num. 9. Cod. vnd. lib. Bald. in d. l.
vn. num. 10. C. quand. non pet. part. Castr. in l. fi.
num. 1. vers. potest autem ff. de acqu. hered. con-
180 trarium tamen esse verius, † patet ex ijs, quæ
diximus in 6. cap. in prin. num. 23. & seqq. vbi
demonstrauimus, & fideicommissarium, &
alios omnes, in quos vtiles actiones hære-
ditariæ transferuntur, prętorios esse, non ciui-
les successores.

Secũdum exemplum sit in minore 25. an-
nis, qui post aditam hæreditatem in integrũ
restitutus est: Nam, licet eius portio non de-
ficiat ipso iure, sed ope tantum exceptionis,
585 † vt declarant Castr. in d. l. pen. num. 3. ff. de acq.
hered. Alcia. in d. l. re coniuncti, num. 55. versicul.
182 sed, quid in casu, scilicet, quia † remanet hæres
nomine l. ait Prator. 7. alias est l. & si sine. 8 §.
sed, quod Papinianus ff. de minor. tamen, quia
talis exceptio prouenit ex facto ipsius mino-
ris, qui in integrum restitutionem impetrauit,
183 ideo non impedit ius accrescendi † l. si minor
61. ff. de acq. hered. & nos latè dicemus in hoc cap.
q. 59. num. 48.
184 Sed hoc ita intelligendum est, † vt accres-
cat volenti, non etiã inuito d. l. si minor, & nos
dicemus in 8. cap. q. 7. num. 2. Et ita accipiendi
sunt, qui simpliciter scripserunt, in hęreditati-
bus non habere locum ius accrescendi, quo-
ties portio non deficit ipso iure, sed ope tantũ
185 exceptionis, † quos retulimus supra num. 121.
186 & seqq. vt scilicet loquãtur † de ea accretione,
quæ fit inuito cohęrede, non etiam de ea, quę
fit illo volente, vt declarat Gozad. in d. l. qui se
patris. 3. num. 154. C. vnd. lib. Denique intelli-
187 gendum est, † vt accrescat, non quoad actio-
nes directas, sed, quoad vtiles, sicuti declarant
Castr. in d. l. pen. num. 3. vers. 4. ff. de acq. hęred. &
Andr. Faeb. d. libr. 4. contro. cap. 96. in fi. ita, vt
pro ea parte, quæ accrescit, non fiat hæres no-
mine, sed effectu, vt ibi declarat Castr. Quamo-
brem (secundum nos) erit prætorius, non ciui-
lis successor, vt patet ex ijs, quæ diximus in 6.
cap. in prin. num. 25. tametsi veteres aliter sint
arbitrati, & putarint eum iure ciuili succede-
se, licet non directò, sed vtiliter, vti videre est
apud Castr. ibi, & alios, quos retulimus supra
num. 179

Vno sanè casu videtur impediri ius accres-
cendi

cendi per nudum hæredis nomen, cum scilicet fiscus ab indigno hærede partem hæreditatis aufert: Nam, licet is non maneat hæres effectu, cum rem non habeat *l. si totam. 82. ff. de acq. hered.* sed tantum nomine *l. ex facto. 43. §. fin. ff. de vulg.* nihilominus facit coniuncto partem, & sic impedit ius accrescendi
188 † *vt latè ostendemus in hoc cap. q. 41. nu. 1. & seqq.* Sed hoc ideò fit, quia indignus admittitur ad partem etiam cum effectu, non quidem per se, sed per alium, nempè fiscum, qui in ipsius locum subrogatur, ideoq; nil mirum, si faciat partem, *per ea, quæ diximus in hoc cap. q. 36. nu. 6. & latius dicemus in d. q. 47. num. 4. & seqq.*

Tertius casus est, quando exceptio nascitur ex facto testatoris, & vocati, Et tunc similiter
189 veriùs est, nō impedire ius accrescendi † Exēplum sit in filia, quæ in vita patris fecit pactū de non petendo, seu renuntianit bonis paternis cū iuramento, quo casu valet renuntiatio *cap. quamuis, de pact. in 6.* &, si filia tempore mortis patris fuerit superstes, eam à successione excludit, non quidem ipso iure, sed ope exceptionis: Nam, quia talis exceptio nascitur ex facto defuncti, & vocati, ideò operatur, vt
190 pars exclusæ fratribus accrescat; † *Ita scribūt Ruin. cons. 24. num. 3. vol. 1. Paris. cons. 26. num. 39. vol. 3. Roll. cons. 11. num. 10. & 14. volum. 1. Et patebit etiam ex ijs, quæ dicemus in 9. cap. quæst. 11.*

Quartus casus est, quando exceptio nascitur ex facto vocati, & coniuncti, vt quia vocatus egerit cum coniuncto, & succubuerit, vel ei iusiurandum detulerit, vel cum eo pactus sit de re non petenda, Et tunc pariter veriùs
191 est, non impedire ius accrescendi, † *vt rectè scripserunt Duar. & Fach. quos retulimus supra num. 153. & quorum opinio in his terminis est ve-*
192 *rissima*, scilicet, quia † respectu illius, cui quęritur exceptio nihil interest, vtrum quis ipso iure, an ope exceptionis excludatur *d. l. nihil interest 113. ff. de reg. iur.*

Quintus deniq; casus est, quando exceptio nascitur ex facto vocati, & tertij, puta hęredis, Et tunc verissimum est, quod nostri frequentiùs tradiderunt, scilicet partem, quæ non deficit ipso iure, sed ope tantum exceptionis nō
193 accrescere, † *secundum ea, quæ diximus supra nu. 121. & seqq. quæq; procedunt in his terminis,*
194 quia † factum vnius alteri nec obesse, nec prodesse debet *l. quia non debet 10. ff. de iureiur.* ideoq; respectu alterius habetur pro nō facto. Itaque, licet pars vocati censeatur deficere, seu vacare, quoad illum, qui fecit, &, cui quęsita est exceptio, nō tamen censeri potest deficere, quoad coniunctum, qui non fecit, &, cui non est quæsita exceptio. Quamobrem dicimus, non censeri vacare portionem, pro qua defendenda tertius, siue possessor exceptionem habet *d. l. vnum ex familia. 69. §. sed, si vno, vers. verum ff. de leg. 2. & in specie declarat Alcia. in d. l. re coniunctis, num. 55.* Huius rei exēplum sit in eo, qui egit cum hærede, & succubuit, & ita exclusus est per sententiam: Nam,
195 quia † exceptio rei iudicatæ, quæ ex ea nascitur, non prouenit ex facto coniuncti, sed ex facto vocati, & hęredis, & sic tertij, nempè ex lite inter eos agitata, & per sententiam terminata, quæ, tamquam res inter alios acta non debet alij, quam victori prodesse, *vt in proposito considerat Bald. in d. l. vn. §. sin autem ad deficientis, num. 3. C. de cad. toll.* ideò fit, vt pars illius, qui succubuit, non possit coniuncto accrescere, sed debeat apud victorem remanere, *vt rectè scripserunt ij, quos retulimus supra nu. 127. quippe, quorū dicta procedūt in his terminis.* Aliud exemplum sit in eo, qui excluditur iureiurando: Nam, si deferente vno ex legatarijs iurauerit hæres, non fuisse ei relictum le-
196 gatum, aut aliter ei non deberi, quia † exceptio, quæ ex tali iureiurādo competit, nascitur ex facto vocati, & hęredis, nempè ex delatione facta à vocato, & iureiurando ab hęrede pręstito, quod alij, neq; prodesse, neq; obesse debet *l. ait prætor. 3. in prin. vers. quia iusiurādum, & l. nā postea. 9. §. fin. cum l. seq. ff. de iureiur.* ideò fit, vt non aperiatur iuri accrescendi locus, *sicuti rectè scripserunt ij, quos retulimus supra num. 132. quorum etiam dicta in his terminis sunt accipienda.*

Hinc intelligimus, quod vulgò dicitur, locum non habere ius accrescendi, si portio non deficiat ipso iure, sed ope tantum excep-
197 tionis, esse verissimum, sed procedere † in eo casu, quo exceptio quæsita est tertio, penes quem reperiatur, & à quo retineri possit, aliàs nil referre, vtrum ipso iure, an ope exceptionis pars deficiat, *secūdū ea, quæ supra diximus.* Ad quam distinctionem videntur respexisse *Castr. in d. l. pen. nu. 3. ff. de acq. hered. & Alcia. in d. l. re coniunctis, num. 55. vers. sed, quid in casu,* dicentes, hæredes in hoc differre à legatarijs,
198 & fideicommissarijs, quod, † licet portio legati, vel fideicommissi non accrescat, si nō ipso iure, sed ope tantum exceptionis deficiat, ac-
199 crescit tamen portio hæreditatis, quia † in legatis, & fideicommissis adest persona, quæ partem non ipso iure, sed ope exceptionis defectam retinere potest, nempè hæres, cui acquisita est exceptio, cuique proinde non etiā collegatario, vel confideicommissario prodesse debet. At in hęreditate nullus adest, qui partē defectam retinere possit, cum nemo sit, qui cohæredi obstare possit, quominus, si velit, consequatur partem, quæ non ipso iure, sed ope exceptionis defecit, *vt declarat Castr. ibi num. 3.* Et ita quartum casum principalem definiendum puto.

Quintus casus est, quando portio deficit quidem ipso iure, & sic iure actionis, sed non iure retentionis, Et tunc receptum est, non habere locum ius accrescendi, quia, qui ius retentionis habet, facit partem, & sic ius ac-
200 crescendi excludit † *l. planè. 34. §. inde dicitur, vers. planè ff. de leg. primo. Ita scribunt Bart. in d. l. huiusmodi 86. §. si Titio, & Meuio, in prin. & ibi Ang. in prin. Castr. num. 1. & 2. Alex. nu. 1. & 3. vers. & similiter Ias. num. 1. ff. de leg. pri. Castr. in d. l. vn. §. in primo num. 5. vers. Tu dic melius C. de cad. toll. & in d. l. planè. 34. §. si coniunctim, num. 1. & in §. si duobus. nu. 2. vers. sed opp. ff. de leg. pri. Soc. Sen. cons. 16. num. 28. vers. 2. volum. 4. Alcia. in d. l. re coniunctis, num. 1. & 47.* Quamobrem dicimus, ad hoc, vt ius accrescendi locum habeat, requiri, vt coniunctus, non solum à iure agendi, sed etiam à iure re-
201 tinendi excludatur, † *vti videre est apud Baldui. in d. §. si eadem, num. 17. Inst. de legat. & patet ex ijs regulis, quas retulimus in hoc cap. q. 36. num. 5.*
202 *& 6.* Nam, † cum pars, quæ retineri potest, in

totum

totum non deficiat, Consequēs est, vt accres-
cere nullo modo possit, per ea, quæ diximus
supra num. 4. & in hoc cap. q. 36. num. 1. & seqq.
Ita ratiocinantur Ang. in l. legatum. 119. §. 1. in
fi. ff. de leg. pri. Castr. in d. l. huiusmodi. 86. §. si
Titio, & Moeuio, in fin. & ibi Alex. in fi. ff. eod.
Castr. in d. l. planè 34. §. si coniunctim, num. 4.
vers. sed contra ff. eod. Idque procedit, non so-
lum in vltimis voluntatibus, sed etiam in cō-
tractibus: Nam, quoties in ijs ius accrescendi
recipitur, debet id intelligi, nisi socius habeat
203 ius retentionis, † Ita declarant Imol. in d. l. hu-
iusmodi. 86. §. si Titio, & Moeuio, vers. In glo.
pars. ff. de leg. primo, Gul. Ben. in d. cap. Raynu-
tius, in verb. & vxorem nomine Adelasiam,
num. 146.

Planè, si socius veniat per ius non decres-
cendi, censent nostri frequentiùs non exclu-
di à iure retentionis, sed, tamquam potentius
204 illi præualere. † Ita enim scripserunt Castr. in
d. l. planè. 34. §. si coniunctim, num. 3. vers. In
text. ibi, nec solum, & num. 4. vers. sed contra, &
in d. §. si duobus, num. 2. vers. sed opp. & in d. l.
huiusmodi. 86. §. si Titio, & Moeuio, in fin. ff.
de leg. pri. Soc. Sen. d. cons. 16. num. 28. vers. 2. col.
4. Alcia. in d. l. re coniuncti, num. 1. tametsi Ias.
ibi nu. 149. vers. responde, contrarium scripserit,
205 scilicet, quia † ius non decrescendi tribuit ius
agendi, quod est potentius, quā ius retinendi,
vt in proposito ratiocinatur Castr. in d. §. si cō-
iunctim num. 4. vers. sed contra, & in d. §. si duo-
bus, num. 3. & in d. §. si Titio, & Moeuio, in fin.

Sed hæc non ita generaliter sunt accipien-
da, vt indistinctè procedant, quia verius est,
206 in hac re tres esse distinguendos casus, † quo-
rum

Primus est, quando ius retentionis profici-
scitur ex eadem causa, in qua fundatur ius ac-
crescendi, puta ex eodem legato, Et tunc, si
quæramus, an impediat ius accrescendi, Du-
bitationem facit illud, quia naturalis obliga-
207 tio parit retentionem † l. naturalis 9. ff. de actio.
& oblig. l. quod enim 8. l. fideiussor obligare. 17. §.
fideiussor accipi ff. de fideiuss. l. 1. §. id, quod na-
tura ff. ad l. Falc. l. naturaliter. 13. in prin. l. si
poena. 19. in prin. l. si non sortem. 26. §. libertus
l. Iulianus. 60. in prin. & l. si, quod dominus 64.
ff. de cond. ind. l. 3. §. vltim. ff. quod quisque iur.
208 & tamen non impedit ius accrescendi, † vt
scribunt Bald. in l. hac consultissima. 21. §. ex im-
perfecto, num 8. & ibi Ias. num. 11. C. de testa. Ias.
in d. l. planè. 34 §. si coniunctim, num. 15. versic.
sed tu aduerte, & in d. l. huiusmodi. 86. §. si Titio,
& Moeuio, num. 13. ff. de leg. pri. Io. Guter. in d.
l. vn. num. 40. vers. scio contra C. quand. non pet.
part. Romul. in d. l. nemo potest 58. num. 83. versic.
Non obstat ff. de leg. prim. & probat d. l. hac cō-
209 sultissima. 21. §. ex imperfecto C. de testa. vbi, † si
pater in testamento imperfecto condito in-
ter liberos aliquid reliquerit extraneo, licet ei
debeatur naturaliter, non tamen impedit ius
accrescendi, cum relictum extraneo dicatur
210 filijs accrescere, † vt considerant Bald. in d. §.
ex imperfecto, num. 8. & ibi Ias. num. 11. Ias. in d.
l. re coniuncti, nu. 202. & ibi Crott. nu. 70. Alcia.
num. 53. vers. quid ergo, Polit. nu. 76. vers. verū
Ias. in d. l. planè. 34. §. si coniunctim nu. 15. vers.
sed tu aduerte, & in d. l. huiusmodi. 86. §. si Titio,
& Moeuio, num. 13. ff. de leg primo, in l. 1. nu. 17.
vers. 4. ff. de cond. ind. & in d. l. si duo patroni 13.
in prin. num. 6. vers. 3. aduerte ff. de iureiur. Io.
Gut. in d. l. nemo potest 58. num. 464. ff. de leg. pri.
Ergo ius retentionis etiam ex eadem causa
proueniens ius accrescendi non excludit.

Sed hoc non obstante veriùs, & receptiùs
est, cessare ius accrescendi, si coniunctus ha-
beat ius retentionis, quod ex eadem causa
211 proficiscatur; † Ita enim scribunt omnes, quos re-
212 feremus infra num. 214. scilicet, quia † semper
verum est, coniunctum, qui suam portionem
retinere potest, ad eam aliquo iure admitti, &
ita partem omnino nō deficere, quod est ne-
cessarium ad hoc, vt ius accrescendi locum
habeat, vt patet ex ijs, quæ diximus supra nu. 1.
& in q. 36. num. 1. & seqq. Probatur autem hæc
sententia d. l. planè. 34. §. inde dicitur, vers. planè
213 ff. de leg. prim. vbi, † si testator eandem rem
duobus legauerit, & post diem cedētem alter
ex legatarijs hæredi, à quo legatum relictum
est, successerit, & ita confusione extinxerit
legatum, ita, vt pro illius consecutione nullā
habere possit actionem, ne alioquin idem in-
cipiat esse, & debitor, & creditor, quia tamen
ex iure proprij legati potest suam portionem
retinere, ideò facit partem socio, & sic impe-
214 dit, ne illi pars accrescat, † sicut latè ostendimus
in hoc cap. q. 29. num. 130. & seqq. Et ita in specie
declarant Bald. in d. l. planè. 34. §. inde dicitur,
vers. In text. ibi, & Castr. in d. l. planè. § si duo-
bus, num. 2. vers. ratio diuersitatis, & ibi Alex.
num. 2. vers. 3. not. Ias in prin. & num. 4. Alcia. in
d. l. re coniuncti, num. 47.

Neque obstat contrarium deductum ex
l. hac consultissima. 21. § ex imperfecto C. de testa.
quia ad illud variæ solent respōsiones afferri.

Primum enim respondent nonnulli, quod
215 ibi dicitur, † filijs accrescere, quod extraneis
relictum est, procedere, si tractemus de hære-
ditate, secus verò, si de legato, vel fideicom-
misso; Nam, si qua portio hæreditatis coniū-
ctim relicta sit filio, & extraneo in testamēto
minus solemni, pars extranei accrescet filio.
At, si relictum sit legatum, vel fideicommis-
sum, non accrescet. Ita respondent Add. ad
Bart. in d. l. si duo patroni. 13. in prin. in lit. b.
ff. de iureiur. Polit. in d. l. re coniuncti, num. 76.
vers. Adde tu, & ibi Alcia. nu. 53. vers. quid ergo,
Rip. num. 178. vers. Tu autem respōde, Io. Guter.
in d. l. un. num. 40. vers. scio contra Cod. quand.
216 non pet. part. quia † faciliùs in hæreditate, quā
in legato ius accrescendi recipitur, vt conside-
rat Polit. in d. l. re coniuncti, num. 76. vers. Adde
tu, & patet ex ijs, quæ diximus in 4. cap. q. 3. num.
7. & seqq. & in cap. 5. quæst. 41. num. 8. & seqq.
ne idem decedat pro parte testatus, & pro
parte intestatus, quæ ratio cessat in legatis, &
fideicommissis, vt ostendimus in 3. cap. quæst. 1.
num. 6.

Sed hæc responsio mihi non videtur vera,
217 † quia, si naturalis obligatio, tamquam ea,
quæ parit retentionem, ius impedit accrescē-
di, ita debet impedire, si relicta sit portio hæ-
reditatis, vt, si legatum, vel fideicommissum,
scilicet, quia ex testamento imperfecto ita
nascitur obligatio naturalis fauore illorum,
qui hæredes instituti sunt, vt fauore legata-
218 riorum; † Et, quamquam hoc alij negent in
hæreditate procedere, vt Io. Guter. in d. l. vn.
num. 40. vers. scio contra C. quand. non pet. part.
& in d. l. nemo potest 58. num. 464. ff. de leg. prim.
vbi

vbi testatur, hanc esse communem opinionem,
contrarium tamẽ esse verius, patet ex eo, quia
219 † ratio, quæ naturalem inducit obligationẽ
in legatis, militat etiam in hæreditate: Nam
ratio est, quia naturalis obligatio nascitur ex
omnibus caussis, in quibus æquitas suggerit,
aliquid fieri debere, scilicet, quia naturalis
obligatio est vinculum æquitatis *l. Stichum.*
95. §. naturalis ff. de solut. ideoq; toties quid
naturaliter deberi dicitur, quoties id fieri
æquum est *l. si noxali. 12. in fin. prin. ff. de pecul.*
Sed nihil æquitati magis consentaneum est,
quam ea seruari, quæ voluit defunctus, cum
nihil sit, quod magis hominibus debeatur,
quam, vt libera sit de rebus suis disponendi
facultas *l. 1. C. de sacr. Eccl.* Ergo ex tali dispo-
sitione, quantumuis non solemni naturalis
nascitur obligatio. At hęc ratio militat etiã
in datione hæreditatis. Debet igitur etiam ex
ea nasci talis obligatio.

Nec obstat, si dicatur, imò cessare volunta-
tem testatoris, saltem præsumptiuè, quoties
dispositio non est solemnis, cum is, qui facit
aliquid omissa forma, cẽseatur potiùs voluis-
220 se facere actum elusorium, quam verum † *l. an*
inutilis. 8. in fi. prin ff. de acceptil. Et in propo-
sito considerat Alcia. in d. l. re coniuncti, num. 53.
uers. quid ergo, quia respõdeo, hoc procedere,
221 † inspecto iure ciuili, non etiam inspecto iure
naturali, vtpotè, quo non solemnitas, sed vo-
luntas attenditur, ideoque, vbi de voluntate
constat, sufficit ad hoc, vt actus eo iure eundẽ
operetur effectum, quem operaretur, si habe-
ret formam *ut not. in l. si ueritas. 23. & l. fin. C.*
de fideic.

Quamobrẽ alij secundo loco respondent,
quod extraneo relinquitur in testamento im-
perfecto, non pertinere ad filios iure accres-
222 cendi, sed iure hæreditario, † scilicet, quia,
tamquam inutiliter relictum, manet in hære-
ditate, & per consequentias spectat ad hęredes
secundum ea, quæ diximus in 5. cap. q. 43. nu. 31.
& dicemus in 9. cap. q. 1. num. 9. Itaq; verbum,
accrescit, ibi positum sumitur impropriè, &
simplicem denotat peruentionem. *Ita post*
Fulg. respondent Ias. in d. §. ex imperfecto, num.
31 & Crott. in d. l. re coniunctis, num. 70. uersicu.
Non obstat. quæ responsio, licet ad speciem
223 *d. §. ex imperfecto*, relata vera sit, † & à nobis
probata *in cap. 1. q. 1. num. 20. & d. cap. 5. q. 43.*
num. 33. tametsi Ias. sibi contrarius eam repro-
bauerit in d. l. re coniunctis num. 203. & in d. l. pla-
nè. 34. §. si coniunctim. num. 17. scilicet; quia
re vera non tractatur ibi de proprio iure ac-
crescendi, quod est partis ad partem, sed de
eo, quod est totius ad totum, *ut ostendimus in*
d. cap. 1. q. 1. num. 20. tamen in proposito non
224 tollit difficultatem, † quia, si proponamus, te-
statorem in testamento imperfecto condito
inter liberos aliquid reliquisse vni ex filijs, &
extraneo coniũctim, licet extraneo debeatur
naturaliter, non tamen impediet ius accres-
cendi, *ut rectè scripserunt ij. quos retulimus su-*
225 *pra nu. 210.* quia † testamentum imperfectũ,
quoad filium habetur pro perfecto, & iure
facto, *ut diximus in 5. cap. q. 2. num. 10.* Vnde,
quemadmodum, si pater in testamento per-
fecto legasset aliquid coniunctim filio, & ex-
traneo, & hic aliqua ex causa nõ posset con-
sequi suam portionem, illa filio accresceret,
l. un. §. ubi autem legatarij C. de cad. toll. §. si ea-
dem, Inst. de legat. ita etiam debet accrescere,
si sit coniunctim relictum in testamento im-
perfecto.

Hinc igitur alij tertio loco respõdẽt, quod
dicimus, ius retentionis impedire, & exclude-
226 re ius accrescendi, procedere, † si tale ius oria-
tur ex causa, quæ non sit omnino nuda, puta
ex obligatione naturali, quæ aliquãdo fuerit
cum ciuili coniuncta, prout euenit, cum le-
gatarius succedit hæredi, quo casu confundi-
227 tur quidem obligatio ciuilis † *l. debitor 59. in*
prin. & l. matrem. 80. ff. ad Treb. l. 1. §. si debitor
228 *ff. ad l. Falc.* sed non naturalis † *d. l. debitor. 59.*
in prin. quæ, quia priùs erat cum ciuili con-
iuncta, ideo, tamquam non omnino nuda ius
impedit accrescendi *d. l. planè. 34. §. inde dici-*
tur, uers. planè ff. de leg. primo. Coeterùm, si ius
retentionis proueniat ex simplici obligatio-
ne naturali, quæ nunquam fuerit coniuncta
cum ciuili, & ita sit omninò nuda, prout est
obligatio, quę nascitur ex testamento imper-
fecto, verius esse censent, non impedire ius
accrescendi. *Ita sensit Bald. in d. §. ex imper-*
fecto, num. 8. dum ait, obligationem, quæ nascitur
ex testamento imperfecto, ideò non impedire ius
accrescendi, quia est multum nuda, Et expliciè
ita respondet Ias. in d. l. planè. 34. §. si coniunctim,
num. 16. ff. de leg. pri. & in d. l. si duo patroni. 13.
in prin. num. 7. uers. Considera ff. de iureiu.

Sed neq; hęc responsio vim argumẽti tol-
229 lit, † ideoque non immeritò fuit *ab eodem Ias.*
in d. l. re coniunctis, num. 205. uers sed nec in hac,
& alijs improbata, quia, si ius retentionis im-
pedit ius accrescẽdi, ita debet illud impediri,
quoties obligatio naturalis semper fuit sola,
vt, quoties aliquando fuit coniuncta cum ci-
uili, quia ita parit ius retentionis nuda, vt nõ
230 nuda, cum etiam illa pariat exceptionem † *l.*
iurisgentium 7. §. sed, cum nulla, uers. Igitur nu-
da ff. de pact. & sic impediat soluti repetitio-
nem, *ut probant loci, quos retulimus supra nu.*
207. & verò etiam compensandi facultatem
231 operetur † *l. etiam. 7. ff. de compens.*

Quamobrem ego puto, difficultatem hãc
adhibita distinctione esse tollendam: Nam,
cum quærimus, an ius retentionis proueniẽs
ex eadem causa ius accrescendi impediat, re-
232 fert, † vtrum portio, de cuius retentione quęri-
tur, sit penes eum, cui fuit relicta, nec ne. Nã,
si sit penes eum, etiamsi ex alia causa, verum
est, impediri ius accrescẽdi, dummodo is, qui
portionem habet, eius retinendæ ius habeat
ex eadem causa, vt in specie *d. §. inde dicitur,*
uers planè, de qua supra diximus. Nam legata-
rius, qui ius habet retinendi, tamquam hære-
dis hæres fuerat omnium rerum possessionẽ
consecutus, & consequenter etiam possessio-
nem rei legatę, ideoque nil mirum, si eam re-
tinere potuerit. Qua ratione fit, vt, si quid in
minus solemni testamẽto sit relictum extra
neo, & id fuerit apud eundem sine vitio, non
sit dubitandum, quin iure retentionis possit
sibi prospicere, & ita excludere ius accrescẽ-
di, Et in his terminis vera sit opinio dicentiũ,
non accrescere portionem, si naturaliter de-
beatur, *ut Ias. in d. l. 1. nu. 17. uers. 4. ff. de cond.*
ind. At, si portio non sit penes eum, sed penes
hæredem, à quo res sit petenda, & pręstanda,
tunc ius retentionis non poterit quicquam
operari,

operari, ad exclusionem iuris accrescendi,
quia non potest quis retinere, quod non ha-
bet, & paria sunt, non habere ius, vel habere,
sed sine effectu.

Secundus verò casus est, quando ius reten-
tionis proficiscitur ex causa diuersa, quæ ta-
men est vetustior legato, Et tunc receptum
est, cessare ius accrescendi, quia coniunctus,
qui ius habet retinendi ex causa vetustiore,
233 facit alij partem. † *Ita scribunt Bald. in d. l.
huiusmodi. 86. §. si Titio, & Moeuio, vers. circa
hoc, & ibi Castr. nu. 3. vers. sed contra, Imol. vers.
Nec obstant, Ias. num. 17. vers. secundam prin-
cipalem ff. de leg. pri. Imol. in l. legatum. 119. §.
1. num. 1. vers. vel potest dici ff. eod. Crott. in d. l.
re coniuncti, num. 71. vers. Ad text. Zaz. in sing.
intel. cap. qui con. iure ff. vel fac. vel non fac. part.
vers. In primo casu.*

Huius rei exemplum afferũt in specie, qua
testator legauit Titio, & Seio rem, quæ est Ti-
tij: Nam, quia Titius habet ius eam retinendi
ex causa vetustiore legato, nempè ex causa
proprij dominij, ideò facit partem Seio *d. l. hu
iusmodi. 86. §. si Titio, & Moeuio ff. de leg. pri.
& nos retulimus in hoc cap. q. 28. num. 7. & seqq.*
Idem est, &, si testator leget hæredi, & extra-
neo rem, quæ est propria hæredis: Nam, quia
etiam in hac specie hæres habet ius retinendi
ex causa vetustiore, nempè ex causa proprij
dominij, ideò, & ipse facit extraneo partem,
& sic impedit, ne totum habeat, *ut ex eorum
sententia retulimus in hoc cap. q. 29. num. 40. &
55.*

Planè, si socius veniat per ius non decres-
cendi, vt, quia legatum sit relictum coniun-
ctim re tantum, aut etiam (vt nostris commu-
niter visum est) re, & verbis, fatentur id non
impediri à iure retentionis, etiamsi sit vetu-
stius. Itaque, quod dicitur *in d. §. si Titio, &
Moeuio*, si mihi, & Titio legetur res, quæ sit
Titij, partem eius mihi non accrescere, pro-
cedit (secundum eos) in iure accrescendi, sed
234 non in iure non decrescendi. † *Ita in specie de-
clarat Soc. Sen. d. cons. 16 num. 28. uers. 2. uol. 4.*

Sed ex ijs, quæ diximus *in eadem q. 28. num.
11. & seqq. & d. q. 29. num. 62.* facilè est intelli-
235 gere, hæc esse commentitia, † & ab ijs solum-
modo probanda, qui in foro versantur, & ita
receptis inhærent sententijs, vt ab ijs rece-
dere nefas esse putent: Nam, qui schola-
sticas veritates amplectantur, habent in con-
fesso, ius retentionis, quod habet dominus
ex causa vetustiore, nec ius accrescendi, nec
ius non decrescendi impedire, quia semper
verum est, dominum, cui res propria inutili-
ter fuit relicta, non capere partem legati,
ideoq; debere eam ad socium pertinere, *secu-
dum regulam, quam posuimus in hoc cap. qu. 21.
num. 24.* Quamobrem veterum sententia nõ
immeritò fuit *ab Ant. Fum. de coniun. cap. 13.
num. 6. & alijs* improbata.

Nec obstat §. *si Titio, & Moeuio*, quia in
236 eius specie † non ideo cessauit ius accrescẽdi,
quod dominus partem suam retinere potue-
rit, quia imò potuit retinere totam rem, sed,
quia res fuerat legata per damnationem, in
quo genere legati nõ poterat olim, aut ratio-
ne rei, aut ratione pretij ius accrescendi habe-
re locum: Vnde, quia hodie recipitur etiam
in huiusmodi legato, ius accrescendi, eaque
ratione locum habet, etiam in legato rei alie-
næ, vel summæ, sequitur debere accrescere,
etiamsi legata sit res vnius ex legatarijs, *vt la-
tè ostendimus in d. q. 28. num. 20. & seqq.*

Tertius denique casus est, quando ius rete-
tionis nascitur ex causa diuersa, quæ tamen
non est vetustior legato, sed ab eodem testa-
mento proficiscitur, Et tunc, si quæramus, an
impediat ius accrescendi, constat, rem esse
valdè controuersam: Nam pleriq; censuerũt
237 impedire. † & in his terminis procedere, quod
supra diximus, ius retentionis, tamquam po-
tentius ius accrescendi excludere, eiusque rei
exemplum afferunt in legato rei hæreditariæ
relicto hæredi, & extraneo coniunctim, non
re, & verbis, aut re tantum, sed verbis tantum,
quo casu ius retinendi, quod habet hæres, *ut
diximus in hoc cap. q. 29. num. 33.* non profici-
scitur ex eadem causa, sed ex causa diuersa,
quia hæres non potest retinere suam portio-
nem ex causa legati, quippe, quod initio non
consistit, *ut diximus ibi nu. 1.* sed ex causa hæ-
reditaria, & iure hæreditario, vtpotè, quo reti-
net omnia legata, quæ non consistunt, *ut di-
ximus ibi nu. 34.* quæ tamen non est vetustior
legato, sed nascitur eodem tempore, quo ius
legati, cum proueniat ex eodem testamento:
Nam in hoc casu cessat ius accrescendi, quia
ius retentionis, tamquam potentius ius ac-
crescendi excludit, *ut retulimus ibi nu. 69. Et
in specie declarant Bald. cons. 19. num. 2. uolu. 2.
Castr. in d. l. huiusmodi. 86. §. si Titio, & Moe-
uio, in fi. & ibi Ias. nu. 17. uers. secundam prin-
cipalem ff. de leg. pri. Crott. in d. l. re coniuncti,
num. 71. uers. Ad text. & ibi Alcia. num. 1.*

Sanè, si extraneus veniat per ius non de-
crescendi, pura, quia sit coniunctus re, aut
etiam (vt ipsis communiter visum est) re, &
verbis, fatentur, non posse hæredem per ius
retentionis sibi prospicere, & per consequen-
tias impedire, quominus extraneus totum le-
238 gatum consequatur † *ex d. l. planè 34 §. si duo-
bus ff. de leg. primo. Ita in specie declarant Bart.
in d. l. huiusmodi. 86. §. si Titio, & Moeuio, num.
1. uers. sed contra, & ibi Castr. in fi. ff. eo. Bald. d.
cons. 19. num. 2. uol. 2. Ang. cons. 295. num. 2. uers.
Restat, & cons. 342. num. 2. uers. Restat, Castr. in
d. l. planè. 34. §. si coniunctim, num. 4 uers. sed cõ-
tra, & in d. §. si duobus, num. 2. uers. sed opp. Soc.
Sen. d. cons. 16. num. 28. uers. 2. uol. 4. Alcia. in d.
l. re coniuncti, num. 1. & nos etiam diximus in
eadem q. 29. num. 37.* Quod tamen ita plerique
239 putant accipiendum, vt procedat, † si coniũ-
ctus agat rei vindicatione. Coeterùm, si
actione personali, veriùs esse censent, posse
hęredem per ius retentionis sibi prospicere, &
ita excludere ius non decrescendi, *uti uidere
est apud eos, quos retulimus in d. q. 29. numer. 47.*
Vnde inferunt, si legata sit pecunia, vel res
aliena, quia cessat vindicatio, posse hęredem
iure retentionis impedire ius non decrescẽdi,
Ita scribunt ij, quos retulimus ibi nu. 40. & seqq.
Idque tradunt procedere, etiam in legato re-
licto seruo hæredis, & extraneo: nam, si legata
sit pecunia, quia debet ab hęrede peti, & solui,
poterit hæres excipere de parte seruo suo ręli-
cta, & ita per viam retentionis facere partem.
*Ita scribit Ang. in l. Plautius 49. in prin. num. 1.
uers. Addo nunc ff. ad l. Falc. ubi ait, hoc esse mẽti
tenendum, quia est pulchrum motiuum.*

Sed

Sed ex ijs, quæ diximus *in d. q. 29. num. 65. & seqq.* facilè ostenditur intelligere, contrariā sententiam ... veriorem, scilicet, ius retentionis, quod nō prouenit ex causa vetustiore, non solum ius non decrescendi non impedire, sed ne quidem ius accrescendi, & ita coniunctum, qui non admittitur ad partem, non facere partem, etiamsi ex alia causa possit habere ius retentionis, quod non ex vetustius.

240 † *Ita censuerunt Bald. in d. l. huiusmodi. 86. §. ſi Titio & Moeuio vers. circa hoc & ibi Imol. vers. Nec obstat. Castr. num 3. vers. sed contra ff. de leg. pri. Imol in d. l. legatum 119. 1. num. 1 vers. uel potest dici ff. eod.* Hoc enim clarè patet ex ijs, quæ diximus *in eadem q. 29. num. 56. & seqq.* ex quo loco erunt ducenda, quæ ad pleniorē huiusce rei explicationem pertinere videbuntur, ne alioquin cogamur hic ea repetere, quæ latiùs ibi commemorauimus. Et ita definiendus est quintus huiusce quæstionis casus.

Sextus, & vltimus casus est, quando portio deficit omni iure, si rigorem inspicimus, sed sustinetur, si inspicimus æquitatem. Et tunc receptum est, non posse ius accrescendi ha-

241 bere locum. † *Ita scripserunt Iaſ. in d. l. re coniuncti num 200. & ibi Rip numer. 178. Alcia. num. 53 Polit. num 76 Iaſ. in d. l planè. 34 §. ſi coniunctim, num. 14. ff de leg pri. & in d. l. ſi duo patroni. 13. in prin. num. 7. vers. Item pro ampliatione ff de iureiur. Io. Gut. in d. l. vn. nu. 40. versic & pro iſta C. quand. non pet. part* quia, qui admittitur ad partem, aut admitti sperabatur, etiam ex sola æquitate, facit partem, & sic

242 impedit ius accrescendi. † *Ita scribunt Castr. in d. l planè. 34. §. ſi coniunctim. numer. 1. & ibi Alex. num. 1. Iaſ. num. 1. Castr. in d. l. vn. §. in primo num. 5. vers. Tu dic melius C. de cadu. toll. Iaſ. in d. l. huiuſmodi 86. §. ſi Titio, & Moeuio, num. 11. ff de leg primo, Craſſ. in d. §. ius accreſcendi q 16. num. 1. & patet ex regula. quam retu-*

243 *limus in hoc cap. q. 16 num 6* Nam, † cum non excludatur perfectè & totaliter à sua portione, Consequens est, vt ius accrescendi non possit habere locum, *ex ijs, quæ diximus in eadem qu. 36. num. 1. & seqq. Ita sensisse videntur Castr. in d. l. vn. §. in primo num 5. vers. Tu dic melius C. de cad. toll. Iaſ in d. l. re coniuncti. num. 200. & ibi Alcia. num. 53.* Exemplum sit in legato relicto Titio, & seruo proprio sine libertate: Nam id in persona serui non sustinetur aliquo iure, si respicimus ad rigorem, & subtilitatem iuris, scilicet, quia seruus, nec ex persona propria legatum capere potest, nec ex persona hæredis, *ut ostendimus in hoc cap. q. 32. num. 1. & seqq.* Sed, quia hæres non debet ita esse impius, vt seruiles labores debita remuneratione defraudet contra expressam testatoris voluntatem, sed tenetur præstare relictum saltem ex bono, & æquo, vt statuit Iustinianus *in l. pen. §. illo uidelicet C. de nec. her. inſt.* ideo fit, vt seruus, quasi ex bono, & equo admissus, faciat coniuncto partem, & sic excludat ius accrescendi, *ut scribunt omnes, quos retulimus in d. q. 32. num. 10.* Et ita nostri frequentiùs censent accipiendum, quod scribitur *in d. l. planè. 34. §. ſi coniunctim ff. de leg. pri.* Sed de huius rei veritate latè diximus *ibi nu. 9. & seqq.* Et hæc de iure.

SVMMARIVM.

1 *Ius accreſcendi, ut habeat locum, requiritur, ut ſocius excludatur a tota ſua portione.*

2 *Partem facit, qui ad partem ſuæ partis admittitur, perinde, ac, ſi totam ſuam portionem conſequeretur.*

3 *Ius accreſcendi cenſetur indiuiduum, ideoq; non poteſt habere locum pro parte. & pro parte nō, & cur, num 4. Declara, ut num 17.*

5 *Partem einſdem rei acceptare & partem repudiare nemo poteſt. Declara ut num ſeqq.*

9 *Æſtimationem partis, qui conſequitur perinde facit partem ac, ſi partem rei conſecutus eſſet.*

10 *Filia quæ mediante aliqua re, etiam minima renunciauit, perinde facit partem, ac, ſi totam ſuam portionem eſſet conſecuta, Declara, ut num. 11.*

12 *Filia, quæ mediante dote ſtatuto excluditur à ſucceſſione patris, facit partem, etiamſi dos ſit minor ſua portione, & cur, num. 13.*

14 *Partem etiam minimam ſuæ portionis habens, quoad faciendam partem, totam ſuam portionem habere intelligitur.*

An, & quando is, qui admittitur ad partem ſuæ partis, faciat partem.

Quæſtio Trigeſimanona.

Tertio prædicta non sufficiunt ad hoc, vt locum habeat ius accrescendi, sed requiritur, vt pars in totum, siue prorsus, & omninò deficiat, etiam respectu ipsius partis, ita, vt coniunctus

1 ab ea totaliter excludatur, † *ut ſcribunt Bald. in l. huiuſmodi. 86. §. ſi Titio, & Moeuio, in pri. not. ff. de leg pri. Castr. conſ 52. num. 2. uolum. 1. Purp. conſ. 104. num. 5 Gabr. conſ 92. num. 3. & conſ. 135. nu. 8. uol. 2. Pereg de fideic art. 38. n. 10.* Alioquin non posset hoc ius habere locum, quia, qui ad partem suæ partis admittitur, perinde facit partem, ac, si totam suam por-

2 tionem esset consecutus. † *Ita ſcribunt Bald. in d. §. ſi Titio & Moeuio, in pri. not. Ang. de Gamb. conſ. 33. num. 1. Gabr. d. conſ. 92. num. 3. uolum. 2. Pereg. de fideicom. d. artic. 38. num. 10.* Quamobrem dicimus, ius accrescendi esse indiuiduum, ideoq; non posse habere locum

3 pro parte, & pro parte non, † *uti uidere eſt apud Bald. in d. §. ſi Titio, & Moeuio, in prim. not. & in l. 1. uerſ. In text. ibi ff de acquir. her. Pabia in Auth. nouiſſima, num. 218 C. de inoff. teſta. Capy. deciſ. 158. num. 2. Ceph. conſ. 245 num. 18. & 50. Pereg. de fideic. d. artic. 38. num. 10. Gratia. cap.*

4 *578. diſcept. for. num. 11.* scilicet, quia † non aliter ei locus esse potest, quam, si portio deficiat, *ut patet ex ijs, quæ diximus in huius cap. prin. num. 2. & seqq.* & deficere non dicitur, nisi, quod totaliter deficit; Et in his terminis loquuntur *Gabr. conſ. 15. num. 21. uolu. 1. & d. conſ. 135. num. 32. uol. 2. & alij* simpliciter dicentes, ius accrescendi non habere locum, nisi in parte omnino, & prorsus, siue in totum defecta, *prout etiam retulimus in hoc cap. queſt. 36. num. 1. & ſeqq.*

As dices, qui fieri potest, vt quis ad partem
suæ partis admittatur, cum nemo possit rem
sibi relictam, aut alio modo delatam diuide-
re, idest, pro parte acquirere, & pro parte re-
5 spuere † *l. 1. & l. 2. ff. de acq. hæred. l. un. §. his ita de-
finitis C. de cad. toll. l. legatarius. 38. in prin. ff. de
leg. prim. l. neminem. 4. cum 2. & seqq. ff. de leg. 2.*
&. si pars tantum relicta, aut delata sit, non
possis consequi partem partis, sed totam par-
tem habere debeat, *per ea, quæ latè dicemus in
9. cap. q. 23. num. 18. & seqq.* Verùm respondeo
tres in hac re distinguendos esse casus, quo-
rum

Primus est, quãdo vocatus est capax totius
portionis sibi relictæ, & ad ipsam rem admit-
titur, Et tunc procedit, quod supra diximus,
6 † scilicet non posse eum diuidere partem sibi
relictam, sed debere eam, aut in totum perci-
pere, aut in totum repudiare, *secundum ea, quæ
dicemus in d. q. 23. num. 18. quæq; in his terminis
procedunt.*

Planè, si vocatus decesserit, & partem sibi
relictam, sed nondum agnitam transmiserit
ad hæredes, quia inter eos diuiditur pro por-
tionibus hæreditarijs, & vnusquisque potest
partem ad se spectantem, vel agnoscere, vel
respuere *d. l. legatarius. 38. in prin. ff. de leg. pri.*
dubium non est, quin cesset ius accrescendi,
etiamsi non tota pars, quæ defuncto fuit reli-
cta, sed tantum pars partis acquiratur, *sicuti
nos latè ostendimus in 5. cap. q. 40. n. 58.* Quamo-
7 brem in his terminis procedent † ea, quæ di-
ximus *supra num. 1. & seqq.*

Secundus verò casus est, quando vocatus
est quidem capax totius portionis, sed admit-
titur, non ad rem ipsam, sed ad aliam, quæ ip-
sius loco succedit, Et tunc, quia res illa, quæ
succedit, potest minus valere, quam tota por-
tio, quo eam respectu valoris non censetur
continere totam partem, sed tantum partem
partis, & tamen propter vim subrogationis
perinde habetur, ac, si portionem ipsam esset
consecutus, ideò hoc respectu dicimus, eum
facere partem, licet re vera non fuerit conse-
cutus totam suam portionem. Et in his pari-
8 ter terminis procedent ea, † quæ diximus *supra
num. 1. & seqq.* Huius rei tria possunt exempla
afferri.

Primum in eo, qui suæ partis æstimationẽ
ab hærede est consecutus: Nam, quia illa æsti-
matio succedit loco rei, & perinde habetur,
ac, si legatarius partem ipsam habuisset, ideò,
licet sit minor valore totius partis, nihilomi-
nus faciet coniuncto partem, & sic impediet
9 ius accrescendi † *l. duobus. 87. & ibi Bald. ff. de
leg. pri. Castr. in d. l. huiusmodi. 86. §. fin. num. 4.
vers. ultimo & ibi Ias. num. 6. ff. eod. & nos etiam
diximus in hoc cap. q. 21. num. 22.*

Secũdum exemplum afferri potest in filia,
quæ aliqua re mediante, puta dote, renuntia-
uit bonis paternis, aut maternis: Nam, quia
res illa succedit loco partis, quam esset habi-
tura, ideò fit, vt etiamsi non æquiualeat inte-
græ suæ portioni, perinde tamen faciat partẽ,
ac, si totam suam portionem esset consecuta.
10 † *Ita scribunt Bart. in l. 1. §. qui habebat, num. 6.
ff. de bon. poss. contra tab. Ang. de Gamb. d. consil.
33. nu. 1. Gul. Ben. in d. cap. Raynutius, in verb.
& uxorem nomine Adelasiam, num. 120. Ruin.
cons. 27. num. 9. vers. & quamuis, uol. 3. Fabia. in
d. Auth. nouissima, nu. 218. C. de inoff. testa. Gabr.
d. cons. 92. num. 2. uol. 2. Boer. decis. 104. num. 10.
Roll. cons. 11. nu. 14. & 15. uol. 1. Surd. decis. 252.
num. 2. Pereg. de fideic. d. artic. 38. nu. 10. Gratia.
cap. 676. discep. for. num. 4. & nos etiam diximus
in 6. cap. q. 7. num. 9.* Vtrique autem loquimur
11 † de renuntiatione priuatiua, non etiam trã-
slatiua: nam, si hæc interueniret, non essemus
in terminis huius quæstionis, sed eius, quam
proponemus *in q. seq.* an scilicet is, qui per
alium admittitur ad partem, faciat partem.

Tertium exemplum afferri potest in filia,
quæ statuto excluditur mediante dote, vel
alia re, quæ ei reseruetur: nam, licet dos sit mi-
nor legitima, seu portione ei debita, nihilo-
minus facit aliis partem perinde, ac, si in totũ
12 successisset. † *Ita scribunt Bart. in d. l. 1. § qui
habebat, nu. 6. vers. quod est uerum ff. de bon. poss.
contra tab. Bald. in d. l. huiusmodi. 86. §. si Titio,
& Maeuio, in pri. not. et ibi Imol. num. 7. versicul.
ultimo ff. de leg. pri. Bald. d. cons. 61. num. 4. vers.
In contrarium uol. 1. Alex. cons. 197. nu. 12. uolu.
6. Ruin. d. cons. 27. num. 9. uers. sed. ubi dicta, uol.
3. Gabr. cons. 11. num. 43. et consil. 15. num. 21.
uol. 1. Capy. d. decis. 58. num. 1. in fi. Bursa. cons.
115. nu. 9. uol. 1. Grat. d. cap. 676. discept. for. nu. 4.*
13 quia, † qui partem, etiam minimam suæ por-
tionis habet, quoad partem faciendam, totã
14 suam portionem habere intelligitur, † *ut scri-
bunt Bald. in d. §. si Titio et Maeuio, in pri. not.
et Gabr. d. cons. 135. num. 8. uolum. 2.* Sed hac de
re latè diximus *in 6. cap. q. 15. num. 44. et seqq.*

Tertius denique casus est, quando vocatus
non est capax totius portionis sibi relictæ, Et
tunc verius est, posse eum capere partem, cu-
ius est capax, & aliam, cuius est incapax, con-
15 iunctis accrescere, † vel ijs deficientibus ad
eos spectare, ad quos ea, quæ deficiunt, perti-
nere solent, *secundum ea, quæ dicemus in 9. cap.
q. 1. num. 6. et seqq.*

Exemplum sit in filio naturali, qui extan-
tibus legitimis non potest capere, nisi vnciã
bonorum paternorum: nam, si coniunctim ei
cum alio fuerit aliqua res relicta, & eius pars
excedat vnciam, capiet naturalis vsque ad
vnciam, & sic partem partis, & tamẽ non im-
pediet respectu residui ius accrescẽdi, *ut osten-
dimus in hoc cap. q. 26. num. 18.* Itaque in hoc
16 casu non procedent ea, † quæ de iuris accres-
cendi indiuiduitate diximus *supra n. 1. et seqq.*
Et ratio est, quia, quod dicimus, ius accrescẽdi
17 esse indiuiduum, procedit, † si diuisio fiat ex
voluntate vocati, vt, quia possit, sed nolit ha-
bere totam suam portionem, *iuxta terminos
primi casus.* Cœterùm, si fiat ex voluntate le-
gis, quæ vocatum noluerit posse totum cape-
re, sed tantum partem, vt euenit in naturali,
magis est, vt diuidi possit, quia pars, cuius ille
est incapax, pro non relicta habetur, *ut dixi-
mus in eadem q. 26. nu. 18.* ideoque perinde est,
ac, si illi vnciam, alteri verò residuum testator
reliquisset, quo casu non diceretur naturalis
partem diuidere, sed integraliter percipere.

Sanè, si tractemus de parte relicta spurio,
qui omnino est incapax bonorum paterno-
rum, licet pro modo alimentorum relictum
sustineatur, quid iuris sit, latè diximus *in eadẽ
q. 26. num. 10. et seqq.* Et hæc de parte.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Ius accreſcendi, vt habeat locum, requiritur, vt coniunctus, neque per ſe, neque per alium admittatur, & cur, num. 3. & ſeqq.*
2 *Partem facit, qui per alium admittitur, aut admitti ſperatur ad partem, & cur, numer. 3. & ſeqq.*
4 *Partem facit in menſa, qui diſcedens, alium ſui loco ſubrogat.*
5 *Portio non dicitur Vacare ſeu deficere, ſi capiatur ab eo qui coniunctum repreſentat.*
6 *Qui per alium capit, per ſe ipſum capere videtur.*
7 *Cedens, ſeu renuntians ſuam portionem alteri facit partem, & ſic excludit ius accreſcendi.*
8 *Contemplatione alterius, qui excluditur a ſua portione, facit partem, & ſic impedit ius accreſcendi.*

An, & quando coniunctus, qui per alium admittitur ad partem, faciat partem.

Quæſtio Quadrageſima.

QVarto, & vltimo, vt locum habeat
ius accreſcendi, debet totalis eſſe de-
fectus, etiam reſpectu perſonarum,
ita, vt coniunctus, neque per ſe, neq; per aliū
ad partem ſuam admittatur, aut admitti ſpe-
1 retur, † *ſecundum ea, quæ diximus in hoc cap. q.
37. num.* 1. Alioquin non poſſet id habere lo-
cum, quia, qui per alium admittitur ad partē,
2 aut admitti ſperatur, facit partem, † *vt genera-
liter ſcribit Poli. in d. l. re coniuncti, nu. 48. verſ.
Quoad quartum, notque diximus in hoc cap. qu.*
3 *36. num 6. & q. 37. num. 4. & 5.* Cum enim † is,
per quem admittitur, in ipſius locum ſubro-
getur, conſequens eſt, vt eodem, quo ille, cen-
ſeatur iure. Vnde, quemadmodum coniūctus
ius accreſcendi excluſiſſet, ſi per ſe fuiſſet ad
ſuam portionem admiſſus, *vt diximus in hoc
ipſo cap. q. 21. num.* 10. ita etiam excludere de-
bet is, qui in ipſius locum ſubrogatus eſt.

Et verò, ſicut materialiter loquendo facit
mihi partem in menſa, qui diſcedens aliū ſui
loco ſubrogat, ita etiam in cōcurſu facit par-
tem is, qui, licet non capiat, facit tamen locū
4 alij, qui capit. † *Ita in ſpecie declarant Bart. in
l. huiuſmodi. 86. §. ſi Titio & Moeuio, verſ. Ter-
tius, & ibi Iaſ. num.* 10. *verſ. Aduerte ff. de leg.* 1.
Nec enim tunc dici poteſt portio deficere,
aut vacare, cum ab eo capiatur, qui coniun-
5 ctum ipſum repreſentat, † *vt ſcribit Poli. in d.
l. re coniuncti, num. 48. verſ. Quoad quartum*,
Et, cum partem faciat, qui per ſe capit, *vt di-
ximus in hoc cap. q. 21. num.* 10. debet etiam fa-
6 cere, qui capit per alium, ſcilicet, quia, † qui
per alium capit, per ſe ipſum capere videtur
l. cepiſſe. 140. ff. de verb. ſign. l. neque per ſe. 10. *C.
de hæred. inſtit.* & perueniſſe ad te rectè dicitur,
quod per te ad aliū peruenit *l. perueniſſe.* 171.
ff. de verb ſign. Huius autem rei multa poſſunt
exempla afferri.

Primum in eo, qui ſuam portionē trāſmit-
tit ad hæredem: Nā, quia per eum admittitur
ad partem, ideò facit partem, & ſic impedit
ius accreſcendi, *vt latè oſtendemus in q. ſeq.*

Secundum exemplum afferri poteſt in fi-
liofam. qui adeundo facit partem hæredem,
aut ei commodum legati, vel fideicommiſſi
quærit aut etiam (vt hodie receptum eſt) repu-
diando facit ei locum: Nam, quia per eum
admittitur ad partem, ideò, & ipſe facit partē,
& ſic ius accreſcendi excludit, *vt dicemus in
q. 42.*

Tertium exemplum fit in ſeruo, qui adeū-
do facit dominum hæredem, aut ei quærit
emolumentum legati, vel fideicommiſſi: Nā,
quia, & ipſe per eum admittitur ad partem,
ideò facit partem, & ſic impedit, ne cohęres,
aut collegatarius, vel confideicommiſſarius
habeat ius accreſcendi, *vt dicemus in q. 43.*

Quartum ſit exemplum in monaco, qui
hæreditatem, aut legatum, vel fideicommiſ-
ſum monaſterio quærit: Nam, & ipſe facit
partem, ideò, quia per alium admittitur ad
partem, *vt dicemus in q. 44.*

Quintum exemplum afferri poteſt in indi-
gno, à quo fiſcus aufert partem hæreditatis,
aut legati, vel fideicommiſſi: nam, & is facit
conſiſcto partem, propterea, quod per alium
admittitur ad partem, *vt latiſſimè oſtendemus in
q. 47. & multis qq. ſeqq.*

Sextum exemplum fit in eo, qui ſubſtitutū
habet: nam, licet is deficiat, quia tamen per
alium, ideſt, ſubſtitutum admittitur ad partē,
ideò facit partem, & ſic excludit ius accreſcē-
di, *vt oſtendemus in 10. cap. q. 20. & 3. qq. ſeqq.*

Septimum ſit exemplum in eo, qui per
actum inter viuos trāſtulit ſuam portionem
in alium, puta vendidit, vel ceſſit, ſeu renun-
tiauit, aut donauit: nam, quia per aliū admit-
titur ad partem, ideò & ipſe facit partem, &
7 ſic impedit ius accreſcendi, † *vt ſcribit Zanch.
in l. hæredes mei. 57 §. cum ita, part. 4 num. 487.
& ſeqq. ff. ad Treb. & patet etiam ex ijs, quæ di-
ximus in 6. cap. q. 7. num. 13. & ſeqq.*

Octauum exemplum fit in eo, qui alterius
contemplatione excluditur à ſua portione,
puta foemina, quæ contemplatione maſcu-
lorum excluditur à patris, vel matris ſucceſ-
ſione, vel a legitima: nam, quia pars eius ap-
plicatur maſculis, quorum contemplatione
fuit facta excluſio, *vt oſtendimus in 5. cap. q.
49. num. 3. & in cap. 6 q. 15. num. 45.* & ſic per
alios admittitur ad partem, ideò facit partē,
8 † *vt ſcribit Hond. conſ. 1. num. 104. vol. 2.*

Nonum exemplum ſit in eo, cuius loco
ſuccedit filius veniens iure repreſentationis:
nam, & ipſe facit partem, quia per alium ad-
mittitur ad partem, *vt latè oſtendemus in 9. cap.
q. 10.*

Non ſumus autem in hoc loco de omni-
bus ſupradictis exemplis tractaturi, quod
multa ſint, quæ commodiùs alibi poſſunt ex-
plicari, ſed tantum de quinque primis, de qui-
bus perinde ſeparatim nobis erit diſpicien-
dum.

SVMMARIVM.

1 *Coniunctus dicitur admitti per tranſmiſſarium quoties partem ſuam transfert in hæredem, aut ſimilem ſucceſſorem.*
2 *Tranſmiſſo quid.*
3 *Tranſmiſſio qualiter à ſucceſſione diſtinguatur.*
4 *Portio, quæ nō trāſmittitur, accreſcit, & cur, n. 5.*

6 Transmissio, tamquam potentior excludit ius accrescendi & eur. nu. 7. & seqq.

8 Transmissarius subrogatur in locum defuncti transmittentis.

12 Desicere non dicitur portio, quæ transmittitur.

13 Transmissarius excludit substitutum.

14 Transmissarius non excludit ius accrescendi, si ex coniecturis constet, contrariã fuisse voluntatẽ defuncti.

15 Transmissarius, si repudiet partem ad se transmissam, facit locum iuri accrescendi, & eur. nu. seqq.

16 Transmissio censetur fieri cum omnibus qualitatibus defuncto competentibus.

17 Transmissarius potest repudiare partem, quam repudiare poterat defunctus.

18 Transmissio cessat, si coniunctus moriatur viuo testatore.

19 Transmissio cessat, si institutus, aut substitutus moriatur viuo testatore.

20 Legatum, aut fideicommissum nõ transmittitur, si vocatus moriatur viuo testatore.

21 Donatio causa mortis extinguitur, nec transit ad hæredes. si donatarius moriatur viuo donante.

21 Transmissioni locus esse potest, etiamsi vocatus moriatur viuo testatore, si ex coniecturis constet, talem fuisse voluntatem defuncti, & eur, num. 23.

24 Transmissio cessat, si vocatus post mortem testatoris, & ante emolumenti delationem deficiat.

25 Institutio conditionalis non transmittitur ad hęredes, si institutus pendente conditione decesserit.

26 Substitutio non transmittitur si substitutus ante moriatur, quam purificata sit substitutionis conditio.

27 Substituti si sint plures, & vnus pendente conditione moriatur, pars eius cæteris accrescit.

28 Legati, aut fideicommissi portio non transmittitur ad hæredes, sed accrescit coniunctis, si vnus ex legatarijs, vel fideicommissarius moriatur pendente conditione.

29 Legati, vel fideicommissi portio transmittitur ad hæredes, etiamsi vnus ex legatarijs, vel fideicommissarijs pendente conditione moriatur, si talis fuerit defuncti voluntas.

30 Transmissio cessat, si defunctus erat repudiatione exclusus, & eur, nu. 31.

32 Heredi nocent, quæ nocebant defuncto.

33 Nemo plus iuris in alium transferre potest, quã ipse habeat.

34 Transmissarius non debet esse melioris conditionis, quam fuerit defunctus.

35 Suus, si se abstinuit, non poterunt eius hæredes adire hæreditatem.

36 Hæreditas non adita non transmittitur.

37 Hæreditas non adita, si aliquo iure transmittatur, cessat ius accrescendi.

38 Transmissio hæreditatis, quæ fit ex beneficio l. vn. C. de his, qui ant. ap. tab excludit ius accrescendi, & eur nu. seqq. Ampl. vt nu. 41.

39 Transmissarius qui venit ex beneficio l. vn. C. de his, qui ant. ap. tab. excludit substitutum.

42 Transmissio, quæ fit ex l. vn. C. de his, qui ant. ap. tab. locum habet etiam in successionibus ab intestato.

43 Transmissarius veniens ex beneficio l. vn. C. de his, qui ant. ap. tab. sine dubio excludit cohęredem extraneum.

44 Transmissio, quæ fit ex l. vn. C. de his, qui ant. ap. tab. locum habet, etiamsi cohæres sit filius, etametsi contrarium nonnulli censuerint, num. 45.

46 Declaratur l. vn. C. de his, qui ant. ap. tab.

47 Transmissarius iuris deliberandi excludit ius accrescendi, & eur, num. seq.

49 Transmissarius iuris deliberandi excludit substitutum.

50 Transmissarius iuris deliberandi excludit coniunctum etiam magis dilectum.

51 Transmissarius iuris deliberandi, si intra annũ non adeat, fit locus iuri accrescendi.

52 Trãsmissio quæ beneficio restitutionis fit ab ignorante, ius accrescendi excludit.

53 Transmissio, quæ fit ex beneficio l. Pantonius. 85. ff. de acq. hæred. cessat. si tractetur de excludenda persona magis dilecta.

54 Hæres, qui metu S. C. Syllaniani non adiuit hæreditatem, transmittit ius adeundi, & per transmissarium facit partem cohæredi.

55 Hæreditas non adita quibus casibus ex præsumpta, & coniectura ta mente defuncti transmittitur ad hæredes, cessat ius accrescendi.

56 Legatarius, vel fideicommissarius, si post diei cessionem moriatur, transmittit relictum ad hęredes, Declara, vt nu. 57.

58 Legati, vel fideicommissi portio, si fuerit transmissa ab eo, qui post diei cessionem decessit, ius accrescendi cessat.

59 Legatarius, qui successit collegatario post diei cessionem defuncto, potest totam rem, vel ex proprio vel ex hæreditario legato consequi, & eur, num. 60. & 67. Declara vt nu. 110. & seq.

61 Duorum iura quoties concurrunt in persona vnius, idem de eo iudicatur, quod de diuersis personis.

62 Declaratur l. si mihi, & Titio. 57. in prin. ff. de leg. 2. & nu. seqq.

68 Repudiatio non potest fieri in præiudicium tertij. Declara, vt nu 69.

70 Fideicommissum vniuersale purum, aut purificatum, etiam nondum agnitum, seu restitutum transmittitur ad hæredes.

71 Fideicommissum vniuersale, si fuerit transmissum ad hæredes, ius accrescendi cessat.

72 Fideicommissa vniuersalia in quibus cõueniant, & in quibus differant à particularibus, & nu. seqq.

73 Dies fideicommissi vniuersalis ita cedit à morte testatoris, vt dies fideicommissi particularis.

74 Transmissio legati, vel fideicommissi pendet a cessione diei, non ab acquisitione dominij, nu. 80.

75 Cessio diei nihil aliud est, quam ius transmissionis.

76 Dies legati, vel fideicommissi cur cedat ante, quã nascatur obligatio.

77 Dies legati vel fideicommissi non cedit ante, quã relictum debeatur, quoties res non est transmissibilis.

78 Hæres non obligatur legatarijs, & fideicommissarijs ante, quam adeat hæreditatem.

79 Fideicommissa vniuersalia differunt à particularibus in acquisitione dominij.

81 Fideicommissarius vniuersalis potest cogere hęredem, vt adeat & restituat, quod non potest facere particularis, & eur, nu 82.

83 Legitimę supplementum fit ipso iure.

84 Legitima, siue eius supplementum etiam non agnitum transmittitur ad hęredes.

85 Le

85 *Legitima regulatur secundum naturam legatorum particularium.*

86 *Legitima acquiritur ipso iure, sed reuocabiliter.*

87 *Querela inofficiosi testamenti competit ipso iure, Declara, ut num 88.*

89 *Querela inofficiosi testamenti quando transmittatur ad hæredes.*

90 *Querela inofficiosi testamenti, si fuerit ad hæredes transmissa, ius accrescendi cessat.*

91 *Transmittitur hæreditas paterna in quoscunque hæredes etiam extraneos ex potentia suitatis, Declara, ut num. seqq.*

96 *Abstinendi beneficium operatur, ut idem iudicetur de suo, quod de extraneo.*

97 *Transmissio hæreditatis, quæ fit ex potentia suitatis censetur fieri cum eadem facultate abstinendi quam habebat suus.*

98 *Suitas, an, & quando censeatur sublata datione cohæredis & num. 102.*

99 *Transmissio ex potentia suitatis cessat, si datus sit cohæres extraneus, & cur, num. 100. Sed contra num. 101.*

103 *Datione cohæredis etiam extranei non censetur sublatum eius suitatis, quoad ea, quæ non veniunt ex testamento, sed extrinsecus.*

104 *Transmissio, quæ fit post emolumentum acquisitum, ius accrescendi excludit*

105 *Hæreditas adita transmittitur ad hæredes.*

106 *Transmissarius hæreditatis aditæ ius accrescendi excludit*

107 *Legatarius, vel fideicommissarius, si decedat post agnitum relictum, illud transmittit.*

108 *Legatarius vel fideicommissarius moriens post agnitionem relicti nõ facit locũ iure accrescẽdi.*

109 *Hæres non potest separare hæreditatem, vel legatum post agnitionem a defuncto factam ad se transmissum a residuo patrimonij.*

110 *Declaratur l. si mihi, & tibi. 12. in prin. ff. de leg. pri.*

An, & quando coniunctus, qui per transmissarium admittitur ad partem, faciat partem.

Quæstio Quadragesimaprima.

ET in primis de eo, qui admittitur per
transmissarium, & videamus, an, &
quando faciat partem, & sic excludat
ius accrescendi. Dicitur autem per
transmissarium admitti, qui partem suam
transfert in hæredem, aut alium similem suc-
1 cessorem. † *vt fit in l. vn. C de bis, qui ant. ap.
tab. l. si mihi, & tibi. 12. in prin ff. de leg. pri. l.
liber homo. 59. §. fin. ff. de hared. inst.* scilicet,
quia transmissio nihil aliud est, quam iuris,
quod defunctus habuit, in hæredem, aut si-
2 milem iuris successorem translatio, † quæ ef-
fectu non differt à successione. &, si qua est
differentia, non in alio consistit, quam in re-
3 latione personarum: † Nam transmissio re-
fertur ad eum, cui succeditur, successio verò
ad eum, in quem fit transmissio, cũ alioquin
res semper sit eadem: Transmittuntur enim
ea, in quæ quis succedit *l. posthumus 6. §. vlt. ff.
de inoff.* Quamobrem vno, eodemque sensu
dicimus, in hæredem transmitti omnia iura
l. cum hæredes. 23. in prin. ff. de acq. poss. & hæ-
redem in omnia iura succedere *l. hæres. 37. ff.
de acquir. hær. l. si rem legatam. 6. ff. de except.*
Tutelam non transmitti ad hæredem *l. tutela
plerumq; 16. ff. de tutel* & in tutelam hæredem
non succedere *l. furti. 6. § mandati ff. de his,
qui not. inf* Denique æs alienum ad hæredem
transmitti *l. nam, & Seruius. 22. §. 1. ff. de neg.
gest.* & hæredem succedere in æs alienum *d. l.
furti. 6. §. mandati ff. de his qui not. inf.*

Si igitur ex duobus, aut pluribus hæredibus,
vel legatarijs, vel fideicommissarijs simul ad
eandem rem vocatis vnus moriatur relicto
hærede, vel simili iuris successore, & quæra-
mus, an eius portio debeat accrescere coniũ-
cto, vidẽdum erit, an simus in casibus, in qui-
bus illa censeri possit ad hæredem transmissa,
nec ne: Nam, si non est transmissa, haud du-
4 biè locum habebit ius accrescẽdi † *l. cum qui-
dam. 24. ff. de leg. 2.* & procedent ea, quæ de por-
tione per mortem deficiente diximus *in hoc
cap. q. 33. num. 2. & seqq. & q. 34. num. 7. & seqq.
& q. 35. num. 11. & seqq.* quia, † cum deficiẽs,
neque per se, neque per alium admittatur ad
partem, Consequens est. vt non faciat partẽ,
*ex regula, quam retulimus in hoc ipso cap. 36. nu.
5. & q. 40. nu. 1.* Quod, si censetur transmis-
sa, tunc verius est, cessare ius accrescendi, quia
transmissio tamquam potentior ius accres-
6 cendi excludit † *l. vn & ibi Bald num 1. C de
his, qui ant. aper tab Ias in l. vn. num. 25. & ibi
Alcia num. 15. vers. 2. limita, Gozad. nu. 34. vers.
Ista concordia, & vers. Non obstat, & num. 35.
Seb. Sap num. 25 C. quand. non pet. part Soc. Sin.
cons 67. num. 2. vol 4 Rum. cons 28. num. 5. vers.
Item per transmissionem, vol. 2. Dec. in rub. Cod.
quand non pet. part. in 2 lect. num. 2. & in 3. nu.
9. & ibi Cagn. num. 47. & 58 Crott in d. l. re coniunctis, num 82. Polit. de substit. tit. de vulg. num.
85. Purp cons. 558. num 22. Rub. in l. pater filiũ.
14. num 200 ff. de inoff. Zanch. in l. hæredes mei
57. §. cum ita part. 4. num 491. ff. ad Treb. Decia.
cons 40. num. 5 & 27. vers. Non obstat, quod ius,
vol. 1. & cons. 83 num 63. volu. 4. Gomez. tom. 1.
varia resol. cap. 9. num. 10. vers. ex quo deducitur,
Bursat. cons. 261. num. 20. Trentacinq de substit.
part. 1. cap. 15. num. 2. insi. Surd. cons. 458. num.
20 vers 4 quod perperam repetitum est in consil.
529 num. 22 Men. cons. 209 num. 34. Pereg cõs.
73. num. 5. vol. 3. Cuiac. ad l. vnum ex familia.
69. §. rogo ff. de leg. 2. in 19. lib. quæstio. Papin.
Andr. Fach. lib. 4. controu. cap. 72. vers Quartum.*
Quod etiam hisce rationibus comprobatur,
&

7 Primo, quia † subrogatus debet censeri eo-
dem iure, quo is, in cuius locum subrogatur
l. hæredem 60. ff. de reg. iur. Sed transmissarius
subrogatur in locum defuncti transmittentis,
8 † *vt scribit Men. cons. 954. num. 15. vers. accedit.*
Ergo, quemadmodum defunctus in sua por-
tione coniunctum exclusisset *l. vn. §. vbi autẽ
legatarij C. de cad. toll. & patet ex regula, quam re-
tulimus in hoc cap. q. 21. num. 10. & q. 36. nu. 6.*
ita etiam debet excludere transmissarius.

9 Secundo, quia † idem operatur fictio in ca-
su ficto, quod veritas in casu vero *l. si is, qui pro
emptore. 15. in prin. ff. de vsucap.* Sed hæres,
seu transmissarius fingitur eadem persona cũ
defuncto *§. 1. Auth. de iureiur. a mor. præst. coll.
5.* quippe, quem repræsentat *l. hæres. 22. ff. de
vsucap.* Ergo, quemadmodum, si defunctus

vetè existeret, excluderetur coniunctus ve-
niens per ius accrescendi, *vt supra dictum est*,
ita etiam debet excludi existente transmissa-
rio.

10 Tertio, quia, † qui per alium admittitur ad
partem, haud dubiè facit partem, *vt diximus*
in hoc cap. q. 6. num. 6. & q. 40. num. 2. Sed de-
functus, [qui ius suum transmisit in hæredem,
aut alium iuris successorem, admittitur ad
partem per alium, nempè transmissarium.
Debet igitur coniuncto facere partem, & sic
excludere ius accrescendi.

11 Quarto, quia † iuri accrescendi non potest
esse locus, nisi portio deficiat, *vt ostendimus in*
huiusce cap. initio num. 2. & seqq. Atqui defice-
12 re non dicitur portio, quæ transmittitur, † *vt*
scribunt omnes, quos proximè referemus. Ergo
existente transmissario non potest esse locus
iuri accrescendi. *Ita ratiocinantur Ias. in d. l.*
vn. num. 26. & ibi Gozad. num. 34. verficu. Non
obstat, & num. 35. C. quand. non pet. part. Cagn.
in rub. C. eod. num. 47. Surd. d. cons. 458. num. 21.
& d. cons. 529. num. 22. & 23. Donell. lib. 7. comm.
cap. 12. vers. primum ergo.

13 Quinto demùm, quia † transmissarius vin-
cit substitutum *d. l. vn. & ibi Castr. num. 3. C. de*
his, qui ant. aper. tab. Bart. in l. 1. num. 20. & ibi
Ias. num. 35. & seqq. ff. de vulg. Alex. consil. 4.
num. 15. vers & probatur etiam vol. 2 & cons. 79.
num. 3. vol. 6. Pie. in d. l. vn. num. 25. C. quand. nõ
pet. part. Crott. in d. l. re coniunctis, nu. 150. vers.
primus casus, Purp. d. consil. 558. num. 31. in fin.
Mantic. de con. vlt. vol. lib. 5. tit. 5. nu. 13. Galua.
cons. 13. num. 53. qui venit ex voluntate ex-
pressa *l. iam hoc iure 4. ff. de vulg. l. precibus 8. C.*
de impub. & al. sub. & ipsummet cõiunctum
vincit *l. 2. §. si duo ff. de bon. poss. sec. tab. & la-*
tè dicemus in 10. cap. quæst. 20. & 3. qq. seqq. Ergo
multo magis debet vincere coniunctum, qui
venit ex voluntate tacita, *vt diximus in 2.*
cap. q. 2. nu. 5. & seqq. & ex tacita quadam sub-
stitutione, *vt diximus ibi nu 42.* cum potentius
sit expressum, quam tacitum *l. cum ex filio. 39.*
§. filio ff. de vulg. l. nonnunquam 51. ff. de cond.
& dem. &, si vinco vincentem te, multo for-
tiùs te *l. de accessionibus 14. ff. de diu. & temp.*
præscrip. Ita ratiocinantur Seb. Sap. in d. l. vn. nu.
53. C. quand. non pet. part. Crott. in d. l. re coniun-
ctis, num. 150. vers. primus casus, & num. 151. &
171. Soc. Sen. d. cons 67. num. 4 vol. 4 Cagn. in d.
rub. C. quand. non pet. part. num. 49 Zanch. in d.
l. hæredes mei 57. §. cum ita, part. 4. num. 491. ff.
ad Treb. Gomez. d. tom. 1. varia. reso. cap. 9. num.
50. vers. ex quo deducitur, Graß. in §. Ius accres-
cendi. q. 28. in prin.

Planè, si ex verbis, aut coniecturis collige-
re possimus, contrariam fuisse voluntatem
defuncti, magis est, vt coniunctus transmissa-
14 rio præferatur: † Nam ex mente testatoris,
etiam coniecturata, & verisimili ius accres-
cendi vincit ius trãsmissionis, *vt scribit Decia.*
cons. 129. num. 45. vol. 3. Denique, si transmis-
sarius repudiet portionem ad se transmissam,
non est dubitandum, quin faciat locum iuri
15 accrescendi † *l. si mihi, & tibi. 12. in prin. ff. de*
leg. pri. & patebit ex ijs, quæ dicemus infra nu. 59.
& seqq. quia transmissio censetur fieri cum
omnibus qualitatibus defuncto competenti-
16 bus † *l. si. post diem. 5. vers. ijsdem autem ff. quãd.*
dies leg. ced. l. si quis filiumf. 7. §. 1. & ibi Bartol.
num. 1. Ang. num. 2. Castr. num. 1. Alex. num. 2.
& Ias. num. 2. ff. de acq. hæred. Bald. in d. l. vnic.
num. 8. C. de his, qui ant. ap. tab. Vnde, quemad-
modum transmittens potuisset repudiare, ita
17 etiam poterit eius transmissarius † *l. si fundũ*
sub conditione 83. §. si Titius ff. de leg. prim. Et
scribunt Bald. in d. l. vn. num. 7. in fi. & ibi Cast.
num. 6. Cod. de his, qui ant. ap. tab. &, quemad-
modum transmittens repudiando fecisset iu-
ri accrescendi locum, ita etiam faciet trans-
missarius.

Hinc necessariò nobis erit dispiciendum,
quando coniunctus moriens censeatur partẽ
suam in hæredem transferre: Ita enim intel-
ligemus, quando faciat partem, &, quando
non. In hac autem re constat varios esse di-
stinguendos casus, quorum

Primus est, quando coniunctus moritur
viuo testatore, siue eo, de cuius bonis agitur,
Et tunc certum est, regulariter cessare trans-
missionem, & per consequentias ius accrescẽ-
18 di habere locum, † *vt patet ex ijs, quæ diximus*
in hoc cap. q. 33. num. 2. & seqq. Huius rei exem-
pla sint.

Primum in hæreditatibus testamentarijs:
Nam, si ex duobus, aut pluribus hæredibus
institutis, aut substitutis vnus moriatur viuo
testatore, pars eius non censebitur ad hęredes
19 transmissa † *l. cum ex filio. 39. § vlt ff. de vulga.*
sed ad cohæredes per ius accrescendi pertine-
bit, *vt diximus in d. q. 33. num. 4.*

Secundum sit exemplum in legatis, & fi-
deicommissis: Nam, si ex duobus aut pluri-
bus legatarijs, vel fideicommissarijs vnus
moriatur viuo testatore, pars eius non trans-
20 mittetur ad hæredes † *l. vn. §. pro secundo C. de*
cad. toll. l. si Augusta 59. ff. de leg. 2. § si eadem,
Inst. de legat. Crau. in l. cum filiof 11. part. 2. nu.
266. & 314. ff. de leg. pri. Pereg. de fideic. artic.
22. num. 2. sed accrescet coniunctis, *vt diximus*
in eadem q. 33. num. 5.

Tertium exemplum sit in donationibus
causa mortis, quæ nec ipsæ transeunt ad hęre-
des, si donatarius moriatur viuo donatore
21 † *l. si filiof 23. l. si mortis causa 29. in fin. & l.*
Seia. 42. in prin. vers. sequitur ff. de don. caus.
mor. §. 1. Inst. de donat. Quamobrem pars defi-
cientis condonatarijs accręscet, *vt diximus*
in eadem q. 33. num. 6.

Planè, si ex coniecturis constet de contra-
ria voluntate defuncti, magis est, vt etiam in
hac specie fiat transmissio, & per consequen-
22 tias ius accrescendi excludatur, † *vt declarat*
Ruin. cons. 28. num. 5. vers. Item per transmissio-
23 *nem, vol. 2.* quia † testator potest facere, vt id,
quod non est transmissibile, transmittatur, *vt*
dicemus in 9. cap. q. 41. num. 7.

Secundus casus est, quando coniunctus de-
ficit post mortem testatoris, siue illius, de cu-
ius bonis agitur, sed ante emolumenti dela-
tionem, Et tunc similiter certum est, cessare
24 transmissionem, † & ius accrescendi habere
locum. Exempla sint.

Primum in institutionibus sub conditione
factis: Nam, si ex duobus, aut pluribus insti-
tutis vnus pendente cõditione moriatur, pars
25 eius non transmittitur ad hæredes † *l. liber ho-*
mo. 59. §. si ita scriptum ff. de hered. inst. sed
ad cohæredes per ius accrescendi pertinebit,
vt diximus in hoc cap. q. 34. num. 11.

Secun-

Secundum exemplũ sit in substitutionibus:
Nam, si duo, vel plures alicui substituti sint,
& ante, quam substitutionis conditio purifi-
cetur, vnus eorum moriatur, non transmittet
26 suam portionem ad hæredes, † *l. qui liberis. 8.*
*§. hac verba l. sed, si plures. 10. in prin. & l. quũ
plures. 21. ff. de vulg. l. si ex pluribus. 9. vers. alia
ff. de suis, & legit.* Quamobrem ea coeteris cõ-
27 substitutis accrescet † *d. l. qui liberis. 8. §. hac ver-
ba, & d. l. sed, si plures 10. in prin. ff. de vulg.*

Tertium sit exemplum in legatis, & fidei-
commissis conditionalibus: nã, si ex duobus,
aut pluribus legatarijs, vel fideicommissarijs
vnus pendente cõditione moriatur, eius por-
28 tio non ad ipsius hæredes transmittetur † *l. vn.
§. sin autem aliquid sub conditione C. de cad. toll.
l. si cui legetur. 51. §. hoc autem legatum ff. de leg.
pri. l. si pecunia. 12. §. 1. ff. de leg. 2. l. cum quis
decedens. 35. §. Titia ff. de leg. 3.* sed ad coniũ-
ctos per ius accrescendi pertinebit *vt diximus
in d. q. 34. num. 12.*

Planè, si ex coniecturis constet de contra-
ria mẽte testatoris, magis est, vt etiam in hoc
casu locum habeat transmissio, & per conse-
29 quentias ius accrescendi cesset. † *Ita scribunt
Men. cons. 209. num. 34 Bursa. cons. 261. nu. 20.*

Tertius casus est, quando post mortem te-
statoris, & emolumenti delationem coniun-
ctus deficit, nõ per casum impotentię, sed per
casum voluntatis, puta, quia repudiet hæredi-
tatem, vel legatum, aut fideicommissum sibi
relictum. Et tunc certum etiam est, cessare
30 transmissionem, etiãsi postea moriatur † *l. vn.
& ibi Bald. num. 2. C. de his, qui ant ap tab. Bart.
in l. ventre. 83. num. 21. ff. de acq. hæred. Ias. in l.
emancipata. 4 nu. 1 in fi. C. qui adm. ad bon. poss.
Seb. Sap. in l. vn. num. 25. C. quand. non pet. part.
Dec. consil 445. num. 57. Surd. decis. 140. nu. 18.*
31 quia, † cum talis repudiatio noceat repudiãti,
quippe, quem totaliter ac re ipsa excludit,
Consequens est, vt debeat etiam nocere eius
32 hæredibus ex ipsius persona venientibus † *l.
quod ipsis 185. ff. de regul. iur.* cum nemo plus
iuris in alium transferre possit, quam ipse ha-
33 beat † *l. nemo plus iuris. 55. l. nemo plus commodi
163. ff. de reg. iur. l. traditio. 20. in prin. ff. de acq.
rer. dom. l. ex empto. 11. in prin. ff. de actio empt.*
& transmissarius, tamquam in defuncti locũ
subrogatus non debeat esse melioris condi-
34 tionis, quam fuerit defunctus † *l. in ijs officijs.
136. § non debeo ff de reg. iur. Teraq. de retr. lign.
§. 1. gl. 9. num. 49. Min. cons. 954. nu. 17.* Quamo-
brem pars repudiata, vel ad substitutos perti-
nebit, vel ad cõiunctos, vel remanebit in hę-
reditate, vel ab intestato venientibus deferet,
*secundum ea, quæ diximus in hoc cap. q. 35 nu. 3.
& seqq. & dicemus in 9. cap. q. 1. num. 6. & seqq.*
Idque procedet, non solum in extraneis, sed
etiam in suis; Nam, si se paterna hæreditate
abstinuerint, non poterunt eorum hæredes
35 adire, † *vt scribunt Bart. in l. ex militari. 11. §.
fin. num. 3. ff. de mil. testa. Bald in d. l. vn. num. 2.
C. de his qui ant. ap. tab.* sed eorum pars cohære-
dibus accrescet, *secundum ea, quæ diximus in
hoc cap. q. 38. num. 167. & seqq.*

Quartus casus est, quando post mortem te-
statoris, & emolumenti delationem, sed ante
acquisitionem coniunctus deficit, non per
casum voluntatis, sed per casum impotentię,
puta, quia moritur ante aditã, vel fit incapax,
quo casu pro mortuo habetur, *vt diximus in
6. cap. q. 6. num. 6* Et tunc certi iuris est, regula-
riter cessare transmissionem, quia hæreditas
36 non adita non transmittitur ad hęredes † *l. vn.
§. in nouissimo C de cad. toll. l. 2. C. de Orfic l. 1. §.
vnde ff. ad Tert. l. miles. 77. §. pro parte ff. de leg.
2. l. si fratris 3. vers quod. si. & l. quoniam soro-
rem. 7. C. de iur. delib. Bart. in d. l ventre. 83. nu. 5.
vers. venio ad materiam, ff. de acq hæred. Bald.
in d. l. 2. nu. 2 C de Orfic. Alex. d. cons. 113. nu. 4.
vers. sed alia, volum. 3. Ias. in d. l emancipata. 4. in
prin. Cod. qui adm. Ruin. cons. 48. num. 5. vol. 3.
Purp. cons. 435. nu. 2.* Quamobrem in hoc casu
pars, quæ fuerat illi delata, accrescet cohęre-
di, *vt diximus in hoc cap. q. 35. num. 11.*

Sanè, si simus in casibus, in quibus hæredi-
tas non adita transmittitur, magis est, vt ius
accrescendi cesset, & coniunctus à transmis-
37 sario excludatur, † *vt scribunt Bald. in l. 2. nu.
2. C. de Orfic. Gozad in d. l. vn. num 34. versic. 3.
& num. 35. C. quand. non pet. part. Cagnol. in
rubr. C. eod num. 47. & 49. Gomez. tom. 1. varia.
resol. cap. 10. num. 29. vers. 3. modo, Rustic. ad l. cũ
auus 101. lib. 3. cap. 10. numer. 105. Donell. lib. 7.
comm. cap. 12. vers. Primùm ergo, Et sentiunt
etiam ij, quos referemus infra, numer. 38. & 46.*
Exempla sint

Primum, si tractetur de hæreditate ascen-
dentis, puta patris, vel matris, aui, vel auiæ:
Nam, si filius, vel nepos, qui ante aditam mo-
ritur, relinquat descendentes, certum est, locũ
habere transmissionem *ex beneficio l. vn. C. de
his qui ant ap. tab.* eaque ratione ius accrescẽdi
38 excludi † *d. l. vn. & ibi Bald. num. 1. gl. in l. 2. in
verb. portiones, & ibi Bald. num. 9. in fin. Cod. de
Orfic. Imol. in l. si paterfa. 40. num. 10. vers. vlt.
inducitur ff. de hæred. inst. Ias. in d. l. vn. nu. 26.
& ibi Alcia num. 15. vers. 2. limita, Gozad. num.
34. vers. ista concordia, & vers. 3. & Pic. num. 25.
Seb. Sap. num. 53. Purp. num. 89. Cod. quand. non
pet. part. Soc. Sen. cons. 67. num. 2. vol. 4. Crott. in
d. l re coniunctis num. 150. versicul. Primus casus,
Crass. in d § ius accrescendi q. 28. Rustic. ad l cum
auus. 101. lib. 3 cap. 10. num. 105. Donell. d. lib. 7.
comm. cap. 12. vers. primùm ergo*, quia, cum
huiusmodi transmissarius excludat substitutũ
39 † *d. l. vn. & ibi Castr. num. 3. C. de his, qui ant. ap.
tab. l. vn. § in nouissimo iuncto § cum autem C. de
cad. toll. Et scribunt Bald in l. 3. num. 5. C. de
hæred. inst. Imol. in d. l. si paterfa 40. nu. 10 vers.
vltimo inducitur ff. de hæred inst. Rollandin. in
suo flor. testam. rub. 22. num. 13. Soc. Sen. d. consil.
67. num. 4. vol. 4. Crott. in d. l. re coniunctis num.
150. vers. primus, & num. 151. Polit. de substitu.
tit. de vulg. num. 98. Zaz. de subst. titu. de vulgar.
num. 13. Gomez. d. tom. 1. varia. resol. cap 9. num.
50. vers. sed his non obstantibus. Crass in d. § ius
accrescendi q. 28. Donell. lib 6 comm. cap. 24. vers.
vt intelligatur*, qui coniunctó potior est, *vt di-
cemus in 10. cap. q. 20. num. 14.* Consequens est,
vt multo magis debeat excludere ipsummet
40 coniunctum, quia, † si vinco vincentem te
multo fortiùs te *d. l. de accessionibus. 14. ff. de
diu. & temp. præscrip. Ita ratiocinantur omnes,
quos retulimus supra num 13. vers. & si vinco.*
Idque adeo verum est, vt procedat.

Primo, non solum, si tractetur de hæredita-
tibus testamentarijs, sed etiam si de ijs quę ab
41 intestato deferuntur: † Nam, & in ijs locum
habere dispositionem *d. l. vn. C. de his, qui ant.*

42 ap.tab. receptum est, † uti videre est apud gl. in
d.l.2.in uerb. portiones C. de Orfic. Soc. Sen. d. cons.
67. num. 5. uol. 4. ubi testatur, hanc esse communẽ.
Quamobrem etiam in ijs transmissarius excludet coniunctum.

Secundo verò procedit, non solum, si cohæres sit extraneus, quo casu res minorem du-
43 bitationem habet, † ut declarant Bald. in d.l.2.
num. 9. in fin. C. de Orfic. Soc. Sen. d. cons. 67. nu.
1. uol. 4. sed etiam si sit filius testatoris: Adhuc
enim eum excludet transmissarius veniens ex
44 beneficio d.l.un. C. de his, qui ant. ap. tab. † Ita
scribunt Ias. in d.l.un. num. 25. & ibi Gozad. nu.
34. uers. ista concordia C. quand. non pet. part.
Soc. Sen. d. cons. 67. num. 5. uol. 4. Et, quamquam
Duar. lib. 2. de Iur. acer. cap. 17. & alij plerique
45 censuerint † cohæredem esse potiorem, si sit
de liberis testatoris, veriùs tamen est, quod
supra diximus: nam hoc aperiè probant illa
verba, seu cum extraneis, seu soli sint instituti,
quæ leguntur in d.l.un. C. de his, qui ant. ap. tab.
46 quippe, quæ significant † filios hæredes institutos, & ante aditam morientes transmittere
paternam hæreditatem in suos descendentes,
sive extraneos habeant cohæredes, sive non
extraneos, sed alios fratres.

Secundum verò sit exemplum in eo, qui
sciens sibi delatam esse partem hæreditatis,
moritur ante aditam, sed intra annum: nam,
quia ius deliberandi, & sic ius adeundi transmittit ad hæredes ex beneficio l. cũ in antiquioribus 19. Cod. de iur. deliber. & l. un. §. in nouissimo C. de cad. toll. ideò per eos censetur facere
partem cohæredibus, & sic excludere ius ac-
47 crescendi. † Ita scribunt Bald. in d.l. 3. num. 5.
C. de hered. inst. Seb. Sap. in d.l.un. nu. 53. C. quãd.
non pet. part. Rum. cons. 48. nu. 5. uers. alia uero
portio uol. 3. Crott. in d. l. re coniunctis, num. 171.
Cagn. in d. rub. C. quand. non pet. part. num. 49.
Rub. in l. pater filium 14. nu. 201. ff. de inoff.
Duar. d. lib. 2. de Iur. acer. cap. 17. Donel. d. lib. 7.
comm. cap. 12. uersic. primùm ergo: Cum enim
48 † etiã huiusmodi transmissarius excludat substitutum, vt est verior, & receptior opinio,
49 † sicuti uidere est apud Bart. in l. 1. n. 20. ff. de uulg.
& in l. si paterfa. 4. n. 4. & ibi Bald in fi. (licet sub
dubio) & Imol. num. 10 uers. ultimo inducitur ff.
de hered. inst. Bart. in l. cum proponas. 3. num. 4.
& ibi Bald. num. 5. C. eod. Crott. in d. l. re coniunctis, num. 150. uers primus casus & num. 171. ubi
testatur, hanc esse communem, Gul. Ben. in d. cap.
Raynutius, in uerb. si absque liberis 2. nu. 69. ubi
pariter testatur de communi, Rub. in d. l. pater filium 14. num. 201. ff. de inoff. Seb. Sap. in d.l. unic.
num. 53. C. quand. non pet. part. Cagn. in rub. C.
eod. num. 49. Gomez. d. tom. 1. uaria. resolu. cap. 9.
num. 50 uers sed his non obstantibus, Surd. d. cõs.
529. n. 10. Andr Facb. lib. 4 contr. cap. 72. Donell.
d. lib. 6. comm. cap 24. uers. ut intelligatur, Et probat d.l.un. §. in nouissimo iuncto §. cum autem C.
de cad. toll. Tametsi contrarium, & male censuerint Ang. in d.l. si paterfa. 40 num. 4. ff. de her.
inst. Polit. de substit. tit. de uulg. num. 99 Zaz.
de subst. tit. de uulg. num. 15. qui potior est coniuncto ut ateemus in eodem cap. 10. q. 20. nu. 14.
Consequens est, vt multo magis debeat ipsũmet cõiunctum excludere, per ea quæ diximus
supra num. 13. & 40. Idque adeò verum est,
vt procedat, etiamsi cohæres sit ei, de cuius
bonis agitur, magis dilectus, quam transmissarius, puta sit filius, cum alioquin transmis-
50 sarius sit extraneus, † ut in specie declarat Bald.
in d.l.un. num. 6. uers. regularis C. de his, qui ant.
ap. tab. & in l. 2. num. 6. C. de Orfic. tametsi contrarium, & male uoluerit Duar. d. lib. 2. de Iur.
accresc. cap. 17. Nec enim in ea transmissione,
quæ fit ex beneficio iuris deliberandi, procedunt ea, quæ dicemus infra num. 53. ut declarat
Bald. in supra relatis locis.

Planè, si transmissarij intra annum non
adeant hæreditatem, quia censentur ab ea exclusi d.l. cum in antiquioribus 19. C. de iur. delib.
51 magis est, vt fiat iuri accrescendi locus. † Ita
scribit Rum. d. consil. 48. num. 5. uersic. & hoc est,
uol. 3.

Tertium exemplum sit in eo, qui priùs, quã
sciret, hæreditatem sibi fuisse delatam, decessit, ideoque transmisit ius adeundi beneficio
restitutionis, quæ illius hæredi ex æquitate
conceditur l. Pantonius. 85. ff. de acq. her. Nam
52 & hic faciet † cohæredi partem, & ita excludet ius accrescendi, per ea, quæ diximus supra num. 7. & seqq.

Sed hoc ita intelligẽdum est, vt procedat,
nisi tractetur de excludenda persona, quæ testatori, sive ei, de cuius bonis agitur sit magis
dilecta, quam transmissarius: nam tunc ex
præsumpta, & verisimili voluntate defuncti
53 cessabit transmissio, † ut declarant Bald. in d.
l. 2. num. 4. C. de Orfic. Alex. cons. 168. num. 20. &
ibi Nat. in addit. in uerb. uoluit Baldus, uolu. 7.
Adden. ad Alex. cons. 68. in uerb integrum, uol.
3. Soc. Sen. cons. 207. num. 5. uers sed respondeo aliter, uol. 2. Bursa. cons 6. num. 6. & cons. 61. nu. 4
& 5. uers. Non obstante modo, ubi att. se nullum
adhuc contradictorem inuenisse, Odd. de restit. in
integ. part. 1. q. 50. num. 81. & 82. Thes. Iun. lib. 4.
quæst. for. q. 78. num. 13. ideoque fiet locus iuri
accrescendi, per ea, quæ diximus supra n. 4. & 5.

Quartum exemplũ sit in eo, qui non adiuit
hæreditatem metu S.C. Syllaniani, quod hæredem adire prohibet ante vltam necem defuncti: Nam, si interim decesserit, transmittet
suam portionem ad hæredes l. si quis in graui,
3. §. ult. ff. ad Sylla. ideoq; per eos faciet partẽ,
54 & sic excludet ius accrescendi † ut scribit
Gozad. in d.l. un. num. 34. vers. 3. C. quand non
pet. part.

Quintum sit exẽplum in omnibus casibus, in quibus ex coniecturis colligere possumus, mentem testatoris esse, vt hæreditas,
etiam non adita transmittatur: nam in ijs nõ
erit dubitandum, quin & transmissio locum
55 habeat, & ius accrescẽdi cesset. † Et in his terminis loquitur Decia. cons. 83. num. 63. & seqq.
vol. 4.

Quintus casus est, quãdo post mortem testatoris, sive illius, de cuius bonis agitur, & ius
quæsitum moritur coniunctus, sed sumus in
casibus, in quibus tale ius non censetur quæsitum irreuocabiliter, sed reuocabiliter, & quidem omni iure, Et tunc certum est, regulariter esse locum transmissioni, sed cum eadem
qualitate reuocabilitatis, scilicet, quia transmissarius poterit repudiare, & eo modo facere locum iuri accrescendi, secundum ea, quæ
diximus supra num. 15. & seqq. Quod, si non repudiet, censebitur ius accrescendi exclusum
per ea, quæ diximus supra num. 6. & seqq. Huius
rei exempla sint.

Pri-

Primum in legato, vel fideicommisso cō
cōiunctim relicto duobus, aut pluribus, quo-
rum vnus post diei cessionem decessit, non
agnito, nec repudiato relicto: Nam is trans
56 mittit suam portionem ad hæredes † *l. si post diem 5. in prin. ff. quand. dies leg. ced. l. vlt. C. eod. l. si in personam. 21 C. de fideico. l. Sempronius Attalus 26. in prin. ff. de vsufr. leg.* non tamquā
acquirendam, sed, tamquam acquisitam, sci-
57 licet, quia † legata, & fideicommissa acqui-
runtur ipso iure etiam ignorantibus *l. cum pater 79. § surdo ff. de leg. 2. l. filiusf. 16. ff. de testa.*
Sed, quia talis acquisitio fit reuocabiliter, *l. seruum filij. 46. §. 1. & l. si tibi homo. 88. §. cum seruus ff. de leg. primo l. legatū 82. ff. de leg. 2. l. 1. §. vtrum ff. si quid in frau. patr. Et in specie declarat gl. in l. ei, quieta 13. in verb. acquiri solet ff. de cond. inst.* cum ea non obstante possit legata-
rius, aut fidoicommissarius repudiare relictū
vt dicemus in 8. cap. q. 4. num. 4. ideo cum hac
etiam qualitate transmittitur ad hæredes *d. l. si fundum sub conditione. 83. §. si Titius ff. de leg. primo, & diximus supra num. 16.* Quo fit, vt, si
non repudient portionem legati, aut fideicō-
missi ad se transmissam cesset ius accrescen-
di, & sic coniunctus a transmissarijs exeluda-
58 tur, † *l. cum quidam. 24. ff. de leg. 2. l. libertis. 4. in prin. vers. sed, & si decesserit ff. de alim. leg. & declarat Castr. in l. Meuio. 42. in prin. nu. 2. vers. In text. ibi ff. de leg. 2. Et in hic terminis loquuntur Pereg. cons. 73. num. 5. vol. 3. & Cuiac. ad l. vnum ex familia. 69. §. rogo ff. de leg. 2. in 19. lib. quæst. Papin.* Cæterùm, si repudient, fiat con-
iuncto, siue iuri accrescendi locus *secundum ea, quæ diximus supra num. 15.*

Hinc intelligimus, si transmissarius sit idē
met coniunctus, puta, quia testator Titio, &
Seio rem eandem legauerit, & post diem le-
gati cedentem Seius decesserit relicto hęrede
Titio, posse eum Sei portionem, vel iure hæ-
seditario, idest, tamquam eius hæredem, seu
transmissarium obtinere, vel iure accrescen-
di, idest, tamquam coiunctum, quia, licet de-
functus in eum transmiserit suam legati par-
tem, censetur tamen eam transmisisse cum
suis qualitatibus, & sic cum facultate repu-
diandi *vt diximus supra num. 16.* Quo fit, vt li-
berum ei sit, agnoscere partem ex persona de-
functi, & hoc modo in ea excludere ius ac-
crescendi, vel eam repudiando facere iuri ac-
crescendi locum, & simili modo partem suā
agnoscendo excludere ex causa hæreditaria
ius accrescendi, vel repudiando ei locum fa-
59 cere † *l. si mihi, & tibi. 12. in prin. & ibi gl. in verb. legata fuerit, & Bart. num. 1. Bald. vers. In gl. vel aic. coniunctis, Ang. & Castr. num 1. Imol. num. 1. Alex. num. 1. & 4. Ias. num. 1. & Soc. Sen. in prin ff. de leg. 1. Castr. in l. si mihi, & Titio 57. in prin. num. 1 ff de leg. 2. Alex. cons. 113. nu. 5. vers. comprobantur optimè, vol. 3. Corn. cons. 47. nu. 7. vers. tamen, quia dicti vol. 4. Soc. Iun. cons. 150. num. 4. vers. &, si repudiaret, vol. 2.* Nam,
60 † quoties duorum iura concurrunt in persona
vnius, idem de eo iudicatur, quod de diuersis
61 personis † *l. tutorem. 22. & ibi Bart. ff. de his, quib vt ind.* Sed, si diuersæ essent personæ, pos-
set haud dubiè quilibet ex legatarijs, vel
agnoscere partem suam, & hoc modo exclu-
dere ius accrescendi, vel eam repudiare, & fa-
cere iuri accrescendi locum. Ergo id ipsum
facere poterit legatarius, qui in alterius quo
que legatarij ius successit.

Quæ, cum ita sint, non immeritò quæret
62 aliquis, quid sentiat † Caius *in l. si mihi, & Titio 57. in prin. ff de leg. 2.* dum, *Si mihi, & Titio eadem res legata fuerit*, inquit. *& is die legati cedente decesserit me hærede relicto, &, vel ex mea propria causa, vel hæreditaria legatum repudiauero, magis placere video partem defecisse:* Nam,
si de eo defectu loquitur, qui iuri accrescendi
facit locum, vt veteres putarunt, non potuie
ses esse controuersa quia certi iuris est, siue
repudiem ex meo legato siue ex hæreditario,
partem repudiatam deficere, & alteri portio-
ni, quam habeo, accrescere *d. l. si mihi, & tibi. 12. in prin. ff. de leg. primo*, nec aliquis vnquam
de hoc dubitauit, aut dubitare potuit, cum
alioquin supponat Caius, rem ibi fuisse con-
trouersam, & eo ipso, quod ait, *magis placere video, partem defecisse.* Sed est verius, loqui eum
de defectu, qui olim faciebat locum fisco:
63 † Nam interpretabatur leges caducarias, Iuliā
scilicet, & Papiam, vt ex eius inscriptione cō-
stat. In ijs autem legibus, cum dicunt pruden-
tes, partem defecisse, hoc significant, debuisse
64 ad fiscum pertinere, † *vt, & in l. si mihi purè. 61. ff. de leg. 2.* scilicet, quia leges illę deficien-
tium partes faciebant caducas, idest, fisco de-
ferebant, *vt scribit Vlpia. tit. 24. Inst. §. si duobus, & nos latè dicemus in 10. cap. q. 8. num. 4. & seqq.* Ideo autem in hac specie scribit Caius,
magis placere, partem defecisse, significans
rem fuisse deductam in controuersiam, quia
65 † dubitatum fuit, an censeretur vera repudia-
tio, quę fit ex vna causa, vt ex alia quis eandē
sem consequatur, sed, quia repudians in hac
specie duarum personarū vice fungitur, ideo
placuit, idem in eo seruandum, quod in di-
uersis legatarijs seruaretur, & sic, quemadmo-
dum, si duo essent legatarij, & vnus portionē
suam repudiasset, illa censeretur defecisse, &
ad fiscum pertineret, ita etiam censeri defe-
cisse, & debere ad fiscum pertinere, si is, qui
duorum personam sustinet, ex vno legato
partem repudiet. Sed hodiè, quia sublatis le-
gibus caducarijs vtimur iure antiquo *l. vn. in prin. C. de cad. toll.* ideo rectè dicemus, partem
deficere, vt faciat locum iuri accrescendi,
66 † *vt ibi rectè declarant gl. in verb. partem. & ibi Bald. & Castr. nu. 1.* Quamobrem hodiè pro-
cedent ea, quæ supra diximus.

Hinc quæret aliquis, quæ sit vtilitas, vtrum
legatarius, idemq; transmissarius partem ex
legato, an vero ex iure accrescendi cōsequa-
tur, Respondent nostri frequentiùs, vtilitatē
67 esse duplicem, † vnam propter onera, quę nō
præstantur ab eo, qui venit per ius non decre-
scendi, & verò etiam interdum ab eo, qui per
ius accrescendi, *vt ostendemus in 8. cap. q. 13. & 3. qq. seqq. Et in hic terminis considerant gl. in d. l. si mihi, & tibi. 12. in prin. in verb. vt tota, & ibi Bart. num. 2. Castr. num. 3. Imol. vers. In gl. fin. Alex. num 5. in fi. Ias. num. 14. & seqq. ff. de leg. primo.* Alteram verò, quia, si transmissarius
consequatur partem coniuncti ex causa hę-
reditaria faciet hęreditatē sui defuncti ma-
iorem, & pinguiorem, scilicet, quia in eius
computatione erit etiam illius partis haben-
benda ratio. Quamobrem pro rata ipsius te-
nebitur creditoribus respondere, non obstan-
te,

te, quod confecerit inuentarium, quoniam
eius beneficium operatur quidem, vt hæres
non teneatur vltra vires hæreditarias, sed nõ
exonerat eum, quatenus hęreditarię vires pa-
tiuntur. At verò, si eam consequatur, non ex
causa hæreditaria, sed ex iure accrescendi, &
sic ex proprio legato, faciet hæreditatem mi-
norem, & per consequentias, si confecerit in-
uentarium, non tenebitur pro rata illius re-
spondere creditoribus, quia beneficium inuē-
tarij operatur, vt non possit a creditoribus
conueniri, nisi, quatenus patiuntur vires hæ-
reditarię, inter quas non computatur pars re-
pudiata. *Ita declarant Bart. in d. l. si mihi, & tibi
12. in princ. num. 2. vers. vnde tu, & ibi Castr. nu.
4. vers sed subest, & Imol. vers. In gl. fin. Alex. d.
cons. 113. num. 6. vol. 3.*

Nec obstat, si dicatur, hāc repudiationem
cedere in præiudicium creditorum, ideoq; ea
non obstāte debere partē repudiatā in hęre-
68 ditate cōputari † *l. liberto octoginta 26. ff de bon.
lib.* quia respondent nostri frequentiùs distin-
69 guēdo, † aut repudiatio, quę alij pręiudicat, fit
absq; proprio cōmodo. Et tunc procedit cōtra
rium, scilicet, quia nō obstāte tali repudiatio-
ne erit in cōputatione habenda ratio rei re-
pudiatæ, siue cōputatio fiat ad finem sciendæ
quantitatis legitimę, vel Falcidiæ, *vt in d. l. li-
berto octoginta*, siue ad finē satisfaciēdi credito
ribus. Aut verò repudiatio fit ad commodū
ipsius repudiantis, vt in specie proposita, Et
tunc, licet noceat alijs, nihilominus sustine-
bitur, quia, cum hæres principaliter repudiet,
vt sibi prosit, non, vt alij noceat, nō dicitur ali
cui facere iniuriā, aut dolum, seu fraudem cō-
mittere *l. fluminum. 24. §. item videamus ff. de
damn. inf. Ita respondent Bart. in d. l si mihi &
tibi. 12. in prin. nu. 3. & ibi Castr. nu. 4. vers. sed
contra, Imol. vers. Ceu. in gl. fin. Alex. d. cons. 113.
num. 6. vers. & licet, vol. 3.*

Sed hæc haud dubiè procedunt in legatis,
& fideicommissis particularibus, vtpote, quæ
nullum possunt incommodum afferre *l. si ha
reditatem 32. ff. manda.* ideoq; etiam ignoran-
tibus acquiruntur *d. l. cum pater. 79. §. surdo ff.
de leg. 2.* Cœterùm in vniuersalibus, quæ iui
na ura possunt esse damnosa *l. quia poterat. 4.
ff. ad Treb. § neq; tamē Inst. de auth. tut.* propter
onera hæreditaria, quæ sub illis cōtinētur *l. 1.
§. si hæres ff. ad Treb. §. restituta Inst. de fideic.
hæred.* eaq; ratione non acquiruntur ipso iure,
sed indigent restitutione, & acceptatione *l.
facta 63. in prin. & l. seruo inuito. 65. in prin. ff.
ad Treb.* dubitari potest, an procedant.

Sed est verius procedere: Nam, si ex duo-
bus, aut pluribus fideicommissarijs vniuersa-
libus vnus post diei cessionem, sed ante resti-
tutam, aut etiam aditam hæreditatem mo-
riatur, transmittet suam portionem ad hære-
des, scilicet, quia fideicommissa vniuersalia
pura, aut purificata, etiam nondum agnita,
70 seu restituta transmittuntur † *l. cum secundū.
3. C. de fideic. l. si eius 64. §. si quis rogatus in fi.
ff ad Treb. l. a testatore. 108. ff. de cond. & dem.
l. 3. §. 1. ff. de adim. leg. Et est receptior scribentium
opinio, sicuti videre est apud Bart. in l. cum filiof.
11. num. 12. & 13. & ibi Bald. Nou nu. 47. Ias.
num. 106. vers. In contrarium, & num. 118. Rip.
nu. 73. & 76. Crau part. 1. n. 16. & part. 2. n. 280.
& seqq ff. de leg. pri. Dec. cons. 478. num. 5. vers. &
cum dicta, & cons. 490. nu. 10. vers. postremo, Soc.
Iun. cons. 129. num. 15. vol. 1. Nat. cons. 472. nu.
14 Roll. cons. 46. numer. 4. vol. 3. Pereg. de fideic.
artic. 31. num 3. & 4. & cons. 65. num. 12. vol. 1.*
Quo fit, vt in tali portione non possit habere
71 locū ius accrescēdi † *ut in specie scribit Zanch.
in d. l. hæredes mei. 57. §. cum ita, part. 4. num. 491.
ff. ad Trebell.* nisi transmissarij eam repudient,
secundum ea, quæ diximus de legatis, & fidei-
commissis particularibus, quippe, quæ in hoc
non differunt ab vniuersalibus, *ut declarat
Bald. nouell. in d. l. cum filiof. 11. nu. 58. ff. de leg.
primo.*

Neq; obstat, quod fideicommissa vniuer-
salia non acquiruntur ipso iure, vt acquirun-
tur particularia, ideoq; longè alia videatur
72 illorum, & horum ratio, quia respondeo, † in
legatis, & fideicommissis multa posse consi-
derari.

Primum enim consideratur cessio diei, Et
hoc respectu nulla est inter vniuersalia, &
particularia differentia: nam dies ita cedit a
morte testatoris in vniuersalibus, vt in parti-
73 cularibus † *l. quidam. 25. in prin. ff. ad Treb. l. 3.
§. 1. ff. de adim. leg. Et in specie scripserunt Bart.
in d. l. cum filiof. 11. num. 13. & ibi Bald nou. nu.
48. Ias. num. 118. Crau part. 2. num. 281. & 315.
& seqq. Iac. de Nigr. in l. 1. nu. 63. ff. de leg. primo,
Pereg. de fid. artic. 22. num. 3. & d. artic. 31.
num. 3.*

Secundò verò consideratur ius transmis-
sionis, Et hoc etiam respectu nulla est inter
ea differentia: nam, vt particularia transmit-
tuntur à morte testatoris, si sint pura, vel ab
euentu conditionis, si conditionalia *l. si post
diem. 5. in prin. ff. quand. dies leg. ced.* ita, & vni-
uersalia, *vt diximus supra num. 70.* scilicet,
quia ius transmissionis pendet à cessione diei:
74 † nam ea tantum transmittūtur, quorum dies
cessit *d. l. si post diem. 5. in prin. ff. quand. dies
leg ced. l. vlt. C. eod. l. Sempronius Attalus. 26. ff.
de vsufr. leg l. si in personam. 21. C. de fideicom.*
Imo cessio nihil aliud est, quam ius transmis-
75 sionis, † *si credimus Theoph in §. si pure ubi Inst.
de legat* Non enim aliam ob causam dicimus,
cedere diem ante, quam nascatur obligatio,
& sic ante aditam hæreditatem, quam, vt in-
terim moriens legatarius, aut fideicommissa-
76 rius possit ius suum ad hæredes transferre † *l.
3. ff. quand. dies leg. ced.* Qua ratione fit, vt in
ijs, quæ non sunt transmissibilia, non antea
cedat dies, quam re vera nascatur obligatio,
& sic, quam adita sit hæreditas, quia frustra
diceremus antea cedere, cum cesset causa
transmissionis, propter quam illud dici solet
77 † *l. 2. l. 3. l. si post diem. 5. in prin. vers. nisi fortè,
& l. hæredis aditio. 7. in fi. ff. quand. dies leg. ced.
d. l. vn. §. in nouissimo, vers. libertatibus C. de cad.
toll. l. vn. ff. quand. dies vsusfr. leg. ced.*

Tertio consideratur obligatio hæredis, Et
hoc etiam respectu nulla est inter ea differē-
tia: Nam, vt hæres non obligatur legatarijs,
& fideicommissarijs particularibus, nisi ex
78 die aditæ hæreditatis † *l ex maleficijs. 4. §. hæres
quoque ff. de actio. & oblig. § hæres quoq; Inst.
de oblig. quæ quas. ex contr. nas. l. 3. §. vlt. ff. quib.
ex caus. in poss. eat. l. hactenus 11. in prin. ff. de
const. pecu.* ita nec ante obligatur fideicom-
missarijs vniuersalibus.

Quarto consideratur acquisitio dominij,
seu

seu iuris realis, Et hoc respectu differunt vni-
79 uersalia à particularibus, † quia ex his domi-
nium acquiritur ipso iure, etiam ignoranti, ex
illis verò non, nisi facta restitutione, *vt dixi-
mus supra nu. 69. vers sed hec,* propterea, quod
illa non possunt afferre damnum, hæc verò
contra, *vt diximus ibi*, Sed hoc nihil habet
commune cum iure transmissionis, de quo
loquimur: Nam transmissio pendet à cessio-
80 ne diei, non ab acquisitione dominij † quod
patet ex eo, quia transmissio fit, etiamsi lega-
tarius, aut fideicommissarius moriatur ante
aditam *l. hæredit aditio. 7. in prin. ff. quand. dies
leg. ced.* quo tempore nondum censetur lega-
tarius dominium quæsiuisse *d. l. seruum filij.
46. §. 1. & l. si tibi homo. 88. §. cum seruus ff. de
leg. pri. l. eleganter. 7. §. item si ff. de dol. l. huic
scripturæ. 15. ff. ad l. Aquil.*

Quarto, & vltimo consideratur ius cogẽdi
hæredem adire, Et in hoc etiam differunt
particularia ab vniuersalibus: Nã, licet fidei-
commissarius vniuersalis possit officio iudi-
cis cogere hæredem adire, & restituere, si id
facere recuset, non tamen idem particulari-
81 bus concessum est † *l. nam, quod. 14. §. vlt. cum
2. ll. seqq. ff. ad Treb. l. si quis omissa. 17. versic.
in fideicommissarijs ff. si quis om. caus. test.* Itaq;
in hoc maius est ius fideicommissarij vniuer-
salis, quam singularis. Cuius diuersitatis ra-
82 tio est, quia, † enim hæres à fideicommissario
vniuersali cogitur, nullum ex aditione sentit
damnum, scilicet, quia in fideicommissarium
transferuntur omnia, tàm commoda, quam
incommoda *l. quia poterat. 4. ff. ad Treb.* At,
si cogeretur à particulari, sentiret damnum,
quia fideicommissarius susciperet quidem
commodum, sed non incommodum, cum
onera hæreditaria in eum non transferantur,
quod esset absurdissimum. *Ita ratiocinatur
Hermog. in d. l. nam, quod 14. §. vlt. vers. Neq;
enim ff. ad Treb.*

Secundum exemplum afferri potest in le-
gitima, seu iure petendi supplementum legi-
timę: Nam, quia competit ipso iure, etiam si-
83 ne agnitione † *l. scimus. 36. in prin. & ibi Bald.
num. 1. C. de inoff. testa. Alex. cons. 55. num. 5.
vers. tamen istis, vol. 2. Ruin. cons. 26. nu. 12. vers.
& quod ius. vol. 3. Mantic. de con. vlt. vol. lib. 7.
tit. 8. num. 10. Surd. cons. 128. num. 5. Crass. in §.
legitima q. 38.* ideò, etiam si non fuerit agni-
84 ta, transmittitur ad hæredes, † *vt scribunt Ang.
in l. cum in antiquioribus. 19. num. 3. Cod. de iur.
delib. Alex. cons. 150 num. 8. volu. 2. Ruin. consil.
107. num. 12. vol. 3. Crau. cons. 312. num. 5. Nat.
cons. 199. nu. 5. cons. 238. num. 4. & cons. 255. nu.
4. Mantic. d. lib. 7. tit. 8. num. 10. Crass. in d. §. le-
gitima q. 38. Men. cons. 77. num. 8. Pereg. cons. 71.
num. 4. vol. 1.* In hoc enim legitima regulatur
secundum naturam legatorum, & sic succes-
85 sionum particularium, † *vt declarant Alex in
d. l. cum in antiquioribus 19. nu. 6. C. de iur. delib.
& Ruin. d. cons. 107. nu. 12. vol. 3.* cum sit quota
bonorum, non hæreditatis *l. Papinianus. 8. §.
quarta ff. de inoff. & nos diximus in 6. cap. q. 8.
num. 33.* Sed, quia competit reuocabiliter, cũ
86 possit repudiari † *l. si quando. 35. §. & generaliter
C. de inoff. testa. Et in specie declarat Bald. in
d. l. scimus. 36. in prin. num. 1. Cod. de inoff. test.*
ideò cum hac etiam qualitate transit ad hæ-
redes. Quo fit, vt, si eam non repudient, ius
accrescendi cesset, & defunctus censeatur per
eos partem alijs fecisse, *vt diximus in 6. cap. q.
7 num. 5.* Quod, si repudient, magis est, vt fa-
ciant iuri accrescendi locum, *secundum ea,
quæ diximus in eodem 6. cap. q. 8. num. 46.*

Tertium sit exemplum in querela inoffi-
ciosi testamenti, quæ statim adita hæreditate
nascitur *d. l. Papinianus 8. §. si conditioni ff. de*
87 *inoff. testa.* & competit ipso iure † non quidẽ
respectu hæreditatis, sed respectu ipsius actio-
nis, siue accusationis, *vt ostendimus in eodem
6. cap. q. 30. num. 8. & seqq.* sed competit reuo-
88 cabiliter, † quia repudiari potest *l. qui repudiã-
tis. 17 in prin. & l. si ponat. 23. §. vlt. ff. de inoff.
testament. & l. si quis filium. 34. in fin. Cod. eod.*
Si igitur ex duobus, aut pluribus vocatis ad
querelam vnus moriatur, & simus in casibus,
89 in quibus ea trãsmittitur ad hæredes, † vt, quia
sit pręparata, quo casu transmittitur in omnes
*l. posthumus. 6. §. fin. cum l. seq. ff. de inoff. test.
& d. l. scimus. 36. §. fin. C. eod.* aut tractemus de
descendentibus, quo casu transmittitur, etiam
si non sit præparata *d. l. si quis filiũ. 34. C. eod.*
90 ius accrescendi cessabit, † *vt scribit Rub. in l.
pater filium. 14. numer. 200. & 201. ff. de inoff.*
Coeterùm, si simus in casibus, in quibus ea
non transmittitur, vt, quia non fuerit præpa-
rata, & hæredes sint extranei, veriùs erit, locũ
habere ius accrescendi, *vt diximus in eodem
6. cap. q. 30 num. 2. & seqq.* Denique, licet simus
in casibus, in quibus ea transmittitur ad hære-
des, si tamẽ eam transmissarij repudient, ma-
gis erit, vt iuri sit accrescendi locus, *secundum
ea, quæ diximus supra num. 30. & seqq.*

Sextus casus est, quãdo coniunctus deficit
post mortem testatoris, siue illius, de cuius
bonis agitur, & rem irreuocabiliter acquisitã
inspecto iure ciuili, sed reuocabiliter inspe-
cto iure prætorio, vt euenit in suo hærede, qui
priùs, quam se immisceat hæreditati paternę,
moritur: nã is ex potentia suitatis transmittit
hęreditatem in quoscunq, hęredes, etiam ex-
91 traneos † *l. 3. in prin. C. de iur. delib. l. apud hostes.
8. C. de suis. & legit. l. ex militari. 11. §. vlt. cum
2. ll. seqq. ff. de mil. test. l. pen. §. filiusfam. ff. de
castr. pecu. l. Lucius Titius 9. ff. de iur. fisc. l. vlt.
§. 1. C. de cura. fur. l. si quis filiumf. 7. §. 1. l. ven-
tre. 83. ff. de acqu. her. l. qui duos. 10. §. cum in
bello, & §. vlt. ff. de reb. dub. l. liber homo. 20. §. vlt.
ff. de stipu. seruo. Et scribunt Bart. in l. si fratris.
3. num. 2. & ibi Bald. num. 2. & 7. C. de iur. delibe.
Bart. in l qui se patris. 3. num. 9. C. vnd. lib. & in
l. 2. § si quis ex liberis, num. 1. in fi. ff. ad Tert.
Castr. in d. l. vn. num. 3. & 5. vers. In gl. quæ in-
cipit C. de his, qui ant. ap. tab. & in. l. l. 2. num. 1.
C. de Orfic. Crott. in d. l. re coniuncti, num. 151.
uers. sed adhuc. Rolandin. in suo Flor. testam.
rubr. 22. num. 13. Durant. de art. testan. titul. 5.
caut. 2. nu. 1. Cagn. in rub. C quand. non pet. part.
nu. 49. Mantic. de con. ult. uol. lib. 5. tit. 5. num. 14.*
& quidem vt quæsitam, non, vt, quęrendam,
92 † *ut declarant Imol. in l. si filius, qui patri. 12. nu.
8. ff. de uulg. Soc. Sen. cons. 67. num. 12. uolum. 4.
Surd. cons. 529. num. 1.* & quæsitam irreuoca-
biliter, si spectamus ius ciuile, sed reuocabili-
93 ter, si spectamus ius prætorium, † *ut in specie
declarant gl. in d. l. un. in uerb. transmittere, &
ibi Castrens. num. 6. Cod. de his, qui ant. ap. tab.*
94 scilicet, quia † iure ciuili suus est hęres ipso
iure *l. in suis 14. ff. de suis, & leg. l. pen. §. longè*

ff. de

ff. de bon. lib. &, velit, nolit, debet oneribus
hæreditarijs respondere l. si filius, qui patri. 12.
ff. de uulg. l. lege Cornelia. 12. ff. de testa. Quamo-
brem dicitur hæres necessarius l. necessarijs. 57.
ff. de acquir. hæred. §. sui autem. uersic. necessarij
uero Inst. de hæred. qual. & diff. Sed iure præ-
torio potest se abstinere d. l. necessarijs 57. & d.
§. sui autem, uers. sed his prætor, ideoque in-
specto eo iure censetur transmittere hæredi-
tatem, vt quærendam, non, vt quæsitam. Et ita
accipiendi sunt, qui simpliciter dixerunt, ex
potentia suitatis transmitti hæreditatem, nõ,
95 vt quæsitam, sed, vt quærendam, † ut Alex. d.
cons. 113. num. 4. & uers. Et non obstat, uolu. 3.
Dec. cons. 442. nu. 14. uersicul. Non obstat. quod
propter beneficium abstinendi, idem iudice-
96 tur de suo, quod de extraneo † l. nam, nec emã-
cipatus 91. ff. de leg. pri. d. l. pro hærede. 20. §. Pa-
pinianus ff. de acq. hæred. Et in his terminis con-
siderat Dec. d. cons. 442. num. 14. uers. nam hære-
ditatis, aut (quod verius est) censetur transmit-
tere, vt quæsitam reuocabiliter, scilicet, quia
transmittit eam cum eadem facultate absti-
97 nendi, quam ipse habebat † d. l. si quis filiumf.
7. §. 1. ff. de acq. hær. Bald. in d. l. un. num. 8. &
ibi Castr. num. 6. C. de his, qui ant ap. tab. Imol. in
d. l. si filius, qui patri. 12. nu 8. ff. de uulg. Alex.
d. cons. 113. nu. 3. & 4. uolu. 3. Soc. Sen. d. cons. 67.
num. 12. & 13. uol. 4. Surd. d. consil. 529. num. 1.
Et in hoc casu, si suus, qui moritur, habeat co-
hæredem, & quæramus, an locũ habeat trans-
missio, & ita ius accrescendi cesset, res videtur
ex eo pendere, nunquid datione cohæredis
censeatur sublatum ius suitatis, in qua quidẽ
quæstione nostri communiter distinguunt,
98 † aut cohæres datus est suus, & per eius datio-
nem ius suitatis non intelligitur sublatum
d. l. si filius, qui patri. 12. ff. de uulg. l. filius,
qui se paterna 41. ff. de acquir. hæred. aut verò
cohæres est extraneus, & per eius dationem
ius suitatis sublatum intelligitur l. apud Iulia-
num 11. §. idem Iulianus, & l. ita tamen. 27. §. à
patre, uers. quod, si duo ff. ad Treb. Ita distinguũt
Bart. in d. l. si filius, qui patri. 12. num. 4. & ibi
Imol. num. 7. in fi. ff. de uulg. Bald. consil. 401.
num. 4. uers. Ex hoc sequitur uol. 3. Castr. in l. cũ
hæreditate. 55. num. 4. ff. de acq. hæred. Crass. in §.
suitas q. 11. num. 1. & 2. Et simpliciter de datione
cohæredis extranei scribunt Bald. in d. l. si fratris.
3. num. 6. in fi. C. de iur. delib. Alex. in d. l. si fi-
lius, qui patri. 12. num. 20. uers. 5. & uers. hac ta-
men, ubi testatur, hanc esse communem, & in d. l.
qui se patris. 3. num. 13. uers. simile uidemus C.
und. lib. Mantic. de con. ult. uol. d. lib. 5. tit. 5. nu. 6.
Et accipiendi sunt, qui simpliciter dicunt, datio-
ne cohæredis tolli ius suitatis, ut Bart. in l. si post-
humus. 14. §. quod uulgò num. 1. ff. de lib. & post.
& Crass. in §. ius accrescendi q. 28. uers. Secundus.
Hinc sequi videtur, cessare transmissionẽ,
quæ fit ex potentia suitatis, quoties suus ex-
traneum cohæredem habet, ideoq; partem eius
99 debere cohæredi accrescere. † Et ita censuerũt
Ias. in d. l. un. num. 26. & ibi Sib. Sap. num. 53. C.
quand. non pet. part. Rub. in l. pater filium. 14.
num. 200. ff. de inoff. Crass. in d. §. ius accrescendi
100 q. 28. uers. Secundus, quia, † cum sublata sit sui-
tas, quæ est causa transmissionis, Consequens
videtur, vt, & ipsa transmissio sublata intelli-
gatur. Ita ratiocinatur Crass. ibi.
Sed hoc non obstante verius, & receptius
est, locum esse transmissioni, & per conse-
quentias excludi ius accrescendi, non solum,
si datus sit cohæres suus, sed etiam, si extra-
101 neus. † Ita enim simpliciter loquentes scripserunt
Bart. in l. pro hærede. 20. §. Papinianus num. 7.
ff. de acq. hæred. & Castr. cons. 341. num. 4. uersic.
sed prædictis. uol. 1. Specialiter uero loquentes etiã
de extraneo ita censuerunt Bart. in d. l. si filius, qui
patri. 12. nu. 4. uers. contra hoc, & ibi Imol. nu. 7.
in fi. & num. 9. Alex. num. 20. uers. hanc tamen
opinionem ff. de uulg. Bart. in d. l. si fratris. 3.
num. 2. & ibi Bald. num. 6. uers. sed ulterius C. de
iur. delib. Castr. in d. l. cum hæreditate. 55. nu. 4.
ff. de acq. hæred. Alex. in d. l. qui se patris. 3. num.
13. uers. simile uidemus C. und. lib. Ias. in l. ultim.
num. 6. uers. 4. C. de instit. & subst. Rip. in l. 1. nu.
166. ff. de uulg. Purp. in d. l. un. num. 89. & ibi
Gozad. num. 34. uers. Ista concordia C. quand. nõ
pet. part. Cagn. in rub. C. eod. num. 49. Crass. in §.
ius accrescendi q. 15. nu. 5. Nam, præter id, quod
verior videtur sententia existimantium, da-
tione cohæredis, etiam extranei non perimi
102 ius suitatis, † ut probant d. l. pro hærede. 20. §.
Papinianus, & d. l. cum hæreditate. 55 ff. de acq.
hæred. & nos Deo fauente latè ostendemus in tra-
ctatu de suitate cap. 7. constat etiam posita
communi, eã procedere, quo ad ea, quæ im-
mediatè pendent ex testamento, & veniunt
ex prouisione testatoris, secus verò, quoad
ea, quæ veniunt extrinsecus, & ex prouisione
legis, vt est ius transmissionis, ius abstensionis
reuocandæ, & id genus alia iura: Nam, quoad
hæc datio cohæredis etiã extranei nihil ope-
103 ratur. † Ita in specie declarant Bart. in d. l. si filius,
qui patri 12. num. 4 uers. contra hoc, & ibi Imol.
num. 8. Alex. num. 20. uers. hanc tamen opinionẽ
ff. de uulg. Bart. in d. l. si fratris. 3. num. 2. & ibi
Bald. nu. 6. uers. sed ulterius C. de iur. delib. Bart.
in d. l. pro hærede 20. § Papinianus, num. 7 ff. de
acq. hæred Alex. in l. fin. num. 7. uers. puto. & ibi
Ias. num. 2. uers. 2. amplia, ubi testatur, hanc esse
communem sententiam Cod. de rep. hær. Ias. in d. l.
ult. num. 6. uers. 4. C. de inst. & subst. Crott. in d. l.
re coniuncti, num. 151. uers. Non obstat. Rip. in
d. l. 1. num. 166. ubi pariter testatur, hanc esse com-
munem ff. de uulg. Cagn. in d. rub. C. quand. non
pet. part. num. 49.
Septimus casus est, quãdo coniunctus post
mortem testatoris, & rẽ irreuocabiliter om-
ni iure quæsitam deficit, puta moritur, Et tũc
non est dubium, quin locum habeat trans-
missio, & per consequentias ius accrescendi
104 cesset: † Hoc enim est, quod tam frequenter
dicimus, post quæsitum emolumentum ius
accrescendi cessare, uti uidere est apud eos, quos
referemus in hoc cap. q. 59. num. 13. & seqq. quia,
si coniunctus post acquisitionem moriatur,
transmittit suam portionem ad hęredes, non
verò facit iuri accrescendi locum, ut declarãt
Paris. cons. 63. num. 21. uol. 3. Soc. Iun. cons. 109.
num. 5. uol. 1. & cons. 107. num. 14. uolu. 3. Ant.
Fum. de con. cap. 5. num. 2. & cap. 12. nu. 1. Crass.
in d. §. ius accrescendi q. 15. num. 2. Men. consil.
1008. num. 5. & 6. Hoto. in epito, tit. ff. de usufr.
accr. num. 7. Exempla sint.
Primum in duobus, aut pluribus hęredibus,
vel ex testamento, vel ab intestato vocatis,
qui suas portiones agnouerint: nam, licet vnus
ex ijs postea moriatur, non tamen erit locus
iuri accrescendi, ut ostendimus in d. q. 59. nu 22.
sed

sed transmissioni, cum hæreditas adita trans-
105 mittatur ad hæredes † *l. 3. §. 1. ff. de pet. hered. l. si quis filiusf. 7 §. ult. ff. de acq. hered. l. liber homo 59 § ult. ff de hered. inst. l. un § in nouissimo C. de cad. toll. l. si defensor 10 alias l. si finis 9 §. illud ff de inter. actio. l. ult. C. de hered. inst. l. ult. in prin. ff. de leg. 3.* Quo fit, vt talis transmissa-
106 rius excludat cohæredem, † *secundum ea, quæ diximus supra nu. 6. Et in his terminis loquitur Decia. d. cons. 40. num. 5. & 27. vers. Non obstat, quod ius vol. 1.*

Secundum sit exemplum in duobus, aut pluribus legatarijs, vel fideicommissarijs, vel donatarijs causa mortis, qui suas portiones agnouerũt: nam, si vnus ex ijs postea deficiat,
107 erit locus transmissioni, † *l. si ita legatum 68. §. illi si volet ff. de leg. primo l. si ita expressum 68. ff. de cond. & dem. l. 3. §. si quis Titio. ff. de adim. leg.*
108 & non iuri accrescendi † *vt declarant Castr. in d. l. si mihi, & tibi. 12. in princ. num. 1. & ibi Alex. num. 1. & Ias. num. 5. ff. de leg. primo Et scribunt etiam omnes, quos referemus in d. q. 59. num. 23.* Id que adeo verum est, vt procedat, etiamsi transmissarius sit idemmet coniunctus: nam, si mihi, & tibi eadem res fuerit legata, & tu post agnitionem partis tuæ me hęredem reliqueris, non potero partem tuam repudiare ex tuo legato, & consequi ex meo, sed necessariò debebo eam consequi ex tuo, quia, cũ fuerit tibi irreuocabiliter acquisita consequens est, vt necessitate successionis ad me pertinere debeat, nec eam possim a cœteris
109 bonis hęreditarijs separare † *d. l. si quis filiumf. 7. §. ult. ff. de acq. hered. d. l. liber homo 59. §. ult. ff. de hęred. inst. l. 1. §. non solum ff. vt leg. non cau.*

Hinc intelligimus, quod dicitur *in d. l. si mihi, & tibi. 12. in prin. ff. de leg primo*, collegatarium, qui coniuncto hęres extitit, posse, vel ex legato defuncti partem eius consequi vel ex proprio, *secundum ea quę diximus supra nu. 59.*
110 procedere, † si decesserit ante agnitionem legati, secus verò si post *vt declarant Castr. in d. l. si mihi, & tibi. 12. in prin. num. 1. & ibi Alex. nu. 1. vers. Item, dum litera, & Ias. num. 5. ff. de*
111 *leg. primo*, quia † agnitio a defuncto facta, vt ipsum a repudiandi facultate exclusisset, cũ id, quod acquisitum est, repudiari non possit *l. 1. §. decretalis ff. de succ. edict.* ità etiam debet excludere eius hęredem, quippe, qui eiusdẽ cum eo iuris esse intelligitur *l. hęredem 60. ff. de reg. iur.* Et hęc de eo, qui per transmissarium admittitur.

SVMMARIVM.

1 *Filiusfa. qui per patrem admittitur ad partem, facit partem, & cur num. 2 & 3.*
4 *Filiusfa. olim quicquid acquirebat, quęrebat patri, & num. seqq. & cur, nu. 7. Declara, vt nu. 173.*
8 *Filijf. olim non dicebantur habere patrimoniũ, sed peculium.*
6 *Peculium filijfa. antiquitus erat vnicum.*
10 *Peculium castrense factum est proprium filiorumfa. ex Principum constitutionibus.*
11 *Peculium duplex castrense, & paganum.*
12 *Peculium castrense fuit a patrimonio patris exẽptum ex Principum placitis, Declara, vt num. seqq.*
13 *Peculij castrensis exemptio fuit facta sub conditione si filius vtatur iure suo.*
14 *Filiusf. si disponat de peculio castrense, pertinet illud ad eum, cui fuit relictum.*
15 *Filiusfa. si nõ disponat de peculio castrense olim manebat ius antiquum.*
16 *Pater olim occupabat bona castrensia filijfa. non quasi hæreditatem sed quasi peculium.*
17 *Pater olim retrofingebatur habuisse dominium rerum peculij castrensis ex die, quo fuerant acquisita.*
18 *Peculium quasi castrense fuit factum proprium filiorumfa. ex principum constitutionibus.*
19 *Militare dicuntur etiam magistratus, & aduocati.*
20 *Hęreditas aduentitia dicitur, quę filiofa. defertur contemplatione ipsius filij.*
21 *Hęreditas profectitia dicitur, quę defertur filiofa. contemplatione patris.*
22 *Hæreditatem, siuè profectitiam, siuè aduentitiam adeundo filiusf. olim pleno iure patri acquirebat.*
23 *Filiusfa. olim acquirebat patri pleno iure legata, & fideicommissa, quæ illi relinquebantur.*
24 *Bona materna acquirebantur filiofa. quoad proprietatem etiam iure Digestorum, Sed contra num. 40.*
25 *Declaratur l. cum oportet. 6 in prin. C. de bon. quę lib & num. 54.*
26 *Declaratur l. filius 22. ff. de inoff. & num. 55. & seqq. vsq; ad num. 101.*
27 *Declaratur l pen. ff. ad Tertul. & num. seqq vsq; ad num. 35. & rursus num. 101. & seqq. vsque ad num. 106.*
28 *Pertinere quid propriè dicatur, & num. seqq. & num. 102.*
35 *Declaratur l. 1. C. qui adm. & num. 106. & seqq. vsq; ad num. 151.*
36 *Declaratur l quę in aliena. 6. in princ. ff de acq. hered. & num. 50. & 151. 218. 305 & 311.*
37 *Declaratur l. is qui hæres. 13 § fin. cum l. seq. ff. de acq. hered & num. 152.*
38 *Declaratur l. 1. C. de Orfic. & num. 153.*
39 *Digestorum ius non est distinguendum à iure Codicis, tamquam cum eo consentiens, Declara, vt num. 154.*
41 *Declaratur l. 1. C. de bon. matrem.*
42 *Declaratur l si filius meus. 21. ff. si quis om. caus. test. & num. seqq vsque ad num. 47.*
47 *Declaratur l, filiusfa. 91. ff. de acq. hered. & nu. 5. seqq.*
51 *Declaratur l. 1. § qui operas ff. ad Tert.*
52 *Declaratur §. 1. Inst. per quas perso. nob. acq. & n. 53.*
56 *Querelę inofficiosi testamenti censetur renunciatũ quoties testamentum approbatur, Declara, vt num. 60.*
59 *Exheredatio infert notam, & iniuriam.*
66 *Relatio debet fieri ad proxima, nõ ad remota, Declara, vt num. 77.*
67 *Quęstio non debet esse de indubitabili.*
72 *Relatio est potius facienda ad illud, quod est principale, quam ad illud, quod accessorium.*
80 *Querela in quibus differat ab actione iniuriarum.*
85 *Filijfa. olim non poterant habere proprium.*
92 *Verba legum sunt intelligenda secundum naturã tituli, sub quo reperiuntur.*
93 *Verba sunt intelligenda per prius, non per posterius.*

94 *Ver-*

94 *Verba sunt intelligenda de causa immediata, non de mediata.*

97 *Commodum dicitur, quod ità alicui defertur, vt apud eum sit permansurum, Declara, vt num. 98.*

104 *Senatusconsulta ferebantur praecedente oratione Principis.*

155 *Ius antiquum non est mutatum in profectitijs, Declara vt num. 400.*

156 *Profectitiam haereditatem etiam hodiè filius acquirit patri pleno iure.*

157 *Profectitiam haereditatem, si filius adeat factus suiiuris. tenetur tan patre restituere.*

158 *Aduentitia non acquiruntur hodiè patri, nisi iure vsusfructus.*

159 *Peculium hodiè est quadruplex.*

160 *Filiusfa. olim adeundo haereditatem, aduentitiam faciebat patrem haeredem, Declara, vt nu. 161. Hodiè contra. num. 162.*

163 *Voluntas patris, & filij erat olim necessaria, tam in acquisitione haereditatis, quam in acquisitione bonorum possessionis, Declara, vt num. 164.*

165 *Voluntas filij in acquisitione considerabatur, vt principalis, voluntas vero patris, vt accessoria, & cur, num. 166.*

167 *Aditio haereditatis, vel agnitio bonorum possessionis filiofa. delata non poterat olim fieri a patre. & cur, num 171.*

168 *Ius adeundi, vel agnoscendi non transfertur in patrē & cur. num. 175. & seqq.*

169 *Aditio haereditatis, vel agnitio bonorum possessionis erat olim facienda a filio, & cur, num. 171.*

170 *Ius adeundi vel agnoscendi competit soli filio, & cur. num. 171.*

171 *Haereditas aut bonorum possessio non defertur patri sed filio, & cur, num. 172.*

174 *Ius adeundi, vel agnoscendi residit in persona filij & cur, num. 175. & seqq.*

175 *Ius adeundi, vel agnoscendi censetur quid facti.*

176 *Facti quae sunt, non transeunt in patrem, vel dominum.*

177 *Ius adeundi, vel agnoscendi censetur personale*

178 *Factum filij erat olim necessarium ad acquisitionem haereditatis, aut bonorum possessionis.*

179 *Pater etiam olim poterat agnoscere bonorum possessionem filio delatā Declara, vt num. 180.*

181 *Facere per se ipsum videtur, qui per alium facit.*

182 *Bonorum possessio filiofa. delatā non poterat olim agnosci a patre, sed erat agnoscenda, a filio, Declara, vt num 184.*

183 *Bonorum possessio filiofa. delata nō potuit agnosci sine filio, Declara, vt num. 184.*

185 *Pater inuito filio non poterat agnoscere bonorum possessionem, & cur, num. 187.*

186 *Pater inuito filio poterat recipere fideicommissariam haereditatem ipsi filio delatam, & cur nu. 187.*

188 *Filius potest praeiudicari patri in quaerendis, non in quaesitis.*

189 *Filius non potest praecisè cogi adire.*

190 *Filius olim poterat cogi adire, vel iure patriae potestatis, vel officio iudicis, Declara, vt nu. 192. & seqq.*

191 *Declaratur l. vlt. §. 1. C. de bon. quae lib. & num. 197.*

195 *Seruus potest a domino cogi adire, non etiam filius a patre, & cur, num. 196.*

198 *Pater etiam olim poterat adire, vel agnoscere profectitiam successionem, inuito filio, Sed contra num. 199.*

200 *Filiusf. olim non poterat adire haereditatem sine iussu patris,*

201 *Aditionem a filio factam sine iussu non conualidabat sequens patris ratihabitio.*

202 *Iussus patris necessario debebat praecedere aditionem. & cur num. 203.*

204 *Haereditas obligat eum, cui quaeritur, aeri alieno.*

205 *Obligari oneribus haereditarijs nemo inuitus cogitur.*

206 *Filiusfa. acquirit patri, etiam inuito, Declara, vt vt num. 207. & seqq.*

208 *Inuito beneficium non datur, Declara, vt num. 209. & seqq.*

219 *Aditio haereditatis non debet stare in suspenso, & cur, num. 297. & seqq.*

220 *Filiusfa. adeundo haereditatem sine iussu patris olim nihil agebat.*

221 *Aditio haereditatis facta a filiofa. sine iussu patris olim erat nulla.*

222 *Haereditas non censebatur acquisita, si filius eam sine iussu patris adijsset.*

223 *Aditio haereditatis facta a filiofa. sine iussu patris olim, nec patrem, nec filium obligabat, & cur, num. 271. & seqq.*

224 *Filiusf. olim habebat ius adeundi habitu, sed non actu, & exercitio sine iussu patris.*

225 *Nepos, qui suus haeres auo existit, olim faciebat patrem haeredem etiam inuitum, & cur, num. 226*

227 *Pater, si diu possedisset res haereditarias, cum haereditas esset delata filio, perinde res habebatur, ac si praecedente ipsius iussu filius eam adijsset.*

228 *Pater, si volente filio, cui delata erat haereditas se gessisset pro haerede, censebatur satisfactum iuris solemnitate.*

229 *Filiusf. si diu possedisset res haereditarias, sciente, & patiente patre, censebatur haereditas ex iussu ipsius adita.*

230 *Filiusf. cui delata erat haereditas, si patrem habebat furiosum, poterat, quasi paterfa. adire.*

231 *Iussus, qualiter differat a consensu.*

232 *Bonorum possessionē non poterat olim filiusfa. acquirere sine voluntate patris, Declara, vt nu. seqq.*

233 *Voluntas patris poterat olim, vel praecedere, vel sequi agnitionem bonorum possessionis filiof. delatę.*

234 *Filiusf. poterat etiam olim agnoscere bonorū possessionem sibi delatam non praecedente iussu patris.*

235 *Bonorum possessionem sibi delatam poterat etiam olim filiusf. agnoscere patre ignorante, Declara, vt num seqq.*

236 *Bonorum possessionis agnitio facta patre ignorāte olim erat inefficax, ante, quam pater eam ratam haberet.*

237 *Bonorum possessio filiofa. delata non acquirebatur olim patri ignoranti.*

238 *Ratihabitio patris erat olim necessaria ad hoc, vt bonorum possessio a filiofa. agnita sine iussu patris, ei quaereretur.*

239 *Bonorum possessio filiofa. delata, & ab eo agnita ignorante patre, non ante illi quaerebatur, quam secuta esset ratihabitio, & cur, num seqq.*

241 *Successiones vniuersales, cur dicantur afferre lucrum, & continere causam lucratiuam, etiamsi possint afferre damnum, & num seq.*

144 *Pupillus cur non possit adire haereditatem, vel agno-*

agnoscere bonorum possessionem sine authoritate tutoris, & num seq.

246 *Declaratur §. neque tamen. Inst. de auth. tut.*

247 *Filiusf. agnoscendo bonorum possessionem sibi delatam inscio patre, non obligabat enm prius, quam ratam haberet agnitionem, & cur, num. seq.*

249 *Agnitio bonorum possessionis facta a filiof. inscio patre olim resoluebatur, & pro non facta habebatur si pater eam postea ratam non habuisset.*

250 *Bonorum possessionis agnitio facta a filiof. inscio patre olim stabat en pendenti, donec pater eam ratam haberet, aut laberetur tempus, ei prnsinitum, & cur, num. 251.*

252 *Bonorum possessionem a filio agnitam se inscio si pater ratam habuisset, et quærebatur emolumentum.*

253 *Bonorum possessionis agnitio ignorante patre facta iure vetere non acquirebat emolumentum filio, etiamsi pater eam ratam habere noluisset.*

254 *Filiusf. agnoscendo bonorum possessionem sibe delatam inscio patre, non secuta patris ratihabitione, remanebat olim obligatus, Sed contra num. 256. & cur, num. 271. & seqq. usq; ad nn. 292.*

255 *Filiusfa. ex omni causa, tanquam paterfa. obligatur, Declara vt num. 270.*

257 *Declaratur l. vlt. ff. quis ord. in bon. poss. seru. & num. seqq.*

262 *Hæreditarijs oneribus is tantum obligatur, qui hæreditatem, vel bonorum possessionem habet.*

263 *Declaratur l. fin. §. sin antem patre recusante C. de bon. quæ lib. & num. seqq.*

280 *Hæreditas qualiter censeatur diuidua, vel indiuidua, & num. seqq.*

285 *Contractus qualiter censeantur diuidui, vel indiuidui, & num. seqq.*

293 *Bonorum possessionis agnitio facta à filiofa. si rata habentur ex post facto, sufficit, vt vtiliter, & cum effectu facta censeatur.*

294 *Hæreditatē adire non poterat olim filiusfa. nisi præcedente iussu patris, at bonorum possessionē poterat agnoscere etiam patre ignorante, & cur, num. 95. & seqq.*

300 *Aditio hæreditatis non potest fieri alieno nomine.*

301 *Bonorum possessio potest agnosci etiam alieno nomine.*

302 *Aditio hæreditatis non potest rata haberi.*

303 *Bonorum possessionis agnitio potest rata haberi.*

304 *Aditio hæreditatis cur sit actus legitimus, non etiam agnitio bonorum possessionis, & nu seqq. vsque ad num. 31 .*

306 *Fideicommissaria hæreditatis restitutio est similis aditioni hæreditatis.*

307 *Fideicommissaria hæreditatis restitutio potest ex post facto rata haberi, & cur, num. seqq.*

308 *Restitutio fideicommissi non est actus solemnis.*

309 *Restitutio fideicommissaria hæreditatis non est actus legitimus.*

310 *Restitutio fideicommissaria hæreditatis potest expedire per alium, dummodo ex post facto rata habeatur.*

313 *Filiusfa. hodiè potest adire hæreditatem aduentitiam, & cum effectu agnoscere bonorum possessionem inuito patri.*

314 *Dispositio l. vlt §. 1. C. de bon. quæ lib. locum habet etiam in bonorum possessione.*

315 *Filiusf etiam hodiè non potest adire hæreditatem aduentitiam aut cum effectu agnoscere bonorū possessionem inscio patre, & cur, num seqq. Sed contra num. 327. & cur, num 335. & seqq. Declara, vt num. 337 & seq.*

316 *Correctio non est inducenda, nisi in ijs casibus, in quibus expressum facta reperitur, Declara, vt nu. 347.*

317 *Declaratur l. vlt. §. 1. C. de bon. quę lib. & num. 318.*

319 *Concessum vni sub aliqua conditione censetur ei sub contraria denegatum.*

320 *Recusatio non cadit in ignorantem.*

321 *Inuito, & contradicente aliquo multa fieri possunt, quę tamen non possunt, fieri eo ignorante, Declara, vt num. 336.*

322 *Pater consequitur legitimam administrationem bonòrum, quę filius agnouit eo sciente, & consentiente, Declara, vt num. 349.*

324 *Pater solet optimum consilium capere pro filio.*

325 *Vsusfructus acquisitio stat in pendenti, quoties filius inscio patre adiuit hæreditatem, vel agnouit bonorum possessionem, Declara, vt num. 331.*

326 *Pater obligatur etiam ex sola acquisitione vsusfructus bonorum aduentitiorum, Declara, vt num. 346.*

328 *Filiusf. hodiè potest adire hæreditatē aduentitiam etiam non præcedente iussu patris.*

329 *Bonorum possessionis agnitio facta a filiofam. ignorāte patre hodie statim valet, etiamsi pater nondum eam ratam habuerit.*

330 *Ratihabitio patris non est hodiè necessaria ad validitatem agnitionis. sed tātum adhoc, vt patri quęratur vsusfructus.*

331 *Bonorum possessionis agnitio facta a filio ignorāte patre, non stat hodiè in pendenti, quoad acquisitionem proprietatis, sed tantum, quoad acquisitionem vsusfructus*

332 *Pater, si ratam habeat agnitionem a filio factam se inscio, consequitur vsumfructum, alias successio censetur pleno iure filio acquisita.*

333 *Ratihabitio agnitionis a filio factæ ignorante patre potest hodiè fieri etiam post tempus agnoscēdę bonorum possessioni præfinitum.*

334 *Receptio fideicommissarię hæreditatis pari passu ambulat cum agnitione bonorum possessionis.*

341 *Filiusfa. adeundo hæreditatem aduentitiam inscio patre, obligat se, non patrem.*

342 *Aditio hæreditatis facta a filio inscio patre, hodiè statim valet.*

343 *Aditio hæreditatis facta a filio inscio patre suum sortitur effectum, etiam non secuta ratihabitione, & quando num. seq.*

344 *Pater, si ratam habeat aditionem a filio factam se inscio, consequitur vsumfructum, alias hæreditas censetur filio pleno iure acquisita.*

348 *Correcta ratione legis censetur etiam corecta ipsa lex.*

350 *Filijfa. habilitas, vel inhabilitas, respectu aditionis pendet ex capacitate, vel incapacitate acquisitionis.*

351 *Pater etiam hodiè non potest adire hæreditatem filij nomine, & cur, num. 352.*

353 *Aditio hæreditatis per alium expediri nequit.*

354 *Pater potest adire hæreditatem aduentitiam infantis nomine.*

355 *Pater potest adire hæditatem aduentitiam nomine filij furiosi.*

356 *Pater cur possit agnoscere bonorum possessionem nomine filij.*

357 *Bonorum possessio per alium agnosci potest.*

358

358 *Pater potest cum effectu agnoscere bonorum possessionem nomine infantis.*

359 *Pater potest agnoscere bonorum possessionem nomine filij.*

360 *Pater potest agnoscere bonorum possessionem delatam filiofa. furioso etiam cum effectu.*

361 *Pater non potest, proprio nomine, adire vel agnoscere si filius iam agnouit bonorum possessionem, etiam si non adierit hereditatem*

363 *Pater recusante filio potest adire, vel agnoscere, & sibi pleno iure acquirere successionem, & cur, n. seq.*

355 *Dispositio l. vlt. §. 1. C. de bon. quæ lib procedit etiam in hereditate legitima, & qualibet alia hæreditate aduentitia & num seq.*

367 *Pater potest adire hereditatem castrensem filiofa. delatam si is eam recuset.*

368 *Filiusfa. si viua matre renunciauerit eius hereditati cum iuramento, & postea moriatur mater, potest pater eam adire, & sibi pleno iure acquirere, Declara, vt num. seq.*

370 *Pater non potest adire hæreditatem aduentitiam recusanti filio, si constet talem fuisse mentem defuncti*

371 *Dispositioni l. vlt § 1. C de bon. quę lib. potest ex voluntate testatoris derogari.*

372 *Pater etiam hodie non potest proponere querelam inofficiosi testamenti inuito seu recusante filio, et cur num seq.*

374 *Pater potest, etiam proprio nomine iniuriarum agere pro iniuria illata filio, Declara, vt nu seq.*

376 *Patris de interesse tractatur etiam in querela delata filio, Declara, vt num. seq.*

378 *Pater non potest inuito filio petere supplementum legitimæ.*

379 *Pater non potest suo nomine adire vel agnoscere, quandiu filius ignorat successionem sibi esse delatam.*

380 *Patri non defertur successio priùs, quam filius sit recusatione exclusus.*

381 *Pater non potest adire, vel agnoscere priùs, quam filius sit per recusationem exclusus.*

382 *Pater non potest adire, vel agnoscere etiamsi filius sit negligens in adeundo vel agnoscendo.*

383 *Pater non potest adire non recusante filio.*

384 *Pater non potest adire, si filius nondum sit exclusus.*

385 *Aditio hereditatis profectitiæ eodem hodiè modo est facienda a filio, quo fiebat olim.*

386 *Filiusf. olim non poterat adire hæreditatem profectitiam sine iussu patris.*

387 *Aditio hereditatis profectitiæ non poterat olim fieri, nisi præcedente iussu patris.*

388 *Filiusf. ne quidem hodiè potest adire hæreditatem profectitiam sine iussu patris*

389 *Iussus patris debet etiam hodiè precedere quoties filius vult adire hæreditatem profectitiam.*

390 *Filiusf. etiam hodie potest agnoscere bonorum possessionem profectitiam inscio patre.*

391 *Bonorum possessionis profectitię agnitio facta a filio inscio patre est etiam hodie inefficax ante, quam pater eam ratam habeat.*

392 *Filiusfa. recusante patre potest adire hæreditatem profectitiam, vel agnoscere bonorum possessionem ad suũ commodum, Sed contra num. 393. & cur, num 394.*

395 *Pater hodie non potest adire, & sibi acquirere hæreditatem profectitiam, etiamsi filius eam adire recuset & cur, num. seq. Sed contra, num. 398. & cur, num. 399.*

397 *Pater potest adire hæreditatem profectitiam, si filius sit absens aut furiosus.*

401 *Extensio potest fieri absurdi euitandi gratia, & num. 609.*

402 *Repudiatio pari cum aditione passu ambulat.*

403 *Repudiatio ijsdem iuris regulis consistit, quibus aditio.*

404 *Repudiatio non poterat olim fieri sine voluntate patris, & filij, quoties hereditas est delata filio*

405 *Repudiatio hereditatis delatę filio, debebat olim fieri a filio, non a patre, sed ex iussu, & mandato patris.*

406 *Iussus patris debebat olim precedere repudiationẽ quæ fit a filio.*

407 *Pater, & filius simul repudiare possunt.*

408 *Pater, & filius si simul repudient, perinde res habetur, ac, si præcedente iussu patris facta sit à filio repudiatio, & cur, num. 409.*

410 *Repudiare hæreditatem neque pater sine filio, neque filius sine patre potest inspecto iure vetere.*

411 *Pater si repudiet sine filio, aut filius sine patre, inspecto iure vetere nullius est momenti repudiatio. siue successio sit testamentaria siue legitima, vt num 412.*

413 *Bonorum possessionem filiofa. delatam, nec pater sine filio, nec filius sine patre poterat olim repudiare.*

414 *Filius non potest repudiare in preiudicium patris, & cur, num. 416. & seq.*

415 *Pater non potest repudiare in præiudicium filij & cur, num. 418.*

419 *Repudiatio filij non nocet patri.*

420 *Pater non obstante repudiatione filij poterat olim consequi hæreditatem, si filius eam postea ex ipsius iussu adijsset.*

421 *Filius in querendis potest præiudicare patri omittendo, non etiam faciendo & cur, numer. 422.*

423 *Factum vnius alteri nocere non potest.*

424 *Repudiatio patris non nocet filio.*

425 *Filiusfa si factus fuisset sui iuris poterat arbitrio suo adire hæreditatem sibi delatam non obstante repudiatione patris.*

426 *Repudiatio facta a filio sine patre olim ne ipsi quidem filio nocebat, & cur, num. 427.*

428 *Repudiatio facta a patre sine filio nocebat olim ipsi patri, Sed contra, num. 429. & cur, numer. 430.*

431 *Pater vt olim non poterat adire, ita, nec repudiare*

432 *Repudiandi ius olim residebat in persona filij.*

433 *Declaratur l. 2. §. denique ff sol. mater. & nu seq.*

435 *Repudiationem a filio factã potest hodie pater ratam habere.*

436 *Pater solus, aut solus filius potest hodie repudiare vt sibi, non, vt alij noceat.*

437 *Pater, si solus repudiet hæreditatem filio delatam sibi præiudicat, quia priuatur vsufructu quem alioquin habere poterat.*

438 *Pater, si solus repudiet hæreditatem filio delatam non nocet filio.*

439 *Pater, si solus repudiet hæreditatem delatam filio auget ius filij, quippe, qui suo arbitrio poterit adire, & pleno iure sibi emolumentum acquirere.*

440 *Filius si solus repudiet hæreditatem sibi delatã sibi præiudicat.*

441 *Filius, si solus repudiet hæreditatem sibi delatam non nocet patri.*

442 *Filius, si solus repudiet hæreditatem sibi delatam auget ius patris, quippe, qui suo arbitrio poterit*

hare-

hereditatem adire, & sibi pleno iure acquirere.

443 *Pater hodie licet adeunte filio minus iuris habeat, quam olim, eo tamen repudiante plus iuris habet, & quomodo num. seq.*

445 *Pater filij nomine non potest repudiare hæreditatem*

446 *Pater filij nomine non potest repudiare bonorum possessionem, & cur, num. 447.*

448 *Repudiare is potest, qui potest & adire, Declara, vt num. 450.*

449 *Pater, licet infantis nomine possit adire hæreditatem non tamen eam repudiare potest.*

451 *Tutor potest agnoscere bonorum possessionem nomine pupilli.*

452 *Tutor non potest repudiare bonorum possessionem nomine pupilli.*

453 *Filiusf. nec olim poterat nec hodie potest repudiare hæreditatem profectitiam sine iussu, & volũtate patris.*

454 *Pater etiam absque voluntate filij potest repudiare hereditatem profectitiam, & cur, num. seqq. Sed contra, num. 458. & cur num seq.*

455 *Hereditas delata filio contemplatione patris perinde habetur, ac si ipsi patri esset delata, Declara, vt num. 460.*

457 *Hereditatem profectitiam si filius adeat factus sui iuris, & sibi acquirat, tenetur eã patri restituere.*

461 *Prohibitionis ratio vbi est duplex, sufficit, vnam adesse, vt locum habeat prohibitio.*

462 *Filiusfa. olim non habebat haredem ab intestato, Hodie contra num 463. & seq.*

465 *Filijfa. intestato defuncti bona spectant ad eius ascendentes, non ad patrem.*

466 *Filijfa. intestato defuncti bona spectant simul ad eius patrem, & matrem, & fratres vtrinque coniunctos.*

467 *Filiusfa a matre præteritus post litem ceptam aut preparatam transmittit querelam nõ solum in patrem, sed etiam in alios eiusdem filij successores.*

468 *Dispositio l. Papinianus. 8 §. 1. ff. de inoff est hodie correcta & cur num 469.*

470 *Pater non admittitur, si filius moriatur viuo testatore, siue eo, de cuius bonis agitur, & cur, num. 472. & seqq. Declara, vt num. 487. & seqq.*

471 *Filiusf. si moriatur viuo eo, de cuius bonis agitur, fit locus substituto, vel coniuncto.*

472 *Patris ius pendet ex persona filij.*

473 *Acquisitio qua per filium patri fit, fundatur in persona filij.*

474 *Acquiritur patri ex persona filij.*

476 *Filius in acquisitione censetur persona principalis pater vero venit accessorie & num seq.*

478 *Filius est medium, per quod patri acquiritur.*

480 *Acquisitio per filium patri fit immediatè, non mediatè Declara, vt num 481. & seqq.*

482 *Patri per filiũ acquiritur commodum, & emolumentum successionis.*

484 *Patri non aliter acquiritur, quam si per filium, siue ex eius persona fiat acquisitio.*

485 *Patri acquiritur per filium.*

486 *Dictio, per, denotat quoddam ministerium.*

489 *Hæreditas non potest acquiri nisi deferatur.*

490 *Hæreditas defertur filio non patri*

491 *Legatum, vel fideicommissum non aliter patri per filium acquiritur, quam, si is sit in eius potestate, quo tempore aut cedit.*

492 *Filiusf. eius legatum, vel fideicommissum relictum est si tempore, quo cedit dies, reperiatur sui iuris sibi, non patri acquirit.*

494 *Repudiari nequit, quod nondum dilatum est.*

495 *Filiusfa. si deficiat post mortem testatoris, sed ante emolumenti delationem, puta pendente conditione, sub qua vocatus est, pater non admittitur, sed fit locus substituto, vel comuncto.*

496 *Repudiatio si facta sit, tam à patre, quam à filio facit locum iuri accrescendi, & cur, num. 497. Declara vt num 499.*

498 *Repudiatio facta a patre, & filio facit locum substituto.*

500 *Repudiatio hæreditatis facta a solo filio, non faciebat olim aut substituto, aut coniuncto locũ, & cur, num 501.*

502 *Repudiatio hæreditatis profectitię facta a solo filio non facit locum substituto, vel comuncto.*

503 *Filiofa. repudiante hereditatem aduentitiam nõ admittitur pater, sed substitutus, aut coniunctus, & cur, num seqq. Sed contra num. 525. & cur, num seqq.*

504 *Declaratur l. 2. C. de Orfic. & num. seqq. & num. 539.*

505 *Lex, quæ plures habet intellectus, non potest ad decisionem causarum allegari, Declara, vt num. 506.*

511 *Casus voluntatis & casus impotentiæ æquiparantur.*

512 *Substitutio facta in casum impotentię trahitur ad casum voluntatis, & contra.*

514 *Conditio debet impleri in forma specifica.*

515 *Verba conditionum sunt intelligenda vere & propriè non fictè & improprie.*

516 *Heredi dare iussus, non patri, sed filio dando conditionem implet.*

517 *Pater non admittitur ad substitutionem factam his verbis, quisquis mihi heres erit, sed tantum filius.*

518 *Conditio si heres non erit, intelligitur, si neq; ipse heres erit, neque alium haredem fecerit, Declara, vt num. 519. & 532. & seqq.*

520 *Repudians hereditatem non dicitur facere heredes eos, ad quos illa pertinet.*

521 *Conditio. si heres non erit, in eo, qui est sui iuris intelligitur si neque ipse hæres erit, neque mutata conditione fecerit alium hæredem, Declara, vt ibi.*

522 *Preferri debet in concursu personarum is, qui venit ex iure potentiore.*

523 *Pater, qui venit ex persona filij, dicitur hæres legalis.*

524 *Pater non venit ex voluntate testatoris expressa, sed tacita.*

526 *Declaratur l. vlt. in prin. vers. sancimus C. de bon. quę lib. & num seqq. & num. 604. & 617. & seqq.*

531 *Conditione, sub qua ius aliquod defertur deficiente non potest ius illud habere locum.*

532 *Pater, & filius censentur vna, & eadem persona fictè non verè.*

538 *Priuilegium fauore vnius introductum non debet in alterius fauorem operari.*

542 *Filiofa. repudiante substitutus in partem admittitur, si testator crediderit institutum esse patremf. cum tamen re vera esset filiusfa & num. seqq.*

544 *Filiofa. repudiante non admittitur pater sed substitutus, aut coniunctus, filij persona, quam*

verisimiliter testator prætulisset patri, si cogitasset filium repudiaturum.

545 *Filiofa. repudiante non admittitur pater, sed substitutus, aut coniunctus si sit filius testatricis.*

546 *Filiofa. repudiante non admittitur pater sed substitutus, aut coniunctus si ex coniecturis colligere possimus, mentem testatoris fuisse, ut illi præferantur.*

547 *Dispositioni l. vlt. C. de bon. quæ lib. derogari potest, non solum expressè, sed etiam tacitè.*

548 *Iuri accrescendi locus fit, si filius patiatur labi tēpus, & ita excludatur tam ipse, quam pater, & cur. num. 550.*

549 *Pars eius, qui tempore exclusus est, accrescit.*

551 *Substituto locus fit, si per lapsum temporis, & pater, & filius a successione excludantur.*

552 *Tempus non excludit ipso iure, sed ope tantum exceptionis. Declara, ut num. 554*

553 *Bonorum possessio quoties amittitur transacto tēpore, talis exclusio fit ipso iure.*

555 *Lapsus temporis a Iudice præfiniti filiofa. ad adeundam hæreditatem aduentitiam excludit etiam patrem*

556 *Tempus si fuerit à Iudice præfinitum filiofa. ad adeundam hæreditatem profectitiam sciente, & consentiente patre, eius lapsus nocet patri.*

557 *Tempus non potest à Iudice præfiniri filiofa. ad adeundam hæreditatem profectitiam, nisi de consensu patris.*

558 *Tempus si fuerit a Iudice præfinitum filiofam ad adeundam hæreditatem profectitiam ignorāte patre eius lapsus non nocet patri.*

559 *Filiusfa. cui delata est hæreditas, si patiatur labi tempus 30. annorum, excludit etiam patrem.*

560 *Bonorum possessionis agnoscendæ non currit tempus si tam pater, quam filius ignoret delationē, & cur, num. 561.*

562 *Bonorum possessionis agnoscendę non currit tempus quamdiu filius ignorat delationem.*

563 *Temporis lapsus, tam patrem, quam filium a bonorum possessione excludit, si uterque sciuit eam esse delatam & uterque etiam fuit negligens.*

564 *Temporis lapsus nocet patri, si uterq; sciuit delationem, licet solus filius fuerit negligens, Declara, ut num. 565.*

566 *Temporis lapsus nocebat olim, & patri, & filio, si uterque sciebat bonorum possessionem esse filio delatam, etiamsi filius eam agnouisset intra tēpus, si modo intra illud pater non habuisset ratam agnitionem.*

567 *Agnitio bonorum possessionis facta a filiofam, intra tempus erat inutilis, nisi pater etiam intra tempus ratam eam habuisset.*

568 *Ratihabitione non secuta intra tempus resoluebatur olim agnitio facta a filiofa. inscio patre, & pro non facta habebatur, etiamsi post tempus pater eam ratam habuisset.*

569 *Patris negligentia in rata habenda agnitione facta a filio, non nocebat olim filiofa. & cur, nu. 570. & seqq. Sed contra, num. 573. & cur, num. seqq.*

574 *Declaratur l. 1. C. qui adm. & num. 586.*

575 *Declaratur l. fin. vers. Incipiet ff. quis ord. in bon. poss. seru. & num. seqq.*

580 *Negligentia patris nocet tam ei, quam filio in bonorum possessione profectitia, quoties uterq; sciuit delationem, etiamsi filius non fuerit negligens.*

582 *Filiusf. licet admonuerit patrem, si tamen intra tempus non agnouerit bonorum possessionem aduentitiam, & sibi, & patri nocet.*

583 *Filijfa. scientia, & negligentia in non certiorando patre, & olim nocebat ipsi filio, & hodiè nocet, & cur, num. 584. & seq.*

587 *Filijfam. scientia, & negligentia nocebat olim etiā patri ignoranti, si poterat eum certiorare, & cur, num. 589. & 612.*

588 *Filijfa. scientia, & negligentia operabatur, ut trāsacto tempore censeretur etiam quoad patrem amissa bonorum possessio & cur num. 591.*

590 *Bonorum possessionis agnoscēdę tempus cedebat olim statim atque filiusf. sciebat bonorum possessionem sibi esse delatam, & poterat certiorare patrem.*

592 *Scientia personæ principalis nocet omnibus, qui ab eo causam habent.*

593 *Bonorum possessio filiofam. delata amittitur trāsacto tempore Declara, ut num. 594.*

595 *Scientia, & negligentia seu taciturnitas filij nocet etiam patri Declara, ut num. 596.*

597 *Filiusfa. licet non possit repudiare expressè potest tamen repudiare tacitè, Declara ut num. 598.*

599 *Scientia, & negligentia filijf. qui non certiorauit patrem, cum id facere posset, nocet etiam hodiè patri in bonorum possessione profectitia.*

600 *Scientia, & negligentia filijfa. qui non certiorauit patrem, nocet etiam hodiè patri in acquisitione usufructus.*

601 *Scientia, & negligentia filij non nocet hodiè patri, quippe, qui lapso tempore, & excluso filio poterit agnoscere, & sibi pleno iure acquirere bonorum possessionem, & num. seqq. & cur, num. 604. & seqq Sed contra, num. 613. & cur, num. seqq.*

605 *Recusare dicitur etiam is, qui patitur labi tempus.*

606 *Extensio est permissa in limitatorijs, Declara, ut num. 608.*

607 *Dispositio l. vlt. §. 1. C. de bon. quæ lib. est limitatoria.*

610 *Taciti non debet esse maior virtus quam expressi, sed, aut par, aut etiam minor, Declara, ut nu. 638.*

611 *Admittitur excluso tempore, qui admittitur aliquo excluso repudiatione, Declara, ut num. 640.*

614 *Ius antiquum, licet sit mutatum in filio recusanti non tamen mutatum est in filio negligente.*

615 *Pater, licet admittatur filio repudiante, non tamē admittitur eo excluso tempore.*

620 *Extensio in correctorijs non fit de casu ad casum, etiam ex identitate rationis.*

621 *Extensio non permittitur in materia exorbitanti.*

622 *Extensio non permittur de casu verò ad casum fictum.*

623 *Exclusio, quæ fit per lapsum temporis, procedit a lege.*

624 *Exclusio, quę fit per lapsum temporis, est potentior quam expressa repudiatio.*

625 *Tacita repudiatio, quæ inducitur per lapsum tēporis, plus nocet, quam expressa.*

626 *Exclusio legalis, quæ ex cursu temporis resultat, fortiùs operatur, quam expressa hominis recusatio, Declara, ut num. 639.*

627 *Filius non potest in præiudicium patris repudiare expressè, potest tamen tacitè.*

628

628 F... n ... pre... pudiat, non nocet patri, si vero ... nocet.
629 Tacitè possunt fieri multa, quæ non possunt ex...
630 N... ... quædam perduntur, quæ non perdu... n... xpresso consensu.
631 Bonorum po... ... ... defertur filio, etiam ad commodum patris est vna, & eadem, Declara, vt num ...
641 Filiusfa... etiamsi per malitiam patiatur labi tempus agnoscendæ bonorum possessionis præfinitũ, nihilominus nocet patri, & cur, num. & seqq. Sed contra, num 646 & cur num seqq.
643 Præiudicare quis potest alteri sine fraude potest, & cum si aude Declara, vt num. 653.
4... Dies agnoscendæ bonorum possessionis cedunt ei, qui ... it, & potest.
648 Recusare censetur is, qui malitiosè negligit, Declara... num. 650. & seqq.
649 Recusare censetur hæreditatem, qui scienter eam negligit.
65... Tempus olim non currebat filio etiam scienti bonorum possessionem sibi esse delatam, si non poterat certiorare patrem.
656 Scientia filij nec patri, nec filio nocebat olim, si nõ poterat certiorare patrem.
657 Tempus hodiè currit filio scienti bonorum possessionem sibi esse delatam, etiamsi non possit certiorare patrem in præiudicium ipsius filij, & cur, num 658.
659 Tempus non currit hodiè in præiudicium patris, si filius non possit eum certiorare, licet sciat bonorum possessionem sibi esse delatam, Sed cõtra, num 660. & cur, num. seqq
662 Declaratur l. sciunus 7. § fin ff. de bon poss. & nu. 666. & seq.
663 Scientia, & negligentia patris, nec olim nocebat filio ignoranti, nec hodiè nocet, & cur. num. seqq.
665 Scientia non patris sed filij debet attendi in acquisitione bonorum possessionis filiofa. delatæ.
668 Correlatiuorum quando eadem sit iuris dispositio.
669 Scientia, & negligentia patris nocebat olim ipsi patri in bonorum possessione delata filio, Sed cõtra, num. 670.
671 Scientia, & negligentia patris circa bonorum possessionem delatam filio, hodiè nocet ipsi patri, & cur, num. seqq Sed contrà num. 674. & seq. Declara, vt num 676. & seqq.
672 Scientia propria debet potius vnicuique nocere, quam alieni, Declara, vt num. 679.
673 Declaratur l imo eum. 16 in fi. ff. de lib. caus. & num 680.
681 Filiusfa si post mortem eius, de cuius bonis agitur & emolumentis delationem, sed ante acquisitionem pata ante aditam hæreditatem moriatur, olim pater excludebatur.
682 Filiof. ante aditam mortuus olim non patri, sed substituto vel coniuncto locus fiebat.
683 Filiofs. ante aditam defuncto potest hodiè pater adire, & cur, num seq. Sed contra num. 685. & cur. num. seqq.
686 Filiofa. ante aditam defuncto sit substituto, vel coniuncto locus.
687 Declaratur l. 2. C. de Offic. & num. seq.
689 Ius speciale in vno denotat ius commune in contrarium.
690 Vltimus in voluntatibus quæ conceduntur in ea... ... voluntatis nõ habent locum in casum mortis.
692 Filiofa. repudiante pater admittitur, non etiam eo moriente ante aditam & cur, num. 693.
694 Filiofa. infanti, si delata sit hæreditas, & si prius quam pater eius nomine adierit in infantia decesserit, hæreditas perinde ad patrem pertinet, ac si ab eo fuisset adita.
695 Pater olim poterat infantis nomine agnoscere bonorum possessionem.
696 Pater hodie potest infantis nomine adire hæreditatem.
697 Pater admittitur ad hæreditatem delatã infanti, qui in infantia decessit, iure singulari.
698 Pater infantis, qui ante aditam decessit, admittitur, etiamsi habeat substitutum, vel coniunctum.
699 Pater admittitur ad hæreditatem maternam delatam filio, qui ante aditam decessit, Sed contra, num. 701.
700 Pater excludit substitutum, & coniunctum quoties tractatur de hæreditate ascendentis delata filio, qui ante aditam decessit, Sed contra, num. 7... 1.
701 Hæreditas ascendentis non adita transmittitur quidem in descendentes, sed non in ascendentes, puta patrem.
702 Substitutus, & coniunctus præferuntur patri, etiamsi tractetur de hæreditate materna delata filio, qui ante aditam decessit.
703 Pater excluditur ab hæreditate materna delata filio qui ante aditã decessit, si adsint alij descendentes matris, alias non, Sed contra num. 704.
705 Filiusfa cui delata est hæreditas, si sciens decesserit intra annum, transmittit ius deliberandi in patrem, Declara, vt num. 706.
707 Pater adire potest si filius hæreditatem recusauerit, licet ante decesserit, quam pater eam adire potuerit, Declara, t num. 709.
708 Vsusfructus per filium patri quæsitus non extinguitur morte filij, sed durat, quandiu viuit pater.
710 Pater adire potest, si filius ab eo iussus adire, non paruerit sed ante aditam decesserit.
711 Pater excludit substitutum, & coniunctum, si filius ab eo iussus adire, non paruerit, & ante aditam decesserit.
712 Iussus morte extinguitur, Declara, vt num. 714.
713 Paria sunt, aliquid non esse, vel esse extinctum.
715 Pater adire potest, si filius sit positus in extremis & cur, num. 716. Sed contra, num. 717. & cur, num. 718.
719 Pater adire potest hæreditatem profectitiam, etiamsi filius ante aditam decesserit, & cur, num. 720.
721 Pater infantis, in quem transmissa est hæreditas, potest eam repudiare.
722 Legata, & fideicommissa acquiruntur per filium patri etiam ignoranti.
723 Legata, & fideicommissa non pertinebant olim ad substitutum, vel coniun... m ... d... patrẽ, si filius post diem cedentem d... ...t.
724 Legata, & fideicom... ... ...s per filium patri quærũtur ipso iure.
725 Legata, & fideicommissa, si fi... ... relinquantur, sufficit eum ... ...ate patris, quo tempore dies cedit, vt statim ius patri quæsitum censeatur.
726 Pater ne iure quidem vete... ... poterat repudiare legatum, vel fideico... ...issum filio relictum, Sed contra num. 729.

727 Distaratur l.ex repudiatione 26.C. de fideico: & num.730.
728 Repudiatio hereditatis pari passu ambulat cum repudiatione legati, Sed contra num 731.
732 Legatum filiofa. relictum sit contemplatione patris perinde est, ac si ipsi patri directo fuisset relictum.
733 Legatum filiofa. relictum contemplatione patris, potest solus pater agnoscere, & sibi acquirere.
734 Legatum profectitium solus pater repudiare potest, Declara, vt num. 735.
736 Legatum filiofa relictum contemplatione ipsius filij si ab eo repudietur, potest pater illud agnoscere, & sibi pleno iure acquirere.
737 Legatum adventitium si a patre repudiatur, non acquiritur ei iure vsusfructus.
738 Repudiatio legati adventitij facta a patre non nocet filio imo ei prodest, quia consequitur etiam vsumfructum, quem alioquin non esset habiturus.
739 Nepos ab auo institutus exhaeredato filio, suus haeres auo existit; Declara, vt num.740.
741 Nepos ab auo institutus non acquirebat emolumentum haereditatis patri exhaeredato ipso iure Declara, vt num.743.
742 Nepos ab auo institutus acquirebat haereditatem patri exhaeredato etiam non praecedente ipsius iussu.
744 Nepos ab auo institutus exhaeredato filio, qualiter hodie faciat locum patri.
745 Filiusf. haeres institutus si iussu patris adit haereditatem, excludit coniunctum, vt & substitutum num 746 & cur. num 747. Idque procedit etiã hodie num. 748. & cur, num seq.
750 Dispositio l. si patersa. 40. ff. de hared. inst. olim nõ habebat locum in filiofa. & cur num. 751. Sed contra, num. 752. & cur, num seq.
754 Filiusfa. & seruus, licet adeundo faciant patrem, & dominum haeredem, ipsi tamen fiunt haeredes nomine.
755 Dispositio l. si patersa. 40. ff. de har. inst. hodie nõ habet locum in filiofa. Declara, vt num. 756. & seq.

An, & quando filius, qui per patrem admittitur ad partem, faciat partem.

Quaestio Quadragesima secunda.

Nunc videamus de filiofa. qui per patrem admittitur ad partem, & dispiciamus, an faciat partem. Constat autem regulariter partem
1 facere, & ita excludere ius accrescendi † *vt patebit ex ijs, quae dicemus in 3. & 9. casu*, siue per patrem admittatur, quia agnoscendo partẽ sibi relictam eius emolumentum patri acquirat, *vt in* [illegible] *l. gratuitis 15. C. de fideic. & l. pater qu*[illegible] *92. in princ. ff. de acq. hared.* siue quia repudi[illegible]do operetur, vt pater ipse per se [illegible] acquirere. *iuxta dispositionem l. vlt. §. 1. &* [illegible] *similique modo C. de bon. quae lib.* Nam, si a[illegible]oscendo eam patri acquirat, ideo partẽ
2 facit, quia † eo modo censetur ipse ad suam partem admitti, cum peruenire ad aliquem rect[illegible] dicatur id, quod per eum peruenit ad alium *l. ipsis 140. & l peruenisse 171. ff. de verb. sign* &, vbi quis admittitur ad partem, [illegible] dubiè facit partem, *ex regula,* [illegible] *in hoc cap q. 21. num. 10.* Quod, si repudiando operetur, vt pater ipse per se possit eam acqui-
3 rere, ideo partem facit, quia † pater censetur in filij locum subrogatus ideoque eodem, quo ille debet censeri iure, *vt in specie declar. Bald in l. 1. nu. 27. vers. &, si quaer. st C. qui adm. & in d. l. vlt. in prime. num. 8. C. de bon. quae* [illegible] *& Trentac. de substit. part. 1. cap. 6. num. 15 vers. 4. mouentur.* Vnde, quemadmodum si usagnoscendo partem sibi relictam coniunctum exclusisset, *vt ostendimus in d. q 21. num. 10.* ita etiam debet eũ excludere pater, qui in ipsius locum subrogatus est, *secundum ea, quae diximus in hoc cap. q. 40. num. 3. & seqq. & q. 41. nu. 7. & seqq.*

Hinc necessariò nobis erit dispiciendum, quãdo filius partem suam agnoscendo eam patri acquirat, quandoque operetur, vt pater ipse per se possit eã acquirere: ita enim intelligemus, quando faciat partem, & sic excludat ius accrescendi, & quando non. Pro faciliori autem huiusce quaestionis explicatione praemittendum est, in ijs acquisitionibus, quae per filium patri fiunt, ius nostrũ a iure antiquo multipliciter differre, &c.

Primo in rebus, quae patri acquiruntur: Nã iure veteri filiusfam. quicquid acquirebat, eiusemolumentum quaerebat patri, sub cuius
4 erat potestate constitutus † *l. 1. §. 1. ff si quis a par. fuer. man. §. 1. Inst per quas pers. nob. acq. Et scribunt gl. in d. l. 1. in verb. transacto tẽpore, vers. quod olimum. & ibi Petr. de Bellap. num. 2. 17. & 21. vers. De iure, Cin. nu. 9. Bart. in prin. vers. Praemitto etiam, Sign. de Homod. num. 48. Castr. num. 1. vers. Praemitte, Alex. num. 3. vers. non tamen: Ias. num. 1. & 5. vers. in text. ibi, etiam patri, Gozad. num. 7. vers. mihi placet, Zuccard. num. 2. Cagn. num. 4. Iac. de Nigr. num. 43. Ign. nu. 1. Stephar. num. 2. 9. & 12. Gamil. Plaut. in verb. emolumentum etiam patri, num. 38. & in verb. transacto tempore, num. 29. C. qui adm. Cin. in l. ex repudiatione 26. C. de fideic. Bart. in l. seruus. 7. S. fin num. 1. ff. de bon. poss. Bald. in l. fin. in prin. num 6. vers. & si tu dicas C. de bon. quae lib. Bauer. in l eum filiof. 11. nu. 186. ff. de leg. primo, Alex in l. legatum 7. num. 1. & ibi Ias. num. 6 ff. de leg. primo, Alex. in l. 1. num. 90. & ibi Calaneb. nu. 33. vers. circa quod ff. de vulg. Ceph. cons. 321. num. 43. Nico Bell. lib. 3. suppu. cap. 1. num. 1. Trentac. de substit. part. 1. cap. 6. num. 2. vers. 3. mouentur, Cuiac. in d. §. 1. & ibi Hoto. Bnun.*
5 *Insti. per quas perso. nob. acq.* siue † id esset profectitium, siue aduentitium *d. §. 1. Inst. per quas perso. Et in specie declarat Stephar. in d. l. 1*
6 *num. 2. C. qui adm.* & siue † ex priuata, siue ex publica causa prouenisset: nam, & beiõ parta primis temporibus pleno iure patri quaerebãtur, *vt patebit ex ijs, quae dicemus infra num. 13.*
7 *& seqq.* Quod ideo fuerat receptum, quia, † cũ pater haberet potestatem, & eius vitae & necis in persona filij *l. in fuu. 11. in fu. ff. de lib. & posth. l. fin. C. de patr. pot.* Consequens fuit vt multo magis deberet habere ius in rebus, quippe, quae personam sequuntur. Quamobrem, & si paterf. sedabat arrogãdum, is mul cum persona ius transferebat etiam per quãdam consequentiam omnia sua bona in potestatem patris arrogatoris *l. pen. §. testamento ff. a'e*

ff. de bon. poss. sec. tab. l. si vsusfructus. 14. §. fin. ff. quand. dies leg. ced. §. 1. Inst. de acq. per arrog. Ad quod respiciens Dion. Hely. lib. 8. *Romani* inquit, *proprium nihil possident, quandiu patres eorum in vita manent sed, & pecuniæ, & corpora filiorum parentum potestati, arbitrioq; subijciuntur.*

Hinc eueniebat, vt filijf. non dicerentur ha-
8 bere patrimonium, sed peculium † *l. fin. C. de inoff. test.* idest, pecuniam a rationibus patris separatam *l. deposit. 5. § si. ff. de pecul.* non quidem respectu dominij; nam hoc erat patris *l. certum 14. C. fam. ercis. l. filia, licet. 12. C. de collat.* sed respectu administrationis, quippe, quę per peculij concessionem a patre factam censebatur illis tributa *l. qui peculij. 47. ff. de pecul. & in specie declarat gl. in d. l. certum. 14. in verb. peculia C. fam. ercis.* Quamobrem filijf. dicebantur pro rata peculij contrahere ex voluntate patris *l. etenim. 4 ff. de minor.* Eratque primis temporibus huiusmodi peculium vnius tantum
9 generis, † scilicet, quia sub eo continebantur omnia, quæ filiosam. ex quacunque causa, vel publica, vel priuata obuenissent.

Sed hoc ius obtinuit vsq; ad tempora Imperatorum, qui veteris iuris asperitatem paulatim emendaruut: Primum enim, vt inuitarent iuuentutem ad subeundum onus militię constitutionibus latis hoc filijsfa. militibus priuilegium indulserunt, vt, si quid in bello, vel occasione militiæ acquirant, id non quæratur amplius patri, sed fiat ipsorum filiorum proprium, & præ-
10 cipuum † *l. 1. § nec castrense. ff. de coll. bon. l. 3 §. secundum hæc ff. de don. int. vir. & vx. l. 3. §. Pōponius ff. de minor. l. a ff. ad Macedo. l. vlt. C. eod. l. ex nota. 10 ff. de castr. pecu. l. si filiusf. 4. C. fam. ercis.* ità, vt in eo habeantur pro patribusfam. *d. l. 2 ff. ad Maced. d. l. vlt. C. eod.* & de eo possint liberè, & pro arbitrio disponere, tam inter viuos, quam mortis causa, &, tam testando, quā donando *l. filiusf. 7 ff. de donat. l. vlt. C qui testa. fac. poss. §. 1. Inst. quib. non est perm. fac. testa.*

Hinc factum est, vt peculium, quod priùs
11 erat vnicum, cœperit esse duplex † castrense scilicet, & paganum *d. l. vlt. C. de inoff. test. tit. ff. de castr. pec.* Castrense, quod occasione militiæ quæritur *d. l. si filiusf 4 C fam. ercis.* paganū verò, quod cætera omnia bona continebat scilicet, quia a patrimonio patris sola castrēsia fuerunt ex Principum placitis exempta.
12 † V de Iuue saty. 16.

" quę sunt parta labore
Militiæ, inquit, *placuit non esse in corpore census,*
Omne tenet cuius regimen pater.

Verùm hęc exemptio non fuerat initio facta simpliciter, sed sub conditione, si filius vsus esset iure suo idest, de huiusmodi bonis di-
13 sposuisset † *l. vlt. in prin. ff. ad Tert. l. si seruus communis. 18. ff. de stip. seru. & in specie declarat Cuiac. in §. 1. Inst. per quas pers. nob. acq.* Itaque si de ijs, aut inter viuos, aut causa mortis disposuisset, nullum patri ius competebat, sed bona ipsa ad eum spectabant, cui filius reli-
14 querat. † *l. proponebatur 9. vers. dicebam ff. de castr. pec. §. 1. Inst. quib. non est perm. fac. test.* Quod, si non disposuisset, tunc manebat ius antiquum, idest ius illud, quod ante Principū
15 constitutiones obtinebat † *l. filiusf. 18. ff. ad l. Falc.* & pater occupabat bona filij, non tanquàm hæreditatem, sed tanquàm peculium perinde, ac, si nunquam fuissent ab eius patri-
16 monio exempta † *d. l. filiusf. 18. ff. ad l. Falc. l. 1. l. 2. & d. l. proponebatur 9 vers. sed cum nihil ff. de castr. pec. a § 1. Inst. quib. non est perm. fac. test. & declarāt Cin in l vlt § fin. siq. modo C. de bon. quæ lib. Bart in l. seruum filij 46. in prin ff. de leg. primo,* Quamobrem retrofingebatur eorum dominium etiam in vita filij
17 habuisse † *d. l. seruum filij 46. in prin. & ibi Bart. ff. de leg. primo, d. l. proponebatur. 9. vers. quibus ita ff. de castr. pecul. & l. 1. §. si is, qui bona ff. de collat. bono.*

Postea latæ sunt aliæ constitutiones, quibus cautum est, vt filijf. si quid acquirant occasione togatæ militiæ, puta ex causa magistratus, vel aduocationis, vel alia causa publi-
18 ca, id etiam habeant præcipuum † *d. l. 1. §. nec castrense ff. de collat. bon.* ita, vt de eo liberè possint disponere, non solum contrahendo, sed etiam testando *l. si. iussa. 7. ff. de donat. d. l. vlt. C. de inoff. test §. vlt. Inst. de mil. testa l. vlt. C. qui test. fac. poss.* Et hoc ad exemplum militum *d. § vlt. Inst. de mil. test.* scilicet, quia non solum magistratus, sed etiam aduocati censentur
19 milites † *l. aduocati. 14. C. de aduo. diuer. iudicio.* Exercent enim togatę munera militię, & sine sanguinis haustu mitia legitimo sub iudice bella mouent, vt ait *Ouid. ad Pisonem.* Quamobrem huiusmodi bona dicta sunt, quasi castrentia, seù, quasi castrense peculium *d. l. 1. §. nec castrense ff. de collat. bono. d. l. vlt. C. de inoff. test. d. §. vlt. Inst. de mil. test. l. cum oportet. 6. in fin. princ. C. de bon. quæ lib.* & quod priùs erat vnicum cœpit esse triplex, castrense quasi castrense, & paganum *d. l. vlt. C. de inoff. test.* quod cœtera omnia bona tam profectitia, quam aduentitia continebat, & patri secundum iuris antiqui regulas quærebatur. Itaque si filiof. delata fuisset hæreditas siuè contemplatione ipsius filij, quo casu dicitur aduenti-
20 tia † *vt in specie declarant gl. in l. 11. qui hæres. 13. § fin. in verb. neque filiusfa. & ibi Imol vers. Itē adde et ff. de acq. hæred. gl. in l. si quis mihi bona 25. §. iussum, in verb. iussum ff. eod.* Siuè contemplatione patris, quo casu dicitur
21 profectitia † *vt declarant gl. in d. l. 11. qui hæres 13. §. si. in verb. neque filiusf & ibi Bart in prin. ff. de acq hæred. gl. in d. l. si quis mihi bona. 25 §. iussum, in verb. Iussum ff. eo gl. in l. 1. in verb. transacto tempore, vers. quod vltimum, & ibi Cin. num. 10. vers. & verum Bart. num. 2. vers. de iure nouo, Bald. num. 13. Ang. in prin. vers. ibi, cum ignorante, & vers. In gl. super verb. Signo, de* Homod *num 55. Castr. nu. 7. vers. sed siessit. Ias num. 21. Iac. de Nigr. num. 28. vers. Item dicit gl. C. qui adm. ad bon poss. Cin in l. vlt. in prin. num. 6. & ibi Bald. num. 12. Castr. nu. 2. C. de bon. quæ lib. Castr. in d. l. 2. num. . C. de rep. bon. poss. Ias in l. renitēte 11. C. de iur. delib. Polit. de substit. tit. de vulg. part. 3. num. 24. vers. Facit 8. Cmato. in l legatum. 7. num. 26 ff. de leg. primo, Mantic. de con. vlt. vol. lib. 4. tit. 8 num. 25.* eam adeundo filius pleno iure patri acquirebat
22 † *l more. 8. §. impubes, & l. Paulus 90 alias est l. per curatorem. 89. vbi gl. in verb. acquisisse ff. de acq. hæred. l. cū oportet. 6. in prin. vers si quis itaq; C. de bon. quæ lib. l. 2. C. de patr. pot. & scribunt gl.*

in d.l.si quis mihi bona.25.§.iussum, in verb.iussum ff. de acq.her. gl. in d.l.1 in verb.emolumentum, & ibi Ang. in prin vers. in glo. super verb. Ias num.5. vers. & sic habes Purp. num.48.vers. prima conclusio C.qui adm. Duar.ad tit. ff. de vulg. cap. 10. Et simili modo acquirebat pleno iure legatum, vel fideicommissum quod
23 illi relictum erat † *l.qua legata 18.ff. de reg.iur. l.si uxorem.5.C.de condit. inser. l.si usufructus. 14.§.fin. ff.quand.dies leg. ced. Et scribunt Bart. in d.l.si,quis hares 13.§ fin.num. 10.& ibi Castr. num. 3.vers. In gl. eadem ff. de acq. hered, Castr. in l ex repudiatione. 26. num. 1. vers. Opp. & ibi Ias.num.2.C.de fideicom, Cimato.in l. legatum.7. num. 5.ff. de leg. pri.*

Sed postea ius antiquum mutatum est in bonis maternis,& cautum, vt ea non queçrantur patri,nisi iure vsusfructus *l.1.C. de bon.mater.d.l.cum oportet 6.in prin.C.de bon.quę lib.* Sed a quo,& quando fuerit hoc constitutum, magna est inter nostros controuersia : nam plerique censuerunt , hoc fuisse constitutum a Diuo Marco,& iure etiam Digestorum obti-
24 nuisse. † *In qua sententia post veteres quosdam glossatores, quorum opinionem refert glo. in d.l.si. quis haris 13.§.fin. in verb. neque filiusf. vers.alij dicunt ff de acq. hared.sui Richar. Malsib.quem ibi refert Bart.num.7. & in d.l.1. num.7. C.qui adm.& secuti sunt Polit. de subsit. tit. de vulg. part.3.num.24.vers.Considerandum. Alcia.lib.4. Parad.cap.3.& in l.1.nu.37.& ibi Cam.Plaut in vers.emolumentum etiam,nu.26.& seqq.& Massin.num. 163.vers. His tamen C. qui adm. & nouissimè Anto.Fab.lib. 7. Con.c.* 11. Moti sunt autem, vt ita sentirent.

Primo *l.cum oportet.6. in prin. C. de bon.qua*
25 *lib.* vbi Iustinianus scribit,† se inuenisse in veteris iuris obseruatione multas esse res aduentitias,quæ minime patribus acquirerentur, quales sunt res maternæ. Atqui ius vetus,cum dicimus, significamus ius Digestorum, *vt cōstat ex tit.C.de vet. iur. enucl.* Ergo, bona materna iure Digestorum patribus acquiri non solebant. *Ita arguunt Alcia.in d.l.1. nu. 38. vers. Et pro opinione,& ibi Massin.nu.269.vers.4. C.qui adm.*

Secundo moti sunt *l.filius.22.ff. de inoff.test.* vbi (secundum cōmunē intellectū) Tryphoni-
26 nus ait,† patrē qui testamētum vxoris nomine filij dicit inofficiosum, victoriç commodū non sibi,sed alij,hoc est,ipsi filio parare. Ergo patet etiā ex hoc loco,emolumentū maternę hæreditatis iure Digestorum non ad patrem, sed ad filium pertinuisse. *Ita arguunt Alcia.in d.l.1.num.37.& ibi Camill. Plaut. in verb. emolumentum etiam patri num. 27. vers suffragatur, & Massin.num.264 vers.2.C.qui adm.*

Tertio moti sunt *l.pen. ff. ad Tertul.* Vbi
27 Caius scribit † sacratissimi principis sui, hoc est,Diui Marci oratione cautum esse, vt matris intestatæ legitima hæreditas ad liberos, tametsi in aliena potestate pertineat: Nam,
28 cum pertinere non dicatur † nisi , quod cum effectu pertinet *l.si quis ex argentarijs.6.§ pertinere ff. de eden* cum verba cum effectu sint intelligenda *l.1.§. hae autem verba ff.quod quisq; iur. Et in proposito considerant Alcia.in d.l. 1.nu. 37 vers.vltra Richar.& ibi Camil.Plaut.in verb. emolumentum etiam patri nu. 33. & Massin. nu. 267.C.qui adm.* Qua ratione dicimus, ad nos ea tantum pertinere, quæ ad nostram spectãt vtilitatem, *vt videre est apud Bart. in d.l.si quis ex argētarijs.6.§ pertinere ff. de eden. Et in his terminis cōsiderant Alcia.in d.l.1.nu. 37. vers. vltra Richar.& ibi Massin.nu. 268.* Et hæreditas matris dicatur ex Diui Marci oratione pertinere ad filios etiam in patris potestate constitutos *in d.l. pen.* Consequens videtur, vt censeatur pertinere cum effectu, ita,vt eius commodū, & vtilitas , quæ in proprietatis acquisitione consistit,filio acquiratur. *Ita arguunt Alciat.in d.l.1.n 37 vers.vltra Richar.& ibi Camil. Plaut. in verb. emolumentum etiam patri numer.33.& Massin.num. 265.* Confirmatur hoc ex illa,dictione,etiam, quæ tamquam implicatiua si-
29 gnificat,† matris hæreditatem,non solum ad filios,qui sui iuris sunt pertinere,sed etiam ad eos,qui sunt in potestate patris:nam,quia verbum illud,pertineat,tamquam vna determinatio respiciens duo determinabilia debet ea pariformiter determinare *l.iam hoc iure.4.ff. de vulg.l.quamuis.4.C. de impub. & al. subst.* & filios,qui sunt sui iuris,ita determinet, vt ad eos pertineat matris hæreditas iure proprietatis *l.1.§.1.ff.si quis a par.fuit.man.* Consequens videtur,vt etiam iure proprietatis debeat determinare filios in patris potestate constitutos: *Ita arguit Camil.Plaut. in d.l.1. in verb. emolumentum etiam patri,num 33.*

Nec obstat, si dicatur, verbum , pertineat
30 ibi positum , non referri † ad acquisitionem quę cum effectu fit,sed ad simplicem delationem , aut saltem acquisitionem illā primordialem, quæ fit filio , a quo deinde transit in patrem, *secundum ea , quæ dicemus infra num. 483. Et in proposito declarant gl. in d.l.si quis hæris.13 § fin in verb.neq; filiusfa.vers Alij dicunt ff.de acq.hæred.Gozad. in d.l.1.num.7.vers. Non obstat text. Zucear. num. 80. & Cagn. num.58. C.qui adm.* quia , cum huiusmodi peruentio non fit,nisi momentanea , Consequens videtur, vt de ea non possit intelligi verbum per-
31 tinere † *l.si § si in si C.de bon qua lib. Et in proposito considerant Alcia.in d.l.1.nu.37 vers.vltra Richar.& ibi Iac.de Nigr num.12 vers.3 aliter, & Camil.Plaut. in vers. emolumentum etiam patri,num.33.& Massin.num.266.*

Minus obstat, si dicatur, posse etiam verbū
32 pertinere, intelligi † cum effectu, & vtilitate non pręsenti,sed futura, scilicet, quia filius,ad quem matris hæreditas pertinere dicitur, habet spem eam consequendi saltem post mortem patris,cui heres existet *§. 1. Inst. de hered. quę ab int. def. Et in proposito respondet Nico. Bello.d.lib.4 supp. cap.5.num.3.* quia, cum hæc vtilitas consistat in sola spe, Consequens est, vt non debeat haberi in consideratione, *Ita respondet Alciat.in d.l.1.num.37.vers.vltra Richar.*

Denique non obstat , si dicatur, quod ibi scribit Caius, fuisse Diui Marci oratione cau-
33 tum, esse † illud ipsum, quod induxit Senatusconsultum Orficianum,vt scilicet matris hęreditas pertineat ad filium , etiam in patris potestate positum, *sicuti patere videtur ex prin. tit. Inst. de Orfic.* quia , si hoc esset verum; aut frustra Diuus Marcus id oratione sua constituisset, quod iam Senatusconsulto Orficiano fuerat inductum, *vt considerat Massin.in d.l.1. nu. 269.* aut perperam dixisset Caius,id fuisse

eam;

cautum oratione Diui Marci, quia hoc modo Orficiũ legis a se latæ titulo defraudasset, quod esset absurdum, *& contra l. 2 §. tanta C. de vet. iur. enucl. vt considerat Alcia. in d. l. 1. nu. 37. vers. inducitur etiam;* Nec dicas, Diuum Mar-
34 cum id oratione sua comprehendisse, † iuris potiùs antiqui declarandi, quam noui constituendi gratia *vt respondet Seb. Sap. in d. l. 1. nu. 53. vers. sed contra*, quia, cum dicat Caius, hoc Diuum Marcum cauisse, intelligimus, eum de noui iuris inductione, non de veteris declaratione sensisse, *vt Sap. reprobando considerat Zuccard. in d. l. 1. num. 79.* Magis igitur est, vt Senatusconsulto Orficiano fuerit quidem cautum; vt matris hæreditas deferatur filio, etiam in patris potestate constituto, sed, vt iure proprietatis acquiratur filio, nõ Orficiano Senatusconsulto, sed Diui Marci oratione fuerit cautum, maximè, cum Capitolinus in vita Marci Antonini, qui regnauit vna cũ Antonino Pio, & a Iureconsultis Diuus frater appellatur, scripserit eum legem tulisse de bonis maternis, *vt animaduertit Alcia. in d. l. 1. num. 37. vers. Facit etiam, & probat ibi Massin. num. 271.*

Quarto moti sunt *l. 1. C. qui adm. ad bon.*
35 *poss.* vbi Seuerus, & Antoninus † loquentes (secundum multorum opinionem) de successione materna, scribit, bonorũ possessionẽ filiof. delatam, si ab eo agnoscatur patre ignorante, & postea à patre rata habeatur, emolumentum etiam patri esse allaturam. Itaque per illam dictionem, etiam, quæ est implicatiua, significant, emolumentum acquiri filio, sed ratihabitione secuta acquiri etiam patri. Atqui, quod de filio dicitur, non potest intelligi respectu vsusfructus, quippe, qui soli patri, etiam iure nouissimo quæritur *l. 1. C. de bon. matr.* Ergo necessariò debet intelligi respectu proprietatis, & consequenter probat hic locus, bona materna, etiam tempore Seueri, & Antonini, & sic multò ante Constantinũ filiof. iure proprietatis acquiri consueuisse. *Ita arguunt Camil. Plaut. in d. l. 1. super verb. emolumentum etiam patri num. 26. & ibi Massin. num. 264 C qui adm.*

Quinto fortissimum huius opinionis argumentum duci potest ex *l. qui in aliena. 6. in prin. ff de acq. hared.* vbi Vlpianus, *Qui in aliena est potestate* inquit, *non potest inuitum hæreditati obligare eum, in cuius est potestate, ne aris alieno pater obligetur. Sed in bonorum possessione placuit rata haberi quam citra voluntatem agnouit is, qui potestati subiectus est. Sed & si legitima hæreditas matris filio delata sit ex Senatusconsulto Orficiano, idem erit probandum;* Nam ex his
36 verbis intelligimus, † etiam iure Digestorum matris hæreditatem habuisse quid diuersum ab alijs hæreditatibus filiofa. delatis, scilicet, quia potuit rata haberi eius agnitio, cum alioquin in alijs hæreditatibus hoc fieri non potuerit: Nec enim recipienda est sententia *glo. ibi, in verb. idem erit probandum, & aliorum* existimantium, illa verba *idem erit probandum*, non esse referenda ad secundum, & immediatè præcedens dictum, sed ad primum, quasi Vlpianus hoc significare voluerit; in materna hæreditate idem esse probandum, quod priùs dixerat de alijs hæreditatibus, vt scilicet nec ipsi potuerit adiri, inscio, aut inuito patre, non etiam, vt, & ipsa potuerit rata haberi exemplo bonorum possessionis, quoniam hæc interpretatio, tamquam repugnãs veterum Iurisconsultorum mori & recte loquendi rationi, non est aliquo modo recipiẽda, scilicet quia, cum his verbis, *sed, & si*, aliqua subijcitur oratio, solet ad proximam, & immediatè præcedentem iuris dispositionẽ referri, & illam extendere ad speciem, quæ postea proponitur, propterea quod illa verba sed, & si, denotant facti diuersitatem, sed idẽtitatem iuris, quod in proximè præcedenti dicto continetur, *vti videre est in l. heres palam. 21. § si quid post, vers. sed & si ff. de testa. l. si quis posthumos. 9. § si filium, vers. sed & si ff. de lib. & post & alibi passim.* Vnde, cùm ius in proximè præcedenti dicto expressum sit, vt rata possit haberi agnitio, Consequens est, vt hoc idem sit probandum in materna hæreditate & in hoc illa differat a cæteris, quæ iuris diuersitas non videtur ex alia causa prouenire, quam ex diuersitate acquisitionis, scilicet, quia cæteræ hæreditates aduentitiæ pleno iure patri quærebãtur, ideoq; patris iussum exigebant, materna verò non quærebatur, nisi iure vsusfructus, Ideoque potuit rata haberi.

Sexto confirmari videtur hæc sententia *l. is qui hæres. 13 § fin. cum l. seq. ff. de acq hæred.* vbi Vlpianus, *Neq; filiusf. repudiando sine patre* inquit, *neque pater sine filio alteri nocet, vtrique autem possunt repudiare*, Deinde subijcit Paulus, *Idem etiam est, si legitima hæreditas filijs obuenit:* Nam ex his etiam verbis intelligimus,
37 † hæreditatem matris habuisse quid singulare in quo distingueretur a cœteris hæreditatibus quia alioquin frustra Paulus subiecisset eius tractationem ab alijs distinctam. Hæc autem singularitas non videtur in alio consistere quam in iure acquisitionis. Verisimile igitur est, bona materna filijs etiam iure Digestorum quoad proprietatem acquiri consueuisse. *Et ita locum illum perpendit Polit. de substit. tit. de vulg. part. 3. n. 24 vers. considerandum.*

Septimo facit *l. 2. C de Orfic.* vbi Diocletianus, & Maximianus, *Non pro numero superstitum mortis matris tempore*, inquiunt, *sed succedentium materna scinditur hæreditas. Quapropter, si mater vestra te, & vno fratre emancipatis, duobus autem alijs in patria positis potestate superstitibus diem functa est, & ij qui in potestate patris fuerant, prius, quam maternam hæreditatem sibi quærerent, rebus humanis exempti sunt, inter duos tantum viriles non ambigitur factas portiones:* Nã hic diligenter ponderanda sunt illa verba, *priùs, quam maternam hæreditatem*
38 *sibi quærerent*, quippe, quæ significant, † potuisse filios maternam hæreditatem sibi acquirere, non obstante, quod essent in patris potestate, sed non quæsiuisse, quia morte præuēti sunt. Ergo patet ex hoc loco, etiam tempore Diocletiani, & Maximiani, qui fuerunt ante Constantinum, bona materna filijs acquiri consueuisse. *Ita arguit Massin. in d. l. 1. num. 269. vers. 5.*

Octauo prædicta videntur ea ratione confirmari, quia nullum est inter ius Codicis, & ius Digestorum constituendum discrimen, cum Iustinianus voluerit omnium volumi-

num vnam esse iuris consonantiam, ita, vt
nihil sit, quod alteri repugnet, siue in Pande-
ctis, siue in Codice reperiatur, & siue consti-
tutio ab vno, siue ab alio Imperatore lata sit,
39 † &, si quid esset in antiquis libris, quod nouo
iuri repugnaret, potuerint compilatores id
mutare, & ad illud ius, quod tempore Iusti-
niani seruabatur, accommodare, etiam con-
torquendo verba veterum Iurisconsultorum
l.1.§.hoc etiam C. de vet. iur. enucle. Atqui cer-
tum est, de iure Codicis bona materna ac-
quiri filijsfa. iure proprietatis *d. l. 1. C. de bon.
mat. d.l. cum oportet. 6. in prin. C. de bon. quæ lib.*
Ergo dicẽdum est, eodem modo acquiri etiã
de iure Digestorum. *Ita arguit Camil. Plaut.
in d.l.1. in verb emolumentum etiam patri nu. 27.
34. & 37. vers. Deniq; & post eum Massin. ibi,
num. 274. & seqq.*

Verùm his non obstantibus mihi verius
videtur, quod alij frequentiùs tradiderunt,
scilicet bona materna iure Digestorum, &
verò etiam Codicis ante Cõstantini tempo-
ra pleno iure patri acquiri consueuisse exem-
40 plo aliorum aduentitiorum. † *Ita enim censue-
runt gl. in d.l. si, qui hæres. 13.§.fin. in verb. neq;
filiusfa. vers. alij dicunt. & ibi Bart. num. 7. Ang.
vers. In ea gl. ibi, Castr. num. 3. vers. Opp. extra gl.
ff. de acq. hæred. Cin. in d.l.1. num. 7. vers. Ego nõ
discedo, & ibi Bartol. num. 7. Bald. num. 28. Ang.
in prin. vers. Dic, imo, Castr. num. 4. vers. In text.
ibi etiam patri, Signar. de Homod. num. 56. Alex.
num. 5. Ias. num. 5. vers. Istud limitabat, Dec. in
prim lect. num. 13. Gozad. num. 7. vers. mihi pla-
cet, Iac. de Nigr. nu. 43. Seb. Sap. num 48. Zuccar.
nu. 72. Ign. nu. 9. vers. Ego non recederem, Purp.
num. 49. Cagn. num. 55. C. qui adm. Nico. Bello.
lib. 3. suppu. cap. 1. num. 1. & lib. 4. cap 4. num. 1.
vers sed hic text. & cap. 5. num. 2. vers. non tamen,
Cuiac. ad tit. C. de repud. bon. poss. & in antiq. not.
ad §. 1. Inst. per quas perso. nob. acq.* Non mo-
ueor autem, vt ita sentiam ijs locis, in quibus
generaliter scribitur, filiumf. omnia patri suo
acquirere consueuisse, *quos retulimus supra
num. 4.* quia facilè possunt euitari, dicendo,
eos intelligi regulariter, sed limitari in bonis
maternis, sed moueor

Primo *l. 1. C. de bon mater.* vbi Cõstantinus.
Res, inquit. *quæ ex matris successione, siuè ex te-
stamento, siue ab intestato fuerint ad filios deuo-
luta, ita sint in parentum potestate, vt vti fruendi
duntaxat habeant in diem vitæ facultatem, do-
minio videlicet earum ad liberos pertinente:*
Diligenter enim ponderãda sunt illa verba,
ita sint, & illa, *habeant in diem vitæ facultatem*,
41 quæ tamquam præceptiua denotant, † hanc
constitutionem ius nouum continere, *vt & in
l. 1. C. de sacr. Eccl.* Alioquin, si hoc ipsum tem-
poribus Iurisconsultorum, & ante Constan-
tinum obtinuisset, non imperatiuè locutus
esset Imperator, sed relatiuè, vtendo verbis
indicatiui, aut subiunctiui modi, puta dicen-
do, certum, seu, certi iuris est, vel, habet facul-
tatem, potest, & similia. Cum igitur locutus
sit præceptiuè, satis apertè ostẽdit, se primum
omnium constituisse, vt bona materna filijsf.
acquirantur iure proprietatis, solo vsufructu
patri reseruato, *vt in proposito considerant gl. in
d.l. si, qui hæres. 13.§. fin. in verb. neq; filiusf. vers.
Alij dicunt, & ibi Castr. num. 3. vers. Opp. extra
gl. ff. de acq. hæred. Sign. de Homod. in d.l. 1. nu. 56
& ibi Ang. in prin. vers. Dic, imo, Castr. num. 4.
vers. In text. ibi, etiam patri, Ias. nu. 5. vers. Istud
limitabat, Gozad. num. 7. vers. mihi placet, Iac. de
Nigr. num. 43. vers. contrarium Zuccard. nu. 72.
vers. prim. Ign. num. 8. & 9. vers. Ego non recede-
rem C qui adm. & Cuiac. in d. tit. C. de rep. bon.
poss.*

Secundo moueor *l. si filius meus. 21. ff. si quis
om. cau. testa.* vbi Iulianus. *Si filius meus a matre
sua hæres scriptus fuerit*, inquit, *& ego testamenti
causa omissa bonorum possessionem eiusdem filij
nomine petiero, actio legatorum in me dari debe-
bit, non secus, ac, si ipse hæres scriptus omissa causa
testamenti bonorum possessionem ab intestato ac-
42 cepisset?* Nam, † cum pater non aliter credito-
ribus & legatarijs obligetur, & ab ijs possit cõ-
ueniri, quam, si hæreditas illi fuerit quæsita,
vt ostendemus infra num 223. & in hac specie
conueniatur a legatarijs, non obstante, quod
tractetur de hæreditate materna, Consequẽs
est, vt censeatur illi acquisita. *Et ita per hunc
text censuerunt Bart. in d l. si, qui hæres. 13.§. fin.
num. 7. ff. de acq. hæred. Sign. de Homod. in d. l. 1.
num. 56. vers. & est text. & ibi Zuccard. num. 74.
Ign. num. 8. vers. & adducunt C. qui admitt.*

43 Nec est, quod respondeas, hanc legem † esse
Iuliani, qui fuit ante Marcũ Imp., cuius ora-
tione dicitur cautum, vt bona materna filijsf.
acquirantur: Vixit enim temporibus Hadria-
ni, cui etiam perpetuum edictum dedicauit,
*vt constat ex l. 2. § si quid igitur Cod. de vet. iur.
enucl. & l. si quis seruum. 10. Cod. de cond. indeb.*
ideoq. nil mirum, si censuerit, maternam hę-
reditatem pleno iure patri acquiri, cum eo tẽ-
pore nondum esset constitutum, vt eius pro-
prietas filio quęreretur, *sicuti respondent Alcia.
in d.l. 1. nu. 37. vers. & hãc partem, & ibi Massin.
num. 271. C. qui adm.* quia ex ijs, quæ mox di-
cturi sumus *in responsione ad l pen. ff. ad Tertul.*
facile erit intelligere, falsum esse, quod dici-
tur, oratione Diui Marci cautum esse, vt pro-
prietas bonorum maternorum filijsfa. acqui-
ratur, cum hoc primus omnium induxerit
Constantinus *in d. l. 1. C. de bon. mater. vt nos
diximus supra num. 41.* Itaq;, non solum tem-
pore Iuliani, sed etiam temporibus aliorum
Iurisconsultorum bona materna pleno iure
patri quærebantur.

Minus est, quod respondeas, Iulianum ibi
44 † loqui de patre, qui filij nomine bonorum
agnouit possessionem, vel in casu permisso,
vt, quia filius fuerit infans *l. seruus. 7. §. impubes
ff. de bon. poss. Et in proposito respondet Camil.
Plaut. in d.l. 1. in verb. emolumẽtum etiam patri,
num. 12. C. qui admit.* vel, si infantiam exces-
serat, eam agnouit ex mandato ipsius filij, &
sic, tamquam procurator ab eo constitutus,
idque patere ex eo, quia alioquin necessaria
fuisset eius ratihabitio, de qua tamen nullum
ibi verbum legitur, *vt respondendo considerat
Alcia. in d. l. 1. num. 38. C. qui adm.* quia, cum
dicat Iulianus, dari in patrem actionem lega-
torum, apparet, eum supponere, emolumen-
tum bonorum possessionis, tametsi agnitæ
nomine filij esse patri quæsitum, *vt considerat
Zuccard. in d.l. 1. num. 74. C. qui adm.*

Nec dicas, dari in patrem filij nomine, &
45 sic † tamquam in administratorem bonorum
ipsius filij, vt euenit in omnibus casibus, in
quibus filio quæritur proprietas, patri verò
vsusfructus

vsusfructus *l. vlt. §. vbi autem in vnum C. de bon.*
quę lib. Et in proposito respondent Alcia. in d. l. 1.
num. 18. vers. Nec contra. & ibi Camil. Plaut. in
verb. emolumentum etiam patri num. 12. vers. 2.
& 6. Massin num 271. C. qui adm. quia, cum di-
cat Iulianus, perinde in eum dari actionem,
ac, si ipse (scilicet pater, *vt rectè ibi declarat gl.*
in verb. ipse, nō verò ipse filius, *vt malè putauit*
Zuccar. in d. l. 1. num. 74. C. qui adm. cum subse-
quens verbum, *accepisset*, ostendat, Iulianum
ibi de patre, non etiam de filio loqui, & hoc
significare, perinde in eum dari actionem, ac,
si ipse, scilicet pater) hæres institutus omissa
causa testamenti bonorum possessionem ab
intestato agnouisset. Consequens est, vt velit
actionem dari in patrem, quasi in dominum,
siue hæredem factum per filium, non verò,
quasi in administratorem bonorum ipsius fi-
lij, scilicet, quia si ipse fuisset hæres institutus,
nō, vti procurator, siue administrator, & alie
no nomine sed, vti dominus, & nomine pro-
prio conueniretur.

Nec est, quod respondeas, illa verba, *non-*
46 *secus*, denotare † similitudinem respectu le-
gatorum, non etiam respectu acquisitionis
dominij, *vt respondet Camil. Plaut. in d. l. 1. in*
verb. emolumentum etiam patri, num. 12. vers. 3.
C. qui adm. quia, licet comparatio fiat in præ-
statione legatorum, per necessarium tamen
antecedens cēsetur etiam fieri in proprietatis
acquisitione: Nam pater non aliter potest a
legatarijs conueniri perinde, ac, si ipse fuisset
hæres institutus, quam, si simus in casibus, in
quibus ipsi patri hæreditas acquiratur, *ut ostē-*
demus infra num. 223.

Tertio moueor *l. filiusfa. 91. ff. de acq. hæred.*
vbi Paulus, qui fuit post tēpora Diui Marci,
Filiusfa. duxit uxorem, inquit, *ea filijs sublatis*
intestata decessit filij iussu patris, non aui adierūt
hæreditatem Quæro, an auo acquisita sit hæredi-
tas? Paulus respondit. secundum ea, quę propone-
rētur, nihil actum esse: Nam eo ipso, quod quę
47 rit, † an hæreditas sit auo acquisita, & respon-
det, nihil actum esse, idest, nulli cēseri acqui-
sitam, eo, quod nepotes, non iussu aui, in cu-
ius erant potestate, sed iussu patris, cui, tam-
quam in alterius potestate existenti, non po-
terant acquirere, hæreditatem adierunt, satis
apertè ostēdit, si aui iussu fuisset facta aditio,
debuisse hæreditatem ipsimet auo acquiri, &
consequenter probat hic locus, maternam
hæreditatem, etiam post tēpora Diui Marci,
non ipsis filijs, sed eorum parentibus acquiri
consueuisse. *Ita arguunt Bartol. in d. l. is qui*
hæres. 13. § fin. num. 7. ff. de acq. hæred. Gozad. in
d. l. 1. num 7. vers. mihi placet, & ibi Ign. num. 8.
vers & adducunt C. qui adm.

Nec est, quod respondeas, argumentum,
48 quod ex hoc loco ducitur, † esse a contrario
sensu quod admitti non debet, quoties ex eo
resultaret aliquod absurdum *l. conuenticula.*
15. & ibi Bald. C. de episc. & cler. l. 2. vbi etiam
Bald. C. de cond. insert. prout resultaret in pro-
posito, scilicet, quia induceretur correctio *l.*
filius. 22. ff. de inoff. & l. pen. ff. ad Tert. & ius Co-
dicis censeretur ius Digestorum correxisse,
vt respondet Alcia. in d. l. 1. num. 38. vers. Ad l. fi-
liusf. C. qui adm. quia verius est, nullum inde
absurdum resultare: Non enim resultat pri-
mum, quia *l. filiusfa.* non potest dici, aut *l. fi-*
liusf. aut *l. pen.* correxisse quippe, quę non pro-
bant, maternam hæreditatem tunc temporis
acquiri consueuisse filijsfa. iure proprietatis,
vt postea demonstrabo; Minus secundum, quia
licet ius Codicis correxerit ius Digestorum,
non tamen hoc debet censeri absurdum, cum
in iure sit frequentissimum, *vt constat ex l. cū*
oportet. 6. in princ. C. de bon. quæ lib. l. 1. l. 2. C. cō-
mu. de leg. st. & innumeris alijs locis.

Minus est, quod respondeas, dato etiam,
quod a contrario sensu probet, si iussus aui in-
teruenisset, aliquid actum fore, esse tamē hoc
49 ita intelligendum, † vt auo debuerit acquiri
vsusfructus non proprietas, *sicuti respondent*
Alcia. d. lib. 4. Parado. cap. 3. Camil. Plaut. in d.
l. 1. in verb. emolumentum etiam patri, num. 10.
vers. 2. & num. 11. & ibi Massin num. 272. C. qui
adm. quia verius est, imo probare, debuisse ac
quiri proprietatem, Primò, quia Paulus ibi
quęrit, *an auo acquisita sit hæreditas*, quę res nō
posset verificari in acquisitione vsusfructus,
quia quoties is tantum parenti quæritur, nō
dicitur ei quęri hæreditas, sed vsusfructus; qui
multum ab hæreditate differt. Itaque hęredi-
tas dicitur quæri filio, non patri, & per filium
dicitur pater fieri vsufructuarius, non hæres
vt ostendemus infra num. 162. Secundo, quia si
solus vsusfructus debuisset auo acquiri, non
fuisset necessarius eius iussus, scilicet, quia ius-
sus ideò requiritur, quia alioquin pater, vel
auus inscius, aut etiam inuitus ęri alieno obli-
garetur *d. l. qui in aliena. 6. in princ. ff. de acq. hę-*
red. & nos etiam dicemus infra num. 204. & 340.
At hæc ratio cessat, quoties parenti non ac-
quiritur proprietas, sed solus vsusfructus, quia
tunc, non pater, sed filius fit hęres, nec per adi-
tionem obligatur pater, sed filius, *vti postea*
ostendimus Ergo, quoties patri non acquiritur
proprietas, non est eius iussus necessarius. Cū
igitur ibi fuerit necessarius non obstante,
quod tractaretur de hæreditate materna, Cō-
sequens est, vt fuerit necessarius ad acquisi-
tionem proprietatis, nō etiam ad acquisitio-
nem solius vsusfructus: Nam adhunc finem
sufficeisset ratihabitio, & sequens consensus,
vti postea latiùs ostendemus.

Quarto moueor *d. l. qui in aliena. 6 in prin.*
ff. de acq. hær. cuius verba retulimus supra post
num. 35. Nam, siuè dicamus, illa verba, *idem*
50 *erit probandum*, referri † ad primum dictum
vt nostri passim supponunt, siuè dicamus re-
ferri ad secundum, vt nos verius arbitramur,
sicuti ostendimus supra nu. 36. & ostendemus in-
fra num. 311. semper hic locus probat, mater-
nam hęreditatem iure Digestorum non filio,
sed patri acquiri consueuisse: Nam, si referā-
tur ad primum dictum, & significant, mater-
nam hæreditatem non posse adiri, nisi iussus
patris præcedat, vt nostri frequentiùs arbitran
tur, haud dubiè probāt, in aditione maternæ
hæreditatis tractari de obligando patre, ideo-
que non posse fieri sine ipsius voluntate, &
iussu, ne alioquin oneribus hæreditarijs ob
stringatur, *vt dicitur in primo dicto.* Atqui hoc
dici non posset, si per filium non acquireretur
patri, nisi vsusfructus, quia tunc non obliga-
retur pater, sed filius, *vt diximus supra nu. 44.*
& latiùs dicemus infra num. 341. eaque ratione
non requireretur in aditione ipsius iussus, *vt*
ostendemus infra num. 328. Ergo ex eo, quod

Vlpia-

Vlpianus requirit precedentem patris iussum etiam in aditione maternæ hæreditatis, colligimus, necessariò eum supponere, etiam huiusmodi hæreditatem debere patri acquiri, & eum oneribus hæreditarijs adstringere. *Ita arguunt Zuccar. in d. l. 1. num. 75. C. qui adm. Nico. Bello. d. lib. 4. suppu. cap. 4. nu. 1. vers. 2. & Cuiac. ad tit. C. de repud. bono. poss.* Sed & si referantur ad secundum dictum, & significent, id, quod de bonorum possessione dictum est, vt scilicet possit rata haberi, procedere etiam in legitima hæreditate matris, vt nos verius arbitramur, adhuc probat hic locus, eam pleno iure patri acquiri, quia, nisi iure proprietatis acquireretur, res fuisset posita extra omnem dubitationem, cum certi iuris sit, posse hæreditatem adiri inscio patre, quoties ea non debet illi acquiri, *vt ostendemus infra num. 327. & seqq.* Atqui Vlpianus ibi supponit, rem fuisse dubiam, eo ipso, quod dictum de bonorum possessione extendit ad legitimam hæreditatem, per illa verba, *sed & si*, quæ, tanquam extensiua denotant casum magis dubitabilem. Ergo sentit etiam maternam hæreditatem patri acquiri.

Quinto moueor *l. 1. §. qui operas ff. ad Tert.* vbi Vlpianus *Qui operas suas, vt cum bestijs pugnaret, locauit,* inquit, *quiuè rei capitalis damnatus, neq; restitutus est ex Senatusconsulto Orfitiano ad matris hæreditatem non admittebatur sed humana interpretatione placuit, eum admitti. Idem erit dicendum, & si hic filius in eius sit potestate, qui in causa suprascripta sit, posse eum ex Orfitiano ad-*
51 *mitti:* Nam † eo ipso quod dictum de filio, qui locauit operas suas, vt cum bestijs pugnaret extendit ad filium existentem in potestate patris, qui est in causa suprascripta, idest, qui locauit operas suas, vt cum bestijs pugnaret, ostendit in posteriore casu tractari de hæreditate, quæ ipsimet patri debuit acquiri, quia alioquin nulla fuisset dubitandi causa, cum certi iuris sit factum patris, non posse nocere filio in ijs, quæ patri non quæruntur. *Ita arguunt Nico. Bello d. lib. 4. suppu. cap. 4. num. 1. vers. 3. & Cuiac. ad tit. C. de rep. bono poss.*

Sexto adducunt nonnulli § 1. *Inst. per quas pers. nob. acq.* vbi Iustinianus. *Igitur liberi vestri vtriusque sexus,* inquit, *quos in potestate habetis, olim quidem quicquid ad eos peruenerat, (exceptis videlicet castrensibus peculijs) hoc parentibus suis acquirebant sine vlla distinctione;* Nam ex his
52 verbis † multipliciter deducunt argumentũ, & primo ponderando illam dictionem, *quicquid*, quæ, tanquam vniuersalis omnia omnino bona complectitur *l. Iulianus. 66. in prin. ff. de leg. 3.* Ergo etiam materna. Secundo arguendo ab exceptione: nam, quia exceptio in vno casu confirmat regulam in casibus nõ exceptis *l. nam quod liquidę 4. § fi. ff. de pen. leg.* & ibi sola castrensia, & eorum appellatione etiam quasi castrensia, excipiuntur. Consequens est, vt in alijs, & per consequentias etiã in bonis maternis confirmetur regula, quæ est, vt olim omnia patri quærerentur. Tertio ponderando illa verba, *sine vlla distinctione;* nam ex ijs ita inferunt. Ergo, siuè sint profectitia, siuè aduentitia, & siuè, quoad proprietatem, siuè quoad vsumfructum. Quarto demum considerando, quod Iustinianus, sicut excepit castrensia, ita etiã materna excepisset si eorum proprietatem sibi filius quæsiuisse. *Ita arguunt Gozad. in d. l. 1. num. 7. vers. mihi placet, & ibi Zuccard. nu. 72. vers. a. C. qui admitt. Nico. Bello. d. lib. 4. suppu. cap. 4. num. 1. vers. Pro qua.*

Verùm, vt liberè dicam, quod sentio, puto nullam esse vim huiusce loci quia certum est illa verba, *olim quidem*, a Iustiniano referri,
53 † non ad ius antiquissimũ, sed ad illud, quod ante constitutiones a se latas obtinebat; Hoc enim dicit, vt ostendat, in quo ius pristinum commutarit. Atqui tempore Iustiniani iam vigebat lex Constantini, quæ bona materna distinxerat a cœteris, *vt ostendemus infra num. seq.* Ergo non potest Iustinianus censeri sub regula voluisse comprehendere, etiam bona materna sed regulam tantum generalẽ proposuisse, quę tamen certis casibus iam fuerat limitata. Nec obstat, quod exceperit castrensia, quia hoc ideò factum est quia hęc ne iure quidẽ vsusfructus patri quęrebãtur, ideòq; simpliciter poterant excipi a regula. At bona materna tunc temporis acquirebantur patri, si non iure proprietatis, saltem iure vsusfructus. Ergo non poterant excipi cum castrensibus. Quamobrem huius sentẽtię comprobatio ex superioribus locis est sumenda.

Neque huic sententiæ obstant contraria: Ad primum enim respondeo ius vetus non semper significare ius Digestorum, sed, vt plurimum denotare ius illud, quod ante nouam constitutionem obtinuit, *vt ostendimus in 2. cap. q. 1. num. 28.* maximè, si viguit multò ante, quam noua constitutio promulgaretur Vnde, cum a tempore Constantini vsque ad tempora Iustiniani plus, quàm ducentum effluxerint anni, ideò nil mirum, si Iustinianus
54 † ius illud, quod ex lege Constãtini profluxit ius vetus appellarit *in d. l. cũ oportet. 6. in princ. Ita in proposito respondent Gozad. in d. l. 1. num. 7. vers. Non obstat l. cum oportet, & ibi Zuccard. num. 80. vers. Nec opinioni communi Cagn. nu. 57. vers. Ad l. cum oportet C. qui adm. Nico. Bello. d. lib. 4. suppu. cap. 5. num. 5. vers. Non obstat vltimo.* Maximè, cũ vetus etiam appellet illud ius, quod lucra nuptialia voluit iure proprietatis acquiri filijsfa. quod multo post Constantinum fuisse a Theodosio, & Valentiniano constitutum patet ex *l. 1. C. de bon. quæ lib. Et in his terminis considerant Gozad. in d. l. 1. num. 7. vers. Non obstat l. cum oportet, & ibi Zuccard. num. 80. vers. Nec opinioni communi C. qui adm. & Nico. Bello. dict. libr. 4. suppu. cap. 5. num. 6.*

Ad secundum verò *deductum ex l. filius. 22. ff. de inoff.* non potest commodè responderi, nisi priùs eiusce loci sententia diligenter ex-
55 plicetur. Quærit igitur ibi Tryphoninus, † an, si mater in testamento filium prçterierit, & pater, qui eum habet in potestate, legatum sibi in eo relictum acceptauerit, vel, cum esset a testatrice institutus, eius hęreditatẽ adierit possit filius proponere querelam, & matris testamentum dicere inofficiosum. Dubitationem faciebat illud, quia, quoties testamẽtum approbatur ab eo, de cuius interesse, & commodo tractatur in querela, non potest amplius ea proponi, quia per talem approba-
56 tionem censetur ei renunciatum † *l. si pars. 10. §. fin.*

§ fin. l. nihil interest, 12. in prin. & l. si is qui 31. §. fin. ff. de inoff. Sed in specie proposita testamē
tum per acceptationem legati, vel hæredita-
tis aditionem a patre factam fuit approba
tum ab eo, de cuius interesse, & commodo
tractatur in querela, scilicet, quia commodū
& emolumentum, quod ex ea percipi potest
inspecto iure Digestorum non est futurum fi-
lij, sed patris, quippe cui filius omnia com-
moda, & incommoda eo iure acquirit, *vt ostē-
dimus supra num.* 4. Ergo propter hanc appro
bationem non videtur filius posse inofficiosi
testamenti querelam proponere.

Sed hoc non obstante contrarium ibi de-
57 terminat Tryphoninus, † &, *Filius*, inquit, *non
impeditur, quominus inofficiosum testamentum
matris accuset. si pater eius legatum ex testamento
acceperit, vel adierit hæreditatem, quamquam in
eius est potestate*. Cuius decisionis illa videtur
58 esse ratio, quia, † cum in querela tractetur de
repellenda iniuria, siue nota, quæ per exhære-
dationem, aut præteritionem illata censetur
59 † *l. non est enim. 4 ff. de inoff. testa. l. cum te. 18. &
l. filijs matrem. 25. C. eod. l. non putauit. 8. in prin.
ff. de bon. poss contra tab. l. maximum vitium. 4. C.
de lib prat. l. multi non nota 18. ff. de lib. & posth.
§ has autem dispositimus, Auth. vt, cum de app.
cogn. coll. 8. & nos etiam dicemus infra num.* 61.
ideo non aliter ea potest intelligi sublata, quā
si fuerit ab eo remissa, qui iniuria affectus est
60 † *l posthumus. 6 § si quis post, & l. nam, & si pa-
rentibus 15. §. 1. ff. de inoff.* Sed in casu proposi-
to iniuria non fuit affectus pater, sed filius *l.
Papinianus. 8. in prin. ff. eod.* cuius proinde dici
tur esse indignatio *d. l. filius. 22. vers. nam indi-
gnatio.* Ergo non potest intelligi sublata, nisi
fuerit remissa a filio. Quo fit, vt, siue pater ex-
pressè remittat, siue tacitè, puta, quia testa-
mentum approbet, non censeatur extincta
querela, & per cōsequentias non impediatur
filius, quominus eam possit proponere, non
obstante, quod pater acceptando legatū sibi
relictum, vel adeundo hæreditatem censea-
tur vxoris testamentum approbasse.

Neque obstat, quod commodum, & emo-
lumentum, quod ex querela percipitur, inspe-
cto iure Digestorum sit futurum patris, non
filij, quia, licet hoc verum sit, *vt infra latiùs
ostendam*, non tamen debet attendi, quia, non
venit principaliter sed in consequentiam: Nā
61 in querela † non agitur principaliter de euin-
cenda hæreditate, & sic de commodo pecu-
niario, sed de repellenda nota, siue iniuria,
quę per exhæredationem, siue pręteritionem
illata fuit *d. l. non est enim. 4. ff. de inoff. & nos etiā
diximus supra num.* 59. vt autem hæreditas a
scriptis hæredibus euincatur, hoc fit per con-
sequentias, scilicet, quia rescisso testamento
res ad intestati causam reducitur *d. l. Papinia-
nus 8. § fin. ff. de inoff.* & consequenter defertur
filio, qui primum in intestati successione lo-
cum obtinet *§ 1. Inst. de hæred. quæ ab int. def.* &
per eū acquiritur patri, in cuius est potestate,
vt dicemus infra nu. 84. Vnde, quia ea tantum
debēt attendi, quæ veniunt principaliter, nō,
quæ in consequentiam *l. 1. in prin. ff. de auth.
tuto.* Ideo fit, vt, licet pater rescisso testamento
sit commodum hæreditatis habiturus, non
tamen eius sit habenda ratio, sed solum spe-
ctanda sit voluntas filij, ad quem spectat in-
iuriæ vindicatio, ita, vt, si is nolit, nō possit pa-
ter proponere querelam *d. l. Papinianus. 8 in
prin* & contra, si velit, non possit pater eum
impedire, quominus illam proponat. Ex quo
sequitur, posse filium a matre præteritū illius
testamentum, quasi inofficiosum accusare li-
cet pater, qui eum habet in potestate, &, qui
commodum hæreditatis est habiturus, lega-
tum sibi ab ea relictum acceptauerit, vel hæ-
reditatē adierit *d. l. filius. 22. in prin.* Imo posse
etiam ipsummet patrem, qui legatum acce-
ptauit, testamentum vxoris dicere inofficio-
sum, quia, cum hoc faciat filij nomine non
suo, scilicet, quia, vt dixi, iniuria filij est, non
patris, & in causa non tractatur de meritis pa-
tris, sed filij, testamenti approbatio ab eo fa-
cta per legati acceptationem nihil operatur.
62 Et hoc est, † quod ibi subijcit Tryphoninus
his verbis, *nec prohiberi patrem, dixi, iure filij ac-
cusare: nam indignatio filij est*: Loquitur enim
de eodem patre, qui legatum acceptauit, &
ampliat dictum præcedens, vt procedat, etiā
si pater ipse, qui legatum acceptauit, velit
agere: Non enim impedietur, etiamsi legatū
suo nomine agnoscendo testamentum ap-
probasse censeatur.

Sed, quia Tryphoninus subijcit hęc verba,
*Et proponebatur, si non obtinuisset in accusan-
do, an, quod patri datum est publicaretur, quoni-
am alij commodum victorię parat, & in hac causa
nihil ex officio patris sed totum de meritis filij agi-
tur. Et inclinandum est, non perdere patrem sibi
datum, si secundum testamentum pronunciatum
sit*, quę magnam in se continent dubitationē,
ideo pro eorum explicatione de duobus no-
bis erit dispiciendū, Primo, nūquid Trypho-
ninus ibi loquatur de patre agente nomine
filij, de quo in verbis immediatè præcedenti-
bus Locutus est, an verò de filio agente suo
nomine, de quo locutus est initio legis. Vtili-
tas huiusce quæstionis consistit in eo, quia, si
loquitur de filio agente, verba illa, quæ post-
ea subijciuntur, *quoniam alij commodum victo-
63 riæ parat*, plana sunt, & significant, † filium
qui instituit querelam, victoriæ commodum
parare patri, quippe, cui maternæ hęreditatis
emolumentum est illo iure quæsiturus. Itaq;
locus ille non solum non officiet communi
veterum sententiæ, quæ vult, maternam hæ-
reditatem iure Digestorum patri acquiri cō-
sueuisse, sed etiam eam mirum in modum
confirmabit.

Nec obstat, si dicatur, probaturum quidē,
eo iure acquiri consueuisse commodum, sed
non explicare, quod nam esset istud commo-
64 dum, & posse intelligi † de commodo vsus-
fructus, *vt respondet Camil. Plaut. in d. l. 1. in
verb. emolumentum etiam patri, numer.* 32. quia
verius est, quoties in pandectis dicunt prudē-
tes commodum acquiri patri, semper eos in-
telligere de commodo totius rei, de qua tra-
ctatur, & sic, si tractetur de hæreditate, vel le-
gato, de commodo, tam proprietatis, quam
vsusfructus, *vt in l. cum filiof. 11. ff. de leg primo.
& alijs locis, quos referemus infra nu.* 482. Nec
enim eo iure fiebat vsusfructus, & proprieta-
tis distinctio, quippe, quæ a Constantino pri-
mum *in d. l. 1. C. de bon. mat.* deinde a. Theo-
dosio, & Valentiniano *in d. l. 1. C. de bon. quę
lib.* demum a Iustiniano facta fuit *in d. l. cum*

opor.

oportet. 6 in princ. C. eod. & in d. §. 1. Inst. per quas pers. nob. acq.

At vero si loquitur de patre, qui filij nomi-
ne querelam instituit, tunc verba prædicta
videntur probare, commodum maternæ hæ-
reditatis ad filium pertinuisse, etiam inspecto
iure Digestorum, quod, quia communi, &
veræ doctorum opinioni refragatur ideò vi-
dendum erit, quod nam sit commodum vi-
ctoriæ, quod patet alij parare dicitur. Et hæc
erit secunda dubitatio a nobis excutienda.

Et in prima quidem quæstione censent no-
stri frequentiùs loqui Tryphoninum de pa-
65 tre, qui filij nomine querelam proposuit, † *vti
videre est apud gl. in d. l. filius. 22. in verb. obti-
nuisset ff. de inoff. & Cagn. in d. l. 1. num. 59. vers.
qui intellectus, & vers. propterea, & ibi Camil.
Plaut. in verbo emolumentum etiam patri, num.
32. C. qui adm. Et est in confesso apud omnes,
quos referemus infra num. 78. & seqq.* Mouentur
autem.

Primo, quia relatio debet fieri ad proxima,
66 non autem ad remota † *l. 1. §. deinde ff. de postul.
l. si idem. 11. § fin. & ibi glo. in verb. eorum senten-
tia ff. de iurisd. om. iud.* Sed decisio loquens de
patre agente est proxima, loquens vero de fi-
lio, qui agit, est remota. Ergo quæstio, quæ
postea subijcitur, *in vers. & proponebatur*, de-
bet potiùs ad patrem agentem referri, quam
ad filium. *Ita arguit Cagn. in d. l. 1. nu. 59. vers.
qui intellectus.*

Secundo mouentur, quia, si loqueretur de
filio agente, nulla subesset causa dubitandi,
an pater deberet priuari legato, cum certum
sit ex facto filij non debere patri inferri præ-
iudicium *l. filius patrisfamilias. 23. C. de pact.* Itaq;
I.C. proposuisset quæstionem quodammodo
67 fatuam, & de re indubitabili † *contra l. Domi-
tius. 27 ff. de testa. et in proposito considerat Cagn.
in d. l. 1. num. 59 vers. qui intellectus,* Atqui hoc
esset absurdum; & repugnaret ipsismet I. C.
68 verbis, quæ supponunt, † de hac re fuisse val-
dè dubitatum, vt patet ex illis verbis *& quæ-
rebatur*, ac potissimũ ex illis, & *inclinandum est*
quippe quæ supponunt, de iure stricto con-
trarium videri dicendum, sed ex benignitate
inclinãdum esse in hac sententiam. Ergo di-
cendum est loqui eum de patre, qui testamẽ-
tum accusauit, vt potè, de quo valdè poterat
dubitari, num perderet legatum, non solum
quia ipsemet testamentum impugnabat, sed
etiam, quia, licet hoc videretur facere nomi-
ne filij, effectu tamen agebat ad sui commo-
dum, & vtilitatem.

Sed mihi verius videtur, quod alij tradide-
runt, scilicet loqui Tryphoninum de filio,
qui querelam instituit, non obstante, quod
pater per acceptationẽ legati videatur testa-
69 mẽtũ approbasse. *Ita censuit Zuccard. in d. l. 1.
num 78. C. qui adm. & rectè, quicquid ibi scripse-
rint Cagn. nu. 59. vers. qui intellectus, & Camil.
Plaut. in verb. emolumentum etiam patri, nu. 32.*
Quod, vt esse verissimum demonstrem, præ-
70 mitto, I. C. ibi, † non tres, *vt putauit Cagn. in d.
l. 1. num. 59 vers. propterea,* sed duas tantũ pro-
ponere quæstiones principales, vnam, an fi-
lius a matre præteritus possit eius testamen-
tum dicere inofficiosum, si pater, qui eum ha-
bet in potestate, &, cui maternæ hæreditatis
emolumentũ est filius quæsiturus, testamen-
tum approbauerit, acceptando legatum sib
relictum, vel adeundo hæreditatem, in qua
fuit institutus. Et respondet posse, imo, hoc
etiam posse facere patrem filij nomine non
obstante, quod testamentum approbauerit,
vt latè ostendimus supra num. 62. & seqq. Alterã
verò, an, si non obtinuerit, vt, quia secundum
testamentum fuerit pronunciatum, id, quod
patri datum est publicetur, in qua quidem
quæstione loqui eum de filio agente, qui suc-
cubuit, patet ex multis, &

Primo ex eo, quia illa verba *& quærebatur,
si non obtinuisset in accusando*, quæ veniunt
71 † continuatiuè ad speciem antea propositã,
non debent referri ad illud, quod incidenter
& per modum ampliationis dictum est de
patre, vt scilicet, etiam ipse possit filij nomi-
ne testamentum accusare non obstante te-
stamenti approbatione, sed ad illud, quod di-
ctum est principaliter de filio querelam insti-
tuente, quando pater legatum sibi relictum
acceptauit, quia relatio est potiùs faciẽda ad
illud, quod est principale, quã ad illud, quod
72 est accessorium † *l. vlt. § Titia. & ibi Bart. ff. de
lib. leg. Ias. in l. talis scriptura. 30. num. 40. vers. 7.
intellige ff. de leg. primo, Ruin. cons. 45. nu. 14 vol.
1. cons. 136. num. 9. vol 3.*

Secundo quia, si de patre agente loquere-
tur, non dixisset, *an quod patri datum est*, sed,
an, quod ei datum est, publicaretur, ne alioquin,
patris dictionem repetendo ineptè & contrà
rectam loquendi rationem scripsisse videre-
tur, *vt considerat Zuccard. in d. l. 1. num. 78.*

Tertio (& hoc est, quod me potissimum
mouet) quia ex ijs, quæ statim subijciuntur,
73 conuincitur † loqui I. C. de filio agente: Nam
statim atque dixit, non publicari legatum re-
lictum patri, non obstante, quod victoriæ cõ-
modum esset habiturus, subijcit: *Multo ma-
gis, si mihi legatum testator dederit cuius de inof-
ficioso testamento filius agens decessit me hærede
relicto, egoque hæreditariam causam peregi, & vi-
ctus sum, id, quod mihi ex eo testamento relictum
est, non perdam, vtique, si iam defunctus agere
74 cœperat*, quibus verbis hoc significat, † id,
quod dictum est, non publicari, multo magis
procedere, si is, cui relictum est, fuerit hæres
illius filij qui querelam instituit, & causam
ab illo cœptam peregerit: nam, licet commo-
dum victoriæ esset ad eum peruenturũ, quia
tamen lis fuerat instituta a filio, de cuius me-
ritis, & officio tractabatur, ideò non debuit
legatũ amittere. Idẽq; subijcit procedere in eo,
qui filium exhæredatum a testatore, a quo
legatum accepit, post cœptam litem arro-
gauit, & *Itemque*, inquit, *si arrogaui eum, qui
instituerat litem de inofficioso testamento eius qui
mihi legatum dedit, litemque peregero, perdere me
legatum non oportet, quoniam indignum vt au-
feratur a fisco id, quod derelictum est eum non
proprio nomine, sed iure cuiusdam successionis
egi:* Nam, eum in omnibus his exemplis tra-
ctet I. C. de filio, qui litem instituit, & velit,
non amitti legatum relictum ei, ad quem vi-
ctoriæ commodum fuisset peruenturum, puta
hæredi, vel patri arrogatori, Consequens est
vt de eodem filio, qui querelam mouit, egis-
se sit censendus etiam in dicto præcedenti,
vt potè, cum quo sequentia connectuntur, &
hoc significasse, si filius agat de inofficioso
ma-

matris testamento, & succumbat non a fi... ri legatum relictum patri, licet ad eum ...ctoriæ commodum esset perventurum.

Hinc intelligimus illa verba, *quoniam alij commodum victoriæ parat* non poni pro modo
75 rationis decidendi, † *vt putarunt gloss. in d. l. filius. 22. in verb. publicaretur, & Cagn. in d. l. 1. nu. 59 vers. propterea, & ibi Camil. Plau. in verb. emolumentum etiam patri, nu. 29. vers. 3. aduerte, & nu. 32.* sed potiùs per modum rationis dubitandi, quia I. C. ibi quærit, an, si filius, qui litem instituit, non obtinuerit, debeat legatum patri relictum publicari, & ait, dubitationem illud facere, quia filius, licet suo nomine videatur agere, effectu tamen victoriæ commodum ali, hoc est, patri parat, scilicet, quia, si obtinuerit, & ab intestato adierit hæreditatem, eius emolumentum quæret patri, sub cuius est potestate. Ergo hic effectu videtur agi nomine patris, de cuius commodo, & vtilitate tractatur. Quo fit, vt, si in ea non fuerit obtentum, videatur legatum auferendum ei, ad quem commodum querelæ erat peruenturũ *iuxta regulam d. l. Papinianus. 8. §. meminisse ff. de inoff.* Sed hoc non obstante Tryphoninus ibi, *Et inclinandum est*, inquit, *non perdere patrem sibi datum, si secundum testamentum pronuntiatum sit*. Cuius decisionis illam affert
76 rationem, quia, † licet commodum victoriæ futurum esset patris, re vera tamen lis fuit acta nomine ipsius filij, de cuius meritis, & officio erga matrem agebatur. Itaque verba illa, *Et in hac causa nihil ex officio patris, sed totum de meritis filij agitur*, continent rationem decidendi, & ponuntur pro, &, quia.

Neque huic sententiæ obstant contraria: Ad primum enim respondeo, quod dicitur, relationem debere fieri ad proxima, non ad
77 remota, procedere, † si, quod proximum est, principaliter fuerit expressum, secus verò, si incidenter, & per modum extensionis: nam tunc verius est, relationem debere fieri ad id, quod dictum est principaliter, non etiam ad id, quod incidenter, *secundum ea, quæ diximus supra num. 72.*

Ad secundum verò respondeo, imo magnam ibi fuisse dubitationem, nunquid agente filio deberet legatum patri relictum publicari, stante, quod commodum querelæ quod in hac re videtur attendendum, non erat futurum filij, sed patris, *vt ostendimus supra nu. 56.* Contrarium tamen fuisse determinatum per ea, quæ supra diximus, quæq; non est necesse iterum repetere.

Sed dato citra veri præiudicium, quod Tryphoninus ibi loquatur de patre agente nomine filij, vt alij frequentiùs arbitrantur, videndum est secundo loco, quodnam sit commodum victoriæ, quod dicitur alij, hoc est, filio parare. Fuerunt autem de hac re variæ nostrorum opiniones.

Prima existimantium, commodum non
78 esse aliud, † quam ipsammet querelam, quæ filio competit exemplo actionis iniuriarum *l. filius f. 8. ff. de actio. & oblig.* nam commodum pecuniarium, quod ex querela percipitur, nõ filio, sed patri acquiritur: Cũ enim ius adeundi, seu quærendi, quod est personale, non transeat in patrem, sed resideat in persona filij, *vt ... diximus infra nu. 168. & seqq.* Consequens est, vt multo minus transire debeat ius, quod est ... ius iuris quærendi præparatorium, prout est querela, quippe, quæ ius adeundi parit. Sed aditione facta, quin ius, quod ex ea consequitur, & sic petitio hæreditatis, nec non rerum hæreditariarum vindicatio competat patri, nulla videtur esse dubitatio. *Ita respondendo declarant Bart. in d. l. 1. nu. 8. & ib. Sign. de Homod. num. 56. vers. Non obstat, Castr. nu. 4 vers. Non obstat C. qui adm. Bart. in d. §. is qui heres. 13. § fin. num. 7 ff. de acq. her.*

Verùm hæc sententia, tanquam repugnãs Tryphonini verbis meritò fuit ab alijs fre-
79 quentiùs improbata, † *vt a Dec. in d. l. 1. in pr. lect. num. 13. & in tertia num. 7. & ibi Gozad. num. 7. Zuccard. num. 76. Iac. de Nigr. nu. 28 & 44 Cagn. nu. 59 Camil. Plaut. in verb. emolumẽtum etiam patri, num 29. vers. 3. aduerte Cod. qui adm.* Nam præter id, quod æquiparat querelã actioni iniuriarum, quæ tamen in multis ab
80 illa distat, † *vt considerant Iac. de Nigr. in d. l. 1. num. 28. & ibi Zuccard. num. 76.* scilicet quia iniuriarum actio non solum filio, sed etiam patri quæritur *l. seruo. 30. §. filio, & l. pater. 41. ff. de iniur.* quod iniuria facta filio, tangat etiã patrem *l. 1. §. 3. vers. spectat, & vers. vsq. adeo ff. eo. & in proposito considerat Dec. in d. l. 1. in tertia lect. num. 72. vers. Ista responsio*, cum alioquin querela nõ competat, nisi filio, quippe, cuius est iniuria *d. l. Papinianus. 8 in princ. ff. de inoff.* & cuius tantùm respicit officium, gratitudinẽ & merita *d. l. filius. 22. vers. & in hac causa, Et considerat Dec. in d. l. 1. in tertia lect. nu. 72. vers. Ista responsio*, ideoque non possit illo inuito à patre intentari *d. l. Papinianus 8. in princ.* constat etiam alia ratione non posse prædictam opinionem sustineri: Nam Tryphoninus ibi
81 loquitur † de commodo victoriæ, quod posset percipi ex querela iam proposita, & sup qua iam fuerat lis instituta, vt patet ex illis verbis, *si non obtinuisset*, & ex illis, *si secundum testamentum pronunciatum sit*, quippe, quæ supponunt, iam coeptam esse litem, & ideo quæri, si pater in ea succubuerit, vt, quia testamentum pronuntietur non esse inofficiosum, an perdat legatum, quod sibi relictum est. Itaque, dum Tryphoninus ait, eum alij commodum victoriæ parare, non potest intelligi de commodo ipsius querelæ, sed potiùs de cõmodo, & emolumento, quod ex ipsa victoria, idest, sententia, quæ testamentum sit inofficiosum pronunciatura, resultare posset, *vti rectè animaduertit Iac. de Nigr. in d. l. 1. num. 29. & 44.* maximè, cum querelæ competentia non possit in iudicio dici commodum victoriæ, sed medium, & instrumentum, per quod ad victoriam peruenitur, cum sit remedium vincendi, & expugnandi testamentum, *vt considerat Cagn. in d. l. 1. num. 59. C. qui adm.*

Hinc igitur alij secundo loco censent, loqui
82 Tryphoninum † de commodo pecuniario, quod ex querela percipitur, & dicere, patrem hoc filio, non sibi parare: Nec esse contrariũ quod tunc tẽporis maternæ hæreditatis emolumentum patri quæreretur, quia id verum erat, si materna hæreditas à nota querela simpliciter fuisset filio delata, vel ex testamento, vel ab intestato: nam, si eam iussu patris adiisset, eius emolumentum patri acquirebat; Cæterùm, si filius a matre præte-

ritus

Cagn.nu.59. verf. Ruin.bic, & verf. sed non probat, & verf. propterea C. qui adm. Et sanè cum commodum rescisionis testamenti, & hæreditatis ab intestato deferendæ sit principalis effectus, qui ex querela resultat *d. l. posthumus 6.§ si quis ex his ff. de inoff.* Consequens est, vt de eo sint Tryphonini verba accipienda, scilicet, quia legum verba sunt accipienda secundum naturam tituli, sub quo reperiuntur
92 † *l. Imperator. 19. in fin. ff. de in diem add. Et in proposito considerat Cagn. in d. l. 1. nu. 59 verf. propterea.* Denique, cum verba sint intelligenda per prius, non per posterius † *l. hoc legatum,*
93 *41. ff. de leg. 3.* siue de causa immediata non de
94 mediata † *l. si mulier. 21. §. 1. ff. rer. amot.* & commodum pecuniarium, quod patri paratur, sit posterius, commodum verò rescisionis testamenti, & delationis hæreditatis, quod paratur filio, sit prius, & immediatum, sequitur, de hoc potius, quam de illo esse Tryphonini verba accipienda, *vt in his terminis considerant Gozad. in d. l. 1. nu. 7. verf. Non. obstat text. & ibi Cagn. num. 59. verf. propterea, Nico. Bello. d. lib. 4. suppu. cap. 4. num. 3.*

Nec est, quod obijcias, imo debere Try-
95 phoninum intelligi † de commodo pecuniario, quod ex aditione percipitur, & significare patrem id non parare sibi, sed filio, quia alioquin, si sibi pararet, & sic esset hanc vtilitatẽ habiturus, non posset legatum retinere, sed necessariò deberet illud amittere, secundum regulã *d. l. Papinianus 8. 9. memiuisse ff. de inoff.* quæ procedit etiam in patre, qui per filium commodum consequitur *l. post legatum. 5 §. si pater ff. a '. ;t. quib. vt in d. Et in proposito scribit Seb. Sap. in d. l. 1 nu. 50. verf. sed aduerte.* Cum igitur illud retineat, cõsequẽs vt, non sibi videt sed filio paret commodum pecuniarium, *vt arguit Dec. in d. l. 1. in prima lect. n. 13. & in tertia nu. 72. vbi reprobat superiori intellectũ & sequitur etiam ibi Iac. de Nigr. n. 43. verf. 2. Zuccard. num. 76. & Camil. Plaut. in verb. emolumentum etiam patri num. 20. verf. 3. aduerte,* quia respõdeo, negando, spem cõmodi pecuniarij operari legati amissionem in persona illius, qui tali habet spem, si alterius nomine lis peragatur: Nam, & hæres filij exhæredati, qui post motam querelam decessit, & pater, qui filium exhæredatum arrogauit post institutã ab eo litem, spem habent commodi pecuniarij, si in ea obtineant, & tamen, si succumbãt, non perdunt legatum sibi relictum, eo, quod lis non fuerit eorum nomine instituta, sed nomine filij, vt ibi subijcit Tryphoninus *in verf. multo magis, & verf. Itemq; & nos exposuimus supra num. 91.* Ergo, licet pater, qui filij nomine testamẽtum accusauit, spem habeat commodi pecuniarij, quia tamen agit nomine filij, de cuius meritis agitur, ideo non debet amittere legatum.

Minus est, quod obijcias, ius adeundi, quod filio competit, non posse dici commodum
96 victoriæ, † cum illud tantum commodum, & emolumentum dicatur, quod ita alicui de-
97 fertur, vt apud eum sit permansurum † *l. 3. §. item, si quis ff. de leg. præst. l. fi. in fin. C. de bon. quæ lib.* cum alioquin materna hæreditas statim, atque est adita à filio, sit in patrem transitura, *vt in proposito, & superiorem expositionem improbando arguunt Alcia. in d. l. 1. num. 37. verf. Nec videtur bona, & ibi Zuccard. num. 76.* Et posito, quod etiam in persona filij dici possit commodum, esse tamen maius in persona patris, qui ppe, qui omnem effectũ est vtilitatem non momentaneam, sed duraturam habiturus, cum alioquin filius non, nisi leue sit habiturus commodum, & tale, quod ne momento quidem est in eius persona remansurum *l. placet. 78. ff. de acq. hæred.* ideoque non esse verisimile, I.C. sensisse de commodo filij, quod est minus, & exclusisse cõmodũ patris, quod est maius, *vt considerat Alcia. in d. l. 1. num. 37. verf. & posito.* quia respondeo, commodum, &
98 emolumentum variè æstimari † pro varietate subiectæ materiæ: Nam, si tractetur de legato, vel fideicommisso, commodum æstimabitur ex rei perceptione, & retentione, *vt in d. l. 3. §. ult. & si quis ff. de leg. præst.* Quod, si tractetur de querela, magis est, vt sit æstimandum ex principali ipsius effectu, nempe ex repulsione iniuriæ, & rescisione testamenti, quę operatur, vt ab intestato incipiat deferri hæreditas, quam postea victor adire poterit; vt autem hæreditas per filium patri acquiratur, non prouenit ex vi querelæ, sed ex iure potestatis, ideoque non debet ad huiusmodi acquisitionem victoriæ commodum referri.

Non dico autem, commodum filij, quod ex adeundi iure percipitur, in eo consistere,
99 † quia, licet statim acquirat patri emolumentum hæreditatis, habet tamen probabilem eius post illius mortem consequendæ spem, *vt considerat Cagn. in d. l. 1. num. 59. verf. & , si dicas,* aut in eo, quod potest filius nolle adire, & expectare, aut mortem patris, aut futuram emãcipationem, quo tempore, tamquam factus sui iuris sibi poterit hæreditatẽ acquirere, *vt ibi etiam considerat Cagn.* quia, præter id, quod hęc respiciũt commodum futurum, cũ alioqnin I. C. loquatur de commodo, quod statim resultat ex victoria, pertinent etiam ad commodum pecuniarium, de quo (posito communi intellectu, quod loquatur de patre agente nomine filij) non potest Tryphoninus sensisse.

Denique non est, quod obijcias, non posse patrem dici filio parare cõmodum victoriæ,
100 † cum supponatur in causa succubuisse, vt apparet ex illis verbis, *& quærebatur, si non obtinuisset in accusando, Et in proposito considerat Nigr. in d. l. 1. num. 45.* quia non debet hoc intelligi, quoad effectum, sed, quoad propositũ & intentionem, quæ sola attenditur, quoties tractatur de auferendo actori emolumento, quod ex testamẽto percipitur: Nam intentio querelam proponentis est, vt vincat, & sentiat victorię commodum, quod in testamenti rescissione, & hæreditatis delatione consistit, prout eueniret, si in lite obtineret. Itaque pater, qui filij nomine querelam instituit, dicitur, quoad propositum, & intentionem parare filio commodum victorię, scilicet, si vincat, *vt declarat Dec. in d. l. 1. in tertia lect. num. 72. verf. vltimo.*

Hinc intelligimus, Tryphonini locum nõ obesse communi nostrorum sententiæ, quæ vult, bona materna iure Digestorum consueuisse acquiri patri pleno iure exemplo aliorum aduentitiorum, non solum, si dicamus, loqui

loqui l. C. de filio agente, quo casu res caret
dubio. cum illa verba, *quoniam alij commodũ*
victoriæ parat, significent filium parare com-
modum victoriæ patri, *vt ostendimus supra n.*
69. & seqq. sed etiam, si dicamus. loqui de pa-
tre agente, quia, licet is paret alij hoc est, fi-
lio commodum, quod principaliter & im
mediatè percipitur ex victoria, non tamen
excludit illud, quod pater mediatè est postea
habiturus, quia nõ prouenit illud ex vi que-
relæ. sed ex vi patriæ potestatis. ideoque vi-
ctoriæ commodum non censetur *vt ostendi-*
mus supra num. 89. & seqq. Et ita difficultatem
hanc resoluendam arbitror.

Ad tertium respondeo, Caium *in l. pen ff.*
101 *ad Tert.* loqui † de simplici delatione, quæ tri-
buit ius adeundi, non etiam de emolumenti
acquisitione: Nã hæreditas materna ex ora-
tione Diui Marci pertinet, idest. defertur filio
etiamsi sit in patris potestate, sed, si eã adeat,
emolumentum secundum ius Digestorum
acquirit patri. *Ita rectè respondent omnes, quos*
retulimus supra num. 30.

Nec obstat verbum pertinere, quia, etiam
102 id, quod defertur pertinere dicitur, † *vt decla-*
rat Cagn. in d. l. 1. num. 58. Et ita sumitur in
omnibus locis, in quibus hæreditas, vel bo-
norum possessio dicitur ad aliquem ex lege,
vel edicto pertinere, *vt in l. a. § fin. ff. de bon.*
poss sec. tab & in § 1. Inst. de hær. quæ ab int. def.
& in tit. Inst. de legit. agn. success. in prin. Nõ enim
potest intelligi respectu acquisitionis, quip
pe, quæ non à lege sed ab hominis facto pro-
ficiscitur, sed debet intelligi respectu dela-
tionis, vtpote, quæ à lege fit.

Minus obstat quod frustra hoc Diui Marci
oratione fuerit cautum, cum iam esset con-
stitutum Senatusconsulto Orficiano, *vt patet*
ex prin tit. Inst de Orfic. quia respondeo, id, &
Senatusconsulto Orficiano, & Diui Marci
103 Oratione cautum esse, † scilicet, quia Sena-
tusconsultum Orficianum latum est præce-
dente oratione Diui Marci: Moris enim fuit,
vt prius, quam Senatus aliquid decerneret,
recitaretur Principis oratio, in qua, quid fieri
vellet, postulabat deinde sequeretur Senatus-
104 consultum † *l. item veniunt. 22. § præter hæc ff.*
de petit. hered l. oratione. 16 ff. de rit. nupt. & nos
late ostendimus in tract. de mand. iurisd. cap. 8.
q. 3. num. 47 & seqq. & ideo, quod Senatuscon-
sulto factum est, dicitur etiam factum ora-
tione Principis *in l. cum hi. 8. in prin. ff. de trãs.*
iuncta l. eleganter 23. in prin. ff. de cond. indeb. &
pariter in l. 1. C de pet. hered & d. l. item veniunt.
22. §. ait Senatus. & §. coeterum. vers. Atqui, & l.
sed et si lege 28. §. quod ait Senatus ff. eod. iuncta l.
si, & rem 25 vers. nam, & in oratione, & l. illud.
42. in princ. ff. eod. & quod priùs Senatuscon-
sultum appellatur, postea vocatur oratio
in l. si quis tutor. 60. ff. de rit. nupt. Nil mirum
igitur, si, quod Orficiano Senatusconsulto
cautum est, dicatur oratione Diui Marci cõ-
stitutum, cum illud Senatusconsultum factũ
sit temporibus Diui Marci post eius orationẽ
in Senatu recitatam, *vt constat ex d. prin. titul.*
Inst. de Orfic. ita respondent Cagn. in d. l. 1. num.
58. vers & si dicas C. qui adm. & Nico. Bellon. d.
lib. 4. Suppu. cap. 5. num. 5.

Denique non obstat, quod verbum, perti-
neat, ibi positum, non solũ ad filios in patris
potestate existentes referatur, sed etiam ad
emancipatos, ideoq., vt in his denotat pro-
prietatis acquisitionem, ita etiam debere eã
in illis denotare, vt par, & æqualis sit omniũ
determinatio, quia respondeo, imo hoc con
105 uincere. verbum. pertinere, denotare † delatio-
nem & adeundi facultatem quæ pariter om-
nibus competit, non etiam emolumenti ac-
quisitionem, quia alioquin, si de ea intellige-
retur, non posset esse æqualis determinatio,
non solum posita communi sententia, quæ
vult maternam hæreditatem pleno iure patri
acquiri consueuisse, sed etiam posita sentẽtia
contraria, scilicet, quia secundum eam, ad
emancipatos hereditas, & iure proprietatis, &
iure vsusfructus pertineret, enim alioquin ad
filiosf. non pertineret, nisi iure proprietatis.
Itaq; non esset æqualis determinatio. Vt igi-
tur æqualis fiat, necessariò erit verbum, perti-
nere, de delatione, & adeundi facultate intel-
ligendum, *secundum ea, quæ supra diximus.*

Ad quartum *desumptum ex l. 1. C. qui adm.*
variæ solent à nostris responsiones afferri,
106 † *vti videre est apud Cin. ibi numer. 3. & Camil.*
Plaut. in verb. emolumentum etiam patri, num. 2.
& seqq. sed, vt, quæ sit verior, intelligamus, de
duobus nobis erit dispiciendum Primo, nun-
quid Seuerus & Antoninus ibi loquantur de
successione materna, an verò generaliter de
omni bonorum possessione delata filiofam.
Secundo vero quid sentiant illis verbis, *emo-*
lumentum etiam patri allatura.

Et in prima quidem dubitatione censent
plerique loqui eos de bonorum possessione
107 delata filiosf. in bonis maternis, † *vti videre est*
apud gloss. in d. l. 1. in verbo bonorum possessio.
Sed est verius, quod alij frequentiùs tradide-
runt, scilicet, eos generaliter loqui de omni
bonorum possessione delata filiofam. siue in
maternis, siue in cuiuslibet extranei bonis.
108 † *Ita enim censuerunt gl. in d. l. 1. in verb bonorũ*
possessio, vers. vel dic, & ibi Cin. numer. 13 Bart.
in prin. Bald. num. 1. Sign. de Homod. in prin. nu.
12. Iac. de Nigr. num. 8 Sichar. num. 3. vers pro-
pter hanc & Camil. Plaut. in verb. bonorum pos-
109 *sessio nu 4. & 5.* quia, † cum nulla subsit eiusce
dispositionis restringendæ causa, cum illa di-
ctio, etiam, nullã ad hoc vim habere possit,
vt mox ostendimus, Consequens est, vt non de-
beat restringi, sed generaliter intelligi de om-
ni bonorum possessione filiofa. delata, siue
ex testamento, siue ab intestato.

Hinc secunda succedit quæstio, in qua vi-
dendum est, quid sentiant Imperatores illis
verbis, *emolumentum etiam patri allatura* Vtq;
autem hoc quærimus, supposito, quod adsit
110 † in textu dictio, etiam, *quæ legitur in omnibus*
ferè codicibus & omnimodo est legenda, vt scripsit
ibi Camil. Plaut. in verb. emolumentum etiam
patri, num. 3. vers 6 contedunt: Nam, si abesset,
vt profitetur Cin. ibi num. 3. nulla esset quæstio-
nis proponendæ causa. Posita igitur vulgari,
& vera lectione, quæritur an dictio, etiam, in
hoc loco stet copulatiuè, secundum sui na-
turam, an verò alio modo, & dato, quod stet
implicatiuè, an ita stet respectu personarum,
an verò respectu casuum, & factorum, &, si
respectu casuum, quis sit eorum verborum
sensus.

Et Bartolus quidem *in d. l. 1. num. 7. vers.*

qui.

verſ. quidam, & num. 8 quem ibi probat Nico. de Nigr. num 12. verſ. alias intellectus, cenſuit,
111 † veriſſimam eſſe ſententiam, exiſtimantiũ,
dictionem, etiam, ibi poſitam nõ ſtare implicatiuè. ſed, quia non explicat, quomodo ſtare putet, ideò cenſent alij ſtare augmentatiuè & poni pro quamuis, ſiue pro, etiamſi, vt
112 ſenſus ſit, † bonorum poſſeſſionem filiofa. delatam, eum ignorante quoque patre agnoſci poſſit, amitti tranſacto tempore, etiamſi emolumentum eſſet patri allatura, ſi ratam eam habuiſſet. *Ita cenſuerunt Alex. in d. l. 1. nu. 39. & ibi Sichar. nu 12. verſ. vos dicite & Maſſin. num. 125. vbi ait, hanc eſſe tutiſſimã interpretationem, quam prius adhibuerat Nico. Bello. lib 3. ſuppu. cap. 1* Ponuntur enim (ſecundum eos)
113 illa verba † ad effectum extendendę diſpoſitionis ad caſum magis dubitabilem, ſcilicet quia maior erat dubitatio, vtrum bonorum poſſeſſio, quam filius ignorante quoque patre poteſt agnoſcere tranſacto tempore amittatur, etiam in præiudicium patris, cui emolumentum eſſet allatura, ſi pater eam ratam habuiſſet, quam vtrum amittatur in præiudicium filij, cum huius negligentia non videatũ, patri poſſe detrimentum afferre, ne vni per alterum inqua conditio inferatur, *contra regulã l. non debet. 75 ff. de reg. iur.* Huius igitur dubitationis tollendę, & diſpoſitionis ad hunc caſum magis dubitabilem extendendæ cauſa adiecta ſunt (ſecundum eos) illa verba, *emolumentum etiam patri allatura*, quibus ſignificatur, huiuſmodi bonorum poſſeſſionem amitti tranſactu tẽpore, quamuis eſſet patri emolumentum allatura. ſi ratam habuiſſet agnitionem. *Ita declarant Nico. Bello. d. lib. 3. ſuppu. cap. 1. num 2. & Maſſin. in d. l. 1. num. 125. C. qui adm & ibi etiã ſenſiſſe videtur Camil. Plaut. in verb. emolumentum etiam patri, num. 5. & 26.*

Verùm hęc interpretatio, quamuis prima fronte videatur aliquam veritatis imaginem præſe ferre, non eſt tamẽ vera, nec amplectẽ
114 da, † tamquam ea, quæ Imperatorum ſenſui repugnat: Nam diligenter obſeruandum eſt, illa verba, *cũ ignorante quoq; patre poſſit peti, emolumentum etiam patri allatura ſi ratam petitionem pater habuerit*, continere rationem, cur bonorum poſſeſſio amittatur tranſacto
115 tempore: Ratio enim eſt, quia † tunc cenſetur amiſſa, cum is qui potuit eam agnoſcere, per deſidiam, & negligentiam paſſus eſt labi tempus, quod ei agnoſcendæ præfinitum eſt, *vt oſtendemus infra num. 593. & ſeqq.* Sed hic filius, cui delata eſt bonorum poſſeſſio, potuit eam agnoſcere, licet pater ignoraret delationem, quia potuit eum poſtea certiorare, ad hoc, vt intra tempus ratam haberet agnitionem, quo caſu perinde emolumentum cenſeretur ei acquiſitum ac, ſi eo ſciente, & mandante bonorum poſſeſſionem agnouiſſet, *vt dicemus infra num. 252. & ſeqq.* Ergo, cum hoc non fecerit, ſed per deſidiam, & negligentiam paſſus ſit labi tempus agnoſcendæ bonorum poſſeſſioni præfinitum, meritò cenſetur amiſſa bonorum poſſeſſio. Itaque illa verba, *emolumentum etiam patri allatura*, non ponuntur
116 † ad effectum augendæ, & extendendę deciſionis ſequentis, quæ loquitur de amiſſione bonorum poſſeſſionis, ſed ad effectũ declarandę rationis præcedentis, quæ loquitur de bonorum poſſeſſionis agnitione, quo fit, vt ſupradicta, interpretatio non poſſit aliquo modo ſuſtineri. Et multò minus illa, quam attulit Decius *in d. l. 1. in ſecunda lect. num. 20.*
117 *& in tertia num. 45.* dum putauit, † illam dictionem, etiam, in hoc loco ſtare affirmatiuè, & poni pro, ſic, quaſi Imperatores Gallico, vt ait, more ſint locuti, quia, præter id, quod hic loquendi mos fuit Romanis incognitus, duplici etiam ratione mala conuincitur expoſi-
118 tio, † *vt animaduertit Zucard. in d. l. 1. num. 24. verſ. vltimo*, & primo quia hoc ſenſu poſito innueret textus, bonorum poſſeſſionem non eſſe patri emolumentum allaturam, niſi, cũ eo ignorante, & poſtea ratam habente eſſet petita. Itaque excluderet eam agnitionem, quæ fit patre ſciente, & volente, cum vnius incluſio ſit excluſio alterius *l. cum Prætor. 12. in prin. ff. de iudic.* quod vtique eſſet abſurdum. Secundo, quia ſecundum hanc expoſitionem dictio, etiam, abundaret, & fru-
119 ſtratoriè cenſeretur appoſita. † *vt malè putarunt Cin in d. l. 1. num. 3. & ibi Petr. de Bellap. num. 8. verſ. In 2. dicto:* Idem enim eſſet ſenſus; etiamſi illa dictio abeſſet, quod & ipſum abſurdum eſt.

Quamobrem veriùs eſt, quod alij frequentiùs tradiderunt. ſcilicet, huiuſmodi dictionẽ
120 ibi ſtare implicatiuè: † *Ita enim cenſuerunt, omnes vtriuſque ſententiæ ſectatores, quos retulimus ſupra num. 24 & 40. tametſi in implicandi modo diſſentiant,* ſed dubitari ſolum, an ita ſtet reſpectu perſonarum, an verò reſpectu caſuũ, & factorum: Nam plerìq; cenſuerunt. ſtare implicatiuè reſpectu perſonarum & ſignificare, bonorum poſſeſſionem delatam filiofa. & ab eo agnitam patre ignorante eſſe emolumentum allaturam, non ſolum filio, ſed
121 etiam patri, ſi ab eo rata habeatur. † *Fuit hæc ſententia, non ſolum eorum, qui ſuſtinent bona materna filijsfam. acquiri iure proprietatis etiam ante Conſtantinum, quos retulimus ſupra numer. 24 ſed etiam multorum ex ijs, qui contrariam, & communem ſequuntur opinionem, quos referemus infra nu. 122. & ſeqq. ac præcipuè Zucard. in d l. 1. numer. 24.* Sed, quia hoc ſenſu poſito ſequeretur. filiumfa. etiam ante Conſtantinum & Iuſtinianum ſibi quoque acquiſiuiſſe emolumentum delatę, & quæſitę ſucceſſionis, quod communi veterũ ſententiæ refragatur, ideò, qui eam ſequuntur, multipliciter hanc implicationem declarant:

Primum enim nonnulli cenſent, dictionẽ, etiam implicare quidem in hoc loco perſonas. ſed reſpectu ordinis acquirendi, non reſpectu emolumenti permanendi. vt ſenſus ſit, filiumfa. agnoſcendo bonorum poſſeſſionem, non ſolum ſibi, ſed etiam patri acquirere emolumentum, hoc tamen ordine, vt prius ſibi, deinde patri acquirat, non autem, vt apud ipſum filium quicquam remaneat, cũ certum ſit, nihil apud eum remanere, ſed to-
122 tum tranſire in patrem. † *Ita declarant Bald. in d. l. 1. nu. 28. verſ & ideo reſponde, & ibi Alex. num. 5. verſ. vel aliter, Cagn. nu. 6. verſ. Item probatur C. qui adm.*

Verùm hæc ſententia meritò fuit a multis
123 improbata, † *vt a Dec. in d. l. 1. in ſecunda lect.*

mēte Imperatorū implicet factum acquisitionis emolumenti, *vt considerat Dec. in d. l. 1. in 2. lect. num 20. & in 3. numer. 45. & nos infra latiùs ostendemus.*

Hinc tertius alij censent, dictionem, etiam, stare implicatiuè respectu commodi, & incommodi: quasi textus legendus sit, apposito puncto immediatè post dictionem, etiam, vt sensus sit bonorum possessionem amitti trāsacto tempore non solum, quando est allatura incommodum patri, qui casus est minus dubitabilis, sed etiam quando est allatura emolumentum, si pater ratam haberet agni-
142 tionem, qui magis est dubitabilis. † *Ita declarat Zuccard in d. l. 1. num. 25. C. qui adm. vbi ait, hanc esse veritatem.*

Sed hæc interpretatio peior est alijs omni-
143 bus, † quia, cum textus requirat patri ratihabitionem, ad hoc, vt etiam ei sit emolumentum allatura, Consequens est, vt non possit implicare casum, quo sit allatura detrimentū: scilicet, quia fatuus esset pater, si damnosam bonorum possessionem agnitam a filio se ignorante ratam haberet.

Quamobrem verius est, dictionem, etiam, ibi positam stare implicatiuè, non respectu agnitionis, sed respectu acquisitionis emolu-
144 mēti, † *vt rectè declarat Nic. Bello. d. lib. 3. supp. cap. 1. nu. 1.* & significare, bonorum possessionem filios delatam, cum ignorante quoque patre peti possit, & emolumentum sit etiam patri allatura, si postea eam ratam habuerit, perinde ac, si ab initio consensisset, amitti transacto tempore, *vt exposuimus supra num. 115.* Itaque dictio, etiam, non est referenda ad verbum, patri, sed ad participium, allatura
145 † *vt rectè scripsit Iason in d. l. 1. num. 5. vers. In text. ibi, etiam patri.*

Nec obstat, quod ante participium, allatura, legatur verbum, patri, ideoque ad hoc potiùs, quam ad illud videatur facienda re-
146 latio, † *vt reprobando superiorem expositionem considerat Ias. de Nig in d. l. 1. num. 1 a. vers. Iasbre,* quia ad hoc, vt implicatiua, non ad personam, sed ad factum sit referenda, non est habenda ratio, vtrum personę mentio sit implicatiuę proximior, an vero remotior, sed est spectandus sensus, & secundum eum facienda relatio, vt patet ex ipsa met *l. 1.* vbi legitur
147 † dictio, quoque, quæ, & ipsa est implicatiua, non minus, quam dictio, etiam, & habet etiā ibi proximè sequentem dictionem patre, cū dicatur, *cum ignorante quoque patre possit peti,* & tamen non refertur ad ipsam dictionem, patri, quia hoc modo staret implicatiuè respectu personarum, & significaret, posse peti, non solum ignorante filio, sed etiam ignorāte parte, quod esset absurdissimum, cū filius, si agnoscit, non possit ignorare sibi delatam esse bonorum possessionem, sed refertur ad participium, ignorante, & significat, bonorū possessionem posse à filio peti, non solum patre sciente, & mandante, sed etiam eo ignorante, *vt ad alium finem considerat Zuccard. in d. l. 1. num. 25 C. qui adm.* Ergo non debet eo seri absurdum, si & dictio, etiam, licet habeat immediatè subsequentem dictionem, patri, non tamen ad eum, sed ad participium, allatura, debeat referri, quia hoc suadet loci sensus.

Minus obstat, quod dato etiam, quod illa dictio referatur ad verbum, allatura, necessariò tamen cum illo debet coniungi verbum, patri, vt dicatur etiam allatura emolumentū patri, & ideo remaneat adhuc dubitatio, ex quo dictio etiam, videtur denotare, bonorū possessionem esse emolumentum allaturam
148 etiam filio, quod est absurdum, † *vt considerat Ias. de Nigr. in d. l. 1. num. 1 a. vers. a.* quia licet verum sit, verbum, allatura, non posse a verbo, patri, seiungi, scilicet, quia alioquin oratio esset imperfecta: Nec enim exprimeret, cui tale emolumentum esset allatura, magna tamen est differentia, vtrum referatur ad verbum, patri, an verò ad verbum, allatura, quia, si refertur ad verbum patri, implicat respectu personarum, & significat, esse allaturā emolumentum, non solum filio, sed etiam patri, *secundum expositionem, quā supra reprobauimus* At, si refertur ad verbum, allatura, implicat, non respectu personarum, sed respectu acquisitionis: Significat enim, non solum esse allaturam emolumentum patri, si initio fuerit ex eius iussu agnita, sed etiam, si fuerit agnita eo ignorante, dummodo pater eam postea ratā habuerit.

Hinc intelligimus *l. 1. C qui adm.* non obesse communi veterum sententiæ quę vult bona materna non consueuisse acquiri filiosf. iure proprietatis ante Constātinum, quoniam illa verba, *emolumentum etiam patri allatura,* licet stent implicatiuè, non tamen significāt,
149 † bonorum possessionem agnitam a filio, nō solum esse allaturam emolumentum ipsi filio, sed etiam patri, *vt argunnt contrariæ sententiæ sectatores* quia hoc modo starent implicatiuè respectu personarum, sed significant, eā non solum esse allaturam emolumētum patri, si eo sciente, & iubente agnita sit, sed etiā, si eo ignorante, dummodo postea ab eo rata habeatur. Itaque stant implicatiuè respectu acquisitionis emolumenti, & implicant casum, quo agnitio facta sit patre iubente, qui minus est dubitabilis, & explicant casum, quo facta sit patre ignorāte, sed postea ratum habente, qui est magis dubitabilis. Quinimo, tantum abest, vt locus ille probet, bona materna filiosf. acquiri consueuisse, dato, quod de iis esset intelligenda, quod tamen necessa-
150 riū nō est, vt imo probet contrarium: † Nam, si sua filio non debuisset patri acquiri, nisi iure vsusfructus, non fuisset illius ratificatio necessaria ad validandam agnitionem, *vt patebit ex iis, quæ dicemus infra nu. 329 & seqq.* Atqui fuit necessaria, adeo vt, nisi esset secuta intra tempora bonorū possessioni agnoscendæ præfinita, censeretur amissa bonorum possessio, *vt ibi dicitur.* Ergo non tantum iure vsusfructus, sed etiam iure proprietatis erat patri acquirenda. *Ita rationatur ibi Bald. nu. 28.* Itaq; argumentum retorquetur.

Ad quintum respondeo, maternam hære-
151 ditatem ibi non ideo fuisse a ceteris distinctam, quod tunc temporis iure proprietatis filio quæreretur, quia contrarium esse verius patet ex locis, quos supra retulimus, sed, quia in modo acquirendi non regulabatur secundum naturam earum hæreditatum, quę descendunt ex legibus xii. tabul. sed secundum naturam bonorum possessionis: Nam, quia

lex XII. tab. vt plurimum erat aspera, & rigida, & potiùs in subtilitate, ac scrupulositate formę, quā in corpora, & effectu fundata, ideo posteriores ab eius rigore paulatim deflexerunt. Itaq; cum hæreditatem ex ea delatam non posset filiusf. adire, nisi precedente iussu patris, adeo, vt ad eius acquisitionem nō sufficeret sequens illius ratihabitio, *sicuti postea ostendemus*, pretores animaduertentes, hanc esse nimiam subtilitatem, cum re vera nihil intersit, vtrum pręcedat mandatum, an vero post agnitionem sequatur ratihabitio, quæ mandati vim habet, mandatoq; comparatur *l. vero. 12. in fin. ff. de solut.* ideo in bonorum possessionibus à se introductis noluerūt hūc rigorem seruari, sed satis esse putarūt, si patris sequatur ratihabitio, *Sicute postea dicemus*, ꝙ & in nouis hæreditatibus, quę scilicet ex Senatusconsultis, aut principum constitutionibus deferuntur, esse obseruandum patet ex *d. l. qui in aliena 6 in prin. ff de acq. hered secundum ea, quę diximus supra nu. 36.* Solent enim iura noua, vt plurimum esse mitiora, & temperare, ac remittere ea, quę ex solo iuris rigore proficiscuntur. Quamobrem, & restitutio hęreditatis, licet sit similis hęreditatis aditioni *l. seruo inuito. 65. in prin. vers. nec, quia ff. ad Trebell.* tamen, quia proficiscitur ex iure nouo, idest ex S. C. Trebelliano, ideo pręcedētem non requirit iussum, sed exemplo bonorum possessionis rata haberi potest *l. si legatus. 30. §. si filiusf. & d. l. seruo inuito 65. in prin. ff. ad Treb.* & ita locum illum esse intelligendum arbitror, quicquid alij censuerint.

Ad sextum respondeo, Pauli caput de hæ-
152 reditate materna loquens † non ideo subiectum esse, quod in iure acquisitionis bona materna ab alijs aduentitijs differrent, sed, quia, cum Vlpianus supra locutus esset de hęreditate testamentaria, debuit eius dictum extendi ad legitimam, quæ parem cum illa rationem habet, & nulla tunc temporis poterat in persona filij legitima hæreditas considerari, pręter maternam, cum hæreditas aui materni nondum ei soleret deferri, propterea quod hoc ius fuit postea a principum constitutionibus introductum, *vt patet ex tit. Inst. de Orfic. in fi. prin.* Ideò autem debuit Vlpiani dictum ad maternam hæreditatem extendi, quia maior in ea, quam in hæreditate testamentaria suberat dubitandi causa: Nam, quia testamentariam hæreditatem, tamquam eam, quæ ex lege XII. tab. proficiscitur, non poterat filius sine iussu patris adire, ideo nil mirum, si nec poterat repudiare, *ex regula l. is, potest. 18. ff. de acq. hered.* Atqui hæreditatem maternam, quæ ab intestato defertur, tanquā nouam poterat filius adire etiam ignorante patre, *vt supra dictum est*. Ergo videbatur etiā sine consensu patris posse eam repudiare. Sed tamen contrarium scripsit Paulus, quia non est eadem agnitionis, & repudiationis ratio, quoties ad alterius commodū actus geritur: Nam, & tutor, licet pupilli nomine possit agoscere bonorum possessionem *l. seruus. 7, § impubes l. tutor. 8. & l. si pupillo. 11. ff. de bon. poss. l. 2. §. sed, si infans ff. ad Tert. l. infantis. 3. & l. bonorum 7. C. qui adm. ad bon poss.* & tamē eam repudiare nequit *d. l. tutor. 8. ff. de bon. poss.* Sed hac de re latè dicemus *infra nu. 450, & seqq.*

Ad septimum respondeo, illa verba, *prius quam maternam hereditatem sibi quarerent*, nō
153 esse referenda † ad eam acquisitionem, quæ iuris est, & quæ commodum, & emolumentū affert, sed ad eam, quę est facti, nempe ad aditionē hęreditatis vel, agnitionē bonorū possessionis: Nā filius sibi acquirit, eo ipso, quod adit, vel agnoscit suo nomine, sed ita agendo secūdū ius antiquū emolumētū acquirit patri. Et hoc est, ꝙ significat Vlpianus *in l. 1. §. 1. ff si quis a par. fue. man.* dū, *si filiusfa esset*, inquit, *quodcunq; sibi acquireret, eius emolumentum patri quæreret.*

Ad octauum, & vltimum respōdeo, quod dicitur, post antiquorum voluminum compilationem, & editionem a Iustiniano factam vnam esse iuris consonantiam, debere intel-
154 ligi, † quoad hoc, vt, quicquid in corpore iuris repertum, perinde seruari debeat, ac, si a Iustiniano fuisset constitutum, siuè ab alio Imperatore, siuè a iurisprudente fuerit adinuentum, quia Iustinianus omnia sua fecit quibus authoritatem suam impertiuit, vt ipse professus est *in l. 1. §. sed neque, vers omnia C. de veter. iur. enuel.* Cœterùm, quoad dispositionem ipsam, magis esse, vt vna, & eadem non possit esse iuris consonantia, scilicet, quia multa reperiuntur in Pandectis, quę postea fuerūt ab Imperatoribus commutata, uno multæ leguntur in Codice constitutiones Imperatorum, quæ postea fuerunt a successoribus, ac potissimum ab ipso Iustiniano correctæ, & in codē Codice reperiuntur, vt proinde necessariò debeamus ex Imperatorum ordine, & constitutionis tempore ęstimare, cui potiùs standū sit si in aliquo discordes esse videantur: Semper enim posteriores leges derogant prioribus.

Ex his apparet, verissimum esse, quod ex frequentiori doctorum sententia supra diximus, scilicet bona materna exemplo aliorū aduentitiorum pleno iure per filium patri acquiri consueuisse vsque ad tempora Constantini, qui primus omniū statuit, vt ea iure tantum vsusfructus ad patrem pertineant *in d. l. 1. C. de bon. matern.* Mox alijs constitutionibus cautum est, vt lucra etiā nuptialia nō, nisi iure vsusfructus patri acquirantur *l. 1. C. de bon. quæ lib.* Verùm in alijs ius antiquum obtinuit vsq; ad tempora Iustiniani, qui constitutione promulgata distinxit aduentitia a profectitijs; Nam in his voluit intactum manere ius antiquum, & ea seruari, quę olim ob-
155 tinebant † *§. 1. vers. sanctium, Inst. per quas pers. nob. acq. Et scribunt gl. in l. vlt. in verb. ducentum ff. quis ord. gl. in d. l. 1. in verb transacto tempore, vers. quod vltimum, & ibi Bart. num. 2. & 11. Bald. num. 13. Ang. in princ vers ibi, cum ignorante, & vers. In gl. super verb. & vers in gl. vlt. Castr. num. 7. vers sed, si esset, Signo. de Homo num. 30. Alex. num. 18. Ias. num. 27. Dec. in secunda lect. num. 23, vers. 3. & in tertia nu. 92. Alcia. num. 50. Gozad. num. 15. & 17. vers. Non obstat quod si olim. Iac. de Nigr. num. 28. vers. Item dicit gl. & num. 68. Seb. Sap. num. 41. & 47 Zuccar. n. 123. Ign. n. 6. Cag. n. 85. vers. In ea gl. ibi. Sieba. num. 2. vers. hodie vero, & num. 10. vers. sed in bonis. Carol. Plaut. in verb. trāsacto tempore. nu. 33. C. qui adm. Bart. in d. l. si, quis hæres. 13. § fin. num. 2. & ibi Bald. num. 1. vers. sed in hoc, Imol.*

vers.

vers. & idem videtur. Alex. num. 9. vers procedit
ff. de acq. hæred. Bart. in l. si quis mihi bona. 25. §.
iussum num. 2. ff eod. Castr. in l. 2. num 2. C. de
repu. bono. poss. Ias in l. cum proponas. 3. num. 21.
vers aut vis exæquare, & vers. Tu tenendo C. de
hæred. inst. Polit. de substit. tit. de vulg. part. 3. nu.
25. Grattan. tom. 4. discep. for. cap. 663. num. 11.
Itaque vt olim, ita & hodiè profectitiam hæ-
reditatem aut id genus aliud filius pleno iure
156 patri acquirit, † d. §. 1. vers. sancitum, Inst. per
quas perso. nob. acq. Et in specie declarant Bald. in
d. l. 1. num. 13. & ibi Ang in prin. vers. In glo. vlt.
Gozad num. 17. vers. Non obstat, quod, si olim
Dec. in secunda lect. num. 23. vers. 3. & num. 24.
vers. Non obstat & nu. 28. Seb. Sap. nu. 41. Cagn.
num. 85. vers. In ea gl. ibi, Ign. num. 36. vers. sed
diuersitas, Sichar. num. 2. vers. hodiè verò, et Mas-
sin. num. 32. C. qui adm Castr. in d. l. a num. 2. C.
de repud bon. poss Ias. in d. l. cum proponas. 3. nu.
21. vers. Tu tenendo C. de hæred. inst. et in l. 1. nu.
44 ff de vulg. Cimato. in l. legatum 7. nu. 25. vers.
2. ff de leg. primo, adeo, vt etiamsi priùs, quam
eam adeat iussu patris, ab eo emancipetur,
& postea adeundo eam sibi acquirat, nihil-
157 ominus teneatur eam patri restituere, † vt scri-
bunt Castr. in l. renitente 11 nu. 1. C. de iur. delib.
Polit. de substit. tit. de vulg. part. 3. num. 24. vers.
Part 9. Seb. Sap. in d. l. 1. num. 41. C. qui adm.
Mantic. de con. vlt. vol. lib. 4. tit. 8. num. 26. At
in aduentitijs ius pristinũ mutauit, & consti-
tuit, vt, siuè hæreditas filio delata sit, siuè reli-
ctum legatum, aut fideicommissum, per filiũ
patri non quæratur, nisi iure vsusfructus, pro-
158 prietate penes filium remanente † d. l. cum
oportet. 6. in princ. vers. si quis itaque, et l. fin.
in prin C de bon. quæ lib. d §. 1. Inst. per quas
perso nob. acq. Et scribunt gl in d. l. 1. in verb. emo-
lumentum, et ibi Petr. de Bellap. num. 17. Bald.
nu. 12. Ang. in prin. vers. In gl. super verb. Castr.
num. 3. vers. hodiè verò Gozad num. 17. vers. Nõ
obstat, quod si olim, Iac. de Nigr. num. 43. Purp.
num. 48 vers. prima conclusio, Sichar. nu. 2. vers.
hodie vero, & num. 10. Massin. et nu. 36. et 277.
vers. 2. Cod qui adm. gl. in d. l. Paulus 90. in verb.
acquisiisse ff. de acq hæred. Bart. in d. l. si, qui hæres.
13. §. fi. num. 10. et ibi Imol. vers. Item adde et ff.
eod. Castr. in l legatum 7. num. 3. vers. Item hodiè
ff. de leg. primo, Zaz de substit. cap. 1. nu. 11. vers.
in 2. casu, Duar. ad tit. ff. de vulg. cap. 10. Cuiac.
ad tit. C. de rep. bon poss. Quamobrẽ hodiè pe-
159 culium est quadruplex, † vt declarat Ign. in d. l.
1. num. 5. C. qui adm. Castrense, quasi castrẽse
profectitium, & aduentitium §. 1. Inst. per quas
pers. nob. acq. ex his castrense, aut quasi castrẽ-
se pleno iure filio acquiritur, profectitiũ verò
acquiritur pleno iure patri, aduentitium de-
nique acquiritur patri quoad vsumfructum,
filio verò quoad proprietatem, exceptis cer-
tis casibus, in quibus pater, nc ius quidẽ vsus-
fructus habet, quos enumerat gl. in Auth. idemq;
C. de bon quæ lib.

Hinc sequitur secunda differentia, quę ver-
satur inter ius antiquum, & nouum: nam in-
specto iure vetere filiusfa. adeundo hæredi-
tatem etiam aduentitiam faciebat patrem
160 hæredem † d. l. qui in aliena 6. §. interdum ff. de
acq. hæred. Et scribunt omnes, quos referemus in-
161 fra num. 532. vers. 2. non quidem, † quoad titu-
lum nominis, quippe, qui residebat in per-
sona filij, cum diceretur hęres fieri, siuè existe-
re l. qui hominem. 34. §. quidam ff. de solut. et scri-
bit Cin. in d. l. 1. nu 9 vers Dixi C. qui adm. sed,
quoad commodum, & emolumentum rei.
vt pote quod patri pleno iure quærebatur, vt
supra dictum est, Et in specie declarant Bart. in l.
quidam ita in testamẽto 25. §. 1. nu. 1. ff. ad Treb.
Bald. in d. l. qui in aliena 6. § interdum, vers. 2.
quaro, et ibi Imol. vers. et attende ff de acq. hæred.
Bald. in d l. 1. num 28. vers. et illa primaria C. de
bon. quæ lib. Massin. in d. l. 1. nu. 94 C. qui adm.
Sed inspecto iure nouo filius adeundo hære-
ditatem aduentitiam non facit ampliùs pa-
162 trem hæredem, † quia non acquirit, ei, nisi
vsumfructum, cuius respectu non potest pa-
ter dici factus hæres, vt declarat Bald. in d. l. 1.
num. 28. C. qui adm. Itaque hæres efficitur ip-
semet filius, non tantum nomine, sed etiam
effectu scilicet, quia consequitur omnia cõ-
moda, & incommoda hæreditaria, solo ex-
cepto vsufructu, qui patri reseruatur, & cuius
respectu legitimam bonorum administratio-
nem habet d. l. cum oportet. 6. §. non autem C de
bon. quæ lib. At in profectitia nihil ex antiquo
iure mutatum est, vt diximus supra num. 155.

Tertia inde succedit differentia, quæ con-
sistit in modo acquirendi: Nam, si filiofa. hæ-
reditas, aut bonorum possessio defeuatur, in-
specto iure vetere, neque pater sine filio, neq;
filius sine patre potest eam acquirere. sed, ad
163 hoc necessaria est vtriusque voluntas † vt de
hæreditate constat ex l. si quis mihi bona. 25. §.
iussum ff de acq hæred. l. filiof. 4. et l. renitente 11.
C. de iur. delib. Et scribunt Bald. in l. si, qui hæres.
13. § fin. num. 1. vers ratio, quia, & ibi Alex. nu.
6 vers. sed respondet ff de acq. hæred. Castr. in l.
vlt. in prin. num. 1. C. de bon. quæ lib. Imol. in l. le-
gatum. 7. num. 1. & ibi Cimato. num. 16. ff. de leg.
primo, Massin. in d. l. 1. num. 71. C. qui adm. De
bonorum vero possessione constat ex l fin. ff. quis
ord. De vtraque demum ex d. l. qui in aliena. 6. in
prin ff. de acq. hæred. & l. seruo inuito. 65. in prin.
ff. ad Treb. & patebit ex ijs, quæ dicemus infra nu.
164 200. & seqq. non tamen vniformiter † quia vo-
luntas filij debet interuenire per modum agẽ-
tis, voluntas verò patris per modum iubẽtis,
aut consentientis. vt ostendemus infra nu. 200.
& seqq. Quamobrem illa cõsideratur, vt prin-
165 cipalis, hæc verò vt accessoria, † sicuti declarãt
Bald. in d. l. 1. num. 18. & ibi Cagn. num. 6. vers.
2. principaliter, & num. 18. Massin. num. 68. &
69. C. qui admit. Ias. in d. l. si, qui hæres. 13. §. fin.
num. 38. vers. sed ad hoc potes ff. de acq. hæred.
166 Cuiac. ad tit. C. qui adm. scilicet, quia † accedit
actui, qui ab alio geritur, nempe a filio.

Et sanè actus ipse, per quem fit acquisitio,
puta aditio hęreditatis, vel agnitio bonorum
possessionis non potest inspecto iure vetere
167 expediri a patre, † ut de aditione cõstat ex d. l. re-
nitente 11. & ibi Castr. num. 1. C. de iur. delib. Et
scribunt Ang. in l. 1. § substituere num. 4 vers. 2.
quia, & ibi Ias. nu. 46. vers. 2. moueor ff. de uulg.
Dec. in d. l. 1. in tertia lect. num. 3. & ibi Alcia. nu.
32. vers. Non obstat. text. Cagn. num. 8. 15. & 29.
C. qui adm. Trenta. de subsit. part 1. cap. 6. num.
2. vers. 3. mouentur Cuiac. ad tit. C. de rep. bon.
poss. vt pote, in quem ius adeundi, vel agno-
168 scendi non transfertur, † ut de iure adeundi
scribunt Bart. in d. l. si, qui hæres. 13. §. fin. num.
7. et ib. Ang. num. 1. vers. In text. ibi, neque pater
et Ias. num. 7. vers. 2. ratio ff. de acq. hæred. Bart.

 in l.

in l.is potest.18.num.12.vers.sed opp.ff.eod.Bald. in d l.fin.in princ.num.6 vers. & si tu dicas C.de bon.quæ lib Castr.in l.ex ripudiatione.26.num. 2.C.de fideicomm.& in l.seruo inuito 65.in prin. num.4 ff.ad Treb.Signo.de Homod.in d. l 1.nu. 56.vers Non obstat, & ibi Ias.num.5.vers.& ad l.filius,Dec.in prima lect.num.13.& in tertia nu. 72.Gozad num.7 vers.Non obstat l.Papinianus & num.10.vers Non obstat l.fin. Iac.de Nigr. num.24. vers.sed aduerte,& num.44.vers.2.Seb. Sap num.67.Zuccar. num 2. Cagn.num.6.vers. Item probatur,& num.8.Massin num 66.C.qui adm.Soc.Sen.in l.1.num.27.vers. Nec obstat ff.de vulg. Ceph. cons.321. num. 45. De iure vero agnoscendi Cagn.in d.l.1 num.59.& ibi Massin. num.161.De vtroque demum Seb. Sap.ibi, num. 12.& Cagn.nu.6.vers.2 principaliter, sed debet

169 expediri a filio, † *vt de aditione declarant Cin. in d.l.1.num.9.vers. Dixi,& ibi Cagn.num. 15. C qui adm.Castr.in d.l. si. qui hæres 13. §.fin.n. 1.vers.In text.ibi, vtrique ff. de acq. hæred.& in d.l.seruo inuito.65.in prin.numer.4 ff.ad Treb. De agnitione vero Signor.de Homod in d.l.1.nu. 12.vers.venio,& ibi Cagn.num.29 C. qui adm.* quippe,cui solius adeundi, vel agnoscendi

170 competit † *vt de iure adeundi scribunt Ias. in d. l.1.num.5.vers & ad l.filius, & ibi Gozad. num. 7.vers.Non obstat l. Papinianus, Nig num. 68. vers.2.Zuccard num.2 & 76 vers sed alio modo, Cagn.num.29. Massin.num.66. C.qui adm. De iure vero agnoscendi Massin.ibi, numer 161.De vtroque demum Cagn.ibi nu.6. vers.2. principaliter,& num.59.* Nam, cum hæreditas aut bonorum possessio non patri,sed filio deferatur

171 † *vt de hæreditate constat ex d l qui in aliena. 6. in prin.vers.sed,& si,& d.l si quis mihi bona. 25. §.pater ff.de acq.hæred d l.filiofa.4 C. de iur. delib l.si filiusfa. 10. C. de petit. hæred. Et scribunt Sign.de.Homod.in d.l.1.nu.56. vers.Non obstat, & ibi Gozad.num.7.in prin. & vers Non obstat l.Papinianus,Seb Sap.num 3.Iac.de Nigr.num. 57.vers.Contrarium.Cagn.num.13 & 76.vers.e contrario, Massin.num 279 C.qui adm Castr.in d.l.si qui hæres. 13.§ fin.nu. 1.vers In text ibi, neque pater,& ibi Alex.num.6. vers. Præterea ff. de acq.hæred Alexa.in d.l.1.numer.32.vers.Non obstat text ff de vulg.Cam.Plaut.in d.l.1.in verb. amittitur C.qui adm.De bonorum verò possessione constat ex l. fin.in prin. & ibi not.gl. in verb. dies centum ff quis ord.l.2.& ibi not. Dec. C.de rep.bon poss.& l.1.& ibi not. Bart.in prin.vers.in prima,Bald.num 1.Castr nu. 8. vers.si vero non potuit,Alex.num. 7 vers. Non obstat.Gozad n. 1.Dec in 2.lect.num.14 Iac.de Nigr. num. 1. & 57.vers.confirmo,Purp.num.5. Cagn. num. 35. 41.& 76 vers.e contrario. Camil.Plaut.in verb. bonorum possessio num.3.& in verb.delata,num. 3.Massin.num.160 C.qui adm Craff.in d. §.bonorum possessio q.16.nu. 1. vbi testatur, hanc esse*

172 *communem,* cum delatio † ei tantum fiat, qui venit ex iudicio testatoris, aut ex principali vocatione legis,cuiusmodi non est pater,sed filius *l.qui liberis.8.§. hæc verba ff. de vulg. Et in proposito considerat Massin.in d.l.1.num.162.& seq.* Consequens est,vt solus filius, non etiam pater possit adire,vel agnoscere. *Ita in proposito ratiocinatur Cagn.in d.l.1.num.15.& 29.C. qui adm.*

Nec est contrarium, quod inspecto iure, vetere,quicquid acquirit filius,patri acquirit *vt diximus supra nu 4.* ideoq; videatur etiam ei acquirere ius adeundi,vel agnoscēdi, quia

173 hoc verum est, respectu † iuris quæsiti, non etiam iuris quęrendi:Nam hoc patri nō quęritur, *vt in specie declarant Bart. in d.l.si, qui hæres.13.§ fin.num.7.& ibi Castr.num. 3. vers. In gl.eadem ff.de acq.hęred.Bart. in d. l. is potest 18.num.12.vers sed opp & num 14.ff.eod. & in d.l seruo inuito 65.in prin.nu.1 ff.ad Treb.Ceph. d.cons 321.num.46 Menoch.cons.101.num.18.* Itaque,vbi filius aliquid acquisiuit, commodum,& emolumentum quod ex illa acquisitione resultat,statim patri quęritur,*vt dicimus infra nu. 482.* adeo, vt ne momento quidem maneat in persona filij *l placet 78 ff.de acq. hæred* sed ipsum ius quærendi, puta ius adeundi, vel agnoscendi nō quæritur patri, sed residet

174 in persona filij, † *vt de iure adeundi scribunt Bald in d l si,qui hæres.13.§ fi.n.1.vers.ex hoc sequitur.& ibi Ias n.5.& 7.vers.2.ratio ff. de acq. hęr. Iac.de Nig.in d l.1.n.44.vers.2.& n.57.vers. contrarium.& ibi Cagn. nu 6. vers Item probatur,& de vtroque Massin.ibi nu. 76.C. qui adm.*

175 quia tale ius censetur quid facti, † *vt declarat Cagn.in d.l.1.nu.6.vers.Item probatur,& Ceph. d.cons.321.num. 38.* & ea, quæ facti sunt non

176 transeunt in patrē, aut dominum † *l qui ingredi 44.in prin.ff.de cond & dem.Seb.Sap.in d.l.1 nu. 17.C.qui adm.* Denique censetur mere perso-

177 nale,† *vt declarant Sign.de Homod.in d. l.1.nu. 52.vers.Item sicut,& num.56. vers. Non obstat C qui adm.Coras lib.6.miscel.cap.21. nu.1.* Cuiusmodi iura, nec in patrem, aut dominum, nec in aliū quemlibet iuris successorem transferuntur *l.3.§ fin.ff.quib.mod.vsusf.am.*

Hinc dicimus, ad hæreditatis, vel bonorū possessionis acquisitionem necessarium esse

178 factum filij, † *vt de hæreditate videre est apud Castr.in l.Papinianus.8 in prin. nu.1.ff de inoff. in d.l.si qui hæres 13.§ fin.num. 1. vers. In text. ibi,neq; pater.ff.de acq.hæred.in d.l. renitente 11. num.1.C.de iur.delib.& in d.l. vlt in prin.num. 1.C.de bon quæ lib. De bonorum vero possessione apud eundem Castr in d.l. 1. num. 3. vers. quid e conuerso & ibi Cagn.num.43.C.qui adm.*

Nec obstat,quod pater, licet nō possit adire hæreditatem, potest tamen agnoscere bo-

179 norum possessionem,† *vt scribit Castr.in d.l.si, qui hæres.13.§ fin.num 5.ff.de acq hæred.* ideoque saltem iure prętorio nō videatur filij factum necessarium,quia cōtrarium verius est, *vt patet ex ijs, quæ supra diximus* : Nam illa

180 agnitio † non fit à patre nomine proprio, sed nomine filij, *vt declarant Bald.in d.l.1.nu. 35.& ibi Seb.Sap.num. 18.C. qui adm.* ideoque perinde est, ac, si filius ipse bonorum posses- sionem agnosceret, quia,qui per alium facit,

181 per seipsum facere videtur † *l.in ædibus. 19 §. quod filius ff.de donat.l.qua ratione.9.§ hęc quoque ff.de acq.rer.dom.l.ita autem.5 §. gessisse ff de adm.tuto l.2.ff.de fid.& nom.tuto.l.1.§. vlt ff.si mens.fals. mod. dix.* Itaque etiam in hoc casu voluntas patris non consideratur, vt principalis,& per modum agētis,sed, vt accessoria, & per modum consentientis, quia agens est filius, si non verè, saltem fictè, eo ipso, quod per patrem sui nomine,& vice agnoscentem ipsemet agere videtur: Pater verò non agit, sed actui alieno, idest, alterius nomine gesto consentit, eo ipso quod pro filio bonorum agno-

agnoscit possessionem. Quamobrem dicimus etiam eam à solo filio, non etiam à pa-
182 tre posse agnosci, † *vti videre est apud Sign. de Homed. in d. l. 1. nu. 12. versic. venio, & ibi Cagn. num. 29. C. qui adm.* seu non posse agnosci sine
183 filio, † *vt scribunt Castr. in d. l. 1. num. 3. versic. quid e conuerso, & ibi Alex. num. 11. vers. Attamen conclusiue, Cagnol. num. 29.* quia, aut ab ipso est agnoscenda, aut, si ab alio, debet hoc fieri
184 ipsius nomine, & de ipsius voluntate, † *vt declarant Castr. in d. l. 1. num. 3. vers. quid e conuerso, & ibi Cagn. nu. 8. & Cuiac. ad tit. C. qui adm. & ad tit. C. de rep. bon. poss.* ita, vt, vel præcedat eius mandatum, vel, si eo ignorante fiat agnitio, sequatur postea illius ratihabitio, ad hoc, vt vtiliter, & cum effectu facta censeatur. Ex quo intelligimus, non posse patrem inuito
185 filio bonorum agnoscere possessionem, † vt nec pro hærede gerere *d. l. renitente. 11. C. de iur. delib.* & in hoc bonorum possessionem differre a fideicõmissaria hæreditate, quippe, quam pater etiam citra filij consensum
186 potest recipere † *d. l. seruo inuito. 65. in prin. & ibi Ang. num. 2. versicul. Item ideo ff. ad Trebell.*
187 Cuius diuersitatis ratio est, quia † filius potest quidem præiudicare patri in iure quærendo,
188 sed non in iure quæsito, † *vt scribunt gl. in d. l. 1. in verb. ignorante, vers. vel hac, & ibi Petr. de Bellap. num. 10. Bald. num. 25. Cast. num. 1. vers. erat ergo, & num. 4 vers. In glos. 2. Sign. num 44. Alex. num. 12. Ias. num 9. vers. In 2 part. Dec. in 2 lect. num. 24. vers. In gl. inuito. Goz. ad num. 17. vers. Retenta tamen communi, Sap. nu 67. Cagn. num. 35. C. qui adm. Alex. in d. l. si, qui bares. 13. §. fin. num. 6. vers. In eadem gl. & ibi Ias. num. 2. ff. de acq. har.* Sed in agnitione bonorum possessionis tractatur de iure quærendo, in fideicommissariæ verò hæreditatis restitutione de iure quæsito, scilicet, quia statim atq. dies relicti cessit, ius patri quæsitum intelligitur, *vt decimus infra num. 725.* Nil mirum igitur, si filius per actum voluntatis possit in illa, non ẽt in hac patri præiudicare. *Ita ratiocinatur Ang. in d. l. seruo inuito. 65 in prin. num. 2. vers. Item ideo ff. ad Trebell.*

Hinc quæri solet, an, si filius nolit, aut adire, vel agnoscere, aut agnoscenti consentire, possit a patre cogi. Et præcisè quidem certum
189 est, nõ posse, † quia, cum huiusmodi actiones expediri debeant animo *l. pro harede. 20. in prin. ff. de acq hæred. l. vlt. C. qui adm.* qui nulla vi constringi potest, Consequens est, vt non possit pater aliquo modo operari, vt filius nolens adeat, vel agnoscat: Potest enim omnem potius pati cruciatum, omniaque tormenta, q̃ velle adire, vel agnoscere, vt de seruo dicit *in l. cum proponas. 3. C. de hæred. inst. & nos latius ostendemus in q. seq. Et in specie de filio scribunt Bart. in l. si quis mihi bona. 25. §. iussum num. 7. ff. de acq. hæred. Castr. in d. l. cum proponas. 3. nu. 4. vers. & idem videtur C. de hæred. inst. Polit. de substit. tit. de vulg. part. 3. num 26. vers. At quærendum. Zaccar. in d. l. 1. num. 23. vers. aliam assigno C. qui adm.*

Sed, an saltem cogi possit ijs remedijs, quibus homines ad aliquid faciendum iure cõpelluntur, puta vinculis, quæri potest. Et non-
190 nulli quidem censuerunt posse, † vel remedio priuato, idest, iure patriæ potestatis, *vt sensit Bart. in d. l. si quis mihi bona. 25. §. iussũ, nu. 7. ff. de acq. hæred.* vel remedio publico, idest officio iudicis, *vt esse communem opinionem testatur Cagn. in d. l. 1. num. 50. & ibi Zuccar. nu. 23. vers. aliam assigno C. qui adm.* quia, cum hoc sit receptum in seruo *l. 1. §. 1. vers. quid ergo ff. si quis om. caus. test.* Consequens videtur, vt debeat etiam recipi in filio, quippe, qui secundũ ius antiquum pari cum seruo passu ambulat *§. 1. Inst. quod cum eo, & in his terminis scribit Imol. in l. si paterfa. 40. n. 7 vers. a ff. de hæred. inst.*
191 Et ita videtur sensisse Iustinianus † *in d. l. vlt. §. 1. C. de bon. quæ lib.* ibi *siue pater adire filium. fa. integræ ætatis compellit, & ille reclamandum existimat.*

Sed mihi verius videtur, in hac re distinguendam esse hæreditatem profectitiam ab aduentitia: Nam in profectitia verum puto, posse filium, vel iure patriæ potestatis, vel iu-
192 dicis officio cogi adire, vel agnoscere, † *secundum opinionem eorũ, quos supra retulimus, quęq; in his terminis est verissima.* Nam cũ ex hac nullam filius sperare possit vtilitatem, scilicet, quia, etiamsi factus sui iuris eam adeat, & sibi acquirat, non tamen potest eam retinere, sed tenetur eã patri suo restituere *vt dicemus infra num. 457.* apparet, eius recusationem esse meram peruicaciam, & inobedientiam, quę tam à patre, quam a iudice coerceri debet *l. cum aliquis. 21. C. de iur. delib.* At in aduentitia verius puto, non posse filium cogi adire, vel agnoscere, sed posse expectare, quousque, vel morte patris, vel emancipatione fiat sui iuris,
193 vt sibi hæreditatem acquirat. † *Ita enim censuerunt gl. in l. Papinianus. 8. in prin. in verb. ipsius ff. de inoff. Cin. in d. l. 1. nu 9. & ibi Dec. in 2. lect. num. 14. & in 3. num. 2. Alcia. num. 25. vers. 2. modo, Cagn. num. 16. 49. & 59. vers. & si dicas C. qui adm. Conna lib. 10. comm. cap 7. num 4 vers. hic occurrit:* Alioquin enim perperã Diocler. & Maxim. *in l. renitente 11. C. de iur. delib.* dixissent, renitente filio non posse patrem seruos hæreditarios manumittere, quia semper hoc posset facere, compellẽdo eum adire. Et sanè,
194 † cum filius, qui recusat aditionem, hoc faciat ad sui commodum, quod legitimo iure habere potest, Consequens est, vt non possit censeri facere patri iniuriam, scilicet, quia nemini iniuriam facit, qui suo iure vtitur *l. Proculus. 26. ff. de damn. infect.*

Neque obstat quod seruus, si adire recuset, cogi potest, quid respondeo, aliud esse in ser-
195 uo, aliud in filio, † *vt rectè distinguit Cagn. in d. l. 1. num. 16. C. qui adm.* Ratio autem diuer-
196 sitatis est, quia † filius habet probabilem spẽ iuris sui consequendi per mortẽ patris, quam non habet seruus, *vt ostendemus infra nu. 418.* ideoq. in filio subest iusta recusandi causa, quæ in seruo cessat.

Denique non obstat *l. fin. §. 1. C. de bon. quę*
197 *lib.* quia Iustinianus ibi non loquitur † de cõpulsione reali, quæ vim continet, sed de verbali, quæ fit simplici iussu: Nam pater, qui iubet filio, vt adeat, dicitur eum compellere ad adeundum, &, si filius dicat, se nolle adire, dicitur reclamare, idest, contradicere, patri, & ab eo discordare, & de tali compulsione loquitur ibi Iustinianus, non autem de ea, de qua nos loquimur, vt patet ex illis verbis, *& ille reclamandum existimat.*

Sanè, si hæreditas sit profectitia, & filius

non obstantibus quibuscunque remedijs no-
lit adire. putant nonnulli, succurrendum esse
patri, etiam inspecto iure vetere. ita, vt per se
198 possit vel adire, vel agnoscere, † ne alioquin
filij caliditas, & pertinacia noceat patri *Ita*
enim censuit Polit. de subiblit. d. tit de vulg. part.
3. num. 26. vers. At quærendum. Sed hoc mihi
199 videtur a vero alienum, † quia alioquin falsũ
esset. quod passim dici solet, posse filium in
iure quærendo nocere patri, ita, vt, nisi filius
velit, non possit patri ius acquiri, *sicuti retuli-*
mus supra nu. 188. Quamobrem verius est, in-
specto iure vetere semper esse necessarium
factum filij, ad hoc, vt hæreditas, vel bonorũ
possessio patri acquiratur, scilicet, quia adi-
tionis, vel agnitionis actus debet ab eo expe-
diri, non a patre, ideoque patris voluntas nõ
est necessaria per modum agẽtis, sed per mo-
dum iubentis aut consentientis, *secundum ea*
quæ diximus supra nu. 164. & seqq. Per modũ
enim iubentis est necessaria in hæreditate,
quippe quam filius nõ potest adire sine iussu,
200 & mandato patris † *d. l. qui in aliena. 6. §. inter-*
dum, vers. sed, si quis, & l. si quis heres. 35. §. fin.
l. si ex sua. 26. & l. filiusfa 91. ff. de acq. hæred. Et
scribunt Cin. in d. l. vlt. in princ. nu. 4 & ibi Bart.
num. 1. Castren. num. 1. C. de bon. quæ lib. Petr. de
Bellap. in d. l. 1. nu. 21. vers de iure, & ibi Sichar.
num. 1. vers. & hoc adeo, & Massin. num. 59. C.
qui adm. Bart in d. l. qui in aliena 6. in princ. ff. de
acq. hæred. Nico Bello. lib. 3. supp. cap. 3. num 1.
& alij, quos referemus infra num. Innumeræque
iura facientia mentionem de aditione facta iussu,
siue mandato patris, vel de patre iubente, siue mã-
dante filio, vt adeat, vt d. l. qui in aliena. 6. §. si cui
quid l. si quis filiumfam. 7. in princip. l. mors. 8. §.
impuberi d. l. si quis mihi bona. 25. §. sed vtrum,
vers. Plane, & § sed, si mandauit, §. coram
& § fin. l. si ego, & seruus. 26. l cum quidam 30.
in princ. & l. pater. 92. in princ & § 1. ff. de acq.
hæred. l. qui hominem. 34. §. quidam ff. de solut. l.
non est iussum. 15. C. de iur. delib. adeo, vt satis
non sit patrem ex post facto ratam habere
201 aditionem a filio factam, † *vt not. in d. l. qui in*
aliena. 6. in prin. vbi Bald. vers. 2. not. ff de acq.
hæred. sed necessariò debeat eius iussus præce-
202 dere, † *d. l. si quis mihi bona. 25. §. iussum, & ibi*
gl. in verb. Iussum. Bart. num. 1 Bald. in princ. &
vers. Not. tria, Ang. num. 1. ff. de acquir. hæred.
& d. l. seruo inuito 65. in princ. vers nec, quia ff.
ad Treb. Et scribunt gl. in d. l. qui in aliena. 6. in
prin. in verb. inuitum ff. de acq. hæred. gl. in d. l.
vlt. in princ. in verb. recusante C. de bon quæ lib.
Bart in d. l. 1. num. 2. vers. primo casu, & ibi Bald.
num. 7. vers. 6 opp. Castr. num. 7. Iac. de Nigr. nu.
52. vers de his tamen. Cagn. num. 71. vers. primo,
Ign. num. 4. Sichar. num. 7. & seqq. C. qui adm.
Castr. in d. l. renitente. 11. num. 1. C. de iur. delib.
203 *& alij. quos referemus infra num. 294.* quia † cũ
filius debeat hoc iure inspecto hæreditatem
patri acquirere, *vt diximus supra num. 22.* si
posset eam adire non præcedente iussu patris,
necessariò deberet vnum ex duobus absurdis
sequi: Aut enim statim eam quæreret patri,
Et hoc esset absurdum, quia hoc modo eum
inuitum oneribus hæreditarijs obstringeret,
cum hæreditas obliget eum, cui quæritur, æri
204 alieno † *l. more 8. in prin. ff. de acq. hæred.* & ta-
men certum est, exceptis suis & necessarijs
hæredibus neminem inuitũ hæreditati obli-
205 gari posse. † *l. nec emere. 16. C. de iur. delib. Ita*
ratiocinantur Ang. in d. l. 1. vers item non est ve-
rum, & ibi Alex. num. 16. vers. Præterea, Ias. nu.
1. Sichar. nu. 2. vers & hoc ideo C. qui adm. Nico
Bello lib. 3 suppu cap. 2. num. 3. vers. & in effectu,
& lib. 4. cap. 4. nu. 1. vers. 2. & dicemus etiam infr.
num. 340.

Nec est contrarium, quod per filium patri,
206 etiam inuito acquiratur. † vt dicimus de ser-
uo *l. etiam inuitis 32. ff. de acq. rer. dom. l. seruus*
vetante 62. ff. de verb. oblig. quia non est hoc in-
207 distincte verũ: Nam † aut acquisitio est mera,
aut mixta, & si mera, aut est irreuocabilis, vt
est ea, quæ fit per traditionem, Et verum est
fieri etiam patri inuito, *d. l. seruus vetante 62.*
& d. l. etiam inuitis. 32 Tametsi contrarium scri-
pserit Dec. in d. l. 1. in secunda lect. num. 19. & in
tertia nu. 40. C. qui adm. non, quod rem postea
a se repellere nõ possit, quia haud dubiè hoc
ei facere permissum est, sed, quia etiam inui-
tus incipit esse rei dominus, licet postea rem
habẽdo pro derelicta dominiũ eius amittat.

Nec obstat, quod inuito beneficium non
208 detur † *l inuito. 70. ff. de reg. iur. l. hoc iure. 19. §.*
209 *non potest ff. de donat.* quia hoc procedit † in ijs,
quæ per nos met ipsos, & sic directò nobis
acquiruntur: nam, quia nostram requirunt
voluntatem & consensum, ideo nil mirum, si
210 non quærantur nobis inuitis, † *ut considerant*
Ias. in d. l. seruus vetante. 62. num. 2. vers. Tu potes
ff. de verb oblig. Dec. in d. l. 1 in secunda lect. num.
19. vers. Nunc vlterius & in tertia nu. 43. C. qui
adm. At, quæ nobis acquiruntur per eos, quos
habemus in potestate, & sic per indirectum,
magis est, vt nobis etiam inuitis acquirantur
211 † *d. l. etiam Inuitis, & d. l. seruus vetante. Ita di-*
stinguũt gl. in d. l. hoc iure 19 §. nõ potest, in verb.
acquiri. & ibi Bart. ff de donat. Imol. in d. l. seruus
vetãte & ibi Ias. n. 2. Dec. in d. l. 1. in secunda lect. n.
19 vers. & ideo, & ibi Iac. de Nigr. num. 9 &
Massin. num. 247. C. qui adm. scilicet, quia
212 † talis acquisitio procedit a lege, quæ non ex-
pectata hominis voluntate suos effectus ope-
ratur, *vt in proposito considerãt Ias. in d. l. seruus*
vetante, num. 2. vers. Tu potes, & Iac. de Nig. in l.
1. num. 9. C. qui adm. Aut verò acquisitio est
reuocabilis, vt est acquisitio legati, *sicuti osten-*
demus in 8. cap q. 2. num. 3. Et tunc verius est,
eam fieri quidem patri ignoranti, sed non in-
uito, scilicet, quia legatum ab eo repudiari
213 potest. † *vt ostendemus infra num. 729. Et in spe-*
cie declarat Zuccard. in d. l. 1. num. 27. C. qui adm.
tametsi contrarium, & male scripserit ibi Dec. in
secunda lect. num. 19. & in tertia num. 40. Quod,
si acquisitio non sit mera, sed mixta, vt est
acquisitio hæreditatis, aut bonorum posses-
sionis, quæ in se continet æris alieni, & aliorũ
onerum obligationem, magis est, vt, neq; in-
214 uito, neque ignoranti fieri possit. † *Ita in spe-*
cie distinguunt Castr. in d. l. 1. nu. 1. vers. præmit-
te, & ibi Alex. nu. 4. Ias. num. 1. Dec. in prima lect.
num. 4 Alcia. num. 15. Zuccard. num. 27. Ign. nu.
1. & 2. Cagn. num 5. & 30. Camil. Plaut. in verb.
si ratam, num. 1. Sichar. num. 2. vers. & hoc ideo,
Massin. num. 78. & seq. & num. 243. C. qui adm.
Castr. in d. l. vlt. in prin. num. 7. C. de bon. quæ lib.
Imol. in d. l. seruo inuito. 65. in prin. num. 2. vers.
Istud est verum, & vers. In ea gl. ibi ff. ad Treb.
Nico Bello. lib. 3 suppu. cap. 2. num. 3. vers. & in
effectu, adeò, vt, ne commutabiliter quidem

inuito

215 inuito fiat † *l. 3. §. inuito ff. de bon. poss. l. fin. ff.*
quis ord. Et in specie declarant Alex. in d. l. 1. nu.
16. vers. propter [illegible] *ibi Cagn. num. 30 vers. sed*
non est recedendum C. qui admitt. tametsi con-
trarium [illegible] *ibi in prima lect. nu. 4. vers. vel ali-*
216 *tir, & alij* plerique censuerint, quia, † si inuito
acquireretur, non posset postea repudiari sine
beneficio restitutionis, quod solis minoribus
indulgetur, & tamen certum est, posse repu-
diari, *vt in proposito, & reprobando Dec. consi-*
derat Cagn. in d. l. 1. num. 30. vers. sed non est re-
cedendum. Quod igitur dicimus de acquisitio-
ne reuocabili, procedit in successionibus sin-
gularibus, nempe in legatis, & fideicommis-
sis, quæ continent merum lucrum: nam illæ
per filium patri ipso iure acquiruntur. sed cō-
217 mutabiliter, † *vt supra dictū est, & in specie decla-*
rat Cagn. ibi num. 30. vers. & declaratio. Cœte-
rùm successiones vniuersales, ne commuta-
biliter quidem inuito acquiruntur, ne patrem
inuitum obligent æri alieno. Et hoc est, quod
sensit Vlpianus *in d. l. qui in aliena. 6. in prin.*
ff. de acq. hær. dum, *Qui in aliena est potestate,*
inquit, *non potest inuitum hæreditati obligare*
eum, in cuius est potestate, ne ære alieno pater obli-
218 *getur*: Significat enim, † filium, qui in patris
est potestate, ideo non posse citra illius volū-
tatem, & iussum adire hæreditatem, & eam
illi acquirere, quia, si acquireret, obligaret eū
inuitum æri alieno, quod esset absurdum, aut
si non acquireret, necessariò deberet aditio
stare in suspenso, quod & ipsum absurdum
219 esset; † nam, cum aditio sit actus legitimus,
Consequens est, vt non debeat stare in suspē-
so, sed ita fieri, vt, vel statim acquisitionis ef-
fectum operetur, vel sit nulla *l. actus legitimi.*
78. ff. de regul. iur. l. eum, qui. 51. §. fin. ff.
de acq. hered. Ita ratiocinantur Bald. in d. l. qui
in aliena, 6 in princ. vers. 2. not. & ibi Castr. num.
2. Alex. num 6 ff. de acq. hered. Bald. in d. l. 1. nu.
10. & ibi Ias. num. 32. Cagn. num. 28 Ign. num.
37. Sichar. num. 8. vers. preterea. Camil. Plaut. in
verb. si ratam, num. 5. C. qui adm. Sed hac de re
latius dicemus infra num. 299. & seqq.
Hinc intelligimus primo, si filius non præ-
cedente iussu patris adeat hereditatem, inspe-
220 cto iure vetere nihil agere † *d. l. si quis mihi bo-*
na. 25 §. sed. si mandauit; vers. nam non puto, &
§. fin. & l. filiusf. 91. & ibi glo. in verb. nihil actū
ff. de acq. hæred. quia aditio censetur nulla
221 † *vt scribit Bald. in d. l. qui in aliena 6. in princ.*
vers. Not. hic, ideoq. nullum potest effectum
operari: Nec enim per eam fit hæreditatis ac-
222 quisitio † *d. l. filiusf. 91. ff. de acq. hæred.* cum hæ-
reditas, neque acquiratur patri neque filio,
vt de patre constat ex d. l. qui in aliena. 6. in prin.
ff. de acq. hæred. & ex ijs, quæ supra diximus. De
filio vero patebit ex ijs, quę dicemus infra num.
263. & seqq. & per consequentias non solum
223 pater non obligatur, sed nec filius, † *ut de pa*
tre constat ex d. l. qui in aliena. 6. in princ. & ibi
not. Bald. vers. not. hic, & ex l. eum qui 51. §.
filiusfa. ff. de acq. hæred. & scribit Cagn in d l. 1.
num. 28. C. qui adm. De filio uero scribunt Bart.
in d. l. qui in aliena. 6. in princ. et Alex. in d.
l. 1. num. 3. vers. respondeas C. qui adm. et pate-
bit etiā ex ijs, quæ latè dicemus infr. n. 256. et seqq.
Secundo intelligimus, filiumfa; cui delata
est hereditas, inspecto iure vetere habere qui-
dē ius adeundi habitu, sed non actu, & exer-

citio, n[illegible] de adire iussu, & voluntate pa-
224 tri[illegible] † *Ita not. Bald. in d. l. is qui hæres 13. § si n.*
1. vers. ex hoc sequitur etiam, & ibi Ias. num.
23 vers. [illegible] *confirmat ff. de acq hæred.*
Planè interdum censetur patri quæsita hę-
reditas, etiamsi non constet ipsius iussū præ-
cessisse.
Primum enim, si pater exhęredato filio ne
potem ex eo scripserit hæredem, nepos sine
225 aditione patrem suum facit hæredem † *d. l.*
qui in aliena. 6. § interdum ff. de acq. hæred. quia,
226 † cum vti suus non indigeat aditione *l. quem-*
admodum 7. ff. de inoff. sed ipso iure hæres exi-
stat *l. in suis. 14. ff. de suis, & legit.* Consequens
est, vt etiam ipso iure hæreditatem patri suo
acquirat, *sicuti latè ostendemus infra num. 739.*
& seqq.
Secundo verò, licet filius ad extranei hęre-
ditatem vocatus sit, & eam non adeat ex ius-
su patris, si tamen eam diu pater possederit,
perinde res habetur, ac, si filius eam pręcedē-
227 te iussu patris adierit † *d. l. qui in aliena. 6 § sed*
& si non adierit ff. de acq. hæred. Idem est. & si
volente filio pater se gesserit pro hęrede: nā
hoc modo censebitur iuris solemnitati satis-
228 fecisse † *l. filiofa. 4. C. de iur. delib.* Ex quo intel-
ligimus, patrem, licet inspecto iure vetere nō
possit etiam volente filio adire hęreditatem,
vt supra dictum est, posse tamen ex eius volun-
tate se gerere pro hęrede *d. l. filiofa. 4. C. de iur.*
delib. Denique idem est, &, si filius diu posse-
derit hęreditatem sciente, & patiente patre:
nam ex hac taciturnitate inducitur prędecē-
tis voluntatis, & iussus coniectura, quę ope-
ratur, vt hęreditas ex iussu patris adita esse[illegible]
229 † *l. si filiusfam. 10. Cod de petit. hered. Et scribunt*
Castr. in d. l. 1. num. 4. uers. In gl. super uerb. ratā,
& ibi Iac. de Nigr. num. 52. uers. de hac tamen, ac
uers. 2. ipse respondeo & Cagn. num 60. uers. glos.
in uerb. ratam C. qui adm. Cuiac. ad tit. C. de rep.
bon. poss.
Tertio demum, si filiusfa. hæres institutus
furiosum habeat patrem, licet inspecto rigo-
re iuris non possit adire hęreditatem, ex beni-
gnitate tamen adeundo perinde habetur, ac,
si paterfam. adierit, vt Diuus Pius rescripsit
230 † *l. cum here. 5 a. in prin ff. de acq. hęred. & scribit*
Polit. de subst. tit. de uulg. part. 3. num. 26. uers.
at quęrendum.
Sed hęc de hęreditate dicuntur. At in bo-
norum possessione voluntas patris inspecto
iure vetere non debet interuenire per modū
iubentis, sed per modum consentientis, qui
231 modus multum à priore differt: † nam iussus
omnimodo debet actum pręcedere *d. l. si quis*
mihi bona. 25. §. iussum ff. de acq. hęred. Et in spe-
cie declarat Nico. Bello. d. lib. 3. suppu. cap. 3. nu 2.
eum alioquin simplex consensus possit vel
pręcedere, vel sequi, *ut declarat Seb. Sap. in d. l. 1.*
num. 18. C. qui adm. Itaque in bonorum pos-
sessione est quidem necessaria volūtas patris,
vtpote, sine qua filius non potest eam acqui-
232 rere, † *ut scribunt Cin. in d. l. 1. num. 5. in fin. &*
num. 9. uers. Dixi, & ibi Sign. de Homo. num 8.
C. qui adm. sed nō est ita necessaria, vt debeat
agnitionis actum pręcedere, quia potest, vel
233 præcedere, vel sequi, † *l. fin. in prin. ff. quis ord.*
Et in specie declarant Cin. in d. l. 1. num. 5. in fin.
& ibi Castr. num. 1. uers. erit ergo C. qui adm. &
patebit ex ijs, quę dicemus infra nu. 233 & seqq.

Q. 2

non obstantibus quibuscunque remedijs noluit adire. putant nonnulli, succurrendum esse patri, etiam inspecto iure vetere, ita, vt per se
198 possit vel adire, vel agnoscere, † ne alioquin filij a[illegible]duas, & peruicacia noceat patri *Ita enim censuit Port. de subslit. d. tit de vulg. part. 3. num. 26. vers. At quærendum.* Sed hoc mihi
199 videtur a verò alienum, † quia alioquin falsũ esset, quod passim dici solet, posse filium in iure quærendo nocere patri, ita, vt, nisi filius velit, non possit patri ius acquiri, *sicuti retulimus supra nu. 188.* Quamobrem verius est, inspecto iure vetere semper esse necessarium factum filii, ad hoc, vt hæreditas, vel bonorũ possessio patri acquiratur, scilicet, quia aditionis, vel agnitionis actus debet ab eo expediri, non a patre, ideoque patris volũtas nõ est necessaria per modum agẽtis, sed per modum iubentis aut consentientis, *secundum ea quæ diximus supra nu. 164. & seqq.* Per modũ enim iubentis est necessaria in hæreditate, quippe quam filius nõ potest adire sine iussu,
200 & mandato patris † *d. l. qui in aliena. 6. §. interdum, vers. sed, si quis, & l. si quis heres. 35. §. fin. l. si ex sua. 26. & l. filius fa 91. ff. de acq. hered. Et scribunt Cin. in d. l. vlt. in princ. nu. 4 & ibi Bart. num. 1. Castren. num. 1. C. de bon. quæ lib Petr. de Bellap. in d. l. 1. nu. 21. vers de iure, & ibi Sichar. num. [illegible]. vers. & hoc adeo. & Massin. num. 59. C. qui adm. Bart in d. l. qui in aliena 6. in princ. ff. de acq. hered. Nico Bello. lib. 3. supp. cap. 3. num 1. & alij, quos referemus infra num.* Innuuntque iura facientia mentionem de aditione facta iussu, siue mandato patris, vel de patre iubente, seu mãdante filio, vt adeat, *vt d. l. qui in aliena. 6. §. si ist qui l. si quis filiusfam. 7. in princip. l. more. 8. §. impubes d. l. si quis mihi bona. 25. §. sed vtrum, vers. Planè, & § sed, si mandauit, §. coram & § fin. l. si ego, & seruus. 26. l cum quidam 30. in princ. & l. pater. 92. in princ & § 1. ff. de acq. hered. l. qui hominem. 34. §. quidam ff. de solut. l. non est dubium. 15. C. de iur. delib.* adeo, vt satis non sit patrem ex post facto ratam habere
201 aditionem a filio factam, † *vt not. in d. l. qui in aliena. 6. in prin. vbi Bald. vers. 2. not. ff de acq. hered.* sed necessariò debeat eius iussus præce-
202 dere, † *d. l. si quis mihi bona. 25. §. iussum, & ibi gl. in verb. Iussum. Bart. num. 1 Bald. in princ. & vers. Nota tria, Ang. num. 1. ff. de acquir. hered, & d. l seruo inuito 65. in princ. vers. nec, quia ff. ad Treb. Et scribunt gl. in d. l. qui in aliena. 6. in prin. in verb. inuitum ff. de acq. hered. gl. in d. l. vlt. in princ. in verb. recusante C. de bon. quæ lib. Bart in d. l. 1. num. 2. vers. primo, casu, & ibi Bald. num. 7. vers. 6 opp. Castr. num. 7. Iac. de Nigr. nu. 52. vers. de hac tamen. Cagn. num. 71. vers primo, Ign. num. 4. Sichar. num. 7. & seqq. C. qui adm. Castr. in d. l. renitente. 11. num. 1. C. de iur. delib.*
203 *& alij. quos referemus infra num. 294.* quia † cũ filius debeat hoc iure inspecto hæreditatem patri acquirere, *vt diximus supra num. 22.* si posset eam adire non præcedente iussu patris, necessariò deberet vnum ex duobus absurdis sequi: Aut enim statim eam quæreret patri, Et hoc esset absurdum, quia hoc modo cum inuitum oneribus hæreditarijs obstringeret, cum hæreditas obliget eum, cui quæritur, ære
204 alieno † *l. more 8. in prin. ff. de acq. hered.* & tamen certum est, exceptis suis, & necessarijs hæredibus neminem inuitũ hæreditati obli-
205 gari posse. † *l. nec emere. 16. C. de iur. de[illegible]. Ita ratiocinantur Ang. in d. l. 1. vers etiam non est uerum, & ibi Alex. num. 16. uers. Præterea, Ias. nu. 1. Sichar. nu. 2 uers. & hoc ideo C qui adm. Nico. Bello lib. 3 suppu cap. 2. num. 3. u[illegible]. & in effectu, & lib. 4. cap. 4. nu. 1. uers. 2. & dicemus etiam infr. num. 40.*

Nec est contrarium, quod per filium patri,
206 etiam inuito acquiratur, † vt dicimus de seruo *l. etiam inuitis 32. ff. de acq. rer. dom. l. seruus uetante 62. ff. de uerb. oblig.* quia non est hoc in-
207 distinctè verũ: Nam † aut acquisitio est mera, aut mixta, & si mera, aut est irreuocabilis, vt est ea, quæ fit per traditionem, Et verum est fieri etiam patri inuito, *d. l seruus vetante 62. & d l. etiam inuitis. 32 Tam tsi contrarium scripserit Dec. in d. l. 1. in secunda lect. num. 19. & in tertia nu. 40. C. qui adm.* non, quod rem postea a se repellere nõ possit, quia haud dubiè hoc ei facere permissum est, sed, quia etiam inuitus incipit esse rei dominus, licet postea rem habẽdo pro derelicta dominiũ eius amittat.

Nec obstat, quod inuito beneficium non
208 detur † *l inuito. 70. ff. de reg. iur. l. hoc iure. 19. §.*
209 *non potest ff. de donat.* quia hoc procedit † in ijs, quę per nos met ipsos, & sic directò nobis acquiruntur: nam, quia nostram requirunt voluntatem & consensum, ideo nil mirum, si
210 non quærantur nobis inuitis, † *ut considerant Ias in d. l seruus uetante. 62. num. 2. uers. Tu potes ff. de uerb oblig. Dec. in d. l. 1 in secunda lect. num. 19. uers. Nunc ulterius & in tertia nu. 43. C. qui adm.* At, quæ nobis acquiruntur per eos, quos habemus in potestate, & sic per indirectum, magis est, vt nobis etiam inuitis acquirantur
211 † *d. l. etiam inuitis, & d. l. seruus vetante. Ita distinguũt gl. in d. l. hoc iure 19 §. nõ potest, in uerb. acquiri, & ibi Bart. ff de donat. Imol. in d. l. seruus vetãte & ibi Ias. n. 2. Dec. in d. l. 1. in secunda lect n. 19. uers. & ideo, & ibi Iac. de Nigr. num. 9 & Massin. num. 247. C. qui adm.* scilicet, quia
212 † talis acquisitio procedit a lege, quæ non expectata hominis voluntate suos effectus operatur, *ut in proposito considerãt Ias. in d. l. seruus uetante, num. 2. uers. Tu potes, & Iac. de Nig. in l. 1. num. 9. C. qui adm.* Aut verò acquisitio est reuocabilis, vt est acquisitio legati, *sicuti ostendemus in 8. cap q. 2. num. 3.* Et tunc verius est, eam fieri quidem patri ignoranti, sed non inuito, scilicet, quia legatum ab eo repudiari
213 potest, † *ut ostendemus infra num. 729. Et in specie declarat Zuccard. in d l. 1. num. 27. C. qui adm. tametsi contrarium, & male scripserit ibi Dec. in secunda lect. num. 19. & in tertia num. 40.* Quod, si acquisitio non sit mera, sed mixta, vt est acquisitio hæreditatis, aut bonorum possessionis, quæ in se continet æris alieni, & aliorũ onerum obligationem, magis est, vt, neq. in-
214 uito, neque ignoranti fieri possit. † *Ita in specie distinguunt Castr. in d. l. 1. nu. 1. vers. præmitte, & ibi Alex. nu. 4. Ias num. 1. Dec. in prima lect. num. 4 Alcia. num. 13. Zuccard. num. 27 Ign. nu. 1. & 2. Cagn. num 5. & 30. Camil. Plant. in uerb. si ratam, num. 1. Sichar. num. 2. uers. & hoc ideo, Massin. num. 78. & seq. & num. 243. C. qui adm. Castr. in d l. ult. in prin. num. 7. C. de bon. quæ lib. Imol. in d. l. seruo inuito. 65. in prin. num. 2. uers. Istud est uerum, & uers. In ea gl. ibi ff. ad Treb. Nico. Bello. lib. 3 suppu. cap. 2. num. 3. uers. & in effectu*, adeò, vt, ne commutabiliter quidem

inuito

215 inuito fiat † *l. 3. §. inui-o ff. de bon. poss. l. fin. ff. quis ord. Et in sp-cie declarant Alcia. in d. l. . nu. 16. vers. propter o- ibi Cagn. num. 30 vers. sed non est recedendum C. qui admitt.* tametsi contrarium *De- ibi in prima lect. nu. 4. vers. vel alii-*
216 *ter, & alij* plerique censuerint, quia, † si inuito acquireretur, non posset postea repudiari sine beneficio restitutionis, quod solis minoribus indulgetur, & tamen certum est, posse repudiari, *vt in proposito, & reprobando Dec. considerat Cagn. in d. l. 1. num. 30. vers. sed non est recedendum.* Quod igitur dicimus de acquisitione reuocabili, procedit in successionibus singularibus, nempe in legatis, & fideicommissis, quæ continent merum lucrum: nam illæ per filium patri ipso iure acquiruntur. sed cō-
217 mutabiliter, † *vt supra dictū est, & in specie declarat Cagn. ibi num. 30. vers. & declaratio.* Cœterùm successiones vniuersales, ne commutabiliter quidem inuito acquiruntur, ne patrem inuitum obligent æri alieno. Et hoc est, quod sentit Vlpianus *in d. l. qui in aliena. 6. in prin. ff. de acq. hær.* dum, *Qui in aliena est potestate,* inquit, *non potest inuitum hæreditati obligare eum, in cuius est potestate, ne æri alieno pater obli-*
218 *getur*: Significat enim, † filium, qui in patris est potestate, ideo non posse citra illius voluntatem, & iussum adire hæreditatem, & eam illi acquirere, quia, si acquireret, obligaret eū inuitum æri alieno, quod esset absurdum, aut si non acquireret, necessariò deberet aditio stare in suspenso, quod & ipsum absurdum
219 esset; † nam, cum aditio sit actus legitimus, Consequens est, vt non debeat stare in suspēso, sed ita fieri, vt, vel statim acquisitionis effectum operetur, vel sit nulla *l. actus legitimi: 78. ff. de regul. iur. l. cum, qui. 51. §. fin. ff. de acq. hered. Ita ratiocinantur Bald. in d. l. qui in aliena, 6. in princ. vers. 2. not. & ibi Castr. num. 2. Alex. num 6. ff. de acq. hered. Bald. in d. l. 1. nu. 10. & ibi Ias. num. 32. Cagn. num. 28 Ign. num. 37. Sib. ar. num. 8. vers. preterea. Camil. Plaut. in verb. ratam, num. 5. C. qui adm. Sed hæc de re latius dicemus infra num. 299. & seqq.*

Hinc intelligimus primo, si filius non præcedente iussu patris adeat hęreditatem, inspe-
220 cto iure vetere nihil agere † *d. l. si quis mihi bona. 25. §. sed, si mandauit, vers. nam non puto, & §. fin. & l. filiusf. 91. & ibi glo. in verb. nihil actū ff. de acq. hered.* quia aditio censetur nulla
221 † *vt scribit Bald. in d. l. qui in aliena 6. in princ. vers. Not. hic,* ideoq. nullum potest effectum
222 operari: Nec enim per eam fit hæreditatis acquisitio † *d. l. filiusf. 91. ff. de acq. hered.* cum hæreditas, neque acquiratur patri neque filio, *vt de patre constat ex d. l. qui in aliena. 6. in prin. ff. de acq. hered. & ex ijs, quæ supra diximus. De filio vero patebit ex ijs, quę dicemus infra num. 263. & seqq.* & per consequentias non solum
223 pater non obligatur, sed nec filius, † *ut de patre constat ex d. l. qui in aliena. 6. in princ. & ibi not. Bald. vers. not. hic, & ex l. cum qui 51. §. filiusfa. ff. de acq. hered. & scribit Cagn. in d. l. 1. num. 28. C. qui adm. De filio vero scribunt Bart. in d. l. qui in aliena. 6. in princ. et Alex. in d. l. 1. num. 3. vers. respondeas C. qui adm. et patebit ex ijs, quæ late dicemus infr. n. 256. et seqq.*

Secundo intelligimus, filiumfa; cui delāta est hereditas, inspecto iure vetere habere quidē ius adeundi habitu, sed non actu, & exer-
citio, nisi ... de ... iussu, & voluntate pa-
224 tris. † *Ita not. Bald. in d. l. si qui heres 13. § si n. 1. vers. ex hoc sequitur etiam, & ibi Ias. num. & 23 vers. Confirmat ff. de acq. hered.*

Planè interdum censetur patri quæsita hęreditas, etiamsi non constet ipsius iussū præcessisse.

Primum enim, si pater exhęredato filio nepotem ex eo scripserit hæredem, nepos sine
225 aditione patrem suum faciet hæredem † *d. l. qui in aliena. 6. §. interdum ff. de acq. hered.* qu-a,
226 † cum vti suus non indigeat aditione *l. quemadmodum 7. ff. de inoff.* sed ipso iure hæres existat *l. in suis. 14. ff. de suis, & legit.* Consequens est, vt etiam ipso iure hæreditatem patri suo acquirat, *sicuti latè ostendemus infra num. 739. & seqq.*

Secundo verò, licet filius ad extranei hęreditatem vocatus sit, & eam non adeat ex iussu patris, si tamen eam diu pater possederit, perinde res habetur, ac, si filius eam pręcedē-
227 te iussu patris adierit † *d. l. qui in aliena. 6 § sed & si non adierit ff. de acq. hered.* Idem est. & si volente filio pater se gesserit pro hęrede: nā hoc modo censebitur iuris solemnitati satis-
228 fecisse † *l. filiofa. 4. C. de iur. delib.* Ex quo intelligimus, patrem, licet inspecto iure vetere nō possit etiam volente filio adire hęreditatem, *vt supra dictum est,* posse tamen ex eius voluntate se gerere pro hęrede *d. l. filiofa. 4. C. de iur. delib.* Denique idem est, &, si filius diu possederit hęreditatem sciente, & patiente patre: nam ex hac taciturnitate inducitur pręcedētis voluntatis, & iussus coniectura, quę operatur, vt hęreditas ex iussu patris adita cēseat
229 † *l. si filiusfam. 10. Cod de petit. hered. Et scribunt Castr. in d. l. 1. num. 4. uers. In gl. super uerb. ratā, & ibi Iac. de Nigr. num. 52. uers. de hac tamen, ac uers. 2. ipse respondeo & Cagn. num 60. uers glos. in uerb. ratam C. qui adm. Cuiac. ad tit. C. de rep. bon. poss.*

Tertio demum, si filiusfa. hæres institutus furiosum habeat patrem, licet inspecto rigore iuris non possit adire hęreditatem, ex benignitate tamen adeundo perinde habetur, ac, si paterfam. adierit, vt Diuus Pius rescripsit
230 † *l. cum heres. 52. in prin ff. de acq. hered. & scribit Polit. de subst. tit. de uulg. part. 3. num. 26. uers. at quęrendum.*

Sed hęc de hęreditate dicuntur. At in bonorum possessione voluntas patris inspecto iure vetere non debet interuenire per modū iubentis, sed per modum consentientis, qui
231 modus multum à priore differt: † nam iussus omnimodo debet actum pręcedere *d. l. si quis mihi bona. 25. §. iussum ff. de acq. hered. Et in specie declarat Nico. Bello. d. lib. 3. suppu. cap. 3. nu 2.* cum alioquin simplex consensus possit vel pręcedere, vel sequi, *ut declarat Sib. Sap. in d. l. 1. num. 18. C. qui adm.* Itaque in bonorum possessione est quidem necessaria volūtas patris, vtpote, sine qua filius non potest eam acqui-
232 rere, † *ut scribunt Cin. in d. l. 1. num. 5. in fin. & num. 9. uers. Dixi, & ibi Sign. de Homo. num 8. C. qui adm.* sed nō est ita necessaria, vt debeat agnitionis actum pręcedere, quia potest, vel
233 præcedere, vel sequi, † *l. fin. in prin. ff. quis ord. Et in specie declarant Cin. in d. l. 1. num. 5. in fin. & ibi Castr. num. 1. uers. erit ergo C qui adm. & patebit ex ijs, quę dicemus infra nu. 233 & seqq.*

Quamobrem potest filius agnoscere bonorũ
possessionem, etiam non præcedente autho-
234 ritate, mandato, & iussu patris † *d.l. qui in alie-
na 6. in prin. vers. sed in bonorum ff. de acq. hered.
Et scribunt Petr. de Bellap. in d.l. 1. num. 1. & ibi
Cagn. num. 28. C. qui adm. & alij, quos referimus
infra num 93. & seqq.* & sic potest eam agno-
235 scere etiam patre ignorante † *d.l. qui in aliena.
6. in prin. vers. sed in bonoru, & ibi Bald. & Ang.
in prin ff. de acq. hered. d.l. 1. & ibi Bart. in prin.
& num 4. Bald. in prin. & num. 2. Ang. in prin.
Castr. num. 1. & 5. Sign. de Homod. num 6. Dec.
in prima lect. num. 3. & in 3. num. 15. Gozad. nu.
4. Iac. de Nigr. num. 6. Seb Sap. nu. 15. Zuccard.
num. 2, Cagn. num. 26. Camil. Plaut. in verb.
bonorum possessio, num. 3 & in verb cum igno-
rante, num 9 Sicard. num 3. & 9. vers. concludo,
& Massin. num. 201. vers. his tamen C. qui adm.
gl. in l. fin. In verb. dicecentum ff. quis ord.* Sed ta-
lis agnitio, tamquam facta sine voluntate, &
consensu patris nullum producit effectum,
sed censetur inutilis, & inefficax ante, quam
236 pater eam ratam habeat † *l. fin. vers sed, quid no
ceat ff. quis ord. in bon. poss. seru. l. si quis alicui.
42. in fi ff. de acq. hered. d.l. 3. §. acquirere, vers.
quod si me ff. de bon poss. Et scribunt Bart. in d.l.
1. num. 4 & ibi Ang. in prin. vers ibi, cum igno-
rante, & Castr. nu. 7. & 8. vers. si vero non potuit
& Alex. num. 3. vers unde petitio & nu. 16. Alcia.
nu. 7. vers. Aduerte, Gozad. nu. 10. Iac. de Nigr.
num. 14 Zuccard num. 20. & 21. Siebard. num.
8. vers sed ad argumentum, & nu. 9. vers. conclu-
do C. qui adm.* quia, licet eo ignorante possit
agnosci, non tamen ei ignoranti acquiritur
237 † *d.l. fin. vers. sed quid noceat ff. quis ord. Et scri-
bunt Dec. in d.l. 1. in 2. lect. num. 19. & in 3. num.
38. & ibi Alcia. n. 15. Iac de Nigr. nu. 9. Zuccard.
num. 27. Cagn. num. 30. Ign. num. 2. C. qui adm.*
238 Est enim ad hoc necessaria ratihabitio † *d.l.
fin. vers sed. quid noceat, Et in specie declarant
Bart. in d.l. 1. num. 11. & ibi Bald. in prin. vers.
Not. quod patris, & Signo. de Homod. nu. 7. Ign.
num. 4. Parp nu. 17. vers. 8. Cam. Plaut. in verb.
cum ignorante, num. 9. Siebar. nu. 10. vers sed in
bonis, & Massin num. 239. vers. in contrarium,
& num seqq. C. qui adm.* nec ante patri quæri-
239 tur, quam ratam habuerit agnitionem † *d.l.
fin. vers sed quid noceat; Et scribunt Castr. in d.l.
1. n. 1. & 5. & ibi Dec. in prima lect. nu. 3. Gozad.
num. 4 Iac. de Nigr. num. 6. Zuccard. num 21 &
69. Cam. Plaut. in verb si ratam, num. 1. C. qui
240 adm & Guid. c. ad eand. sit.* non, quia † possit esse
damnosa, sicut hæred. *ut l. si hereditatem. 32. ff.
mand. vt considerant Dec. in d.l. 1. in 2. lect. num.
19. & ibi Cam. Plaut. in verb. si ratam num. 1. C.
qui adm* quia, cum in huiusmodi successioni-
bus principaliter tractetur de acquirendo, li-
cet contingere possit, vt damnum afferant, ta-
men damnum illud venit in cõsequentiam,
*vt declarat Gozad. in d.l. 1. num. 5. vers. Non ob-
stat, quod dicantur C. qui adm. & nos dicemus
etiam infra num. 272.* ideoque non debet attẽ-
di, nec impedire, quominus successiones ipsæ
dicantur afferre emolumentum, & lucrum
241 † *§ manet, vers. sed plane, Inst. de socie. d.l. 1. & ibi
in specie declarat Iac. de Nigr. nu. 9. vers. Tu autẽ
C. qui adm.*, sine lucratiuam causam con-
242 tinere † *l. inter stipulantem 83. §. si rem, & ibi
Alex. num. 2. & Ias. num. 2. ff. de verb. oblig. l. vn.
vers. lucratiuas C. de impo. lucr. desc. lib. 10. Iac.
de Nigr. in d.l. 1. num. 10. C. qui adm. quidquid
ibi dicat Dec. in 3. lect. num. 41. vers sed ista ratio,*
243 sed, quia † iniquum est, patrem ignorantem,
& vero etiam inuitum æri alieno obligari,
prout eueniret, si filius ei ignoranti bonorum
acquireret possessionem, *ut in his terminis con-
siderant Castr. in d.l. 1. num. 3 & ibi Iac. de Nigr.
num. 10. vers. unde, & num. 47. vers. unde respon-
deo, & Massin. num. 240. C. qui adm.* Itaque im-
pedimentum acquisitionis non a lucri, vel
damni consideratione proficiscitur, quia
etiamsi successio nullum damnum cõtineat,
sed solum lucrum, idque sit manifestum, non
tamen acquiritur patri, nisi secuta ratihabi-
tione, sed proficiscitur ex eo, quia pater in-
scius obligaretur, quod iuris ratio non per-
mittit, *ut diximus supra n. 204.* Sic & pupillus
sine tutoris authoritate non potest adire hæ-
reditatem, aut agnoscere bonorum possessio-
244 nem, non, quia † possit afferre damnum, quo-
niam adeundi, vel agnoscendi facultas ei de-
negatur etiã si hęreditas sit lucrosa, nec vllum
damnum habeat, vt ait Caius *in l. obligari. 9.
245 §. hereditatem ff. de auth. tuto* sed, quia † more
populi Romani receptum est, vt pupillus nõ
possit obligari sine tutoris authoritate, &, si
absque ea posset adire, vel agnoscere, haud
dubiè deberet etiam obligari, quia hæreditas
obligat quem æri alieno, vt in his terminis ra-
tiocinãdo scribit Vlpianus *in l. more. 8. in prin.
ff. de acq. hered.* Ex quo patet, mendosum esse
contextum *in §. neque tamen, Instit. de auth.
246 tuto.* nam ibi, † non ita legendum est, *ne ullum
damnum habeant*, vt legitur in vulgatis codi-
cibus, quia posita hac lectione ratio non cõ-
grueret cũ dicto, quippe, quod supponit hęre-
ditatem esse lucrosam, sed legendum est, *nec
ullum damnum habeat*, vt scripsit Caius *in d. §.
hereditatem*, a quo compilatores locum illum
desumpserunt.

Hinc infertur primo, licet filius possit agno
scere bonorum possessionem patre ignoran-
te, non tamen eum obligare prius, quam ratã
247 habeat agnitionem, † *ut scribit Bald. in d.l. qui
in aliena. 6. in prin. vers. In text. ibi, subiectus ff. de
248 acq. hered.* quia, † cum patris obligatio ex bo-
norum possessionis acquisitione dependeat,
ut supra dictum est, & bonorum possessio ante
ratihabitionem illi non quæratur, *ut diximus
n. 239.* Consequens est, vt, nec ante censeatur
obligari.

Secundo infertur, si pater nolit ratam ha-
bere agnitionem a filio factam, nullius eam
esse momenti, sed quasi resolutam perinde
249 haberi, ac, si facta non esset † *d.l. fin. vers sed,
quid noceat ff. quis ord. Et in specie declarãt Ang.
in d.l. 1. in prin. vers. In gl. quæ incipit, et ibi Dec.
in secunda lect. numer. 16. & in tertia numer. 15.
Siebar. num. 9. vers. concludo, & Massin. num.
251. C. qui adm.*

Tertio infertur, antequam pater ratam ha-
beat agnitionẽ, aut lapsum sit tempus agno-
scendę bonorum possessioni pręfinitum, vali-
ditatem agnitionis a filio factę esse in pẽdẽti,
250 † *ut declarant Seb. Sap. in d.l. 1. numer. 19. & ibi
Cagn. num. 26. & Ign. num 2. & 7. C. qui adm.*
251 quia, † aut pater intra tempus ratam habet
agnitionem, & ea censetur valida, & efficaci-
ter facta, scilicet, quia per eam patri emolu-
252 mentum acquiritur † *d.l. 1. & ibi Dec. in secũda
lect.*

lect. num. 16. & 20. & in tertia numer. 15. & 44. Cagn. num. 26. & 30. Ign. num. 2. & 9. uers. ult. Stebar. num. 10. uers. 2. notandum est, & Camil. Plaut in uerb. bonorum possessio, num. 3. & in uerb. si ratam, num. 1. & 3. C. qui adm. & pater oneribus hæreditarijs obligatur, aut verò non habet ratam agnitionem, & lapsum est tempus agnoscendæ bonorum possessioni præfinitum, & censetur inefficax, & innalida, perinde, ac, si facta non esset, *ut diximus supra num. 249.*

Sed hoc sine dubio procedit, si spectemus personã patris scilicet, quia, quoad eum, nec censetur facta acquisitio, nec per consequentias nata obligatio, *ut diximus supra nu. 238. & 243.* Cœterùm, si spectemus personam filij, an censeatur inefficax, dubitari potest. Et respectu quidem acquisitionis certum est, eã reddi inefficacem, quia non secuta ratihabitione bonorum possessio non solum patri nõ
253 acquiritur, sed ne quidem filio, † *ut scribunt Castr. in d. l. 1. num. 5. & ibi Alex. num. 3. uers. nõ tamen, Dec. in secunda lect. num. 20. & in tertia nu. 44. Seb. Sap. num. 19. C. qui adm.* At respectu obligationis, vtrum censeatur efficax ita, vt is remaneat obligatus, dubitari solet. Et nõnulli quidem censuerunt, eius respectu censeri efficacem, & eum, licet pater nolit habere ratam agnitionem, nihilominus remanere ob-
254 ligatum. † *Ita enim censuit Dec. in d. l. 1. in pri. lect. num. 3. uers. unde postremo, & in tertia num. 16. C. qui adm.* quia filiusf. ex omni causa, tã-
255 quam paterfam obligatur † *l. filiusfam. 38. ff. de act. & oblig. l. tã ex contractibus. 57. ff. de iudic.* nec solum ex contractu, sed etiam, quasi ex contractu *l. si filiusf. 15 ff. de neg. gest.* Cum igitur obligatio, quæ proficiscitur ex aditione, vel agnitione nascatur ex quasi contractu *l. ex maleficijs 4. §. hæres quoq; ff. de actio. & oblig. §. hæres quoque Inst. de oblig. qua quas. ex contr. nasc.* Consequens est, vt eius respectu filiusfa. perinde teneatur, ac si paterfam. esset. *Ita arguit Dec in d. l. 1. in tertia lect. num. 16. C. qui adm.*

Sed est verius, quod alij frequentiùs tradiderunt, scilicet agnitionem a filio factam nõ secuta patris ratihabitione reddi inefficacem etiã in persona filij, & ita resolui, vt, ne filius quidem ipse remaneat obligatus, sed perinde sit, ac, si bonorum possessionem non agno-
256 uisset. † *Ita enim censuerunt Bart. in d. l. qui in aliena. 6. in prin. & num. 1. & ibi Castr. num. 2. ff. de acq. hæred. Alex. in d. l. 1. nu. 3 uers. respondeas, & ibi Ias num. 1. Dec. in secunda lect. numer. 16. Alcia. num. 7. uers. aduerte; Gozad. num. 4. uersic. tamen, Iac. de Nigr. numer. 6. Seb. Sap. numer. 11. Zoetard. num. 21. uers. uerior tamen, Cagn. num. 20. uers. quare, Cam. Plaut. in uerb. si ratam, nu. 45. & 58. & Masin. num. 281. C. qui adm.* Probatur autem hæc sententia.

Primo *l. si. ff. qs ord. in bon poss. seru.* vbi Marcellus, *Cũ filiof. bonorũ possessio delata est*, inqt, *dies, quibus certiorare patrem non potest, vt, vel iubeat agnosci bonorum possessionem, vel ratam habeat agnitionem bonorũ possessionis, non cedũt: Fingamus statim primo die, quo fuerit delata, agnouisse eum bonorum possessionem, certiorare patrem, vt comprobet, non posse, Non cedent dies centum: incipient autem cedere, cum certior fieri potuerit. Præteritis autem centum diebus. frustra ratum habebit. Quæri potest, si, cum posset filius petere bonorum possessionem patre ita absente, vt certiorare eum non possit, vel etiam furente, petere neglexerit, an peti amplius non possit? Sed, quid noceat non petitam bonorum possessionem quæ, si petita esset, tamen non ante acquireretur, quam pa-*
257 *ter comprobasset?* Nam his verbis † dupliciter ostendit, agnitionem bonorum possessionis factam a filio nullius esse momenti, etiam, quoad ipsum filium, si pater eam postea ratã non habeat intra tempus, & primo: eo ipso, quod ait, centum dies non cedere, nisi ab eo tempore, quo filius potuit certiorare patrem Nam, si agnitio a filio facta statim esset, saltẽ quoad ipsum filium, efficax, non possent ampliùs ei cedere dies, quia cessio non consideratur, nisi ad finem exclusionis *l. 1. §. quibus ff. quibus ff. de success. ed.* quæ locum ampliùs habere non posset, vbi semel intra tempus vtiliter esset facta agnitio. Et cõtra, si filius posset efficaciter, quoad se ipsum agnoscere, deberent ei cedere dies, ex quo ipse sciuit, licet patrem non potuerit admonere, quia certioratio non esset necessaria, quoad substantiam agnitionis respectu ipsius filij, sed tantum, quoad effectum obligandi patrem, si ratam habuerit agnitionem, *vt in proposito considerat Iac. de Nigr. in d. l. 1. num. 7. C. qui adm.* Atqui dies cedunt, etiam post agnitionem a filio factam, si potuit certiorare patrem, Contra verò non cedunt, si non potuit eum reddere certiorem *d. l. fin.* Ergo non potest antea etiã respectu filij censeri cum effectu facta agnitio. Secũdo verò probat id ipsum illis verbis, *Sed quid noceat non petitam bonorum possessionẽ, quæ si petita esset, tamen non ante acquireretur quam pater comprobasset?* Nam, si antea nõ acquiritur, etiamsi a filio sit petita, Ergo, nec ante quemquam obligat.

Nec est, quod respondeas, hęc Marcelli
258 verba esse intelligenda † respectu patris, quippe, cui non acquiritur bonorum possessio priùs, quam ratam habeat agnitionẽ, ideoq; si ratã nõ habeat, quoad eũ pro non facta haberi. Cœterùm respectu ipsius filij non negare Marcellum, quin efficax sit agnitio, si pater eam ratam non habeat, *Quomodo respondet Dec. in d. l. 1. in prima lect. num. 3. vers. unde postremo, & in tertia num. 17. C. qui adm.* quia ve-
259 rius est, loqui eum † etiam respectu filij, eo ipso, quod vult, non cedere tempus, nisi ex quo potuit certiorare patrem. *secundum ea, quæ supra diximus, Et in proposito, ac reprobando Decij responsionem considerat Iac. de Nigr. in d. l. 1. num. 6. & 7.*

Nec dicas, cedere tempus, quantum ad
260 acquisitionem, quæ debet fieri patri, † non, quantum ad exclusionem filij, si pater nolit habere ratam agnitionem, *vt replicat Dec. ibi in tertia lect. num. 17. vers. sed respondetur,* quia verius est, imo cedere etiam, quantum ad exclusionem filij. *vt patet ex d. l. 1. C. qui adm. & ex ijs, quę dicemus infra num. 583.*

Minus est, quod respõdeas, dato quod possit intelligi etiam respectu filij. ideo hoc ibi
261 † factum esse, quia filius agnouerat bonorum possessionem ea intentione, vt eam patri acquireret, ideoque non fuit conueniens, vt patre nolente eam ratam habere filius ipse remaneret obligatus, quia hoc modo agni-

tionis

tionis actus vltra ipsius agentis intentionem operaretur, *contra regulam l. non omnis. 19 ff. si cert. pet.* At quoties apparet, filium sibi voluisse acquirere, nil obstare, quominus obligari possit, quia, cum possit ex omni contractu, Consequens est, vt possit etiam ex hoc quasi contractu, *vt 2. loco respondet ibi Dec. in prima lect. n. 3. vers. vnde postremo, & in tertia n.*
262 *17. vers. 2.* quia verius est, id procedere, † etiam si filius agnoscat ea intentione, vt sibi acquirat, imo in his tantum terminis procedere, quod vt liquidò constet, animaduertendum est, filium, cui defertur bonorum possessio, nō debere eam agnoscere nomine patris, sed nomine proprio, quia agnitio est facienda nomine illius, cui defert, & ste nomine filij, nō alieno, adeo, vt etiā si pater ipse velit eā agnoscere, debeat hoc facere nomine ipsius filij, non proprio, *vt ostendimus supra nu. 180.* Hinc fit, vt, cum filius agnoscit, non possit dici, hoc facere ea intentione, vt acquirat patri, sed potiùs, vt acquirat sibi, quia intentio non potest esse diuersa a fine, ad quem actus dirigitur, & in proposito actus agnitionis dirigitur ad finem acquirēdi ipsi filio, cui defertur bonorum possessio, & cuius nomine agnoscitur. Et, licet eius emolumentum patri acquiratur, hoc tamen non fit ex intentione ipsius filij, quippe, qui sibi voluit acquirere, sed ex dispositione legis & per quandam consequentiam potestatis, *secundum ea qua diximus supra nu. 7.* Quamobrem dicimus, filium acquirere patri emolumentum eius, quod sibi acquirit *l. 1. §. 1 ff. si qui a par. fue. man. l. 2. C. de Orfit. & nos etiam diximus supra num. 153.* idest, eius, quod inspecto proposito, & intentione filij dirigitur ad proprium ipsius agentis commodū. Deinde verò, si filius posset agnoscēdo obligari, quamuis agnosceret ea intentione, vt commodum patri acquireret, deberet tamen patre non ratificante remanere obligatus, exemplo patris, qui Infantis nomine bonorum poss. ssionem agnouit; nam, quia potest ipse ex ea causa obligari, ideo, si filius maior factus nolit habere ratam agnitionē, ipsemet pater remanet obligatus *d. l. fin. §. vbi autem pueris C. de bon. qua lib. & in proposito considerat Iac. de Nigr. in d. l. 1. num. 7. vers. 2. dicti C. qui adm.* Atqui filius non remanet obligatus, vbi agnouit bonorum possessionē ea intentione, vt eam patri acquireret, *vt ipsimet Dec. fatetur.* Nec igitur, vbi simpliciter eā agnouit.

Secundo probatur hęc sententia, quia oneribus hæreditatis is tantum tenetur, qui hæreditatem, vel bonorum possessionem habet
263 † *l. 1. §. si haeres praecepto fundo ff. ad Treb.* nam cum hęreditas, vel bonorum possessio sit illa, quæ obligat quem æri alieno, & alijs oneribus hæreditarijs *l. more 8. in princ. ff. de acq. haered.* Consequens est, vt, nisi quis eam habeat, non possit censeri oneribus hæreditarijs obligatus, *sicuti lati ostendemus infra num. 272. & seqq.* At, vbi pater ratam non haber agnitionem, filius bonorum possessionē non habet, quia, licet eam possit agnoscere patre ignorāte, non tamen potest eam sibi acquirere tamquam incapax acquisitionis, *vt diximus supra num. 85.* Quamobrem ea dicitur amitti transfacto tēpore *d. l. 1. C. qui adm.* & ad alios transferri, puta ad substitutos, aut veniētes ex successorio edicto *l. 1. §. quibus. ff. de suc. ed.* Ergo non filius, sed ij, qui postea eam agnouerunt debēt censeri oneribus hæreditarijs obligati. *Ita arguit Cam. Plaut. in d. l. 1. in verb. si ratam num. 45. & 46. C. qui adm.*

Tertio probatur *l. fin. § fin. autem patre recusante C. de bon. quae lib.* vbi Iustinianus con-
264 stituit, † vt patre recusante possit filius adire hæreditatem, & eam sibi pleno iure acquirere, ac eo modo obligari. Ergo supponit antea non consueuisse obligari. *Ita arguit Iac. de Nigr. in d. l. 1. num. 7. Pro ista opinione C. qui adm.*

Nec est, quod respondeas, dispositionem
265 eius se legis procedere † in hæreditatem, de qua Iustinianus ibi loquitur, ideoque non posse trahi ad bonorum possessionem, cuius diuersa est ratio, scilicet, quia, licet hęreditatem nō possit filius adire sine iussu patris, potest tamen agnoscere bonorum possessionem, *vt diximus supra num. 234. & dicemus etiam infra num. 294.* ideoque non videatur inconueniēs, vt, licet ante Iustinianum non obligaretur ex aditione, obligaretur tamen ex agnitione, *vt respondet Dec. in d. l. 1. in tertia lect. nu. 18.* quia, pręter id, quod ex recepta Dd. sententia dispositio illius legis trahitur etiam ad bonorū possessionem, *vt ostendemus infra num 314. Et in proposito considerat Gozad. in d. l. 1. nu. 4. vers. facit text.* constat etiam loqui Iustinianum
266 † de alijs successionibus vniuersalibus, ex quibus quis obligatur æri alieno: Loquitur enim de fideicommissariæ hæreditatis receptione, quæ similis est agnitioni bonorum possessionis, cum & ipsa illius exemplo possit rata haberi *d. l. seruo inuito. 65. in princ. ff. ad Treb. Et in proposito considerat Zuccard. in d. l. 1. num. 21. vers. qua responsio,* & tamen supponit, antea nō potuisse filium ex ea obligari. Ergo, nec ex agnitione bonorum possessionis. Et, sic Iustinianus ibi loquatur etiam de contractibus, ex quibus etiā antea filius obligabatur, ideo
267 que ex eo, quod ait, † se constituere, vt hodiè obligetur, non videatur, sequi, antea non cōsueuisse obligari, *vt posse responderi supponit Zuccard. ibi num. 21. vers. Ideo melior,* non tamē hoc tollit vim argumenti, quod ex eo loco ducitur, quia, quatenus loquitur de contracti-
268 bus, non respicit † ad facultatem se obligandi, sed ad facultatem sibi acquirendi, quam priùs non habebat, & significat, vbi pater eō tradicit, posse filium etiam ex contractu sibi acquirere, non autem posse contrahendo se obligare, quia hoc etiam antea obtinebat.

Nec verum est diuersam in hoc esse rationem hæreditatis, & bonorum possessionis, quia
269 imo ratio est eadem; Nam † licet hæreditas & bonorum possessio differant in modo acquirendi, scilicet quia in hęreditate voluntas patris, q̄ in acquisitione est necessaria, debet, vel pręcedere, vel saltē in ipso aditionis actu interuenire, *vt diximus sup. n. 202.* At in bonorum possessione, potest, vel præcedere, vel sequi, *vt diximus n. 233. & dicemus infra n. 293.* tamen in acquisitionis essectu non differunt siuè spectemus personam patris, siuè personā filij: nam, si personam patris, ideò non differunt, quia, vt hæreditas non acquiritur patri,
nec

nec ipsum obligar sine ipsius voluntate, *vt diximus supra num. 22. & seqq.* ita nec bonorum possessio patri acquiritur, aut ipsum obligat prius quam ratam habuerit agnitionem, *vt diximus num. 239. & num. 243.* Sed, & si spectemus personam filij, ideo non differunt, quia, quemadmodum filius adeundo hæreditatem sine voluntate patris, nihil agit, etiã quoad se, scilicet, quia, nec sibi eam acquirit, nec per consequentias oneribus hęreditarijs obligatur, *vt diximus num. 220.* ita, nec agnoscendo bonorum possessionem, *secundum ea, quæ supra diximus:* Alioquin si posset obligari agnoscẽdo, posset etiam adeundo, quia ita quasi contrahit, qui adit, vt, qui agnoscit *d. l. ex maleficijs. 4. §. hæres quoque ff. de act. & oblig.*

Nec obstat, quod filiusfa. ex omni contractu, aut quasi contractu obligetur, tamquam paterfa. ideoque debeat etiam ex aditione, vel agnitione obligari, vt pote, ex qua resultat quasi contractus, quia respondent nostri communiter, regulam illam limitari in aditione, vel agnitione, quia, licet filiusfa. regulariter obligetur ex omni contractu, & quasi contractu, non tamen inspecto iure vetere obligatur ex aditione hæreditatis, vel agni-
270 tione bonorum possessionis, †quod, vt ipsi fatentur, est mirabile. *Ita respondent ij, quos retulimus supra num. 256.*

Hinc se contorquent in exquirenda ratio-
271 ne, cur hoc ita sit receptum. † sed, quia multiplices sunt rationes, quæ ab ijs, adducuntur, *vti videre est apud Bart. in d. l. qui in aliena. 6. in prin. num. 1. ff. de acq. hæred. Castr. in l. mutum 5. in princ. num. 3. ff. eod. Imol. in l. seruo inuito. 65. in princ. num. 2. ff. ad Treb. Alex in d. l. 1. nu. 3. & ibi Ias. num. 2. Dec. in prima lect. num 3. & & in secunda num. 16. & seqq. & in tertia num. 19. & seqq. Gozad. num. 5. Alcia. num. 3. Iac. de Nigr. num. 8. Sab. Sap. num. 11. Zucear. num. 22. Cam. Plaut. in verb si ratam, num. 53. & seqq. C. qui adm. Alcia. lib. 4. Parad. cap. 2. Nico. Bello. lib. 3. suppu cap. 2. & Andr. Fach lib. 5. controu. cap. 76.* & eas omnes referre, ac singulatim (vt repetentium moris est) refellere, non posset nõ esse permolestum in re potissimũ antiquata, ideo ijs omissis dicam breuiter, quod ipse sẽtio. Puto igitur veram huiusce rei rationem
272 esse, quia † obligatio, quę ex aditione hęreditatis, vel agnitione bonorum possessionis oritur, non est effectus principalis ipsius aditionis, vel agnitionis, sed venit in consequentiã acquisitionis, *vt rectè declarant Imol. in d. l. seruo inuito. 65 in prin. num. 2. vers. præterea ff. ad Trebell. & Gozad. in d. l. 1. num. 5. vers. non obstat C. qui adm.* Nam id, quod principaliter agitur, est acquisitio hæreditatis, aut bonorum possessionis, sed quia huiusmodi successiones, tamquam vniuersales continent in se commoda, & incommoda *l. 1. & l. 3. in prin. ff. de bon. poss.* & per consequentias obligant eum, cui acquiruntur, æri alieno *l. more. 8. in prin. ff. de acq. hæred.* ideo fit vt, qui eas acquirit, eo ipso censeatur oneribus hæreditarijs obligari. Itaque obligatio ex acquisitione dependet, ita, vt, si adeundo, vel agnoscendo quis acquirat, vel sibi, vel alij successionem, censeatur is, cui acquiritur, obligari, si verò nemini acquirat, nemo etiam obligari intelligatur, quia cessante acquisitione, quæ est principalis deberet etiam cessare obligatio quę est accessoria *l. fin. ff. de inter. actio.* Denique amota re, quæ obligat nempe hæreditate, vel bonorum possessione deberet etiam censeri amota obligatio, cum amota causa censeatur etiã amotus effectus *l. adigere. 6. §. quamuis ff. de iur. patr.* Hinc fit, vt neque acquisitio hæreditatis, vel bonorum possessionis possit ab obligatione separari, nec contra obligatio ab acquisitione, tamquam res ab huiusmodi successionibus inseparabilis, *vt ait Cam. Plaut. in d. l. 1. in verb. si ratam, num. 53 C. qui adm.* Itaq; nec commoda acquiri possunt, quin sequantur incommoda: *vt scribit Nico. Bello. d. lib. 3. suppu. c. 2. n. 4.* nec contra sine cõmodi acquisitione potest aliquis incõmoda sustinere, *vt ait Cam. Plau. in d. l. 1. in verb. si ratam, n. 45.* scilicet, quia, si aut ab incommodis commoda, aut a commodis incommoda separentur, nõ pôst ampliùs successio cẽseri vniuersalis *l. cogi, 16. §. inde quęritur ff. ad Treb.* Quamobrẽ. qui potest quidem acquirere, sed non potest obligari, nec potest adire hæreditatem, nec bono-
273 rum agnoscere possessionem, †quia alioquin separaret incommoda a commodis, quod in successione vniuersali fieri nequit. Exemplũ sit in pupillo, qui sine tutoris authoritate potest quidem acquirere & suam conditionem facere meliorem, sed non potest obligari *l. obligari. 9. in prin. ff. de auth. tuto.* adeo, vt in ijs caulis, ex quibus vltro, citroque obligationes nascuntur, si pupillus contrahat alios quidẽ sibi obliget, ipse verò alijs non obligetur *§. 1. Inst. de auth. tuto.* sed, quia non potest acquirere hæreditatem, vel bonorum possessionem, quin etiam obligetur, cum, vt dictum est, huiusmodi successiones obligent eum, cui acquiũtur, ęri alieno *d. l. more. 8. in prin ff. de acq. hæred.* ideo fit vt neq; hęreditatem adire, neq; bonorum possessionem agnoscere sine tutoris authoritate possit, *vt diximus supra num. 245. & in his terminis considerat Nico. Bello. d. lib. 3. suppu cap. 2. num 4. vers. confirmatur, & num. 5.* Idem est, & in patre, vel domino: nam licet ij possint per filios, aut seruos acquirere & suam cõditionem facere meliorem adeo, vt etiam ignorantes. & inuiti commodum acquirant *l. acquiritur. 10. in prin. ff de acq. rer. dom. §. item vobis, Inst. per quas perso. nob. acq.* tamen, quia non possunt ignorantes obligari *d. l. qui in aliena. 6. in prine. ff de acq hæred.* ideo, nec ipsis ignorantibus fit hæreditatis, aut bonorum possessionis acquisitio, sed ita demũ, si adire iusserint, aut agnitionem a filio, vel seruo factam ratam habuerint, *vt diximus supra num. 237. & dicemus etiam infra num. 293.* Contra verò, qui potest obligari, sed non potest sibi acquirere non obligatur etiã si adeat hæreditatem vel agnoscat bonorum posses-
274 sionem, †Exemplum sit in filiofa. Nam, licet is possit ex quacunq; causa obligari, tamquã paterfa. *vt diximus supra num. 255.* tamen, quia inspecto iure Digestorum non potest sibi acquirere, tamquam incapax acquisitionis, *vt ostendimus num. 35.* ideo, licet adeat hęreditatem, vel agnoscat bonorum possessionem, non tamen obligatur, *vt diximus num. 256.* quia, cum non acquirat rem, quę est causa obligationis, nempe hæreditatem, vel bonorum

275 norum possessionem,† *ut rectè scripserũt Castr.*
in d. l. 1. num. 5. & ibi Alex. num. 3. vers. non ta-
men. Dec. in secunda lect. num. 20. & in tertia nu.
44. Seb. Sap. nu. 19. consequens est, vt nec etiã
debeat obligari. *Ita rectè ratiocinati sũt Gozad.*
in d. l. 1. num. 5. vers. cogita & ibi Zuccar. nu. 23.
Et ita declarando sustinentur multorum ra-
tiones, quæ, licet inspecto cortice verborum
videantur esse diuersæ, re verà tamen sunt eę-
dem, aut saltem ad eundem tendunt fi-
nem.

Primùm enim sustinetur ratio *Imol in d. l.*
scrno instito. 65 in prin. nu. 2. ff. ad Treb. & Alex.
in d. l. 1. num. 3. vers. & ideo potest C. qui adm.
dicentium, ideò filiumfa. non obligari, quia,
276 †cum non consequatur commodum hæredi-
tatis, aut bonorum possessionis non est con-
ueniens, vt sustineat incommodum obliga-
tionis, *ex regula l. secundum naturam 10 ff. de*
reg. iur. Nam, quia filiusfa. non acquirit hære-
ditatem, aut bonorum possessionem, & ità
non sentit commodum acquisitionis, fit, vt
nec etiam debeat sustinere incommodum
obligationis, quę ex acquisitione proficisci-
tur, *secundum ea, quæ supra diximus.*

Nec obstat, quod ex contractibus filiusfa.
obligatur, & ita sentit incommodum obliga-
tionis, & tamen non sentit commodum ac-
quisitionis, cum emolumentum patri acqui-
277 rat † *l. 3. § si filiofa. ff. commod. l. cum, qui. 6. ff.*
quod cum eo. Qua ratione motI Dec. in d. l. 1. in
prima lect. num. 3. vers ista ratio & ibi Gozad.
num. 5. vers. secunda ratio Iac. de Nigr. num. 8.
vers. unde alia ratio, & Cam. Plaut. in uerb si
ratam num. 54. C. qui adm. supradictam rationẽ
improbarunt, quia longè alia est contractuum
alia successionum vniuersalium ratio: Nam
278 in contractibus † obligatio dependet a perso-
na, quæ contrahit, & ab ea suam capit sub-
stantiam *l. quæcunq gerimus 10. ff. de actio. &*
oblig. Itaque in ijs non consideramus, ad quẽ
res perueniat, sed, vtrum is, qui contrahit, sit
capax obligationis *l. cum, qui. 13. C. si cert. pet.*
Hinc fit, vt, licet res, quæ in contractum dedu-
citur, perueniat ad patrem, nihilominus obli-
getur filius, tamquam capax obligationis &
cum quo contractus initus est *d. l. 3. § si filiofa.*
ff. commo. Et, quamquam pater ex rei peruen-
tione obligetur de in rem verso *l. 1. ff. de in rẽ*
uerso, §. præterea Inst. quod cum eo, hoc tamen
non fit ex vi obligationis conuentionalis,
sed ex ęquitate prætoria *§ actiones autem, Inst.*
de actio. quę actionem ex contractu natam,
& proditam contra filium, dat etiam contra
patrem, quatenus in eius vtilitatem res versa
est, non autem, quod ex sola rei peruentione
directò pater obligetur *d. l. 3. §. si filiofa.* At in
successionibus vniuersalibus obligatio non
dependet a persona, sed a re, quia est res ipsa
quę obligat *d. l. more. 8. in princ. ff. de acq. hęred.*
ideoq; is tantum obligatur, qui rem habet; *ut*
ostendimus supra num. 272. Hinc fit, vt, si filius
emat hæreditatem, aut aliam successionem
vniuersalem, quatenus obligatio nascitur ex
contractu, ipse teneatur, & per consequentias
a venditore possit conueniri, etiamsi hæredi-
tatis emolumentũ ad patrem perueniat, qua-
tenus verò nascitur ex re ipsa, idest, ex succes-
sione vendita, puta ex ære alieno, quod in ea
continetur, teneatur pater, ideoque a credi-
toribus hæreditatijs possit vtilibus actionibus
conueniri.

Secundo ex his sustinetur etiam ratio Ia-
sonis *in d. l. 1. nu 3. vers. puto nouiter, quam post*
Rimin. ibi probat etiam Nico. Bello d. lib. 3 suppu.
cap. 2. num. 3. & 4. dicentis, ideo filiumfa. non
279 obligari, quia † hæreditas est indiuidua *l. 1. &*
2. ff. de acq. hæred. ideoque in ea non possunt
incommoda a commodis separari *d. l. cogi.*
16. §. inde quæritur ff. ad Treb. scilicet, quia in
ijs consistit hæreditatis substantia, sine qua
res sustineri nequit *l. 2 ff. de contr. empt. sancta*
l pacta conuenta. 72. in prin. ff. eod. Quamobrẽ
non potest quis ære alieno obligari, & sic in-
commoda suscipere, quin etiam hæreditaria
commoda consequatur, *secundũ ea quæ supra*
diximus.

Nec obstat, quod hæreditas, licet sit indi-
uidua respectu vnius, & eiusdem personæ, est
tamen diuidua respectu diuersarum persona
280 rum † *l. 1. C. si cert. pet. l 2. C. de hæred. actio.* cu-
iusmodi in proposito sunt pater, & filius, *vt*
supradictam rationem improbando considerant
Dec. in d. l. 1. in prima lect. nu. 3. vers unde aliam,
& ibi Iac. de Nigr. num. 8. vers. alia ratio, & sic
quarta, & Seb. Sap. nu. 11. & fatetur etiam Nico.
Bello. d lib. 3. suppu. cap. 2. nu. 5. vers. Non obstat,
281 quia respondeo distinguendo, † aut conside-
ramus hæreditatem, respectu sui, aut respectu
acquisitionis, &, si respectu sui, aut ratione
quotę aut ratione substãtię, si ratione quotæ,
282 verum est, eam esse diuiduam † *vt rectè decla-*
rat Nico. Bello. d. lib. 3 suppu. cap. 2. num. 5 vers.
Non obstat; Potest enim diuidi non solum in
duodecim, sed etiam in plures partes *l seruum*
meum. 50 § fin. ff. de hæred. inst. §. hæreditas, Inst.
283 *eod.* scilicet, quia † in qualibet quota conti-
netur etiam quota totius substantiæ, idest pars
commodi, & incommodi, *vt considerat Nico.*
Bello. d. cap. 2. nu. 5. vers. Non obstat. At, si consi-
deremus eam respectu substantiæ, quę consi-
stit in cõmodis, & in incommodis, verius est,
eam esse indiuiduam quia, vt dictum est si,
aut a commodis separes incommoda, aut ab
incommodis commoda, tam non amplius
erit hæreditas, & sic res vniuersalis, sed res
particularis *d. l. cogi. 16. §. inde quæritur ff. ad*
Treb. Idque adeo verum est, vt procedat, etiã
si hæreditas vendatur: nam eius commoda
non separantur ab incommodis, quia actio-
nes directæ, tam actiuæ, quam passiuæ rema-
nent penes venditorem, vtiles verò, siue acti-
uæ, siue passiuæ transeunt in emptorem, *vt re*
ctè declarat ibi Nico. Bello. num 6. Denique, si
hæreditatem consideremus respectu acqui-
284 sitionis, verius est, eam esse indiuiduã, † siue
spectemus acquisitionem ipsam, siue causam
acquisitionis: Nam, si ipsam acquisitionem,
ideo est indiuidua, quia non potest pro parte
acquiri, & pro parte repudiari, sed, vel tota
acquiri, vel tota repudiari debet *l. 1. & l. 2. ff.*
de acq. hæred. l. vn. § his ita definitis C. de cad. toll.
& nos latè dicemus in 9. cap. q. 23. num. 1. Quod,
si spectemus causam acquisitionis, ideo est
indiuidua, quia tota debet acquiri, vel ex te-
stamento, vel ab intestato, non autem partim
ex testamento, partim ab intestato, ne con-
tingat, eundem decedere pro parte testatum,
& pro parte intestatum, *vt dicemus in 8. cap. q.*
4. num. 27.

Minus

Minus obstat, si dicatur, etiam contractus
285 esse indiuiduos, † cum debeant, vel in totum
approbari, vel in totum reprobari, *l. quod, si
vno. 16. ff. de in diem add. l. si quis aliam 46 ff. de
solut.* & tamen in iis commodum poterit esse
apud patrem, obligatio verò apud filium, *vt
pro eiusdem rationis improbatione considerant
Dec. in d. l. 1. in prima lect. num. 3. vers. vnde aliâ
& ibi Gozad. nu. 5. vers. Quartam rationem, Iac.
de Nigr. num. 8. vers. vnde alia ratio, & sic 4. &
Sib. Sap. num. 11. C. qui adm.* quia respondent
nonnulli, imo hoc respectu contractus esse
286 diuiduos, † vt patet ex pupillo, qui in vno eodemque
cōtractu ipse quidem alios sibi obligat, & sic percipit commodum, sed alijs nō
obligatur, & sic non sentit incommodum *d.
§. 1. Inst. de auth. tuto.* Et, quamuis in legibus
contrarijs non possint contractus diuidi, sed
debeant, vel in totum approbari, vel in totū
reprobari, id tamen fit particulari quadam ratione,
quæ militat in illis casibus. Cœterùm
regulariter, & sui natura, magis est, vt contractus
respectu commodi, & incommodi sint
diuidui, *vt supra dictum est. Ita respondet Nico.
Bello d. l. 3. suppu. cap. 2. num. 6. vers. Non obstat,
& num. 7.* Sed hæc responsio mihi non probatur,
quia verius est, imo regulariter contractus
ex voluntate contrahentium esse indiuiduos
respectu commodi, & incommodi:
287 † Non enim potest quis suscipere commodū,
quin etiam onus ei annexum sustineat, *vt supra
dictum est.*

Nec obstat §. 1. *Inst. de auth. tuto.* quia, præter
id, quod singulare est in pupillo, vt alios
sibi obliget, ipse verò alijs non obligetur,
ideoque ex hoc colligimus, regulam esse in
contrarium, constat etiam, hoc procedere
288 † respectu obligationis, non etiam respectu
commodi, & incommodi: Nam, si pupillus
sine tutoris authoritate contrahat, aut emptionem,
aut locationem, aut id genus alium
contractum, ex quo regulariter vltro, citroq;
nascitur obligatio, ipse quidem alij non obligatur,
sed alium sibi obligat. Itaque non
poterit ab eo, cum quo contraxit, compelli
ad seruandum contractum, quia, cum ex eo
non sit nata ex parte ipsius pupilli obligatio,
nec per cōsequentias dari potest in eū actio,
quippe, quæ ex obligatione proficiscitur
*l. licet. 47 §. ea obligatio ff. de procur. l. ex placito. 3.
C. de rer. perm.* Contra verò, si contractus sit
vtilis pupillo, poterit is aduersarium, tamquā
obligatum adstringere ad seruandam conuētionem,
& ita contractus respectu obligationis
cēsebitur diuiduus, sed respectu commodi,
& incommodi magis est, vt etiam in persona
pupilli sit indiuiduus, quia non aliter
agere, & aduersarium cogere ad implendum
contractum potest, quam, si ipse ex sui parte
impleat, aut saltem offerat se paratum implere,
quod ex natura contractus pręstandum
est, *secundum regulam l. Iulianus. 14. §. offerri ff.
de act. emp.* Ex quo patet, ne pupillum quidem
posse ex contractu vltro, citroq; obligatorio
consequi commodum, quin etiam sentiat
onus, quod ei annexum est, & per consequētias,
non esse veram responsionem eorum, qui
dicunt, contractus respectu commodi, & incommodi
regulariter esse diuiduos, quia verius est,
hoc respectu esse indiuiduos.

Quamobrem ad obiectionem aliter respondendum
puto, nempe, quod dicimus, cōtractus
respectu commodi, & incommodi
289 esse indiuiduos procedere, † quoad eum, cum
quo quis contraxit, & sic, quoad partem aduersam,
scilicet, quia nō potest quis accepra-
re commodum, quin etiam accipiet incommodum,
quod ex illo contractu resultat, *vt
supra dictum est.* Coeterùm respectu vnius, &
eiusdem partis, magis est, vt sint diuidui, quia
potest is, qui contrahit, habere incommodū
obligationis, licet emolumentum, quod ex illo
contractu resultat, sit ad alium peruenturū
Exemplum sit in expromissore: Nam, licet is
non aliter obligetur, quam, si ille, cui promittitur,
pręstet id, quod in contractum deducit,
puta det ei, pro quo fit promissio, mutuam
pecuniam, tamen ipse obligatur, licet commodum
sit ad alium peruenturum nempe ad
eum, pro quo promittit, & cuius suscipit obli-
290 gationem, † & ita respectu suę partis obligatio
ab emolumento separatur, *vt patet ex leg.
quamuis. 8. §. si mulier, & l. vir vxori. 17. §. fin. ff.
ad Velleia. arguendo ab exceptione ad regulam.*
Idem est, &, cum filiusfa. contrahit: Nam, licet
respectu illius, cum quo contrahit, non
possit obligari, nisi ex aduerso præstetur id,
quod in contractum deductum est, & ita obligatio
non possit ab emolumento separati,
tamen ex parte ipsius filij separatur, quia cōmodum
ad patrem pertinet, obligatio verò
residet in persona ipsius filij, *vt ostendimus su-*
291 *pra num. 285.* Et hoc ideo, quia † is, qui obligatur,
& is, ad quem spectat commodum respectu
illius, cum quo contractus initus est, pro
vna, eademque persona reputantur *l. fin. C. de
impub. & al. subst.* Itaque simul habent, & cōmodum,
& incommodum contractus. At inter
se reputantur pro personis diuersis, quarū
vna potest habere incommodum obligationis,
licet commodum acquisitionis sit ad alteram
peruenturum, vel, quod ita placuerit
ipsis contrahentibus vt euenit, in expromissione,
vel, quod vnus sit incapax acquisitionis,
licet sit capax obligationis, ideoque non
possit rem in contractum deductam sibi, sed
tantum alij acquirere, vt euenit in filiofam.
secundum ea quæ supra diximus. In quo quidē
differt obligatio, quæ nascitur ex contractu,
ab ea, quę nascitur ex aditione, vel agnitione:
nam illa, vt dictū est, manet in persona filij,
cum alioquin hęc transeat in patrem, propterea,
quod illa pendet ex persona, hęc verò
ex re, ideoque nil mirum, si illa personā, hęc
verò rem ipsam sequatur, *secundum ea, quæ diximus
supra num. 272.*

Tertio ex his etiā sustinetur ratio *Zuccard.
in d. l. 1. num. 23. & ibi Cam. Plaut. in verb. si ra
tam, num. 52. vers. Non obstat, & num. 58. C. qui
adm. & Nico. Bello. d. lib. 3. suppu. cap. 2. num. 3.
vers. & quamuis,* dicentium, ideo filiumfam.
292 non obligari, quia † adeundo, vel agnoscēdo.
quasi non contrahit: Nam tunc dicitur quasi
contrahere, cum fit hęres, aut bonorum possessor
*d. l. ex maleficijs. 4. §. hęres quoque ff. de
actio. & oblig.* Cum igitur in proposito, nec fiat
hæres, nec bonorum possessor, scilicet, quia
hęreditatem, aut bonorum possessionem sibi
non acquirit, *vt supra dictum est*, Consequens
est, vt non obligetur.

Quarto

Quarto demum ex supradictis infertur, hæreditatem inspecto iure vetere in hoc a bonorum possessione differre, quia hæreditatem sibi delatam non potest filius f. adire, nisi præcedente iussu patris, *ut diximus supra nu. 202.* At bonorum possessionem potest agnoscere etiam patre ignorante, *ut diximus num. 235.* & satis est, si pater ex post facto ratam habeat agnitionem, vt vtiliter ab illo facta censea-
293 tur † *d. l. seruo inuito. 65. in princ. uers. sed, ut dictum est ff. ad Treb. d. l. 1. & ibi Bart. & Ang. in prin. & uers. Ingl super uerb. Castr. nu. 1. uers. erat ergo. Alex. num. 5. Gozad. num. 4. Purp. nu. 49 uers. In gl in uers. & Massin. num. 108 C. qui adm. & d. l. qui in aliena. 6. in princ. uers. sed in bonorum possessione. & ibi Bart. & Bald. in prin. & uers. 3 not. ff. de acq hæred.* Quam differentiã
294 ponunt Vlpianus, & Marianus † *ille in d. l. qui in aliena 6. in prin. hic uero in d. l. se uo inuito 65. in princ. uers. nec quia ff. ad Treb. Et post eos gl. in d. l. 1. in uerb. transacto tempore. uers. Item quare & ibi Petr. de Bellap. num 2. & 4. uers. Opp. Cin. num. 1. Bart. num. 1. Bald. num. 7. uers. 6. opp. Castr. num. 9. Sign. de Homod. num. 29. Dec. in tertia lect. num. 18. Gozad. num. 16. Cag. num. 86. Ign. num. 7 Cam. Plaut. in uerb. si ratam nu. 3. Sichar. nu. 8 Massin. nu. 208 C. qui adm. Nico. Bello. d. lib. 3. suppu. cap. 3. num. 1. & alij quos referemus num seq.*

Huius autem diuersitatis variæ a nostris
295 rationes afferuntur † *ut uidere est apud gl in d. l. 1. in uerb. transacto tempore, uers. Item quare & ibi Cin. num. 1. uers. & ratio, Petr. de Bellap. nu. 4. & 5. Bart. num 1. Bald. num. 8. Ang in princ. & num. 1. uers. alia ratio erat, Castr. num. 9 Sign. de Homod. num. 23. & sequ. Ias. num. 28. Dec. in prima lect. num. 10. In secunda num. 22. & in tertia num. 98. & seqq. Alcia. num. 53 uers. In ea gl. ibi, Gozad num. 16. Iac. de Nigr. num. 72. & seqq. Seb. Sap. num 3. Cagn. num. 86. Ign. num. 37. Zuccar. nu. 128 & seqq. Sichar. num. 8. Cam. Plaut. in uerb si ratam, nu. 4. & seqq. & Massin. num. 296. C. qui adm. Bart. in d. l. qui in aliena. 6. in princ num. 2. et ibi Bald. uers. 3. not. Castr. nu. 2. Alex. num. 2. uers. extra gl. et num seqq. Ias. nu. 18. uers. In fin. gl ff. de acq. hæred. Ang. in d. l. seruo inuito. 65. in princ. num. 1. uers. ideo autem ff ad Treb. Nico. Bello. d. lib. 3. suppu. cap. 3.* in quibus aut impugnandis, aut defendendis mirum est quam valdè se contorqueant, sed inutiliter quia, licet aliquæ earum diuersis respect. bus sustineri possint, nulla tamen simpliciter, & absolutè intellecta vera est, vt facilè erit ex his intelli ere, quę mox dicemus. Quamobrẽ, vt omissis aliorum sententijs, breuiter dicam quod ipse sentio, puto, rẽ adhibita distinctio-
296 ne esse terminandam: Nam, † cum filiofa. defertur successi , & de modo illius acquirendę loquimur, aut consideramus necessitatem interuentus paternæ voluntatis, Et hoc respectu dicimus, nullam esse inter hæreditatem, & bonorum possessionem differentiam, scilicet, quia, quemadmodum filius non potest adire sine voluntate, & iussu patris, *ut ostendimus supra num. 200.* ita etiam non potest cum effectu agnoscere bonorum possessionem, nisi patris voluntas interueniat, *ut diximus*
297 *nu. 236.* Et ratio est, quia, † aut volumus eum agnoscere, vt sibi acquirat, Et non potest, tãquam incapax acq isitionis, *ut diximus n. 85.* aut verò volumus, eum agnoscere, vt acquirat patri, Et nec etiam potest, quia, si acquisceret, obligaret etiam eum æri alieno, quod sine ipsius voluntate fieri absurdum est *ut ostendimus supra num. 203.* Et in his terminis vera est ratio Decij *de qua postea dicemus*, tametsi perperam adducatur pro ratione differentiæ, quę sit inter hæreditatem, & bonorũ possessionem *vt postea ostendimus*, Aut verò non consideramus necessitatem interueniendæ paternæ voluntatis sed ordinem, & tempus, quo voluntas illa interuenire debet, Et hoc respectu dicimus, differre hæreditatem à bonorum possessione, quia ad hæreditatis acquisitionem patris voluntas debet, vel præcedere, vel saltem in ipso aditionis actu interuenire, *vt ostendimus supra num. 202. & 294.* At in acquisitione bonorum possessionis sufficit. si interueniat ex post facto, & pater ratam habeat agnitionem, *vt ostendimus num. 233. & 293.* In his autem terminis non potest
298 adaptari ratio, † quæ deducitur *ex d. l. qui in aliena. 6. in princ. ff. de acq. hæred. &, quam considerat Dec. in d. l. 1. in prima lect. num. 10. vers. Finaliter, & in tertia num. 100. vers. Finaliter*, ne scilicet pater inscius, aut etiam inuitus æri alieno obligetur, quia non est hęc ratio differentiæ existentis inter hæreditatem, & bonorum possessionem, cum sit vtrique successioni communis, sed est ratio, cur bonorum possessio non acquiratur, nisi secuta ratihabitione, *vt ostendimus supra num. 243.* Quamobrem in hoc Decius non immeritò fuit *a Gozad. in d. l. 1. num. 16. vers. Tandem, & vers. Non obstat, C. qui adm. Nico Bello. d. libr 3. suppu. cap. 3. num. 1. vers. &, licet, & alijs* improbatus.

Probabilius igitur est, quod alij tradiderũt,
299 scilicet rationem diuersitatis esse, quia † aditio hæreditatis est actus legitimus, ideoque non potest stare in suspenso, *vt diximus supra num. 219.* At agnitio bonorum possessionis non est actus legitimus, ideoque in suspenso stare potest. *Ita ratiocinatur Bald. in d. l. qui in aliena. 6. in prin vers. 3. not. quem ibi probarunt Castr. num. 2. Alex. num. 6. Ias. num. 28 ff. de acq. hæred. Ias. in d. l. 1. num. 30. & ibi Ign. num. 37. Cagn. num. 28. Sichar. num. 8. vers. Præterea, & Cam. Plaut. in verb si ratam, num 5. C. qui adm.* Hinc fit, vt, licet hæreditas alieno nomine
300 adiri nequeat † *l. per curatorem 89. alias est l. Paulus 90. ff. de acq. hæred.* quod nemo alieno nomine lege agere, idest, legitimum actum expedire possit *l nemo alieno. 166 in princ. ff. de reg. iur.* Bonorum tamen possessio ossit alie
301 no nomine agnosci † *l. 3. §. acquirere ff. de bon. poss.* Denique licet aditio non possit rata ha-
302 beri † *d. l. qui in aliena 6. in princ. & ibi Bald. in prin. & vers. 2. not. ff. de acq hær.* possit tamen rata haberi agnitio bonorum possessionis
303 † *d. l. seruo inuito 65. in princ. vers. sed vt dictum ff. ad Treb. d. l. 3. § acquirere vers. quod si me ff. de bon. poss. d. l. qui in aliena. 6. in princ. vers. sed in bonorum, & ibi Bald. ff. de acq. hær. d. l. 1. C. qui adm.*

Et, si quęras, cur potiùs aditio hęreditatis sit actus legitimus, quam agnitio bonorum possessionis? Respondeo, hoc ideò factum
304 esse, quia † subtilitates, & scrupulosę verborũ, aut rerum formę, quæ veteribus placuerũt

ita

ita prudentibus visæ sunt inanes, & futiles, vt
eas, quantum fuit possibile, censuerint
remittendas. Itaq. licet eas intactas reliquerint
in ijs actibus, qui descendunt ex antiquis
legibus, & quibus expediẽdis fuerant præscriptę,
vt in adoptionibus, emancipationibus,
aditionibus, siuè cretionibus earum hæreditatum,
quæ ex lege xii. tab. deferũtur, seruorum
optionibus, & in genus alijs legis actionibus
l. vlt. C. de adopt. l. vlt. C. de emancip. lib. l. territorium. 17. C. de iur. delib. l. Iulianus 10. ff. de leg. primo, tamen in alijs, qui postea nouis legibus,
aut Senatusconsultis, aut prætorum
edictis introducti sunt, etiam ad exemplum
antiquorum, censuerunt eas esse remittendas.
Quamobrem, cum prætor emendandi, & supplendi
iuris ciuilis gratia bonorum possessiones
introduxisset, per quas succedentes loco
hæredum constituuntur, *l. prætor. 117. ff. de reg. iur. l. 2. ff. de bon. poss. §. quos autem, Inst. eod.*
essetque dubitatum, an earum agnitio deberet
secundum naturam aditionis regulari,
placuit prudentibus, non esse in ea seruandã
iuris antiqui subtilitatem, ideoque, licet aditio
per alium expediri nequeat, bonorum tamen
possessionem per alium agnosci posse;
Denique, licet aditionis substantia non possit
stare in suspenso, posse tamen in suspenso
stare bonorum possessionis agnitionem. Quo
factum est, vt, si filiosa. vel seruo in potestate
patris, aut domini constituto delata sit successio,
quæ non, nisi ex ipsius patris, aut domini
voluntate acquiri potest, licet talis voluntas
debeat aditionis actum præcedere, ne
alioquin illa stet in suspẽso, quę iuris solemnitas
dicitur *in l. filiosa. 4. C. de iur. delib.* tamen
in agnitione bonorum possessionis satis esse
putarint, si voluntas sequatur, & agnita bonorum
possessio ex post facto rata habeatur
Quod significat Vlpianus *in d. l. qui in aliena. 6. in prin. vers. sed in bonorum ff. de acq. hæred.* dum, *placuit*, inquit, *ratam haberi posse eam, quam citra voluntatem agnouit is, qui potestati subiectus est.* Nam verbum illud, *placuit*, de-
305 notat † rem priùs fuisse controuersam
propter causarum similitudinem, sed placuisse
prudentibus, vt in agnitione non spectetur
subtilitas iuris ciuilis, quod pręcedentem requirit
voluntatem, sed solum attendatur res
ipsa, & effectus, secundum quem nil refert,
vtrum voluntas, seù mandatum præcedat, an
verò sequatur ratihabitio, quæ mandato cõparatur,
vt diximus supra n. 151. & in proposito cõsiderant Bart. in d. l. qui in aliena 6. in prin. num. 2. & Bald. in d. l. 1. num. 8. vers. item ius ciuile C. qui adm. Nico. Bello. d. lib. 3 suppu. cap. 3. num. 3.
Hinc factum est, vt, licet aditio hęreditatis
connumeretur inter actus legitimos, idest,
eos, qui descendunt ex antiquis legibus, & ex
earum præscripto certam requirunt formam,
non tamen inter illos connumeretur agnitio
bonorum possessionis, quod in ea non putarint
prudentes seruandam esse iuris antiqui
formam, *secundum ea, quę supra diximus.* quod
& in hæreditatis restitutione, quę ex fideicõmissi
causa fit, seruandum esse, certum est: licet
enim ea similis sit hæreditatis aditioni
306 *d. l. seruo inuito. 65. in prin. vers. nec quia ff. ad Trebell.* non tamen in ea debet patris, aut domini
iussus pręcedere, sed exemplo bonorũ
possessionis sufficit, ex post facto ratam
307 haberi restitutionem † *l. si legatus. 30. §. si filiof. & d. l. seruo inuito. 65. in prin. ff. ad Treb. Et scribunt Bart. in d. l. num. 1. vers. contra hoc, & num. 4. vers. si vero & ibi Bald. nu. 9. C. qui adm. Bart. in d. l. qui in aliena 6. in prin. num. 1. ff. de acq. hęred.* quod talis restitutio non sit actus
308 solemnis, † *vt considerant Bart. in d. l. 1. numer. 1. vers. contra hoc, & ibi Bald.*
309 *num. 9. C. qui adm.* siuè actus legitimus, † *vt ibi Bald. at num. 10.* Quamobrem per alium expediri
potest, dummodo ex post facto rata
310 habeatur restitutio † *l. qui ita institutus 66. §. 1. ff. ad Treb.* Quinimo, cum postea Senatuscõsulto
Orficiano cautum fuerit, vt legitima
matris hęreditas pertineat ad filium, tametsi
in patris potestate constitutum *l. pen. ff. ad Tertul* & dubitaretur, an in eius acquisitione
seruandus esset antiquus ille rigor iuris ciuilis,
qui pręcedentem requirebat patris iussum,
placuit prudentibus, idem in ea seruandum
esse, quod in bonorum possessione fuerat re-
311 ceptum, † vt probat Vlpiani locus *in d. l. qui in aliena. 6. in prin. vers. sed & si*, secundum verũ
& genuinum illius sensum, tametsi contrariũ
alij frequentiùs consuerint, *vti videre est apud gl. ibi in verb. idem erit probandum, & ibi Bald. vers. In text. erit.* sed hac de re latè diximus *supra num. 151.*

Hinc intelligimus, effectu verissimum esse
quod plerique tradiderunt, scilicet huius di-
312 uersitatis aliam nõ esse rationem, quã † quod
ita placuit veteribus: Nam, quod aditio hęreditatis
non possit stare in suspenso, ideo factũ
est, quia, cum descendat ex antiquis legibus,
quæ certam ei præscripserunt formam, non
potuerunt prudentes ab ea recedere, ne viderentur
facere contra leges, quod ne prætoribus
quidem erat permissum *l. cum sponsus. 14. § si res ff. de Publicia. l. 1. §. 1. ff. de feriis*, Itaque
effectu ratio est, quia ita placuit antiquis legum
conditoribus. At, quod agnitio bonorũ
possessionis, & hęreditatis restitutio possit stare
in suspenso, ideo factum est, quia prudentes
non putarunt expedire, vt in ijs actionibus
quę non descendunt ex antiquis legibus, sed
ex legibus nouis, vel Senatusconsultis, est quibus
certa non præscripta forma, seruentur
illę subtilitates, & scrupulositates, quibus
rudis antiquitas vtebatur, *secundum ea, quæ supra diximus*. Itaque effectu ratio est,
quia ita placuit prudẽtibus *d. l. qui in aliena 6. in princ. vers. sed in bonorum ff. de acq. hæred. Ita in specie declarant Bald. in d. l. 1. num. 10. vers. & , si tu quæris, & ibi Sichar. nu. 9. C. qui adm. & apertius Nico. Bello. d. lib. 3. suppu. cap. 3. num. 2.*

Sed hæc quidem olim obtinebant. Hodiè
verò, quid iuris sit, si quæramus, constat esse
distinguendum: Aut enim tractamus de successione
aduentitia, aut de profectitia, &, si de
aduentitia, aut loquimur de filio, aut de patre:
Nam, si de filio, constat mutatum esse in
modo acquirendi ius antiquum, quia, licet
olim filiusfam. non posset inuito patre adire
hæreditatem *d. l. qui in aliena 6. in princ. ff. de acq. hęred. & patet ex ijs, quæ diximus supra num. 200. & seqq.* aut bonorum agnoscere possessionem,
vt scribit Crass. in §. bonorum possessio q. 13. num. 2. & patet etiam ex ijs, quæ diximus supra num. 232. & seqq. hodiè tamen potest, &

agnoscere, ac eo modo sibi pleno iure acqui-
313 rere successionem, † *vt de aditione constat ex l. vlt. §. 1. verf. fine e contrario, & ibi Bart. in prin. & num. 1 & Castr. num. 1. C. de bon. quæ lib. Et scribunt Bart. in d. l. 1. numer. 2. & 3. & ibi Bald. num. 12. Ang num. 1. Sichard. num. 10. Cod. qui adm Alex. in d. l. si, quis heres. 13 §. fin. num. 10. vers 2. ff de acq. hæred. Ias. in d. l. cum proponas. 3. num. 21. vers. Tu tenendo C. de hæred. inst. Conna. lib. 10 comm. cap. 7 num. 4. vers hic occurrit. De agnitione vero scribunt glo. in d. l. 1. in verb. ignorante, vers. sed hodiè, & in verb. ratam, & in verb. transacto tempore, vers. sed in aduentitio, & ibi Bart. num. 1. vers. contra hoc Castr num. 5. & 7. vers. sed hodie, & Cagn. num. 48. vers. hæc autem intelligo, C. qui adm. gl in d. l. fin in verb. dies cen um ff. quis ord. in bon. poss. seru. Crass. in d. §. bonorum possessio q. 13. num. 1. De vtraque demum Bart in d. l. 1. num. 2. & ibi Ign. num. 25. & Massin. num. 72. & 280. C. qui adm.* Et est de mente dicentium, dispositionem *l. vlt. §. 1. C. de bon. quæ lib.* non solum habere locum in hereditate, sed etiam in bonorum possessio-
314 ne † *vt Alex. in d. l. 1. num. 46, vers puto quod, & ibi Gozad. num. 14. vbi testatur hanc esse communem, Dec. in secunda lect. num. 23. Iac. de Nigr. num. 58. Zuccar. num. 109. Ign. num. 28. & seqq. Massin. num. 278. C. qui adm.*

Sed an hoc idem facere possit inscio patre dubitari solet. Vtique autem, cum de bonorum possessione loquimur, non quærimus simpliciter, an possit eam agnoscere patre ignorante, quia, cum hoc facere potuerit, etiã olim, *vt ostendimus supra nu. 235.* Consequẽs est, vt multo magis possit hodiè, sed quærimus, an possit eam agnoscere cum effectu, ita, vt, etiamsi nondum secuta sit patris ratihabitio, nihilominus statim valida cẽseatur agnitio, quod olim non obtinebat, *vt diximus supra nu. 236 & seqq.* In hac autem quæstione, quæ mirum in modum est controuersa, plerique censuerunt, non posse filium adire hæreditatem, aut cum effectu agnoscere bonorum possessionem, ignorante patre, sed adhuc hodiè requiri, vt, vel patris iussus, aut recusatio præcedat aditionem, vel ratihabitio, aut recusatio sequatur agnitionem, adhoc, vt censeatur valida, & acquisitionis effectum ope-
315 retur. † *Ita enim censuerunt Ang. in d. l. 1. num. 1. vers. sed ego, & ibi Ias. num. 19. vers. quid sentiendum vbi ait, se credere hanc esse ipsam veritatem, & ita se consulturum, & iudicaturum, & sequuntur Alex. num. 46. Sap. num. 86. Purpu. num. 77. vers. tenso Zuccar. num. 98. & 102. Cam. Plaut. in verb. si ratam num. 62. & seqq. & Massin. nu. 284 vers. his tamen, vbi ait posse dici hanc esse communem recentiorum opinionem C. qui adm.* Mouentur autem vt ita sentiant.

Primo, quia correctio non est inducenda, nisi in iis casibus, in quibus expressim facta
316 repetitur † *l. præcipimus. 32. in fin. C. de appell.* Quod enim expressè non mutatur, cur stare prohibetur *l. sancimus 27. C. de testam.* Sed ius antiquum, quo cautum erat, vt filius non posset adire, aut cum effectu agnoscere sine voluntate patris, nõ reperitur expressè correctũ nisi in vno casu, scilicet, quãdo pater recusat *d. l. vlt § 1. vers fine e contrario C. de bon. quæ lib.* Ergo in alijs casibus, & sic in eo, quo pater ignorat, non debet induci correctio. *Ita arguunt Ang. in d. l. 1. num. 1. vers sed ego, & ibi Zuccar. num. 102. vers. primo, Cam. Plaut. in verb. si ratam, num. 62. & Massin. num. 285. C. qui adm.*

Secundo verò id ipsum confirmant ex eo,
317 quia † dispositio *prædicta l. vlt.* procedit in ijs tãtum casibus, in quibus vertitur inter patrẽ, & filium discordia *d. l. vlt. §. similiq; modo, in fin.* At, vbi pater ignorat, nulla potest inter eos discordia cõsiderari, scilicet, quia discordia supponit contradictionem, *vt ostendemus infra num. 619.* quę in ignorantem non cadit. Ergo, quoties pater ignorat, non potest habere locum prædictę legis dispositio. *Ita arguũt Zuccard. in d. l. 1, num. 106. & ibi Massin. num. 288. C. qui adm.*

Tertio perpendunt illa verba *patre recusan-*
318 *te*, quæ leguntur *in d l. vlt. §. 1.* Nam, † quia cõcipiuntur per ablatiuum absolutum, qui resoluitur in conditionem *l a testatore 108. ff. de cond. & dem.* ideo operãtur, vt perinde sit, ac, si Iustinianus dixisset, ita demum se statuere, vt filius adire possit, si pater recusauerit. Ergo, si non recusauerit, non poterit adire, quia, quod vni conceditur sub aliqua conditione censetur ei sub contraria conditione denega-
319 tum † *l. si legatum. 10. & l. legata inutiliter 14. in princ. ff. de adim. leg. Et in proposito considerant Zuccar. in d l. 1. num. 105. & ibi Massin. nu. 287. C. qui adm.* Atqui, quoties pater est absens, & ignorans, non potest dici recusare, quia recusatio, tamquam actus voluntatis, nõ cadit in
320 ignorantem † *l. mater decedens. 19. vers. Nec enim ff. de inoff. l. cum in antiquioribus. 19. C. de iur. delib.* Ergo non poterit filius ignorante patre adire hæreditatem. *Ita arguunt Gozad. in d. l. 1. num. 10. vers. corroboro, & ibi Sap. num. 37. & & 38 Purp. num. 77. vers. tenso. Zuccar nu. 103. & Cam. Plaut. in verb. si ratam num. 63. C. qui adm.*

Quarto mouentur, quia, licet filius possit adire, vel agnoscere patre recusante, non tamen sequitur, posse id facere patre ignorante: Multa enim possunt fieri aliquo inuito, & contradicente, quæ tamen non possunt fieri
321 eo absente & ignorante, † *vt considerant Ang. in d. l. 1. num. 1. vers. Nec est vera, & ibi Cam. Plaut. in verb. si ratam num. 66 & Massin. num. 289. vers Non obstant C. qui adm.* vt ecce, duo ex tribus arbitris, vel iudicibus delegatis possunt quidem rem definire contradicente tertio, sed non possunt id facere eo absente, & ignorante *l. si in tres 20. & l. seq. ff. de arb. l. duo ex tribus. 39 ff. de re iudic.* Et ex pluribus electoribus maior pars potest vnũ eligere, etiãsi alij dissentiant, sed non potest hoc facere cœteris absentibus, & ignorantibus *cap. quia propter. 42. extr. de elect.* Itẽ emphyteuta, licet facta oblatione domino, possit etiam eo inuito rem alienare, non tamen hoc facere potest eo ignorante *l fin. C. de iur. emph.* Denique iudicium potest quidem reddi in inuitum *l. inter stipulantem. 83. in prin. ff. de verb. oblig.* sed nõ in absentem, & ignorantem *l. ea, quæ 7. C. quomod. & quand. iud.*

Nec est, quod respondeas, ideo in relatis exemplis, & alijs similibus non posse actum fieri absente, & ignorante tertio, quia tractatur de illius interesse, nempe de auferendo illi iure, quod præsens, & sciens habere posset,

In

In casu autem nostro non tractari de interes-
se patris, quia, siuè sit pręsens, siuę absens, nō
potest habere plus, quam vsumfructum, qui
saluus illi manet, quia replicant, imo tractari
de interesse patris, nempe de auferenda illi
legitima administratione, quam alioquin
esset habiturus, si eo sciente, & iubente fieret
322 aditio, † *vt considerat Ias. in d. l. 1. num. 19. vers.
quid tenendum, & post eum ibi arguit Massin.
num.* 286. Deinde, licet non tractaretur de in-
teresse patris, tractari tamen de interesse filij,
323 † quippe, cui non expedit damnosam adire
hæreditatem. Vnde, quia verisimile est
patrem, qui solet optimum consilium pro fi-
324 lio capere † *l. nec in ea 22. §. fin. ff. ad l. Iul. de
adult. l. vlt. in prin. C. de cur. fur. l. vlt. § filijs autē
C. de bon. quæ lib.* si de hæreditatis delatione
certior fiat, nō permissurum ei, vt adeat, nisi
priùs facta diligenti inquisitione cognoscat,
hęreditatem esse lucrosam, quod, si sentiat,
esse damnosam, facilè suasurum, vt eā repu-
diet, ideo debere eum certiorari. *Ita ratiocina-
tur Massin. in d. l. 1. num.* 289.

Quinto, & vltimo mouentur, quia ratio,
propter quam olim non erat permissum filio
adire hęreditatem sine iussu patris, militat
etiam hodiè: Nam ratio erat, quia, si filius nō
præcedente iussu patris potuisset adire hære-
ditatem, necessariò debuisset vnum ex duo-
bus absurdis sequi: Vel enim aditio debuisset
stare in suspenso, quod fuisset absurdum, *vt
ostendimus supra num* 219. vel debuisset face-
re patrem hæredem etiam ignorantem, quod
etiam fuisset absurdum, *vt diximus num.* 203.
At hæc ratio militat etiam hodiè, quia adi-
tio deberet stare in pendenti, si non ratione
proprietatis, saltem ratione vsusfructus,
325 † *vt considerant Sap in d. l. 1. num. 39. & ibi
Massin. num.* 291. vel deberet vsusfructus sta-
tim acquiri patri, & ita eum etiam ignoran-
tem obligare, cum sola vsusfructus acquisitio
326 patrem obliget † *d. l. vlt. §. vbi autem in vnum
C. de bon. quæ lib. Et in proposito considerant
Zuccard. in d. l. 1. num. 108. vers. vltimo mouior,
& vers. ad secundam, & ibi Massin. num. 293. &*
29:. Ergo etiam hodiè debet habere locum,
quod olim obtinebat.

His tamen non obstantibus contrariam
opinionem, quæ receptior est, veriorem esse
puto, scilicet hodiè posse filium etiam absen-
te, & ignorante patre adire hæreditatem ad-
uentitiam, & cum effectu agnoscere bonorū
327 possessionem. † *Ita enim censuerunt gl. in d. l. 1.
in verb. ignorante vers. sed hodiè, & in verb. ratā,
& in uerb. transacto tempore, uers. sed in aduen-
titio, & ibi Bart. num. 1. 2. & 3. Bald. num. 12.
Signo num. 10 Castr nu. 5. Alex. nu. 16. Gozad.
num. 10 vers. 3. quando, Dec. in prima lect. num.
9. uers. sed ista, & in secunda num. 27. uers. In ea
gl. ibi, & in tertia num. 86. uers. sed breuiter. Iac.
de Nigr num. 57. uers. contrarium. Cagn. num.
48. uers. hęc tamen inuestigatio, & num. 70. & 72.
uers. sed non est recedendum, Ign. num. 25 & 28.
in fin. Sichar. num 10 C. qui adm gl. in l. fin. in
uerb. dies centum ff. quis ord. Bart. in d. l. ult. in
princ. num. 1. & ibi Castr. num. 3. uers. Breuiter C.
de bon quæ lib. Bart in l. si quis mihi bona. 25. §.
iussum, num. 2. uers. Aduerte ff. de acq hered. Ias.
in d. l. cum proponas. 3. num. 21. uers. Tu tenendo
C. de iur. inst. Dec. in l. qui potest inuitis. 26. num.*

1. *ff. de reg. iur. Polit de substit. tit. de uulga.
part. 3. num 4:. Crass. in d § bonorum possessio
q. 12 num. 1. ubi testatur, hanc esse communem.*
vnde sequitur.

Primo nō esse hodiè necessarium, vt patris
328 iussus præcedat aditionem. † *sicuti rectè decla-
rant gl. in l. filius fa. 91. in uerb. nihil actum esse ff.
de acq. hęred. Cin. in d. l. ult. in prin. num 4. & 5.
uers & sic aduertè, & ibi Castr. num. 1. & 7. C de
bon. quæ lib. Bart. in d. l. 1. num. 2. & ibi Bald. nu.
12. Signo. num. 30. Ign. num 25. Purp num 79.
C. qui adm. Bart. in d. l. si quis mihi bona 25 §.
iussum num. 2. & ibi Bald. in fin. Ang. num. 5.
uers. Item ibi hodiè ff. de acq. hæred. Alex. in d. l. is,
qui hęres. 13 § fin. nu. 10. vers. 2. ff. eod. Soc. Sen.
in d. l. 1. nu. 28. uers. 6. limita ff. de uulg. Trentac.
de substit. d. part. 1. cap. 6. nu. 24. uers. uerum hæc
declaratio.*

Secundo agnitionem bonorum possessio-
nis ignorante patre factam hodiè statim va-
lere, & filio acquirere successionem, etiamsi
329 pater nondum eam ratam habuerit. † *Ita scri-
bunt Cin. in d. l. 1. num. 10. uers. Iac uero, & ibi
Bart. num. 4 Castr. num. 3. uers. hodiè uero, & nu.
5. Alex. num. 10 uers. fateor, & num. 16. Cagn.
num. 36. Nigr. nu. 54. Zuccar. num. 69. Ign. nu.
25. C. qui adm. Polit. de subst. d. tit. de uulg. part.
3. num. 39.*

Tertio ratihabitionem patris non esse ho-
diè necessariam ad validitatem agnitionis,
sed tantum ad hoc, vt patri quęratur vsusfru-
330 ctus, † *ut declarant gl. in d. l. 1. in uerb. ratam,
& ibi Bart. num. 11. Bald num. 28. Ang in prin.
uers. In gl. super uerb. Purp. num. 81. uers. 3. glo.
Cagn. num. 70. uers. 2. conclusio, & num. 76.
uers. secunda conclusio, Ign. numer. 25. C. qui
adm.*

Quarto vim agnitionis non stare hodiè in
suspenso, quoad acquisitionem proprietatis
sed tantum, quoad acquisitionē vsusfructus.
331 † *ut declarant Castr. in d. l. 1. num. 3 uers. hodiè
uero. & ibi Cagn. num. 70. uers. tertia quod usus-
fructus C. qui adm.* quia si pater ratam postea
habeat agnitionem, vsumfructum conseque-
tur, aliàs successio censebitur filio pleno iure
332 acquisita. † *Ita scribunt gl. in d. l. 1. in uerb. ratā,
& ibi Castr. num 3. uers. hodiè uero & num. 5.
Dec. in prima lect. num. 9. uers. Non obstat. quod
alia ratio, & in tertia num. 87. Alcia. num. 46.
uers. In eadem gl. ibi, & num. 47. Cagn. num. 48.
uers. hæc tamen inuestigatio.*

Quinto, ratihabitionem hanc posse fieri
quocunque tempore, & sic etiam post annū,
aut centum dies agnoscendę bonorum pos-
333 sessioni pręfinitos, † *ut in specie declarat Bart.
in d. l. 1. nu. 11. C. qui adm.* dummodo a initio
intra tempus facta sit, *secūdum ea, quę dicemus
infra num. 613. & seqq.*

Sexto demùm, hęc, quę de agnitione bo-
norum possessionis diximus, procedere etiam
in restitutione fideicommissi, quippe, quę
pari cum illa passu ambulat, eodemque quo
334 illa, censetur iure † *l. seruo inuito. 65 in princ.
ff. ad Treb. Et in proposito considerat Purp. in d.
l. 1. num. 80. in princ. & uers. & facit C. qui adm.*
Probatur autem hęc sententia.

335 Primo, quia, † cum filius possit hodie adire
hæreditatem, vel cum effectu agnoscere bo-
norum possessionem, patre inuito, *vt diximus
supra num.* 313. Consequens est, vt mul-

to magis possit hoc facere eo ignorante, *ex regula l. qui potest 27. ff. de reg. iur. Ita argunnt gl. in d. l. 1. in verb. ratam, & ibi Cin. nu. 10. vers. Iat vero, Bart. nu. 1. vers. fateor, & num. 2. Bald. num. 12. Sign. num. 30. Alex. num. 16. vers. Non discedo a communi, Cagn. num. 70. vers. circa primam, & num. 72. vers. sed non est recedendum, Nig. num. 55. Ign. num. 25. vers. & mouetur C. qui adm. Bart. in d. l. si quis mihi bona. 25. §. iussum num. 2. vers. aduerte ff. de acq. hared. Castr. in d. l. vlt. in prin. num. 3. C. de bon. qua lib. Alex. in d. l. vt, qui heres. 13. §. fin. num. 10. vers. a ff. de acq. hered.*

Nec est, quod respondeas, hanc regulam non semper esse veram cum multa fieri possint aliquo inuito, quæ tamen non possunt fieri eo absente, & ignorante, vt in exemplis, quæ retulimus *supra num. 321. & in proposito respondent ij, quos ibi retulimus*, quia hoc pro-
336 cedit † in ijs casibus, in quibus præsentia, & scientia vnius potest in aliquo mutare id, quod eo absente, & ignorante geritur, vt ecce præsentia vnius arbitri, vel iudicis posset alios in suam sententiam trahere *d. l. si in tre. 20 ff. de arbitr.* & præsentia rei posset per allegationē causarum operari, vt iudex eum absolueret: In his enim casibus, & alijs similibus verum est, posse quidem aliquid fieri contradicente tertio, sed non eo absente, & ignorante, quia alioquin fieret ei, vel respectu rei, quam aliàs habere posset, vel respectu potestatis, & anthoritatis præiudicium, quod non est ferendū. At, quoties præsentia tertij non est aliquam diuersitatem operatura, nec alicui præiudiciū allatura, tunc indistinctè verum est, procedere regulam, qua dicimus, eum, qui potest facere aliquo inuito, posse multo magis facere eo ignorāte, quia siuè sciat, siue ignoret, semper idem resultat effectus. Et ita euenit in patre, cuius filius adit hæredit atem aduentitiā eo absente: Nam, etiamsi esset præsens, non tamen posset plus, aut consequi, aut operari, quam, cum est absens, quia, nec contradicēdo posset aditionem impedire, nec consentiendo posset plus consequi, quam vsumfructum, quem omnimodo est habiturus, etiāsi sit absens, dummodo aditionem postea ratā habeat, quod, si id facere nolit, non est, quod de aditione conqueratur, quippe, quę nullū illi est præiudicium allatura. *Ita respondet Castr. in d. l. vlt. in prin. num. 3. vers. ratio autem C. de bon. qua lib. vbi ait, hanc esse veritatem, & Ang. somniasse salua pace sua, & post eum probant Alex. in d. l. 1. num. 46. vers. Nec etiam obstat, & ibi Cagn. num. 74. vers. ad tertium C. qui adm.*

Nec dicas posse saltem operari, ne filius adeat hæreditatem fortè damnosam, & ita se oneribus hæreditarijs implicet, *vt considerant ij, quos retulimus supra num. 324.* quia, cum hoc, non ipsius patris, sed filij commodum, aut damnum respiciat, non debet haberi in
337 consideratione: † *vt respondet Cagnol. in d. l. 1. num 74. vers. quia, vt dictum C. qui adm. & nu. 76. vers. ad sextum.* Alioquin enim ne castrensem quidem hęreditatem adire posset, si hoc respectu deberet impediri aditio, quę ignorāte patre fit, quod tamen nemo rectè dixerit.
338 Sanè, si filiusfam. esset pupillus † non posset adire sine authoritate patris, quippe, qui est loco tutoris *l. fin. §. minores C. de sint. pass.* sine cuius authoritate pupillus adire nequit *l. obligari. 9. § hereditatem ff. de auth. tuto. Et ita rectè declarat Gozad. in d. l. 1. num. 10. vers. T u*
339 *ultra C. qui adm.* Quod, si sit pubes, † tametsi minor 25. annis, magis est, vt, & inuito patre, *d. l. ult. § fin autem patre recusante Cod. bon. qua lib.* & per consequentias etiam eo ignorante adire possit *secundum ea, qua diximus supra num. 327. quicquid Guzad. ibi censuerit*: Nec enim [illegible] damni, quod ex aditione potest minor sene[illegible], debet eum impedire, quominus arbitrio tuo, & sine alterius consilio adire possit, cum, si damnosa sit hę editas paratū sit ei restitutionis beneficium, quod ei prętor in hoc casu pollicetur. *l. ait Prætor. 7. §. non solum vers. sed, & si hæreditatem ff. de minor. l. 1. C. si min. ab hered. se abst. Et in his terminis constat ex d. l. ult. §. sin autem patre recusante, in fin. C. de bon. que lib.*

Secundo probatur, quia cessat hodiè ratio, propter quā olim patris iussus necessariò de-
340 bebat præcedere: † Nam tunc erat, quia cum hæreditas non deberet acquiri filio, sed patri *vt diximus supra num. 22.* & sic tractaretur de obligando patre, non filio, si hic illo ignorāte potuisset adire hęreditatem necessariò debuisset vnum ex duobus absurdis sequi: Aut enim aditio debuisset stare in suspensio, vsque quo patris voluntas accessisset, vt dicimus de agnitione bonorum possessionis, Et hoc fuisset absurdum, quia aditio hęreditatis, tāquā actus legitimus non potest stare in suspenso, sed debet fieri purè, ita, vt statim & de præsēti vires accipiat, *sicuti ostendimus supra num. 219* Aut, si statim debuisset esse valida, necessariò debuisset etiam statim censeri hæreditas patri per filium acquisita *l. placet. 78 ff. de acq. hered.* quæ res effecisset, vt patrem, quā factus heres debuisset etiam ignorans, & inuitus oneribus hęreditarijs adstringi, quod fuisset iniquissimum *d. l. qui in aliena 6. in prin. ff. de acq. hered. & nos etiam ostendimus supra num. 203.* At hæc ratio cessat hodiè, quia nō tractatur amplius de acquirenda hæreditate patri, sed filio, quippe, qui adeundo sibi non patri acquirit, *vt diximus supra num. 158. Et in proposito considerant Bald. in d. l. 1. num. 12. & ibi Alex. num. 16 vers. Non discedo a communi, & Iac. de Nigr. num. 55. C. qui adm. Castr. in d. l. vlt. in princ. num. 7. C. de bon. quę lib:*
341 sequ, nec patrem obligat, † *vt scribunt gl. in d. l. qui in aliena. 6 in princ. in verb. inuitum, & ibi Bart. in princ. ff. de acq. hęred. Castr. in d. l. vlt. in prin. num. 7. C. de bon. qua lib.* ideo cessat vtrumque absurdum: Non enim aditio stat
342 in suspenso, sed statim valet, † *vt scribūt Bald. in d. l. qui in aliena. 6. in princ. vers. Not. bn. & Castr. in d. l. vlt. in princ. num. 3. vers. Bremiter C. de bon. qua lib. Alexa in d. l. 1. num. 47. vers. 3. arguo, & ibi Cagn. num. 76. vers. Ad octauum C. qui adm.* & suum effectum operatur, etiam
343 non secuta ratihabitione, † *vt declarant Bart. in d. l. 1. num. 4. & ibi Ang. in prin. vers. ubi, cum ignorāte C. qui adm.* quia, aut pater ratam postea habet aditionem, & tibi acquirit vsumfructum, non autem conualidat aditionem, quippe, quæ iam erat valida, aut vero non vult eam ratam habere, & tota hæreditas re-
344 manet apud ipsum filium, † *vt declarant Ang. in d.*

in d. l. 1. in princ. versicul. ibi, eum ignorante, & ibi Cagn. num. 76. vers ad octauum C. qui adm. Castr. in d. l. vlt. in prin. num. 3. vers. Breuiter C. de bon. quæ lib. Polit. de subst. d. tit. de vulg. part. 3. nu. 43. Neque pater ignorans oneribus hæreditarijs adstringitur, quia obligatio filij est, non patris, etiamsi postea ratam habeat aditionem, Ergo tamquam cessante ratione legis, quæ præcedentem patris iussum requirebat, debet cessare, & ipsius legis dispositio.

Neque est, quod respondeas, imò vtrumq; absurdum etiam hodiè resultare, si filius inscio patre adeat hæreditatem, non quidem respectu proprietatis, sed respectu vsusfructus, quia aut volumus vsumfructum statim, & ipso iure acquiri patri. Et ex hoc sequitur illud absurdum, quod pater etiam ignorans obligatur, cum sola vsusfructus acquisitio patrem obliget, *vt considerant ij quos retulimus supra num. 326.* Aut verò volumus, vsumfructum stare in suspenso, donec pater ratam habeat, vel improbet aditionem, Et ex hoc sequitur aliud absurdum, quod aditio hæreditatis saltem respectu vsusfructus stat in suspēso contra ea, quæ supra diximus, *vt considerāt ij, quos retulimus num. 325.* quia veriùs est, imò
345 cessare vtrunqe absurdum: Nam, † aut consideramus acquisitionem hæreditatis, Et eius respectu cessat haud dubiè vtrunque absurdū quia, cum hæreditas statim filio acquiratur, quippe, qui adeundo fit hæres, non autem facit hæredem patrem, *vt diximus supra num. 162.* non potest aditio etiam ignorante patre facta dici, aut stare in suspenso, aut patrem ignorantem obligare oneribus hęreditarijs; cum ea spectent ad filium, qui solus hęres est, non autem ad patrem, qui hęres non efficitur, etiamsi ei quęratur vsusfructus, *vt diximus supra num. 162.* Aut vero consideramus acquisitionem vsusfructus, Et tunc, aut volumus eum, neque patri, neq filio acquiri, sed stare in suspenso, prout communiter nostri censent, *vt videre est apud eos, quos retulimus supra num. 331. Et in specie declarat Ale. in d. l. 1. num. 47. vers. 3. arguo C. qui adm.* Et hoc non potest censeri absurdum, quia, cum vis aditionis non consistat in acquisitione vsusfructus, sed in acquisitione ipsius hæreditatis, Consequens est, vt, etiamsi vsufructus acquisitio pendeat, non tamen dici possit pendere hęreditatis aditio; Itaque dicitur purè, & vtiliter, ac cum effectu facta, quoties adiens fit hæres, & consequitur dominium rerum hæreditariarum, licet acquisitio vsusfructus adhuc pendeat, vt patet ex eo, quia, si testator instituat aliquem hæredem, & alij, puta vxori leget vsumfructum omnium bonorum, & hæres adeat hęreditatem, sine dubio talis aditio censetur valida, & efficax, quia per eā institutus fit hæres, & consequitur dominium omnium rerum hæreditariarum *l. hæres. 37. ff. de acquirend. hæred. l. cum hęredes. 23. in prin. ff. de acquirend. poss.* Et tamen vsusfructus stat in pendenti, quia, si postea agnoscatur a legatario, nunquam censetur fuisse hęredis, si verò repudietur, semper intelligitur, fuisse hæredis ex diè aditę hęreditatis; itaq; interim stat in pendenti, *vt generaliter in legatis tradimus ostendemus in hoc cap. q. 37. numer. 70. & seqq.* Ergo pendentia acquisitionis vsusfructus non impedit, quin aditio censeatur pura, & valida. Aut vero volumus vsumfructum non pendere, sed statim acquiri filio, Et hoc non erit absurdum, quia, etiam talis acquisitio fiat reuocabiliter, scilicet, quia, si postea pater ratam habeat aditionem, resoluetur acquisitio, & vsusfructus censebitur ex die aditę hęreditatis patri acquisitus, ideoq; non poterit is censeri a filio damnum accepisse, *quod erat absurdum consideratum a Massin. in d. l. 1. num. 294. C. qui adm.* Aut denique volumus, vsumfructum statim acquiri patri etiam ignoranti, Et neq; etiam hoc erit absurdum, quia per hoc non obligabitur pater,
346 † vt hęres æri alieno, sed obligabitur, vt administrator ad soluenda debita, non suo, sed filij nomine, & de bonis hęreditarijs, non de proprijs *d. l. vlt. §. ubi autem in nuum C. de bon. quæ lib.* Denique obligabitur reuocabiliter, quia, si ratam postea non habeat aditionem; resoluetur eius obligatio, ideoque nō potest hoc censeri absurdum, quia, quod dicitur esse absurdum obligari patrem inuitum, aut ignorantem, procedit in ea obligatione, quæ patrem adstringit, vt hæredem, & eum onerat proprio, non filij nomine. Denique obligat etiam inuitum & irreuocabiliter, *vt patet ex d. l. qui in aliena. 6. in princ. ff. de acq. hæred.* cum alioquin in propositione non obligetur, nisi velit, id est, ratam habeat aditionem *vt supra dictum est.*

Neque huic sententiæ obstant contraria: Ad primum enim respondeo id procedere,
347 † nisi correctio facta in vno casu per necessariam consequentiā trahat ēt ad se correctionem in alio, prout euenit, cum casus, in quo fit correctio, se habet per modum causæ ad alium casum: Nam tunc, quia sublata causa tollitur effectus, ideo fit, vt correcto iure antiquo in eo casu, qui se habet per modum causę, censeatur etiam per cōsequentias correctum in alio, qui consideratur, vt effectus. Quamobrem dicimus correcta ratione legis
348 dici etiam correctam ipsam legem † *l. 1. in princ. & ibi gl. in verb. prouidentia ff. de leg. tuto. Et in proposito considerat Gozad. in d. l. 1. nu. 10. vers Non obstāt contraria C. qui adm.* Cum igitur in proposito correctum fuerit ius antiquū in acquisitione hæreditatis, quæ sola est causa, propter quam patris iussus olim requirebatur, *ut ostendimus supra num. 203.* Consequens est, vt censeatur etiam correctū in requirēdo iussu. *Ita scribit Bald. in d. l. 1. nu. 12. C. qui adm.*

Ad secundum verò, & tertium dupliciter respondeo, & primò fatendo ius antiquum non esse correctum, nisi in casu, quo pater recusat, & inter patrem, & filium vertitur discordia, si spectemus verba legis, & eam correctionem, quę sit principaliter. Cœterùm, si spectemus eam quę venit in consequentiam, magis esse, vt censeatur etiā correctum in eo casu, quo pater ignorat, per ea, q̄ supra diximus.

Secundo respondeo, discordiam, siue recusationem patris, non requiri ad hoc, vt filius possit adire, & sibi acquirere proprietatem, sed ad hoc, vt possit habere etiam vsumfructum, sicuti patet ex illis verbis, *siue e contrario patre recusante filius adire hęreditatem voluerit, nullam acquisitionem, nec vsumfructum*

patri offerri, quę legitur in d. l. ult. §. 1. C. de bon. quę lib. Vnde, cum nos non tractemus de auferendo patri vsufructu, sed tantum de acquirenda filio proprietate, quam omnimodo est habiturus, sequitur, non esse ad hoc necessariam recusationem, & discordiam, sed filium posse absolutè adire, etiamsi pater ignoret ditionem, &, si postea interueniat discordia, & recusatio, vt, quia pater improbet aditionem a filio factam, adhuc fieri prædictæ dispositioni locum, scilicet, quia vsus fructus patri non quæretur *secundum ea, quæ diximus supra num. 313.*

Ad quartū respondeo, id procedere, quoties presentia tertij posset aliquā effectus diuersitatem operari, aut eius absētia posset aliqd ei præiudiciū afferre. In casu autē nostro neutrū euenire, quia siue pater sit pręsens, siuè absēs semper idem resultat effectus, & illius absentia nullum est ei præiudicium allatura, quia etiamsi sit præsens, non potest plus consequi quam vsumfructum, quem omnimodo est habiturus, si postea ratam habeat aditionem, *ut ostendimus supra num. 330. & seqq.*

Nec obstat, quod imo absentia præiudiciū afferat patri, quippe, cui aufert legitimam administrationem, quam alioquin esset habiturus, si eo sciente, & iubente fieret aditio, *ut considerant ij, quos retulimus supra num. 322.* quia respondeo, negando aditionem ipsam illi auferre legitimam administrationem:
349 † Nam, aut pater ratam postea habet aditionem, & consequetur vsumfructum, ac simul cum eo legitimam administrationem, *ut Iasonem reprobando considerant Alc. in d. l. 1. num. 46. & ibi Zuccar. num. 107. uers. ideo possem, & Cagn. num. 74. uers. ad quartum, & num. seqq. C. qui adm.* Aut verò pater non habet ratam aditionem, & nec vsumfructum consequetur, nec legitimam administrationem *d. l. ult. §. sin autem patre C. de bon. quę lib. §. 1. Aut. ut lic. matr. & au. coll. 8.* Itaque non ex facto filij priuatur administratione, sed ex facto proprio, idest, ex eo, quod ratam noluit habere aditionem. Imo rectè loquendo non potest dici priuari administratione, quam nunquam habuit, cum priuatio præsupponat habitū *l. manumissiones 4. ff. de iust. & iur.* & pater nunquā possit dici habuisse administrationem, quippe, quę non, nisi post acquisitionem consideratur, *ut in proposito considerant Dec. in d. l. 1. in prima lect. num. 9 uers. sed ista, & in tertia num. 86. vers. sed breuiter, & ibi Gozad. num. 10. uers. Non obstat, quod pater C. qui adm.*

Ad quintum denique respondeo, imo hic cessare rationem, *ut ostendimus supra nu. 340. & seqq.* Nec obstat, quod ratio non sit vnica, sed duplex, *ut voluit Ang. in d. l. 1. num. 1. & sequitur ibi Purp. num. 81. C. qui adm.* ideoque, licet vna cessat, nempe ratio præiudicij, sufficiat tamen aliam subesse, nempe rationem integrationis personæ filijfam. quippe, qui non censetur integer, nec habilis ad explicandum solemnem hunc aditionis actum, qui fuit introductus a iure ciuili, ideoq. debet ex iussu, & authoritate patris integrari, vt diximus de pupillo. Et, licet integretur hodie ex contumacia patris nolentis consentire, non tamen integratur ex patris absentia, & ignorantia, *ut considerat Ang. in d. l. 1. num. 1. uers.* *Alia. ratio erat C. qui adm.* quia verius est, vnā tantum esse rationem, nempe eam, quam supra considerauimus, *vt patet ex d. l. qui in aliena. 6. in princ. ff. de acq. hared.* Nam habilitas, vel inhabilitas filijfa. in adeundo non, nisi ax capacitate, vel incapacitate acquisitionis da-
350 pendet. † Itaque, quoties filius potest sibi acquirere, censetur habilis, & idoneus ad adeūdum, *d. §. 1. Auth. vt lic. matr. & au. coll. 8.* quoties verò non acquirit sibi, sed patri, non cēsetur habilis, nisi patris iussus interueniat, *per ea, quæ diximus supra num. 200. & seqq.* Totum igitur hoc pendet ex iure acquisitionis, quod, cum hodiè mutatum sit in aduentitijs, debet etiam censeri mutatum in adeundi facultate, & habilitate, ita, vt filiusfa. censeatur integram habere personā in iure adeundi, siuè pater recuset, siuè pater ignoret. *Ita scribit Alex. in d. l. 1, num. 16. vers. præterea, hodie C. qui adm.*

Et ita in modo acquirendi hæreditatem aduentitiam res hodiè procedit, quoties loquimur de persona filij. At quotias loquimur de persona patris, & quærimus, qualiter mutatum sit ius antiquum, constat esse distinguē dum: Aut enim pater vult acquirere ad commodum filij, aut ad commodum proprium, &, si ad commodum filij, aut tractamus de hæreditate, aut de bonorum possessione: Nā, si de hæreditate, certum est, non posse patrē
351 filij nomine etiam hodiè eam adire, † *vt scribit Dec. in d. l. 1. in prima lect. num. 9. vers. comprobatur. & in tertia num 86. vers sed breuiter*
352 *C. qui adm.* quia † cum aditio hæreditatis sit actus legitimus *l. actus legitimi 78. ff. de reg. iur.* Consequens est, vt per aliū expediri nequeat
353 † *l. Paulus 90. alias est l. per procuratorem, siuè, (vt alibi legitur) per curatorem 8?. ff. de acq. hared. Et in specie declarat Cuiac. ad tit. C. qui adm.* Nemo anim alieno nomine lege agere potest *l. nemo alieno 166. ff. de reg. iur.*

Planè, si filius sit infans, magis est, vt pater eius nomine possit etiam hęreditatem adire ex beneficio Iustiniani, qui specialiter hoc
354 indulsit † *in l. si infanti 18. C. de iur. delib. qua de re latè dicemus infra num. 694 & seqq.* Idem
355 est, &, si filius sit furiosus † *l. fin. in prin. iuncto §. nos itaq; C. de cur. furio. Et in specie scribit Pol. de subst. d. tit. de vulg. part. 3. num. 42. vers. 25 & vers. sed iuxta prædicta.*

Quod, si tractemus de bonorum possessiona constat esse distinguendum: Aut enim pater vult eam agnoscere ex mandato, & voluntate filij, Et non est dubium, quin hoc facere possit, *vt diximus supra num. 184.* quia,
356 † cum agnitio bonorum possessionis non sit actus legitimus, *vt ostendimus supra num. 299.* Consequens est, vt per alium, siuè alieno no-
357 mine expediri possit † *l. 3. § acquirere ff. de bon. poss. Et in specie declarat Cuiac. in d. tit. C. qui adm.* Aut verò pater non habet voluntatem, seù mandatum filij, Et tunc, aut est infans, & potest eius nomine bonorum agnoscere
358 possessionem, etiam cum affectu † *d. l. si infanti. 18. C. de iur. delib.* quia, cum hoc facere potuerit etiam iure vetere, *vt dicemus infra num. 695.* Consequens est, vt multo magis possit iure nouo, quippe, quo etiam hęreditatem adire potest, *vt diximus supra num. 354.* Aut deniqua filius est maior infante, Et tunc poterit

terit quidem pater eius nomine bonorum
359 possessionem agnoscere,† ut scribunt Bald. in
d. l. 1. num. 35. & ibi Sap. num. 18 C. qui adm.
cum hoc facere possit quilibet extraneus d.
l. 3. §. acquirere ff. de bon poss. Et in proposito con-
siderat Sap. in d. l. 1. num. 18. Sed sine effectu,
nisi filius ratam postea habeat agnitionem,
secundum ea, quæ diximus supra num. 236. Pla-
nè, si filius sit furiosus, dubium non est, quin
pater eius nomine possit etiam cum effectu
360 agnoscere bonorum possessionem,† ut in spe-
cie docet Polit. de substit. d. tit. de vulg. part. 3. nu.
42. vers. 15.

Quod, si pater velit adire, aut agnoscere
ad commodum proprium, tunc distinguen-
dum est, aut filius ipse vult adire, vel agno-
361 scere & pater non admittitur,† quia nondum
ei censetur delata successio, ut ostendemus in-
fra num. 380. & multo minus admittitur, si fi-
lius iam agnouerit bonorum possessionem,
362 licet, non adierit hæreditatem,† tum quia
agnoscendo bonorum possessionem cense-
tur se pro hærede gerere l. puberem 12. C. de iur.
delib. & nos latè diximus in hoc cap. q. 38. num.
51. & seqq. tum etiam quia alioquin duo inso-
lidum essent eiusdem hæredes contra regulam
l. quod contra rationem 183. §. vni ff. de reg. iur.
Ita in specie declarat Alex. in l. 2. num 3. C. de rep.
bon poss. Aut verò filius, neque vult adire, ne-
que agnoscere, sed expressè recusat agnitio-
nem, Et tunc, licet olim pater nō admittere-
tur, ut ostendimus supra num. 167. & seqq. ho-
diè tamen admittitur ex beneficio Iustiniani
in d. l. vlt. §. 1. Cod. de bon. quæ lib. Et scribit
Gozad. in d. l. 1. num. 17. vers. Non obstat, quod,
si olim C qui adm. Itaq; potest adire, vel agno-
scere, & sibi pleno iure acquirere successionē
363 † ut dicitur, in d. l. vlt. §. 1. & ibi scribunt Bart.
in princ. & Castr. num. 1. Bart. in d. l. cum propo-
nas. 3. num. 3. & 6 & ibi Bald. num. 6. Castr. nu.
4. vers. & idem videtur C. de hered. inst. Bald. in
d. l. 1. num. 18. & 19. & ibi Gozad num. 10. vers.
Non obstat l. fin. Nigr. num 57 Zuccard. num.
108. & Massin. num. 72. 77. & 279. C. qui adm.
Castr. in l. is, qui heres. 13. §. fin. num. 3. vers. In
gl. eadem, & ibi Imol. vers. Item adde ei ff. de acq.
hered. Imol. in d. l. si paterfam. 40. num. 7. vers. 2.
& num 8 vers. Item aduerte, & num. 10. vers. Itē
adde ff. de hered. inst. Alex. in l. 1. §. per seruum
qui in fuga num. 13. ff. de acq poss. Soc. Sen. in d. l.
1. num. 17. vers. Nec obstat ff. de vulg. Baltha.
Card. inter cons. vlt. vol cons. 78. num. 23. & 24.
vol. 2. Trentac. de subst. d. part. 1. cap. 6. num. 2.
vers. 3. mouetur. Zaz. de substit. cap. 1. num. 11.
vers. In a casu, Crass in d. §. bonorum possessio q.
13. num. 2. Gonna. lib. 10. comm. cap. 7. nu 4. vers.
hic occurrit. Cuius iuris introducendi causa
364 † non illa fuit, quam Soc. Sen in d l. 1. num. 27.
vers. sed Imol ff de vulg Gozad in d. l. 1. num. 17.
vers. 4. C. qui adm & alij tradiderunt, vt dam-
num, quod patri datum est, compensaretur
cum adeundi facultate, quam olim non ha-
bebat, quia, cum hoc ius fuerit patri conces-
sum etiam in hęreditate castrensi, in qua nul-
lum etiam ante Iustinianum ius habebat,
Consequens est, vt non potuerit censeri datū
in recompensationem damni illati, sicuti re-
ctè animaduerterunt Gul. Ben. in d. cap. Raynu-
tius, in verb. si absque liberis moreretur 2. in
materia vulgaris, num. 77. vers. quia per hoc, &
Trentac. de substit. d. part. 1. cap. 6. num. 2. vers. 3.
mouentur & nos etiam diximus in hoc cap. q. 44.
num. 46. vers. ad tertium, sed causa fuit, quia
propter vinculum potestatis ita pater cense-
tur cum filio connexus, vt pro vna eademq;
persona reputetur l. fin. C. de impub. & al. subst.
ideoque instituto filio videtur etiam insti-
tutus pater d. l. vlt. §. similique modo C. de bon.
quæ lib. Nil mirum igitur, si quasi institutus
saltem recusante filio adire possit. Ita ratioci-
nantur Cin. in d. § similique modo, & Castr. in d.
l. vlt. in prin. num. 8. C. de bon. quæ lib. Gul. Ben.
in d. cap. Raynutius in uerb. si absque liberis mo-
reretur 2. in materia uulgaris, num. 77. uers. quia
per hoc, Iac. de Nigr. in d. l. 1. nu. 68. uers. 3. & ibi
Massin. nu. 279. C. qui adm. Itaq; adeo verùm
est, vt procedat.

Primo non solum in hæreditate testamē-
taria, sed etiam in legitima, puta materna,
365 † ut declarant gl. in d. l. ult. in princ. in uerb. recu
sante, uers. Item an idem, & ibi Castr. num. 1. C.
de bon quæ lib. & qualiber alia hæreditate ad-
366 uentitia,† ut scribit gl. in d. l. 2. in uerb filio dela-
tam C. de rep bon. poss. quod eadem militet in
omni hęreditate ratio, ut considerat gl. in d. l.
ult. in princ. in uerb recusante C. de bon quæ lib.

Secundo procedit, non solum in hæredita-
te aduentitia, sed etiam in castrensi, quæ scili-
cet contemplatione militię fuit a commili-
tone relicta filiofa. l miles. 5. ff. de castr. pecul.
Nam, si hanc filius adire nolit, poterit pater
eam adire, & sibi quęrere perinde, ac, si in ea
367 fuisset institutus † d. l. ult. §. similiq; modo C. de
bon. quæ lib.

Tertio procedit, non solum, si recusatio
verè fiat post hæreditatem filiofa. delatam,
sed etiam, si pro facta habeatur. Exemplum
fit in specie, quam scribit Castrensis se de fa-
cto habuisse: Nam, si filius viua matre renun-
tiauerit eius hæreditati cum iuramento iux-
ta dispositionem cap. quamuis de pact. in 6. & tē-
pore illius mortis fuerit superstes, licet renū-
tiatio re vera non fuerit facta post hęredita-
tis delationem, tamen quia perinde habetur
ac, si tunc temporis facta esset, scilicet, quia
statim atque incipit deferri successio, renun-
tiatio suum sortitur effectum, ideò operatur,
vt pater, quasi purificata conditione, sub qua
vocatus est, adire possit, & sibi pleno iure ac-
368 quirere successionem.† Ita scribit Castr. in d. l.
ult. in prin num. 5. C. de bon quæ lib. quem secuti
sunt Soc. Sen. cons. 183. col. 2. uers. Confirma-
tur, quia, uol. 2. Rum. cons 204. num. 11. uers.
& ita per ista, uol. 1. Polit. de substit d. tit. de uulg.
part. 3. num. 44. uers. 10. Balthas. Cardut. inter
cons. ult. uol. cons. 78. num. 26. uol. 2. Tametsi du-
bium [illegible] putet idem Soc.
Sen in l. 2. num. 5. ff. de his quæ pœn. nom. & con-
trarium apertè teneat Couar. in d. cap. quamuis.
part. 3. §. 2. num. 3. uers. 2. probatio, ubi latè hanc
quæstionem examinat.

369 Sed hoc ita demum verum est, si † filius sit
superstes, quo tempore mater moritur. Cœte-
rùm, si prædecesserit, magis est, vt renuncia-
tio nullius sit momenti, & per consequentias
vt non faciat locum patri, scilicet, quia cen-
semi facta sub conditione, si filio deferetur,
hæreditas, ut ostendemus in 9 cap. q. 11. quæ cō-
ditio non fuit purificata, cum filio nunquam
sit hæreditas delata, ut considerat Castr. in d. l.
ult.

ult. in prin. num. 5. Denique, cum pater non possit admitti, si filius, qui viua matre decessit, eius hæreditati non renuntiasset, *ut ostendemus infra num.* 470. Consequens est, vt nec admitti possit facta renuntiatione, quæ suum non est sortita effectum, *ut etiam ibi considerat Castr. num* 5.

Quarto procedit, etiamsi filius post recusationem decesserit ante, quam pater adierit: Nam, licet per mortẽ filij ius patris regulariter extinguatur, *ut ostendemus infra num.* 685. *& seqq.* tamen, si filij recusatio præcesserit, & ita ius adeundi, quasi purificata conditione transierit in patrem, poterit is, non obstante filij morte adire, & sibi quærere hæreditatem, *ut dicemus infra num.* 707.

Plane interdum pater, neq adire hæreditatem potest, neque agnoscere bonorum possessionem, etiamsi filius eam recuset.

Primùm enim, si cõstet voluntatem testatoris fuisse, vt pater non admitteretur, non est dubitandum, quin debeat repelli, etiamsi fi-
370 lius nolit acquirere. † *Ita scribit Castr. in d. l. ult. in prin. nu.* 5 *C. de bon. qua lib.* scilicet, quia dispositione *l. ult.* potest ex voluntate testa-
371 toris derogari † *ut ibi Castr. ait num.* 6. non solum expressè, sed etiam tacitè: Nec enim admittetur pater, si ex coniecturis colligere possimus, talem fuisse volũtatem testatoris, quia, si talis voluntas potest ei auferre vsumfructũ quem alioquin iure potestatis esset habiturus §. 1. *Auth. ut lic. matr. & au. coll.* 8. *Auth. excipitur C. de bon. qua lib.* cur non multo magis poterit auferre ius proprietatis, quod iure potestatis non fuisset habiturus, nisi Iustinianus hoc ei beneficium indulsisset? *d. l. ult.* §. 1. *& §. similique modo C. de bon. qua lib.* Quamobrem, si mater instituat duos filios, eosque inuicem substituat, & vnus ex filijs repudiet suam portionem, ex verisimili voluntate matris, non admittetur pater, sed substitutus, *ut ostẽdemus infra num.* 545.

Secundo verò, si tractetur de querela, magis est, vt etiam hodie non possit pater inuito
372 & recusante filio eam proponere, † *ut rectè censuerũt gl. in d. l. ult. in prin. in verb. recusante, & ibi Bart. num* 4. *Bald. num.* 10. *& Castr. (licet*
373 *sub dubio) nu.* 2. *C. de bon. quæ lib.* quoniam † ea, tamquam similis actioni iniuriarum tollitur dissimulatione, siue remissione illius, cui facta est iniuria *l. Papinianus.* 8. § *si quis post rem & l. nam, & si parentibus.* 25. §. 1. *ff. de inoff.* Cum igitur per exhæredationem, siue prætentionẽ non patri sit facta iniuria, sed filio *d. l. Papinianus.* 8. *in prin ff. eod.* cuius proinde dicitur esse indignatio *in l. filius.* 22 *ff. eod.* Consequens est, vt filio repudiante, & sic iniuriam remittente censeatur extincta querela, eaque ratione non possit pater eam proponere. Denique, cũ querela sit odiosa, tamquam ea, quæ tẽdit ad rescindendum testamentum *d. l. Papinianus.* 8. § *fin. & l. si non mortis* 25. § *si quis, cum non possit ff. eod.* sequitur in ea strictè faciẽdam esse interpretationem *l. cum quidam.* 19 *ff. de lib. & posth.* & consequenter id, quod in cęteris causis constitutum est, non esse ad querelam extendendum. *Ita ratiocinantur Cin. in d. l. ult. in prin. num.* 11. *C. de bon. qua lib. & Castr. in d. l. Papinianus.* 8. *in prin. num.* 2. *ff. de inoff.*

Nec obstat, quod, vbi filio illata est iniuria, possit pater, non solum filij nomine, sed etiã
374 nomine proprio iniuriarum agere † *l. sed, si vnius.* 17. § *filiosa. ff. de iniur.* quia id verum est
375 quoties † iniuria, tangit etiam ipsum patrem, quod non euenit, cum filius a matre, auòue materno præteritur: Nam hoc non afficit patrem, sed solum filium, quippe quem arguit ingratum, & immerentem. *Ita respondent gl. in d. l. Papinianus.* 8. *in prin. in verb. ipsius, & ibi Castr. num.* 1.

Minus obstat, quod in querela tractetur
376 etiam de interesse patris, † quippe cui deberet quæri vsusfructus maternæ hæreditatis, si filius obtineret in querela *l.* 1. *C. de bon. mat.* eaq; ratione non videatur permittendum filio, vt possit eam repudiare, ne alioquin in eius potestate sit, repudiando auferre patri emolumentum, quod amota repudiatione esset habiturus, *Qua ratione motus contrarium censuit Petr. quem refert, & sub dubio sequitur Cin. in d. l. ultim. in prin. num.* 11. *C. de bon. quæ lib.* quia respondeo, interesse patris non venire
377 † principaliter, sed in consequentiam, *ut ostendimus supra num.* 61. *& seqq.* Vnde, quia ea tantum debent attendi, quæ veniunt principaliter, non, quæ in consequentiam, ideo fit, vt, licet pater rescisso testamento esset commodũ hæreditatis habiturus, non tamen hoc debeat attendi. Quamobrem, & olim, licet pater, qui filij nomine querelam instituerat, commodum hæreditatis esset habiturus, cum hæreditas illi pleno iure deberet acquiri, *ut ostendimus supra num.* 81. *& seqq.* nihilominus dicebatur victoriæ commodum parare filio *d. l. filius.* 22. *ff. de inoff. secundum verum intellectum, quem probauimus supra num.* 89. scilicet, quia commodum, quod principaliter percipitur, & spectatur in querela, est iniuriæ vindicatio, quæ filium respicit, non patrem, *ut ostendimus nu* 90. *Et in proposito declarat Purp. in d. l.* 1. *num.* 49. *C. qui adm.* ideoque solius filij nomine erat etiam olim querela proponenda *d. l. filius.* 22. *ff. de inoff. Et in proposito considerat Bald. in d. l. ult. in prin. nu.* 10. *C. de bon. q̃ lib.* eaque ratione inuito filio non poterat proponi *d. l. Papinianus* 8. *in prin. & ibi Bart. & Ang. num.* 2. *Castr. num.* 1. *ff. de inoff.* Quod autẽ de querela diximus procedit etiam in iure dicendi testamentum nullum, & verò etiam
378 in iure petendi supplementũ legitimę, † scilicet, quia hæc non sunt iura acquisitionis factę, sed iura aperientia viam ad acquirendũ. *Ita declarat Castr. in d. l. ult. in prin. num.* 8. *vers. In fin. gl. C. de bon. quę lib.*

Aut denique filius neque acquirit, neque repudiat, Et tunc, aut hoc facit, quia ignorat successionem sibi esse delatam, Et pater non poterit suo nomine, aut adire hæreditatem,
379 aut agnoscere bonorum possessionem. † *Ita scribunt Dec. in d. l.* 1. *in secunda lect. numer.* 27. *vers. retenta, & ibi Gozad. num.* 10. *vers. Non obstat l. fin. Nigr. num.* 57. *vers. contrarium, Zuccar. num.* 108. *Cagn. num.* 76. *vers. e cõtrario, Massin. num.* 279. *C. qui adm.* quia priùs, quam filius sit per recusationem exclusus, non de-
380 fertur patri successio † *ut scribunt Alex. in d. l.* 1. *num.* 7. *vers. sed dic & ibi Purp. num.* 78 *C. qui adm.* Quamobrem nec ante potest eam, vel
381 adire, vel agnoscere, † *ut scribunt Cin. in d. l.* 1. *num.* 10. *& ibi Signo. nu.* 49. *vers. sed videamus,*

Gozad.

Gozad. num. 17. & Purp. num. 78. Cod qui adm. Bart in l seruus 7. § fin. num. 1. ff de bono. poss Ang in d l is, qui heres. 13. § fin. num. 1. vers. In eadem gl. ff. de acq. hared.

Nec est contrarium, quod pater possit inuito filio adire hæreditatem, vel agnoscere bonorum possessionem, *vt diximus supra nu. 363.* ideoq; multo magis videatur hoc posse facere eo ignorante, *ex regula d. l. qui potest inuitis. 27 ff. de reg. iur.* quia hoc verum esset, si filij scientia nullam posset effectus diuersitatem operari, *vt diximus supra nu. 336.* In casu autem proposito potest operari diuersum effectum, quia filius sciens hæreditatem sibi delatam potest ipse adire, vel agnoscere, & sibi emolumentum acquirere saltem, quoad proprietatem, ideoque, licet pater possit adire inuito filio, non tamen sequitur posse id facere eo ignorante.

Minus obstat, quod filius etiam ignorante patre possit adire, vel agnoscere, *vt ostendimus supra num. 327. & seqq.* ideoque videatur idem admittendum in patre, cum legum intentio sit, similem patribus, & liberis prouidentiam afferre *l. cum oportet. 6. in prin. C. de bon. quæ lib.* quia respondeo, id procedere, si eadem sit patris, & filij ratio; Hic autem esse diuersam, scilicet, quia ius adeundi, vel agnoscendi, quod competit filio, nō est subordinatum ad illud, quod competit patri, sed datur illi principaliter, tamquam ei, cui defertur hæreditas, vel bonorum possessio, *vt ostendimus supra n. 171.* ideoq; non debet filius expectare factum, & voluntatem patris, sed statim potest adire, vel agnoscere. At ius adeundi, vel agnoscendi, quod competit patri, est subordinatum ad ius filij, quia patri non antea datum est ius adeūdi ad sui commodum, quā filius recusauerit, ideoq; debet eius declarationem expectare. *Ita effectu ratiocinantur Gozad. in d. l. 1. nu. 10. vers. Non obstat l. fin. & ibi Nig. num. 57. vers. contrarium, Cagn. num. 76. versic. e contrario, & Massin. nu. 279. C. qui adm.* Aut verò filius scit quidem successionem sibi esse delatam, sed differt eius acquisitionem. Et tunc, nec etiam

382 potest pater adire, vel agnoscere, † *vt scribit Bald in d. l. 1. num. 18. C. qui adm.* sed debet expectare declarationem filij, *per ea, quæ supra diximus.* Sanè potest curare, vt a iudice præscribatur tempus filio, intra quod debeat declarare voluntatem suam, ita, vt eo transacto habeatur pro recusante, & eo casu poterit adire, vel agnoscere, sed, si hoc non fecerit, nondum censebitur ius adeundi, vel agnoscendi in eum translatum. Quamobrem dicimus non recusante filio, non posse patrem

383 adire, † *vt videri est apud Ang. in d. l. is, qui heres. 13. § fin. num. 1. vers. In eadem gl. ff. de acqu. hared.* siue non posse adire, si filius nondum

384 sit exclusus. † *vt scribit Signo. in d. l. 1. num. 49. vers. & hac vera C. qui admit.* etiamsi sit adhuc infans, *vt scribit Polit. de substit. d. tit. de vulg. part. 3. num. 43. vers. 18.*

Sed hæc quidē, dicuntur quoties hæreditas est aduentitia. Cæterùm, quoties est profectitia, & quærimus, an in ea ius antiquum sit in aliquo mutatum, constat etiam referre, vtrum loquamur de filio, an verò de patre: Nam, si de filio, certum est, non esse mutatum, sed idē hodiè procedere, quod olim obtinebat,

385 † *vt scribit Sign. in d. l. 1. num. 30. C. qui adm. & nos latè ostendimus supra num. 155.* Itaq; sicut olim non poterat filius adire hæreditatem

386 profectitiam sine iussu patris, † *d. l. si quis mihi bona. 26. § iussum ff. de acq. hared. Et in specie declarant Sign. in d. l. 1. num. 30. et ibi Iac. de Nigr. num. 28. vers. Item dicit gl. et num. 68. et Cagn. nu. 85. vers. et, quemadmodum C. qui adm.* adeo vt satis non esset, patrem ex post facto ratam habere aditionem, sed necessariò deberet

387 eius iussus præcedere † *d. l. si quis mihi bona. 25. § iussum, et ibi gl. in verb. iussum et Bart. num. 2. ff. de acq. hared.* ita etiam non potest hodiè

388 sine ipsius iussu adire, † *ut scribunt Ang. in d. l. 1. in prin. vers. In gl. ult. et ibi Sign. num. 30. Ias. nu. 27. Nigr. num. 28 vers. Item dicit gl. et Cagn. nu. 85. vers. et, quemadmodum C. qui adm. Ias. in d. l. cum proponas. 3. num. 21. vers. Tu tenendo C. de hared. inst. Trintac. de subst. d. part. 1. cap. 7. nu. 6. vers. huic rationi,* & talis iussus necessariò de-

389 bet præcedere † *ut declarant Bart. in d. § iussum, num. 2. vers. aduerte, & ibi Angel. numer. 5. versicul. Item ibi. hodiè, Bartol. in d. l. 1. numer. 2. et ibi Bald. num. 13. Ang. in prin. vers. In gl. ult. Alex. num. 18. C. qui adm. Ias. in d. l. 1. num. 44. ff. de vulg.* Et, quemadmodum olim poterat quidem agnoscere bonorum possessionem profectitiam inscio patre, sed talis agnitio erat inefficax, nisi pater eam postea intra tēpus ratam habuisset, *ut ostendimus supra num. 236. et seqq. Et in specie de profectitia scribit Siebar. in d. l. 1. num. 10. vers. sed in bonis C. qui*

390 *adm.* ità etiam poterit hodiè agnoscere, † *ut ait Nig. in d. l. 1. num. 28 vers. Item dicit gl.* sed ad hoc, vt talis agnitio sit efficax, necessariò

391 debet interuenire patris ratihabitio, † *ut declarant Ang. in d. l. 1. in prin. vers. ibi, cum ignorante, et ibi Siebar. d. num. 10. vers. sed in bonis,* qua, secutā censebitur ipsi patri bonorum possessionis emolumētū acquisitū, *ut declarat. Nig. in d. l. 1. n. 28. vers. Item dicit gl C. qui adm.*

Planè de illo dubitari solet, an procedat etiam hoc respectu, vt, quemadmodum olim patre nolente non poterat filius adire hæreditatem, & eam sibi acquirere, nec agnitam bonorum possessionem ad sui commodum retinere, ita etiam non possit hodie. Dubitationem facit illud, quia, quemadmodum filio recusante hæreditatem castrensem, quæ patri non quærebatur, potest hodie pater eam adire, & sibi acquirere *d. l. vlt. § similiq; modo C. de bon. quæ lib.* ita etiam æqualitatis seruandæ causa videtur permittendum filio, vt recusante patre possit suo arbitrio adire hæreditatem profectitiam, & eam sibi acquirere, licet in ea nullum olim ius haberet, *vt dubitando considerant Cin. in d. § similique modo & ibi Bart. Dec. in d. l. 1. in secunda lect. num. 24. & ibi Nig. num. 68. vers. In contrarium, Polit. de subst. d. tit. de vulg. part. 3. num. 25.* Et ita censuerunt

392 † *Cin. in d. § similiq; modo, & ibi Bart. Castr. in d. l. vlt. in prin. num. 2. vers. Breuiter Cod. de bon. quæ lib. Ias. in d. l. 1. num. 27. vers. Tu autem aduerte, & ibi Dec. in secunda lect. num. 24. & 28. vers. sed tamen, & in tertia num. 95. vers. sed his non obstantibus, Nig. num. 68. vers. & sic disputatiuè, vbi ait, hanc opinionem posse disputando sustineri, & Camil. Plant. in verb. transacto tempore, num. 43. vers. dico tamen C. qui adm. Alciat. in d. l. 1. num. 91. ff. de vulg.*

Sed

Sed hoc non obstante verius est, quod alij frequentiùs tradiderunt, scilicet, ne hoc quidem respectu mutatum esse ius antiquum, ideoque non posse filium adire hæreditatem profectitiam, vel bonorum possessionem agnoscere, & eam sibi acquirere etiam patre
393 nolente & recusante. † *Ita enim censuerunt gl. in d. l. 1. in verb. transacto tempore, & ibi Bartol. num. 2 in fin. Alexand. num. 18 vers. & sic puto, Gozad. num. 15. vers. mihi tamen placet., Zucear. num. 123. vers. mihi, & num seqq. Ign. num. 36. vers. tamen, Cagn. num. 85. vers. &, quemadmodum, vbi ait, hanc conclusionem esse communiter approbatam, & vers. contrariam, vbi subijcit licet articulus sit disputabilis, non tamen esse recedendum a communi C. qui adm. Alex. in d. l. 2. num. 1. vers. posset C. de rep. bon. poss. Ias. in d. l. cum proponas. 1. num. 21. vers. Tu tenendo C. de hæred. inst. Polit. de substit. d. tit. de vulg. part. 3. num. 25. vers sed tamen contrarium Trentac. de substit. d. part. 1. c. 7. n. 6 vers. huic rationi:* Nam,
394 † cum Iustinianus dicat, e nihil ex antiquo iure mutare, quoad ea, quæ filio obueniunt ex re patris, vel eius occasione *d. §. 1. vers. sanctitum, Inst. per quas pers. nob. acq.* & nullus alius locus sit in quo legatur hoc respectu mutatū ius antiquum. Consequens est, vt maneat intactum. *Ita in proposito argnunt Alex. in d. l. 1. num. 18. vers. sed Io. & ibi Gozad. num. 15. vers. mihi non placet, Ign nu. 36. vers. modo sic, Cagn. num. 85. vers. &, quemadmodum C. qui adm. Polit. d. part. 3. num. 25.*

Neque obstat, quod filio repudiante pater possit hodiè adire hæreditatem castrensem, in qua nullum olim ius habebat, quia respōdeo, longè aliam esse rationem patris aliam filij: Nam vt patri per filium, siuè filij occasione quæratur, magis est iuri consentaneū, quam, vt per patrem, siuè eius occasione acquiratur filio, *vt considerat Polit. d. part. 3. nu. 25.* scilicet quia cum acquisitio pendeat ex iure potestatis *l. 1. C. de bon quæ lib.* fit vt ijs tātum debeat acquiri, qui ius potestatis habēt. Atqui ius potestatis habet quidem pater in persona filij, sed non filius in persona patris. Ergo, licet per filium, siuè filij occasione patri acquiratur, non tamen contra debet per patrem, siuè patris occasione quæri filio. Quamobrem Pomponius *in l. cum dot. 7. vers. si verò filia ff. de pact. dot.* loquens de pacto, quod post dotē datā initū est, distinguit filiā a patre & ait si filia sola pacta sit, & dotis cōditionem meliorem fecerit, tale pactum etiā patri prodesse, si verò pactus sit solus pater, non proficere filię *quoniam per filiam patri acquiri potest per patrem filia non potest.*

At, si loquamur de patre, & quæramus, an eius respectu sit in aliquo mutatum ius antiquum, quoties agimus de hæreditate profectitia, constat, rem esse controuersam: Nam pleriq; censuerunt, non esse mutatum ideoq; nolente filio adire, non posse etiam hodiè adire patrem, aut suo nomine bonorū agno-
395 scere possessionem. † *Ita enim censuerunt Iac. de Rau. quem referunt, & sequuntur Cin. in d. l. vlt. in princ. num. 6. & ibi Bald. num. 12. vers. vel dic C. de bon. quæ lib. Bart. in d. l. si, qui hæres. 13. §. fin. num. 1. vers. contrarium, & ibi Ias. nu. 25. ff. de acq. hæred. Castr. in d. l. 2. num. 2. vers contrarium, & ibi Dec. num. 1. vers. præterea C. de rep. bon. poss. Castr. in d. l. renitente. 11. num. 2. vers. sed quid, si filius C. de iur. delib. Sign. de Homo. in d. l. 1. num. 55. & ibi Alex. nu. 18 vers. & pro hoc facit, Gozad. numer. 17. vers. Non obstat quod, si olim, Cam Plaut. in verb. trāsacto tempore, num. 33. C. qui adm. Calanch. in d. l. 1. num. 37. vers dubitāt ff. de vulg.* Mouentur autem.

396 Primo, quia, † cū iure antiquo non posset pater adire hæreditatem etiam profectitiam recusante filio, *vt diximus supra num. 168.* & in profectitijs ius antiquum mutatum non sit, *vt diximus num. 155.* Consequens est, vt nec etiam hodiè eam adire possit.

Secundo mouentur, quia in correctorijs non est facienda extensio a casu expresso ad non expressum *d. l. præcipimus. 32. in fin. C. de appell.* Sed *l. fin. §. 1. C. de bon. quæ lib.* quæ est iuris antiqui correctoria, & cauet, vt recusante filio possit pater adire, loquitur de hæreditate aduentitia, *vt declarant Bald. in d. l. vlt. in princ. num. 12. C. eod. & Calanch in d. l. 1. num. 37. vers. dubitant ff. de vulg.* Ergo non debet extendi ad profectitiam.

Tertio mouentur, quia is tantum adire potest cui hæreditas defertur *l. si quis extraneus. 21. §. 1. & l. quandiu. 68. vers. ergo ff. de acq her.* Atqui hęreditas etiam profectitia non defertur patri, sed filio, *vt diximus supra num. 171. Et in specie de profectitia scribit Seb. Sap. in d. l. 1. num 29. & 42. C. qui adm. vbi testatur, hanc opinionem tenere communiter scribentes.* Ergo nō poterit pater eam adire.

Quarto mouentur, quia in profectitia cessat ratio, propter quam in aduentitia statutum est, vt pater adire possit: Nam ratio est, quia in ea sublatum est patri ius compulsionis: Nec enim potest cogere filium, vt adeat, cum ipsemet adire possit. Itaque in ea datum est ius aditionis, & sublatum ius compulsionis, *vt considerat Cin in d l. vlt. in prin. num. 6. C. de bon. quę lib.* At hæc ratio cessat in profectitia, scilicet, quia in ea remanet ius compulsionis *vt scribunt Cin. in d. l. vlt. in prin. num. 6. & ibi Bald. num. 12. vers. vel dic.* Ergo nil mirū, si non sit ei datum ius aditionis, *vt ibi Cin. ait.*

Sanè, si filius esset absens, aut furiosus, fatētur posse patrem adire profectitiam hæredi-
397 tatem, † *vti videre est apud Bald. in d. l. ult. in prin. num. 12. uers sed, si filius, Castr in d. l. 2. n. 2. uers. contrarium C. de rep bon. poss. Polit de subst. d. tit. de uulg part. 3. nu. 27 uers. 2.* scilicet, quia tunc cessaret ratio compulsionis *ut considerat Bald. in d. l. ult. in princ. num. 12. uers. sed, si filius.*

Sed mihi verius videtur, quod alij tradiderunt, scilicet, dispositionem *d. l. ult. §. 1.* quæ vult recusante filio posse patrem adire, vel agnoscere, & sibi quærere successionem, pro-
398 cedere etiam in profectitia. † *Quæ fuit prima opinio Bald. in d. l. ult. in prin. num. 12. quam ibi probat Castr. num. 2. uers. Breuiter C. de bon. quæ lib. Ias. in d. l. 1. num. 44. ubi ait hanc opinionem esse ueram, sicut euangelium, & ibi sequuntur Soc. Sen. num. 22. uers sed ad prędictam, & Rip. nu. 151. uers. præterea, ubi testatur, hanc esse communem ff. de uulg. Seb. Sap. in d. l. 1. num. 47 C. qui adm. Polit. de substit. d. tit. de uulg. part. 3 num. 27. Trentac. de substit. d. part. 1. cap. 7. num. 6. uers.*

uerſ. huic rationi. Probatur autem hæc ſenten-
tia.

399 Primo, quia † minus hodiè iuris habet pa-
ter in hæreditate aduentitia, quam in profe-
ctitia. ſcilicet quia in aduentitia non habet,
niſi uſumfructum, cum alioquin in profecti-
tia ius plenum conſequatur, *ut diximus ſupra*
num. 156. *&* 158. Ergo, quod ei licet in aduē-
titia, multo magis debet licere in profectitia
auth. multo magis C. de ſacr. Eccl. Sed in aduē-
titia ſi filius repudiet, licet patri adire *d. l. ult.*
§. 1. Ergo multo magis debet hoc ei licere in
profectitia. *Ita argumentatur Bald. in d. l. ult. in prin.*
num. 12. & ibi Caſtr. num 2. uerſ. Breuiter C. de
bon. quæ lib. Iaſ in d. l. 1. num. 44. & ibi Soc. Sen.
num. 22. uerſ. ſed ad prædictam ff. de uulg. Iaſ. in
d. l. cum proponas 3. num. 21. uerſ. Tu tenendo C.
de hæred. inſt. Polit d. part. 3. num. 27. Trentac. d.
part. 1. cap 7 num. 6. uerſ huic rationi. Alioquin
enim ſequeretur, minus concedi patri in eo,
in quo plus iuris habet, quam in eo, in quo
minus, quod, quia abſurdum eſſet, ideo
huius abſurdi euitandi gratia, quod de aduē-
titia ſtatuitur *in d. l. ult. §. 1.* debet etiam ad
profectitiam extendi. *Ita ſcribit Socin. Sen. in*
d. l. 1. numer. 22. uerſ. ſed ad prædictam ff. de
uulg.

Secundo probatur, quia, vt in profectitijs
ius antiquum maneat intactum, ſtatutū eſt,
in fauorem patris, ne ſcilicet ius eius minuatur,
ut conſiderat Bald. in d. l. ult. in prin. num. 12. C.
de bon. quæ lib. Ergo non debet in eius odium
retorqueri *l. quod fauore. 6. C. de legib.* Retor-
queretur autem, ſi non poſſet adire profecti-
tiam recuſante filio, ſtante, quod eo caſu po-
teſt adire aduentitiam. Ergo debet etiam pro-
fectitiam poſſe adire.

Tertio probatur, quia, ſi abſente filio, vel
furioſo patri ſuccurritur, & ità propter caſum,
vt contrariæ ſententiæ ſectatores fatentur, Conſe-
quens eſt, vt multo magis ei ſuccurri debeat
propter malitiam, ſi fortè filius pertinaciter
adire nolit. *Ita arguit Polit. d. tit. de uulg. part. 3.*
num. 27. uerſ. 2.

Neque obſtant contraria: Ad primū enim
reſpondeo, quod dicimus, in profectitijs ius
antiquum mutatum non eſſe, procedere,
400 † quoad ea, quæ reſpiciunt perſonam filij, vt
ſcilicet, quemadmodum olim non poterat
adire, vel repudiare ſine iuſſu, & voluntate
patris, ita nec hodiè poſſit, *ut oſtendimus ſupra*
num. 380. & ſeqq. & dicemus etiam infra num.
453. &, quemadmodum olim adeundo non
acquirebat propterea rem ſibi, ſed patri, ita
etiam acquirat hodie, *ut diximus ſupra num.*
156. Cœterùm, quoad ea, quæ reſpiciunt per-
ſonam patris, vt eſt ius adeundi, magis eſſe, vt
ius antiquū cenſeatur mutatum, quia, cum
ipſius fauore mutatum ſit in aduentitijs, in
quibus minus habet iuris, Conſequens eſt, vt
multo magis cenſeatur mutatum in profecti-
tijs. *Ita reſpondent ij, quos retulimus ſupra num.*
398.

Ad ſecundum verò reſpondeo, id proce-
401 dere, † niſi extenſio fiat abſurdi euitandi
cauſa, prout fit in caſu noſtro, ſcilicet, quia
alioquin ſequeretur, minus iuris habere patrē
in profectitijs, quam in aduentitijs, quod eſſet
abſurdum, *ut diximus ſupra num.* 399.

Ad tertium reſpondeo, id eſſe verum in-
ſpecto iure vetere. Cœterùm inſpecto iure
nouo, magis eſſe, vt etiam patri hæreditas
deferatur, non quidem abſolutè, ſed tunc de-
mum, cum filius adire negat, *ut diximus*
ſupra num. 380. ideoque argumentum retor-
queri.

Ad quartum denique reſpondeo, id con-
tinere petitionem principij: Nam, quia ius
compulſionis deſcendens ex iure poteſtatis
fruſtra competit, quoties pater ipſe adire po-
teſt, ideo fit, vt toties cenſeatur ſublatum,
quoties patri ius adeundi datum eſt: Vnde
quia propoſita controuerſia vertitur in eo,
an ius adeundi datum ſit patri, quoties filius
illius contemplatione fuit inſtitutus, & ſic
tractatur de hæreditate profectitia, ideo in-
telligimus eſſe etiam controuerſum, an in
profectitia cenſeatur ſublatum ius compul-
ſionis, quod a patria poteſtate proficiſcitur,
noſque dicere, cenſeri ſublatum, tanquam
fruſtratorium, eo, quod pater, qui recuſante
filio poteſt adire hæreditatem aduentitiam,
multo magis poſſit adire profectitiam, in qua
plus iuris habet, *ſicuti oſtendimus ſupra num.*
399. Et hæc eſt tertia differentia inter ius an-
tiquum, & nouum, quæ conſiſtit in modo ac-
quirendi.

Quarta ſuccedit differentia, quæ conſiſtit
in modo repudiandi; Nam, quia repudiatio
402 pari cum aditione paſſu ambulat † *l. is, poteſt*
18. ff. de acq. hæred. Et ſcribunt Caſtr in d. l. is, qui
hæres. 13. §. fin. num. 1. uerſ In text. ibi, utrique ff.
eod. & Cuiac. ad tit. C. de rep. bon. poſſ. iiſdemq;
403 quibus illa, iuris regulis conſiſtit, † *ut declarat*
Bulgarin. in l. 1. n. 58. C. qui adm. ideò inſpecto
iure vetere eodem eſt facienda modo, quo
aditio. Vnde, quemadmodum in aditione
patris, & filij voluntas eſt neceſſaria, *ut dixi-*
mus ſupra num. 163. ita etiam in repudiatione
404 † *d. l. is, qui hæres, 13. §. fin. & ibi Bald. num. 1.*
uerſ. Ratio, quia & Iaſ. num. 3. Dec. in l. eius eſt
nolle. 3. num. 5 ff. de reg. iur. &, quemadmodum
in aditione voluntas patris non debet inter-
uenire per modum agentis, idest, adeuntis,
ſed per modum iubentis, ſcilicet quia aditio
non eſt facienda a patre, ſed a filio, licet ex
iuſſu patris, *ut diximus ſupra num.* 164.
& ſeqq. ita etiam eodem modo debet inter-
uenire in repudiatione, quippe, quæ eſt faciē-
405 da a filio, ſed ex iuſſu, & mandato patris † *l.*
ſeruus dotalis. 59 in princ. ff. ſol. matr. Et in ſpecie
declarat Caſtr. in d. l. is qui hæres. 13. §. fin. num.
1. uerſ. In text. ibi utriq; Denique, vt in aditio-
ne patris iuſſus debet præcedere, *ſicuti oſtendi-*
mus ſupra num. 202. ita etiam debet præce-
406 dere in repudiatione. † *Ita ſcribunt Bart. in d.*
l. is, qui hæres. 13. § fi. n. 11. & ibi Ang. uerſ. In
text. ibi, utrique, Caſtr. num. 2. uerſ. ſed opp. Imol.
uerſ. Item not. Alex. num. 2. & 9. Iaſ. num. 12. ff de
acq. hæred. Bart. in d. l. qui in aliena 6. in prin. nu.
3. ff. eo.

Sanè, ſi pater, & filius ſimul repudient, quod
407 fieri poſſe † conſtat *ex d. l. is, qui hæres. 13. §.*
fin. & ibi declarant Bart. num. 11. Bald. in prin.
uerſ. 3. & num. 1. uerſ. uenio ad tertiam, Ang. in
prin. & uerſ. In text. ibi, utriq., Caſtr. numer. 1.
Imol. in prin. Alex. num. 1. Iaſ. in prin. Petr. de
Bellap. in d. l. 1. num. 19. C. qui adm. iuris intel-
lectu perinde res habetur, ac, ſi præcedente
408 iuſſu patris facta ſit à filio repudiatio. † *Ita*
decla-

declarant Bald.in d.l.si qui hæres.13.§.fin.nu.1.
vers.venio ad tertiam & ibi Ang.vers In text.ibi,
vtriq Castr num.2. vers.sed opp. Imol. vers.sinal.
Item not.Alexand.num.2. Ias. numer. 12. & 13.
409 quia † voluntas, quę non sequitur, sed in ipso
actu interuenit pro iussu, siuè mādato habcr,
vt declarat Castrens in d.l.si, qui hæres.13. §.fin.
num. 2. vers.sed opp. At sine vtriusque volun-
tate nō potest aliquo modo fieri repudiatio.
Itaque, nec filius sine patre, nec pater sine fi-
410 lio repudiare potest † *d.l.si, qui hæres 13.§.fin.*
& ibi gl in verb neque filius f. Bart. num.5 Ang.
in prin.Castr.num.1.& 2.vers. In prin.gl & nu.
3.vers.In gl eadem, Imol.in prin. Alex. numer.5.
& 6.vers. In ea gl. ibi, & Ias in prin, Petr de
Bellap.in d.l.1.num.19.& ibi Mansin.nu.277.C.
qui adm.Cimator.in l. legatum.7.num.25. vers.
2.ff. de leg.prim. Et simpliciter de filio scribunt
Bart.in d l qui in aliena 6.in prin.num.3.ff de
acq.hæred Ias.in d.l.si, qui hæres.13.§ fin. nu.1.
Cimato.in d l.legatum.7.num.32 ff de leg prim.
Zactar.In d.l.1.num.67.& ibi Cam. Plaut.in
verb eum ignorante num 50.C. qui adm. Crass.
in §.bonorum possessio q 15. De patre vero cōstat
ex l.renitente 11 vbi Cin.in prin. Bart.& Castr.
num.1.C.de iur.delib Et scribunt Bart in l.2.C.
de rep.bon poss. Alex in d.l.si, qui hæres.13 § fin.
num.1.vers.Not.& ibi Ias.num.7.Alex.in l.1.§.
per seruum,qui in fuga num.13 ff de acqu poss.
Cimato in d.l.legatum.7.num.7.& 18.vers.com-
probo ff de leg prim. Crass.in d. §. bonorum pos-
sessio q 16.num.1.vers. Hoc tamen, & Cuiac. ad
tit.C.de rep.bon.poss. &, si alter sine altero re-
pudiet, nullius momēti censetur repudiatio,
411 † *vt scribunt Cin.in d.l 1.n.8.et 9.vers.Dixi,C.q.*
adm.Bart.in d.l.si qui hæres.13. §. fin.num.5.&
ibi Castr.num.3.vers.breuiter, & vers.& ex hoc,
Ias.num.30.Castr.in d.l.2 num 1.vers. Tu dic
C. de rep. bon poss. siuè successio sit testamen-
412 taria, siuè legitima † *l.sedem etiam. 14.ff. de acq.*
hæred.d.l.renitente 11.C de iur. delib. Et scribūt
gl.in d.l.si, qui hæres.13 §.fin in verb.neq; filiusf.
vers.at sequent.& ibi Bald.in prin.vers & pradi-
cta, Ang.Imol.& Ias in prin.gl.in d.l.2.in verb.
filio delatam C.de rep. bon.poss. &, siue ciuilis,
siue prætoria: Nec enim bonorum possessio-
nem filiofa. delatam, aut filius sine volunta-
te patris, aut pater sine voluntate filij repu-
413 diare potest, † *vt de patre constat ex d.l. 2. vbi*
Castr.num.1. vers. Tu dic, & num. 3.Dec.nu.1.
C.de rep.bon.poss Et scribunt gl. in l.1.§.1.in
verb non potest ff. de succ.edict.Bart.in d.l.si,qui
hæres.13.§ fin.num 9 vers. Non obstat, & ibi
Castr.num.5 Signo et Homed in d l. 1.num 52.
vers.sed contra & ibi Cam.Plaut.in verb.amit-
titur,num.4 C.qui adm.Cimato.in d l.legatum
7.num.7 ff.de leg prim Cuiac.ad tit. Cod de rep.
bon poss. Sed, quia dupliciter hoc potest in-
telligi, vel scilicet in præiudicium alterius,
vel in pręiudicium ipsius repudiantis, si qui-
dem intelligatur in præiudicium alterius, res
caret dubio; Nam certum est, nec filiū posse
414 repudiare in pręiudicium patris, † *vt declarāt*
Alex.in l.enim proponas.3.num.5.vers.& ad pro-
bandum,& ibi Ias.num.15.vers.si tamen vis C.
de hęred.inst.Dec.in d.l.1.in tertia lect. num.58.
& ibi Mansin.num.65.C.qui adm.Cimato. in
d.l legatum 7.num.32.ff.de leg prim. Trentac.de
substit. part.1.cap.6.num.2.vers.3.mouentur, Et
accipi possunt ij qui simpliciter scripserunt filium
nō posse repudiare in præiudicium patris, vt Soc.
Sen.cons.183 col.2.vers. Confirmatur, quia, vol.
2. Iac.de Nigr.in d.l.1.numer.14. Cod.qui adm.
415 nec patrem in præiudicium filij † *d.l.renitente.*
11. C.de iur.delib.d.l.2. C de rep.bon.poss.Et scri-
bunt Bald.in d.l.si, qui hæres 13.§ fin.num.1.
vers.In 2.parte,& ibi Ang.num.1.vers. In gl.ibi
Cast.num.1.& 3.vers.In gl.eadem Polit.de sub-
stit.tit.de vulg.part.3.nu.41.vers.moueor.Crass.
in d.§.bonorum possessio q.15.& 16.num.1. Et
possunt etiam intelligi qui simpliciter scripserunt,
patrem non posse repudiare in præiudicium filij,
vt Cagn.in d l.1.num.17.& ibi Mansin.nu.65.
C. qui adm. & Cuiac. ad tit. C. de rep. bon poss.
416 quia, † quemadmodum filius non potest au-
ferre patri spem eius emolumēti, quod esset
habiturus, si filius ex ipsius iussu, & voluntate
hęreditatem adiret, aut bonorū agnosceret
417 possessionem, † *vt considerant Castr.in d.l.si,*
qui hęres.13.§. fin. num.1.vers.In text.neque fi-
liusf & ibi Ias. num.1. ita etiam pater non po
test auferre filio spem adeundę hæreditatis,
aut, bonorum possessionis agnoscendæ, & si-
bi quærendæ, si priùs, quàm eam patri acqui-
418 rat factus sit sui iuris † *vt de hęreditate cōstat ex*
d.l.renitente 11.vbi Cast.n.1.& Alex.in prin.& n.
3.C.de iur.delib. Et scribunt gl in d l.si, qui hæres.
13.§.fin.in verb. neq filiusf.vers.Item opp. & ibi
Bart.n 8.Cast n.1.vers.Alia est ratio,& n.3.vers.
Nec obstat opinio, Ias.num.7.vers.Prima, Cima-
tor.in d. l. legatum.7.num.27. vers vlterius ff.de
leg. primo Cuiac. ad eund. tit. C. de rep.bon poss.
De bonorum vero possessione Castr.in d.l 2.num.
1.vers.Tu dic,& ibi Dec.nu.1.C de rep bon.poss.
Castr.in d.l.si, qui hęres.13.§. fin.num.5. Qua-
mobrem dicimus, repudiationem filij non
419 nocere patri † *vti videre est apud glo. in d.l.2 in*
verbo filio delatam vers.& è contra C.de rep.bon.
poss.Cin in d.l 1. num. 11. & ibi Bart num.13.
Sign.num.50. Ias.num.6. Gozad num.13.Cagn.
num.37. vers. Declaratur 3.C.qui adm.Bart.in
d.l si qui hæres.13.§ fin.num.5 & ibi Bald.in
prin & Castr.num.3. vers.In gl eadem Ias.in d.
l.1.num.46.vers.2. moueor ff de vulg. Polit.de
substit. d.tit.de vulg.part. 3.num.26.Trentac.de
subst part.1.cap.6 nu.15. vers.3.& vltimo, quip-
pe, qui ea non obstante potest consequi hęre-
ditatem, si filius eam ex ipsius iussu postea
420 adierit † *vt declarant gl. in d.l.si qui hæres.13.§.*
fin in verb.neq.filiusfa.& ibi Castr.num.1.vers.
In text.neq.filiusfa. Sanè in hoc ei nocet, quia,
quandiu filius non adit, tandiu hæreditatē ei
non acquirit, scilicet, quia ad hoc est neces-
sarium factum filij, *vt diximus supra nu.178.*
cum ius adeundi in patrem non transeat, sed
in persona filij resideat, *vt ostendimus supra*
num.168.& seqq. Sed hoc damnum non con-
sistit in faciendo, sed in omittendo, quia fi-
lius non nocet patri repudiando, cum nulla
sit repudiatio, sed nocet omittendo aditio-
nem, quę res operatur, vt patri non quæratur
hæreditas, &, si filius ante aditam decedat,
omnimodo cēseatur pater ab hæreditate ex-
clusus, *vt patebit ex ijs, quæ dicemus infra num.*
685.& seqq. Et ita intelligendum est, quod di-
cimus, filium in quęrendis præiudicare patri,
vt scilicet procedat omittendo, non etiam
421 faciendo † *sicuti declarant Ias in d.l.si, qui hæ-*
res.13 § fin num.5 vers. Tu autem, Sap.in d.l.1.
num.67.& ibi Cagn. num.53. C.qui adm. quia
pię-

422 † præiudicium, quod fit omittendo, non
procedit ab homine, sed a lege, quæ, vt dare,
ita, & auferre potest, *sicuti declarant Zuccar. in
d. l. 1. num. 65. vers. In ea gl. ibi, & num. 66. in fin.
& ibi Cam. Plaut. in verb. cum ignorante num.
54. C. qui adm.* at, quod faciendo infertur, pro-
cedit ab homine, qui non potest alteri afferre
præiudicium. Quamobrem dicimus vnius
423 factum alteri nocere non posse † *l. quidam. 25.
§. si quis filium ff. ad Treb. l. de pupillo. 5. §. si plu
rium ff. de op. nou. nunt. l. quia non debet 10. ff. de
iurein.* Et simili modo dicimus repudiationē
424 patris non nocere filio, † *vti videre est apud
Bart. in d. l. si, qui heres. 13. §. fin. num. 5. & ibi
Bald. in prin. vers. 2. Castr. num. 3. vers. In gl. ea-
dem, Bart. in l. tutor. 8 num. 2 ff. de bon. poss. Sign.
de Homod. in d. l. 1. num. 50. & ibi Gozad. nu. 17.
Alcia. in d. l. 1. num. 32. vers. Non obstat text. C.
qui adm.* quippe, qui potest hæreditatem adi-
re, vel bonorum possessionem agnoscere, si
postea, vel emancipatione, vel morte patris
425 factus sit sui iuris † *vt declarant gl. in d. l. si, qui
heres. 13 § fin. in verb. neque filiusfa. & ibi Castr.
num. 1. vers. alia ratio est, Alex. in d. l. sentiente
11. num. 1. vers posset C. de iur. delib.*

Sed, an repudiatio ab altero tantum facta
inspecto iure veteri noceat ipsi renuncianti,
ita, vt successionem amplius consequi non
possit, dubitari solet. Et, si quidem facta sit a
filio, fatentur omnes, ne ei quidem nocere,
quia, si postea fuerit emancipatus, aut morte
patris, vel alio modo sui iuris effectus, pote-
rit suo arbitrio adire hæreditatem non ob-
426 stante repudiatione facta; † *Ita scribunt Cin.
in d. l. 1. num. 11. C. qui adm. Bartol. in d. l. tutor.
8. numer. 2. ff. de bon. poss. Bald. in d. l. si, qui he-
res 13. §. fin. num. 1. vers. & ex hoc infero, & ibi,
Castr. num. 3. vers. breuiter, & vers. In gl. eadem
& Ias. num. 4. Signo. in d. l. 1. nu. 50. C. qui adm.*
427 scilicet, quia † factum a persona minus legi-
tima non officit ei, si postea fiat habilis *ut in
proposito considerant Bald. in d. l. si, qui heres. 13.
§ fin. num. 1. vers. & ex hoc infero, & ibi Ias. nu.
4.* Sed, si facta fuerit a patre, an ipsi noceat,
dubitatum est. Et, nonnulli quidem censue-
runt, nocere, † *vt gl in d. l. si, qui heres. 13 §. fin.
in uerb. neque filiusfa. secundum affirmatiuam le
ctionem, quæ est probabilior, & magis congruen-
tior locis, quos gl. adducit, ut ibi Castr. nu. 3. Imol.
uers. In ea gl. supra, & alij rectè animaduerterunt
Et probat etiam Polit. de subst. tit. de uulg. part.
3. num. 41. uers. moueor.* Sed contrarium verius
est, & receptius scilicet non obstante repu-
diatione posse patrem adhuc iubere filio, vt
adeat, & hæreditatem sibi acquirat. † *Ita enim
censuerunt Petr. de Bellap. in d. l. 1. num. 20. & ibi
Alex. num. 7. uers. sed dic C. qui adm. Bart. in d.
l. si, qui heres. 13. § fin. num. 4. & ibi Bald. num.
1. vers. & ex ista secunda, Castr. num. 3. uers. Bre-
uiter, & uers. In gl. eadem, Alex. num. 6. uers. In
ea gl. ibi, Ias. num. 30. Castr. in d. l 2. num. 1. uers.
Tu dic C. de rep. bon. poss.* quia, † cum talis repu-
diatio sit nulla, tamquam ab eo facta, qui ius
repudiandi non habet, scilicet, quia pater, vt
non adire, ita nec repudiare potest, † *ut consi-
derant Bald. in d. §. fin. num. 1. uers. In secunda
parte, & ibi Aug. num. 1. uers. In gl. ibi. Castr.
numer. 1. uersicul. In text. ibi, neque pater, Ias.
num. 7. uersic. 2. ratio, Alciat. in d. l. 1. numer. 32.
uers. Non obstat text. C. qui adm.* cum ius repu-
432 diandi in persona filii resideat, † *ut declarant
Bald. in d. §. fin. num. 1. uers. ex hoc sequitur eudē,
& ibi Ias. num. 5.* Consequens est, vt nec ipsi
repudianti nocere possit, *ex regula non præstat
impedimentum, de reg. iur. in 6. quam in proposito
considerant Imol. in d. §. fin. uers. In ea gl. supra.
& ibi Alex. num. 6. uers. & facit regula & Ias. nu.
30. Alex. in d. l. 1. nu. 7. uers. sed dic C. qui adm.*
Denique, si noceret patri, noceret etiam per
consequens filio, quandiu pater superuiueret
scilicet, quia filius non posset adire, nisi præ-
cedente iussu patris, *ut diximus supra nu. 202.*
& in proposito non posset pater iubere, tam-
quam is, qui renuntiando sibi præiudicasset,
quod esset absurdum, & contra ea, quæ dixi-
mus *supra num. 415. ut in proposito considerat
Alex. in d. § fin. num. 6. uers. In ea glo. ibi.*

Neque obstat *l. 2. §. denique ff. sol. matr. in
qua gl. suæ opinionis fundamentum constituit,*
433 quia respondent, legem illam loqui † de pa-
cto, quod tendit ad obligandum, ideoq; factum
a solo patre ipsi, non filię nocere, nos verò
loqui de simplici repudiatione, quæ non obli
gat repudiantem, ideoque si sit nulla, nō im-
pedit, quominus repudians ad rem ipsam re-
dire possit. *Ita post Iac. de Ars. respondent Bart.
in d. §. fin. num. 4. & ibi Castr. num. 3 uers. Nec
obstat. Imol. vers. In ea gl supra* Sed probabilior
est responsio, si dicamus, ideo renuntiationē
patris ipsi nocuisse in specie *d. §. denique*, quia
434 † tractabatur de actione de dote, quæ, quia
patri erat quæsita & habitu, & exercitio, ideò
potuit ab eo remitti in sui præiudicium, nos
verò hic loqui de iure adeundi, quod nec ha-
bitu, nec actu patri quæsitum est, *ut ostendi-
mus supra num. 170.* ideoque nil mirum, si pa-
ter ei renunciare non possit. *Ita respōdet Ias. in
d. § ult. num. 30 uers. Tu responde.*

Sed hæc procedunt inspecto iure veteri,
hodiè, verò si quęramus, quid iuris sit, distin-
guenda est similiter hæreditas aduētitia a pro-
fectitia: Nā in aduētitia, quia tractatur de in-
teresse vtriusq;, patris scilicet ratione vsusfru
ctus, filij verò ratione proprietatis, ideo potest
vnusquisq;, vel simul, vel separatim ius suum
repudiare, &, si separatim, non debet amplius
præcedere iussus patris, sed sufficit, si & ipse
ex post facto repudiet, vel repudiationi a fi
lio factæ consentiat, vt censeatur ab adeun-
435 di iure exclusus † *sicuti declarat Alex. in d. §.
fin. num. 9.* Denique potest vnusquisq solus
ius suum repudiare, ita, vt sibi, nō alij noceat,
436 † *ut scribunt Bart. in d. §. fin. num. 5. & ibi Ang.
num. 1. uers. In eadem gl. ibi,* Castr. *num. 3. uers.
In gl. eadem. Cinato in d. l. legatum. 7. num. 32. ff.
de leg. primo.* Itaque si pater solus repudiet,
valebit repudiatio, & ipsi nocebit, quia ex-
cludet eum a iure vsusfructus cuius spem ha
437 bere poterat † *ut declarant Bald. in d. §. fin. nu.
1. uers. & ex ista 2. & ibi Ang. num. 1. uers. In gl.
ibi, Castr. num. 3 uers. In glo eadem, Alex. in d. l.
1. nu. 7. uers. & hoc procedit C. qui adm. Cinato.
in d. l. legatum. 7. num. 32. ff. de leg. primo, Crass.
in d. § bonorum possessio q. 16. num. 1. uers. hoc ta-
men, licet Petr. de Bellap. in d. l. 1. num. 21. & ibi
Cin. num. 11. C. qui adm. censuerint, non ualere
438 repudiationem* sed non nocebit filio † *l. ult. §.
ubi autem pueriles, uers. sin uerò pater C. de bon.
quæ lib. Et scribunt gl. in d. § fin. in uerb. neque fi-
liusfam. & ibi Bartol. numer. 5, Imol. uers. Item*

adde

addet, *Castr.num.3.uers.In gl.eadem*, *Ias.num. 31. Petr de Bellap. in d.l. 1.num.21.& ibi Bart. num. 12.uers.ulterius*, *Gozad unm.17 Cagn. num 42.uers. secunda solutio Iac.de Nigr.num. 13.C.qui adm.Ias in l.ex repudiatione 26.num. 2.C.de fideicom.m Polit. de subst. d. tit.de uulg. part. 3. num.25.uers 4.conclusio*, *Cimato.in d.l. legatum 7.num.32.ff.de leg.primo*, *Crass.in d.§. bonorum possessio q. 16 num.1*. Imò ius eius augebit, quia poterit suo arbitrio hæreditatem adire, vel bonorum possessionem agnoscere, & eam sibi acquirere, nõ solum iure proprietatis, sed etiam iure vsusfructus quem alioquin non fuisset habiturus, si pater aditioni,
439 vel agnitioni consensisset † *ut diximus supra num. 330. Et in specie declarant Bart. in d.l.tutor.8 num.2.ff.de bon poss Castr.in d §. fi. num.3 uers.In gl.eadem*, *et ibi Ias.nu.32.uers.2. limita Castr in d l.2 nu.1.uers.Tu dic C.de rep. bon.possess. Sign.de Homod in d.l.1.nu.53.C.qui adm.* Et simili modo, si repudiet solus filius, valebit repudiatio, & nocebit ipsi filio,
440 quippe, qui eum ab adeundi iure excludet. † *ut declarat Petr.de Bellap. in d.l.1. numer.21.& ibi Cin.num.11 Castr.num.8.C qui adm. Bart. in d.§ fin num.1.uers.sed in hoc*, *& ibi Castr nu.3. uers in gl.eadem.Bart.in d.l.qui in aliena.6.in prin.num. 3.ff.de acq.hered. Cimato.in d.l. legatum.7 num 32.ff.de leg.primo*, sed non nocebit
441 patri † *ut scribunt Petr.de Bellap.in d.l.1.nu.22. & ibi Bart.num.12.uers.ulterius. Bald.num.27. Gozad.num.17.Cagn. num 37.uers. Declaratur 3.Iac de Nigr num.13.C.qui adm. Bart.in d.§. fin.num.5.& ibi Bald.numer.1. uers. sed in hoc, Castr.num.3.uers.In glos.eadem*, *Alex.num.11. uers.sed*, *si uelitis.Ias.num.31. Castr. in d. l.cum proponas.3 num.8.C.de her.inst.Ias.in l.cum qd 3.num.10 uers a. confirmatur ff si cert.pet. Polit. de subst.d.tit.de uulg.part.3 num.50. Cimato in d.l.legatum.7.numer.32.ff.de leg.primo*, Imo ius eius augebit, quia poterit suo arbitrio adire hæreditatem, & eam sibi acquirere, non solũ iure vsusfructus, sed etiam iure proprietatis, quam alioquin non fuisset habiturus, si filius
442 non repudiasset, † *d.l.ult.in prin. uers sancimus C.de bon.quæ lib. & nos diximus supra nu. 158. Ita in specie declarant Bart in d.l.tutor 8.num.2. ff de bon poss.Sign.de Homod.in d.l.1.num.45.& 53.& ibi Castr.num.8.Alex. nu 6. Dec. in tertia lect.num.58.C.qui adm Ias.in d § fin. num.32. uers.2.limita.* Itaque licet adeunte filio minus hodie pater habeat, quam olim haberet, scilicet, quia hodie non habet, nisi vsumfructũ, cum alioquin olim haberet etiam proprieta-
443 tem, † *ut diximus supra num. 158. Et in specie declarant Bart. in d.l.seruus 7.§.fin num.2.ff.de bon.poss.Grott.in d.l.re coniunctis,num.167.uers. a.fallit*, eo tamen repudiante plus iuris habet hodie, quã haberet olim, quia hodie adire potest, quod olim ei facere non erat permissum,
444 † *ut ostendimus supra nu. 363. Et in specie declarat Bald.in d.l.1.num.12.C.qui adm.*

De illo sanè dubitari solet, an pater possit filij nomine repudiare hæreditatem. Et regu-
445 lariter quidem certum est, non posse, † *d.l.renitente 11.& ibi Ias.C.de iur.delib.* adeo, vt, etiã si filij nomine possit agnoscere bonorũ possessionem *ut diximus supra num. 179.* non ta-
446 men eam repudiare possit † *ut scribit Bald. in d.l.1.num.35.uers.& in 6.C.qui adm.* Cuius di-
447 uersitatis ratio est, quia † pater non, vt in acquirendo, ita, & in repudiando censeri potest legitimus administrator: scilicet, quia priuatio non potest incipere a secũda causa, a qua nec incipit habitus. *Ita ratiocinatur Bald.in d. l.1.num.35.uers.& in 6.C.qui adm*

Planè, si filius sit infans, dubitari potest, an quẽadmodum pater potest eius nomine adire hæreditatem, *ut ostendimus supra num. 354.* ita etiam possit hæreditatem repudiare? Dubitationem facit regula *l.is potest.18.ff. de acq.*
448 *hered.* quæ vult, † eum posse repudiare, qui & adire potest: Quamobrem, cum hæc quæstio Florentiæ contigisset, dicebant ferè omnes aduocati, valere repudiationem.

Sed hoc non obstante contrarium censuit & obtinuit Baldus, cuius sententiam alij po-
449 stea communiter approbarunt, † *uti uidere est apud Ang. in d. l. is, qui heres. 13. § fin. uers.In text.ibi, & ibi Castr.nu.6. Imol. uers. Not. quod pater, Alex.num.1.uers.Not.Ias.nu. 8.ff. de acq. hered.Ias.in d l.renitente 11.uers. Breuiter. C.de iur.delib.* Nam, cum *d.l.si qui heres.13 § fin.& d.l.renitente*, quæ repudiandi facultatem in filij præiudicium patri negant, loquantur indistinctè, Consequens est, vt indistinctè etiã sint accipiendæ, siue filius sit infans, siue non *Ita argunut Alex.in d.§ fin.num.1.uers.Not.& ibi Ias.num.8.Ias in d.l.renitente,uers breuiter.*

Neque obstat regula *l.is potest*, quia proce-
450 dit † in ijs, qui adire possunt ad sui commodũ, nõ etiam in ijs, qui ad commodum alienum, vt *rectè declarant Castr.in d.§ fin num.6. & ibi Alex.nu.1.uers.puto ueram, Imol.in d.l.is potest. 18.in prin.& ibi Alex. num.1. & Ias. num. 10. Alex.in d.l.legatum.7.num 1.uers Ad rationem, & ibi Ias.nu 9.ff.de leg.primo Ias. in d.l. renitẽte, in fi. Quicquid censuerit Dec in l. eius est nolle.3. num.5.ff.de reg iur.* & patet ex tutore, qui, licet possit agnoscere bonorum possessionem no-
451 mine pupilli † *l.seruus.7.§.impubes l. tutor 8.& l.si pupillo.11 ff.de bon.poss l.infantis 3.& l bonorum.7.C. qui adm. l.seruo inuito 65.§ si pupillo ff.ad Treb.l.2. §. sed, si infante ff. ad. Tertul.* non
452 tamẽ potest eã repudiare † *d.l.tutor.8.ff.de bon. poss. Et in proposito considerant Imol in d. § fin. uers.Not.quod pater, & ibi Alex. nu.1. uers puto uerum, & Ias.num.9. Alex.in d.l.legatum.7. nu. 1.uers.Ad rationem, & ibi Ias. num. 9 ff. de leg. primo. Ias.in d.l.renitente 11.in fi.C.de iur.delib.*

Sed hæc procedunt in hæreditate aduentitia. Cæterum in profectitia, quæri solet, an alter sine altero repudiare possit. Et, si quidẽ tractemus de filio, res caret dubio: Nam certũ est, eum, nec olim potuisse, nec hodie posse repudiare hæreditatem sibi patris contemplatione delatam sine ipsius iussu, & volun-
453 tate † *Ita scribunt gl.in d.l.si, qui heres.13.§ fin. in uerb.neque filius fa. & ibi Bart. in prin. Bald. num.1.uers.sed in hoc, Castr.nu.1.uers. primum tamen, & num.2.uers. in prin.gl. Alex. num.9. uers.procedit, & Ias.num.21.Sign.de Homo.in d. l.1.nu.55.C.qui adm.* Quamobrem in ea procedent omnia, quæ de hæreditate aduentitia diximus *supra num.404. & seqq.* scilicet, quia idem olim in vna, quod in alia seruabatur, *ut declarant Imol.in d.§.fin.uers.Item addet,& Cagn.in d.l.1.nu 46.uers. Quartum C.qui adm.* & in profectitia ius antiquum muratum non est, *ut diximus supra num.155. Et in proposito* decla-

declarat Alex. in d. §. fin. num. 9. vers. procedit.
At, si tractemus de patre, res est controuer-
sa: Nam plerique censuerunt, eum, etiam sine
454 filio repudiare posse. † *Ita enim censuerunt gl.*
in d. l. 2. in verb. filio delatam C. de rep. bon. poss. et
post Iac. de Are. Bald. in d. §. fin. num. 1. vers. dicit
Iaco. Polit. de substit. in materia vulgaris part. 3.
num. 23 vers. sed contra & num. seqq. Cimato. in
d. l. legatum. 7. num 24. vers. Præsupposita ff. de
leg. prim. Mouentur autem, vt ita sentiant.
Primo, quia hæreditas delata filio contem-
platione patris perindo habetur, ac, si ipsi pa-
455 tri fuisset delata † *l. sed. si plures. 10. §. in arro-*
gato, vers. ego etiam ff. de vulg. l. aditio. 45. versic.
&, quod a quibusdam ff. de acq. hared. Sed, si
patri fuisset delata, posset is eam repudiare.
Ergo poterit, &, cum sui contemplatione fuit
delata filio. *Ita arguit Cimato. in d. l. legatum. 7.*
num. 27. ff. de leg. primo.
456 Secundo mouētur, quia † in pfectitia cessat
ratio, propter q̄ dicimus, nō posse patrē repu-
diare hęreditatē delatā filio: Nā ratio est, ne
filio præiudicium afferatur, *ut patet ex ijs, quæ*
diximus supra nu. 416. Sed hæc ratio cessat in
hæreditate profectitia, scilicet, quia in ea nō
tractatur de præiudicio filij, sed de pręiudicio
patris, quippe, cui, nō etiam filio deberet hæ-
reditas pleno iure acquiri, *ut dubitando consi-*
derat Bart. in d. §. fin. num. 1. Et arguunt Polit.
d. part. 3. num. 23. vers. Facit pro hoc, & Cimato.
in d. l. legatum. 7. num. 25. vers. a. ff. de leg. primo,
Maximè, cum filius nullam eius consequen-
dę spem habere possit, scilicet, quia, etiamsi
factus sui iuris eam adiret, non tamen illam
retinere posset, sed teneretur eam patri resti-
457 tuere, † *ut fatentur Bart. in d. §. fin. num. 1. vers.*
Probo fortiori ratione, et ibi Castr. num. 1. vers.
primum tamen, et vers. prędicta, et num. 2. vers. In
prin. gl. Ias. num. 24. Seb. Sap. in d. l. 1. num. 41. et
ibi Ign. num. 41. C. qui adm. Cimato. in d. l. lega
tum. 7. num. 21. et 26. ff. de leg. primo. Ergo tam-
quam cessante ratione prohibitionis pote-
rit pater absque filio hæreditatem repudia-
re.
Verùm his non obstantibus contrarium
alij frequentiùs tradiderunt, scilicet, nec olim
potuisse, nec hodiè posse patrem sine filio
458 repudiare hæreditatem profectitiam. † *Ita*
enim censuerunt Bart. in d. §. fin. num. 1. vers.
Contrarium, et ibi Castr. num. 1. vers. prędicta,
et n. 2. vers. In prin. gl. Imol. vers. et idem videtur,
et vers. et cōclu. de Alex. n. 5. Ias. n. 21. et 24. Castr.
in d. l. 2. num. 2. vers. contrarium, et ibi Alex. nu.
1. vers. In glo. 1. et num. 5. Dec. num. 1. vers. In gl.
1. C. de rep. bon. poss. Castr. in d. l. renitente 11.
num. 2. vers. sed, quid, si filius, et ibi Ias. in prin.
C. de iur. delib. Signo. de Homo. in d. l. 1. num. 55.
ibi Ign. num. 41. C. qui adm. Cimato in d. l. lega-
tum 7. nu. 9. vers. Præterea ff. de leg. primo, Crass.
in d. §. bonorum possessio q. 16. num. 1. Quæ sen-
tentia probatur ijs locis, in quibus scribitur,
patrem non posse repudiare hęreditatem, aut
bonorum possessionem filio delatam, *ut d. l.*
2. C. de rep. bon. poss. d. l. is, qui hares. 13. §. fin. ff. de
acq. hared. & d. l. renitente. 11. C. de iur. delib.
Nam, cum loquantur indistinctè, Consequēs
est, vt etiam indistinctè sint intelligendi *l. de*
pretio. 10. ff. de Publicia. Ita arguit Alex. in d. l.
2. num. 1. vers. In gl. 1. & num. 5. C. de rep. bon.
459 *poss.* Denique, cum † pater non possit eam ac-
quirere omisso medio, quod in filio residet,
ut est receptior veterum sententia, sicut diximus
supra num. 395. tametsi nos contrariam probaui-
mus num 398. Consequens est, vt nec etiam
repudiare possit *d. l. is, potest. 18 ff. de acq. hared.*
Ita ratiocinantur Bart. in d. §. fin. num. 1. vers.
Contrarium, & ibi Castr. num. 1. vers. prędicta,
& Ias. num. 25. Castr. in d. l. 2. num. 2. vers. Con-
trarium, & ibi Dec. nu. 1. vers. præterea C. de rep.
bon. poss. Castr. in d. l. renitente 11. num 2. vers.
sed, quid, si filius C. de iur. delib. Sign. de Homo. in
d. l. 1. num. 55. C. qui adm.
Neque obstant contraria: Ad primū enim
460 respondeo, id procedere, † quoad acquisitio-
nis effectum, scilicet quia perinde patri ac-
quiritur emolumentum, ac, si eidem ipsi fuis-
set hęreditas relicta. Cæterùm, quoad acqui-
sitionis modum, veriùs est, profectitiam hæ-
reditatem multum ab ea differre, quę directò
patri relicta est: Nam, quoties directò pater
vocatur, non subest aliquod mediū, per quod
ex voluntate testatoris debeat hæreditas illi
acquiri, prout subest, quando patris contem-
platione vocatur filius, scilicet, quia tūc vo-
luit quidem testator patri prospicere, sed me-
diante persona filij, ideoque omisso hoc me-
dio non potest pater acquirere. Ergo nec re-
pudiare, per ea, quæ diximus *supra num 459.*
Vt enim in aditione, ita, & in repudiatione
necessarium est filij factum, & ministerium,
siuè id spontè interueniat, siuè etiam coactè:
Potest enim pater non per seipsum repudia-
re hęreditatem profectitiam, sed cogere fi-
liū, vt eam repudiet, *sicuti fatentur Bart. in d. l.*
is, qui hares. 13 §. fin. num. 1. vers. fateor tamen,
& ibi Ang. vers. quid autem, Castr. num 2. vers.
In prin. gl. ff. de acq. hęred. Castr. in d. l. 2 num. 2.
vers. Contrarium C. de rep. bon. poss. Sign. de
Homo. in d. l. 1. n. 55. & ibi Seb. Sap. n. 41. Ign. 41.
C. qui adm. Cimato. in d. l. legatum. 7 num. 21. &
26. vers. 3. ff. de leg. primo, Crass. in d. §. bonorum
possessio. q. 16. num. 1. vers. sed nunquid, Tametsi
contrarium censuerint Ias. in d. §. fin. num. 27.
vers. vltra scribentes, & Iac. de Nigr. in d. l. 1. nu.
25. C. qui adm.
Ad secundum verò respondeo, licet vna
ratio, scilicet præiudicij cesset, subesse tamen
aliam rationem, quę ducitur a negata poten-
tia adeundi, quæque sufficit adhoc, vt pater
repudiare nequeat: Nam, quoties duplex est
prohibitionis ratio, sufficit vnam adesse, vt
461 locum habeat prohibitio † *§. affinitatis Inst.*
de nupt. Ita respondent Castr. in d. §. fin. num. 1.
vers. præterea, & ibi Ias. num. 25.
Quinto, & vltimo differt ius nouum à iure
antiquo, quia filius, qui olim non habebat ab
462 intestato hæredem. † *ut generaliter scribunt gl.*
in l. Papinianus. 8. §. 1. in verb. finitā ff. de inoff.
Iac. de Nigr. in d. l. 1. num. 28. C. qui adm. Itaque
non solum in bonis aduentitijs, *de quibus spe-*
cialiter loquitur Gozad. in d. l. 1. num 7. vers. Nō
obstat l. Papinianus C. qui adm. sed nec in ca-
strensibus quidem, aut quasi castrensibus le-
gitimum habebat hęredem, quia constitutio-
nes, quæ huiusmodi peculia a patris exime-
rant patrimonio, fuerant sub conditione cō-
ceptæ, si filius vsus esset iure suo. Itaque, si nō
esset vsus, idest, non disposuisset, quasi deficiē-
te conditione manebat ius antiquum, & pa-
ter omnia filij bona, non quasi hęres, sed,
quasi

quasi pater, & iure suo, sinè iure peculij, quod
ius antiquum, & commune vocatur, occupa-
bat, *vt ostendimus supra num. 13. & seqq.* At
463 hodiè ab intestato hæredē habet, † *vt scribūt*
gl. in d. l. Papinianus 8. §. 1. in verb. finitam ff. de
inoff. Iac. de Nigr. in d. l. 1. num 28. C. qui adm.
nō solum in ijs bonis, in quibus potest habe-
re hæredem, etiam testamentarium, vt in ca-
strensibus, vel quasi castrensibus, *sicuti decla-*
rat Cin in d. l. vlt. §. similique modo C. de bon. quæ
lib. vt pote de quibus testari potest. *vt diximus*
supra nu. 10. & 18. sed etiam in ijs, de quibus
testandi facultatem non habet, puta in lucris
nuptialibus *l. quod fœtu. 3 C. de bon. quæ lib.* aut
464 alijs bonis aduentitijs † *vt declarant Bart. in*
l. si finita. 15. § si de vectigalibus num. 12. in fin.
ff. de damn. inf. Rum. cons. 24. num. 13. vol. 5.
Massin. in d. l. 1. num. 37. C. qui adm. Nam, licet
de ijs testari nequeat, siuè pater in ijs habeat
vsumfructum *l. fin. §. filijs autem fa. C. de bon.*
quæ lib. siue pleno iure sint quæsita filio *l. pen.*
C. qui test. fac. poss. & nos dicemus in 10. cap. q. 12.
num. 7 si tamen viuo patre moriatur, non per-
tinebunt amplius ad eum, quasi patrem, sed,
quasi hæredem, ex Iustiniani constitutione *in*
§ si igitur defunctus, Auth. de hæred. ab int. ven.
coll. 9. Idq; procedit, etiā si filius fuerit infans
siue pater eius nomine adierit hæreditatem,
secundum ea, quæ diximus supra num. 354 siuè
nō adierit, sed quasi ipso iure quęsita in patrē
transierit *secundum ea, quæ dicemus infra num.*
694. Non enim hodie transibit in eum, vti
patrem, & sic iure potestatis, sed, vti hæredem
seu iure hæreditario. *sicuti declarat gl. in l. si in-*
fanti. 18. in verb. infanti quæsita C. de iur. delib.
Hinc infertur primo, si filius, qui moritur,
reliquerit descendētes, etiamsi sint in aut po-
testate constituti, bona tamen morientis ad
465 eos, non ad patrem transire † *d. l. quod fœtu. 3.*
C. de bon. quæ lib §. 1. Auth. de hæred. ab int. ven
coll. 9. quia in intestati successione prima est
causa descendentium *§ 1. Inst. de hæred. quæ ab*
int. def. l. fin C. comm. de suc. d. §. 1. Auth. de hæred.
ab int. ven. coll. 9. ideoq; debent illi etiam pa-
tri præferri.
Secundo infertur, si, cum filius moritur,
supersint etiam alij, qui in eius intestati suc-
cessione solent cum patre concurrere, puta
mater defuncti, aut fratres vtrinque coniun-
cti, bona filij, non ad solum patrem, sed ad
466 omnes ab intestato venientes pertinere † *d. §.*
si igitur defunctus, Auth. de hæred ab intest. ven.
coll. 9.
Tertiò infertur, si filius a matre prætetitus
post litem institutam, aut etiam præparatam
decesserit, hodiè transmittere querelam, non
solum in patrem, sed etiam in alios successo
467 res † *vt rectè docuit gl in d. l. Papinianus. 8 §. 1.*
in verb. finitam ff. de inoff. & consequenter cor-
rectam esse dispositionem *d. l. Papinianus 8.*
468 *§. 1.* quæ vult, † finitam esse querelam, si filius
post agnitam litis ordinandæ gratia bonorū
possessionem decesserit. Nam cessat hodiè
ratio, propter quam olim non transibat in
469 patrem: Ratio enim erat, quia † filius non
habebat hæredem, *vt declarant gl. in d. l. Papi-*
nianus. 8. §. 1. in verb. finitam, Gozad. in d. l. 1.
nu. 7. vers. Non obstat l. Papinianus C. qui adm.
At hodie hæredem habet, *vt supra diximus.*
Vnde, quia in hæredem etiam extraneum
querela præparata transfertur *l. posthumus 6.*
§. fin. cum l. seq. ff. de inoff. ideo debet etiam trā-
sire in patrem, qui hodie filij hęres esse intel-
ligitur, *Ita declarant gl. in d. l. Papinianus. 8. §. 1.*
in verb. finitam ff. eod.
His ita præmissis facile erit intelligere,
quando filius partem suam agnoscendo eā
patri acquirat, quandoue operetur, vt pater
ipse per se possit eam acquirere, & per conse-
quentias, quando faciat patrem, siue exclu-
dat ius accrescendi, & quando non. Constat
autem ex prædictis varios esse distinguendos
casus, quorum
Primus est, quando filiusfam. deficit, puta
moritur, aut fit incapax viuo testatore, siue
eo, de cuius bonis agitur. Et tunc res caret du-
bio: Nam certum est, patrem non admitti,
470 † *vt scribunt Castr. in d. l. vlt. in princ. num. 5. C.*
de bon. quæ lib. & Balbus. Cardut. inter cons.
vlt. vol. cons. 78. nu. 29. vol. 2. ideoque fieri sub-
471 stituto, vel coniuncto locum, † vt *de coniuncto*
scribit Bald. in l. 2. n. 7. C. de Orfic. vbi tamē decla-
rat, in legitimis successionibus id nō fieri iure accre-
scendi, sed post obstaculi remotionē, secūdū ea, quę de le-
gitima diximus in 6. cap. q. 6. n. 14. & de utroque
est in confesso apud eos, quos referemus *infra*
num. 685. & seq. Nam, si censent excludi pa-
trē, & admitti substitutum, aut coniunctum,
quoties filius moritur post obitum testatoris,
sed ante emolumenti acquisitionem, quo ca
su iam filio ius delatum erat, quanto magis
censent eum excludi, quoties filius moritur
viuo testatore, quo casu nullum adhue ius
illi poterat esse delatum. Et verò cum ius
472 patris pendeat ex persona filij † *ut scribunt*
Cin in d. l. ult in prin num. 7. & ibi Bald num. 9.
C. de bon. quę lib. Cin. in d. l. 2. nu. 2. uers. Tu die
C. de Orfic. Bald. in d. l. 1. num. 25. C qui adm. vt
473 pote, in qua fundatur acquisitio † *sicuti decla-*
rant Ang. in d. l. ult. in princ. uers. Quid autem C.
de bon. quę lib. Sign. in d. l. 1. nu 41. & ibi Gozad.
num. 1. & 5. uers. tertiam rationem, Nigr. nu 20,
uers. istam opinionem, & num 68. uers. 2. Sichard.
num. 3. & Massin. num. 70. & 110 uers. his ta-
men C. qui adm. Trentac. de subst. d. part. 1. cap. 6.
num. 19. uers. 4. & ultimo; Qua ratione dicimus
474 ex persona filij patri acquiri, † *uti uidere est in*
l. quamuis. 15. C. de fideic. & apud Bart. in l placet
78. num. 2. ff. de acq. hęred. Dec. in d. l. 1. in prima
lect. num. 1 & in tertia num. 1. C. qui adm. in l. 2.
num. 2. vers. sed aduertendum C. de rep bon. poss.
& in l. quę legata. 18. num. 1. ff. de reg. iur. Zaz. de
subst. cap. 1. num. 9. & ex eadem persona ve-
nire patrem, *ut ostendemus in 9. cap. q. 1. num. 2.*
Consequens est, vt, nisi filius sit superstes, quo
tempore fieri debet acquisitio, ita, vt in eius
persona ius radicetur, non possit aliquid pa-
475 tri acquiri, † *ut scribit Cagn. in d. l. 1. num. 6. uers.*
Item probatur C. qui adm. Cessat enim tunc
476 persona filij, quæ est principalis, † *ut post eos,*
quos referemus nu seq scribunt simpliciter Cuiac.
ad tit. C. qui ad. & Massin. in d. l. 1. num 64. &
69. C. eod. ideoque persona patris, quę est ac-
477 cessoria, nihil operari potest. † *ita ratiocinan-*
tur Bald. in d. l. 1. num. 18. & ibi Cagn. nu. 6 uers.
2. principaliter & num 18. C. qui adm. Ias. in l.
11, qui hęres. 13. § fin. num. 38 uers. sed ad hoc po-
test ff. de acq. hęred. Deniq; cessat mediū, p quod
478 patri ius acquiritur, † *ut declarant Bart in l. si*
infanti. 18. num. 3. C. de iur. delib. Imol. in l. Lega-
tum.

tum.7.nu.1.ff. de leg primo Alcia.in l.1 num 93. ff. de vulg. Purp. in d.l.1.num.14.C. qui adm.
479 ideoque & ipsa acquisitio cessare debet † *Ita*
ratiocinantur Cin.in d.l.ult.in prin.num.7.vers.
Tu dic, & ibi Bart. num.3. Bald. num.9. Castr.
num.4.C.de bon.quę lib. Cin.in d.l.2.nu.2.vers.
Tu dic, C.de Orfit.Sign.de Homod.in d.l.1.num.
49. C. qui adm. Imol.in l.si paterfam 40.num.8.
vers Item aduerte ff. de hęred. inst. Alcia in d.l.1.
nu 93 ff.de vulg.Trentac.de subst.d part.1.cap.
6.num.19 vers 4.& vltimo.

Nec est contrarium, quod acquisitio per
filium patri fiat immediatè, non mediatè,
480 † *vt scribit Imol in d l.legatum.7.nu.1.ff.de leg.*
primo, cum ita fiat, vt, ne momento quidem
maneat in persona filij *l. placet. 78. ff. de acq.*
481 *hęred.* quia hoc verùm est, † si respicimus ad
acquisitionis effectum, idest commodum, &
emolumentum rei: Nam hoc patri quæritur
482 † *l.1.in prin ff.si quis a par fue.man l.pater.92.*
§.1.ff.de acq har.l.cum filiofa.10 C.de pet.har.
d.l.1.& ibi Purp.n.14.C qui adm. Cœterùm, si
ad acquisitionis actū, magis est, vt fiat media
483 tè, † *sicuti declarant Gozad.in d.l 1.num.1.&*
ibi Massin. num. 95.& 120.C.qui adm. quia nō
aliter patri ius acquiritur, quam, si per filium,
484 sinè ex eius persona fiat acquisitio, † *vt de-*
clarant Petr.de Bellap in d.l.1 nu.20.& ibi Sign.
de Homod.num.52.vers. Item sient, Dec.in tertia
lect.num.58.C qui adm.& Cimato.in d l.legatū.
7 num.9 ff de leg primo. itaque filius in acqui
sitione consideratur, vt medium, *sicuti decla*
rant ij quos retulimus supra num.12. non quidē
iuris, sed facti, quia patri res acquiritur me-
diante persona, & facto filij. Quamobrem di-
485 cimus, patri acquiri per filium † *l.quę liberis.*
8.§.hęc verba ff de vulg.l.Antestius 62 §.fin. ff.
de acq. hęred. l. cum dos 7. vers si vero filia ff de
pact. dot. idest, filij ministerio, quippe, quod
486 illa dictione, per, designatur † *l. 3 § acquirere*
ff.de bon poss d l placet.78 l si solus 79.§. fin & l.
per curatorem 89.alias est l.Paulus 90. ff. de acq.
hęr.tit. Inst per quas perso.nob.acq.& tit.per quas
perso.nob oblig.acq.

Hoc autem adeo verùm est, vt procedat,
587 † non solum in hęreditatibus, sed etiam in le-
gatis, & fideicommissis: Nam in hæreditati
bus, nisi filius sit superstes tempora mortis il-
lius, de cuius bonis agitur, nō poterit aliquod
488 ius patri competere, quia † ad hoc, vt hæredi-
tas acquiri possit, esse debet, cui deferatur: Si-
489 ne delatione enim cessat acquisitio † *l si quis*
extraneus.21.§.1.& l.quandiu 68.vers.ergo ff.de
acq. hęred. & nos etiam diximus in hoc cap.q.16.
num.26. Atqui in proposito nullus est, cui de-
feratur: Non enim defertur filio, quippe, qui
non est in rebus humanis *l.liber homo. 59.§. si*
ita scriptum, vers. Nec potest ff. de hęred.inst.&
scribit Castr.in d.l. vlt.in prin.num.5. C.de bon.
quę lib. Neque patri, quia delatio ei tantum
fit, qui, vel in testamento fuit institutus, *l. hæ-*
reditas ad Statium 65. ff de hæred.inst. val ab in-
testato vocatus ad legitimam hæreditatem
§.vlt. Inst per quas perso.nob.acq. Sed pater, ne-
que fuit in testamēto institutus, quia non est
scriptus hæres *l. quę liberis. 8. §. hęc verba ff.de*
vulg. neque vocatus est ab intestato, quia nō
est agnatus, aut cognatus ei, de cuius bonis
agitur. Non defertur ergo illi hęreditas. Qua-
mobrem etiam in ijs casibus, in quibus per
filium patri quæritur, dicimus, hæreditatem
490 deferri filio, nō patri † *l qui in aliena 6.in prin.*
vers. sed. & fil. si quis mihi bona 25.§ pater ff de
acq hæred.l filiofa 4.& l.renitente 11.C.de iur.
delib. l. si filiusf. 10.C.de petit hæred.d.l vlt.§.fin
autem in secunda C. de bon quæ lib. Non potest
igitur hęreditas acquiri. At in legatis, & fidei-
commissis non aliter per filium patri quæri-
tur, quam, si is sit in eius potestate, quo tem
491 pore dies legati, vel fideicommissi cedit † *l.1,*
§ fin.ff.vt leg nom cau Quod pater ex eo, quia
si tunc temporis filius reperiatur sui iuris, sibi,
492 non patri acquirit † *l. non est dubium 15. C.de*
iur.delib.l si vxorem.5. C.de condit.insert. l. si le-
gati.28. ff de pignor d l.1.§ fin cum l. seq. ff. vt
legat nom. cautat. l si vsusfructus 14 § fin. ff.
quand dies leg.ced Et scribunt Castr in l.ex repu-
diatione 26.num.1.vers.propter hoc, & ibi Ias.nu.
2.C.de fideic. & intelligenda est gl in d. l.non est
dubium 15.in verb quærere C. de iur.delib.vt de-
clarat Cimato.in d.l.legatum.7.num.5.ff. de leg.
primo. At, cum filius decessit viuo testatore,
sine dubio non reperitur in potestate patris.
quo tempore dies legati, vel fideicommissi
cedit, scilicet, q̃a dies nō cedit, nisi post mortē
tastatoris *l. si post diem.5.in princ. ff. quand dies*
leg.ced. quo tempore filius non est ampliùs in
potestate patris, cum per illius mortem patria
potestas cēseatur extincta. Non potest igitur
legatum, aut fideicommissum patri acquiri.
493 Deniq; procedit, † nō solū inspecto iure vete-
re sed etiā inspecto iure nouo: Nam, licet ho-
diè filio recusante possit pater, tam hę-
reditatem, quam legatum, aut fideicommis-
sum agnoscere, & sibi pleno iure acquirere, *d.*
l. vlt. §. 1.C.de bon quę lib. non tamen id facere
potest, nisi prius emolumentum a filio repu-
dietur, *vt ostendemus supra num. 381.* quæ res,
quia præcedentem supponit delationem, esi
repudiari nequeat, quod nondum delatū est
494 † *l.1.§.decretalis ff. de success. edict. l is qui hęres.*
13.in princ.ff de acq.hęred.l.si ita scriptum 46.§.
si sub conditione ff. de leg.2. debeat filio deferri
hæreditas, aut legatum, vel fideicommissum,
& sic, vt filius debeat esse superstes tempore
mortis eius, de cuius bonis agitur, ad hoc, vt
patri ius aliquod possit competere.

Secundus verò casus est, quando filiusfa.
deficit post mortem testatoris, sed ante emo-
lumenti delationem, puta pendenta condi
tione, sub qua fuit institutus, vel ad legatum,
aut fideicommissum vocatus, Et tunc simili-
ter certum est, nullum patri ius competere,
495 † sed hæreditatem, vel legatum, aut fideicō-
missum ad substitutum, vel coniunctum per-
tinere, per ea, quę supra diximus, quæq; etiam
in his terminis procedunt.

Tertiùs casus est, quando post mortem te-
statoris sinè illius, de cuius bonis agitur, &
emolumenti delationem, sed ante acquisi-
tionem filiusfa. deficit, non morte, sed repu-
diatione, Et tunc, si quæramus, an per patrem
admittatur ad partem, & ita ius accrescendi
excludat, necne, constat, multum referre,
vtrum repudiatio facta sit ab vtroque, siue de
vtriusque voluntate, an verò a solo filio: Nā,
si ab vtroque, certum est, non excludere ius
496 accrescendi, sed ei facere locum † *vt scribit*
Cin.in d.l 2.num.2.vers.2.opp.C.de Orfit. quia,
cum vtrumq; totaliter a portione excludat

497 † *l.si,qui hęres.13.§ fi.& ibi* Bart.*num.11. Bald. in prin.& uers. venio ad tertiam, Ang. in prin. & verf.in text.ibi,vtrique.Castr.num.1.Imol in princ Alex.num.1.& Ias.in prin.ff.de acq.hęred. Massin.in d.l,1.nu.298.C.qui adm.* & ita operetur,vt filius,neque per se,neque per patrem admittatur ad patrem, Consequens est, vt nō possit impedire ius accrescendi,*ex regula,quā retulimus in hoc cap.q.36.num.5.& q.40.num.1.*

498 Denique,cum faciat locum substituto, † *vt scribit Bald. Nouel. de substit.tit. de vulg. num. 12.vers. Dixi,* debet etiam per consequentias facere locum coniuncto,quippe,qui censetur quasi substitutus *l. si Titio.63. §. Iulianus ff. de*
499 *leg.2.* Idque procedit,†non solum si hęreditas sit aduentitia, sed etiam, si profectitia,&,si aduentitia, non solum inspecto iure vetere, sed etiam inspecto iure nouo, imo faciliùs hoc, quam illo inspecto, scilicet,quia iure nouo potest quilibet ex eis separatim ab alio repudiare,quod olim facere non erat permissum,*vt ostendimus supra num.435.& seqq.*

At, si repudiatio facta sit a solo filio,refert, vtrum loquamur de iure vetere, an verò de iure nouo: Nam, si de iure vetere,certum est, non fecisse, aut substitutioni, aut iuri accre-
500 scendi locum † *vt de substitutione scribunt Ias. in l.cum proponas.3.num.15. vers. si tamen vis C.de hęred.inst.Soc.Sen.in l.1.num.27.vers.Confirmatur etiam ff. de vulg. Tametsi contrarium tentauerint Rip. in d.l. 1. num. 142. vers.sed ad ista ff.de vulg.& Trenta.de substit.d part.1.cap.*
501 *6.num.2.vers.2.mouentur,*quia,†cum,vt inualida non impediret,quominus hæreditas posset adhuc aut ad patrem pertinere,si filius eā ex ipsius iussu postea adijsset, aut ad ipsum filium, si postea factus sui iuris eam adeundo sibi quæsiuisset, *vt ostendimus supra num.420. & 426.* Consequens fuit, vt non potuerit facere locum substitutioni, aut iuri accrescendi,quippe,cui locus esse nequit, quandiu spes est,substitutum, aut cōiunctum posse admitti *l quandiu 68. ff. de acq. hæred. & nos diximus in hoc cap.q. 37. num. 4.* Quamobrem necessariò erat expectanda mors filij, aut temporis lapsus,adhoc, vt pars dici posset omninò defecisse, & per consequentias, vt fieret substitutioni, aut iuri accrescendi locus, *secundum ea,quæ dicemus infra num.587.& seqq.*

At iure nouo,si quæramus,an simplex filij repudiatio faciat substituto, vel coniuncto locum, constat esse distinguendū, Aut enim loquimur de hæreditate profectitia, Et certū
502 est, non facere, † siuè dicamus patrem adire posse, *vt esse veriùs ostendimus supra num. 398. & seqq.* cum id procedat. etiam stante substituto,vel cōiuncto, siuè ad eius exclusionem, *vt de substituto scribunt* Bald. *in d. l. cum proponas. 3. num. 4.uers.& hoc benè C.de hared inst. Gul.Ben.in d.cap. Raynutius,in uerb.si absque liberis moreretur 2. in materia uulgaris, num. 75. & 76.Polit.de substit tit.de uulg.part.3.num.27. uers.Igitur.* siue dicamus,non posse adire, *ut maluerunt ij, quos retulimus supra nu. 395.* Nā eo casu procedent ea,quę diximus *supra num.* 500. scilicet quia in profectitijs ius antiquū non esset in hoc mutatum, *secundum ea,quæ diximus num.* 155. Aut verò loquimur de hęreditate aduentitia, Et tunc,si filius repudiet, magna est controuersia, vtrum admitti debeat pater,qui venit ex dispositione *l.ult. §.1. C.de bon.quæ lib* an verò coniunctus, qui venit ex iure accrescendi. Quæstio similis est ei, quæ proponitur in materia substitutionis vulgaris,nunquid filiof.repudiante admittatur pater,an vero substitutus, In qua quidem quæstione plerique censuerunt, non esse admittendum patrem,sed substitutum,aut con-
503 iunctum. † *Ita enim de substituto censuerunt* Bald. *in d. l. cum proponas. 3.num.4.uers.& hoc benè, & ibi Ang. num.1.uers.secunda conclusio, Castr.num.8.Ias.num.12.uers. Pro ista parte C. de hæred.inst.Ang.in l si paterfa 40.num.4.uers. subdit ff. eod. & in d. l. ult.in prin uers.ego teneo C.de bon.quæ lib Alex. in l.1.num.24 ff de uulg. ubi ait,se putare,hanc opinionem in puncto iuris esse ueriorem, licet in practica stet cum opinione* Bart. *Eiusdem sententię fuerunt Polit. de substit d.tit de uulg part. 3. num.31.& seqq. Cumato in d.l.legatum.7. num.33.uers ego autem puto ff. de leg.primo,Trenta.de substit.d.part.1.cap. 6.num. 10.uers.ex prædictis,ubi ait,se pariter putare hāc opinionem in puncto iuris esse ueriorem Conna. lib. 10.comm.cap 7. num. 4.uers.sed hoc tametsi, Don.in l. post aditam.5.num.12.C.de imp.& al. subst.& lib.6.comm.cap.24.uers.Hoc loco quęsitū Andr.Fach.lib 4.controu.cap.63.uers. Ego sanè, Et de iure posse sustineri scripsit. Imol. in d. l. si paterfa.40.num.9.uers.licet fortè ff.de hęred.inst. De coniuncto uerò ita censuerunt Bald. in d. l.2. num.9.C.de Orfic. ubi ait,hanc esse ipsam ueritatem,& Ias. in d.l. cum proponas.3.num.14. C. de hæred. inst.* Mouentur autem, vt ita sentiant.

504 Primo *l.2.C.de Orfic.* vbi, † cum vxor superstite marito decessisset relictis patribus filijs & vnus ex ijs ante aditam hæreditatem vita functus esset, scribunt Diocletianus, & Maximianus, totam hęreditatem esse inter solos filios superstites diuidendam. Itaque supponunt, patrem filij defuncti, non ad patrem,sed ad fratres cohęredes pertinere. Ergo patet ex hoc loco, cohæredem venientem per ius accrescendi excludere patrem. Quo fit, vt multo magis debeat eum excludere substitutus,qui coherede potior est, *ut ostendemus in 10.cap.q.20.num 14.* quia, si vinco vincentem te,multo fortiùs te *l. de accessionibus.14. ff. de diu.& temp. pręscr. Ita arguit Ias. in d. l.cum proponas 3.numer. 14. C. de hæred. inst.*

Nec est,quod respondeas,legem illam habere plures intellectus, idenque non posse
505 ad controuersiarum decisionem allegari † *ex doctr.Bart. in l.in ambiguo. 3. num. 2. ff. de reb. dub.vt in proposito respondent Imol. in d.l.si paterfa.40.num.10.vers. Nec obstat ff.de hær.inst. Soc.Sen.in d.l.1.num.27.vers. Non obstat, & ibi Rip.nu.143.vers.2. ff.de vulg. Trentac. de subst. d.partic.1.cap.6.numer.6. versicul. Huic rationi,*
506 quia hoc procederet, † si vnus ex ijs intellectibus faceret locum patri. Atqui intellectus omnes, qui ad legem illam adaptantur, tendunt ad patris exclusionem. Ergo, licet varij sint,non tamen impedient,quominus ille locus possit ad inducendam substituti,& cohęredis vocationem, quæ ex patris exclusione sequitur,allegari.

Minus est, quod respondeas legem illam
507 procedere † inspecto iure vetere, secundum

quod

quod patri ius adeundi non competebat, vt
ostendemus supra num. 168. aliud verò esse di-
cendum inspecto iure nouo, quo patri ius
adeundi datum est, vt diximus supra nu. 363.
& in specie respondent ij quos referemus infra
num. 688. quia verius, & receptius est, imò p-
cedere, etiam hodie vt ostendemus ibi nu. 688.
Nam, cum in terminis, in quibus lex illa lo-
quitur, nõ legatur expressim facta correctio,
Consequens est, vt ea nõ debeat induci l. præ-
cipimus. 32. in fi. C de app.
Nec dicas, dato, quod illa lex maneat in-
508 correcta, esse tamen restringendam † ad suos
terminos, nempe ad eam speciem, in qua co-
hęredes aut substituti sunt filij testatoris, siue
illius, de cuius bonis agitur, quo casu ex ve-
risimili illius voluntate debent patri præferri,
tamquam prædilecti, secundũ ea, quæ dicemus
infra num. 545. Cæterùm, vbi sunt extranei,
magis videri, vt pater, tamquam veniens ex
persona filij, qui fuit prędilectus, debeat præ-
ferri vt distinguendo declarant Rip. in d. l. 1. nu.
143. vers. vel aliter ff. de vulg. Trint. de subst. d.
part. 1. cap. 6. nu. 6 vers. 3 Et est de mente torum
omnium, quos referemus infra num. 544. & seqq.
quia verius videtur, imo procedere, etiamsi
extranei dati sint substituti, aut cohæredes,
vt ostendemus infra num. 686. Nam dispositio
509 illius legis † fundatur in iure communi, & or-
dinario, non in speciali ducto ex verisimili
voluntate matris, quia alioquin res fuisset
ambigua, vt sunt omnes decisiones conie-
cturales l. continuus. 137 §. cum ita in fi. ff de
verb. oblig. & tamen Imperatores ibi suppo-
nunt, rem fuisse clarã, vt patet ex illis verbis,
non ambigitur; Debet igitur generaliter intel-
ligi, tàm de filijs, quàm de extraneis.
Deniq non est, quod respondeas, legem
510 illam procedere, † si filius ante aditam hęre-
ditatẽ moriatur, quo casu pater adire nequit,
secus verò, si repudiet, quo casu ius adeundi
illi datum est, vt respondent ij, quos referemus
infra nu. 539. & nos dicemus etiam infra n. 692.
quia, cum casus noluntatis, & casus impotẽ-
511 tiæ æquipatentur † d. l. cum proponas. 3. C de
hered. inst. scilicet, quia paria sunt nolle, & nõ
posse l. 1. §. vsus ff. de procura qua ratione di-
cimus, vulgarem substitutionem factam in
casum impotẽtiæ trahi ad casum noluntatis,
& contra, vti videre est apud Bart in d l. 1. n. 14.
vers contrarium, & ibi Imol num. 7. vers. Item
aduerte & Alex. num. 11. & alios communiter ff.
de vulg. Bart. in l. Gallus 29. § & quid sit tantum,
num. 2. vers. exemplum ff de lib & posth. Bald. in
d l. cum proponas. 3 num 8 vers. Dicas ergo, &
ibi Ias. num. 4. vers. Imo plus Cod. de her. inst. Soc.
Sen. cons. 106. num. 10 vol. 1. Zaz de substit. tit. de
vulg num. 6. Trentac. de subst part. 1. cap. 1. n. 25.
& 30. vers. ex supradictis Craff in § substitutio
q. 7. nu. 7. tametsi contrarium, & malè censuerint
Duar. ad tit. ff de vulg. cap. 9. & Andr. Fach lib.
4 contro cap. 61. & in casum impotentię, cum
scilicet filius moritur, excludatur pater, & fiat
substitutio, aut cohæredi locus, Consequens
videtur, vt idem sit dicendum in casum no-
luntatis, scilicet, cum filius repudiat, & per
consequentias, vt etiam in eo procedat illius
legis dispositio.
Secundo mouentur, quia † purificata con-
ditione, sub qua substitutus, aut coniunctus
vocatus intelligitur, non potest non fieri sub-
stitutioni, aut iuri accrescendi locus vt de sub-
stitutione constat ex d. l. cum proponas. 3. versic.
Nam, si credens C. de hæred. inst. De vtroq; verò
patet ex ijs, quę diximus in hoc cap. q. 21. nu. 20.
Sed, vbi filiusfa. repudiat, purificatur cõditio,
si hæres non erit sub qua tam substitutus quã
coniunctus vocatus intelligitur. Debet igitur
fieri substitutioni, aut iuri accrescendi locus.
Ita pro substitutio arguunt Polit. d. tit. de vulg.
part. 3. num. 31. & Conna. d lib. 10. comm. cap. 7.
num. 4. vers. sed hoc, tametsi. Minor autem illa
probatur, quia, aut volumus intelligere præ-
dictam conditionem secũdum propriã vim,
& significationem verborum, a qua non vi-
detur recedendum, vt diximus in hoc cap. q. 3.
num. 16. Et in proposito considerant Polit. d. titu.
de vulg. part. 3. num. 31. & Trentac. de substitu. d.
part. 1. cap. 6. num. 10 vers. 2. Et sine pubio pu-
rificatur conditio, quoties filius repudiat, qa
re vera non fit hæres, vt ponderãt Polit. d. part.
3. num. 31. Trent. d part. 1. cap. 6. numer. 10. vers.
confirmatur, Donell. d. lib. 6. comm. cap. 24. vers.
Hoc loco quęsitum, & Andr Fach. d. lib. 4 Cõtrou.
cap. 63. vers. ego sanè. Nec obstat quod fiat hæ-
res pater, quia in conditionibus, quę in forma
514 specifica impleri debent † l. qui hæredi 44. in
prin. & l. Mæuius 54. ff. de cond. & demo. & in
quibus verba sunt verè & propriè, non fictè,
515 & impropriè intelligenda † l. fideicommissum.
75 ff eod. l si ita quis. 53 § fin ff. de leg 2. verbum
hęres a testatore prolatum debet verificari in
eo qui scriptus est, & sic in filio, non in patre,
qui re vera non fuit institutus sed pro institu-
to habetur d l. vlt § similique modo C. de bon.
quæ lib. & dicemus infra nu. 534 Quamobrem
hæredi dare iussus, non patri, sed filio dando
516 censetur implere conditionem † d l qui hæred.
44 in prin ff. de cond & dem. Et scribunt Alcia.
in d l. 1. num. 87 ff. de vulg. Polit. d part. 3. nu. 35.
vers. 7 Trent. d part. 1. cap. 6. num. 10. vers. x. &
vltimo, & ad substitutionẽ factam his verbis,
quisquis mihi hæres erit, quæ resoluitur in
conditionem si hæres erit, nõ admittitur pa-
517 ter, sed filius † d. l. qui liberis. 8 § hæc verba ff.
de vulg. §. substituitur, Inst. de pupill. Aut verò
volumus prædictam conditionem intellige-
re secundum iuris interpretationem, quæ est,
vt perinde habeatur, ac, si testator dixisset, si
neque ipse hæres erit, neque alium hæredem
518 fecerit † l si paterfa 40 ff de hæred inst. d. l cum
proponas. 3. C. eod. §. vlt. Inst. de vulg Et simili
modo purificatur conditio, quoties filius re-
pudiat, scilicet, quia tunc, nec ipse hæres est,
nec alium facit hæredẽ. Nam ad hoc, vt quis
519 dicatur facere alium hęredem, requiritur, † vt
adeat & hæreditatẽ alij acquirat, & ita facto,
& ministerio suo faciat alium hæredẽ, quod
in proposito dici nequit, scilicet quia, quoties
filius repudiat, & pater adit, non fit hæres mi-
nisterio filij, sed ministerio suo, idest, propria
aditione, vt declarant Ang in d l. cum proponas.
3. num. 1. vers. 2. conclusio, & ibi Castr. nu. 3. Ias.
num. 12. vers. Contrarium C. de hæred. inst. Ang.
in d. l si paterfa. 40. nu 4 vers. subdit ff. eod. Castr.
in d. l. ult. in prin nu. 8. vers. Bart. autem C. de bon.
quæ lib. Polit. de substit. d tit. de vulg part. 3. num.
28. & 31. Rep. in d. l. 1. num. 142. vers. 2. mouetur
ff. de vulg. Cimato. in d. l. legatum. 7. num. 36 vers.
& ex prædicto ff. de leg. primo Trentac. de subst.

d.part. 1.cap. 6. num. 2. & 10. vers. ex prædictis, Conna d lib. 10 comm cap. 7 num. 4. vers. sed hoc tametsi, Andr. Fach. d. lib. 4 contr. cap. 63. versic. Non obstat, si dicatur. Et, licet filius repudiãdo efficiat, vt pater adire possit d. l. vlt. §. 1. & §. similique modo C. de bon. quæ lib. non tamen pt p er hoc dici potest facere patrem hęredẽ qu a præbet occasionem acquirendæ hæreditatis sed non dat ei titulum, & causam acquisitionis, vt declarat Donell. in d. l. post aditam. 5. num 13. vers. multominus C. de imp. & al subst. & d. lib. 6. comm. cap. 24. vers. Hoc loco quæsitum: Alioquin sequeretur, omnes, qui repudiãdo faciunt locum alijs, posse dici facere eos, hæredes, quod tamen absurdum est, vt pater ex instituto, qui repudiando facit locum substituto, aut cohæredi, aut venientibus ab intestato, & tamen non dicitur facere eos hære-
520 des, † vt in proposito cõsiderãt Polit. d tit de vulg. part. 3. num 31. Rip in d. l. 1 nu. 142. vers. 2. mouetur ff. de vulg Donell. in d. l post aditam 5. nu. 13 vers. multo minus C. de impub. & al. subst. & d. lib. 6. comm. cap. 24. vers. Hoc loco quæsitũ. Nõ dico autem purificari conditionem ex eo, quod filius non faciat patrem hæredem mutata conditione, cum remaneat in eiusdem
521 patris potestate, & sic in eodem statu, † vt cõsiderant Aug. in d. l si paterfa. 40. numer. 4. vers. subdit ff. de hered. inst. Castr. in d. l. cum proponas. 3. num. 8. & ibi Ias. num. 12. vers. Contrarium C. eod. Cimato. in d. l. legatum. 7. num. 36. ff. de leg. primo, & Treutac d part. 1. cap. 6. num. 2. vers. 2. & vltimo quia mutatio conditionis in eo, qui facit alium hæredem, non desideratur quoties illa conditio, si hæres non erit, adijcitur ei, qui est alieni iuris, sed tantum, quoties additur ei, qui est sui iuris, aut testator sui iuris esse putat d. l si paterfa. 40. ff. de hered. inst. d. §. vlt. Inst. de vulg. Itaq; in eo quem testator scit esse alieni iuris intelligitur simpliciter, si neq, ipse hęres erit, neque alium hęredem fecerit, vt ibi dicitur.

Tertio mouẽtur, quia in cõcursu personarum is debet præferri, qui venit ex iure potẽ-
522 tiore † l. re coniunctis. 87 vers. Præfertur ff. de leg. 3. l. fin C. qui potio. Sed substitutus, & cohæres veniunt ex iure potentiore, quam pater. Ergo debent illi præferri. Minor probatur primo, quia substitutus, & coniunctus veniunt ex volũtate testatoris vt de substituto dicemus in 10. cap. q. 20. num 22 vers. 2. De cohærede vero diximus in 2 cap. q 2. nu. 1. & seqq. & ex illius prouisione, vt de substituto dicemus in eod. cap. 10. q. 20. numer. 22. De cohærede vero scribunt ij quos retulimus in eodem cap. 2 q. 2. nu. 31. pater verò venit præter voluntatem, vt considerat Bald. Nou. de subst. tit de vulg. num. 15. & ex prouisione legis l. qui liberis. 8. §. hæc verba ff. de vulg.
523 Quamobrem dicitur hæres legalis, † vti videre est apud Gul. Ben. in d cap. Raynutius, in verb. si absque liberis moreretur 2. in materia vulgaris, num. 74. vers 4 Cimato. in d. l. legatum. 7. nu. 37. vers. & ex ista ff. de leg. primo & voluntas, seu prouisio testatoris est potẽtior lege, seu legis prouisione cum eam cessare faciat l. vlt. C de necess seru. hered. inst. Ita pro substituto arguunt Castr in d l. vlt. in prin. num. 8. vers. Bart. autem C. de bon. quæ. lib. Polit d tit. de vulg. part. 3. num. 33. Donell in d. l. post aditam. 5. n. 13. C. de impub. & al subst. Secundo probatur minor, quia dato etiam, quod pater dici possit venire ex voluntate testatoris, est tamen illa voluntas ta-
524 cita, † vt declarãt Bald. in d. l. cum proponas. 3. n. 4. vers assignat etiã C. de hered. inst. & Gul. Ben. in d. cap. Raynutius, in verb si. absque liberis moreretur 2. in materia vulgaris, num. 73. vers. His pro intellectu, cum alioquin substitutus veniat ex voluntate expressa, quæ est tacita potẽtior, cum illam cessare faciat l cum ex filio. 38. §. filio ff. de vulg. Ita arguunt Bald in d. l cum proponas. 3. numer 4 vers. & hoc benè C. de her. inst. Cimato. in d. l. legatum. 7. num. 37. ff. de leg primo Et, si dicas, cohæredem, & ipsum venire ex voluntate tacita, vt diximus in 2. cap. quęst. 2. numer. 6. ideoque non posse eum dici venire ex iure potentiore, responderi potest, imo venire ex iure potentiore, quia, licet veniat ex voluntate tacita, est tamen voluntas, quæ cẽsetur eodem iure, quo expræssa, & secundum eius naturã regulatur: Nã, quia portio accrescens censetur eodem iure, quo principalis, vt dicemus in 9. cap q. 43. num. 4. & voluntas, quæ in principali consideratur, haud dubiè est expressa, ideo etiam ea, quæ consideratur in accrescente, licet sit tacita, debet regulari eodem modo, quo expressa, & eandem, quã illa, habere vim, vt ostendemus in eodem 9. cap. q. 43. num. 1. & seqq. Quamobrem ad substitutionem factam his verbis, quisquis mihi hæres erit, ad quam non vocantur, nisi, qui veniunt ex voluntate expressa d l. qui liberis. 8. §. hæc verba. ff. de vulg. §. substituitur, Inst de pupil. vocantur cohæredes, non solum pro parte principali, sed etiam pro ea, quæ accreuit l si in testamento. 5 ff. de vulg. & nos diximus in 2. c. q. 2. num. 44. vers. 5 & dicemus etiam in 9. cap. q. 45 num. 9. Tertio probatur minor, quia substitutus, & cohæres veniunt ex iure communi, pater verò venit ex iure singulari, & priuilegiario, quod est debilius, quã ius commune, cum faciliùs tollatur l. eius militis 36 §. militia missus ff. de mil. test. Ita arguũt Bald. in d. l. 2. n. 9. vers. vel dic, C. de Orsic. Ias. in d. l. cum proponas, 3. num. 14. vers. eadem C de her. inst. Polit. d. tit de vulg. part. 3. num. 33. vers. 6. Cimato. in d. l. legatum. 7. num. 40. vers. Corroboro ff. de leg. primo.

His tamen non obstantibus contrariã opinionem, quę receptior est, veriorem esse puto scilicet, filiofa. repudiante debere admitti pa-
525 trem, non substitutum, aut coniunctum. † Ita enim de substituto censuerunt gl in d. l. vlt. §. 1. in verb recusante, vers. Item, an habeat, & ibi Cin. num. 8 Bart. num. 2. Bald. num. 3. & 8. vers. & hic procedunt, C. de bon. quæ lib. Bart in d l. 1. nu. 22. & ibi Imol. num. 5. vers. Item adde Soc. Sen. n. 19 & 27 vers. Potest in puncto iuris, Ias numer. 46 vers quid tenendum Rip. num. 142. & seqq. Alcia. num. 86. Calaneb. num. 33. in fi. vbi ait, hãc esse communem, & veram ff. de vulg. Bart. in d. l. cum proponas. 3. num. 3. & ibi Castr. num. 8. vbi testatur, eius opinionem communiter teneri, & ab ea non esse in iudicando recedendum & Alex. nu. 4. C. de her. inst. Bald. in d. l. si paterfa. 40. vers. 2. quaro. & ibi Imol. num. 9. vers. sed hic occurrit, & vers. licet forte ff. eod. Ang. de Gamb. de testa. gl. 84. num. 5. Rollandin. in suo Flor. testam. rubr. 2 nu. 11. Gul. Ben. in d. cap. Raynutius, in verb. si absq; liberis moreretur 2. in materia vulgaris. num. 76. & 77. vbi ait, hanc esse communem, &

ve-

veram opinionem Bald. Nouell de subftit. tit. de vulg num. 5. & in l. cum filiosa. 11. num. 40. ff. de leg. primo, vbi ait, opinionem Bart videri satis rationabilem, & aequam, Zaz. de substit. cap. 1. nu. 12. Ruin cons 95. num. 5. vol 2. Craß. in §. substitutio q. 9 num. 4. vbi pariter ait, hanc esse communem, Duar. ad tit. ff. de vulga. cap. 10 vers. Receptius est. De coniuncto vero Ias in d. l. 1. num. 46. vers Non obstat aliud, & ibi Soc. Sen. nu. 27. vers. Non obstat, & Calanch. num. 35. vers sed hoc dictum ff de vulg Gul. Ben. in d. cap Raynutius, in verb. si absque liberis moreretur 2 in materia vulgaris, num. 76 vers similiter. De utroque demum Ang cons 91 num. 3 vers. hęc tamen ratio, Imol. in d l si paterfam 40. num. 10 ff. de her. inst. Crott. in d l. re coniuncti, num 166. vers. 16. & ibi Alcia. num. 45. Probant autem hæc sententia.

Primo *l. ult. in princ. vers. sancimus C. de bon. quæ lib.*
526 vbi † Iustinianus constituit, vt recusante filio possit pater adire hæreditatem aduentitiam, & eam sibi pleno iure acquirere.

Nec dicas, illius legis dispositionem pro-
527 cedere, † si filius solus institutus sit, secus verò si habeat substitutum, aut cohęredem, *ut respondent Ias in d. l. cum proponas. 3. num. 13. C. de hęred inst. Soc. Sen. in d. l. 1. num. 27. vers. Nec obstat ff. de vulg. Trenta. de substit. d. part. 1. cap. 6. num 23. vers. & propterea, & num. 24. vers. verum hęc declaratio, Conna. d. lib. 10. comm. cap. 7. num. 4. vers. sed hoc tametsi, Don. in d. l. post aditā. 5. n 12. vers. Non debemus, & d. lib. 6. com. cap. 24 vers. Hoc loco quęsitū, Andr. Fach. d. lib. 4. contro. cap. 63. vers. Nec pariter obstat. & in fi.* quia verius est, imo procedere, etiamsi habeat substitutum, aut cohæredem, Primo, quia lex illa loquitur indistinctè, ideoque indistinctè est intelligenda *l. de pretio. 10. ff de Publicia. Et in proposito considerant Imol. in d. l. si paterfam. 49. num. 9 vers sed hic occurrit, & uers. licet fortè & num. 10 ff. de hęr. inst. Soc. Sen. in d. l. 1. num. 27. versicul. Nec obstat, & versicul. sed Imol. & ibi Alcia. num. 86 vers. Nam et leu. ff. de uulg. Crott. in d. l. re coniuncti num. 166. uers. 16. Et fatetur etiam Polit. d. tit de uulg part. 3. num. 31. vers. 2.* Et hoc non obstante, quod sit correctoria, quia, quod dicimus, in correctorijs strictè faciendam esse interpretationem *d. l. pręcipimus. 32. in fin. C. de appell. Et in proposito cōsiderat Ias. in d. l. cum proponas. 3. num. 15. C. de*
528 *hęred. inst.* procedit † quando deficiunt verba legis corrigentis, ita, vt sit opus extensione. Cæterùm, quoties verba non deficiūt & possunt etiam sui generalitate, & indistincta conceptione complecti casū, de quo quęritur, verius est, non debere restringi, quia illius respectu non fit extensio, sed comprehēsio, *vt declarant Ias. in d l. 1. num. 46. vers. Non obstat aliud ff. de vulg. & in d. l. cum proponas 3. num. 15. vers. similiter C. de hęred. inst. & Gul. Ben in d. cap. Raynutius, in verb. si absque liberis moreretur 2. in materia vulgaris, nu. 76. vers. Pariter non obstat.* Secundo verò illius legis
529 dispositionem procedere, † etiamsi filius habeat substitutum aut cohęredem, patet ex eo, quia ratio illius legis ita militat in casu, quo filio datus est substitutus, aut cohæres, vt in eo, qui solus institutus est, siuè dicamus, rationem esse, quia pater, & filius cēsentur vna, & eadem persona, *vt censent ij, quos retulimus supra nu. 364. Et in proposito considerant etiam ij, quos referemus infra num. 534.* siue, quia Iustinianus voluit compensare damnum quod intulit patri, eo ipso, quod proprietatem aduentitiorum applicauit filio, cum facultate adeundi, quam patri concessit contra iuris antiqui dispositionem, *vt malunt ij quos retulimus d. num. 364.* cum hæc ratio militet etiā in specie, qua filio datus est substitutus, aut cohęres, scilicet, quia sēper verùm est, adeūte filio patrem priuari proprietate aduentitiorum cōtra iuris antiqui dispositionem. Ergo etiam in hac specie debet habere locū eiusdem legis dispositio. *Ita argunnt Imol. in d. l. si paterfa 40 num. 10 vers. & ratio etiam potuit ff. de hęred. inst Soc. Sen. in d. l. 1. nu. 27. vers. sed Imol. ff. de vulg. Crott. in d. l. re coniuncti n. 166. vers.*
530 *16.* Tertio, quia Iustinianus ibi † æquiparat hos duos casus, quando scilicet pater recusat, & filius vult adire, & contra, quando recusat filius, & pater vult amplecti hæreditatem, vt patet ex illis verbis *siue pater adire filiumfa. integrę ętatis compellit, & ille reclamandum existimat, siuè filiusf. adire cupit, & pater in contrariū inclinat.* Ergo, quod est dispositum in vno, debet etiam censeri dispositum in alio *l. 1. ff. de leg primo, l. 2 in prin. C comm. de legat.* Atqui in casu, quo recusat pater, dispositum est, vt admittatur filius, etiamsi habeat substitutum, aut cohæredes, *vt etiam contrarię sententię sectatores fatentur.* Debet igitur hoc etiam censeri dispositum in casu, quo recusat filius, vt scilicet admittatur pater, etiamsi substitutus, vel coniunctus adsit. *Ita argnit Soc Sen. in d. l. 1. nu. 27. vers. Circa prędictam ff. de vulg.*

Nec est, quod respondeas, diuersam esse illius, & huius speciei rationem, scilicet, quia, quando pater recusat, & filius adit, deficit conditio, sub qua vocatus est substitutus, aut coniunctus, cum filius adeundo fiat hęres, ideoque nil mirum si substitutus, & coniunctus excludantur. At quando recusat filius & pater adire vult, non potest dici conditio deficere, cum filius non adeat, nec fiat hæres, ideoque quasi purificata conditione, videtur substitutus, aut coniunctus admittendus, *vt respondent Polit. d. tit. de vulg. part. 3. num. 30. vers. Postremo, Rip in d l 1. num. 342. vers 3. ff. de uulg. Trentac. d part. 1. cap 6. num. 2 vers 2. mouentur.* quia verius est, imo eandem esse vtriusque speciei rationem: Nam, licet in posteriore filius non adeat, nec fiat hæres, eo tamen ipso, quod adit, & fit hæres pater, ita deficit conditio, vt, si filius ipse adijsset, *sicuti ostendemus in sequenti fundamento.*

Secundo vero probatur hęc sententia, quia deficiente conditione, sub qua ius deferri intelligitur, non potest illud habere locum,
531 † *l. in conditionibus. 19 § si patronus, & l. in testamenta. 31. ff. de cond & dem.* Sed, vbi recusante filio pater adit, deficit conditio, sub qua substitutio, aut ius accrescendi deferri intelligitur. Ergo, nec substitutio, nec ius accrescendi locum habere poterit. Minor autē illa probatur, Primo, quia conditio, sub qua tam substitutus, quam coniunctus vocatus intelligitur, est, si filius hęres non erit, *ut ostendimus in hoc cap. q. 21. nu. 15. & seqq.* At in proposito filius est hæres, quia cum pater, & filius vna, & eadem persona censeantur *l. ult. C. de impub.*

impub. & al. subst. & pater sit hæres, satis dici potest hęres filius, *ut in proposito considerant gl. in d. l ult. §. 1. in uerb. recusante, uers. Item an habeat, & ibi Cin. num 8. Bart. num. 2. uers. gl. dicit C. de bon. qua lib. Bart in d. l. 1. num. 22. & ibi Rip num. 141 uers uel dicamus ff. de uulg. Imol. in d. l si paterfa. 40. num. 9. uers. sed hic occurrit ff de hær. inst. Gul. Ben. in d. cap. Raynutius, in uerb. si absque liberis moreretur 2. in materia uulgaris, num. 73. uers. His pro intellectu. Bald. Nou. de substit. d. titul. de uulg num. 15. Duar. ad tit. ff. de uulg cap. 10 uers. Aliud argumentum est*, Maximè, cum filius censeatur dominus earum rerum, quę sunt patris *l. in suis 11. ff. de lib. & post § sui, Inst de hęred. qual. & diffe. Et in proposito considerant Rip. in d. l. 1. num. 143. ff. de uulg. Duar. d cap. 10. vers. Aliud. argumentum est.* Ergo deficit conditio.

532 Nec obstat, si dicatur, hoc procedere † fictè, non verè, *ut respondent Cimato. in d. l. legatum 7. num. 36. uers. Non obstat secundum ff. de leg primo, & Trentac. d. part. 1. cap. 6. num. 3.* & in conditionibus verba esse intelligenda verè, & propriè, non fictè, & impropriè *ut diximus supra num.* 515. quia respondeo, imo ad exclusionem substituti, vel coniuncti sufficere, si conditio deficiat fictè: Nam, quoties institutus transmittit hęreditatem non aditam, sine dubio non potest dici hæres verè, cum hæreditatem non adierit, sed dicitur hæres fictè, quia, cum eius loco transmissarius admittatur, & adeundo fiat hæres, perinde habetur, ac, si ipsemet institutus hæreditatem adijsset, & tamen huiusmodi fictio sufficit ad excludendum substitutum, vel coniunctum *l. un. C. d his, qui ant. ap. tab & nos latè ostendimus in q. pręced. nu. 37. & seqq.* Ergo ad hoc, vt substitutus, vel coniunctus excludatur, non requiritur, primum esse hæredem verè, sed sufficit, si sit hæres fictè.

Secundo probatur minor, quia conditio, si filius hæres non erit, intelligitur, siue ipse hæres non erit, siue alium hęredem non fecerit, *ut diximus supra num.* 518 At in proposito, licet filius non sit hęres, facit tamen patrem hęredem, quia repudiando operatur, vt pater ipse adire possit & sibi quærere hæreditatē *ut supra dictum est.* Ergo talis conditio censetur defecisse, & per consequentias non poterit, aut substitutio, aut ius accrescendi habere locum *Ita arguunt Bart. in d l. ult. in prin. num. 2. & ibi Bald. num. 3. uers. Est & alia C. de bon. quę lib. Bart. in d. l. 1. num. 22. ff. de uulg. & in d. l. cum proponas. 3 num. 3. C. de hęred. inst. Imol. in d. l. si paterfa 40 nu 9. uers. sed hic occurrit ff. eod Gul. Ben. in d cap Raynutius, in uerb. si absque liberis moreretur 2. in materia uulgaris num. 73. uers. His pro intellectu. & num. 76. uers. Non obstāt in contrarium adducta Bald. Nou d. tit. de uulg. num. 15. Ruin. d. cons. 95. num. 5. uol. 2. Zaz. de substit. d cap. 1, num. 12. Crass. in d §. substitutio q. 9. num. 4. Duar. in d. tit. de uulg. cap. 10, uers. Aliud argumentum ducitur.*

Nec obstat, si dicatur, hoc procedere, si filius adeat hæreditatem, & eam patri acquirat & ita facto, & ministerio suo faciat patrem heredem, secus verò, si repudiet, *ut respondēt ij, quos retulimus supra num.* 519. quia respon-
533 deo, hoc verum esse, si † respiciamus ad ius antiquum: Nam, quia necessaria erat filij aditio, ad hoc, vt patri ius competeret, cum ipse ius adeundi non haberet, *ut ostendimus supra num. 167. & seqq.* ideo non poterat filius dici facere patrem hęredem, nisi mediante sua aditione. *Et ita intelligendo uerissimum est, quod tradunt ij, quos retulimus supra numer.* 519. At hodiè, quia patri ius adeundi quęritur statim, atque filius repudiat, ideo hoc ipso rectè dicitur, facere patrem hæredem, quia facto, suo, idest, sua repudiatione facit, vt pater sit hæres. Nec obstat, quod de substituto, cohærede, & venientibus ab intestato obijcitur, quia longè alia est illorum alia, patris ratio: Nam substitutus, & cohæres, ac venientes ab intestato, veniunt ex persona propria, *ut ostendemus in 9. cap. q. 1. num. 7 & 13.* ideoque non possunt dici a repudiante fieri hæredes. At pater venit ex persona filij *ut dicemus ibi num.* 2. ideoque rectè filius dicitur eum facere hæredem, siue adeundo hæreditatem illi acquirat, siue repudiando operetur, vt ipse per se possit eam acquirere, quia ius patris in persona filij radicatur, *ut diximus supra num.* 473. & ab eo transfunditur in patrem, *ut ostendemus num.* 691.

Tertio probatur minor, quia dato etiam quod filius repudiando non posset dici facere patrem hæredem, adhuc tamen censeretur conditio defecisse, quia, cum propter connexitatem personarū pater, & filius pro vna persona reputentur, eaque ratione instituto filio vidaatur etiam institutus pater *d. l. ult. § similiq, modo C. de bon. quę lib.* ideoque fit, vt illa conditio, si hæres non erit, adiecta filiofa. debeat intelligi, si neque filius, neque pater hæres erit, *ut rectè declarat Alcia. in d. l. 1. nu. 86 ff. de uulg.* Itaque si, aut vnus, aut alius hæres fiat, non potest non censeri conditio defecisse.

Tertio principaliter probatur hęc senten-
534 tia, quia † idem operatur fictio in casu ficto, quod veritas in casu verò *l. si is. qui pro empto. re 15. in prin. ff. de usucap.* Sed, quando pater re vera fuit institutus, & adit hæreditatem, sine dubio excludit substitutum, & coniunctum. Ergo debet etiam eos excludere, quando fingitur institutus, prout euenit cum filius hęreditatem sibi delatam repudiat, quo casu perinde admittitur pater, ac, si ipse fuisset ab initio hæres institutus *d. l. ult. §. similiq. modo. C. de bon. quę lib. Ita argumnt Bart. in d. l. 1. nu. 22. & ibi Ias. num. 45. vers. Pro ista parte & nu. 46. vers. quid tenendum, Soc Sen num. 23 & 27. vers. potest in puncto iuris. Alcia num. 86. ff. de vulg. Bart. in d. l. ult. in princ. num. 2. vers Praterea. & ibi Bald. num. 3. C. de bon. quę lib. Ang. d. cons. 91. num. 3. uers. hęc tamen ratio, Bald. in d. l. cum proponas. 3. num. 4. uers. Attende, & ibi Ias. num. 12. uers. Pro ista parte, & num. 15. uers. 2. considera C. de hered. inst. Imol. in d. l. si paterf. 40. nu. 9. uers. sed hic occurrit ff. eod. Bald. Nou. de substit d. tit. de uulg. num. 15. Crott. in d. l. re coniuncti, num. 167. Gul. Ben. in d. cap. Raynutius, in uerb. si absque liberis moreretur 2. in materia uulgaris, num. 73. uers His pro intellectu, et num. 76. uers. primo, & uers. Nec obstant in contrarium adducta, Zaz. de substit. d. cap. 1. nu. 12. Crass. in d. §. substituto q. 9. num. 4. Duar. in d. tit. ff. de uulg. cap. 10. uers. Receptius est.*

Nec

535 Nec dicas hoc procedere, † si filio non sit datus substitutus vel cohęres secus verò si sit datus, *ut respondēt Polit. de subst. d. tit. de uulg. part. 3. numer. 28. uersitul. 3. adducitur, Ias. in d. l. cum proponas. 3. num. 14. uers. Nec obstat. Rip. in d. l. 1. num. 142. ff. de uulg. Cimato. in d. l. legatum. 7. nu. 38. uers. Non obstat tertium ff. de leg. primo Trentac. de subst. d. part. 1. cap. 6. num. 2. uers. 4. monitur*, quia contrarium esse verius patet ex iis, quæ diximus *supra num. 527. & seqq.*

Minus est, quod respondeas, patrem non venire, vt institutum expressè, sed tacitè, *ut diximus supra nu. 524.* ideoque non debere excludere substitutum, aut coniunctum, sed ab eo debere excludi *l. 3. in prin. ff. de iur. eod. iunctis iis quæ de uenientibus ab intestato dicemus in 9. cap. q. 9.* quia hoc verum esset, nisi tacitè institutus veniret loco illius, qui expressim institutus est: Nam tūc perinde excludit substitutum, & cōiunctum, ac si ipsemet expressim institutus succederet, *per ea, quę dicemus infra num. seq.*

536 Quarto probatur, quia † subrogatus in alterius locum censetur eodem iure, quo is, in cuius locum subrogatur *l. si eum. 10 § qui iniuriarum ff. si quis caut. § fuerat, Inst. de actio.* Sed pater subrogatur in locum filij, *ut diximus supra n. 1.* Ergo quemadmodum filius adeundo substitutum, & coniunctum exclusisset, *ut ostendemus infra num. 748.* ita etiam debet eos excludere pater, qui in filij locum subrogatus est. *Ita ratiocinatur Cin. in d. l. ult. in prin. nu. 8. uers. & quia pater C. de bon. quæ lib.* Quam in rem facit, quod scribit Baldus *in d. l. ult. in prin. num. 8.* dum ait ius adeundi, quod competit patri, fundari in eodem iure, quod competit filio, & patrem vti eodē iure, quo filius. Ad idem facit, quod scribit idem Baldus *in d. l. cum proponas. 3. num. 4. uers assignat etiam C. de hered. inst.* dicens, patrem, & filium vnico iure niti.

Quinto, & vltimo probatur hæc sententia,
537 quia, † si filiofa. repudiante non admitteretur pater, sed substitutus, aut coniunctus, multa sequerentur absurda.

Primum enim sequeretur, repudiationem filij nocere patri, quod esset absurdum, & cōtra ea, quæ diximus *supra num. 441. & seqq. Ita argumant Cin. in d. l. ult. in prin. nu. 8. uers. Item repetat C. de bon. quę lib. Bart. in d. l. 1. num. 22. ff. de uulg. Ang. d. cons. 91. num. 3. uers. hęc tamen ratio, Imol. in d. l. si patersa. 40. nu. 9. uers. sed hic occurrit ff. de hered. inst. Bald. nouil. de subst. d. tit. de uulg. nu. 15. Gul. Ben. in d. cap. Raynutius, in uerb. si absq; liberis decesserit 2. in materia uulgaris, num. 73. uers. His pro intellectu.*

Secundo sequeretur, hodie minus iuris habere patrem, quam olim, scilicet, quia olim per repudiationem filij non excludebatur pater, nec fiebat locus substituto, aut coniūcto, *ut ostendimus supra n. 500.* & tamen hodie fieret vtrique locus excluso patre, quod esset absurdum, scilicet, quia certum est, plus iuris habere patrem hodie, quam olim haberet, cū hodie adire possit, quod olim ei facere non erat permissum, *ut ostendimus supra num. 443. & seq.*

Tertio sequeretur, repudiandi facultatem, quæ filio fuit concessa fauore patris, & ad ius eius augendum, vt scilicet ipse adire possit, & sibi plenę iure acquirere hæreditatem *d. l. ult. in prin. uers. sancimus C. de bon. quę lib* in ipsius odium retorqueri & contrarium effectum, nempe iuris diminutionem operari, scilicet, quia pater, qui antea non excludebatur per filij repudiationem, tamquam nullam, hodie stante illius validitate excluderetur, quod esset absurdum, *& contra regulam l. quod fauore. 6. C. de legib. ut in proposito considerat Ias. in d. l. 1. num. 46. uers 2. moueor. ff. de uulg. & in d. l. cū proponas. 3. num. 15 uers. si tamen uis C. de hered. inst. Nec non contra regulam l. legata inutiliter. 14 ff. de adim. leg. l. legata inutiliter 19. in prin. ff. de leg. primo.*

Quarto sequeretur, eandem repudiandi facultatem filio concessam fauore patris operari fauore substituti, aut cohæredis, quod & ipsum absurdum esset, & cōtra regulam, qua dicimus, priuilegium fauore vnius introductum non debere in alterius fauorem opera
538 ri † *l. nam, & si sub conditione. 5. uers. rumpendo ff. de iniust. rupt. Ita arguunt Soc. Sen. in d. l. 1. n. 27 uers. Ipse tamen ff de uulg Gul. Ben. in d. cap. Raynutius, in uerb. si absque liberis moreretur 2. in materia uulgaris, num. 76. uers. 2. Crott. in d. l. re coniunctis, num. 166. uers. 16.*

Neque huic sententiæ obstant contraria: Ad primum enim respondent nostri frequen
539 tiùs, legem illam procedere, † quando filius moritur ante aditam, quo casu pater non admittitur, *ut ostendemus infra num. 685. & seqq.* secus verò, quando repudiat, quo casu patri ius adeundi datum est, *ut diximus supra num. 313. Ita distinguūt omnes, quos referemus infra num 692. Et in proposito respondent. Imol. in d. l. si patersa. 40. num. 10. uers. Item adde ff. de hered. inst. Ias. in d. l. 1 num 46 uers. Non obstat, & ibi Soc. Sen. num. 27. uers. Nec obstat Rip. num. 145. Calanc h num. 35. uers sed hoc dictum ff. de uulg. Polit. de subst. d. tit. de uulg. part. 3. numer. 32. Trent a. de subst. d. part. 1 cap. 6. num. 6. uers. 2.*

Nec est contrarium quod casus voluntatis & casus impotentiæ æquiparantur, ita, vt disposita in vno censeantur etiam in alio disposita, quia hoc verū est, si eadem sit vtriusque casus ratio, secus verò si diuersa, prout est in specie proposita, sicuti patebit ex iis, quę dicemus *infra num. 693. & seqq.* vbi diuersitatis rationem afferemus.

Ad secundum verò responsio patet ex iis, quæ diximus *in 2. fundamento* vbi latè demōstrauimus, imo conditionem censeri defecisse, eo ipso quod pater loco filij adijt hæreditatem, Quamobrem ex iis, quæ ibi diximus, eruur deducenda, quæ pro tollendo hoc cōtrario videbuntur esse necessaria.

Ad tertium respondeo, negando substitutum, aut coniunctum venire ex iure potentiori, quia imo ex iure potētiore venit pater, tamquam is, qui vocatur, vt institutus, & subrogatus in locū filij, qui sine dubio, & substituto, & coniuncto potior erat, *ut ostendimus in 3. & 4 fundamento.*

Neque obstat, quod substitutus, & coniunctus veniunt ex voluntate, & prouisione testatoris, quę est potentior prouisione legis, ex qua venit pater, cum eam cessare faciat, quia respondent nostri communiter, hoc procede
540 ret eo casu, quo testator disposuisse intelligi-

tur scilicet, quia censetur eo modo dispone-
re, quo lex intelligit & velle id, qđ lex dispo-
nit *l. si duo. 38. ff. de acq hæred. Et in proposito ob-*
sidrat Ias in d. l. 1. num 46. vers. confirmatur ff.
de vulg. Cum igitur lex in persona illius, qui
est alieni iuris intelligat illa verba, si hæres
non erit, siue ipse hæres non erit, siue alium
hæredem non fecerit, *vt diximus supra num.*
518. & in proposito filius faciat alium, nēpe
patrem hæredem, si non adeundo, vt olim,
saltem repudiando, *vt ostendimus supra num.*
532. *vers.* 2. Consequens est, vt non censeatur
legis prouisionē sustulisse. *Ita respondent Bart.*
in d. l. 1. num. 22. & ibi Ias. num. 46. vers. Tenendo
ff. de vulg. Imol in d. l. si paterfa. 40. num. 9. vers.
Tenendo ff. de hæred. inst. Gul. Ben. in d. cap. Ray-
nutius, in verb. si absque liberis moreretur 2. in
materia vulgaris, num. 76. vers. Nec obstans in
contrarium adducta, Bald. Nou. de subst. d. titul.
de vulg. num. 16 vers. Ad contrarium, Duar. in
d. titul. ff. de vulg. cap. 10. vers. supcrest. Vel pla-
nius, & facilius responderi potest, contrarium
541 procedere, † nisi legis prouisio subrogetur lo-
co prouisionis hominis: Nam tūc, quia eodē,
quo illa, censetur iure, ideo excludi easdem-
nes dispositiones, quas exclusisset illa, cuius
loco successit, *ut patet ex ijs, quæ diximus supra*
num. 536. Quamobrem, & transmissarius, &
pater, & monasterium, & fiscus, & id genus
alij, licet ex legis, non hominis prouisione ve
niant, nihilominus excludunt substitutum, &
cohæredem ideo quia subrogantur loco illo
sum, qui huiusmodi personas exclusissent, *ut*
de transmissario diximus in q. præced. num. 7. De
patre vero diximus supra num. 3. De monasterio
dicemus, in q. 44. num. 29 & de fisco in q. 47. num.
4. Ita etiā resoluitur, quod de tacita vocatio-
ne, & priuilegiario iure dictum est.

Planè interdum recusāte filio non admit-
titur pater, sed substitutus, aut coniunctus.

Primum enim, si testator errauerit in quali-
tate personæ, puta crediderit eum, quem in-
stituebat, esse patremfa. cum tamen re vera
542 esset filiusfa. admittetur substitutus, † *ut cen*
suerunt Polit. de subst. d. tit. de vulg part. 3. num
36. & Vigl in § fin. num. 3. Inst. de vulg. sed ad
543 partem † *secundum ea. quæ dicemus infra num.*
749. vers. Nonus & num. seqq. Ita enim de substi
tuto censuerunt Bald in d. l. si paterfa. 40. vers. 2.
quæro, & ibi (licet sub dubio) Imol. num. 10. vers.
Item aduerte ff. de hæred. inst. ubi ait, non esse fortè
absurdum hoc dicere, licet relinquat cogitandum.
Idem censuerunt Ias in d. l. cum proponas. 3. nu.
22. vers. dic melius C. de hær. inst. Bald. Nouel. in
d. l. cum filiofa. 11. nu. 40. vers. potest tamen limi-
tari ff. de leg. primo.

Secundo vero, licet testator non errauerit
si tamen substiturus, aut coniunctus sit perso
na, quam verisimiliter patri prætulisset, si co-
gitasset filium repudiaturum, censent nostri
544 frequentiùs, eum patri debere præferri. † *Ita*
enim de substituto censuerunt Bald. in d. l. cū pro-
ponas. 3. num 4 vers & hoc benè C. de hæred. inst.
Bald. Nou. in l cum filiofa 11. num. 40. ff. de
leg. primo, Alex. in d. l. 1. n. 24. vers. Quam tamen,
& ibi Soc. Sen. num. 27 vers. & sic remanet, Rip. n.
146. ff. de vulg. Polit. d. tit. de vulg part. 3. nu. 35.
vers. Non autem omittam, Ruin. d. cons. 95. num.
5. vers. & tamē hoc ultimum, vol. 2. Zaz. de substit.
d. cap. 1. num. 12. Trenta. de subst. d. part. 2. cap. 6
num. 12. De cohærede vero Bald. in d. l. ult. in fin.
prin. C. de bon. quæ lib. licet nonnulli tam de sub-
stituto, quam de coniuncto contrarium tenuerint,
ut Ias. in d. l. 1. num 47. & ibi Alcia. num. 89 ff. de
vulg. Ias in d. l. cum proponas. 3. nu. 15. vers. Ista
limitatio C. de hær. inst. Exemplum afferunt in
vxore, quæ duos, aut plures habens filios, etiā
ex diuersis matrimonijs conceptos eos omnes hæ-
redes instituit: Nam, si vnus ex ijs repudiet,
quia cohæredes sunt & ipsi filij testatricis, &
verisimile est, eos, licet ex diuersis matrimo
nijs susceptos fuisse magis dilectos, quā ma-
ritum, ideo, siue fuerint substituti, siue non,
545 patri repudiantis præferētur. † *Ita enim de sub-*
stitutis scripserunt Bald. in d. l. ult. in prin. num.
3. vers. est, & alia, & ibi Castr. num. 6. C. de bon.
quæ lib. Imol in d. l. si paterfa. 40. num 9 vers sed
certe, & vers licet forte ff. de hæred. inst. Soc. Sen. in
d. l. 1. num. 27. vers. & sic remanet & ibi Rip. nu.
143. vers vel aliter ff de vulg. Gul Ben. in d. cap.
Raynutius, in verb si absque liberis moreretur 2.
in materia vulgaris, num. 79. Ruin. d. cons 95. n.
5. vers. & tamen hoc ultimum vol. 2. De cohærede
vero Bald. in d. l. 2. num. 9. vers. vel dic C. de Orfic,
Crott. in d. l. re coniuncti, nu. 167. vers. limitatur.

Tertio, licet substituti, & cohæredes non
sint descendentes testatoris, si tamen ex con-
iecturis colligere possimus, eū voluisse, tales
substitutos, aut cohæredes patri præferri, erūt
546 haud dubiè præferendi: † *Ita enim de substitutis*
scripserunt Bald. in d. l. ult. in prin. num. 4. C. de
bon. quæ lib. Imol. in d. l. si paterfa. 40. num. 9 vers.
sed certe ff. de hær. inst Soc. Sen. in d. l. 1. nu. 27. vers.
& sic remanet ff. de vulg. Gul Ben. in d. cap. Ray-
nutius, in verb. si absque liberis moreretur 2. in
materia vulgaris nu. 79 vers. & idem erit, Ruin. d.
cons. 95. num. 5. vers. & idem dicit. vol. 2. Duar. in
d. tit. ff. de vulg. cap. 10 vers opinio autem, scilicet
quia testator potest derogare dispositioni *d. l.*
ult. C. de bon. quæ lib. non solum expressè, sed
547 etiam tacitè † *ut scribit Castr. in d. l. ult. in prin.*
num. 6.

Quartus casus est, quando post mortem te-
statoris, siue illius, de cuius bonis agitur, &
emolumēti delationem, sed ante acquisitio
nem filiusfa. deficit non expressa, sed tacita
repudiatione, idest lapsu temporis, quod ac-
quirendæ successioni præfinitum est, Et tunc,
si quæramus, an fiat iuri accrescendi locus,
constat, rem pendere ex eo, nunquid talis re-
pudiatio, siue temporis lapsus exclusionem
operetur, nec ne: Nam, si eam operatur, haud
547 dubiè faciet iuri accrescendi locum, † *ut scri-*
bunt Alex. in d. l. 1. num 9. & ibi Alcia, num. 30.
vers. Nec obstat fundamentum. Iac. de Nigr. nu.
27. Ign. num. 14. vers. & circa præmissa, & Cam'
Plant. in verb. amittitur, num. 7. C. qui adm. Gul.
Ben. in d. cap. Raynutius, in verb si absque liberis
moreretur 2. in materia vulgaris, num. 76. vers.
similiter, Crott. in d. l. re coniuncti, nu. 167. vers.
2 fallit, scilicet, quia etiam eius, qui tempore
549 exclusus est, pars accrescit † *l. velut. 4. ff. de bon.*
poss. § cum igitur, Inst. eod. l. si ponas. 23. § fin ff.
de inoff. & nos diximus in hoc cap q. 35. num. 24.
550 *& seqq.* Nam, † cum per talem exclusionem
pars deficiat, eaq; ratione fiat locus substitu-
551 to † *ut scribunt Soc. Sen. in d. l. 1. num. 27. vers. 2,*
limita, & ibi Alcia. num. 92. Rip. num. 147. ff. de
vulg. Gul. Ben. in d. cap. Raynutius, in verb si
absque liberis moreretur 2. in materia vulgaris,
num. 79.

num.79.uers.2.limitabitis, Trentac. de substit.d. part.1.cap.6.num.13.& 14. debet etiam per consequentias fieri locus coniuncto, quippe, qui venit, vt substitutus l. si Titio. 63. §. Iulianus ff. de leg.2.

Nec est contrarium, quod tempus non excludat ipso iure, sed ope tantum exceptionis
552 † l. obligationũ ferè. 43 § placet ff. de act. & oblig.
idcoque non videatur facere locum iuri accrescendi, quippe, cui non aliter locus esse potest, quam, si pars ipso iure deficiat, l. si duo patroni. 13. in prin. ff. de iureiur. & est communis opinio, ut ostendimus in hoc cap. q.38. num. 121. & seqq. quia respondent nostri communiter, imo verius esse, partem deficere ipso iure, quoties quis a bonorum possessione excludi-
553 tur tẽpore, † vti uidere est apud Saly. in d.l.1. & ibi Alex. num.9. Iac. de Nigr. num.27. Cagn. nu. 44. Ign. num.14. uers. & circa præmissa, Camil. Plaut. in uerb. amittitur, num.7. C. qui adm. tametsi contrarium, & malè censuerit Alcia. ibi nu. 29. uers. sed aduerte; Quod enim dicimus, tẽpus non excludere ipso iure, sed ope tantum ex-
554 ceptionis, procedit, † quoties tractatur de iure quæsito, secus verò, quoties de iure quærẽdo, ut declarant Alex. in d.l.1. nu. 9. & ibi Cagn. num.44. & Cam. Plaut. in uerb. amittitur, num. 7 C. qui admit. Deinde verò, licet temporis lapsus ope tantum exceptionis excluderet, non tamen sequeretur, ius accrescendi non posse habere locum, quia, quod dicimus, cessare ius accrescendi, quoties portio non deficit ipso iure, sed ope tantum exceptionis, procedit eo tantum casu, quo exceptio quæsita est tertio penes quem pars repetitur, &, a quo retineri potest, aliàs nil refert, vtrum ipso iure, an ope exceptionis pars deficiat, sicuti late ostẽdimus in hoc cap. q.38. nu. 162. & seqq. ac præcipuè num. 197.

At, si temporis lapsus non operetur, aut patris, aut etiam filij aut alterius eorum exclusionem, certum est, non facere, aut substitutioni, aut iuri accrescendi locum, per ea quæ diximus supra num. 1. & seqq. Quamobrem necessariò videndum erit, quando temporis lapsus, & patris, & filij exclusionem operetur: Ita enim intelligemus, quando facit locum iuri accrescendi, & quando non. In hac autem quæstione constat esse distinguendum: Aut enim lapsum est tempus, non a iure communi, sed a Iudice præfinitum, prout fieri posse certũ est, Et tunc, aut tractamus de hæreditate aduentitia, Et indistinctè per
555 eius lapsum pater excluderetur † vt scribũt Polit. de substit. tit. de vulg. part.3. num.36. vers. sed videndum Camil. Plaut. in d.l.1. in verb. amittitur num.8. C. qui adm. per ea, quæ dicemus infra num. 613. & seqq. Aut verò tractamus de hæreditate profectitia, Et tunc, aut tempus fuit a iudice præfinitum sciente, & consentiente patre, Et, si filius per negligentiam patiatur il-
556 lud labi, nocebit patri † vt scribunt Bart. in d.l. is, qui hæres. 13. §. fin. num.2. ff. de acq. hæred. & Polit. de substit. tit. de uulg. par. 3. num.36. vers. ponetigitur, Aut verò fuit præfinitum patre nõ consentiente, Et, quia talis præfinitio non est valida, cum fieri non possit, nisi de consensu
557 patris, † vt scribunt Bart. in d.l. is, qui hæres. 13. § fin num.3. & ibi Ias. num.23. vers. subdit ff. de acq. hæred. Polit. d. part.3. num.36. vers. ponetigi-
558 tur ideo patri non nocebit, † vt declarãt Imol. in d.l. is, qui hæres 13. § fin. vers. Item ad id dictis, & ibi Alex num.6. & Ias. num 23. vers. Adde ff. de acq. hæred. Aut denique lapsum est tempus præfinitum a iure communi, Et tunc subdistinguendum est: Aut enim tractamus de hæreditate, aut de bonorum possessione; Si de hæreditate, & lapsum sit tempus 30. annorũ, quod iuri adeũdi præfinitũ est, sine dubio pa-
559 ter excluderetur, † vt scribit Alcia. in d.l.1. n.92. ff. de vulg. & Polit. d. part.3. nu 38. vers. sed tam quid magis placeat, ea que ratione hæreditas ad substitutum, vel cõiunctum pertinebit, secundum ea, quæ diximus supra num. 548. & 551. siue pater sciuerit, hæreditatem esse filio delatam, siue ignorauerit, quia, cum tempus illud sit continuum, consequens est, vt etiam ignorãti cedat l. genero. 8. ff. de his, qui not. inf. Quod, si tractemus de bonorum possessione, constat varios esse subdistinguendos casus, quorum.

Primus est, quando vterque ignorauit bonorum possessionem esse filio delatam. Et tunc res caret dubio: Nam certum est, tẽpus
560 non currere, † vt scribunt Cast. in d.l.1. num 7. vers. secundus casus, & ibi Massin. nu. 297. C qui adm. & per consequentias, nec patris, nec filij
561 exclusionem operari, quia † cum dies agnoscendæ bonorum possessionis sint vtiles, Cõsequens est, vt non, nisi scienti cedant l. 2. in princ. ff. quis ord. in bon. poss. seru. Et verò, si nõ
562 currit tempus, quoties filius ignorat † ut scribũt Cin. in d.l.1. num. 7. & ibi Massin. num 58. & 299. C. qui adm. etiamsi pater sciat, vt ostendemus infra num.670. Consequens est, vt multo minus currere debeat, si vterque ignoret. Idque procedit, siue loquamur de iure vetere, siue de iure nouo, & siue de bonorum possessione profectitia, siue de aduentitia.

Secundus vero casus est, quando vterque sciuit delatam esse filio bonorum possessionem, & vterque etiam fuit negligens, Et tunc similiter res procedit sine difficultate: Nam certum est, per temporis lapsum vtrunq ex-
563 cludi, † ut scribunt Castr. in d.l.1. num. 7. uers. aduerte ergo, & ibi Alex. num.7. uers. Nec obstat text. & Massin. num.298. C. qui adm. Polit. d. part.3. num. 39. & 40. uers. 13. Trentac de substit. part.1. cap.6. num.14. & per consequentias fieri substituto, vel coniuncto locum, secundum ea, quæ diximus supra num. 538. & 551. Idque pariter procedere, tam de iure antiquo, quam de iure nouo, &, tam in bonorum possessione profectitia, quam in aduentitia.

Tertius casus est quando vterque sciuit, sed non vterque fuit negligens, Et tunc distinguendum est aut fuit negligens filius, puta quia per desidiam non agnouit bonorum possessionem patre quantumuis instante, Et certum est, talem negligentiam non solum nocere filio, quippe, quem ab agnoscendi fa-
564 cultate excludit, sed etiam nocere patri, † per ea quę dicemus in sequenti casu, quęque militant etiam in his terminis. Ideque proce-
565 deret † non solũ inspecto iure vetere, in quibus terminis loquitur Massin. in d.l.1. nu. 298. C. qui adm. sed etiam inspecto iure nouo, quia, si nocet, quando pater non fuit a filio certioratus, cum certiorari posset, & ita fuit ignorans, quanto magis ei nocere debet, quando sciuit

Aut

Aut verò non filius, sed pater fuit negligens,
prout euenit, cum filius patrem certiorauit &
is fuit negligens in iubendo ei, vt agnosceret,
vel filius intra tempus agnouit bonorū pos-
sessionem & pater certioratus fuit negligens
in rata habenda agnitione, Et tunc distinguē-
dum est ius antiquum a iure nouo: Nam iure
566 antiquo pater sine dubio excludebatur, † *ut
scribunt Bald. in d. l. 1. numer. 25. & ibi Sign. de
Homod. num. 43. vers. contra hos, & Massin. nu.
298 C qui adm.* scilicet, quia ad acquisitionē
nō sufficiebat, filium intra tempus agnosce
te bonorum possessionem, sed necessarium
erat, vt etiam intra tempus pater ratam habe-
567 ret agnitionem † *l. vlt. vers. præteritis ff. quis ord.
in bon poss seru. Et in specie declarant Castr. in d.
l. 1 nu. 4 vers. In gl super verb. ratam, & ibi Ign.
num. 6 & 23. Cam. Plaut. in verb. si ratam. num.
10. & Massin. n. 248. C. qui adm. Cuiac. ad eund.
tit.* Alioquin eo transacto, resoluebatur agni-
tio & pro non facta habebatur, etiamsi pater
568 eam postea ratam habuisset † *d. l. vlt. vers. præ-
teritis, Et in specie declarat Cuiac. ad tit. C. q. adm.*

Sed, an fecerit locum substituto, vel con-
iuncto, si quæramus, constat rem pendere ex
eo, nunquid patris negligentia in iubendo fi-
lio, vt agnosceret, vel in rata habenda agni-
tione ab eo facta nocuerit ipsi filio, ita,
vt, etiamsi postea factus esset sui iuris, non
tamen potuerit agnoscete bonorum posses-
sionem, & eius emolumentum sibi acquirere:
Nam, si nocuit, debuit per cōsequentias fieri
locus, substituto, vel coniunctos *per ea quæ di-
ximus supra num. 548. & 551.* quod, si non no
cuit, non potuit eis fieri locus, quia, quandiu
spes est, institutum posse admitti, tandiu sub-
stitutio, vel ius accrescendi locum habere ne
quit, *vt ostendimus in hoc cap. q. 37. nu. 4. & seqq.*
In hac autem quæstione censent nostri fre-
quentiùs, patris negligentiam non nocuisse
filio, ideoque, si postea factus esset sui iuris,
potuisse bonorum possessionem agnoscere,
569 & sibi acquirere. † *Ita enim censuerunt gl. in d.
l. 1. in verb. ignorante, vers. vel dic, & ibi Petr. de
Bellap num. 11. vers. Opp. dicis, Bald. nu. 37. Alex.
num. 10. vers. est tamen hac solutio, Sap. num. 05.
Cagn. num 48. vers 2. solutio, Gozad. nu. 6. vers.
Articulus, Cam. Plaut. in verb amittitur, num. 9.
& Massin. num. 298. C. qui adm.* Mouentur
autem, vt ita sentiant.

570 Primo, quia † sola patris contradictio, &
recusatio non nocebat olim filio, nec eius
exclusionem operabatur *d. l. is, qui heres. 13 §.
fin. ff de acq hered. l. 2. C. de rep. bon. poss.* Sed, vbi
filius intra tempus agnouerat bonorum pos-
sessionem, & pater certioratus ratam non ha-
bebat agnitionem, sola suberat patris contra-
dictio, & recusatio, quia, eo ipso, quod ratifi-
care nolebat, cēsebatur recusare, cum recusa-
tio non solum verbis sed etiam alio quolibet
indicio voluntatis fiat *d l. recusari 94. ff. de acq.
hered. Et in proposito considerat Cagn. in d. l. 1. n.
48. vers. 2. solutio.* Ergo non potuit obesse filio,
nec eius exclusionē operari. *Ita argunnt Alex.
in d. l. 1. num. 10. vers. est tamen hac solutio, & ibi
Cagn. d. num. 48. vers. 2 solutio.*

571 Secundo mouentur, quia † ad hoc, vt dies
cedant, & ijs elapsis censeatur quis a bonorū
possessione exclusus, non sufficit, cum scire,
bonorum possessionem sibi esse delatam, sed
requiritur, vt potuerit eam agnoscere, & cum
effectu acquirere, quia, dies eius agnoscendæ
sunt vtiles, ideoque ei tantum cedunt, qui scit,
& potest *l. 2 in prin ff. quis ord.* Atqui olim nō
poterat filius cum effectu agnoscere bonorū
possessionem propter impedimentum patris,
qui nolebat ratam habere agnitionem, *vt
patet ex ijs, quæ diximus supra nu. 236. & seqq.*
Ergo dies ei non cedebant. *Ita arguit Gozad.
in d. l. 1. num. 6. vers. Articulus.*

572 Tertio mouentur, quia † ratio, quę facit, vt
non cederent dies quando filius non poterat
certiorare patrem, militat etiam, quando pa
ter certioratus nolebat ratam habere agnitio
nem: Nam ideo non cedebant dies, quando
nō poterat certiorare patrem, quia sine illius
voluntate non poterat filius efficaciter agno
scere bonorum possessionem, & ita in eius
persona impediebatur acquisitio. At hæc ra-
tio militat etiam, quando pater certioratus
ratam non habebat agnitionem, quia etiam
in hoc casu impediebatur acquisitio in perso
na filij propter defectum voluntatis paternæ.
Ergo etiam in eo non debuerunt cedere dies
in filij præiudicium. *Ita arguit Gozad. in
d. l. 1. num. 6. vers. 2. sicut.*

His tamen non obstantibus mihi verius vi
detur, quod alij tradiderunt, scilicet, negligē-
tiam patris, qui certioratus a filio ratam intra
tempus non habuit agnitionem, non solum
ipsi patri, sed etiam filio nocuisse, ita, vt etiam
quoad eum censeretur amissa bonorum pos-
573 sessio. † *Ita enim censuerunt Fulgo. in d. l. 1. & ibi
Nig. num. 30. & Zucard. num. 59. vers & præ-
termissi. C. qui adm.* Probatur autem hæc sen-
tentia.

Primo *d leg. 1. C. qui adm.* vbi Seuerus, &
Antoninus, *Bonorum possessio filiofam. delata,*
inquiunt, *cum ignorante quoque patre peti possit
emolumentum etiam patri allatura, si ratam peti-
tionem pater habuerit, amittitur trāsacto tempo-
574 re:* Nam, cum loquantur † de eo tantum casu,
quo filius potuit certiorare patrem, *vt osten-
demus infra numer. 594* & indistinctè dicant,
amitti bonorum possessionem transacto tē-
pore, Consequens est, vt sentiant amitti, tam
respectu filij, quam respectu patris.

Secundo probatur *l. fin. vers. Incipiēt ff. quis
ord.* vbi Marcellus, *Incipient autē cedere,* inquit
575 *cum certior fieri potuerit:* Nam, † si cedunt dies,
Ergo ijs transactis censebitur amissa bonorū
possessio.

Nec est, quod respondeas, hæc esse intelli-
genda, quoad patrem, non etiam, quoad filiū
576 † *Quomodo respondet Alex. in d. l. 1. nu. 10. vers.
est tamen hac solutio,* quia verius est, imo esse
intelligenda, quoad ipsum filium, quia, cum
ei deferatur bonorum possessio, & eius perso-
na, tamquam principalis in hoc sit attenden-
da, nō etiam persona patris, qui solum venit
accessoriè, *vt ostendimus supra num. 476. & di-
cemus etiam infra nu. 591.* Consequens est, vt,
cum dicimus, cedere diem, aut eo transacto
amitti bonorum possessionem, debeat hoc
intelligi principaliter, quoad ipsum filium, a
quo debet agnosci, sed per consequentias,
quoad patrem, cui quærendum erat emolu-
mentum.

Minus est, quod respondeas, non dicere
577 textum, † patrem ante tempus noluisse ratā
habe-

habere agnitionem, ideoque si noluerit, cessare quod ibi dicitur *Quomodo etiam respondet Alex. in d. l. 1. num. 10. vers. est tamen hac solutio,* quia cum subijciat, præteritis centum dicbus frustra patrem ratam habere agnitionem, satis apertè colligitur, Marcellum ibi loqui de eo casu, quo pater intra tempus ratam non habet agnitionem, & tamen dicere, tempus currere.

578 Tertio probatur, quia † ad hoc, vt dies cedant, & ijs elapsis censeatur quis a bonorum possessione exclusus, sufficit scientia, & potẽtia illius, a quo debet agnosci *d. l. 2. in prin. ff. quis ord.* Atqui in persona filij, a quo agnoscenda erat bonorum possessio, concurrebat, non solum scientia, sed etiam potentia, quia & agnoscere poterat etiam ignorante patre, & eum de facta agnitione reddere certiorem ad hoc, vt ratam habere posset agnitionem *d. l. fin. in prin. ff. quis ord.* Ergo debuit hoc sufficere, vt dies cederent, & ijs elapsis censeretur amissa bonorum possessio, etiam quoad filium, a quo erat agnoscenda. *Ita argurt Zuccard. in d. l. 1. num. 59. vers. & prætermissis.*

Nec obstat, si dicatur, imo non potuisse acquirere sine voluntate patris, quia respõdeo, potentiam non æstimari ex effectu, sed ex potentia effectus: Satis enim est, potuisse filiũ agnoscere cum effectu, si pater ratam habuisset agnitionem, licet agnitio non sit sortita suum effectum, eo, quod pater ratam eam habere noluerit, *vt rectè declarat Zuccard. ibi vers. & prætermissis.*

Neque obstant contraria: Ad primũ enim
579 respondeo, id procedere, † si patris contradictio sit sola, secus verò, si sit coniuncta cum lapsu temporis, qui continet exclusionem legalem: nam tunc verius est, nocere filio, quia tale præiudicium non infertur ab homine, sed a lege, *vt ostendemus infra num. 623. Ita in specie respondent Nig. in d. l. 1. num. 30. vers. Non obstat, & ibi Zuccard. num. 59. vers. Nec obstat, si diceretur.*

Ad secundum verò & tertium respondeo, imo filium potuisse agnoscere bonorum possessionem, *vt ostendimus in 3. fundamento.* Nec obstat, quod non potuerit agnoscere cum effectu propter impedimentum patris, qui noluit ratam habere agnitionem, quia respondeo, non omne impedimentum operari, vt interim non cedant dies, sed illud tantum, quod venit extrinsecus, vt erat olĩ illud quod proueniebat ex defectu facultatis certiorãdi patrem. At, si impedimentum proueniat ex defectu voluntatis illius qui debet in acquisitione concurrere, verius est, non impedire, quin currat tempus, & eo transacto censeatur quoad omnes amissa bonorum possessio *d. l. fin. vers. præteritis ff. quis ord. Ita respondet Zuccar. ibi num. 59. vers. & ex hoc tollitur.*

Sed hæc procedunt inspecto iure vetere. Cæterùm inspecto iure nouo distinguenda est bonorum possessio profectitia ab aduentitia: Nam in profectitia ius antiquum mutatum non est, *ut diximus supra num. 155.* ideoq; si pater sciat, & sit negligens in iubendo filio, vt agnoscat, vel in rata habenda agnitione filio facta, & ita patiator labi tempus præfi-
580 nitum, haud dubiè sibi nocebit, † *ut scribit Bart. in d. l. is, qui heres, 13. §. fi. num. 2. ff. de acq. hered.* imo nocebit etiam filio, quantumuis
581 diligenti, † secundum ea quę supra diximus, quæque in præfectitia etiam hodiè procedũt. At in aduentitia distinguendũ est: Aut enim filius intra tempus agnouit bonorum possessionem, & patrem etiam certiorauit, Et tunc, licet pater intra tempus ratam non habuerit agnitionem, non tamen eius negligentia filio nocebit, quia agnitio statim censetur valida & emolumẽtum filio acquirit, non obstãte defectu ratihabitionis paternę, quippe, quę nõ est hodiè necessaria ad validitatem agnitionis, sed ad hoc tantum, vt pater sibi acquirat vsumfructum, *sicuti ostendimus supra num. 330. & seqq.* Imo talis negligentia nõ nocebit etiam ipsi patri, scilicet, quia poterit etiam post lapsum tempus ratam habere agnitionẽ, & eo modo consequi vsumfructum, *secundum ea, quæ diximus supra num. 333.* Aut verò filius admonuit quidem patrem, sed intra tẽpus non agnouit bonorum possessionem. Et tunc, quia poterat eam efficaciter agnoscere, & per negligentiam non agnouit, ideo cẽsetur sibi, & patri præiudicasse, quia transacto tempore intelligitur, quoad vtrumque amissa bonorum possessio; non tam ex patris, quã
582 ex filij negligentia, † *ut declarat Sap. in d. l prima num. 65. C. qui adm.* quæ etiam patri præiudicat, *ut patebit ex ijs, quæ dicemus in casu sequẽti, quęque etiam ad hãc speciem possunt adaptari.*

Quartus casus est, quando pater ignorauit bonorum possessionem esse filio delatam, filius verò sciuit sed passus est labi tẽpus agnoscendæ bonorum possessioni præfinitum, Et tunc, si quęramus, an talis scientia, & negligẽtia noceat, ita, vt transacto tempore non possit amplius agnosci bonorum possessio, & per consequentias fiat substituto vel cohæredi locus, constat esse distinguendũ: Aut enim quærimus, an noceat filio, Et certum est, no-
583 cere, † siuè loquamur de iure vetere, siue de iure nouo, *ut de troque scribunt Bart in l. seruus 7. §. fin. num. 2. ff. de bono. poss. & Massin. in d. l. 1. num. 300 C. qui adm. Et simpliciter de iure ueteri Sign. de Homod. in d. l. 1. num. 45. uers. Item opp. & ibi Castr. n. 7 uers. Quartus casus C. eod. Polit. de substit. tit. de uulg. part. 3. num. 38. uers. nam, si quæramus, De iure vero nouo Petr. de Bellap. in d. l. 1. num. 20. C. qui adm.* Nam de iure vetere ideo nocebat filio, quia, † cum posset etiam ignorante patre agnoscere bonorũ possessionem, *vt diximus supra num. 235.* ideo non agnoscendo censebatur eam amisisse *d. l. 1. & ibi declarant Seb. Sap. num. 24. Cam. Plau. in verb. amittitur, num. 8. & Massin. num. 110. uers. his tamen C. qui adm. Nico. Bello. lib. 3 supp. cap. 1. numer. 3.* Quamobrem, etiamsi postea factus esset sui iuris aut mortem patris, aut emancipatione, non tamen poterat ad sui commodum agnoscere bonorum possessionẽ. De iure verò nouo ideo nocet filio,
585 quia, † cum possit eam agnoscere etiam inuito patre, & multo magis eo ignorante, *ut ostẽdimus supra num. 335. & seqq.* Consequens est, vt, si non agnoscat, sibi debeat imputare, *ut considerat Petr. de Bellap in d. l. 1. num. 20. C. qui adm.* eaq; ratione transacto tẽpore censeatur ab agnoscẽdi iure exclusus. Ex quo intelligimus *l. 1. C. qui adm.* quatenus vult, bonorum possessionem filiofam. delatam amitti transacto tem-

586 tempore, procedere † sine dubio, tamquam
incorrectam, quoties agitur de præiudicio fi
lij, *ut declarat ibi Maffin. num.* 300. Aut verò
quærimus , an talis scientia, & negligentia
filij noceat patri Et tunc distinguendum est
ius antiquum a iure nouo: Nam iure antiquo
scientia, & negligentia filij , qui poterat cer-
tiorare patrem, & non certiorarat, haud dubiè
nocebat patri † *ut scribunt glo. in l.* 2. *in uerb. fi-*
587 *lio delatam* C. *de rep. bon. poss.* C*in. in d l.* 1. *num*
8. *& ibi Petr. de Bellap. num.* 18. *Sign. de Homod*
num. 43. *uers contra hoc, Castr. nu* 7. *uers. Quar-*
tus casus, & Zuccard. num. 29. C. *qui adm.* scili-
cet, quia operabatur , vt transacto tempore,
censeretur etiam, quoad eum amissa bonorũ
possessio, † *ut declarant* C*in in d l.* 1. *num.* 7. *&*
588 *ibi* C*agn. num.* 35. *& Maffin. num.* 300 C. *qui*
ad m. Et est de mente eorum quos referemus infra
num. 594. Nam † eum ea non patri , sed filio
589 defereretur, *ut diximus supra num.* 171. Conse-
quens erat, vt ad dictum certiorationẽ nõ patris,
sed filij scientia esset spectanda, *sicuti ostende-*
mus infra num. 665 *Et in hic terminis declarãt*
Iac. de Nigr. in d. l. 1. *num.* 57. *uers. Confirmo &*
ibi Sap. num. 24. C*agn. num.* 35. *& Zuccard. nu.*
135. C. *qui admit.* Itaq; statim , atque filius
sciebat bonorum possessionem sibi esse dela-
tam, & poterat certiorare patrem, cedebat tẽ-
pus, etiamsi pater ignoraret, † *d. l fin. uers. In-*
590 *cipient ff quis ord. Et in specie declarant glo. in d.*
l. 1. *in uerb. transacto tempore, uers. sed , quando,*
iuncto uers. quod ultimum & ibi C*astr. num.* 1.
3. *&* 7. *uers. Quartus casus, & Zuccar. num* 59.
uers. & prætermissis C. *qui adm. &* C*uiac. ad eund.*
tit. eoque transacto censebatur , non solum,
quoad filium, sed etiam quoad patrem amis-
sa bonorũ possessio , quia , † cum filius consi-
591 deraretur, vt principalis, pater verò veniret ac
cessoriè *ut diximus supra num.* 476. necessa-
rio debebat scientia, & negligentia filij noce-
re etiam patri, quia scientia principalis nocet
592 omnibus , qui ab eo causam habent. † *Ita ra-*
tiocinantur C*uiac. ad tit.* C. *qui adm. & post eum*
Maffin. in d. l. 1. *num.* 69. *& seq. & num.* 112 *&*
118. C. *eod.* Et ita accipiendi sunt omnes
loci, omnesque D.d. in l. citer dicentes , bo-
norum possessionem filiofa. delatam amitti
593 transacto tempore, † *ut d l.* 1. *ubi Bald. in prin.*
Sap. nu. 23. *& alij passim* C. *qui adm . Nico. Bello.*
d. lib. 3. *supp cap.* 1. *num* 2. *&* C*uiac ad eund. tit.*
C. *qui adm.* vt scilicet inspecto iure antiquo
594 procedant, † quando filius sciebat , & poterat
certiorare patrem , *vt declarant gl. in d. l.* 1. *in*
verb. ignorante vers. vel dic, & ibi Bart num. 11.
vers uenio ad tertiam Sap num. 24. *vers. & istud*
procedit, C*agn. num.* 36. *&* C*am. Plaut. in verb.*
amittitur, num. 8. C. *qui adm.* Ita etiam intelli-
gendum est, quod dicimus, scientiam , & ne-
gligentiam , seu taciturnitatem filij nocere
595 etiam patri, † *vt de scientia uidere est apud* C*in.*
in l. renitente 11. *num.* 2. C. *de iur. delib. & in d. l.*
1. *num.* 9. *& ibi Nig. num.* 57. *uers Confirmo,*
& Zuccar. num. 135. C. *qui adm. De negligentia*
uero apud C*astr ibi num.* 1. *uers. erat ergo, & nu.*
4 *uers. In gl.* 2 *& Ign. num.* 9. *uers. ultimo ,* C*am.*
Plaut. in uerb. amittitur num. 13. *& Maffin. nu.*
69 *Et de utraque apud Alex. ibi num.* 6. *Ias. nu.*
6. *Dec. in prima lect. num.* 5. *In* 2. *num.* 21. *& in* 3.
num 46. *Nig. num.* 13. *Zuccar. num.* 29. C*agn*
num. 35. *Parp. nu.* 13. *uers.* 9. *&* C*uiac. ad eund.*
tit. De taciturnitate demum apud gl. in d. l. 2. *in*
uerb. filio delatã C. *de rep. bon poss.* vt scilicet in-
596 specto iure vetere procedat † in terminis, in
quibus filius poterat certiorare patrem , *ut in*
specie declarant ij quos retulimus supra num. 587.
Denique in his terminis intelligendum est,
quod dicimus, filium, licet nõ possit repudia-
re expressè , posse tamen repudiare tacitè,
597 *ut referemus infra num.* 627. & tacitam eius re-
pudiationem esse fortiorem, & potentiorem
expressa, *ut referemus num.* 624. scilicet, quia
expressa non nocet patri, tacita verò ei præiu-
dicat, *ut dicemus num.* 628. *Et in terminis iuris*
ueteris scribunt Bart. in d. l seruus 7. § *fin. num.*
2. *ff. de bon. poss. Barba. in rubr.* C. *qui adm. num.*
147 *Palt. de substit. tit. de uulg. part.* 3. *num.* 38.
in fi. Gozad. in d. l. 1. *n.* 17. C. *qui adm.* vt scilicet
598 inspecto iure antiquo , procedat † etiam in
terminis , in quibus filius poterat certiorare
patrem. Hoc autem adeo verum erat, vt pro
cederet , non solum , si filius sciens bonorum
possessionem sibi esse delatam, eã non agno-
uisset intra tẽpus, sed etiamsi agnouisset, sed
non certiorando patrem operatus esset , vt is
non posset intra tempus ratam habere agni-
tionem , quod erat necessarium ad hoc, vt
agnitio vtiliter, & cum effectu facta intelli-
geretur , *ut diximus supra num.* 567. Adhuc
enim, ex quo poterat certiorare patrem, ce-
debat tempus , & eo transacto censebatur,
quoad vtrumque amissa bonorum possessio,
ut declarat C*agnol. in d. l.* 1. *numer.* 35. C. *qui*
admit.

At iure nouo distinguendum est : Aut
enim tractamus de bonorũ possessione pro-
fectitia, Et, quia ius antiquum in ea mutatum
non est, *ut diximus supra num.* 155. ideo res eo-
dem est terminanda modo , quo eam defini-
nimus *supra num.* 587. Itaque, si filius sciat, &
possit certiorare patrem, & per negligentiam
id non faciat , patiaturque labi tempus agno-
scendæ bonorum possessioni præfinitum , cẽ-
sebitur , quoad vtrumque amissa bonorum
possessio per ea , quæ supra diximus , quæque
599 in profectitijs etiam hodie procedunt, † *ut de-*
clarant gl. in d. l. fin. in uerb. dies centum ff. quis
ord gl. in d. l. 1. *in uerb. transacto tempore , uers.*
quod ultimum, & ibi C*in. nu.* 10. *uers. est utrum,*
Bart. num. 11. *uers uenio ad tertiam & Sign. nu.*
40. C*astr. nu.* 7. *uers sed, si esset* C. *qui adm. Bart.*
in d. l. is qui heres. 13 § *fin. num,* 2. *& ibi Ias. nu.*
6. *ff. de acq. hered.* Aut vero tractamus de bono
rum possessione aduentitia , Et tũc, aut quæri-
mus, an filij negligentia noceat patri in iure
quærendi vsumfructum . Et certũ est nocere
600 † *ut scribunt Petr. de Bellap. in d. l.* 1. *nu* 20 *& ibi*
C*in. num.* 10. *uers. si autem quæratur, Bald. num.*
27. *uers. sed tu considera* C. *qui adm.* quia , cum
pater non possit eum habere, nisi filius conse-
quatur proprietatem, scilicet, quia ad patrem
non pertinet vsusfructus, nisi earum rerum,
quæ filio iure proprietatis obueniunt *l. cum*
oportet 6 *in prin.* C. *de bon. quæ lib.* § 1. *Inst. per*
quas perso. nob. acq & filius, tamquam exclusus
tempore non possit agnoscere bonorum pos
sessionem, & ita consequi proprietatem rerũ
aduentitiarum *l.* 1. *ff. de bon. poss.* Consequens
est, vt nec earum vsumfructum possit habere
pater. *Ita ratiocinatur Bald. in d. l.* 1. *numer.* 27.
uers.

vers. sed tu considera. Denique, cum patri præ
iudicaretur olim in pleno iure ei per filium
quærendo sequitur, multo magis ei debere
præiudicari hodie in iure semipleno, idest, in
vsufructu eidem quærendo per filium, vt post
Iac. de Rau considerant Petr. de Bellap. in d. l. 1.
num. 20. & ibi Bald. num. 27. vers. & confirmatur.
Aut vero quærimus, an talis negligentia no-
ceat patri in iure quærendi plenam proprie-
tatem, Et tunc refert, vtrum filius per simpli-
cem negligentiam passus sit labi tempus, an
verò per malitiam: Nam, si per simplicem ne
601 gligentiam, nonnulli censent nō nocere † vt
Iac. de Bell. quem refert Bart. in d. l. seruus. 7. §.
fin. num. 2. ff. de bon poss. & sequuntur Bald. in d.
l. 1. num 27. vers. sed tu considera, & ibi Alcia. nu.
21. vers. Considerando, Dec. in secunda lect. num.
57. vers. Non omitto, Gozad. nu. 17. vers. ego verò
Nig. num. 18. vers. sed tamen disputatiuè Zuccar.
num. 30. & seqq. & Massin. num. 304 vers. bis ta-
mē C. qui adm. Polit. de subst. d. tit. de vulg. part.
3. num. 39. vers. videtur tamen, quia, quemad-
modum pater potest adire hæreditatem, vel
agnoscere bonorum possessionē, & ita emo
lumentum sibi pleno iure acquirere, si filius
excludatur repudiatione, ita etiam potest, si
602 excludatur tempore, † vt declarant Bald. in d. l.
1. num 27. vers. sed tu considera, & ibi Alcia. nu.
22. Polit. d. part. 3. num. 39. vers. videtur tamen,
Et in hoc putant iura antiqua esse correcta,
603 † vti videre est apud Bald in d. l. 1. num. 27. & ibi
Alcia. num. 21. vers. Considerando Iac. de Nigr.
num. 18. vers. & tenendo, ideoque nil hodie re-
ferre, vtrum filius tacitè, an verò expressè re
pudiet, quia, siue vno, siue alio modo excluda
tur, faciet patri locum, ut declarat Iac. de Nigr.
ibi, vers. & tenendo, & vers. & per hoc. Mouentur
autem, vt ita sentiant.

Primo, quia l. fin. §. 1. C. de bon. qua lib. quæ
patri concedit ius adeundi, non solum com-
604 prehendit † eum casum, quo filius expressè re-
pudiat, sed etiā eum, quo tacitè, scilicet, quia
loquitur de filiosa. recusante, & recusare dici-
605 tur etiam is, qui patitur labi tempus, † vt decla-
rant Sign. de Homod in d. l. 1. n. 42. & ibi Gozad.
num. 17. vers. 2. adduco, & Zuccar. num. 31. cum
recusatio fiat, non tantum verbo, sed etiam
facto, & sic non solum expressè, sed etiam ta
citè d. l. recusari. 94. ff. de acq hered. Ergo etiam,
cum filius tacitè repudiat, debet pater admit-
ti. Ita arguit Gozad. in d l. 1. num. 17. vers. 2. ad-
duco, & vers. ad contraria.

Secundo verò mouentur, quia dato etiam
quod l. fin. expressè non comprehenderet
hunc casum, esset tamen ad eum extendenda
quia, licet in correctorijs licita nō sit extentio
de casu ad casum etiam ex identitate rationis
vt dicemus infra num. 620. est tamen permissa
606 in limitatorijs, † cap. cum dilecta. 4. vers. Nos
igitur, extr. de confir. util. vel inut. & docet Bart.
in l. si constante. 25. in prin. num. 39 ff. sol matr.
& post eum Nig. in d. l. 1. num. 68 vers. sed Alex.
C. qui adm. Atqui d. l. vlt. §. 1. non est correcto-
607 ria, sed limitatoria † vt voluit Iason in d. l. 1. nu.
19. vers. Tu aduerte C. qui adm. & in d. l. si, qui
hæres. 13. §. fin. num. 36 ff. de acq. hered. & probāt
Alcia. in d. l. 1. num. 28. vers. vel dic, & ibi Gozad.
num. 10. vers. Non obstant contraria C. qui adm.
quia non mutat ius antiquum diminuendo
ius patris, sed augendo: Disponit enim, vt ex-
pressa filij recusatio non solum non noceat
patri, prout olim obtinebat sed etiam ius eius
augeat, & operetur, vt ipsemet adire possit,
quod olim non erat permissum. vt ostendimus
supra nu. 442. Itaque non corrigit, sed limitat
ius antiquum. Ergo debet posse extēdi a casu
repudiationis expressæ ad casum repudiatio-
nis tacitæ, quæ ex lapsu temporis resultat. Ita
arguunt Gozad. in d. l. 1. nu. 17. vers. Ad contra-
ria, & ibi Nig. num. 20.

Nec est, quod respondeas, hoc procedere,
608 † si eadem subsit ratio, secus verò, si diuersa,
In casu autem nostro diuersam esse rationem
quia tacita continet exclusionem legalem,
quæ fortior, & potentior est, quam hominis
exclusio, quia replicāt, imo eandem esse vtri-
usque rationem, siue dicamus, patrem ideo
admitti, quoties filius expressè repudiat, quia
Iustinianus voluit hoc ei tribuere in compē-
sationem damni illati eo ipso, quod illi abstu
lit proprietatem aduentitiorum, quam olim
obtinebat, vt voluerunt ij, quos retulimus supra
num. 364. siue dicamus, ideo admitti, quia cē-
seretur vna, & eadem persona cum filio, vt ma
luerunt alij, quos ibi retulimus: Nam eadem ra-
tio militat, quoties filius patitur labi tēpus, &
ita tacitè repudiat. Ergo etiā in eo casu debet
pater admitti. Ita arguit Gozad. in d. l. 1. nu. 17.
vers. Quarto.

Tertio mouentur, quia etiam in correcto-
rijs extēsio permittitur, vt absurdum euitetur
609 † l. scire oportet 15. § aliud etiam ff. de excus. tuto.
Et scribunt Imol in l. si vero 65. §. de viro num.
14. vers. sed dicere ff sol. matr. Soc. Sen in d. l. 1. nu.
22. vers. & sic dicamus ff. de leg. primo. Atqui, si
pater nō admitteretur, quoties filius excludi tē
tempore, & sic repudiatione tacita, sicut ad-
mittitur, quoties excluditur repudiatione ex-
pressa, sequeretur plus operari tacitam, quam
expressam repudiationem, quod esset absur-
dum, scilicet, quia maior nō debet esse virtus
taciti, quam expressi, sed, aut par, aut etiam
610 minor: † Par enim dicitur in l. cum quid. 3. ff. si
cert. pet. minor verò in l. nonnunquam. 51. ff. de
cond. & dem l. cum ex filio. 39 §. filio ff. de vulga.
Et in proposito considerant Iac. de Bell. quem re-
fert Bart. in d. l. seruus. 7. §. fin num. 2. ff. de bon.
poss. Bald. in d. l. 1. num. 27 & ibi Massin. nu. 305.
C. qui adm. Ergo, vt hoc absurdum euitetur,
debet potius id, quod est dispositum in casu,
quo filius excludatur repudiatione, extendi
ad casum, quo excludatur tempore.

Neque est, quod aliquis respondeat, imo
non esse hoc absurdum, cum regulariter plus
operetur tacita repudiatio, quæ ex lapsu tem-
poris resultat, quā expressa, vt ostendemus infra
num. 624 & seqq. quia replicant, argumentum
retorquendo: Nam, si plus operatur, ergo, si
expressa facit locum patri, multomagis debet
ei facere locum tacita. Ita arguit Massin. in d.
l. 1. n. 306. & vers. Non obstant contraria.

Quarto mouentur, quia, vbi duo in iure no
stro æquiparantur, dispositū in vno censetur
etiam dispositum in alio l. 2. in prin. C. comm.
de legat. §. sed non vsque Inst. de legat. Sed exclu-
sio, quæ fit tēpore, & quæ repudiatione æqui-
parantur, vt diximus in hoc cap. q. 35. num. 25.
Et in proposito considerat Nig. in d. l. 1. num. 18.
vers. Confirmatur. Qua ratione fit, vt, qui ad
mittitur aliquo excluso repudiatione, admit-
tatur

611 tatur etiam eo exclufo tempore † *l. 1. §. quibus*
ff. de fure. edict. l. fi ponas. 23. §. fin. ff. de inoff. l. ve-
lati 4 ff. de bon. poff. §. eum igitur, Inft. eod. Ergo,
quemadmodum pater admittitur, fi filius ex-
cludatur repudiatione, ita etiã debet admitti,
fi excludatur tempore. *Ita ratiocinatur Gozad.*
in d. l. 1. num. 17. verf. ego vera.

Quinto, & vltimo mouentur, quia ceffan-
te caufa difpofitionis ceffat & ipfa difpofitio
l. adigere. 6. § quamuis ff. de iur. patr. cap. cum cef-
fante, extr. de appell. Sed hodie ceffat caufa,
propter quam olim tacita filij repudiatio no
612 cebat patri: Nam ratio erat, quia † neque fi-
lius adire poterat, tamquam exclufus, neque
pater, tamquam is in quem ius adeundi non
tranfibat, *vt oftendimus fupra nu. 168.* At hæc
caufa ceffat hodie, quia ius adeũdi, vel agno-
fcendi tranfit in patrem, *vt diximus num. 363.*
Ergo ceffare etiam debet præiudicium, quod
ex lapfu temporis refultabat *Ita arguũt Polit.*
de fubftit. d. tit. de vulg part 3. num. 38. verf. nam
fi quæramus, Gozad. in d. l. 1. num. 17. verf. Ter-
tio, ratio, & ibi Alcia. nu 25. verf. 2. modo, & nu.
27. verf. 3. modo, Nig. nu 18. verf. Confirmatur.

His tamen non obftantibus verius, & re-
ceptius eft, filij fcientiam, & negligentiam
613 etiam hodie patri nocere, † *In qua fententia*
fuerunt Cin in d. l. 1 num 10 verf. fi autem quæ-
ratur, & ibi Bart. num. 13. Signo. de Homod nu.
45. verf. fed aduertatis, & num 49. verf fed quid
hodie, Caftr. num. 8. & Cam. Plaut. in verb amit
titur, num 13. & 17. C. qui adm. Bart. in d. l. is,
qui hæres. 13. §. fin. num. 6 ff. de acq. hæred in d. l. fi
feruus. 7 § fin. num. 2. ff. de bon. poff Imol. in d. l. fi
paterfa 40. num. 10. verf. quid autem ff. de hær.
inftit. Iaf. in d. l. 1. num. 46. verf. Non obftat ff. de
vulg. Trentac. de fubftit. d. part 1. cap 6 num. 15.
vbi ait, hanc effe magis communem opinionem,
quia, licet ius antiquum mutatum fit in filio
repudiante, non tamen mutatum eft in filio
614 negligente, † *vt declarãt Imol. in d. l. is, qui hæres.*
13. §. fin. verf. & tene. ff. de acq. hæred. Sign. de
Homod. in d. l. 1. nu. 45. verf fed aduertatis, & ibi
Cagn. num. 52. verf. in ea gl ibi C. qui adm. Soc.
Sen. in d. l. 1. numer. 27. verf. a limita ff. de vulga.
ideoque, licet pater admittatur, quoties filius
exprefsè repudiat, nõ tamen admittitur, quo-
ties patitur labi tempus agnofcendæ bonorũ
poffeffioni præfinitum, & ita repudiat tacitè
615 † *vt fcribunt Alex in d. l. is, qui hære. 13 §. fin.*
num. 11. verf. fed contra eum, & ibi Iaf. num. 34.
ff. de acq hæred. Alex in d. l 1. num. 6. C. qui adm.
Soc. Sen. in d l. 1. num. 27. verf. 2. limita ff. de vulg.
Crott. in d. l. re coniunctis, num. 167 verf. a. fallit,
Trentac. de fubftit. d. part. 1. cap 6. num. 13. Quã-
obrem neceffario fiet fubftituto, vel cohære-
di locus *fecundum ea, quæ diximus fupra num.*
548. & 551. Probatur autem hæc fententia.

616 Primo, quia † certum eft, filij fcientiam, &
negligentiam olim nocuiffe patri *d. l. vlt. in*
prin ff. quis ord. d. l. 1. C. qui adm. Ergo, vt hodie
nõ noceat, neceffario debet, vel ex eo, procede-
re, quod ius antiquum in hoc fit exprefsè cor
rectum, vel ex eo, quod correctio facta in ca
fu repudiationis expreffę porrigatur, & extẽ-
datur ad cafum repudiationis tacitæ. Atqui
neutrum dici poteft. Ergo debet etiam hodie
nocere. Non effe autem in hoc exprefsè cor-
rectum ius antiquum, patet ex eo, quia lex,
quæ corrigit, *nempe l. ult. §. 1. C. de bon. quæ lib.*
617 loquitur † de eo cafu, quo pater, & filius funt
inter fe difcordes in amplectẽda hæreditate,
puta, quia pater vult filium adire filius verò
non vult, fed reclamat, vt patet ex illis verbis
fiue pater adire filium fuæ integræ ætatis compellit,
& ille reclamandum exiftimat, & ex illis. *Et hæc*
quidem in ijs cafibus obferuanda funt, quibus di-
fcordia inter patrem, & filium vertitur, quæ nul-
lo modo poffunt ad eum cafum referri, quo
filius patitur labi tempus, vtpote, quo ftante
patris ignorantia non poteft aliqua inter eos
difcordia confiderari, *ut in propofito confiderãt*
Barba. in rubr. C. qui adm num. 147. Alex. in d. l.
1. num. 6. uerf. nam, fi bene, & ibi Cam Plaut. in
uerb. amittitur, num. 13. & Maffin. num. 116. C.
eod. Soc. Sen. in d. l. 1. num. 27. uerf. 2. limita ff. de
uulg. Trent. de fubft d. part. 1. cap. 6. nu. 15. uerf.
primo. Ergo in eo cafu, & fic in repudiatione
tacita non poteft cenferi correctum ius anti-
quum, & per confequentias difpofitio *d. l. ult.*
§. 1. C. de bon. quæ lib. locum quidem habebit
in repudiatione expreffa, fed non in tacita, *ut*
declarant Barba in d. rub. C. qui admit. nu. 147.
Alex. in d. l. is, qui hæret. 13. § fin. nu. 6. uerf. Item
in quantum, & num. 11. uerf. fed contra eum ff.
de acq. hæred. Trent. d. part. 1. cap. 6. num 23 uerf.
Nec obftat, & uerf. uerum hæc refponfio, & num.
24 uerf. uerum hęc declaratio.

Nec eft, quod refpondeas, difcordiam ibi
618 † fumi latè, & denotare non expreffum dif-
fenfum, & contradictionem, fed omnem de-
fectum confenfus. Itaque difcordes dici pa-
trem, & filium, quoties eorum voluntas in
vnum non concurrit *d. l. ult. §. ubi autem in*
unum, Quomodo refpondet Gozad. in d. l. 1. nu.
17. uerf. Non obftat, quod illa lex, quia verius eft
619 imo difcordiam ibi, † vt & alibi, denotare ex
preffam contradictionem *l. cum pater 79. §.*
dulciffimis ff. de leg. 2. quæ non verificatur, nifi,
cum filius exprefsè diffentit, & ita repugnat
paternæ voluntati, vt probant illa verba, *recla*
mandum exiftimat, quæ leguntur *in d l. ult. §. 1.*
Nec enim reclamare dicitur, qui tacet, fed,
qui cõtradicit, *ut in propofito confiderat Trent.*
d part. 1. cap. 6. nu. 15. uerf. primo. Quod autem
a contrario fenfu deducitur *ex d. §. ubi autem*
in unum, admitti patrem, fi in vnum non con-
currat vtriufque voluntas, debet ex præcedẽ-
tibus declarari, & intelligi, vt procedat, fi in
vnum non cõcurrant exprefsè, fecus, fi tacitè,
ut ibi rectè Trentac. explicat.

Non poffe autem correctionem factam in
cafu repudiationis expreffæ porrigi ad cafũ
repudiationis tacitæ patet ex eo, quia multa
funt, quæ in propofito non permittunt extẽ-
fionem: Primum enim tractatur de materia
correctoria, in qua licita non eft extenfio de
cafu ad cafum etiam ex identitate rationis,
620 † *ut tradunt omnes in Auth. quas actiones. C.*
de facr. Eccl. & in l fi uero 65. §. de uiro ff fol. mat.
Et in propofito confiderant Bart. in d. l. is. qui hę-
res. 13. § fin. num. 6 ff. de acq. hæred. Imol. in d. l fi
paterfa. 40. num. 10. uerf quod autem ff. de hęred.
inft. Crott. in d. l. re coniunctis, num. 167. uerf. a.
fallit.

Secundo verò tractatur de materia exor-
bitanti, in qua fimiliter extenfio non permit-
621 titur † *d. l. fi uera. 65. §. de uiro ff fol. matr. Et in*
bis

bis terminis considerant Castr. in d. l. 1. nu. 8. C.
qui adm. Soc. Sen. in d. l. 1. num. 27. uers. 2. limita
ff. de uulg. Crott. in d. l. re coniuncti nu. 167. uers.
2 fallit.

Tertio tractatur de facienda extensione a
casu vero a casum fictum, scilicet, quia, qui
patitur labi tempus, dicitur fictè, non verè re-
cusare, ut sentit Bart. in l. Clodius. 96. nu. 2. uers.
auspriuatur ff. de acq. hered. ideoque nō debet
622 permitti † l. 3 §. hęc uerba ff. de neg. gest. ut consi
derat Aret. in d. l. si, quis hęres. 13 §. fi. & ibi refert
Ias. num. 35.

Quarto demum tractatur de facienda ex-
tensione ad casum non eandem, sed diuersā
habentem rationem, scilicet, quia exclusio,
quæ fit per lapsum temporis, procedit a lege
623 † ut declarant Bart. in d. l. Clodius. 96. num. 2.
uers. Nisi posset dici ff. de acq. hęred, Bald in d. l. 1.
num. 27. uers. alij dicunt, & ibi Signo. de Homod.
num. 45 uers. sed aduertatis, & num. 50. uers. sed
quaeru, Ias. nu. 6. uers. Item adde, & Cam. Plaut.
in uerb. amittitur, num. 2. C. qui adm. Ias. in l. cū
quid 3. num. 11. ff. si cert. pet. & in d. l. si quis hę-
res. 14. §. fin. num. 22. ff. de acq. hęred. ideoque
fortior, & potentior est, quam expressa repu-
624 diatio, quę procedit ab homine † ut scribunt
Soc. Sen. in d. l. 1. num. 27. uers. 2. limita ff. de uulg.
Seba. Sap. in d. l. 1. num. 25. & ibi Cagn. num. 37.
uers. Declaratur 3. & Massin. num. 115. C. qui
adm. Virtus enim legis se extendit ad omnes,
cum alioquin repudiatio, tamquam hominis
factum non possit alteri afferre præiudicium
l. si unus 28. §. ante omnia ff. de pact. Ita ratioci-
nantur Bald. in d. l. 1. num. 27. uers. Alij dicunt,
& ibi Sign. de Homod. num. 45. uers. sed aduer-
tatis, & num. 50. uers. sed quero C. qui adm. Qua-
mobrem dicimus, plus nocere repudiationē
tacitam, quæ inducitur per lapsum temporis,
625 quam expressam, † uti uidere est apud Bart. in
d. l. 1. num. 13. & ibi Castr. num. 7. uers. sed contra
Ias. num. 6. Igu. num. 39. C. qui adm. Alex. in d. l.
si, qui hęres. 13. § fin. num. 6. uers. Item in quan-
tum, & ibi Ias. num. 22. & 31. uers. limita istam,
& nu. 32. uers. Adde ff. de acq. hęred. Ias. in d. l. cū
quid. 3. num. 10. ff. si cert. pet. Crass. in §. bonorū
possessio q. 15. Et fortiùs operari legalem ex-
clusionem, quę ex cursu temporis resultat,
quam expressam hominis recusationem,
l. facta. 63. §. si quis bonorum ff. ad Treb. Et pbat
626 † l. aduersus. 5. & ibi gl. in uerb. similitatis C. de usur.
iūcta l. Pręs. 12. C. de trāsac. Et similiter pbat c. de
quarta. extr. de pscript. iūcto c. 2. extr. de dona. Et
scribūt Bald. in d. l. 1. nu. 27. uers. Alij dicūt, & ibi
Sign. de Homo. n. 45. uers. sed aduertatis, Alex.
num. 6. uers. fortiùs, Ias. num. 6. uers. fortius C.
qui adm. Ias. in d. l. cum. quid. 3. nu. 11. ff. si cert.
pet. & in d. l. si, qui hæres. 13. §. fin. num. 22. ff. de
acq. hęred. Et simili modo dicimus, filium non
posse in pręiudicium patris repudiare expres
627 sè, posse tamen repudiare tacitè, † uti uidere
est apud Bart. in d. l. seruus. 7. §. fin. num. 2. ff. de
bon. poss. Sign. de Homod. in d. l. 1. nu. 49. uers. sed
quid hodie, & ibi Dec. in prima lect. num. 5. Cag.
num. 37. uers. Declaratur 3. & num. 52. uers. In
ea gl. ibi C. qui adm. Ias. d. l. si, qui hæres. 13. § fin.
num. 21. ff. de acq. hær. Et simpliciter de tacita re-
pudiatione Ias. in l. cum proponas. 3. nu. 20. uers.
tolle optimum C. de hęred. inst. Crass. in d. §. bono
rum possessio q. 15. Deniq; si filius expresse re-
pudiet, non nocere patri, si verò tacitè, noce-
628 re, † ut apud Cin. in d. l. 1. num. 10. uers. & si obij-
ciat & ibi Dec. in secunda lect. nu. 29. uers. postre-
mo, & Alcia. num. 18. C. qui adm. Bart. in d. l. ser-
uus. 7 § fin. num. 2. ff. de bon. poss. Alex. in d. l. si,
qui hæres 13. § fin. num. 11. uers. sed. si uelitis. &
& ibi Ias. num 6. ff de acq hæred. Ias in d. l. cum
quid 3. num. 10. uers. secundo confirmatur ff. si
cert. pet. Et simpliciter de tacita repudiatione
Alex. in d. l. si, qui hæres. 13. §. fin. num. 11. uers.
sed contra eam, & Treut. de subtilit. d. part. 1. cap.
6. num. 23. uers. uerùm hæc responsio. Quod no-
uum non est multa enim possunt fieri tacitè,
629 quæ non possunt expresse † l. actus legitimi 78.
ff. de reg. iur. l. nonnūquam. 51. ff. de cond. & dem.
Et in proposito scribunt Bart. in d. l. 1. nu. 13. C.
qui adm. Alex. in d. l. si, qui hæres. 13. §. fin. num.
6. uers. Item in quantum, & ibi Ias. num. 32. ff. de
acq. hæred. Barba. in d. rubr. C. qui adm. num.
147. Ias. in d. l. cum quid. 3. num. 19. ff. si cert. pet.
Et quædam perduntur negligentia, quæ non
630 perduntur expresso consensu † ut scribūt Cin.
in d. l. 1. nu. 10. uers. & si obijciatur, & ibi Bald.
numer. 27. uers. Alij dicunt C. qui adm. Ias. in
d. l. cum quid. 3. num. 11. ff. si cert. pet.

Secundo probatur hęc sententia, quia
631 † tacita filij repudiatio, quę ex lapsu tempo-
ris resultat, nocebat patri iure vetere, quo ma
ius habebat ius in bonis aduentitijs, quam ha-
beat hodie, scilicet quia hodie non habet, ni-
si vsumfructum, cum alioquin olim haberet
plenam proprietatem, vt ostendimus supra nu.
22. & 158. Ergo multo magis debet ei nocere
hodie, quo maius ius habet. Ita arguunt Cin.
in d. l. 1. num. 10. vers. si autem quæratur, & ibi
Sign. de Homod. n. 45. vers. sed aduertatis, Cagn.
num. 41. uers. sed quæremus C. qui adm. Bart. in d.
l. seruus. 7. §. fin. num. 2 ff. de bon poss. Soc. Sen in
d. l. 1. num. 28. uers. Confirmatur ff. de uulg. Crot.
in d. l. re coniuncti, num. 167. uers. secundo fal-
lit.

632 Tertio probatur, quia † exclusio, quæ fit
morte, & quę tempore parificantur l. ueluti. 4.
ff. de bon. poss. Sed exclusio, quæ fit morte filij,
nocet patri, ut ostendemus infra num. 685. &
seqq. Ergo & ea, quæ fit lapsu temporis, nocere
debet. Ita arguunt Bart. in d. l. si, qui hæres. 13 §.
fin. num. 6. uers. Praterea ff. de acq. hæred. Castr.
in d. l. 1. num. 8. C. qui adm.

633 Quarto probatur, quia † ratio, propter quā
pater excluditur, si filius deficiat morte, mili
tat etiam, quoties excluditur lapsu temporis:
Nam ratio est, quia ius patris fundatur in per-
sona filij, & ab ea capit originem, ideoque
sublato filio, quasi sublata rei origine. & cau-
sa tollitur, quicquid ordinatur ab illa, ut di-
ximus supra num. 472. & seqq. & dicemus etiam
infra numer. 691. & seqq. At hæc ratio mi-
litat etiam, quando filius excluditur tempore,
scilicet, quia deficit etiam tunc ius in persona
filij. Ergo debet etiam tolli ius patris, tamquā
ab illo dependens. Ita ratiocinatur Bald. in d. l.
1. num. 25. C. qui adm.

Quinto prædicta confirmātur ea ratione,
quia, cum bonorum possessio, quæ defertur
filio, etiam ad commodum patris, sit vna, &
634 eadem, † ut declarat Bald. ibi num. 27. uers. & si
quæras, & in ea filius consideretur, vt prior, pa
ter verò, vt posterior, in eodem tamen iure, &
tempore, Consequens est, vt cursu vnius, &
eiusdem temporis ita excludatur pater, vt fi-
lius

lius, quia, cum excludatur filius, qui est causa, debet etiam excludi pater, tamquam effectus dependens ab eo. *Ita ratiocinatur Bald. ibi nu. 27. vers. uel melius.*

635 Nec obstat, si dicatur, id procedere, † respectu causæ materialis, non etiam respectu causæ efficientis, quæ, quia pluribus potest attribui, ideo vno remoto non remouetur alter, sed ei consolidatur, & accrescit effectus *d. l. ult. §. 1. C. de bon. qua lib. l. si post mortē. 10. §. fin ff. de bon poss. contra tab. ut in proposito, & impugnando supradictam rationem considerat Bald. in d. l. 1. num. 27. uers. sed istud*, quia respondeo, negando causam efficientē posse in proposito pluribus attribui: Licet enim pluribus saltem subalternè attribuatur, quoties filius recusat, nō tamen sequitur, pluribus attribui, quoties patitur labi tempus, *ut supra dictū est.*

636 Sexto facit, quia † licet hodie repudiāte filio pater admitatur, non tamen præiudicatur alicui, cui secundum veteris iuris dispositionem ius esset quæsitum scilicet, quia filij repudiatio, tamquam nulla, non operabatur, vt bonorum possessio sequentibus defereretur, *sicuti ostendimus supra num. 500. & seqq.* At, si filio excluso tempore admitteretur pater, fieret præiudicium alijs, quibus ex veteris iuris dispositione ius esset quæsitum, quia statim atque lapsum est tempus, bonorum possessio defertur sequentibus *d. l. 1. § quibus ff. de succ. ed. d. §. cum igitur Inst. de bon poss.* Ergo, ne hoc contingat, dicendum potius est, non admitti patrem si filius tempore sit exclusus. *Ita ratiocinatur Trentac. de subst. d. part. 1. cap. 6. nu. 15. uers. 3 & ultimo.*

637 Septimo, & vltimo confert, quia, † aut pater vult admitti ex persona propria, quasi nullam habeat a filio dependentiam, Et non potest, quia alioqnin sequeretur, mortuo filio posse patrem adire, quod falsum est, *ut ostēdemus infra num. 685. & seqq.* Aut verò vult admitti ex persona filij, & quasi in ipsius locum subrogatus, Et nec etiam potest, quia debet agnoscere intra tempus præfixum ei, in cuius locum facta est subrogatio *l. cum in antiquioribus 19. C. de iur. delib.* Quod in proposito facere non potest, cum tempus sit elapsum. Ergo nullo modo potest admitti. *Ita arguit Trenta. d. part. 1. cap. 6. nu. 15. uers. secundo mouētur.*

Neque huic sententię obstāt contraria: Ad primum enim respondeo negando *l. fin.* comprehēdere eum casum, quo filius sit exclusus tempore, scilicet, quia loquitur in terminis, in quibus inter patrem, & filium vertitur discordia, quę non potest in negligente considerari, *ut ostendimus supra nu. 617.*

Nec obstat, quod loquatur de filio qui recusat, & recusare dicatur etiam *is* qui patitur labi tempus, quia, cū talis recusatio non sit expressa, sed tacita, seu pręsumpta, fit, vt ad eam non possint verba pręd. legis loquentis de discordia, & sic de expressa cōtradictione adaptari, *ut ostendimus num. 619.*

Ad secundum verò respondeo, imo esse correctoriam, siue spectemus facultatem repudiandi, quæ datur filio, siue facultatem adeundi, quæ datur patri: Nam in facultate repudiandi est correctoria, quia iure vetere, neque filius sine patre, neque pater sine filio repudiare poterat *d. l. is, qui heres. 13. §. fin ff. de acq. hered.* quod tamen hodie vtrique facere permissum est ad sui, non etiam alterius præiudicium, *ut ostēdimus supra num. 436. & seqq. Et in proposito consider. at Cagn. in d. l. 1. num. 41. uers. quamuis C. qui adm.* In facultate verò adeundi est correctoria, quia recusante filio non poterat olim pater adire, quod hodie potest, *ut ostendimus supra num. 163. & 351.* Quamobrem eius dispositio non est extendēda a casu repudiationis expressę de qua loquitur, ad casum repudiationis tacitæ, *per ea, quæ diximus supra num. 620. & seqq.*

Nec obstat, quod eadem videatur vtriusq; repudiationis ratio, quia verius est, imo rationē esse diuersā, *ut patet ex ijs, quæ diximus supra num. 623. & seqq* &, dato etiam, quod esset eadem, non tamen posse fieri extensionē, quippe, quæ in correctorijs nō permittitur, etiam ex identitate rationis, *ut diximus supra num,* 620.

Ad tertium respondeo, licet in proposito fortior & potentior sit repudiatio tacita, quā expressa, non tamen hoc esse absurdum, *ut patet ex ijs, quæ diximus supra num. 624. & seqq.*

Nec obstat, quod regulariter maior nō sit virtus taciti, quam expressi, quia respondeo
638 distinguendo, † aut tacitum dependet a mera voluntate, & dispositione hominis, Et verùm est, maiorem non esse vim taciti, quam expressi sed, aut parem, aut etiam minorem, *secundum ea quę diximus in argumēto cōtrario, quæque in his terminis procedunt.* Aut verò tacitum non solum dependet ab homine, sed etiam a lege, prout euenit in omnibus casibus, in quibus negligentia coniuncta est cum cursu temporis qui continet exclusionem legalem, *ut diximus supra num. 623.* Et tunc verius est, tacitum esse potentius, quam expressum. *Ita distinguunt Ias. in d. l cum quid 3, num. 16. uers. secunda conclusio ff. si cert. pet. & Dec. in d. l. 1. in prima lect. num 6. uers & conclusio, & in tertia num. 49 uers. & conclusio C. qui adm.* Et in his terminis procedunt ea, quæ diximus *supra num. 624. & seqq.*

Ratio autem diuersitatis est, quia lex in rē operatur, & ius ab omnibus excludit, cum alioquin homo non operetur, nisi in personā, & sibi, non etiam alijs præiudicet. *Ita ratiocinantur Bald. in d. l. 1. num. 27. uers alij dicūt, & ibi Sign. de Homod num 45. uers. sed aduertatis C. qui adm. Ias. in d. l. cum quid. 3. num. 11. ff. si cert. pet.*

Minus obstat, quod si repudiatio tacita est potentior expressa, sequitur, si expressa facit locum patri, multo magis debere ei locum facere tacitam, & ita argumētum retorqueri, quia respondeo, quod dicimus, repudiationē tacitam esse potentiorem expressa, procede-
639 re † nocendo, non proficiendo scilicet, quia nocet, non solum ei, qui per negligentiam patitur labi tempus, sed etiam alijs, quibus expressa renuntiatio non noceret, *ut patet ex ijs, quæ diximus supra num. 624.* sed non proficit eis, quibus expressa non proficeret. Itaque, licet repudiatio tacita noceat patri, cui non noceret expressa, non tamen sequitur, si expressa facit locum patri, Ergo multo magis debet facere locum tacita, quia hoc modo

po-

potentior censeretur proficiendo, non nocendo, quod esse nequit. *Et ita sentiunt omnes, quos retulimus supra num 624 & seqq.*

Ad quartum respondeo, exclusionem, quæ fit repudiatione, & quæ tempore æqui-
640 parari, † quoad eos, qui veniunt ex persona propria vi sunt substituti, cohæredes, & venientes ex successorio edicto: Nam hi sicut admittuntur, si præcedens excludatur repudiatione, ita etiam admittuntur, si excludatur tempore. *vt patet ex locis in contrariis allegatis*. Cæterũ in patre, qui venit ex persona filij, verius est, non æquiparari, quia, licet pater admittatur, si filius repudiet, non tamen admittitur, si tẽpore excludatur, *vt diximus supra n.614.* scilicet, quia, si repudiet exclu ditur facto suo, quod non potest præiudicare patri, si vero patiatur labi tempus, excluditur facto legis, quæ tàm filio, quàm patri præiudicare potest, *vt diximus num.624.*

Ad quintum deniq; respondeo, negando cessare causam: Nam tacita filij repudiatio ideo olim nocebat patri, quia transacto tempore censebatur, quoad vtrunque amissa bonorũ possessio *d. l. 1. C. qui adm.* At hæc ratio militat etiam hodie, quia, cum censeatur amissa, quoad filium, qui cõsideratur, vt persona principalis, debet etiam censeri amissa, quoad patrem, qui venit accessoriè, *vt diximus supra num. 591.* Ergo ita hodie, vt olim debet patri nocere.

Sed hoc verum est, si filius per simplicem negligentiam patiatur labi tempus. Cæterũ, si per malitiam, ad hoc scilicet, vt patri noceat, & quæramus, an effectu ei præiudicet, ita, vt non possit ampliùs agnoscere bonorũ possessionem, constat rem esse valdè controuersam: Nam plerique censuerunt, etiam in
641 hoc casu patri nocere. † *Ita enim censuerunt Polit. de subst. d. tit de vulg part. 3. num. 39 vers. sed vtrunque, Barbat. in d. rub C. qui adm. num. 147. vers Idem videtur dicendum. Gozad (licet sub dubio) in d. l 1. num. 17. vers retenta tamen communi, & ibi Dec in secunda lect. nu. 29 vers. sed aduertendum, & in tertia num. 105. Nig nu. 21. vers. sed contrarium, Zuccard num. 49 vers. quæ limitatio, Cam. Plaut. in verb amittitur. nu. 20. C. qui adm Calanch in d. l 1. num 40. vers. hoc enim puto ff. de vulg Trentac. de subst. d. part. 1. cap. 6. num. 15. vers. & hoc procedit.* Mouentur autem, vt ita sentiant.

642 Primo, quia † leges dicentes, excludi patrẽ, si filius patiatur labi tempus agnoscendæ bonorum possessioni præfinitum, loquuntur indistinctè. *vt videre est in d. l. 1. C qui adm. & d. l. fin. ff. quis ord.* Ergo etiam indistinctè sunt accipiendæ, ita, vt procedãt, siue filius patiatur labi tempus per simplicem negligẽtiam, siue per malitiam. *Ita arguunt Polit. d. part. 3 num. 39 vers. sed vtrunque Dec. in d. l. 1. in 2. lect. num. 29. vers. sed aduertendum, & in 3. nu. 505. & ibi Cam. Plaut. in verb. amittitur. n um. 20.*

Secundo mouentur, quia, qui potest alicui præiudicare sine fraude, potest, & cum frau-
643 de † *l qui autem 6. in prin. & § si seruum ff. quæ in fraud. cred.* Sed filius, cui delata est bonorum possessio potest sine fraude præiudicare patri patiendo labi tempus, *vt supra dictum est.* Ergo poterit etiam cum fraude. *Ita arguunt Zuccar. in d l. 1. num. 51. vers. 4. & Trentac. d. part. 1. cap. 6. numer. 15. vers. & hoc procedit.*

644 Tertio mouentur, quia † ratio, quæ facit, vt filij negligentia noceat patri, militat etiã, quando filius malitiosè procedit: Nam ratio est, quia cũ negligentia filij concurrit etiã lapsus temporis, qui continet exclusionem legalem, quæ fortior, & potentior est, quam hominis renuntiatio, *vt diximus supra num. 624.* At hæc ratio militat etiam, quãdo filius malitiosè procedit, scilicet, quia tempus ita currit ei, qui per malitiam nõ agnoscit, vt ei, qui non agnoscit per simplicem negligentiã, cum indistinctè currat ei, qui scit bonorum possessionem sibi esse delatam, & eam potest
645 agnoscere, nec agnoscit, † *l. 2. in prin ff. quis ord. Et in proposito considerat Nig. in d. l. 1. nu. 21. vers. sed contrarium.* Ergo etiamsi per malitiam nõ agnoscat, ita debet præiudicare patri, vt, si nõ agnosceret per simplicem negligentiam. *Ita arguunt Dec. in d l. 1. in sec. lect. num. 29. vers. sed aduertendum, & in 3. numer. 505. & ibi Nig. num. 21. vers. sed contrarium.*

Nec obstare videtur, quod, licet in proposito subsit cursus temporis, qui cõtinet legalem exclusionem, cum eo tamen concurrit malitia, seu fraus, & dolus filij, & sic factum hominis, quod patri nõ potest afferre p̃iudicium, quia respondent, maliriam, siue fraudẽ non debere in proposito considerari, *vti videre est apud Cam. Plaut. in d l. 1. in verb. amittitur nu. 21.* Nam, cum principalis causa exclusionis non sit malitia, sed lapsus termini, *vt declarat Polit. d part. 3. n. 39. vers. sed vtrumque.* Consequens est, vt, licet cum eo concurrat fraus, non tamen impediat, quin exclusio dicatur fieri a lege, & per consequentias plus noceat, quam expressa hominis recusatio *secundum regulam, quam retulimus supra nu 624. Ita in proposito respondet Zuccar. in d. l. 1. num. 51.*

Quarto mouentur, quia in repudiatione tacita ius antiquum mutatum nõ est, sed adhuc hodie procedunt ea, quæ olim obtinebant, *vt diximus supra num. 613.* Sed olim lapsus temporis nocebat patri, etiam si filius p malitiam passus esset id labi, *vt declarant Polit. d. part. 3. num. 39. vers. 2. & Cagn. in d. l. 5. num. 37.* Ergo debet etiam nocere hodie. *Ita arguit Gozad. in d. l. 1. num. 17. vers. retenta tamen communi.*

Quinto, & vltimo facit, quia dispositio *l. fin. C. de bon. quæ lib.* quæ ius adeũdi vel agnoscendi tribuit patri locum habet, si filius patri iubenti, vt adiret, vel agnosceret, reclamandum existimauerit, *vt ostẽdimus supra n. 617.* Sed, qui negligit etiam per malitiam, nõ reclamat, quia reclamare non dicitur, nisi, q expressim contradicit, *vt diximus ibi nu. 619.* Ergo filio etiam per maliriã negligente non erit prædictæ dispositioni locus. *Ita arguit Barbat. in d. rub. C. qui adm. num. 147. vers. Idẽ videtur dicendum.*

His tamen non obstantibus verius puto, quod alij frequentiùs tradiderũt scilicet negligentiam filij coniunctam cũ malitia non nocere patri, sed operari, vt pater ipse per se possit hæreditatẽ, vel bonorũ possessionem
646 acquirere. † *Ita enim rectè censuerunt Bart. in d. l. 1.*

d.l.ii,qui haret.13.§.vlt.nu 6.verf. Praterea, & ibi Alex. num.6.verf.Item limita, & Iaf. nu. 39. ff.de acq.hered.Imol in d.l.fi paterfa. 40. nu. 10. verf.quid autem ff.de hered. inft. Alex. in d. l. 1. num.6.verf.Ibi tamen limitat, & ibi Cagn. nu. 37.Ign.n.39. verf. Fallit ista conclufio, & Maf fin.num.109.C.qui adm.Soc.Sen.in d.l. 1. num. 27 verf.hac tamen limitatio ff. de vulg. Trentac. de fubftit d part.1 cap. 7. numer. 12. Craff. in d. §. bonorum poffeffio q. 15. Moueor autem, vt ita fentiam, eo fundamento, quod commu-
647 niter adducitur, fcilicet, quia, † quoties filius recufat fuccefsionem fibi delatam, non nocet patri, fed operatur, vt ipfe per fe poffit eã acquirere *d.l.vlt. §. 1. C. de bon. qua lib.* Sed, quando malitiosè negligit adire hæreditatē, vel agnofcere bonorum poffeffionem, cen-
648 fetur eam recufare, † quia recufari cenfetur hæreditas non tantum verbis, fed etiam re, & alio quolibet indicio voluntatis. *d.l. recufari 94 ff de acq hared.* Quia ratione dicimus, eũ, qui fciens et negligit hæreditatem, cenferi eã
649 recufare, † *vti videre eft apud Bart.in d.l.recufari, n. 1. & ibi Imol. n. 2.* Ergo pinde debet facere locũ patri, ac, fi verbis recufaffet. *Ita arguunt Soc. Sen in d. l. 1. n 27.verf.hac tamen limitatio, Cagn.in d.l.1.nu.37 C.qui adm. Trent. d. part. 1.cap.7.num.12.*

Nec eft, quod refpondeas, cenferi quidem
650 recufare, fed † tacitè, non expreffè, ideoq; nõ facere locum patri, cum difpofitio *d. l. fin. §. 1.C.de bon.qua lib.* non habeat locum, nifi filius reclamet, & ita expreffè recufet, *vt fupra dictum eft, Et in fpecie refpondet Cam. Plaut.in d.l.1.in verb.amittitur, nu. 23.* quia verius eft, imo cenferi recufare expreffè, non tacitè, nõ quidem verbis, fed facto, quod ad declarandam mentem hominis folet effe verbis potē-
651 tius † *l fi tamen 48.§.ei,qui ff de fucceff.edict.cap. dilecti 52.extr de appell.Soc Iun. confi. 98. num. 13. verf. Imo dico vol. 1. Neuiza. in fua fylu. nupt lib 6.nu. 16. Men.conf. 110.num.2. & conf. 507. num 15* Nam diligenter obferuandum eft, non poffe filium cenferi per malitiã ne-
652 gligere, † nifi id colligatur ex aliquo actu extrinfeco, ex quo deduci poffit fraudis coniectura, puta, quia, filius monitus à cognatis, vel amicis, vt bonorum poffeffionem fibi delatam, tanquam lucrofam agnofceret, non obftante abfentia patris, renuerit capere, vel aliquo alio figno declarauerit, fe non curare talem hæreditatem? Nam tunc non eft dubitandum, quin cenfeatur recufare, non quidem verbo, fed facto, *fecundum regulam d l. recufari 94. ff. de acq. hered.* Alioquin, fi nullus actus extrinfecus interuenerit, non effemus in terminis quæftionis propofitæ, fed in terminis fimplicis fcientiæ & negligentiæ filij quæ patri nocet, *vt oftendimus fupra num. 613 & feqq.* At, cum factum extrinfecum interuenit, tunc, quia non verfamur in terminis fimplicis negligentiæ, fed in terminis recufationis, quæ facit locum patri, ideo non eft dubitandum, quin filio per malitiam differente, poffit pater, aut hæreditatem adire, aut bonorum agnofcere poffeffionem.

Neque huic fententiæ obftant contraria: Ad primum enim refpondeo, leges illas procedere indiftinctè, fi refpicimus ad ius antiquum, quo patri ius adeundi, vel agnofcendi nullo cafu competebat. Cœterùm, fi refpicimus ad ius nouum, magis effe, vt neceffariò debeant recipere diftinctionem, vtrum fcilicet fimplex adfit temporis lapfus, an verò cum eo concurrat etiam filij recufatio: Nam, fi fimplex interueniat temporis lapfus, qui ex filij negligentia procedit, certius, & receptius eft, excludi patrem, *vt oftendimus fupra n.613.* Quod, fi cum lapfu temporis concurrat etiam filij recufatio, prout concurrit, quando filius aliquem fecit actum extrinfecum, ex quo colligimus, eum non per fimplicem negligentiã, fed per malitiam nõ agnofcere, tunc verius eft, fieri locum patri, prout fit in omnibus cafibus, in quibus filius recufat agnitionem. *d.l vlt. §.1.C.de bon qua lib.*

Ad fecundum verò refpondeo, id proce-
653 dere † quoties ei, cui paratur præiudicium, nullum ad rem ius competit ex perfona propria: Tunc enim verum eft, poffe ei præiudicari, fiue fraus interueniat, fiue non: Exemplum fit in creditoribus eius, cui hæreditas eft delata, vel relictum legatum: Nam quia nullum ex perfona propria remedium habēt quo poffint ad res hæreditarias, vel ad legatũ afpirare, nifi debitor adeundo, vel agnofcendo incipiat eas habere in fuo patrimonio, ideo, fi habere nolit, fed eas repudiet, fiue ꝑ fraudē, fiue non, femper afferet creditoribus fuis præiudicium, fcilicet, quia operabitur, vt illi nõ poffint fuper huiufmodi bonis, tanquam non exiftentibus in patrimonio fui debitoris aliquod ius habere *d. l. qui autem 6. in prin & §. fi feruum ff. qua in fraud. cred.* Idē eft, & fi quis filiofa. vel feruo alterius velit rē aliquam donare, vel tradere poffeffionē: Nam, quia priùs, quam res per filium, vel feruum acquiratur, nullum patri, vel domino ius competit, ideo, fi filius, vel feruus nolit acquirere, ꝑiudicabit patri, vel dño, fiue id faciat fraudulēter fiue nõ, *vt declarat Cam Plaut in d.l.1.in verb amittitur,n.20.C.qui adm.* Cœterùm, fi is, cui præiudicium infertur, aliquo cafu ius habeat ad rem confequēdam ex ꝑfona propria, prout habet pater, cum filius recufat, quo cafu poteft per fe ipfum adire, & fiui quærere fucceffionem, verius eft, multũ referre, vtrum quis non faciat per fimplicem negligentiam, an vero per malitiam, quia, fi per fimplicem negligentiam, nocebit, fi verò per malitiam, non nocebit, *vt fupra dictũ eft.*
654 Et ratio eft quia, † cum per fimplicem negligentiam omittitur, nõ interuenit recufatio, fed fimplex temporis lapfus, qui legalem continet exclufionem. At, cum per malitiam non agnofcit, interuenit recufatio, non quidem verbis, fed facto expreffa, quæ patri facit locum.

Ad tertium refpondeo, negando vtroque cafu militare eandem rationem, quia, vt fupra dictum eft, vno cafu interuenit fimplex temporis lapfus, qui non hominis, fed legis continet exclufionem. At alio cafu cum lapfu temporis interuenit recufatio, quæ, licet filio præiudicet, & eius exclufionē operetur, non tamen præiudicat patri, fed efficit, vt pater ipfe, quafi impleta cõditione, fub qua vocatus eft, poffit adire hæreditatem, vel agnofcere bonorum poffeffionem.

Ad quartum refpondeo, ius antiquum nõ effe

esse mutatum in negligente, sed esse mutatū in recusante, qualis censetur is, qui per malitiam non agnoscit, *vt supra demonstratū est*, ideoq; nil mirū, si vocet pater, quoties filius per malitiā nō agnoscit, licet nō vocet, quoties nō agnoscit per simplicē negligentiā, q́a pater vocatur, cum filius recusat, non etiam, cum tempore exclusus est.

Nec est contrarium quod, sicut olim filius nocebat patri, etiamsi per malitiā passus esset labi tempus, ita etiam debeat nocere hodie, cum in temporis lapsu ius antiquum mutatū non sit, quia verius est, in hoc mutatum esse ius antiquum; Nam olim ideo filius nocebat patri, etiamsi per malitiam non agnouisset quia, licet eo modo censeretur hęreditatē recusare, non tamen permissum erat patri, vt recusante filio adire posset, q́ alioquin hodie permissum est.

Ad quintum, & vltimum respondeo, Iustiniani constitutionem non esse ita strictè intelligendam, vt eo tantum casu tribuat patri ius adeundi, vel agnoscendi, quo filius reclamat, & sic verbis declarat, sed nolle adire hæreditatem, sed intelligenda est de omni casu, quo, vel verbis, vel facto, vel alio indicio voluntatis apparet, filium recusare, *secundum d.l. recusari 94. ff. de acq. hered. Et in proposito sentit Nig. in d.l. 1. num. 21. vers. contra istam C. qui adm.* Vnde, quia patiēs labi tempus per malitiā, dicitur en effectu recusare, ideo fit, vt etiam de eo sit prędicta lex intelligēda.

Quintus casus est, quando pater ignorauit bonorum possessionem esse filio delatam, filius vero sciuit, sed non potuit illum certiorare, Et tunc si quæramus, an a die scientiæ filij cedat tempus, ita, vt eo transacto nō possit ampliùs bonorū possessio agnosci. distinguendum est similiter ius antiquum a iure nouo: Nam iure, antiquo scientia filii non erat sufficiens ad hoc, vt dies cederēt, sed necessarium erat, vt filius posset certiorare patrem, ideoq; quandiu hoc facere nō poterat,
655 tandiu non currebat tempus † *d.l. fin. in prin. ff quis ord. Et scribunt glo. in d.l. 1. in verb. ignorante, vers. vel dic, & ibi Cin num. 7. Castr. num. 3. 7. & 8. vers. si vero non potuit, Alex. num. 14. Nig. num. 30. vers. sed iuxta, Purp nu. 88. vers. est verum, Cagn num. 36. Cam. Plaut in verb. amittitur; num. 18. & Massin. num. 58. 248. & 300. C. qui adm. Polit. de substit. d. tit. de vulg. part. 3. num. 39.* nec eo transacto censebatur amissa bonorum possessio, *vt declarant Cagn. in d.l. 1 num. 36. & ibi Massin. num. 300. Cuiac. ad eund. tit. C. qui adm.* Quamobrem dierū lapsum temporis, siue scientiam filij, qui non potuit certiorare patrem, nec filio, nec patri
658 nocuisse, † *vt de filio scribunt Cin. in d.l. 1. nu. 10. vers. Iac. vero & ibi Gozad. num. 6. De patre vero Petr. de Bellap. in d.l. 1. num. 18. & ibi Cin. num. 8. Sign. de Homod. nu. 43. vers. contra hoc, De utroq. demum Bart. in d. l. seruus 7. §. fin. n. 2. ff. de bon poss. & Castr. in d.l. 1. num. 8. vers. si vero non potuit.* Non patri, quia, si filius māsisset in eiusdem potestate, poterat adhuc intra tempus agnoscere, & illi bonorum possessionis emolumentum acquirere, *ut declarat Castr. in d.l. 1. num. 8. vers. si vero non potuit,* Neq; filio, quia, si ante agnitionem fuisset emancipatus, aut alio modo factus sui iuris, poterat suo arbitrio agnoscere, & sibi pleno iure sibi acquirere successionem, *ut ibi Castr. rectè declarat*; Idque locum habebat, etiam si intra tempus non agnouisset, quia, licet trāsactus esset annus, vel centum dies, nihilominus poterat agnoscere, si antea non habuerat commoditatem certiorandi patrem. *vt declarat Petr. de Bellap. in d.l. 1. num. 11. vers. Opp. dicit*, Et ratio est, quia, cum non posset eam cum effectu agnoscere sine voluntate patris, *ut ostendimus supra nu. 236.* & eius exquirendæ, & obtinendæ facultatem non haberet priùs, quam eum posset facere certiorem, nil erat, quod ei posset imputari, *ut considerat Cin. in d.l. 1. num. 10. vers. Iac. vero.* Et, si dicas, potuisse saltem imputari, cur intra tempus non agnosceret, cum hoc facere posset etiā ignorante patre, respondet Marcellus *in d.l. fin. vers. quari ff. quis ord.* imo, ne hoc quidem respectu potuisse quicquam ei imputari, q́a cum agnitio non secuta ratihabitione esset inutilis q́d ei potuit imputari, cur non agnouerit, cum etiam, si agnouisset, inutilis, & frustratoria esset futura agnitio ante, quam patrem certiorare potuisset? *Ita explicat Castr. in d.l. 1. num. 8. vers. si vero non potuit.*

Nec obstat, quod dies agnoscendæ bonorū possessionis cedunt ei, qui scit, & potest *l. 2. in princ. ff quis ord.* & vtrunque videretur olim in filio concurrere, cum supponamus eum sciuisse bonorum possessionem sibi esse delatam, & potuisse, etiam inscio patre eam agnoscere, non sit dubitandum, quia respōdeo, negādo vtrumq; concurrisse: Nam in eo deficiebat potentia, scilicet, quia poterat quidem agnoscere, sed inutiliter, & sine effectu, nisi patris secuta esset ratihabitio, quæ, quia interuenire non poterat, nisi pater certioraretur, ideo fit, vt antea non rectè dicatur filius potuisse agnoscere bonorum possessionem & per consequentiam, vt, quasi deficiente vno ex duobus requisitis non debuerit ei currere tempus. *Ita ratiocinantur Castr. in d.l. 1. num. 8. vers. si vero non potuit. & ibi Cagn. nu. 36.* At hodiè refert, vtrum loquamur de bonorum possessione profectitia, an verò de aduētitia: Nam, si de profectitia, nihil ex antiquo iure mutatum est, *vt ostendimus supra num. 155.* Itaque, si filius non possit certiorare patrem, lapsus temporis, nec ei, nec patri nocebit, *secundum ea, quæ supra diximus. Ita in proposito declarant gl. in d.l. 1. in verb. transacto tempore, vers. quod vltimum, & ibi Cin. num. 10. vers. & verum, Bart num. 11. Castr. num 7. vers. sed, si esset C qui adm. gl. in d. l. fi. in verb. dies centum ff. quis ord.* Quod, si loquamur de bonorū possessione aduentitia, & quęramus, an, ex quo filius scit bonorum possessionē sibi esse delatam, currat tempus, etiamsi patrem certiorare nequeat, distinguēdum est; Aut enim quærimus, an currat tempus in eiusdem filij, prędiudicium, ita, vt eo transacto censeatur is ab agnoscendi iure exclusus, Et est receptū
657 currere † *vti videre est apud Cin. in d.l. 1. num. 10. vers. Iac. vero, & ibi Alex. nu. 10. vers. fateor, & nu. 14. vers. de iure tamen, & Polit. de substit.*
658 *d. tit. de vulg. part. 3. num. 39.* quia, † cum possit etiam ignorante patre, & cum effectu agnoscere bonorum possessionem, ita, vt ad agnitionis validitatem non sit ampliùs ne-

çessaria ratihabitio, *ut ostendimus supra num. 330. & seqq.* Consequens est, vt nec etiam sit necessaria certioratio, siue scientia patris, *vt declarant Burt. in d. l. 1. num. 11. venio ad tertiam, & ibi Alex. nu. 10. vers. fateor C. qui adm.* quippe quæ solum ad effectum ratihabitionis erat necessaria. Quamobrem, si filius, ex quo sciuit bonorum possessionem sibi esse delatam, eam non agnouerit, sed passus sit labi tempus præfinitum, ea res ipsi nocebit, *vt scribunt ij, quos retulimus supra num. 657.* Aut verò quærimus, an tempus currat in præiudicium patris, ita, vt eo transacto, non solũ censeatur exclusus filius, sed etiam pater, an verò potiùs debeat ei fieri locus, constat, rem esse controuersam: Nam plerique censuerũt, temporis cursum in hoc casu nõ nocere pa-
659 tri. † *Ita enim censuerunt Zuccard. in d. l. 1. num. 70. C. qui adm. & Trent. de substit. d. part. 1. cap. 6. num. 17.* quia, aut volumus ius antiquum mutatum esse non solum in repudiatione expressa, sed etiam in tacita, *vt volunt ij, quos retulimus supra num. 601.* Et res est clara, quia pater excluso filio poterit adire, & sibi pleno iure emolumentum acquirere, *secundum ea, quæ ex illorum sententia retulimus in casu præcedenti, quæque multo magis in his terminis procederent.* Aut verò volumus in repudiatione tacita non esse mutatum ius antiquum, *vt est verior, & receptior Dd. opinio, sicuti ostendimus supra num. 613. & seqq.* Et ex hoc sequitur, talẽ repudiationem nõ nocere patri, scilicet, quia nec olim ei præiudicabat, quoties a filio certiorari non poterat, *vt supra demonstratum est. Ita arguunt Zucca. in d. l. 1. num. 70. C. qui adm. & Trent. in d. part. 1. cap. 6. num. 17.*

Sed hoc non obstante verius, & receptius est, etiamsi filius non possit certiorare patrẽ nihilominus hodiè currere tempus a die sciẽtię filij, etiam in præiudicium patris, ita, vt eo transacto censeatur, etiam quoad eum amis-
660 sa bonorum possessio. † *Ita enim censuerunt gl. in d. l. 1. in verb. transacto tempore, vers. quod vltimum, & ibi Cin. num. 10. vers. si autem quæritur, Castr. num. 7. vers. sed hodiè, Alex. num. 14. Iac. de Nigr. num. 30. vers. sed iuxta, & num. 31. vers. mihi tamen, Cugn. num. 36. & 48. vers. hæc tamen inuestigatio, & Sap. nu. 65. C. qui adm. Burt. in d. l. seruus. 7. §. si num. 2. ff. de bon. poss.*
661 quia, † si lapsus tẽporis nocet filio, debet etiã per consequentias nocere patri, per ea quę diximus in casu præcedenti, quęque militant etiam in his terminis.

Nec obstat, quod, si ius antiquum mutatũ non est in repudiatione tacita, sequitur, cursum temporis non debere hodie nocere patri, quoties filius non potuit eum certiorare, cum nec olim ei noceret, quia respondeo, nõ esse mutatum ius antiquum in regula, sed in casu regulę Nam, sicut olim filij negligentia quæ nocebat ipsi filio, nocebat etiam patri, ita etiam hodie, *vt ostendimus in casu præcedenti num. 613. & seqq.* Itaque in hoc, in quo consistit regula, ius antiquum non est mutatum, sed est mutatum in casu regulę, quia, licet olim cursus temporis neque filio, neque patri noceret, quoties filius non poterat certiorare patrem, hodie tamen vtrique nocet, quia, cũ noceat filio, debet etiam per consequentias nocere patri, qui venit ex persona filij, & tam quam ad ius illi delatum, *secundum ea, quæ diximus supra num. 472. & seqq.* Olim enim ideò non nocebat patri, quia nec nocebat filio, quippe, qui non poterat cum effectu agnoscere bonorum possessionem sine voluntate patris, hodie verò, quia potest eam etiam ignorante patre cum effectu agnoscere, ideo, si nõ agnoscat, sed per negligentiam patiatur labi tempus, sicut sibi nocet, ita etiam debet nocere patri ex prędicta regula, quę non est hodie correcta, *vt supra dictum est.*

Sextus, & vltimus casus est, quando filius ignorat, bonorum possessionem sibi esse delatam, pater verò scit, & est negligens in admonendo filio, aut ei iubendo, vt illam agnoscat, Et tunc, si quæramus, an dies cedant, ita vt iis transactis non possit ampliùs bonorum possessio agnosci, eaque ratione fiat substituto, vel coniuncto locus, constat esse distinguendum: Aut enim quęrimus, an dies cedãt vt noceatur filio, an verò, vt noceatur patri.

Et, si quidem quæramus, an cedant, vt noceatur filio, dubitationem in primis facit *l. seruus. 7. §. fin. ff. de bon. poss.* ubi Vlpianus *dies*, inquit *quibus tutor, aut pater scit, cedere placet;*
662 Nam, † cum simpliciter, & indistinctè dicat dies cedere, Consequens videtur, vt indistinctè sit etiam intelligendus, ita, vt cedant, tam ad incommodum, quam ad commodum, & tam respectu filij, quam respectu patris.

Secundo facit dubitationem illud, quia scientia, & negligentia filij nocet patri, *vt diximus supra num. 595.* Ergo, è contra scientia, & negligentia patris debet nocere filio, scilicet, quia pater, & filius sunt correlatiua, & dispositum in vno ex correlatiuis censetur etiam dispositum in alio *l. fin. C. de ind. vid. toll.*

Tertio dubitationem mouet illud, quia filio recusante hęreditas defertur patri *d. l. vlt. §. 1. C. de bon. quæ lib.* Ergo & filio ignorante *Ita ratiocinantur Sap. in d. l. 1. num. 66. C. qui adm. vbi propter hanc rationem dubitat de veritate illius, quod dicitur, patris scientiam non nocere filio, licet relinquat cogitandum.*

Quarto multo magis videtur hoc dicendũ si spectemus ius antiquum: Nam, quia iure vetere non tractabatur de interesse filij, sed tantum de interesse patris, quippe, cui soli debebat, emolumentũ pleno iure acquiri, ideo videbatur ad acquisitionem, vel amissionem bonorum possessionis illius tantum scientia attendenda, *sicuti ratiocinatur Castr. in d. l. 1. num. 7. vers. posset quis dicere C. qui adm.*

Verùm his non obstantibus certi iuris est, patris scientiam, & negligentiam ignorantu filio, nec olim nocuisse, nec hodie nocere,
663 † *vt simpliciter loquentes scripserunt Bart. in d. l. seruus. 7. §. fin. in prin. & num. 1. ff. de bon poss. Sign. de Homod. in d. l. 1. num. 45. vers. Item opp. & num. 48. & ibi Alex. num. 7. vers. Non obstat, Gozad. num. 17. Nig. num. 22. & 57. vers. Confirmo, Cagn. num. 43. Zuccar. num. 135. Cam. Plaut. in vers. admittitur, num. 4. & Massin. num. 67. 279. & 299. C. qui adm. Polit. de substit. d. tit. de vulg. part. 3. num. 40. & 41. vers. Nec obstat, & Cuiac. ad eund. tit. C. qui adm. Et specialiter de iure vetere constat ex l. 3. ff. quis ord. Et scribunt*

Burt.

Bart. in d. l. seruus 7. § fin. n. t. vers. videtis ff. de bon poss. Sign. in d l t. n. 50. C. q. adm. De vtroq; vero scribit Cin. in d. l. t. n. 10. & ibi Petr. de Bellap. n. 18 & 20. Sign. num 48. & 49 vers. sed videam⁹ & vers. sed contra, & n 52. vers. sed cõtra,

664 *Nig nu & illud C. qui adm.* quia, seu bonorũ poss. filio non patri, sed filio deferatur, *vt diximus supra num. 171.* Consequens est, vt ad eius acquisitionem, vel amissionem non patris, sed filij scientia debeat attendi *l. cum quidam. 10 § scientia ff. de acq. hæred. Polit d. tit. de vulg. part. 3. num 40. Ita ratiocinantur Alex. in d. l 1 num. 7 vers. Non obstat, & ibi Gozad. num 7. Nig. nu 22. & 57 vers. Confirmo, Cagn. num 43. Zuccar. nu. 135. Cam. Plaut. in verb. amittitur num. 4. C. qui adm.* Denique cum filij persona consideretur, vt principalis, persona verò patris, vt accessoria *sicuti demonstrauimus supra nu. 476.* sequitur, adhoc, vt dies cedant, debere sp. ctari personam, & scientiam filij non autem patris, *ex regula l. t. in prin. ff. de auth. tuto Ita in proposito considerant Sign. in d l. 1. num. 49. & ibi Massin. num 68. C. qui adm. Cagn. ad eund tit* Quamobrẽ, licet pater sciat bonorum possessionẽ esse filio delatã, & sit negligens in eo certiorando, aut ei iubendo, vt illam agnoscat, & patiatur labi tẽpus illius acquisitioni præfinitum, non tamẽ impeditur filius, quo minus intra annum, vel centum dies, ex quo sciuerit bonorum possessionem sibi esse delatam, possit illam agnoscere. *Ita scribit Alex. in d. l. 1. nu. 6. vers. vtrum autem C. qui adm.*

Neque obstant contraria: Ad primũ enim 666 respondent nonnulli, textum illum esse corruptum, & Vlpianum ibi non dicere, *dies quibus tutor aut pater scit. cedere*, vt mendosè legitur, sed, *dies quibus tutor, non pater scit*, quasi in hoc differat pater a tutore, quod, licet tutoris scientia attendatur ad hoc, vt dies cedant, non tamen attenditur scientia patris: *Ita enim censuit Cin. in l. renitente t 1. nu. 2. vers. Item est differentia C. de iure delib.* Cuius diuersitatis hanc afferunt rationem, quia filius nõ habet contra patrem regressum, quem tamẽ habet pupillus contra tutorem si sit soluendo, aliàs idem in vtroque seruaretur, *arg. l. vlt in princ. ff. de eo per quem fact. erit. Ita Cin. in d. l. renitente t 1. num. 2. vers. Item est differentia.*

Sed, quia huic sententiæ non solum vulgaris, sed etiam Florentina lectio repugnat, & præterea non est vera differentia q̃ constituitur inter patrem & tutorem *vt ostendit Bart. in d. l. seruus. 7. § fin in princ. ff. de bon. poss.* ideo censent alij, locum illum esse intelligendum, quando cum scientia patris concurrit etiam scientia filij: *Ita enim intelligunt Castr. in d. l. t. num. 7. vers aduerte. & ibi Alex. nu. 7. vers. Nec obstat text. C. qui adm.*

Sed hunc intellectum, vt absurdum improbat *Polit d tit. de vulg. part. 3. num. 41. vers. sed hic intellectus,* quia si vtriusque scientia coeutreret, non inciperent dies cedere a scientia patris, sed a scientia filij, nec, vt cederent, patris scientia esset in causa, sed scientia filij, *vt, ibi considerat Polit.*

Quamobrem verius est, quod ibi dicitur, dies cedere, ex quo pater scit, non ita esse intelligendum, vt cedant, quoad incommodũ filij, ita, vt ijs transactis, & non agnita a patre bonorum possessione excæcatur filius ab ea exclusus sed tantum, quoad commodum, idest, quoad hoc, vt pater, ex quo scit bonorum possessionem esse filio delatam, possit eam

667 agnoscere † *vt rectè declarant ibi gl. in verb. scit, & Bart. in prin. Cin. in d. l. 1. num. 10. vers. Nec obstat & ibi Signo num 49. vers. sed contra. Alex. num 7. vers. Nec obstat text. Nig. num. 22. C. qui adm. Polit. d. tit. de vulg part. 3 nu. 40. vers. Dicet aliquis, vbi ait, ex omnium intentione hęc esse vera, & num. 41. in prin & vers. sed hic intellectus.* Loquitur enim ibi Vlpianus de patre infantis, qui illius nomine potest agnoscere bonorum possessionem, sed non repudiare *l. t. vers. nam, & pater ff. de bon. poss. fur.* & hoc dicit, si pupillo, qui tutorem habet, aut filiofa. infanti delata sit bonorum possessio, quia, & tutor nomine pupilli, & pater nomine filij infantis potest eam agnoscere, ideo sibi placere, dies, quibus tutor, aut pater scit cedere. Itaque non loquitur de bonorum possessione delata cuilibet filiofa. sed de ea tãtum, quę delata est filiofa. infanti, quod patet ex verbis præcedentibus, cum quibus sunt & sequentia coniungenda; Nam *impubes*, inquit, *nec bonorum possessionem admittere, nec iudicium sine tutoris autoritate accipere potest quia tutor pupillo & pater infanti filio bonorum possessionem petere possunt Vnd.*, quia immediatè subijcit *dies quibus tutor, aut pater scit cedere placet*, intelligimus, hæc verba esse accipienda retento themate præcedenti, & sic de patre infantis, cui delata est bonorum possessio, *prout intelligit Polit. d. part. 3 num. 40. vers. dicet aliquis.* Aliud vero iuris esse, si bonorum possessio delata sit filiofa. maiori infante: Nam tunc dies non cedunt ex quo pater scit, sed ex quo scit filius, & patrem certiorare potest *l. vlt. in prin. ff. quis ord. & nos diximus supra num. 665.*

Ad secundum verò respondeo, id procede 668 re † si eadem sit vtriusque correlatiui ratio, secus verò, si diuersa; Hic autem esse diuersam, quia bonorum possessio defertur filio, non patri, ideoque illius, non huius scientia, debet attendi. Quo sit. vt, licet scientia, & negligentia filij, tanquam eius, cui defertur successio, possit exclusionem operari, & ita nocere omnibus, ad quos emolumentum esset pertenturum, non tamen illud ipsum possit operari scientia, & negligentia patris. *Ita respondent Alex. in d. l. 1. nu. 7. vers. Non obstat, & ibi Cagn. num. 43. vers. Nec refragatur, & Massin. numer. 117. C. qui adm.*

Ad tertium respondeo, negando consequentiam; Licet enim pater suo nomine possit agnoscere bonorum possessionem recusãte filio, non tamen eam potest agnoscere filio ignorante quia, quando filius recusat, & ipse excluditur & facit patri locum, *vt ostendimus supra num. 440. & seqq.* quod secus est, quando ignorat, quia tunc, nec ipse potest excludi, cum dies agnoscendę bonorum possessionis tamquã vtiles non. n. si sciẽti, & agnoscere valenti cedant *l. 2. in prin ff. quis ord.* nec pater potest admitti cum non vocetur quandiu filio potest esse locus, *vt ostendimus supra num. 379 & seqq.*

Ad quartum denique respondeo primo, interesse patris non fuisse principale, sed con-

Dd. tenere, & Cam. Plant. in verb. amittitur, nu. 4. C. qui adm. Bart. in d. l. seruus 7. §. fin. num. 1. vers. videtur ff. de bon. poss. Itaque procedere etiã
675 iure nouo; † *vt expressè declarat Cin. in d. l. 1. num. 10. & ibi Gozad. num. 17.* imo magis iure nouo, quam iure veteri, *vt declarat Alex. in d. l. 1. num. 7. vers. sed dic*, scilicet, quia plus iuris habet hodie filius, quam haberet olim: Nam olim, licet pater non posset repudiare in præiudicium filij, poterat tamen non consentiẽdo impedire, ne filius acquireret, quod hodie ei facere non est permissum, quia, si nolit cõsentire, potest filius suo arbitrio agnoscere, & sibi pleno iure acquirere successionem, *vt diximus supra num. 313.*

Et verò, cum patri non ante deferatur bonorum possessio, quam filius eam recusauerit, & ita ab ea sit exclusus, *ut diximus supra num. 380.* Consequens est, vt nec ante dies ei, quantumuis scienti cedant. *Ita ratiocinatur Cin. in d. l. 1. num. 10. & ibi Sign. num. 49. vers. sed uideamus, Alex. num. 7. vers. sed dic, Gozad. num. 17. C. qui adm. Bart. in d. l. seruus 7. §. fin. num 1. ff. de bon poss.* Denique cũ ante filij repudiationem non possit pater eã agnoscere, *ut diximus supra num. 381.* sequitur, nec antea posse, aut expressim, aut tacitè repudiare *d. l. is potest 18. ff. de acq. hared.*

Planè, hoc ita plerique censent accipien-
676 dum, vt procedat, † quoad proprietatem, secus verò, quoad vsumfructum. Itaq, si filius postea repudiet, & pater velit agnoscere, & sibi pleno iure acquirere successionem, *secũdum ea, quæ diximus supra num. 363.* quia bonorum possessio non potuit ei censeri delata prius, quam filius eam repudiaret, ideo præcedens eius scientia, & negligentia non potuit ei nocere, *secundum ea, quæ diximus supra num. 674.* Cœterũ, si filius non repudiet, sed agnoscat, quo casu respectu patris nõ tractatur de acquisitione ꝓprietatis, sed tantũ de acquisitione vsusfructus, censent præcedẽdentem patris scientiam, & negligentiam ei nocere, ita, vt, etiamsi filius agnoscat, non tamen ei acquirat vsumfructum, sed hæreditas pleno iure ad filium pertinere intelligatur. *Ita declarat Alex. in d. l. 1. num. 7. vers. & hoc procedit C. qui adm.* Et ita putant debere intelligi, quod dicitur, patrẽ hodie posse in sui præiudicium etiam ante filium repudiare, *vt diximus supra num. 436.* vt scilicet procedat, quoad vsumfructum, non etiam, quoad proprietatem. *Ita declarat Alex. d. num. 7. vers. & hoc procedit.*

Sed mihi verius videtur, quod alij tradiderunt, ne quidem, quoad acquisitionem
677 vsusfructus ei nocere. † *Ita enim censuit Iac. de*
678 *Nigr. in d. l. 1. num. 26. C. qui adm.* quia, † cum hæc acquisitio non fiat principaliter, sed per consequentias potestatis *ut diximus supra n. 7.* Consequens est, vt hoc solum sit spectandum, an filius potuerit agnoscere bonorum possessionem, & eam sibi acquirere, vt etiam per consequẽtias censeatur vsusfructus emolumentum patri quæsiuisse. Denique, cum vsusfructus non antea patri deferatur, quam per filium hæreditas, aut bonorum possessio fuerit acquisita, *ut patet ex ijs, quæ diximus supra num. 158. & seqq.* sequitur, nec ante patuisse patrem censeri ei renuntiasse patiendo labi tempus, cum iuri, quod non competit, renuntiari non possit *l. 1. § decretalis, ff. de successord. Ita ratiocinatur Nig. in d. l. 1. num. 26.*

Neque huic sententię obstant contraria: Ad primum enim respondeo, id procedere,
679 † quoties tractatur de scientia iuris, aut facti proprij in quo potest quis sibi præiudicare. Cęterùm, si tractetur de scientia iuris, aut facti alieni, tunc verius est non nocere, etiamsi sciens aliquod ex eo commodum sit in consequentiam percepturus, prout euenit in proposito: Nam, quia tractatur de bonorũ possessione, quæ defertur filio, & ita censetur ius filij non patris, quippe, cui non defertur ante, quam filius sit exclusus, *ut supra dictum est*, ideo fit, vt, etiamsi pater sciat ius filij, & taceat, non tamen hæc scientia debeat ei nocere. *Ita respondit Nig. in d. l. 1. num. 24. vers. sed aduerte.*

Ad secundum verò respondeo, primò negando consequentiam: Nam, licet pater in sui præiudicium possit repudiare expresśe, nõ tamen sequitur posse repudiare tacitè, quia tacita repudiatio est potentior expressa, quoties tractatur de præiudicio tertij. Cęterùm, quoties tractatur de præiudicio ipsius repudiantis, expressa est potentior tacita, *ut distinguendo declarat Dec. in d. l. 1. in pr. lect. num. 6. vers. sed potest responderi C. qui adm.* ideoq, ab illa ad hãc non rectè ducitur argumentum.

Secundo respondeo fatendo posse etiam tacitè repudiare in sui præiudicium, sed ab eo tempore, quo cœpit ei deferri successio, & sic, quo filius eam repudiauit: Nam antea, quia pater nõ potest eã acquirere, *ut ostendimus supra num. 381.* ideo nec per consequentias potest eam tacitè repudiare, quia tacitè repudiare censetur is, qui, cum possit acquirere, non acquirit, sed per negligentiam patitur labi tẽpus *d. l. recusari. 94. ff. de acq. hared.* quod de patre dici nequit priùs, quam filius successionem recusauerit, *ut dictum est supra num. 676.*

Ad tertium respondeo, patrem non posse dici negligentẽ respectu illius, de quo tractatur, nempe respectu aditionis, vel agnitionis ab eo faciẽdę. Nam, q̃a ius hoc ei non cõpetit priùs, q̃ filius repudiet, ideo nec ante dici potest negligens in acquirendo, quod acquirere non potuit. Nec est contrarium, ꝙ fuerit negligens in admonendo filio, & curando, vt is, vel agnosceret, vel repudiaret bonorum possessionem, quia propter hoc non potest, vt negligens aliquod sentire præiudicium: Nam, quemadmodum substituto non præiudicatur, licet nõ admonuerit institutum, nec curauerit ei præfigi tempus ad declarandũ, vtrum vellet adire, an repudiare, prout facere poterat, ita etiam non debet præiudicari patri, qui censetur quodammodo a lege substitutus, licet non admonuerit filium, nec curauerit, eum adstringi ad declarandã voluntatem circa amplectendam, vel omittendam successionem, quia, cum hæc sint voluntaria, non necessaria: Possunt enim substitutus, & pater, si velint, admonere institutum, & filium, ac curare, vt voluntatem suam declarẽt, sed hoc facere non tenentur, ideo, licet non interuenerint, nõ tamen ob id debet aliquod eis inferri præiudicium.

Ad quartum denique respondeo, speciem
ibi propositam esse multum diuersam ab ea,
680 de qua nos loquimur: Nam ibi † tractabatur
de re, quæ statim erat futura patris, scilicet, qa
liber homo, qui patiebatur se vendi ad pre-
tium participandum, statim fiebat seruus, &
transibat in dominium emptoris, aut eius, cui
quærebat emptor, prout erat pater, cui per fi-
lium quærebatur, adeo, vt ne momento qui-
dem res maneret in persona filij *l. placet. 78.*
ff. de acq. hared. ideoque nil mirũ, si eius sciẽ-
tia, quæ seruitutis impediebat constitutionẽ,
ei nocuerit, etiamsi filius ignoraret conditio-
nem eius, qui vendebatur. At in specie, de
qua nos loquimur, tractatur de re, quæ non
potest acquiri patri, nec in eius trãsire domi-
nium ante, quam filius ꝑ recusationem fue-
rit ab ea exclusus, ideoq; nec ante debet at-
tendi patris scientia, aut ei nocere, *secundum*
ea, quę supra diximus. Et ita quartum hunc
casum principalem definiendum arbitror.

Quintus casus est, quando post mortem te-
statoris, siue illius, de cuius bonis agitur, &
emolumẽti delationem, sed ante acquisitio-
nem deficit filiusfa. non repudiatione, sed
morte, Et tunc, licet olim pater non posset
admitti, sed omnimodo censeretur exclusus
681 † *l. cum quidam. 30 in prin ff. de acq. hæred. l. 2. &*
ibi Cin. nu. 2. vers. & certe C. de Orficia. Et scri-
bunt Soc. Sen in d. l. 1. num. 27. uers. Nec obstat,
ff. de vulg. Trentac. de substit. d. part. 1. cap. 6.
num. 19. vers verum tu, & cap. 7. num. 10. vers. 4.
mouentur, tamquam is, qui ius adeundi non
habebat, *vt diximus supra num. 168.* eaq; ra-
tione fieret substituto, vel coniuncto locus,
682 † *vt de coniuncto patet ex d. l 2. C. de Orficia.* Idq;
procederet, etiamsi filius inscio patre bonorũ
possessionem agnouisset, si modo ante patris
ratihabitionem decessisset *l. vlt. vers. sed quid*
ff. quis ord. scilicet, quia talis agnitio nullum
patri ius tribuebat, nisi secuta intra tempus
ratihabitione, *vt diximus supra nu. 239.* Ho-
die tamen inspecto iure nouo, quo patri ius
adeundi datum est, res videtur controuersa:
Nam plerique censuerunt, eum adire posse,
683 † *vt Bald. in d. l. 1. num 3. C. de Orfic. vbi ait, hãc*
opinionem videri æquiorem, & ita adeundo ex-
cludere substitutum, & coniunctum, quia in
substitutionibus, & per consequentias etiam
in iure accrescendi casus voluntatis porrigi-
tur ad casum impotentiæ, & contra, *ut dixi-*
mus supra nume. 512. scilicet quia paria sunt
684 nolle, & non posse † *l. 1. § vsus ff. de procur. d. l.*
cum proponas. 3. C. de hær. inst. Et scribunt Bart.
in d. l. 1. num. 14. ff. de vulg. Zaz. de substit. cap. 1.
num. 6. Cum igitur in casum voluntatis, idest
repudiante filio pater admittatur, & excludat
substitutum, & coniunctum, *ut ostendimus in*
3. casu, nu 52. & seqq. Consequens est, vt de-
beat etiam admitti, & ita substitutum, & cõ-
iunctum excludere in casum impotentiæ,
siue mortis.

Sed hoc non obstante verius est, quod alij
frequentiùs tradiderunt, scilicet in hac specie
685 non admitti patrem: † *Ita enim post Ric.*
Malumbr. censuerunt Cin in d l. 2. nume. 2. vers.
Tu dic & num. 3. vers. si filius, & ibi Bald. nu. 5.
& 9. Castr n. 3. C. de Orfic. Cin in d. l. vlt. in prin.
num. 7. vers. Tu dic & ibi Bart. num. 3. Bald. nu.
2. & 9. Ang. vers. quid autem, & Castr. nume. 4.
C. de bon. quæ lib. Bart. in d. l. is qui hæres 13. §.
fin. num. 6. vers. preterea, & ibi Imol. vers & tene
etiam, Alex. num 10. vers. Roma. hic, & Ias. num.
38. ff. de acq. hæred. Bald in d. l. 1. nume. 18. & ibi
Castr. num 8 Gozad nu 7. & 17 vers. 4. & vers.
Non obstat, quod si filius, Dec. in 3. lect. nume. 3.
Alex num. 27. vers. pro communi. Cagn. num. 6.
uers. 2 principaliter, & num. 18. Massin. nu. 76.
C. qui adm. Ang. in d. l. cum quidam 30. in prin.
nu. 1. vers. & habet locum ff. de acq. hæred. & cons.
91. num. 2. Imol. in d. l. si paterfa. 40. num. 7. vers.
vlterius & num. 8. vers. Item aduerte, & nu. 10.
vers. Item adde ff. de hæred. inst. Bald. Nouel. de
substit. tit. de vulg. num. 17. Soc. Sen. in d. l. 1 num.
23. & ibi Alcia. num. 93. ff de vulg. Crott. in d. l.
re coniunctis, num. 167. uers. Non obstat, Gul. Ben.
in d. cap. Raynutius in verb si absq; liberis more-
retur 2. in materia vulgaris. num. 87. uers. & pa-
riter, & num. 91. Polit. de subst. tit. de uulg. part.
3. num. 32. Trentac. de subst. part 1. cap. 6. num.
15. vers. 2. mouentur, & cap. 7. nu 10. vers. 4. mo-
uentur, Sed eo excluso fieri substituto, vel cõ-
686 iuncto locum: † *Ita enim de substituto scripse-*
runt Bart. in d. l. 1. num. 23. & ibi Ias. nume. 49.
ubi ait, hanc decisionem indubitanter teneri per
omnes, Soc. Sen. num. 28. Rip. nume. 145. & 153.
Calanch. nume. 40 ff. de vulg. Imol in d. l. is, qui
hæres. 13. §. fin. vers. & tene etiam ff. de acq. hæred.
Bald. Nou. de subst. d. tit. de uulg. num. 17. Polit.
de subst. d. tit. de uulg. part. 3. num. 35. Trentac. de
subst. d. part. 1. cap. 6. nu. 19. ubi ait, hanc esse com-
munem, & receptam scribentium sententiã, Grass.
in d. §. substitutio q. 9 num. 5. ubi ait, ita commu-
niter pertransire omnes, Conna. lib. 10. comm. cap.
7. n. 4 uers. multominus, De coniuncto vero Bald.
in d. l. 2. n. 7. & 9. uers. uel dic C. de Orfic. ubi ait,
hanc esse ipsã veritatẽ. Imol. in d. l. is, qui hæres. 13.
§ fin. uers. & tene etiã ff de acq. hær. Ias. in d. l. 1. n.
46. uers. Nõ obstat, & ibi Soc. Sen n. 27. uers. Nec
obstat ff. de uulg. Ias. in d. l. cũ ꝓponas 3. nu. 15.
uers. Non obstat, ꝙ tus C. de hær. inst. Gul. Ben.
in d. cap. Raynutius, in uerb. si absque liberis mo-
reretur 2. in materia uulgaris. num. 76. uers. simi-
liter, Polit. de substit. d. tit. de uulg. part. 3. num. 32.
Trent. de substit. d. part. 1. cap. 6. nume. 6. uers. 2.
Probatur autem hæc sententia.

Primo *l. 2. C. de Orfic.* vbi Diocletianus, &
Maximianus, *Si mater uestra*, inquiunt, *te, &*
uno fratre emancipatis, duobus autem alijs in pa-
tria positis potestate superstitibus diem functa est,
& ij, qui in potestate patris fuerant, prius, quam
maternam hæreditatem sibi quærerent, rebus hu-
manis exempti sunt, inter duos tantum uiriles nõ
ambigitur factas portiones. Itaque supponunt,
687 † partes delatas filijs, qui in patris erant pote-
state, & ante aditam hæreditatem decesserãt,
nõ pertinere ad patrẽ, sed fratribus, eisdemq;
cohæredibus accrescere. Ergo probat hic lo-
cus, non admitti patrem, sed coniunctum, si
filius, cui delata est hæreditas, ante aditam
moriatur. *Ita arguunt Bart. in d. l. ult. in prin.*
num. 3. in fi. C. de bon quę lib & Crott. in d. l. re
coniunctis num. 167. uers. Non obstat.

Nec est, quod respondeas, hãc legem pro-
688 cedere † inspecto iure vetere, quo pater etiam
recusante filio non poterat adire, aliud verò
esse dicendum inspecto iure nouo, quo patri
ius adeundi datum est, *ut posse dicti scripserunt*
Cin. in d. l. 2 nu. 2. uers. & certe C. de Orfic. Castr.
in d. l. ult. in prin. num. 4. C. de bon. quæ lib. Soc.
Sen.

Sen. in d. l. 1. nu. 27 uers. uel ultra ff. de uulg. quia, cum prædicta l. 2. non reperiatur in hoc casu expressè correcta, scilicet, quia correctio facta est in casu noluntatis, ideoq; non debet ad casum impotentiæ, cuius diuersa est ratio, extendi, *ut ostendemus infra num. 689. uers. 3.* Consequens est, vt non sit eius inducenda correctio *l. præcipimus 32. in fi. C. de appell. l. sancimus 27. C. de testa. Et in proposito considerat Bald. in d. l. 2. num. 3. C. de Orfit. ubi propter hoc ait, communem opinionem esse magis defensabile de iure.*

689 Secundo probatur, quia ius speciale in vno denotat ius commune in contrarium † *l. cum haredes. 23. §. 1. ff. de acq. poss. l. 1. §. huius ff. de off. quæst.* Sed speciale est in patre infantis, q ante aditam decesserit, vt in eum transeat hæreditas ipsimet infanti delata *l. si infanti 18. C. de iur. delib. de qualitate dicemus infra nu. 694. & seqq.* Ergo de iure communi non transibit. *Ita arguunt Bart. in d. l. ult. in prin nu. 3. uers. pro hoc est casus, & ibi Ang. uers. quid autem. & Castr. num. 4. C. de bon. quæ lib. Bart. in d. l. 1. nu. 23. & ibi Soc. Sen. num. 28 ff. de uulg. Bald. Non. de substit. d. tit. de uulg. num. 17. Alex. in d. l. si quis hæres. 13. §. ult. num. 10. uers. Roma. hic, & ibi Ias. num. 38. ff. de acq. hæred Crott. in d. l. re coniunctis, num 167. uers. Non obstat, Trenta. d. part. 1. cap. 6. num. 15 uers. 2. mouentur, & nu. 19. uers. primo.*

Nec est, quod respondeas, esse speciale, vt infans transmittat hæreditatem, tamquam a equisitam, quæ re vera non fuerat adita nos vero loqui de transmittenda hæreditate in pattem, tamquam quærenda, *ut respondet Ias. in d. l. 1. nu. 46. uers. Tu autem adnerte ff. de uulg. Trentac. de substit. d. part. 1. cap. 6. num. 19. uers. primo.* Denique esse speciale, vt transmittat hæreditatem, tamquam in hæredem ipsius filii, eum alioquin nos loquamur de transmissione facienda in patrem, tamquā immediatum hæredem testatoris, & sic iure proprio, ideoque in ea non videri vim faciendam, *ut respondent Rip. in d. l. 1. num. 153. uers. sed considera ff. de vulg. & Trentac. d. part. 1. cap. 6. num. 19. uers. primo,* quia, licet hęc vera sint, non tamen vim argumenti tollunt, imo confirmāt; quia, si speciale est, vt hęreditas in patrem trāsmittatur, non iure proprio, & tamquam quęrenda, sed iure filij, & tamquam ei quæsita, si filius sit infans, & decesserit ante, quam pater eius nomine adierit. Ergo, si non sit infans, non transmittetur in eum, tamquam hæredē ipsius infantis, & multo minus, tamquam in patrem venietem iure proprio, eum hoc difficilius, quam illud admittatur. Confirmatur hoc ex eo, quod Iustinianus *in d. l. si infanti,* scribit in maiore infante ea debere obseruari, quæ antiquis legibus continentur. Sed antiquis legibus continetur, vt mortuo filio pater adire non possit, *ut ostendimus supra num. 681.* Ergo eadem fuut hodie obseruanda in maiore infante. *Ita ratiocinatur Trent. d. part. 1. c. 6. num. 19. uers. uerum tu.*

Tertio probatur, quia in correctorijs non debet fieri extensio de casu ad casum, *ut diximus supra num. 620.* Sed hic sumus in materia correctoria, scilicet, quia *l. fin. §. 1. C. de bon. quę lib.* corrigit ius atiquum, *ut ostendimus supra n. 637. uers. Ad secundum.* Ergo non debet extēdi a casu, quo filius repudiat, ad casum quo moritur. *Ita arguit Imol. in d. l. si paterfa. 40 nu. 8. uers. Item aduerte ff. de hæred. inst.* Confirmatur hoc ex *d. l. ult. § similique modo uers. & hæc quidem,* vbi Iustinianus. *Et hæc quidem, inquit, in ijs casibus obseruanda sunt, quibus discordia inter patrem, & filium uertitur.* Ergo in ijs, quibus inter eos non vertitur discordia, non erūt obseruanda, *ut diximus supra num. 617. Et in proposito considerat Trentac. d. part. 1. cap. 6. nu. 19. uers. uerum tu.* Denique confirmatur ex eo quia speciale est, vt pater admittatur, eum filius repudiat, *ut patet ex ijs, quæ diximus supra num. 363. & seqq.* Ergo non debet trahi ad casum, quo filius moritur, *ex regula quam retulimus supra num. 689. Ita arguit Imol. in d. l. si quis hæres. 13. §. fin. uers. & tene etiam ff. de acq. hæred.*

690 Quarto probatur, quia in vltimis voluntatibus, quæ conceduntur in casu noluntatis, non habent locum in casu mortis, † vt ecce, si hæres grauatus adire recuset, non extinguitur fideicommissum, sed fideicommissarius potest cogere hęredem, vt adeat, & restituat *l. nam quid. 14. §. 1. ff. ad Treb.* Sed, si grauatus moriatur ante aditam, fideicommissum extinguitur *l. ille, a quo. 13. § si de testamento ff. eod. Et in proposito considerāt Bart. in d. l. ult. in prin. num. 3. uers. sunt dicimus C. de bon. quæ lib. & Imol. in d. l. si paterfa. 40. num. 8. uers. Item aduerte ff. hęred. inst.* Et simili modo, si hęredi ex parte instituto legetur res hæreditaria, & is repudiet hęreditatem consequitur totum legatum, & sic non solum pro ea parte, quam capiebat a cohærede, &, pro qua etiam initio constiterat legatum, sed etiam pro ea, quam debebat capere a se ipso, & pro qua legatum initio fuerat inutile *l. qui filiabus. 17. § ult. cum l. seq. ff. de leg. primo, & nos diximus in hoc cap. q. 29. nu. 20.* At, si non repudiet, sed ante aditā moriatur, non transmittit le atum, nisi pro parte, quam capit a cohærede *l. miles. 77. § pro parte ff. de leg. secundo, & nos etiam diximus in eadem q. 29 num. 30.* Nil mirum igitur, si & in hac materia pater admittatur, cum filiusfa. repudiat, non etiam, eum moritur ante aditam.

Sed hic diligenter animaduertendum est, secundum exemplum facere quidem ad propositum, quia simile est ei, de quo nos loquimur, *ut etiam diximus in eadem q. 29. num. 31.* sed primum non posse ad nostram materiam adaptari, quia longe alia est ratio fideicommissarij, alia patris: fideicommissarius enim ideo mortuo grauato repellitur, quia, nec ipse adire pōt, nec aliū cogere, vt adeat: Nō enim potest ipse adire, quia eum nō sit hæres institutus, ius adeundi ei non competit adeo, vt etiamsi viuat grauatus, & recuset, non tamen ipse fideicommissarius adire possit, sed debeat cogere hæredem, vt adeat, & re ituat. Neque potest cogere alium, vt adeat, quia, eum institutus, qui adire poterat, sit defunctus, haud dubiè per eum aditio fieri non potest, minus per eius hæredem, quia ius adeundi in eum non transfertur, *ut ostendimus in hoc cap. q. 41. num. 35.* At pater saltem recusante filio adire potest, *ut diximus supra n. 363.* Ergo simile nō est bonum.

Quinto, & vltimo probatur ratione: Nā † desi-

691 † deficiente substantia, deficit etiam accidēs,
quod ab illa dependet, *ut considerant Castr. in
d. l. ult. in prin. n. 4. C. de bon. quæ lib. & Trent.
d. part. 1. cap. 6. num. 19. uers. 4. & ultimo* & su-
blata rei origine, censetur etiam sublatum,
quicquid ordinatur ab illa, *ut considerat Bald.
in d. l. 1. num. 25. C. qui adm.* cum talis sit res
in acquisitione, qualis est in origine, *ut ibi
Bald. ait*: Deniq; sublata persona principali
nullum in accessoria ius considerari potest
l. qui contra 12. ff. de fideiuss. Sed, quoties filius
moritur, deficit substantia, siue origo, subie-
ctum, & fundamentum acquisitionis. *ut de
substantia scribunt Castr. in d. l. ult. in prin. num.
4. C. de bon. quæ liber. & Trentac. d. part. 1. cap. 6.
num. 19. uers. 4. & ultimo. De origine vero Bald.
in d. l. 1. num. 25. C. qui adm. De subiecto demū
Ang. in d. l. ult. in prin. uers. quid autem C. de bon.
quæ lib.* scilicet, quia acquisitio fundatur in
persona filij, *ut diximus supra nu. 473.* cui de-
fertur successio, *ut diximus nu. 171. Et in pro-
posito considerat Cagn. in d. l. 1. nu. 6 uers. 2. prin-
cipaliter C. qui adm.* & ab ea dependet, *ut di-
ximus num 472.* Ergo debet etiam censeri de-
ficere ius ipsum acquisitionis, quod patri cō-
petit. *Ita ratiocinantur ij quos referemus infra
num. 693 uers. 2.* quia deficiente persona fi-
lij, quæ est principalis, persona patris, quæ est
accessoria, nihil operari potest, *ut considerant
ij, quos retulimus supra num. 476. & seq.* Qua-
mobrem dicimus anihilato filio censeri etiā
anihilatum patrem, tamquam appendicem.
*uti videre est apud Bald. in d. l. ult. in prin. nu. 9.
C. de bon. quæ lib.*

Neq; obstat contrarium, quia respondent
nostri frequentius, in hoc magnam esse diffe-
rentiam, vtrum filius deficiat repudiatione,
an verò morte: Nam filio repudiante admit-
titur pater excluso substituto, vel coniuncto:
filio verò ante aditam defuncto non admit-
titur: sed fit locus substituto vel coniuncto.
692 † *Ita enim scripserunt Bald. in d. l. ult. in prin. n.
2. C. de bon. quæ lib. & in d. l. 2. nume 5. & 9. uers.
uel dic C. de Orfic. Ang. in d. l. cum quidam. 3 . in
prin. num. 1 uers. & habet locum ff. de acq. hared.
Imol. in d. l. si paterfa. 40. num. 7. uers. 2. & num.
8. uers. Item aduerte, & nu. 10. uers. Item adde ff.
de hared. inst. Ias. in d. l. cum proponas 3. nu. 15.
uers. Non obstat, quod ius C. eod. Soc. Sen. in d. l.
1. num. 27. uers. Nec obstat, & ibi Rip num. 145.
Calancb. num. 35. uers. sed hoc dictum ff. de uulg.
Crott in d. l. re coniuncti, num. 167. uers. Non
obstat, Gul. Ben. in d. cap. Raynutius. in uerb. si
absque liberis moreretur 2. in materia uulgaris,
num. 76 uers. similiter, extr. de testa. Polit. de
subst. d. tit. de uulg. part. 3. num. 32. Trenta. de
subst. d. part. 1. cap. 6. nume. 6. uers. 2.* Cuius
diuersitatis plures à nostris rationes affe-
runtur.

693 Prima, quia, † quando filius repudiat, super-
est persona, quam pater repræsentare potest,
cum pater, & filius vna, & eadem persona
censeantur *l. ult. C. de impub. & al. subst.* quę
ratio cessat, quando filius est defunctus. *Ita
ratiocinantur Bart. in d. l. ult. in prin. num. 3. C.
de bon. quæ lib. Imol. in d. l. si paterfa. 40. num.
8. uers. Item aduerte ff. de hered. inst. Ias. in d. l. si,
quis heres. 13. §. fin. num. 38. uers. sed tn potes ff. de
acq. hered.*

Secunda, quia ius adeundi, quod patri cō-
petit, pendet ex persona filij, *ut diximus su-
pra num. 472. & seqq.* ideoque tandiu durat,
quandiu viuit filius, *per ea quæ diximus supra
num. 691.* Si igitur viuat, poterit pater adire
non obstante repudiatione filij, at, si sit de-
functus, quia deficit persona, deficit etiā ius
adeundi, quod ab illa dependet. *Ita ratioci-
natur Cin. in d. l. ult. in prin. num. 7. uers. Tu dic
C. d. bon. quę lib.*

Tertia, quia repudiatio posset fieri in frau-
dem patris, quæ fraudis suspicio cessat in mo-
riente. *Ita Castr. in d. l. 2. num. 2. C. de Orfic.*

Quarta, quia in casu repudiantis reperitur
expressa dispositio legis fauens patri, quę nō
reperitur in casu morientis, ideoq. stamus re-
gulæ. *Ita scribit Imol. in d. l. si paterfa. 40. nu.
7. uers. 2.*

Quinta demum, quia lex non fingit, quo-
ties deficit extremum, prout deficit, cum tem-
pore aditionis, quod maximè perpendi solet
§. in extraneis. Inst. de hær. qual. & diff. filius est
defunctus: Non enim potest tūc fingere, pa-
trem cēseri institutum ex persona filij, prout
fingit, cum filius viuit, & repudiat *d. l. ult. §. si-
milique modo C. de bon. quæ lib. Ita ratiocinatur
Alcia. in d. l. 1. num. 93. ff. de uulg.*

Planè interdum supradicta cessant, & pa-
ter admittitur excluso substituto, vel coniun-
cto, etiamsi filius non adita, nec repudiata
hęreditate decesserit.

Primum enim, si filiofa. infanti delata sit
hæreditas, siue ex testamento, siue ab intesta-
to, & is in infantia decesserit, etiamsi pater
eius nomine non adierit hæreditatem, nec
agnouerit bonorum possessionem, nihilomi-
nus hæreditas ad eum pertinebit, perinde, ac,
si nomine ipsius infantis eam agnouisset,
694 † *ut Iustinianus constituit in d. l. si infanti 18.
uers. sed si hoc, & ibi in specie declarant gl. in uerb.
infanti quæ sita, Alex. num. 1. 2. & 3 C. de iur.
delib. Cin. in d. l. 2 nu. 3. uers. si filius, & ibi Bald.
num. 3. C. de Orfic. Bart. in d. l. si, quis heres 13 §.
fin. nu. 6. uers. præterea ff. de acq. hæred. Bald.
in d. l. ult. in prin. nu. 9. uers. Fallit C. de bon. quę
lib. & in d. l. 1. nu. 18. & ibi Ign. num. 39 uers.
2. C. qui adm. Ang. cons. 91. nu. 2. Castr. in l. un.
nu. 6. C. his, qui ant. ap. tab. Imol. in d. l. si paterfa.
40. num. 7. uers. 2 ff. de hered. instit. Rolandin. in
suo Flor. testa. rub. 22. num. 14. Alex. consil. 113.
num. 4. uers. Et non obstat, uol. 3. Soc. Sen. in d. l.
1. num. 28. uers. 2. ff. de uulg. Polit. de subst. d. tit.
de uulg. part. 3. num. 43. uers. 18. Bald. Nou. de
subst. d. tit. de uulg. num. 17. Trentac. de subst. d.
part. 1. cap. 6. num. 26. Conna. lib. 10. comm. cap.
7. num. 4. uers. quod crediderim.* In quo quidē
ius antiquum multipliciter mutatum est, &

Primo in eo, quia, licet olim pater posset
infantis nomine bonorum possessionē agno-
695 scere † *l. seruus. 7. §. impubes ff. de bon. poss. l. 1.
uers. nam, & pater ff. de bon. poss. furio.* & quidē
cum effectu, scilicet, quia per talem agnitio-
nem successio censebatur efficaciter acquisi-
ta, adeo, vt etiamsi filius in infantia decessis-
set, non tamen agnitio resolueretur, sed sub-
sisteret perinde, ac, si filius ipse bonorum pos-
sessionem agnouisset *l. 2 § sed, si infanti ff. ad
Tert.* non tamen eius nomine poterat adire
hæreditatem, quod aditio, tamquam actus
legitimus *l. actus legitimi 78 ff. de reg. iur.* alie-
no nomine expediri non posset *l. nemo alieno
166. ff.*

166. *ff. eod.* At hodie potest pater, non solũ agnoscere bonorum possessionem, sed etiam
696 adire hæreditatem † ex beneficio Iustiniani, qui specialiter hoc induxit *d. l. si infanti* 18. *& ibi Bart. num. 2. Alex. num. 1. uers. 2. not. C. de iur. delib. d. l. ult. § ubi autem puerilis, & ibi gl. in uerb. puerilis C. de bon. quæ lib. Ang. in d. l. is, qui hęres.* 13. *§. fin. uers. In text. ibi, & ibi Castr. n. 6. Ias. nume. 8. ff. de acq. hæred. Polit. de subst. d. tit. de uulg. part. 3. num. 43. uers. 18. Dec. in d. l. 1. in prima lect. num. 9. uers. comprobatur, & in 3. nu. 86. uers. sed breuiter, & ibi Cam. Plaut. in uerb. si ratam num. 42. C. qui adm.*

Secundo mutatum est in eo, quia iure vetere, licet pater posset agnoscere bonorum possessionem nomine infantis, si tamen eam non agnouisset, censebatur amissa bonorum possessio, scilicet, quia mortuo infante non poterat amplius agnosci. At hodie, licet pater non adierit, nec agnouerit bonorum possessionem, si tamen filius in infantia decesserit, potest pater hereditatem, velut acquisitam retinere *d. l. si infanti, & nos diximus supra nu.* 694.

Sanè de illo dubitari potest, an hoc procedat, si infans habeat substitutum, aut cohæredem? Dubitationem autem facit illud quia, quæ iure singulari sunt introducta, debent strictè intelligi, nec ad alios casus extendi *l. quod uero contra* 13. *ff. de legib.* Sed patris admissio, quæ fit beneficio *d. l. si infanti*, fuit
697 introducta iure singulari, † *ut declarant gl. in d. l. si infanti, in uerb. quæsita infanti, uers. sed hodie. & in uerb. ad illas personas, Alex. in d. l. is, qui hæres* 13. *§ fin. num. 10. uers. Roma. hic, & ibi Ias. nu. 38 ff. de acq. hered. Alcia. in d. l. 1. nu. 93. uers. fingit tamen ff. de uulg. Polit. d. tit. de uulg. par. 3. num. 43. uers. 18. Trentac. de subst. d. part. 1. cap. 6. num. 19 uers. primo, Et est in confisso apud eos, quos retulimus supra nu.* 689. & quodam patris priuilegio, *ut declarat Alex. d. consi. 113. nu. 4. uers. & non obstat, uol. 3.* Ergo debet strictè intelligi, non autem ad eum casum extendi, quo infans habeat substitutum, aut cohæredem. *Et itain specie censuit Conu. lib. 10 comm. cap. 7. nu 4. uers. quod crediderim.*

Sed hoc non obstante verius, & receptius est, procedere, etiamsi infans habeat substitutum, aut cohæredem: Nam pats infanti delata perinde ad patrē excluso substituto, vel cohærede pertinebit, ac, si infantis no
698 mine fuisset adita. † *Ita enim de substituto scripserunt Bart. in d. l. 1. nu. 23. & ibi Soc. Sen. n. 28. uers. 2. limita Alcia num. 93. uers. fingit tamē ff. de uulg. Polit. d. tit. de uulg. part. 3. nu. 43. uers. 18. Trentac. de subst. d. part. 1. cap. 6. n. 26. De cohęrede uero Castr. in d. l. 2. nume. 1. uers. sed ult. C. de Orfic. Surd. cons. 458. nu. 2. uers. 4. & cons. 519. num. 22.* Probatur autem hæc sententia.

Primo, quia lex generaliter, & indistinctè loquens generaliter, & indistinctè est intelligenda *l. de pretio. 10. ff. de Publ. l. 1. §. & generaliter ff. de legat. præst.* Sed *l. si infanti*, loquitur generaliter, & indistinctè, scilicet, quia non distinguit, vtrum infās habeat substitutum, vel cohæredem, nec ne. Ergo debet indistinctè intelligi, vt procedat etiam dato substituto, vel cohęrede. *Ita arguit Polit. d. tit. de uulga. part. 3. num. 43. uers.* 18.

Secundo probatur, quia idem operatur fictio in casu ficto, quod veritas in casu vero *l. si is, qui pro emptore 15. ff. de usucap.* Sed, qñ infans moritur prius, quam pater adierit, hæreditas fingitur ei quæsita *d. l. si infante.* Ergo, quemadmodum, si verè pater adijsset, & hæreditatem infanti quæsiuisset, excluderetur tam substitutus, quam coniunctus, *ut dicemus infra nu.* 748. Ita etiam debet excludi, si non adita hęreditate decesserit, quo casu fingitur acquisita. *Ita arguunt Polit. d. part. 3. num. 41. uers. 18. & Trentac. d. par. 1. cap 6. num.* 26.

Neq; obstat contrarium, quia respondeo, dispositionem *d. l. si infanti*, non extendi ad casum, quo infans habeat substitutum, aut cohæredem, sed eum comprehendere eo ipso, quod loquit̃ generaliter, & indistinctè: Quoties enim verba legis, tamquam generalia possit ad aliquem casum referri, tunc nō dicitur fieri extensio, sed comprehensio, *ut diximus supra num.* 528.

Planè si substituti, vel cohæredes essent filij testatricis, ex verisimili voluntate matris impedirent transmissionem, quę fit ex beneficio *d. l. si infanti, ut scribit Cin. in d. l. 2. num. 2 vers. quid dicendum, & vers. Non obstat C. de Orfic.* per ea, quæ dicemus *infra num. seqq.*

Secundo verò, si tractemus de hęreditate materna, magis videtur, vt ea transeat in patrem, etiamsi filius ante illius aditionem mo-
699 riatur: † *Ita enim censuerunt gl. in d. l. 2. in verb. portiones, vers. sed hic C. de orfic. Bart. in d. l. 1. num. 24. ff. de vulg. Bald. Nouell. de subst. tit. de vulg. num. 17. Gul. Ben. in d. cap. Raynutius, in uerb. si absque liberis moreretur 2. in materia vulgaris num. 90. vers. & similiter*, eaque ratione pater, & substituto, & coniuncto præfera-
700 tur, † *ut de substituto scribit Gul. Ben. in d. cap. Raynutius, in uerb. si absque liberis moreretur 2. in materia uulgaris, num. 90 uers. & similiter, & declarat Soc. Sen. in d. l. 1. nu. 28. uers. 3. limita ff. de vulg.*

Sed hęc opinio merito fuit communiter improbata, quia verius est, filium transmittere quidem hęreditatem maternam in suos descendentes, *ex beneficio l. un. C. de his, qui ant. ap. tab.* sed non in ascendentes, puta patrem,
701 *ut est text. in d. l. 2. C. de Orfic. & ibi Cin. num. 3. uers. ergo iam, Bart. & Bald. num. 3. ubi ait, ita communiter omnes tenere, Ang. & Castr. num. 1. Alex. in d. l. si infanti. 18. num. 1. uers. 2. not. C. de iur. delib. Rollandin. in suo Flor. testam. rubr. 22. num. 13. Crott. in d. l. re coniuncti. num. 167. uers. Non obstat, Corn. cons. 146. num. 6 uol. 1. Trent. de subst. d. part. 1. cap. 6. num. 21. uers & cum hęc opinio, ubi ait, hanc esse magis communem, & receptam scribentium sententiam*, ideoque etiam in hæreditate materna coniunctum patri
702 præferri, † *d. l. 2. C. de Orfic. & ibi Bald. num. 3. Castr. num. 1.* quemadmodum præfertur substitutus, si priùs, quam eam adeat, filius decesserit, *ut declarant Soc. Sen. in d. l. 1. num. 28. uers. 3. limita ff. de uulg. Trentac. d. part. 1. cap. 6. num. 21. uers. ex resolutione, ubi putat, hoc procedere etiam dato, quod transmitteretur in ascendentes, quod ipse non crediderim.*

Nec est distinguendum, vtrum adsint alij descendētes matris, nec ne, quasi priore casu pater excludatur, posteriore verò non item.
703 † *Quomodo distinxit Bald. in d. l. 2. num. 3. & 9.*

C. de

rei. 13. §. fin ff. de acq. hered. Barba in d. rubr. C.
qui adm. num. 147. verf. dixit tamen Baldus, &
Trentac. de subst. d. part. 1. cap. 6. num. 22. verf.
verum hęc declaratio, qui contrariam sententiam
sunt amplexi, quia respondeo, licet non sit ne-
cessarius, si tamen interueniat, operari, vt fi-
lius non obtemperans censeantur recusare,
eaque ratione faciat patri locum, secundum
ea quę diximus supra num. 11. verf. Denique.
Minus est, quod aliquis obijciat, iussum
712 morte extingui. † l. qui in aliena. 6. §. si is, qui
putabat ff. de acq. hered. ideoque perinde haberi
ac, si non interuenisset, cum paria sint, aliquid
713 non esse, vel esse extinctum † l. si enim, 10. §. qui
iniuriarum ff. si quis caut. l. 1. §. si quis sub con-
ditione ff. ut leg. nom. cau. Vnde, quemadmodũ
non Interueniente iussu non posset pater adi-
re post filij mortem, vt diximus supra nu. 685.
Ita etiã adire nõ posse eo interueniẽte, si p ti
lij mortem extinctus sit, vt arguunt Roma. in
d. l. is qui hęres. 13. §. fin. & Trentac. d. par. 1. cap.
6. num. 22. verf. verum hęc declaratio, quia re-
714 spondeo distinguendo; † Aut enim moritur
iubens, Et verum est, iussum expirare, Et in
his terminis procedit §. si is, qui putabat. Aut ve-
rò moritur is, cui factus est iussus, Et tunc, aut
tractamus de illius executione, Et verum etiã
est, expirare iussũ, scilicet quia nõ potest am-
plius ad effectum perduci, Aut tractamus nõ
de executione, sed de declaratione volunta
tis, quæ ex eo colligitur, vel ex parte iuben
tis, vel ex parte illius, cui iussus factus est, Et
tunc verius est, per mortem non extingui il-
lius virtutem. Ita distinguit (licet non per ‘oĩa)
Alex. in d. l. is, qui hæres. 13. §. fin. nu. 10. verf.
Roma hic ff. de acq. hęred.
Sexto, licet non præcesserit, aut filij recu-
satio, aut patris iussus, si tamen filius fraudu-
lenter, & dolosè neglexerit adire, quia pro
recusante habetur, ideo, quamuis decesserit,
poterit nihilominus pater hęreditatem, quasi
per filij recusationem sibi delatam adire, se-
cundum ea, quæ diximus supra nu. 646. & seqq.
quæ etiam ad hanc speciem, adaptari possunt.
Septimo, si filius non sit mortuus, sed posi-
tus in extremis, censet Baldus posse patrem
715 adire † vti videre est apud eum in d. l. fin. in prin.
num. 14. C. de bon. quæ lib. Sequuntur Roma. in
d. l. is, qui hæres. 13. § fin ff. de acq hered Soc. Sen.
in d. l. 1. nume 28 verf. vltimo limita ff. de vulg.
Ign in d. l. 1. nu. 39. verf. vltimo fallit C qui adm.
716 quia, † cum adire possit, vbi filius est exclu-
sus d. l. fin. §. 1. C. de bon. quæ lib. & exclusus
censeatur, vbi laborat in extremis, scilicet, qa
tunc temporis adire nequit, vt est doctr. gl.
communiter approbatę in l. ult. in verb. conditio-
nem, verf. Item impletur ff. quand. dies leg. ced.
Consequẽs videtur, vt filio in extremis labo
rante patei adire possit.
Sed est verius, quod alij tradiderunt, scili-
cet, ne quidem posito in extremis filio posse
717 patrem adire. † Ita enim censuerunt Fulgo. in
d. l. fin. in prin. C. de bon. quæ lib. Alex. in d. l. is, q
hęres 13. § fin num. 11. verf. attamen conclusiue
ff. de acq. hęred. Barba in d. rub. C. qui adm. nu.
147. verf. & multo minus Trentac. de subst. d.
part. 1. cap. 6. nu. 23. verf. & propterea: Nam,
718 † aut volumus filium in extremis positũ ha-
beri pro viuente, vt videtur habendus, cum
momentũ moriendi adscribatur potiùs vitæ,
quam morti, & viuens dicatur mori, vt osten-
dimus in hoc cap q. 16 num. 84. & 107. Et certũ
est, non posse patrem adire, quia, quandiu fi-
lius viuit, & non est per recusationem exclu-
sus, tandiu pater non admittitur, vt diximus
supra num. 381. Aut verò volumus, filium in
eo statu positum haberi pro mortuo, Et nec
etiam pater adire poterit, quia, vbi filius nõ
excluditur repudiatione, sed morte, pater nõ
admittitur ad adeundam hæreditatem, vt esse
verius, & receptius ostendimus supra num. 685.
& seqq.
Neque obstat contrarium, quia procedit,
quando filius excluditur repudiatione, & sic
uoluntate non etiã, quando excluditur mor-
te, & sic impotentia, vt diximus supra nume.
539. & 692. Hinc intelligimus, si essemus in
casibus, in quibus pater admittitur post mor
tem filij, vt, quia decesserit in infantia, proce-
dere Baldi opinionem; Ita censuit Barba. in
d. rub. C. qui adm. nume 147. verf & multo
minus.
Octauo, & vltimo, si filius fuerit institutus
contemplatione patris, & sic tractetur de hę
reditate profectitia, censent nostri commu-
niter, etiamsi filius ante aditam moriatur, nõ
tamen excludi patrem, sed posse per se met
719 ipsum adire, † Ita sensit Bald. in l. filiofa. 42.
ff. de cond. & dem. Et explicitè scripserunt Soc.
Sen. in d. l. 1. nu. 28. verf 5. limita ff. de vulg. Polit.
d. tit. de vulg. part. 3. num. 24. verf. facit ergo, &
Trent. d. part. 1. cap. 6. num. 25. vbi ait, hanc esse
veram declarationem, & ita excludere substi-
tutum, & coniunctum, vt de substituto scribit
720 Trentac. in relato loco: quia, † cum perinde
habeatur, ac, si ipsemet fuisset institutus, vt
diximus supra num. 534. Consequens est, vt,
quemadmodum, si ipse fuisset institutus, &
adiret, excluderet substitutum, & coniunctũ,
ita etiam debeat eos excludere, si filius ipsius
contemplatione institutus ante aditam de-
cesserit, & ita effecerit, vt pater ipse adire pos-
sit. Ita ratiocinatur Trentac. d. part. 1. cap. 6.
num. 25.
Sextus casus est, quando filius deficit post
mortem testatoris, siue illius, de cuius bonis
agitur, & emolumẽti acquisitionẽ, non qdẽ
irreuocabilẽ, sed reuocabilẽ, Et tunc verius
est, patrem admitti, & excludere substitutum,
& coniunctum, sed reuocabiliter, quia, si po-
stea repudiet, faciet substituto, vel coniũcto
locum. Exempla sunt.
Primum in hæreditate, vel ex testamento,
vel ab intestato delata filiofa. infanti: Nam,
licet mortuo in infantia filio priùs, quam
pater eius nomine adierit hęreditatem, vel
agnouerit bonorum possessionem, transmit-
tat filius hæreditatem, tamquam acquisitam
d. l. si infanti 18. C. de iur. delib. & nos diximus
supra num. 694. tamen, quia talis acquisitio
censetur facta reuocabiliter, scilicet, quia, si
pater nolit portionem in se transmissam reti-
721 nere, potest eam repudiare, † vt declarant gl.
in d. l. si infanti in verb. infanti quæsita, verf. sed
hodie, & ibi Alex. nu. 3. verf. & secundum præ-
dicta, & verf. in glo. in verb. ideo, si repud -
iet, faciet locum substituto, vel coniun-
cto, vt de substituto scribit Alex. in d. l. si in-
fanti. num. 4. verf. Pro hoc etiam.
Secundum exemplum fit in legatis, & fi-
deicom.

de commissis: Nam hæc statim, atq; dies cedit, per filium patri, etiam ignoranti acquirũ-
722 tur, † *vt scribunt Castr. in l. ex repudiatione. 26. num. 1. vers. opp. C. de fideic. Imol. in l. legatum 7. num. 1. & ibi Alex. num. 1. & Cimato. num. 16. ff. de leg. primo*, sed reuocabiliter, *ut in d. l. legatum declarant Imol. num. 1. & Cimato. num. 16. Et est de mente Cagn in d. l. 1. nume. 5. & ibi Massin. num 78. C. qui adm.* scilicet, quia ab eo repudiari poterat, *vt patebit ex iis, quæ dicemus infra num. 729 & seqq.* In ijs autem, si quæramus, an, si filius deficiat postea, quam dies cessit, fiat substituto, vel coniũctis locus, constat, multum referre, vtrũ loquamur de iure vetere, an verò de iure nouo: Nam, si de iure vetere, certum est, non consueuisse fieri lo-
723 cũ, aut substituto, aut coniuncto, † siue filius defecisset repudiatione, siue etiam morte, scilicet, quia ad eorum acquisitionem non erat factũ [illegible] *ut declarat Castr. in d. l. ex repudiatione. 26 num. 1. vers. opp. C. de*
724 *fideic.* cum acquisitio fieret ipso iure † *vt scribit Castr. in d. l. legatum. 7. nu. 3. ff. de leg. primo*, & satis esset filiũ esse in potestate patris, quo tempore dies legati, vel fideicommissi cedit,
725 vt statim diximus, in quæritũ censeretur † *l. si usufructus 14. §. fin. ff. quand. dies leg. ced. l. 1. § fin. ff. vt leg. nomine cau. l. si uxorem 5. C. de cond. in ser. Et in specie declarant Bart. in d. l. si, qui hæres. 13. §. fin. num. 10. & ibi Ias. num. 46. vers. tenendo ff. de acq. hæred. Sign. in d. l. 1. nu. 54. C. qui adm. Ias. in d. l. ex repudiatione 26 num. 2. C. de fideic.* ideo, licet postea filius defecerit, non tamen poterat auferri patri ius semel ei quæsitum.

Planè, si pater ipse legatum, aut fideicommissum repudiauerit, etiam absque filio, an fieret substituto, vel coniunctis locus, si quæramus, constat, rem pendere ex eo, nunquid iure vetere potuerit solus pater repudiare legatum filiofa. relictum. Et hoc plerique negant, censentque in hoc patris conditionem fuisse deteriorem cõditione domini, quippe, quem certum est, & olim potuisse, & hodie posse repudiare legatum seruo suo relictum
726 † *d. l. legatum. 7. ff. de leg. primo, & nos dicemus in q. seq. num. 123. Ita censuerunt gl. in d. l. legatum, in uerb. potest, in fi. & ibi Bart. & Bald. gl. in d. l. si, qui hæres. 13. §. fin. in verb. neq; filiusfa. & ibi Bald. uers. 2. opp. ff. de acq. hæred. & nouissimè Cuiac. ad tit. C. de rep. bon. poss.* Mouẽtur autẽ, vt ita sentiant.

Primo *l. ex repudiatione 26. C. de fideic.* vbi
727 † Diocletianus & Maximianus, *Ex repudiatione fideicommissi, inquiunt, doli mali exceptio (iusta causa intercedente) tunc opponitur, quando ipse, cui fideicommissum relictum est, repudiatione usus fuerit. Vnde, cum hoc, non te, sed patrem fecisse asseueres, qui tibi nocere non potuit, nihil tibi obesse potest*: Nam ex his verbis apertè constat, repudiationem fideicommissi a patre factam non valere, nec nocere filio.

Secundo mouentur, quia, quæ dicuntur de repudiatione hæreditatis, eadem dicuntur, &
728 de repudiatione legati † *l. 1. §. vtrum autem ff. si quid in fraud. patr. l. qui autem 6. in prin. ex vers. sed & illud ff. quæ in fraud. credit.* Quamobrem, vt dominus potest repudiare hæreditatem seruo suo delatam, *secundum eas, quas referemus in q. seqq. num. 43. & videtur probari l. 1. §. per seruum ff. de succ. edict.* ita etiam potest repudiare legatum idem seruo relictum *d. l. legatum 7. ff. de leg. primo*. Sed pater sine filio non potest repudiare hæreditatem ipsimet filio delatam *d. l. si, qui hæres. 13 §. fin. ff. de acq. hæred. & nos latè diximus supra num. 410.* Ergo nec legatum.

Tertio mouentur ratione diuersitatis: Nã, licet repudiatio valeat, quoties agitur de solo præiudicio repudiantis, non tamẽ valet, quoties agitur de præiudicio alterius, nisi illius quoque consẽsus accedat *l. pen. C. de pact.* Sed, quando seruus alienus fuit hæres institutus, aut ei relictum est legatum, vel fideicommissum, non agitur in repudiatione de præiudicio serui, quia, cum non habeat spem firmam libertatis, propterea quod, etiã mortuo domino remanet seruus, non potest domini repudiatio censeri præiudicare spei ipsius serui, qui spem non habet, sed agitur de præiudicio solius domini repudiantis, quippe, cui debuisset omne ius acquiri. Nil mirum igitur, si valeat repudiatio. At, quando filiusfa. erat institutus, aut ei relictum legatum, vel fideicommissum, agebatur in repudiatione non solum de præiudicio patris, sed etiam de præiudicio filij, quippe, qui spem firmam habebat existentiæ sui hæredis saltẽ post mortem patris; ideo nil mirum, si patris repudiatio, quasi facta in præiudicium filij non valeret. *Ita ratiocinatur Bald. in d. l. si, qui hæres 13. §. fin. vers. Ratio differentiæ ff. de acq. hæred. Et refert. Imol. in d. l. legatum. 7. nu. 2. ff. de leg. primo.*

His tamen non obstantibus contrariã sententiam, quæ receptior est, veriorẽ esse puto, potuisse scilicet olim patrem etiam sine volũtate filij repudiare legatum, aut fideicom-
729 missum ipsimet filio relictũ, † *Quæ fuit opinio Cin. in d. l. ex repudiatione 26. & ibi Ias. n. 2. C. de fideic. Bart. in d. l. si, qui hæres 13. §. fin. num. 10. & ibi Alex. num. 8. vbi ait, alios transire cum Bart. & Ias. num. 46. uers. tenendo ff. de acq. hæred. Sign. in d. l. 1. num. 54. C. qui adm. Castr. in d. l. legatum. 7 num. 3. & ibi Imol. nu. 1. Alex. num. 1. vbi ait gl. communiter reprobari, Ias. nu. 6. Cimato. nu. 5. & 18. uers. comprobo ff. de leg. primo*, & ita redũdando facere locum substituto, vel coniuncto; Probatur autem hæc sententia.

Primo, quia iure vetere valebat argumentum ad domino ad patrem, a seruo ad filium & contra, *ut ostendemus in q. seq. nu. 5.* Sed dominus poterat repudiare legatum seruo suo relictum *d. l. legatũ. 7. ff. de leg. primo & dicemus in ead. q. seq. num. 123.* Ergo, & pater.

Secundo confirmatur hoc ex identitate rationis, quæ in vtroque militat: Nam ratio, propterquam domino permittitur legatum seruo relictum repudiare, est, quia statim, atq; cessit dies, legatum ipso iure acquiritur domino etiam ignoranti *ut ostendemus in eadem q. seq. nu. 118.* At hæc ratio militabat olim etiã in patre scilicet, quia etiam ei legatum ipso iure quærebatur, *ut diximus supra num. 722. & 724.* Ergo, quod in domino receptum est, debuit etiam in patre recipi. *Ita arguit Castr. in d. l. legatum, num. 3.*

Tertio probatur, quia, qui potest agnoscere, vtique potest, & repudiare *l. is potest 18. ff. de acq.*

de acq.

de acq. hæred. Sed pater olim poterat per se, &
absque filio legatum ei relictum agnoscere,
vt scribit Soc. Sen. in d. l. 1. nu. 20. ff. de vulg. Ergo
& repudiare.

Neque obstat contraria: Ad primũ enim
respondeo, *l. ex repudiatione*, necessariò esse
730 intelligendã, † vel de fideicommisso relicto
filio emancipato, quo casu, ne olim quidem
poterat pater illud repudiare, cum non esset
querendum patri, sed filio, *l. 1. § 1. ff. si quis a
par. fuit man.* vel esse intelligendam de fidei
commisso relicto filiofa. a cõmilitone, quo
casu pater nullum in eo tãquã in re castrẽsis
peculij ius habere poterat *l. 1. §. nec castrense
ff. de coll. bon. & nos diximus supra nu. 10.* vel
denique esse intelligẽdam de fideicommis-
so relicto filiofa. sub conditione: Nam, quia
patri nullum ius poterat competere, nisi tẽ
pore euenientis conditionis filius fuisset in
eius potestate, *vt diximus supra nu. 492.* ideo
fit, vt ea pendente nõ potuerit pater fideicõ-
missum repudiare, *vt declarãt Cin. in d. l. ex re-
pudiatione 26. in fi. & Bart. in d. l. si, qui hæres.
13. §. fin. nu. 10. ff. de acq. hæred.* Et, quamquã
In textu nulla fiat de his circũstantiis mẽtio,
necessariò tamen ita est intelligendus, quia
alioquin non posset eius decisio secundum
iuris antiqui regulas sustineri, *vt recte anima
duerterunt ibi gl. in verb. obesse potest, Castr. nu.
1. vers. propter hoc, & Ias. num. 2.*

Ad secundo verò respondeo, imo in hoc
magnam fuisse differentiam inter hæredita
731 tem, & legatum: † Nam hæreditatem filio
delatam non poterat solus pater repudiare,
legatum verò filio relictum repudiare pote
rat, scilicet, quia hæreditas per filiũ patri non
acquirebatur ipso iure, sed ita demum, si a fi
lio fuisset adita ex iussu patris, *vt ostendimus
supra nu. 484.* Itaque ad eius acquisitionem
requirebatur factum filij, *vt diximus nu. 1*8.
At legati acquisitio nullũ filij factũ require-
bat, *vt diximus n. 723.* ideoque nil mirũ, si po-
tuerit legatum, tam quam sibi reuocabiliter
acquisitum, nõ etiã hæreditatem repudiare.
*Ita declarãt Imol. in d. l. legatũ. 7. n. 1. & ibi Alex.
nu. 1. Cimato. num. 16. ff. de leg. primo, Seb. Sap.
in d. l. 1. nu. 25. vers. sed contra C. qui adm.*

Ad tertium denique respondeo, imo ean-
dem in patre, quę in domino, militasse ratio
nẽ, *vt ostẽdimus supra n. 729. vers. 2. et clarius ap
parebit ex ijs, quę dicemus in q. seq. n. 57. & seqq.*

Sed hęc quidem dicũtur inspecto iure ve-
tere. At inspecto iure nouo, refert, vtrũ lega-
tum sit relictum contemplatione patris, an
verò contemplatione ipsius filij: Nam, si sit
relictum contemplatione patris, & ita sit
profectitium, certum est, ea procedere, quæ
olim obtinebant, scilicet, quia in profectitijs
nihil ex antiquo iure mutatum est, *vt dixi-
mus supra num. 155.* Itaque adhuc hodie ex
persona patris erit æstimandum, vtrum fiat
locus substituto, vel coniuncto, nec ne, quia
huiusmodi legatum vel fideicõmissum per
inde habetur ac, si ipsi patri directò fuisset
732 † relictum *l. filiofa. 42. & ibi Bald. & Castr. nu.
1. ff. de cõd. & dem. Polit. de substit. d. tit. de vulg.
part. 1. num. 24. Gratia. cap. 663. discep. for. num.
10.* Quamobrem is solus poterit illud agno-
733 scere, & sibi acquirere † *d. l. filiof. 42. & ibi Bald.
& Castr. num. 1. Gul. Ben. in d. cap. Raynutius,
in verb. si absque liberis moreretur. 2. in materia
vulgaris, nu. 81. Polit. d. part. 3. nu. 48.* & verò
734 etiam repudiare † *vt est de mente illorum, quos
retulimus supra num. 729. nam eo ipso quod ad-
mittunt potuisse repudiare aduentitium, multo
magis censent, id potuisse facere, si sit profectitiũ.*
Quod, vt iure vetere, ita, & hodie procedere,
735 non est dubitandum, † *vt scribunt Alex. in d. l.
si qui hæres 13. § fin. nu. 9. in fi. ff. de acq. hered.
Gul. Ben. in d. cap. Raynutius, in verb. si absque
liberis moreretur 2. in materia vulgaris nu. 81.*

Quod, si legatum, vel fideicommissum sit
relictum contemplatione ipsius filij, & ita sit
aduentitium, certum est, vnius defectum nõ
sufficere ad hoc, vt fiat, aut substituto aut cõ-
iuncto locus, sed vtriusque defectum esse ne
cessarium. Itaque, si solus filius repudiet, nõ
fiet locus substituto, vel coniuncto, quia talis
repudiatio nocet quidem filio, quippe, quẽ
a relicto excludit, sed non nocet patri, imo
ius eius auget quia, qui sine filij repudiatione
solum haberet vsumfructum, repudiatione
interueniente consequetur etiam proprieta-
tem, & ita rem, quasi sibi relictam pleno iure
736 obtinebit † *d. l. vlt. §. 1. vers. siue e contrario, &
ibi Castr. num. 1. C. de bon. quæ lib.* Quamobrẽ,
& substitutum, & coniunctum excludet, *per
ea, quę de hæreditate diximus supra num. 525. &
seqq. quęque etiam in legatis, & fideicommissis
procedũt.* Et pari ratione, si repudiet solus pa-
ter, non fiet locus substituto, vel coniuncto,
quia talis repudiatio nocet quidẽ ipsi patri,
quippe, quem priuat eo vsufructu, quẽ esset
737 habiturus, si non repudiasset † *d. l. vlt. § 1. C. de
bon. quæ lib. & declarat Castr. in d. l. legatum. 7.
n. 3. vers. Item hodie ff. de leg. 1.* sed non nocet
738 filio, † *vt scribunt gl. in d. l. ex repudiatione 26.
in verb. obesse potest vers. sed hodie C. de fideicom.
Bart. in d. l. si, qui hæres 13. §. fin. num. 10. & ibi
Alex. num. 9. vers. procedit ff. de acq. hæred. Alex.
in d. l. legatum. 7. num. 2. vers. hodie autem ff. de
leg. primo.* imo ius eius auget, quia secuta repu
diatione consequitur non solum proprieta-
tem, sed etiam vsumfructum, quem alioquin
patre viuente non fuisset habiturus *d. l. ult. §.
1. C. de bon. quæ lib. Et in specie declarant Castr.
in d. l. legatum. 7. num. 3. vers. Item hodie ff. de leg.
primo Alex. in d. l. si, qui hæres. 13. § fin. num. 9.
in fi. ff. de acq. hæred.*

Septimus casus est, quando filius hęres in-
stitutus decessit post mortẽ testatoris, & emo-
lumentum acquisitum reuocabiliter, non
quidem iure ciuili, sed iure prętorio, prout
euenit in specie, qua pater exheredauit fi-
lium, & ex eo nepotẽ instituit, quo casu ne-
pos, tanquam suus, & necessarius ipso iure
739 hæres auo existit † *l. qui in aliena 6. § interdũ,
& ibi declarant gl. in verb. faciet hæredem, Bart.
num. 1. Bald. vers. Not. Ang. vers. dic, quod, quę
Castr. num. 2. Imol. vers. & not. Alex. numer. 2.
740 & Ias. num. 1. ff. de acq. hæred.* & quidem † irre-
uocabiliter, si spectamus ius ciuile, sed reuo-
cabiliter, si spectamus ius prætorium, *secun-
dum ea, quæ diximus in quæst. præced. num. 91.
& seqq.* Et tunc, si loquamur de iure vetere,
certum est, hęreditatem ipso etiam iure patri
741 acquiri consueuisse † *d. l. qui in aliena 6. § in-
terdum, & ibi gl. in verb. faciet hæredem, & Bart.
Bald. Ang. Castr. Imol. Alex. & Ias. ff. de acq.
hæred. Ruin. consi. 204. num. 13. vol. 1.* adeo, vt
ad hoc

ad hoc non fuerit ipsius iussus, & volũtas ne-
742 cessaria. † *vt declarant Bald. in d. § interdum, vers in text sine aditione, & ibi Castr. n. 1. Alex. n. 1. Iason. n. 11.* quippe, quæ in his tãtum casi-
bus requirebatur, in quibus acquisitio pēde-
bat ex facto hominis, nõ etiam in ijs, in qui-
bus fiebat ipso iure *l. acquiritur. 10 § 1. ff de acq. rer. dom. § ita vobis Inst. per quas perso. nob. acq.* Sed, quia talis acquisitio fiebat cum ea-
dem potestate abstinendi, quæ nepoti com-
743 petijsset, si fuisset sui iuris, † vt diximus de
manumissario *l. si quis filiumfa. 7. §. 1. ff. de acq. hared. & videre est in q. praced. numer. 97. ac in proposito declarat Castr. in d. §. interdum, num. 3. vers. & aduertendum,* ideo secuta abstensio-
ne fiebat locus substituto, vel coniuncto, ea
verò non interueniente censebantur illi to-
taliter exclusi, *secundum ea qua de transmissa-
rio diximus in eadem q. praced. nu. 97.* Sed ho-
die, quia nepos auitam hæreditatem, tam-
quam aduentitiam sibi acquirit, ideo res erit
744 eodem modo decidenda † quo tertium casũ
definiuimus, scilicet, quia abstensio vim re-
pudiationis habet *l. pro herede 20. §. Papinia-
nus ff. de acq hared.* Itaq; si abstẽsio de vtriusq;
voluntate fiat, hæreditas ad substitutum, vel
coniunctum pertinebit, si verò fiat a solo
nepote, poterit pater eam pleno iure retine-
re excluso substituto, vel coniuncto. Con-
tra verò, si nepos non abstineat, sed pater no-
lit vsumfructum, hæreditas etiam cum vsu-
fructu penes nepotem remanebit: At, si neu-
ter abstineat, habebit nepos proprietatem, fi-
lius verò vsumfructum, *vt declarant gl. in d. §. interdum, in verb faciet haredem, & ibi Bart. num. 1. vers. opp. & reintro, Bald. vers quarit gl. & Ias. num. 24.* & tam substitutus, quam con-
iunctus exclusus intelligetur, *secũdum ea qua dicemus in seq. casu.*

Octauus casus est, quando filius hæres in-
stitutus post mortem testatoris non deferit,
sed acquirit partem sibi relictam, puta adit
hæreditatem, vel agnoscit bonorum posses-
sionem pro ea parte, ex qua fuit hæres insti-
tutus, & sumus in casibus, in quibus testator,
qui eum instituit sciebat, eum esse filiumfa.
Et tunc res caret dubio: nam certum est, eum,
etiam inspecto iure veteri partem coniuncto
facere, & ita ius accrescendi excludere con-
745 sueuisse. † Cum enim excluderet substitutũ,
746 † *d. l. si quis filiumfa. 7. in prin. & ibi gl. Bart. Bald. Ang. Castr. Imol. Alex. & Iason ff. de acq. hered.* quippe, cui nõ aliter potuit esse locus,
quam, si primus non esset hæres, quæ verba in
homine alieni iuris intelligũtur, siue ipse hæ-
res non erit, siue alium hæredem non fecerit,
747 † *l. si paterfa. 40. ff. de hared. inst. l. cum proponas 3. & ibi Bart. num. 2. Bald. num. 2. Ias. num. 11. C. eod. §. vlt. Inst. de vulg.* & in proposito, licet
ipse non esset hæres, & hoc modo videretur
quo ad ipsum purificata conditio, tamen, qa
adeundo faciebat patrem hæredem, ideo cẽ-
sebatur conditio defecisse, *vt in proposito ra-
tiocinantur gl. in d. l. si quis filiumfa. 7. in prin. in verb. patris. & ibi Bart. & Castr. nu. 2. ff. de acq. hared. Ias. in d. l. cum proponas 3. num. 11. C. de hared. inst.* Consequens fuit, vt multo magis
debuerit excludere coniunctum, *per ea, qua
diximus in hoc cap. q 41. num. 13.* Quod & ho-
die procedere, certũ est: Nam, aut hæreditas
est profectitia. Et illius respectu nihil ex an-
tiquo iure mutatum est. *vt diximus supra nu.* 155. ideoque, si iussu patris eam filius adie-
rit, excludet substitutum, & per consequẽtias
etiam coniunctũ, *vt de substituto scribit Imol. in d. l. si quis filiũfa. 7. in prin.* Aut verò hære-
ditas est aduentitia. Et multo faciliùs exclu-
748 detur substitutus, † *vt scribunt Ang. in d. l. cum proponas. 3. num. 1. C. de hared inst. Castr. in d. l. si quis filiumfa. 7. in prin. num. 2. vers. hoc tamen vtrum, & Imol. in d. l. si paterfa 40. num. 9. vers. sed iuxta pradicta ff. de hared. inst.* & per con-
sequentias etiam coniunctus, *secundum ea,*
749 *qua supra diximus*, quia, † cum hæreditatem
non patri, sed sibi acquirat, & ita non patrem
faciat hæredem, sed ipsemet hæres existat, *vt
diximus supra numer.* 162. Consequens est, vt
multo magis censeatur conditio defecisse.
Denique, cum per se, non per alium ad partẽ
admittatur, sequitur debere facere partem,
ex regula, quam retulimus in hoc cap q. 41. n. 10.

Nonus, & vltimus casus est, quando filius
hæres institutus adit hæreditatem, sed sumus
in casibus, in quibus testator ignorabat ipsius
conditionem, puta credebat eius patrem esse
defunctum, cum tamen re vera viueret, aut
credebat, eum fuisse a patre emancipatum,
cum tamen esset adhuc in illius potestate, Et
tunc, si quæramus, an substitutus, vel cohęres
admittatur, constat, rem pendere ex eo, num-
quid dispositio *l. si paterfa 40 ff. de hared. inst.* quæ vult substitutum in partem admitti, si
testator instituerit seruum, quem credebat li-
berum, procedat etiam in filiofa. In qua qui-
dem quæstione refert, vtrum loquamur de
iure veteri, an verò de iure nouo: Nam, si de
iure veteri, licet plerique censuerint, non ha-
750 buisse locum, † *vt Iac. de Rau. quem sequitur Ang in d. l. si paterfa. 40. num. 3. vers. Tu dic ff. de har. inst. & in d. l. si quis filiumfa. 7. in prin. ff. de acq. hared.* quod longè alia esset ratio
751 serui, alia filijf. scilicet, quia † in seruo non
remanebat nomen hæredis, quod alioquin
remanebat in filiofa. *vt distinguendo declarãt gl in l. cum filiof. 11. in verb sed, vt pater, quam post vltramontanos ibi sequitur Ang. in verb. de-
niq. vers. ego nunquam ff. de leg primo*, ideoque
in illo purificaretur, in hoc vero deficeret cõ-
ditio, sub qua substitutus vocatus intelligit,
vt ratiocinatur Ang. in d. l si paterfa. 40 num. 3. vers. Tu dic ff. de hared. inst. verius tamen est,
quod alij frequentiùs tradiderunt, scilicet,
dispositionem prædictæ legis habuisse locũ
etiam in filiof. & per consequentias debuisse
substitutum in partem admitti, quotties testa-
tor instituerat filiumfam. quem patremfa.
752 esse existimabat. † *Ita enim [illegible]erunt gl in d. l si quis filiumfa. 7 in prin. in gl. 1 & ibi Bart. vers quarit gl. Bald. vers. in gl alterius, Castr. n. 2. Imol. in prin Alex. num. 1. vbi ait ita communiter teneri, Ias. num. 1 ff. de acq. hared. Bart. in d l. cum filiof. 11. nu. 6. & ibi Alex. nu. 17. Ias. nu. 90. ff. de leg. primo, Bart. in d. l. si paterfa 40 nu. 3. & ibi Bald vers. secundo quaro, Imol. nu. 9. & 10. vers sed, vbi testator ff. de hared. inst. Bart. in d. l. cum proponas. 3. num. 8. & ibi Bald. num. 7. vers. & adde, Ang. num. 1. Castr. num. 6. vers. sed dic, Ias. num. 22. vers. Item adde C. eod. Post. de substit. tit. de vulg. part. 3. num. 36. Vigl. in §. vlt.*
753 *num. 1. Inst. de vulga.* scilicet, quia † eadem in
vtroq;

vtroque militabat ratio, *ut scribit Castr. in d. l. si paterfa. 40. num. 6.* Nam, vt in seruo, ita, & in filiofa. iussu patris adeunte cõditio, & extitisse, & defecisse videbatur, *secundum ea, quæ de seruo dicemus in q. seq. num. 151. & seqq.*

Nec obstat, quod in filiofa. remaneret nomen hæredis, quod alioquin cessabat in seruo, quia verius est, & receptius, imo vtrunq; nomine fuisse hæredem, licet emolumentũ
754 acquireret patri, vel domino, † *uti uidere est apud Bart. in d. l. cum filiofa. 11. num. 4. & 5. & ibi Castr. num. 19. Imol. num. 6. & 7. Alex. nume. 16. uers. Paulus de Castro, ubi ait hanc esse magis communem, & veriorem, & Ias. num. 76. ubi ait, hanc tenere cõmuniter scribentes nemine modernorum dissentiente. ff. de leg. primo, & nos etiam diximus supra num. 161.*

Sed hodie, quia filius nõ acquirit amplius proprietatẽ patri, sed sibi, verius est, in eo locum non habere supradictæ *l. si paterfa.* dispo-
755 sitionem, † *ut rectè scripserunt Bald. in d. l. si quis filiumf. 7. in prin. uers. In gl. alterius & ibi Castr. num. 2. uers. hoc tamen uerum, Imol. in prin. Alex. num. 1. uers. sed dubium ff. de ueq. hered. Bald. in d. l. si paterfa. 40. uers. a. quæro, & ibi Ang. num. 3. uers. Tu dic, & Imol. num. 10. uers. sed fortè ff. de hered. inst. Castr. in d. l. cum proponas 3. num. 6. uers. sed dic, & ibi Ias. num. 22. uers. Item adde C. eod. Alex. in d. l. cum filiofa. 11. num. 17. uers. Tamen dicas ff. de leg. primo, Vigl. in d. §. ult. nu. 2. Inst. de uulg.* Quod tamen ita est intelligen-
756 dum, † vt procedat, si filius adeat hæreditatẽ. Cæterùm, si eam repudiet, & hoc modo operetur, vt pater eam adire possit, *iuxta ea, quæ diximus supra num. 363.* magis est, vt incipiat habere locum, *sicuti ostendimus supra nu. 542.* Denique etiamsi filius adeat, non habebit
757 quidem locum respectu proprietatis, † quippe quam filius sibi insolidum acquirit. Cœterùm respectu vsusfructus, quem acquirit patri, magis videtur vt locum habere debeat, ita, vt substiturus ad eius partem admittatur,
758 & cũ patre concurrat † *sicuti declarauit Castr. in d. l. si quis filiumfa. 7. in prin. num. 2. uers. hoc tamen uerum, & ibi Imol. in prin. Alex. nume. 1. uers. sed dubium Ias. nu. 2. ff. de acq. hared. Imol. in d. l. si paterfa. 40. num 10. uers. sed forte ff. de hered. inst. Alex. in d. l. cum filiofa. 11. n. 17. uers. tamen dicas ff. de leg. primo Ias. in d. l. cum proponas. 3. nu. 22. uers. dic melius C. de hared. sust.*

Sed mihi verius videtur quod alij tradiderũt scilicet, ne quidem, quoad vsumfructum
759 habere locum, † ideoque, etiamsi testator errauerit in qualitate instituti, & putauerit eũ esse patremfa. cum tamẽ re vera esset filiusf. nõ tamen substitutum esse in aliquam vsusfructus partem admittendum. *Ita enim rectè post Fulgo. in d. l. cum proponas, consuit, Vigl. in d. §. ult. num. 2. Inst. de uulg.* Moueor autem, vt ita sentiam.

760 Primo, quia † cessat hodie ratio propter q̃ olim substitutus in partem admittebatur: Nam ratio erat, quia conditio substitutionis partim existere, & partim deficere videbatur: Eo enim ipso, quod filius, neque ipse hæres erat, cum hæreditatem sibi non acquireret, neque alium mutata cõditione faciebat hęredem, videbatur existere conditio substitutionis. Eo verò ipso, quod patrem faciebat hæredem cõditio videbatur deficere, ideoq; tamquam in re dubia media via fuit electa, *sicuti latè ostendemus in q. seq. nu. 151.* At hæc ratio cessat hodie, quia filius non facit amplius patrem hæredem sed ipse met hæres existit, cum hæreditatem non patri, sed sibi acquirat. Et licet ei acquirat vsumfructum, non tamẽ propter hoc dici potest facere patrem hæredem, & ita deficere conditio, cum vsufructuarius non sit hæres, *ut diximus supra nu. 162.* Ergo tamquam cessante ratione dispositionis debet cessare, & ipsa dispositio.

Secundo moueor quia testatoris error, q rem olim dubiam reddebat, propterea, quod ignorabatur, quid esset euenturum, seu, quem effectum esset habitura institutio, si testator sciuisset, institutũ esse alieni iuris, hodie nõ potest ad substituti commodum aliquam effectus diuersitatem operari: Nam, aut consideramus proprietatem, Et eius respectu semper idem resultat effectus, siue testator sciat, siue ignoret, institutum esse filiumfa. quia, si adeat, sibi semper acquirit proprietatem, *ut considerant ij quos retulimus supra num. 755.* Aut verò consideramus vsumfructũ, Et tunc, aut præsumimus, testatorem, etiãsi sciuisset, eum esse filiumfa. nihilominus fuisse facturum institutionem, & ita relicturum rem in terminis iuris communis Et tunc, quia censeretur ad ius se retulisse, Consequens esset, vt adeunte filio deberet excludi substitutus, etiãsi vsusfructus patri acquireretur, *arg. d. l. cum proponas 3. vers. q si verba C. de hered. sust.* Aut verò præsumimus, testatorẽ si sciuisset instituti cõditionẽ noluisse vsũfructũ ad patrẽ puenire, Et tũc, q̃a illius acquisitioni repugnaret voluntas testatoris, deberet is, quasi ꝓhibitus ad filiũ potiùs, q̃ ad substitutũ pertinere, cum certi iuris sit, filium, non solum proprietatem, sed etiam vsumfructum consequi, quoties testator eum noluit ad patrem pertinere, §. 1. *Auth. vt lic. matr. & au. soll. 3. Auth. excipitur C. de bon. quę lib.* Et non sit cõueniens, nec testatoris voluntati congruum, vt substitutus in partem admittatur, quoties potest esse locus instituto, quem testator voluit habere totum *l. verbis ciuilibus. 7. uers. sed quis ff. de uulg. l. cũ in testamento. 37. in prin. uers. ex quo apparet ff. de hęred. inst.* Ergo, cum dubitatio, quæ ex testatoris errore nascitur, non possit aliquam effectus diuersitatẽ, quę substituti fauorem, & commodũ respiciat, operari, & ita cesset causa, quæ fecit diuisioni locum, sequitur, debere, nõ solum ratione proprietatis, sed etiam ratione vsusfructus cessare diuisionem.

Tertio me maximè mouet illud, † *quod etiam considerat Vigl. in d. §. ult. num. 2. Inst. de*
761 *uulg.* quia, † si pars vsusfructus deberet ad substitutũ pertinere, & postea viuo filio moreretur pater, aut etiam viuens nollet vsumfructum acquirere, sed mallet, eum relinquere filio, sine dubio filius priuaretur illa parte vsusfructus, quandiu viueret substitutus, cui ius semel quæsitum non posset auferri, *arg. l. fin. C. de vsufr.* At hoc esset absurdum, tamquam repugnans voluntati testatoris, qui voluit, eum habere totum *d. l. verbis ciuilibus. 7. ff. de uulg.* Ergo non debet admitti, & per cõsequentias non debet substitutus in aliquam, aut proprietatis, aut etiam vsusfructus partẽ

admitti, licet testator errauerit in qualitate instituti, & putauerit, eũ esse patremfa. cum tamen re vera esset filiusfa. Et hęc de filio, qui per patrem admittitur ad partem.

S V M M A R I V M.

1 Seruus, qui per dominum ad mittitur ad partem, facit partem, & cur, num. 3. Declara, vt num. 2.

4 Filij & serui siue patris, & domini par erat olim in iure acquisitionis causa.

5 Argumentum a filio ad seruum, vel a patre ad dominum, & contra valet, Declara, vt numer. 56. & seq.

6 Ius antiquum, licet in filio sit mutatum, in seruo tamen manet in correctum.

7 Seruus in iure acquisitionis multipliciter hodie differt a filiofa.

8 Seruus, quicquid acquirit, domino acquirit.

9 Seruus non potest adire hæreditatem sine voluntate, & iussu domini & cur, num. 11.

10 Iussus domini debet præcedere aditionem, quæ fit a seruo.

12 Seruus potest agnoscere bonorum possessionem sibi delatam, etiam ignorante domino, Declara, vt nu. 13.

13 Bonorum possessionis agnitio facta a seruo ignorante domino est inefficax, nisi postea eam dominus ratam habeat.

14 Fideicommissaria hæreditas potest restitui seruo, etiam domino ignorante, dummodo ab eo postea rata habeatur.

15 Seruus non potest repudiare hæreditatem, aut bonorum possessionem sibi delatam, & cur, num. 16.

17 Seruus non obstante repudiatione a se facta potest iussu domini adire, & ei quærere emolumentũ hæreditatis.

18 Seruus ante aditam alienatus, acquirit nouo domino.

19 Seruus ante aditam manumissus sibi acquirit.

20 Seruus potest etiam iubente domino nolle adire, & num. 137. Declara, vt num. 21. & 138.

22 Seruus hęres institutus, si adire recuset, potest a domino cogi adire, Declara, vt numer. 23. 25. & 26.

24 Seruus hæres institutus contemplatione domini, si adire nolit, potest sine dubio cogi adire.

25 Seruus hæres institutus, si adire nolit, non potest precisè cogi adire;

27 Seruus hæres institutus ita demum facit dominũ hæredem, si ipse vult.

28 Serui voluntas, & consensus est necessarius ad hoc, ut hæreditas vel bonorum possessio acquiratur domino.

29 Serui hæredis instituti recusatio nocet domino, Declara, vt num. 30.

31 Dominus non potest adire hæreditatem seruo suo delatam & cur, num. 34. & seqq.

32 Ius adeundi non transit in dominum.

33 Ius adeundi residet in persona serui.

34 Facti, quæ sunt, non transeunt in dominum.

35 Ius quærendum non transit in dominum.

36 Hæreditas non defertur domino, sed seruo, si is fuerit hæres institutus

37 Dominus non potest acquirere hæreditatem seruo suo delatam sine ipsius voluntate.

38 Hæreditas seruo delata non potest acquiri domino, nisi per seruum adeatur.

39 Serui factum est necessarium ad acquisitionem hæreditatis.

40 Dominus etiam hodie non potest adire hæreditatem seruo suo delatam, licet is eam recuset, cum alioquin pater recusante filio adire possit.

41 Dominus etiam inuito seruo potest recipere hęreditatem fideicommissariam illi delatam, licet non possit adire hęreditatem, vel agnoscere bonorum possessionẽ illo inuito, & cur, num. 42.

43 Dominus potest repudiare hęreditatem seruo suo delatam, Sed contra, n. 51. & cur n. 52. & seqq.

44 Pater, licet olim non posset repudiare hęreditatem delatam filio, dominus tamen poterat, & hodie potest repudiare hæreditatem delatam seruo, & cur num. 45. vers. 4. & num. seq. Sed contra num. 55. vers. 4. & num seqq.

47 Declaratur l. seruus dotalis. 59. ff. sol. matr. & n. 59.

48 Declaratur l. qui autem 6. §. si seruum ff. quę in fraud. cred. & num. 60.

49 Declaratur l. 1. §. per seruum ff. de succ. edict. & n. 61. & seqq. & num. 70.

50 Argumentum ab hęreditate ad legatum valet;

52 Repudiare is tantum potest, qui potest adire, Declara, vt num. seqq.

55 Repudiari non potest ius nondum competens.

62 Dominus potest repudiare bonorum possessionem, licet non possit repudiare hęreditatem seruo suo delatam, & cur, num. 64. & seq. Sed contra nu. 66 & cur, num. 67.

63 Pater & dominus erant olim similes in iure repudiandi hæreditatem delatam filio, vel seruo dissimiles vero in iure repudiandæ bonorũ possessionem Sed contra, num. 68 vers. 5.

68 Bonorum possessio non defertur domino, sed seruo hæredi instituto.

69 Dominus non potest agnoscere bonorum possessionem sine voluntate serui, cui fuit delata.

71 Dominus, licet possit repudiare legatum seruo suo relictum non tamen potest repudiare hæreditatem illi delatam, & cur, num. 72.

73 Seruus adeundo hæreditatem sibi delatam facit dominum hæredem, Declara, vt num. 75.

74 Seruus adeundo hæreditatem sibi delatam, illam acquirit domino, Declara, ut num. 75.

76 Seruus hæres institutus, vel legato honoratus, si moriatur uiuo testatore, fit locus substituto, uel coniuncto excluso domino, & cur, num. 77.

78 Acquiritur per seruum domino immediatè, non mediatè, Declara, ut num. 79.

80 Domino acquiritur mediante persona serui.

81 Domino acquiritur per seruum.

82 Domino acquiritur facto, & ministerio serui.

83 Dispositio in seruum collata non ualet ex persona ipsius serui, sed ex persona domini, Declara, ut num. 85. & seqq.

84 Seruus habetur pro nullo.

87 Seruus sub conditione uocatus, si conditione pendente moriatur, facit locum substituto, uel coniuncto, & num seq. & cur, num. 90.

89 Declaratur l. si mihi purè. 61. ff. de leg. 2.

91 Legatum, uel fideicommissum non aliter domino per seruum acquiritur, quam, si is sit in eius potestate, quo tempore dies cedit.

92 Seruus, si tempore, quo dies legati cedit, sit sui iuris, sibi, non domino legatum acquirit.

93 Dominus non potest repudiare legatum seruo suo relictum ante, quam dies eius cedat.

94 Seruus potest repudiare hæreditatem sibi delatam ex iussu domini.

95 Dominus excluditur, si seruus ex ipsius iussu repudiat

pudiet hæreditatem sibi delatam.

96 *Seruus, si repudiet hæreditatem sibi delatam iussu domini, facit locum substituto, uel coniuncto, & cur, num 97.*

98 *Seruus, si repudiet sine uoluntate domini, non facit locum substituto, uel coniuncto.*

99 *Seruus repudians hæreditatem sibi delatam sine uoluntate domini, qualiter ei noceat, & numer. seq.*

101 *Substituto, uel coniuncto locus fit, si seruus recusat, siue adire nolit hæreditatem sibi delatã, Declara ut num. 102.*

103 *Seruo hæredi instituto potest ad instantiam substituti præfigi terminus ad adeundam hæreditatem.*

104 *Seruo hæredi instituto si fuerit a Iudice præfinitus terminus ad adeundam hæreditatem, eo elapso fit locus substituto, vel cohæredi, vel venientibus ab intestato.*

105 *Seruus qui adire recusat, si patiatur labi tempus acquirendæ successioni præfinitum, facit locum substituto, vel coniuncto.*

100 *Seruus si patiatur labi tempus acquirendę successioni præfinitum, nocet domino, Declara, ut nu. 108. & seqq.*

107 *Seruus potest prẹiudicare domino in quærendis, non in quęsitis.*

111 *Seruus hęres institutus, si ante aditam moriatur, dominus excluditur, & cur, numer. 112. & seq.*

114 *Seruo ante aditam defuncto hæreditas non ad dominum, sed ad substitutum, vel cohęredem, aut ijs deficientibus ad venientes ab intestato pertinet, & cur num. 115.*

116 *Serui mors contingens post diem legati cedentem non nocet domino, & cur, num. 117. & seqq.*

118 *Legata & fideicommissa acquiruntur per seruum domino etiam ignorante.*

119 *Seruum esse in potestate domini, quo tempore dies legati cedit, sufficit, ad hoc, ut statim ius domino quæsitum intelligatur.*

120 *Seruus, etiamsi post diem legati cedentem alienetur, aut manumittatur, nihilominus legatum acquiritur veteri domino.*

121 *Dominus potest legatum seruo suo relictum agnoscere*

122 *Dominus potest petere legatum seruo suo relictum.*

123 *Dominus potest repudiare legatum seruo suo relictum.*

124 *Legatum relictum seruo contemplatione domini videtur relictum ipsi domino.*

125 *Legatum relictum seruo contemplatione domini potest ab eo agnosci, & peti sine facto serui.*

126 *Dominus, si non repudiet legatum seruo suo relictum, excludit substitutum, & coniunctum.*

127 *Dominus, si repudiet legatum seruo suo relictum, facit locum substituto, vel coniuncto.*

128 *Dominus, cui coniunctim cum seruo suo legatum est, potest ex persona serui legatum repudiare, & ita ad sui commodum facere locum iuri accrescendi.*

129 *Dominus potest ex persona unius serui repudiare legatum, & ex persona alterius illud cõsequi Declara, ut num. 130.*

131 *Seruo communi si res legata sit, potest unus ex dominis agnoscere legatum, alter vero repudiare.*

132 *Legata, & fideicommissa in quibus differant ab hæreditate.*

133 *Seruus, si iussu domini adeat hæreditatẽ, excludit ius accrescendi, & cur, num. 115*

134 *Seruus hęres institutus, si iussu domini adeat hæreditatem, excludit substitutum, & cur, numer. 135.*

136 *Seruus hæres institutus excludit substitutum, & coniunctum etiamsi coactus adeat.*

139 *Seruus duorum hæres institutus, si unius iussu adeat hæreditatem excludit substitutum, & cõiunctum in parte iubentis.*

140 *Seruus duorũ hęres institut⁹, si unius iussu adeat, alterius non iubentis pars ad substitutum pertinet, eo vero non existente accrescit condomino. num. 141.*

142 *Liber homo hæres institutus, si ante aditam seruus alicuius fiat, & illius iussu adeat, excludit substitutum, & cohæredem, & cur, num. 143.*

144 *Error in qualitate personę vitiat institutionem, Declara, ut num. 146. & seq.*

145 *Institutio serui, quem testator credebat esse patrẽf. valet.*

148 *Declaratur l. cum proponas. 3. C. de hęred. instit. & num. 154 & seqq.*

149 *Seruus alienus, si quasi paterf. fuerit institutus, & ei datus substitutus, hæreditas diuiditur inter dominum, & substitutum. & cur, num. 151. Declara ut num. 159 & seqq.*

150 *Declaratur l. si paterf. 40. ff. de hæred. inst. & nu. seqq. & rursus numer. 167. & seqq. usque ad fin.*

152 *Dubijs in quæstionibus media via est eligenda.*

153 *Diuisio est facilis, & consueta rerum in dubijs quæstionibus componendarum ratio.*

164 *Partis appellatione dimidia denotatur.*

166 *Diuisio regulariter fit in partes æquales.*

An, & quando seruus, qui per dominum admittitur ad partem, faciat partem.

Quæstio Quadragessimatertia

SEquitur, ut videamus de seruo, & dispiciamus, an, & quando faciat partem; Constat aut tunc partem facere, cum per dominum admittitur ad partem,
1 †*ut patebit ex ijs, quę dicimus infra num 133. &*
seqq. quod tunc demum accidere intelligitur,
2 cum †hęreditatis, aut legati, vel fideicommissi partem sibi relictam domino acquirit, *ut in specie l. cum filio. 3. ff de vulg.* Nam, quia
3 †perinde habetur, ac, si partẽ ipsam sibi quęsiuisset, cum peruenire ad aliquem rectè dicatur id, quod per eum peruenit ad alium *l. cepisse 140. & l. peruenisse 171. ff de verb. sign. & nos diximus etiam in q. præced. num. 4.* ideo fit, ut, quemadmodum, si per se fuisset admissus, faceret coniuncto partem, *ex regula, quam retulimus in hoc cap. q 21. num. 10. & q. 36. num. 6.* ita etiam facere debeat, quoties partem sibi relictam acquirit domino. Denique, cum eo modo excludat substitutum, *ut ostendemus infra num. 134.* qui potior est coniuncto *l. 2. §. si duo ff. de bon. poss. sic. tab. & nos latè diximus in 10. cap. q. 20. num. 14.* Consequẽs est, ut multo magis debeat excudere coniunctum, quia, si vinco vincentem te, multo fortiùs te *l. de*

acceßionibus.14.ff.de diuers.& temp.præscript.

Hinc necessariò nobis erit dispiciendum, quando seruus partem sibi relictam acquirat domino, & ita per eum admittatur ad partē: ita enim intelligemus, quando partem faciat & sic excludat ius accrescendi & quando nō. Pro faciliori autem huiusce quæstionis explicatione præmittendum est, in iure acquisitionis patrem olim ferè in omnibus fuisse cau-
4 sam filij, & serui, seu patris, & domini † *l. filiofa.42.ff.de cond.& demo.§.1. Inst.quod cum eo,qui in alie.pot.est, Et scribunt Seb.Sap.in l.1. num.4.C.qui adm. Cimato in l.legatum.7.num. 25 ff.de leg.primo latè Bauer.in l.cum filiof.11. num.186.& seqq.ff.eo.* ideoq; veteres prudentes passim de vtroque simul tractare consueuisse, *vti videre est inst. quibliberis.8.§.hæc verba ff.de vulg l.cum filiofa.11.ff.de leg.primo.l.si legatus.30.§ si filiof.& l. quamuis.40.§.1.ff.ad Treb l.quæd im.9 §.nihil interest ff.de edend.* vel ab vno ad alium, puta a filio ad seruum, siue a patre ad dominum, vel contra a seruo ad filium, siue a domino ad patrem traxisse ar-
5 gumentum, † *vt de illis videre est in d.l. filiof.s. 42.ff.de cond.& dem.& apud Zaccard.in d.l. 1.num.6.vers 3.C.qui adm. De his vero apud gl. in l.si quis seruo.20.in verb. corrumpi C.de furt. Rip.in l.1.num.144.vers.8.ff.de vulg.* Sed hodie, quia ius antiquum in filio multipliciter mutatum est, *vt ostendimus in q.præced. num. 158.& seqq.* in seruo vero manet incorrectū,
6 † *vt scribit Bald.in l.fi.§.1.num.4.vers. Breuiter C.de bon qualib Et est in confesso apud eos, quos referemus infra num.40.* ideo in multis diffe-
7 runt,† &

Primo in rebus, quæ acquiruntur: Nam filius, licet ea, quæ ex re vel occasione patris ei obueniunt, adhuc hodie pleno iure patri acquirat *§.1.Inst.per quos perso.nob acq.& nos diximus in eadem q.præced num.156.* tamen ea, quæ procedūt a proprijs laboribus, vel a prospera fortuna, acquirit sibi, vel pleno iure, vt castrensia, vel quasi castrensia, & vero etiam interdum a iuentitia, vel saltem iure proprietatis, vt materna, & regulariter alia aduentitia, *sicuti ostendimus ibi num. 158.& seqq.* At seruus vt olim, ita & hodie quicquid acquirit,
8 domino acquirit † *l.acquiritur 10.in prin.ff.de acq.hæred.dom.§.item vobis,Inst.per quas pers nob. acq.* per ea, quæ de filio diximus *in q. præced. n. 7* quæque etiam in seruo procedunt.

Secundo differunt in modo acquirendi: Nam filius hodie potest inuito, & per consequentias etiam ignorante patre adire hæreditatem aduentitiam, & cum effectu bonorū agnoscere possessionem, *vt ostendimus in d.q. præced num.127.& seqq.* At seruus non potest hæreditatem adire sine voluntate, & iussu do-
9 mini † *l.si ex sua parte 36.& l. qui seruum. 47. ff.de acq.hæred.d.l.acquiritur.10 et ibi gl.in verb. &.si iubentibus nobis ff.de acq.rer.do.d.§.item vobis,& ibi gl.in verb.sed si hæres Inst.per quas perso.nob.acq. Et innuunt omnia iura loquentia de seruo adeunte iussu domini, vel de domino iubente seruo, vt adeat, vt l.si quis mihi bona.25. in princ.& §.si seruum l.si ego,& seruus.26.l.aditio.45.vers.&, quod a quibusdam l. qui seruum. 47.l.si per epistolam 50.l.seruus duorum.63.l.seruus communis 66 l.cum solus. 67.l. si solus.79.§. 3.l.si seruus eius 81.& l.pater quotius 92.§.fin.ff.* *de acq.hæred.* adeo, vt talis iussus debeat præce-
10 dere † *l. seruo inuito. 65. in princ. vers. Nec, quia, & ibi gl.in verb similis & Bart. Angelus. Castr. & Imol. ff. ad Treb. l. si quis mihi bona. 25. §. iussum ff. de acq. hæred. glo. in l.acquiritur.10.in verb.& ,si nobis iubentibus ff.de acq.rer.dom.gl.in §.item vobis.in verb.sed si hæres Inst.per quas pers.nob.acq.gl.in § fi.in verb.*
11 *ex iussu Inst.de vulg.* Et hoc ideo, quia † alioquin sequeretur vnum ex duobus absurdis: Aut enim hæreditas statim deberet acquiri domino, Et hoc esset absurdum, quia hoc modo seruus obligaret dominum ignorantē & inuitum æri alieno, quod absurdum est *l. qui in aliena.6.in princ ff.de acq.hæred.* Aut deberet vis aditionis stare in suspenso, vsq; quo dominus ratam haberet aditionem, Et hoc etiam esset absurdum quia, cum aditio hæreditatis sit actus legitimus, consequens est, vt ex præsenti debeat vires accipere, non autem stare in suspenso *l.actus legitimi. 71. ff. de iur. & nos latè ostendimus in q præced.num.219.*

Sanè bonorum possessionem sibi delatam potest quidem seruus agnoscere etiam igno-
12 rante domino † *l.seruus. 7. in prin. ff. de bon. poss.d.l.seruo inuito 65.in prin. vers.sed. vt dictū est,& ibi Castr.nu.4 ff.ad Treb.gl.in l.1.in verb. ignorante, in fi.& ibi Com. Plaut. in verb.cum ignorante num.9.C.qui adm.* sed talis agnitio censetur inefficax, nisi dominus eam postea
13 ratam habeat,† *secundum ea quæ de patre diximus in q.præced.num.236.& seqq. Ita in specie de seruo constat ex d.l.seruo inuito.65.in prin. vers. sed, vt dictum est, & ibi gl. in verb.similis ff ad Treb. Et scribunt gl in d.l.acquiritur 10.in verb. & si iubentibus nobis ff.de acq.rer.dom.gl. in d.§. item vobis,in verb.sed si hæres Inst.per quas perso. nob.acqu.Cam.Plau.in d.l.1. in verb. cum ignorante nu.9.C.qui adm.* Idem est, &, si seruo restituatur ex Trebelliano hæreditas: nam, etiamsi dominus id ignorauerit, valebit restitutio, sed ita demum, si illam postea ratam
14 habeat † *l.si legatus.30.§.si filiofa.l. mulier.41. cum l.seq.& d.l.seruo inuito.65.in prin. & ibi gl. in verb similis,& Bart.Ang.Castr.& Imol.ff. ad Treb.gl in d.l.acquiritur.10 in verb. &,si iubentibus nobis ff.de acq.rer.dom.gl.in d.§.item vobis in verb.sed,si hæres, Inst.per quas perso.nob.acq.*

Tertio differunt, quia filius hodie potest hæreditatem, aut bonorum possessionem sibi delatam repudiare, *vt ostēdimus in d.q.præced. num.436.* At seruus hoc facere non potest,
15 † *vt scribunt Bart.in l.si potest 18.num.13.vers. opp.seruus ff.de acq hæred. Alex.in d.l.cum proponas 3.num.5.vers.sed imo,& ibi Ias.num.20. vers.unde in responde C.de hæred.instit. Polit.de subst.tit.de vulg.part.3 num.15.Calanch.in l.1. num.31.& 32.ff.de vulg.Cimato.in d.l.legatum. 7.num.22.ff.de leg.primo*, &, si repudiet, talis repudiatio nullius censetur momenti, quia,
16 † quemadmodum sine domini voluntate adire, vel cum effectu agnoscere non potest, *vt diximus supra num.9.& 13.* ita nec potest repudiare. *Ita ratiocinatur Cimato.in d.l.legatum.7.nu.22.* Quamobrem non obstante repudiatione poterit adhuc ex iussu domini adire hæreditatem, & eius emolumentum
17 illi acquirere, † *vt declarat Calanch.in d.l.1. numer.31.& 32.ff.de vulg.* nisi priùs desierit in eius esse potestate: Nam tunc, vel acqui-

quiret nouo domino, si illius iussu adierit hæ-
18 reditatem, † *l. qui autem. 6. §. si seruum ff. quæ in fraud. cred. §. alienus quoq; seruus Inst. de hered. inst.* vel acquiret sibi, si manumissus, & sic fa-
19 ctus sui iuris adierit, † *l. si alienu 64 ff. de leg. 2. Et in specie declarat Imol. in l. si paterfa. 40. num. 7. uers. ulterius ff. de hered. inst.*

Sanè potest etiam iubente domino nolle
20 adire, † *d. l. cum proponas. 3. C. de hered. inst. Et scribunt Bart. in d. l. si potest 18. nume. 13 uers. opp. seruus, & ibi Iaf. num. 20. uers. unde tu responde ff. de acq. hered. Cimato in d. l. legatum. 7. num. 22 ff. de leg. primo,* non quidem de iure,
21 sed de facto, † *ut declarant Bart. in d. l. si quis mihi bona. 25. §. iussum, num. 7. ff. de acq. hered. Castr. in d. l. cum proponas 3. num. 4. C. de hær. inst. Zaz. de subflit. cap. 1. nu. 9.* scilicet, quia de iure, si domini dicto audiens non sit, cogi
22 potest adire, † *l. 1. §. 1. uers. quia ergo, & ibi gl. in verb. sed compellendus est ff. si quis om. caus. test. Bald. in d. l. cum proponas 3. nu. 7. vers. & circa C. de hered. inst. Dec. in d. l. 1. in 2. lect. num. 14. & ibi Cagn. num. 16. C. qui adm. Polit. de subflit. tit. de uulg. part. 3. num. 15. uers. quantum ad secundum, tametsi contrarium & male censuerit Sap. in d. l. 1. num. 4. C. qui adm.* vel priuata, vel publica authoritate, idest, vel potestate do-
23 minica, vel officio iudicis, † *l. cum aliquis 21. C. de iur. delib. Bart. in d. l. si quis mihi bona. 25. §. iussum, num. 7. ff. de acq. hered. Dec. in d. l. 1. in 2. lect. num. 14. & in 3. num. 2. C. qui adm. Polit. d. tit. de uulg. part. 3. num. 15. uers. quantum ad tertium,* maximè si domini contemplatione
24 fuerit institutus, † *d. l. cum aliquis, Et scribunt Alex. in l. 1. num. 26. uers. sed alias ff. de uulg. & Polit. d. part. 3. num. 18.* Verum hæc coactio plerumq; solet esse inutilis, quia cum aditionis actus debeat animo, qui liber est, expediri, *l. pro herede. 20. in prin. ff. de acq. hered.* potest seruus in sua perseuerare pertinacia & omnē potiùs cruciatum, imo etiam mortem pati,
25 quàm aditionis actum explicare, † *ut declarant Bart. in d. l. si quis mihi bona 25. §. iussum, num. 7. ff. de acq. her. Imol. in d. l. si paterfa. 40. nu. 7. vers. ulterius ff. de hered. inst. Castr. in d. l. cum proponas. 3. num. 4. C. eod. Soc. Sen. in l. 1. nu. 19. ff. de vulg. Dec. in d. l. 1. in 2. lect. num. 14. & ibi Cagn. nu. 16. C. qui adm. Zaz. de subflit. d. cap. 1. num. 9.* Itaque potest cogi cautatiuè,
26 sed non præcisè, † *sicuti declarat Cagn. in d. l. 1. num. 16 in prin. & uers. & sic.* Quamobrem dicimus, a voluntate serui dependere, vtrum faciat dominum hæredē, nec ne, quia, si vult,
27 facit eum hæredem si nō vult, non facit, † *uti videre est apud Bald. in d. l. cum proponas, 3. in prin. vers. & primo C. de hered. inst. Cagn. in d. l. 1. num. 16 uers. & sic C. qui adm. Conna. lib. 10. comm. cap. 7. num. 4 uers. hic occurrit,* Et simili modo dicimus, in acquisitione hæreditatis, aut bonorum possessionis serui voluntatem,
28 & consensum esse necessariū, † *sicuti de utraq; constat ex l. seruo inuito 65. in prin. uers. Aequum, & ibi gl. in verb. necessarius, & Bart. nu. 1. Castr. nu. 1. ff. ad Treb. gl. in d. l. acquiritur. 10. in uerb. & si iubentibus ff. de acq. rer. dom. & in §. item uobis, in verb. sed si heres, inst. per quas perso. nob. acq.*

Hinc sequitur quarta differentia: Nam filij recusatio non nocet patri, imo ei prodest, quia per se potest adire, & sibi pleno iure acquire-
re hereditatem, *ut ostendimus in d. q. præced. n. 441. & seqq.* At recusatio serui nocet domino,
29 † *ut scribunt Polit. de subflit. d. tit. de uulg. part. 3 num. 16 & Zaz. de subflit. d. cap. 1 nu. 7.* quia, quandiu seruus non adit, tandiu hereditatem domino non acquirit. Itaq; non nocet agēdo, sed omittendo, & sic non expressè, sed ta-
30 citè, † *ut declarat Iaf. in d. l. cum proponas 3. num. 20 uers. unde tu responde C. de hered. inst.* & hoc ideo, quia dominus ipse adire nequit,
31 † *ut scribunt gl. in l. ult. §. 1. in uerb. recusante, in fin. & ibi Cin. num. 10 C. de bon. quæ lib. Bart. in d. l. si qui heres. 1 § fin. nu. 9. & ibi Castr. n. 4. ff. de acq. hered. Bart. in d. l. cum proponas 3. n. 6. C. de hered. inst. Ang. in l. 1. §. substituere, num. 4. uers. & subdit ff. de uulga. Castr. in d. l. legatum. 7. num. 2. & 4 & ibi Iaf. num. 6. uers. Tu stringe, & num 8. & 13. Cimato num. 10. & 39. ff. de leg. primo Castr. in d. l. renitente 11. nu. 2. C. de iur. delib. & in l. ex repudiatione 26. num. 2. C. de fideic. Alex. in l. 1. § per seruum. qui in fuga, nu. 13. ff. de acq. poss. Sign. de Homod. in d. l. 1. num. 5 & ibi Dec. in 3. lect. nu. 3. & Cagn. num. 13. uers. contra quas & n. 15. & 29. C. qui adm. Soc. Sen. in l. 1. num. 21. uers. ad ultimum ff. vulga. Æm. Ferr. in d. l. 1. § hæc quæ de seruis nu. 7. ff. de acq. poss. Trentac. de subflit. d. part. 1. cap. 7. num. 2. uers. 5.* cum ius adeundi in eum non
32 transferatur, † *ut scribunt Bart. in d. l. si potest 18. nu. 12. uers. sed opp. ff. de acq. hered. Cagn. in d. l. 1. num 6. uers. 2. principaliter & num. 8. & 29. C. qui adm. Ceph. consi. 321. num. 45.* sed re-
33 sideat in persona serui, † *ut declarant Soc. Sen. in l. 1. num. 21. uers. Ad ultimum ff. de uulg. & consil. 52. num 20 vol. 4 Cagn. in d. l. 1. num. 6. uers. Item probatur C. qui admit. Trentac. de subflit. d. part. 1. cap. 7. numer 2. uers. 5. & vers ex prædictis,* tum, quia in eū non transeunt, quæ
34 sunt facti † *l. qui heredi, 44. in prin. ff. de cond. & dem. & scribet Seb. Sap. in d. l. 1. nu. 17. C. qui adm.* cuiusmodi est ius adeundi, *ut diximus in q. præced. num. 175. Et in his terminis considerat Cagn. in d. l. 1. num. 6. uers. Item probatur,* tum
35 etiam, quia non transit ius quærendum † *l. pretia rerum 63. in prin. ff. ad l. Falc. & scribunt Bart. in d. l. si potest 18 n. 14 ff. de acq. hered. Men. consi. 101. num. 18. & alij, quos referemus infra n. 171.* quale est ius adeundi *ut scribunt Bart. in l. seruo inuito. 65 in prin. num. 1. & ibi Castr. nu. 4. Imol. num. 2 vers. In gl. super verb.* Et verò, cum is tantum adire possit, cui hereditas defertur, & hæreditas non domino, sed seruo
36 instituto deferatur, † *ut scribunt Cagn. in d. l. 1. num. 13. vers. contra quas conclusiones C. qui adm. & Nico. Bello. lib. 2. suppu. cap. 15. num. 1.* Consequens est, vt solus seruus non etiam dominus adire possit; *Ita ratiocinantur Cagn. in d. l. 1. num. 15. C. qui adm. & Cimato. in d. l. legatum. 7. num. 13. in fi. ff. de leg. primo.* Quamobrem dicimus, sine voluntate serui domi-
37 num non posse acquirere hæreditatem, † *uti videre est apud Ang. in d. l. cum proponas. 3. nu. 2. vers. sed si repudiauit, & ibi Iaf. num. 20. C. de hered. inst. Alex. in d. l. 1. num. 22. ff. de vulg.* & hæreditatem seruo delatam non posse acqui-
38 riri domino, nisi per seruum adeatur, † *d. l. si alienu. 64 ff. de leg. 2. l. pretia rerum 63. in prin. ff. ad l. Falc. d. l. cum proponas. 3 & ibi Bart. n. 3. Castr. n. 4. Alex. n. 4. uers. Item not. Iaf. n. 20. C. de hered. inst. Ang. in d. l. si paterfa. 40. nu. 2. ff. eod.*

Castr. in d. l. ult. in prin. nu. 1. C. de bon. quæ lib. Cimat. in d. l. legatum. 7 nu. 9 & 11. vers. Non obstat, ff. de leg. primo Duar. ad tit. ff. de vulg. cap 10 vers. Preterea obijcitur, Andr Fach. lib. 4. controu. cap. 63. vers. Non obstat, si dicatur Denique ad hereditatis, acquisitionem ser-
39 ui factum esse necessarium, † *vti videre est apud Castr. in d. l. 1 num. 3 vers. quid e conuerso, & ibi Cagn. n. 8. C qui adm. Duar. ad d. tit. ff. de vulg. cap. 10. vers. Praterea obijcietur.* Idq; procedit etiam hodie quia, licet ius antiquũ mutatum sit in patre, non tamen mutatum est in domino, *vt diximus supra num. 6.* Itaq; licet hodie recusante filio pater adire possit, & sibi acquirere hereditatē *vt ostendimus in q. praed. n. 363.* nō tñ recusante seruo potest adire
40 dominus. † *Ita scribũt Cin. in d. l. vlt in prin. n. 10. & ibi Bart. nu. 4 C de bon. quæ lib. Bart. in d. l. enim proponas. 3. num. 6. & ibi Bald. num. 6. C. de hæred. inst. Bald. in d. l. fin. §. fin. nu 4 vers. Breuiter C. de epis. & cler. Ang. consil. 91. num. 1. & 2. Alex. in l. 1. §. per seruum, qui in fuga, num. 13. ff. de acq poss. Rip. in d. l. 1. num. 144. vers. 8. ff. de vulg Cimato. in d. l. legatum. 7. num. 39. ff. de leg primo. Duar. ad d. tit. ff. de vulg. cap. 10. vers. Præterea obijcitur.*

Planè hoc verum est, si tractemus de hæreditate directa. Cœterùm, si de fideicommissaria, magis est, vt ad eius acquisitionem non sit serui consensus necessarius, sed possit dominus eam recipere, aut cogere hæredem, vt adeat, & restituat sine voluntate, & facto serui, & in hoc fideicommissum ab hereditate,
41 & bonorum possessione differat † *d. l. seruo inuito. 65. in prin. vers. nec in ea re, & ibi gl. in verb. necessarius, & Bart. Ang Castr. & Imol. ff. ad Treb. gl in d. l. acquiritur 10. in verb. & si iubentibus ff. de acq rer. dom. & in d. §. item vobis, in verb. sed, si heres, Inst. per quas pers. nob. acq. Ias. in d. l. cum proponas. 3. num. 20. vers. Intellige C. de hæred. inst. Cagn in d. l. 1. num. 16. C. qui adm.*

42 Cuius diuersitatis ratio est, quia † in dominum transfertur quidem ius quæsitum, sed nō ius quærendum, *vt diximus supra nu. 35.* At qui ius adeundi, vel agnoscendi est ius quærendum, *vt ibi diximus*, scilicet, quia neq; hæreditas, neque bonorum possessio acquiritur ipso iure, sed debet adiri, vel agnosci *d. l. pretia rerũ. 63. in prin. ff. ad l. Falc. l. 3. §. inuito ff. de bon. poss.* Contra verò ius petendæ restitutionis est ius quæsitũ, quia, licet fideicommissaria hæreditas, quoad ius reale non quæratur, nisi fiat restitutio, *l. facta 63. in prin ff. ad Treb.* tamen, quoad ius personale, nempe, quoad actionem ex testamento, quæ datur pro cogendo hærede, qui sponte adijt, ad faciendam restitutionem, vel, quoad iudicis officium, quod competit pro eodem cogendo adire, & restituere, si hereditatem, quasi suspectam adire recuset, acquiritur ipso iure. Ergo nil mirum si in dominũ non ius adeundi, vel agnoscendi, sed ius petendæ restitutionis absque facto serui transferatur. *Ita ratiocinantur Bart. in d. l. seruo inuito. 65. in prin. n. 3. & ibi. Ang. num. 2. vers. Item ideo, Castr. nu. 4. Imol. num. 2. vers. In gl. super verbo ff. ad Treb. Curt. iun. consil. 48. num. 8. vers. Nec mirum.*

Quinto differunt, quia pater hodie potest hæreditatem filio delatã repudiare, non quidem, vt filio noceat, sed, vt sibi *sicuti ostendimus in eadem q praeced nu 438. & seqq.* At dominus hoc facere non potest, *vt patebit ex ijs, quæ dicemus infra nu. 51. & seqq.* Sed, q̃a in hoc magna est inter nostros controuersia, ideo p indaganda huiusce rei veritate nobis erit dispiciendum, an dominus possit hereditatem, aut bonorum possessionem seruo delatam, absque illius facto, & voluntate repudiare. Et
43 nonnulli quidem censuerunt posse. † *Ita enim censuerũt gl. in d. l. is, qui heres 13. §. fin. in verb. neque filiusfa. vers. item serui & ibi Bald. vers. 2. opp. Imol vers. in ea glo. ibi, Alex num. 7. vers. In ea gl ibi ff. de acq hæred gl in l fi. in prin. in verb. alterius non, & ibi Imol. num. 3 vers in gl. 2. ff. de vulg. gl. in l. 1. §. 1. in verb. ab intestato ff si quis om. caus. testa. Cin in l renitente. 11. in prin. C. de iur. del. Imol. in d. l. legatum. 7 num 2. & ibi Alex. num. 1. vers. sentit etiam ff de leg. pr. Alex. in l. 2. num. 4. vers. ideo non puto C. de rep. bon. poss. Bauer. in l. cum filios 11. num. 188. vers. 3 ff. de leg primo, Iac. de Nigr. in d. l. 1. numer. 25. vers. Confirmatur, & ibi Cagn numer. 17. C qui adm. Æm. Ferr. in l. 1. §. hæc, quæ de seruis, num. 7 ff. de acq. poss. Et accipiendi sunt, qui simpliciter tradiderunt posse dominum repudiare, vt Cin. in d. l renitente 11. in prin. C. de iur. delib. Bart. in l. tutor 8. numer. 3. ff. de bon poss. Bald. in d. l. 1. nu. 35. vers. sed quare C. qui adm.*
44 Et in hoc cum a patre differret † quippe, qui inspecto iure vetere, neq; hæreditatem, neq; bonorum possessionem absque filij repudiare poterat, *vt ostendimus in q. praeced. num. 410. Ita scribunt Cin. in d. l. renitente 11. in prin. C. de iur. delib. Bart. in d. l. legatum 7 & ibi Imol. n. 2 ff. de leg. primo, Bald. in d. l. is, qui heres. 13. §. fin. vers. 2. opp & ibi Imol. vers. In ea gl. ibi ff de acq. hæred. Imol. in l. fin in prin. num. 3. vers. In gl. 2. ff. de vulg. Alex. in l. 1 §. per seruum, qui in fuga. num. 13. ff. de acq. poss Cagn. in d. l. 1. num. 17. C. qui adm.* Cuius diuersitatis varias quidē
45 afferunt rationes, † *vti videre est apud Cin. in d. l. renitente 11. in prin. Bart. in d. l is, qui heres. 13. §. fin. num. 9. vers. Non obstat, & Cuiac. ad tit. C. de rep. bon. poss.* sed illa videtur receptior,
46 quia † non, vt filius habet certam, & probabilem spem hæreditatis sibi quærendæ, quæ non debet ei auferri, *vt diximus in q. praeced. num. 418.* ita, & seruus; Nam filius sperat fieri sui iuris per mortem patris quæ res, vt naturalis, & conformis paterno voto, non est improbabilis. At seruus non sperat libertatem per mortem domini, cum, licet dominus moriatur, non tamen seruus fiat sui iuris, sed recidat in potestatē hæredis *§. 1. Inst. de fiduc. tute.* sed eam sperat ex sola voluntate domini, quæ res, tamquam accidentalis non solet esse in consideratione, ideoque nil mirum, si dominus possit repudiando auferre seruo spem hæreditatis sibi quærendæ, tamquam improbabilem, pater vero non possit. *Ita ratiocinantur Bart. in d. l. is, qui heres 13 §. fin. num. 9. vers. Ratio, & ibi Bald. vers. ratio differentiæ, Castr. num. 5. Imol. vers. In ea gl. ibi, Alex. num. 7. vers. & si studiosus ff. de acq. hæred. Bald. in d. l. 1. num. 35. vers. sed quare, & ibi Sign. numer. 51. C qui adm. Castr. in d. l. 2. num. 3. C. de rep. bon. poss.* Mouentur autem, vt ita sentiant.

Primo, *l. seruus dotalis 59. ff. sol. matr.* vbi
47 Modestinus † *Seruus dotalis heres ab aliquo institu-*

stituatur. inquit, *mariti iussu, vel adire, vel repudiare debet hæreditatem. Sed, ne maritus, aut facilè repudiando, vel temerè suscipiendo incognitā successionem, dotis iudicio vxori suæ obligetur, consulendum est, mulierem coram testibus interrogari, vtrum velit omittere, an acquirere hæreditatem. Et, si repudiare se dixerit, facilè mariti iussu repudiabit; Quod si hæreditatem agnoscere maluerit, reddendus est a marito seruus vxori ea conditione, vt, cum iussu eius adierit, rursum marito retradatur, ita, & mariti solicitudini consulitur, & vxoris desiderio parebitur*: Diligenter enim ponderanda sunt illa verba, *vtrum velit omittere, an acquirere hæreditatem*, & illa, *&, si repudiare se dixerit*, quippe, quæ ostendūt, habere Modestinum in cōfesso, posse vxorē, quæ re vera est domina serui dotalis, hæreditatem illi delatam repudiare.

Secundo mouentur *l. qui autem. 6 §. si seruū*
48 *ff. quæ in fraud. cred.* vbi Vlpianus, † *Si seruum suum hæredem institutum alienauit*, inquit, *vt iussu emptoris adeat, si quidem in venditione nulla fraus, sed in hæreditate sit, cessat edictum, quia licuit ei etiam repudiare hæreditatem*: Itaq; etiam is habet in cōfesso, posse dn̄m hæreditatem seruo suo delatam repudiare.

Tertio mouentur *l. 1. § per seruū ff. de success. ed.* vbi idem Vlpianus, *Per seruum*, inquit, *delatam bonorum possessionem dominus repudiare*
49 *potest*: Nam, † si illa verba, *per seruum*, coniunguntur cum verbo, *delatam*, vt esse coniungēda censent huiusce sententiæ sectatores haud dubiè significant, dominum posse repudiare bonorum possessionem delatam per seruum.

Quarto mouentur, quia valet argumentū a legato ad hæreditatem, vel bonorum pos-
50 sessionē † *l. cum quæstio. 3. in prin C. de legat. 2.* Sed legatum seruo delatum dominus repudiare potest *l. legatum. 7. ff. de leg. primo.* Ergo & hæreditatem, & bonorum possessionem.

His tamen non obstantibus contrariam sententiam de iure veriorem arbitror, non posse scilicet dominū absque facto serui hæ-
51 reditatem illi delatam repudiare, † *Quæ fuit sententia Bart. in d. l. is, qui hæres. 13. §. fin. num. 9. & ibi Castr. num. 4. Ias. num. 41. vers. contrariū ff. de acq hæred Bart. in d. l. is potest 18. num. 13. vers. sed dubium ff. eod. Bald. in l. Bonorum 7. nu. 7. C. qui admit. Castr in d. l. legatum 7. num. 2. & 4. & ibi Ias. num. 7. vers. ego teneo, & Cimato. nu. 8. & seqq ff. de leg. primo. Castr. in d. l. renitente 11. num. 2. C. de iur. delib. Imol. in d l fin in prin. nu. 3. vers. posset tamē dici ff de vulg. Sign. de Homod. in d. l. 1. num. 52. & ibi Seb. Sap nu. 4. vers. de iure antiquo, Ign. num. 42. & 43. C. qui adm. Ias. in l. ex repudiatione 26 num. 3. C de fideic. Dec in d. l. 2. num. 1. vers. In ea gl. ibi, & nu. 2. C. de rep. bon. poss.* Probatur autem hęc sententia.

Primo, quia is tantum potest hæreditatem
52 repudiare, qui potest, & adire † *l. is potest. 18. ff. de acq. hæred.* Sed dominus absque facto serui nō potest hæreditatē adire, *vt ostēdimus supra num. 31. & seqq.* Ergo nec repudiare. *Ita argumnt Bart. in d. l. is, qui hæres. 13. § fin. num. 9. & ibi Castr. nu 4. Ias. nu. 42. ff. de acq. hæred. Castr. in d. l. legatum. 7. nu. 2. & ibi Ias. nu. 8. & Cimato. num. 8. ff. de leg. primo. Castr. in d. l. renitente 11. num. 2. C. de iur. delib. Sign. de. Homod. in d. l. 1. num. 52. C. qui adm.*

Nec est, quod respondeas, hoc procedere
53 † in eo, qui adit ex persona sua, & suo nomine, non etiam in eo, qui nomine alieno, *vt respōdet Alex. in d. l. is, qui hæres. 13. § fin num. 7 vers. Non obstat regula ff de acq. hæred in d l. legatum. 7. num. 1. vers. Ad rationem ff. de leg. primo & in d. l 2. nu. 4. in fi C. de rep bon. poss.* quia hoc verū
54 est, negatiuè sed non affirmatiuè: † Nam, licet quis alieno nomine possit adire, vel agnoscere, non tamen sequitur, posse eum etiam alieno nomine repudiare, sicuti de tutore, & patre infantis diximus *in q. præced. numer. 449. & seqq.* sed non est verum affirmatiuè, vt scilicet, etiam si, quis non possit pro alio adire, vel agnoscere, nihilominus possit repudiare, quia, cum faciliùs alieno nomine permittatur agnitio, quam repudiatio, sequitur, eum, qui non potest agnoscere, multo minus posse repudiare. Itaque respōsio in contrariū retorquetur. *Ita rectè animaduerterunt Ias. in d. l legatum, 7. num. 9. vers. Ista responsio, & ibi Cimator. num. 8. vers. Nec obstat ff. de leg. primo Ias in d. l. is, qui hæres. 13 §. fin. num 44. ff. de acq. hær. Dec. in d. l. 2. num. 2. vers. sed aduertendum C. de rep. bon poss.*

Secundo probatur, quia ius non compe-
55 tens repudiari non potest † *l. si ita scriptum. 46. §. 1. ff. de leg. 2. l. 1 §. decretalis ff. de succ. ed.* Sed, quoties seruus hæres instituitur, ius domino non competit, nisi ipsius iussu seruus adeat *d. l. pretia rerum. 63. in prin. ff. ad l. Falc. & nos diximus supra num. 38.* Ergo non poterit repudiari.

Tertio facit, quia hæreditas, quæ non est delata, repudiari nequit *l. 1. § furiosi ff. de succ. ed.* Sed, quando seruus hæres instituitur, hæreditas non defertur domino, sed seruo. Ergo non poterit dominus eam repudiare.

Quarto confert, quia valet argumentum a patre ad dominum, *vt diximus supra num. 5.* Sed pater ante nouellam Iustiniani constitutionem non potuit repudiare hæreditatem delatam filio *d. l. is qui hæres. 13. § fin ff. de acq. hæred. & nos ostendimus in q. præced. num 410.* Ergo, nec dominus hęreditatē delatā seruo. *Ita arguit Cimato. in d. l legatum. 7. num. 9. vers. Præterea ff. de leg. primo.*

Nec est, quod respondeas valere argumē-
56 tum si par sit vtriusque ratio, † secus verò, si diuersa, prout est in casu nostro, scilicet, quia filius habet probabilem sibi acquirendi spē, quam non habet seruus, *vt considerant ij, quos retulimus supra num. 46. Et in proposito respondet Ias. de Nigr. in d. l. 1. num 25. vers. sed responde C. qui adm.* quia verius, est imo eandem esse
57 vtriusque rationem: Nam † pater ideo repudiare nequit, quia nullum ei ius acquiritur ante, quam ipsius iussu filius adeat. ideoque nihil est, quod ab eo repudiari possit. At hæc ratio militat etiam in domino, scilicet quia nec ei ius aliquod acquiritur priùs, quā ipsius iussu seruus adeat *d. l. pretia rerum. 63. in prin. ff. ad l. Falc. & nos etiam diximus supra num. 38.* Ergo nec ipse repudiare poterit. *Ita ratiocinātur Ias. in d. l. legatum. 7. num. 10. & ibi Cimato. num. 9. ff. de leg. primo Ias. in d. l. is, qui hæres. 13. §. fin. num. 46. ffi. de acq. hæred.*

Nec vera est ratio diuersitatis, quam supra
58 retulimus, † quia etiam in seruo consideratur spes libertatis ad effectum impediendi, ne interim ius aliquod domino acquiratur: Nam,

si seruus ex parte purè, & ex parte sub condi-
tione hæres instituatur, & ex pura institutio-
ne adierit iussu domini, non faciet eum hæ
redem ex conditionali, nisi, cum extiterit cō-
ditio, fuerit adhuc in ipsius potestate, & iterū
adierit ex eius iussu & hoc ideo, quia spes est,
posse interim seruum manumitti, & ita sibi
acquirere partem conditionalem *l. si solus. 79.*
§ 1. ff. de acq. hered. Et simili modo si sub con-
ditione legetur alieno seruo non ante domi-
no ius acquiritur, quam extiterit conditio,
quia potest interim seruus fieri liber, & ita eue
niente postea conditione sibi legatum acqui-
rere, *vt dicemus infra num.* 92. Ergo etiam in
seruo probabilis est spes libertatis ad effectū
impediendæ acquisitionis, quę fit domino,
Ita in proposito considerant Bald in d. l. bonorū.
7. nu. 7. C. qui adm. Dec in d. l 2. nu. 2. vers. Non
obstat illa ratio C de rep. bon. poss. & Cimator. in
d. l legatum. 7 num 21. ff. de leg primo.

Neque huic sententiæ obstant contraria:
Ad primum enim respondeo, Modestinum
59 ibi † probare nostram, non contrariam sentē-
tiam: Nam eo ipso, quod initio scribit, seruū
dotalem hæredem institutum debere iussu
mariti repudiare hęreditatem, sine dubio ostē
dit, repudiationem non esse faciendam a ma
rito, & sic a domino, sed a seruo ex iussu do-
mini, prout etiam dicitur *in l fin. in prin. & ibi*
in proposito considerat Imol num. 3. vers. & pro
hac parte ff. de vulg. Ita respondent Ias in d. l. lega-
tum. 7 num. 10. vers. ad idem, & ibi. Cimato. num.
9. vers. 4 ff. de leg. primo Ias. in d. l. si, qui hęres. 13.
§. fin num. 45. ff. de acq. hęred.

Nec obstat, quod postea subijciat, debere
mulierem coram testibus interrogare, vtrum velit
omittere, an acquirere hęreditatem, quia, cum ita
loquitur, respicit ad effectum, non ad modum
Nam interrogatio fit ad hoc, vt mulier decla
ret, vtrum velit consequi emolumentum hę
reditatis seruo delatæ, nec ne, sed, vbi decla-
rauit, se illud velle, aut nolle, & tractamus
de modo illius consequendi, aut omittendi,
certum est, nō posse rem, nisi per seruum, siue
illius ministerio, & facto expediri, quia, si mu
lier declarauerit, se nolle consequi emolu-
mentum, & ita, se effectu respuere hæredita-
tē, debebit maritus iubere seruo, vt repudiet,
& eo modo rectè fiet repudiatio. Quod, si de-
clarauerit, se velle acquirere, debebit maritus
reddere vxori seruum, vt ita, quasi domina,
possit ei iubere, vt adeat, & hæreditatis emo-
lumentum sibi acquirat, quo facto seruus ma
rito restituetur. Et hoc est, quod significat
Modestinus illis verbis *Et si repudiare se dixe-*
rit, idest, si declarauerit, se nolle acquirere,
facilè mariti iussu repudiabit. Quod, si hæredita-
tem agnoscere maluerit, reddendus est a marito
seruus oxori, ea cōditione, vt, cum iussu eius adie-
rit, rursum marito retradatur.

Ad secundum vero respondeo similiter,
60 Vlpianum ibi respicere † ad effectum, non ad
modum: Nam, quia dominus potest iubere
seruo, vt hæreditatem repudiet, & ita effectu
potest hæreditatis emolumentum respuere,
ideo dicitur, posse hæreditatem repudiare.
Ad tertium respondent nonnulli, Vlpianū
61 ibi loqui † de bonorum possessione, quæ in
hoc differat ab hæreditate, scilicet, quia domi-
nus, licet non possit repudiare hæreditatem
seruo suo delatam, potest tamen repudiare
62 bonorum possessionem. † *Ita respondendo cen*
sent Bart. in d. l. si qui hæres. 13 § fin. num. 9. &
ibi Castr. num 4. Ias num. 41. vers. Contrarium
ff de acq hæred Bart. in d l si potest 18. num. 13.
vers. sed dubium ff. eod. Castr. in d l renitente. 11.
num 2. C. de iur. delib. & in d l. legatum. 7 num. 2.
ff. de leg. primo Imol. in d. l. fin. in prin. nu. 3. vers.
posset tamen dici ff de vulg Sign de Homod. in d.
l. 1. num. 52. C. qui adm. Et simpliciter de bonorū
possessione loquentes gl. in d. l 2. in verb. filio dela
tam, vers. Item not. & ibi Castr. num. 3. C. de rep.
bon. poss. Crass. in §. bonorum possessio q. 17. ubi
ait, ita communiter teneri, licet hęc sententia sit
dubia. Idem censuit Cuiac. ad tit. C. de rep. bon.
poss. Vnde inferunt patrem, & dominum in
iure repudiandæ hæreditatis pari olim passu
ambulasse, in iure verò repudiādæ bonorum
63 possessionis fuisse dissimiles, † scilicet, quia pa
ter nō poterat repudiare bonorum possessio-
nem delatam filio *l. 2. C. de rep. bon. poss* domi-
nus verò, & olim poterat, & hodie potest re-
pudiare bonorum possessionem delatā seruo
d. l. 1. § per seruum ff de succ. edict. Ita scribunt gl.
in d. l. 2. in verb. filio delatam, versic. Item not. &
ibi Castr. num. 3. C. de rep. bon. poss. gl. in d. l 1. §.
per seruum, in verb. potest ff. de succ. ed. Castr. in
d. l. si, qui hęres. 13. § fin. num. 5. ff. de acq. hęred.
Sign. de Homod. in d l. 1 nu. 51. & 52. C. qui adm.
Cuiac. ad eund. tit. C. de rep. bon. poss.

Huius autem diuersitatis, quam censent in
ter hæreditatem, & bonorum possessionem
consistere, duplicem afferunt rationem, vnā,
64 quia † faciliùs permittitur agnitio bonorum
possessionis, quam aditio hæreditatis, cum
pendente conditione possit quidem agnosci
bonorum possessio, sed non adire hæreditas *l.*
2. §. si sub conditione, & l. si sub conditione. cum
l. seq. ff. de bon. poss sec. tab. l si quis instituatur. 23.
in prin. ff. de hęred inst. Ergo etiam faciliùs de-
bet permitti repudiatio. Alteram verò, quia
65 † dominus hæreditatem adire non potest, *vt*
diximus supra num. 31. & seqq. Ergo nec repu
diare, *sicuti ostendimus supra nu. 51. & seqq.* At
bonorum possessionem etiam seruo delatam
potest agnoscere; Ergo, & repudiare. *Ita ratio*
cinantur Castr. in d l. si, qui hęres. 13. § fin. num.
4 ff. de acq. hęred. & in d l. renitente 11. numer. 2.
vers. Nec obstat C. de iur. delib. Sign. de Homod.
in d. l. 1. num. 52. C. qui adm.

Sed hæc distinctio, vt est a verò aliena, ita
& meritò fuit ab alijs improbata, quia verius
est, dominum sine seruo, nec hęreditatē, nec
66 bonorum possessionem posse repudiare † *Ita*
censuerunt Ias. in d. l. legatum 7. num. 7. vers ego
teneo, & ibi Cimato. nu. 8 & seqq. ff de leg primo,
Dec. in d. l. 2. num. 1. vers. In ea gl. ibi, & num. 2.
C. de rep. bon. poss. Seb. Sap. in d l. 1. num 4 vers.
De iure antiquo, & ibi Ign. num. 42. & 43. C. qui
adm. Et est de mente omnium, quos referemus in-
fra post num. 70.
67 Primo. quia † eadem in bonorum posse-
sione, quę & in hæreditate militat ratio: Nā
vt hæreditatem seruo delatam non potest
dominus adire, ita nec potest agnoscere bo-
norum possessionem *l. seruo inuito. 65. in prin.*
vers. Atqui ff. ad Treb. Ergo nec poterit eam,
repudiare. *Ita arguunt Ias. in d. l. legatum. 7. nu.*
8. ff. de leg. primo, & Dec. in d. l. 2. num. 2. C. de rep.
bon. poss.

Secun

Secundo, quia bonorum possessionem is tantum repudiare potest, cui defertur *l. 1. §. super. & §. quibus ff. de succ. ed.* Sed, vbi seruus hæres institutus est, bonorum possessio non de-
68 fertur domino, sed seruo. † *vt scribunt Dec. in d. l. 1. in prima lect. num. 1. in secunda num. 14. & in tertia nu. 1. & seqq. & ibi Zucc. num. 6. vers. mihi, Cagn. num. 18. Purp. num. 6. Camil. Plaut in verb. delata, num. 11. vers. 4. & Massin. num 181. vers. contrariam C. qui adm.* Ergo non poterit dominus eam repudiare.

Tertio, quia facilius permittitur agnitio bonorũ possessionis, quam repudiatio, quod patet ex eo, quia tutor pupilli nomine potest bonorum possessionem agnoscere, sed non repudiare *d. l. tutor. 8. ff. de bon. poss. & nos diximus etiam in q. praeced. num. 451. & seq.* Ergo, qui non potest agnoscere, multo minus poterit repudiare. Atqui dominus non potest agnoscere bonorum possessionem seruo delatam sine ipsius voluntate *d. l. seruo inuito. 65. in princ. vers. Atqui ff. ad Treb.* Ergo multo minus poterit eam repudiare. *Ita arguit Ias. in d. l. is qui heres. 13. §. fi. n. 50. & 54. vers. Tamen, si vis ff. de acq. hered.*

Quarto, quia vnusquisque suam bonorum possessionem repudiare potest, alienam verò non potest *l. 1. §. 1. ff. de succ. ed.* Sed, quæ seruo defertur, respectu domini aliena est, non propria. Ergo non poterit à domino repudiari.

Quinto denique, quia valet argumentum a patre ad dominum, *vt diximus supra num. 5.* Sed pater non potest repudiare bonorum possessionem delatam filio *d. l. 2. C. de rep. bon. poss.* Ergo nec dominus eam, quæ seruo est delata.

Nec vis est faciẽda in ea diuersitatis ratione, quam ipsi considerant inter patrem & dominum, quia ex ijs, quæ diximus *supra num. 58.* facile est intelligere, non posse eam sustineri.

Minus est facienda vis in ijs rationibus diuersitatis quas considerant inter hereditatem et bonorũ possessionem, quia neutra earum vera est, non prima quia pendente conditione, vt hęreditas adiri non potest ita nec potest agnosci bonorum possessio, quę ius tribuit, sed tantum illa, quæ est facti. & nudam confert administrationem, *sicuti ostendimus in hoc cap. q. 16. num. 228. Et in proposito considerat Ias. in. d. l. is, qui hæres. 13. §. fin. num. 47. vers. Tu aduerte ff. de acq. hered.* Deniq, licet facilius permittatur agnitio bonorum possessionis, quã aditio hæreditatis, non tamen sequitur, facilius etiam permitti repudiationem, quia a facultate agnoscendi non rectè infertur ad facultatem repudiandi, *vt patet ex d. l. tutor. 8. ff. de bon. poss.* Minus est vera secunda, quia certũ est non posse dominum sine voluntate serui
69 agnoscere bonorum possessionem † *d. l. seruo inuito. 65. in. prin. vers. Atquin et ibi. Bart. Ang. Castr. et Imol. ff. ad Treb. Imol in d. l. is, qui hęres. 13. §. fin. vers. In ea gl. ibi, & ibi Ias. num. 49. ff. de acq. hared. Alex. in d. l. legatum. 7. num. 1. vers. fatetur, & ibi Ias. num. 6. vers. Tu stringe, & num. 8. ff. de leg. primo, Dec. in d. l. 2. num. 2. C. de repu. bon. poss. Seb. Sap. in d. l. 1. num. 18. & ibi Cagn. nu. 29. C. qui adm.* ideoque nec per consequentias posse eam repudiare.

Nec obstat *§. per seruum*, qui solus veteres in contrariam traxit sententiam, quia ... òceo, locum illum non esse intelligendum
70 † de bonorum possessione delata seruo, sed de ea, quæ delata est domino, & hoc dicere, posse dominum per seruum repudiare bonorum possessionem sibi delatam, non autem posse eum repudiare bonorum possessionem delatam per seruum. Itaque verba illa *per seruum*, non sunt referẽda ad verbum, *delatam*, sed ad verbũ, *repudiare*, quod patet ex eo, quia licet per alium dicamus, quid nobis acquiri, non tamen per alium dicimus, quid nobis deferri: Nam, etiã in ijs casibus, in quibus per filium, aut seruũ debet hæreditas, aut bonorũ possessio nobis acquiri, non dicitur ea nobis deferri per filium aut seruum, sed dicitur deferri ipsi met filio, aut seruo, *vt patet ex ijs, quę diximus supra num. 68. & in q. prœced. nu. 171.* scilicet, quia delatio, quæ a lege prouenit, nõ fit, nisi ijs personis, quæ, aut a testatore sunt scriptę hæredes, aut ab intestato vocatæ, cuiusmodi non sunt pater, & dominus. *l. qui liberis 8. §. hæc verba ff. de uulg §. substituitur, Inst. de pupill* Non possunt igitur illa verba referri ad verbum, delatam, sed ad verbum, repudiare, *sicuti rectè animaduerterunt Saly. & Roma. quos referunt, & sequuntur Ias. in d. l. legatum. 7. num. 10. vers. tenendo & ibi Cimato. n. 12. vers. Dico ergo ff. de leg. primo Ias. in d. l. is, qui hæres. 13. § fin. num. 51. & 54 uers. Tamen, si vis ff. de acq. hęred. Dec. in d. l. 2. num. 2. uers. Non obstat text. C. de rep. bon poss. Seb. Sap. in d. l. 1. n. 4 uers. de iure antiquo, & ibi Cagn. num. 13. uers. Ad text. & vers. & ad text. Zuccar. nu. 8. Ign. num. 43. Cam. Plaut. in verb. delata, num. 13 & Massin. num. 164. C. qui adm. Nico. Bello. lib. 2. suppu. cap. 15. nu. 2. Tametsi hanc interpretationem reprobet, Alex. in d. l. 2. num. 2. uers. Non obst. text. C. de rep. bon. poss. & in d. l. is, qui hæręs 13. § fin. num. 7. in fin. ff de acq. hæred. & in d. l. legatum. 7. nume. 1. vers. Tamen quia responsio, quod (secundum eum) violet textum, quod tamen a uera alienum est.*

Ad quartum denique respondeo in hoc diferre legatum ab hæreditate, vel bonorum possessione, scilicet, quia, licet dominus non possit hæreditatem, vel bonorum possessionem seruo delatam absq; illius facto, & volũtate repudiare, legatum tamen illi relictum
71 repudiare potest. † *Ita distinguunt Imol. in d. l. legatum. 7. num. 1. & ibi Cimato. num. 16. ff. de leg. primo, Alex. in d. l. is, qui hæres. 13. §. fin. num. 1. & ibi Ias. num. 46. vers. tenendo ff. de acq. hęred.*
72 Cuius diuersitatis ratio est, quia, † legatum, tamquam illud, quod ipso iure etiam ignorãti, sed reuocabiliter acquiritur, potest absque facto, & voluntate serui a domino agnosci, *vt ostendemus infra nu. 121.* Ergo, & repudiari. At hæreditas, vel bonorum possessio, quæ nõ acquiritur ipso iure, non potest absq; facto. & voluntate serui adiri, vel agnosci, *vt diximus supra num. 28. & 39.* Ergo nec repudiari. *Ita ratiocinantur Alex. in d. l. legatum. 7. num. 1, & ibi Cimato. num. 16. ff. de leg. primo, Ias in d. l. is, qui hæres. 13. § fin. num. 46. uers. tenendo ff. de acq. hæred.*

Ex his intelligimus, patrem, & dominum in iure repudiãdi pari olim passu ambulasse, scilicet, quia neuter poterat hęreditatem, aut bo-

bonorum possessionem ei delatam, quem habeat in potestate, absque illius facto, & voluntate repudiate, sed hodie, quia ius antiquũ in patre mutatum est, in domino verò manet incorrectum, ideo in hoc differre, quia pater etiam absque filio repudiare potest, dominus verò sine seruo repudiare nequit, *secundum ea, quæ supra dicta sunt*.

Sexto, & vltimo differunt, quia filius adeundo hæreditatem aduentitiam non facit hodie patrem hæredem, sed tantum vsufructuarium, *vt ostendimus in q. præced. nu. 162.* licet in profectitia secus sit, *vt ibi diximus*: At seruus adeundo hæreditatem etiam hodie facit dominum hæredem, † *l. illa institutio 32. §. fin. ff. de hæred. inst. l. qui liberis. 8. §. hac verba ff. de vulg. l. serum communis. 6. ff. de acq. hæred. l. si alienus 64 ff. de leg. 2.* scilicet, quia hæreditatem illi acquirit † *l. cum filio 3. ff. de vulg. l. Antistius. 62. §. 1. & l. pater, quoties 92. §. 1. ff. de acq. hæred. l. cum filiof. 11. ff. de leg. primo.* Sed hoc intelligendum est † effectu: nam nomine sit hæres seruus, *vt declarat Bart. in l. quidã ita in testamento 25. §. 1. num 1. ff. ad Treb.*

73

74

75

His ita præmissis videamus, quando seruus per dominum admittatur ad partem, & quãdo non. Constat autem, hic etiam varios esse distinguendos casus, quorum

Primus est, quando seruus moritur viuo testatore, Et tunc certi iuris est, excludi dominum, & fieri substituto, aut coniuncto locum,

76 † *vt est in confesso apud eos, qui tradunt excludi dominum, & admitti substitutum, aut coniunctum, quoties seruus moritur post delatam, sed ante aditam hæreditatem: Nam ydem multo magis censent, id habere locum si seruus moriatur viuo testatore, quo casu nondum illi ius delatum est.*

77 Et ratio est, quia † ius domini pendet ex persona serui *l. debitor. 84. § seruo alieno ff. de leg. 2.* vt pote, in qua fundatur acquisitio, qua ratione dicimus, ex persona serui domino acquiri, *vti videre est apud Bart. in d. l. placet 78. numer. 2. ff. de acq. hæred. Dec. in l. quæ legata. 18. numer. 1. ff. de regu. iur. dicimus*, & ex eadem persona venire dominum, *vt in cap. 9. quæst. 1. num. 2.* Ideoque nisi seruus sit superstes, quo tempore fieri debet acquisitio, ita, vt, in eius persona ius radicetur, nõ potest aliquod domino ius competere, *vt scribit Cagn. in d. l. 1. num. 6. uerf. Item probatur C. qui adm.* Cessat enim tunc persona serui, quæ est principalis, ideoq; persona domini, quæ est accessoria, nihil operari potest, *vt declarat Cagn. in d. l. 1. n. 18. C. qui adm. & de filio diximus in q. præced. n. 476.* Denique cessat medium, per quod domino ius acquiritur, ideoque, & ipsa acquisitio cessare debet, *secundum ea, quæ de filio diximus in eadem q. præced num. 479.*

Nec est contrarium, quod acquisitio per seruum domino fiat immediatè, non mediate, † cum ita fiat, vt, ne momento quidem maneat in persona serui *l. placet. 78. ff. de acq. hæred.* quia hoc verum est, † si respicimus ad acquisitionis effectum, idest, commodum, & emolumentum rei: nam hoc domino acquiritur *l. pater, quoties 92. §. 1. ff. de acq. hæred. l. cum filiof. 11. ff. de leg. 1. l. si alienus 64. verf. Itaque ff. de leg. 2.* Cæterum, si ad acquisitionis actum, magis est, vt fiat mediatè, *sicuti ostendimus in q. præced. num. 481.* quia non aliter domino ius acquiritur, quam si per seruũ siue ex eius persona fiat acquisitio, *vt diximus supra num. 38.* Itaque seruus in acquisitione consideratur, vt medium, non quidem iuris, sed facti, quo domino ius acquiritur mediante persona serui, † *vt declarant Castr. in d. l. legatum. 7. n. 1. ff. de leg. primo, Dec. in d. l. 1. n. 2. lect. num. 14. C. qui adm. Soc. Sen. in d. l. 1. num. 20. ff. de vulg.* Quamobrem dicimus, domino acquiri per seruum † *d. l. qui liberis. 8. §. hac verba ff. de vulg. l. Titia 35. §. Lucia Titia, & l. si duobus 41. ff. de leg. 2.* Idest, serui facto, & ministerio, † *vt declarant Castr. in d. l. is, qui hæres 13. §. fin. num. 1. verf. in text ibi, neq; patris, & ibi Ias. n. 7. verf. 2. ratio ff. de acq. hær. Cimato. in d. l. legatum. 7. nu. 8. ff. de leg. primo* quippe, quod illa dictione, per, denotatur, *vt diximus in eadem q. præced. nu. 486.*

78

79

80

81

82

Neq. obstat, quod imo testatoris dispositio in seruum collata non valeat ex persona serui, sed ex persona domini, † *l. non minus. 31. ff. de hær. inst. l. si mihi, & tibi. 12. §. regula ff. de leg. 1. l. debitor. 84. § seruo alieno, uerf. Cum enim ff. de leg. 2. l. &, si maximè 5 ff. de seru. leg.* cum seruus, si per se consideretur, habeatur pro nullo † *l. quod attinet. 33. ff. de reg. iur. l. 1. in prin. ff de inr. delib.* quia hoc verum est † respectu capacitatis. Cæterum respectu aliarum rerũ, magis est, vt ex persona serui consistat, & vires accipiat dispositio, *sicuti in specie declarat Paulus in d. l. debitor 84. § seruo alieno ff. de leg. 2. & post eum Conna. lib. x. comm. cap. 7. num. 4. verf. his occurrit.* Quamobrem eius, non domini persona debet inspici, † siue tractemus de hæreditatibus, siue de legatis, & fideicommissis, *l. cum quidam. 30 § sciuntia ff. de acq. hær. l. 1. §. 1 ff. de vsufr. accr.* adeo, vt etiam ea, quæ domino relinqui nequeunt, eius seruo legari possint *d. §. seruo alieno*, & legatum seruo relictum non domino, sed ipsi seruo debeat adimi *l. legatum. 21. ff. de adim. leg.*

83

84

85

86

Secundus vero casus est, quando seruus deficit post mortem testatoris, sed ante emolumenti delationem, puta pendente conditione, sub qua fuit a testatore vocatus, Et tunc etiam certi iuris est, nullum ius domino competere, † sed eo excluso fieri substituto, vel coniuncto locum, per ea, quæ diximus in casu præcedenti, quæq; militant etiam in his terminis. Idque adeo verũ est, vt procedat non solum, si tractetur de hæreditate, vel bonorũ possessione, quo casu res minorem dubitationem habet, eum certum sit, nullum in ea ius domino competere, nisi ex ipsius iussu, aut voluntate seruus adeat, vel agnoscat, ideoq; non solum, si moriatur ante delationem, sed etiam, si post, ante tamen, quã adeat, excludi dominum, *vt ostendemus infra nu. 111. & seqq.* sed etiam, si tractetur de legato, vel fideicommisso, † vt non obscurè probant illa verba, *existente conditione, si seruus viuat*, quę leguntur *in l. si mihi purè 61. ff. de leg. 2.* quippe, quæ significant, † si tunc temporis non viuat, relictum ad dominum non pertinere. Et hoc ideo, quia † ad hoc, vt legatum, vel fideicommissum per seruum domino acquiratur, debet in eius esse potestate, quo tempore dies legati, vel fideicommissi cedit, † *l. si vsufructum 14. §. fin. ff. de quand. dies leg. ced. l. 1. § fin. ff. vt lega. no. cauf. & scribit Sign. de Homod. in* domi-

87

88

89

90

91

d.l.1.nu.54.C.qui adm. quod patet ex eo, quia,
si tunc temporis seruus sit sui iuris, sibi non
92 domino acquiret † *d.l.si vsusfructus 14 §.fin.*
ff. quand. dies leg. ced. l. filiusf. 117. §. si fideicom-
missum ff. de leg. primo d. l. debitor. 84. §. seruo
alieno, & ibi glo. in verb. constitit ff. de leg. secundo,
Cimato. in d. l. legatum. 7. num. 3. ff. de leg. primo.
Quod si sit alienatus acquiret nouo domino,
d.l. si vsusfructus. 14. §. fin. Quamobrem nec
93 ante dominus legatum repudiare potest, † *vt*
scribunt Bart. in d. l. is, qui heres. 13. §. fin. nume.
10. & ibi Alex. num. 8 ff. de acq. her. Cimato. in
d. l. legatum. 7. num. 3. ff. de leg. primo. At, cum
seruus moritur pendente conditione, sine du-
bio non reperitur in potestate domini, quo
tempore dies legati, vel fideicommissi cedit,
scilicet, quia dies non cedit, nisi, cum existit
conditio, *l. si post diem. 5. in prin. vers. sed, si sub*
conditione ff. quand. dies leg. ced. l. vn. §. fin autem
aliquid sub conditione C. *de cad. toll.* quo tem-
pore seruus non est amplius in potestate do-
mini, cum illius potestas censeatur per serui
mortem extincta. Non potest igitur legatum,
aut fideicommissum domino acquiri.

Tertius casus est, quando seruus post
mortem testatoris, & emolumenti delatio
nem, sed ante acquisitionem deficit, non mor-
te, aut lapsu temporis, sed repudiatione, Et
tunc, si quæramus, an per dominum admitta-
tur ad partem, & ita substitutionem, & ius
accrescendi excludat, nec ne, constat esse di-
stinguendum: Aut enim repudiat ex iussu,
& voluntate domini, quod fieri posse certum
94 est, † *l. seruus dotalis. 59. in prin. ff. sol. matr. l. fin.*
in prin. & ibi gl. in verb. alterius non ff. de vulg.
Et non est dubium, quin totaliter eum exclu-
95 dat, † & per consequentias faciat locum substi-
96 tuto, vel coniuncto, † *vt de substituto constat*
ex d. l. fi. in prin. & ibi declarat gl. in verb. alterius
non, & Imol. in prin. ff. de vulg. Calanch. in d. l. 1.
97 *num. 32. ff. eod.* quia, † eum neque per se, neque
per alium admittatur ad partem, consequens
est, vt non faciat partem, *ex regula, quam re-*
linimus in hoc cap. q. 21. num. 24. & q. 36 numer. 5.
Aut vero repudiat sine voluntate domini,
Et tunc verius est, talem repudiationem, siue
recusationem, tamquam inualidam non no-
cere domino, *vt ostendimus supra num. 15.* &
per consequentias nõ facere locum substitu-
98 to, vel coniuncto, † *vt de substituto scribit*
Calanch. in d. l. 1. nu 31. & 32. ff. de vulg. tametsi
contrarium coniuncti Saly. quem posse defendi cen
set Ias. in l. cum proponas. 3. n. 20. vers. secun-
dario C. de hered. inst. Sed hoc ita intelligẽdum
99 est, vt non noceat hoc respectu, † quia domi-
nus nonobstante repudiatione, siue recusa-
tione facta a seruo poterit adhuc, aut blandis
verbis, aut minis aut alio modo efficere, vt
seruus dicto audiens fiat, & adeat hæreditatẽ
aut agnoscat bonorum possessionem, *sicut*
diximus supra nu. 17. Cœterùm alio respectu
multum nocet, quia, si perseueret in sua per
tinacia, & non adita hæreditate moriatur,
censebitur dominus totaliter ab hæreditate
exclusus, *vt ostendemus infra nu. 111.* tamquam
is, qui adire nequit, *vt diximus supra num. 31.*
& seqq. eaque ratione fiet substituto, vel con-
100 iuncto locus, † *vt dicemus nu. 114. Ita declarant*
Imol. in l. si pater sa. 40. num. 7. vers. vlterius ff. de
hered. inst. & Calanch. in d. l. 1. nu. 32 ff. de vulg.

Et ita sunt intelligendi, qui simpliciter scri-
pserunt, seruo repudiante, seu nolente adire
101 fieri locum substituto, vel coniuncto, † *vt de*
substituto videre est in l. cum proponas. 3. & ibi
Bald. n. 7. vers. & circa. Alex n. 5. C. de hered. inst.
Bart. in l. 1. num. 10. & ibi Ias. num. 42. Rip. nu.
144 vers. 8. Alcia. num. 81. ff. de vulg. Gul. Ben. in
d. cap. Raynutius, in verb. si absque liberis more
retur 2. in materia vulgaris n. 83. Ang. de Gamb.
de testam. gl. 84. num. 5. Bald. nou. de subst. tit. de
vulg. num. 14. vers. quæro, Polit. de subst. tit. de
vulg part. 3. num. 34. vers. 8. etiam, Rollandin. in
suo Flor. testam. rubr. 21. num. 11. Duar. ad tit.
ff. de vulg. cap. 10. vers. Preterea obijcitur, Donell.
in l. post aditam. 5. nu. 10. C. de impub. & al. subst.
Andr. Fach lib. 4 contro. cap. 63. vers. Non obstat,
102 *si dicatur,* vt scilicet loquantur, † si postea mo-
riatur seruus: Nam eo viuente, quia dominus
habet adhuc spem hæreditatis acquirendæ,
magis est, vt, nec substituto, nec coniuncto lo
cus fiat, *secundum ea, quæ supra diximus.* Idem
est, &, si ad aliorum instantiam præfinitus sit
seruo terminus ad adeundam hæreditatem,
103 quod fieri posse non ambigitur † *l. si quis insti*
tuatur. 23. §. 1. ff. de hered. inst. Et in proposito
scribit Imol. in d. l. si pater sa 40. num. 7. vers. vlte-
rius ff. eod. Nam eo transacto censebitur do-
minus exclusus, & hæreditas ad substitutum,
vel cohæredem, aut ijs deficientibus ad ve-
104 nientes ab intestato pertinebit † *ut declarat Imol.*
in d. l. fin. in prin. nu. 3. vers. & tenendo ff. de vulg.
quem sequitur Alex. in d. l. cum proponas. 3. nu.
5. vers. sed Imol. C. de hered. inst. tametsi Ias. ibi n.
20. vers. respondent præfati, & Polit. de subst. d.
tit. de vulg. part. 3. num. 17. contradicant. Deniq.
idem est, &, si seruus, qui adire recusat, patia-
tur labi tempus acquirendæ successioni præ-
finitum: nam eo modo, quasi tacitè non ex-
pressè repudians excludet dominum, & fa-
105 ciet substituto, vel coniuncto locum, † *secun-*
dum ea, quæ dicemus infra num. 106. & seqq. Ita
in specie declarat Ias in d. l. cum proponas. 3. num.
20. vers. unde tu responde C. de hered. inst.

Quartus casus est, quando post mortem te-
statoris seruus patitur labi tempus adeundæ
hæreditati, vel agnoscendæ bonorum posses-
sioni præfinitum, Et tunc certum est, nocere
domino, quippe, qui non poterit amplius per
106 seruum admitti † *ut scribunt Alex. in d. l. cum*
proponas. 3. num. 5. & ibi Ias. num. 20. vers. unde
tu responde C. de hered. inst. Seruus enim, licet
non possit præiudicare domino in quæsitis,
107 potest tamen ei præiudicare in quærendis † *l.*
fin. C. de acq. poss. Et scribũt Bald. in l. fin. in prin.
num. 6. C. de bon. quæ lib. Castr. in d. l. 1. num. 1.
vers. erat ergo C. qui adm. non quidem agendo,
sed omittendo *secundum ea quæ diximus in q.*
præced. num. 421. Quamobrem eo casu fiet lo
cus substituto, vel coniuncto, *vt de filio dixi-*
mus ibi num. 548. & 551.

108 Plan. hoc ita intelligendum est, † vt, si tra-
ctemus de hæreditate, procedat indistinctè,
siue dominus scierit hæreditatẽ fuisse seruo
delatam, siue ignorauerit: Nam, quia tempus
adeundæ hæreditati præfinitum est continu-
um, Consequens est, vt etiam ignorãti cedat,
sicut diximus in eadem q. præced. num. 559. Cœ-
terùm, si tractemus de bonorum possessione,
magis est, vt tempus non, nisi ab eo die com-
putari debeat, quo seruus potuit dominum

cer-

certiorare *secundum ea, quæ de filio diximus ibi num.* 65. ita quod si potuit, nec certiorauit, non obstante, aliàs non, quia dies, tamquam vtiles, non nisi scienti cedunt. *l.2. in prin ff. quis ord. in bon poss. seru.* Ex quo intelligimus, verū non esse, quod *Cin. in l. renitente 14. num. 2. C. de tut. delib. & alij* plerique tradiderunt, scilicet

109 in hoc differre seruum à filio, quod † huius scientia noceat patri, illius verò scientia nō noceat domino, quia verius est, parem vtriusque esse caulam, data tamen admonendi potentia *secundum ea, quæ supra diximus.*

Illud sanè certum est, in computatione dierum habendam esse rationem non solùm eius temporis, quod cedit vltimo domino, cui seruus emolumentum esset quæsiturus, sed etiam anteriorum: Nam si seruus hæres institutus tempore mortis testatoris fuerit in potestate Titij, qui postea eum vendiderit Caio, in computatione dierum non solùm erit habēda ratio illorum, qui cesse. ūt, Caio, sed etiam illorum, qui Titio, & ita demum potest is seruus agnoscere bonorum possessionem si computatis omnibus diebus, tā Titij, quam Cai, nondum transacti sint centū dies

110 † *l. vlt. § fin ff. quis ord. in bon. poss. seru.*

Quintus casus est, quando post mortem testatoris, & emolumenti delationem, sed ante acquisitionem, puta ante aditam hæreditatē deficit seruus, non repudiatione, sed morte, Et sic certi iuris est, dominum non posse ad-

111 mitti † *l inde Neratius 23. in prin. ff. ad l. Aquil. Et scribunt Bart. in d. l. si post 18. num. 13 ff. de acq. hæred Dec in d. l. in 2 lect. num. 14. & in 3. nu. 5. C. qui adm. Bauer in l. cum filiofa. 11. nu. 188. vers. 5 ff. de leg. primo. Cimato. in d. l. legatum 7. num 8. & 22. ff. eod. Cephal. cons. 32. numer. 46. Trintac. de substit part. 1. cap 7. num. 10. vers 4. monstar.* Quod patet ex eo quia, si mors ideo cōtigerit, quia seruus fuerit ab aliquo occisus, in actionem legis Aquiliæ, quæ domino datur, venit æstimatio hæreditatis *d. l. inde Neratius 23. in prin ff. ad l. Aquil.* quæ tamen non veniret, si dominus adhuc eam obtinere pos-

112 set; Et ratio est, quia † mortuo seruo nō potest amplius hereditas adiri. Nō enim adiri potest à seruo, quippe, qui non est in rerum natura, neque à domino, quia ius adeundi in eum non transfertur, *vt diximus supra numer. 31. & seqq.*

Nec dicas ex simplici delatione facta seruo censeri ius domino quæsitum, quia verius est, non ante ius domino competere, quā eius iussu seruus adierit, & ita in eius persona ius fuerit radicatum, *vt diximus supra num.* 77. Alioquin plus iuris haberet dominus instituto seruo, quam, si ipse met hæres institutus esset, scilicet, quia, si ipse esset institutus, non censeretur rem habere, nec fieri locupletior ante, quam adiret, & tamen censeretur rem habere, & fieri locupletior statim, atque seruo suo delata esset hæreditas, etiamsi nondum ex ipsius iussu esset adita, quod, tanquam ab surdum, nemo rectè dixerit. *Ita ratiocinatur Paulus in l. pretia rerū. 63. in prin. uers. esse enim absurdum ff. ad l. Falc* Quamobrem dicimus, extincto seruo censeri etiam extinctum ius

113 domini, quia † seruus consideratur, vt persona principalis, ideoque eo extincto domini persona, quæ est accessoria, nihil operari po-

test. *Ita scribit Cagn. in d. l 1 num. 18 C. qui adm. Et nos de filio diximus in q. præced. n. 476.*

Hinc intelligimus, mortuo seruo, hæreditatem, non ad dominum, sed ad substitutū, vel ad cohæredem, vel iis deficiētibus ad ve-

114 nientes ab intestato pertinere, † *vt de omnibus scribit Imol in d. l. si paterfa 40 nu. 7. vers. ultimis ff. de hæred. inst. & simpliciter de substituto Bald Nou. de substit. d. tit. de vulg. num. 17. &*

115 *Cataneb. in d l 1. num. 32 ff. de vulg.* quia † eā seruus, neque per eum, neque per alium admittatur, Consequens est, vt non possit impedire, quominus hæreditas ad eos pertineat, ad quos pertineret, si is non fuisset hæres institutus.

Sextus casus est quando post mortem testatoris, & emolumentum reuocabiliter acquisitum, puta post diem legati, vel fideicōmissi cedentē seruus deficit, Et tunc certi iuris est, talem defectum non nocere domino,

116 † nec facere locum substituto, vel coniuncto, siue seruus deficiat repudiatione, siue morte; sed ad hoc inspiciendum esse defectum in per-

117 sona domini: Nam, quia † legata, & fideicōmissa, vt acquirantur, non requirunt factum serui, cum ipso iure quærantur domino etiā

118 ignoranti † §. *Item vobis vers. hoc enim, inst. per quas pers. nob. acq. & scribunt gl. in l. seruo inuito. 65. in prin. in verb. similis, vers. Idem in legato ff. ad Treb. Imol in d. l. legatum 7 num. 1. & ibi Alex. num. 1. Iaf. num 45. vers tenendo, & Cimato. num. 16. ff. de leg. primo.* ideo sit, vt sufficiat, seruum esse superstitem, & in potestate domini eo tempore, quo dies cedit, vt statim

119 ius illi quæsitū intelligatur † *l. si Pamphilo. 10. ff. de opt. leg. l. si post diem. 5. § fin. ff. quand. dies leg. ced & scribunt Bart. in d. l. ii, qui hæres. 13. §. fin num. 10. & ibi Iaf. num. 46 uers. tenendo ff. de acq. hæred* Quamobrem, etiamsi postea dominus eum manumittat, aut alienet, non tamē legatū debebitur manumisso, aut nouo domino, sed ei, qui tēpore cessionis erat dominus

120 † *d. l. si Pamphilo 10. ff. de opt. leg. d. l. si post diem 5. § fin. ff. quand. dies leg. ced.* eaque ratione is so-

121 lus poterit relictum agnoscere † *vt scribunt Alex. in d. l. legatum. 7. num. 1. & ibi Cimato. nu. 16. ff. de leg primo. Soc. Sen. in d. l. 1 num. 20 & 21. vers ad vltimum ff. de vulg.* & ab hærede pete-

122 re † *d. l. si Pāphilo*, vel, si ita ei visum fuerit, il-

123 lud repudiare, † *d. l. legatum. 7. & l. si fundum sub conditione 83. § 1. ff. de leg. 1. l. & Proculo. 20. l. Titia, cum testamento 35. §. Lucia Titia, in fi & l. si duobus. 41. ff. de leg. 2. d. l. si Pamphilo 10 ff de opt. leg. Et scribunt Bart. in d. l. ii qui hæres 13 §. fin. num. 10. & ibi Alex. num. 8 & 9 in fi Iaf n. 46. vers. tenendo ff de acq hæred. Castr. in d. l. ex stipulatione 26. num. 1. vers. opp. t. de fideic. Imol. in d. l. legatum. 7. num. 1. & ibi Alex. num. 1. Iaf. n. 1. Cimato. nu. 4. & 16. ff. de leg primo, Sign. de Homod. in d. l. 1. num. 54. & ibi Cagn. num. 17. C. qui adm. Bauer. in d. l cum filiof. 11. nu. 188. uers. 3. ff. de leg. primo*, quia acquisitio censetur facta reuocabiliter. Et hoc, siue legatū sit relictum contemplatione ipsius domini,

124 quo casu videtur relictū ipsi domino † *l. filiof. 42. & ibi Bald. & Castr. num. 1. ff. de cōd. & dem.* & ab eo sine facto serui agnosci, & peti potest

125 † *d. l. filiof. 42. vers. Idem iuris, & ibi Bald. & Castr. nu. 1 ff. de cond. & dem. Gul. Ben. in d. cap. Raynutius, in verb. si absque liberis moreretur 2. in materia vulgaris num. 81. Polit. de substit. tit de vulg.*

de vulg. part. 3. num. 48. Trentac. de subst. d. part. 1. cap. 7. num. 2. uers. 5. siue sit relictum con-
templatione ipsius serui, vel etiam simplici-
ter, quo casu censetur aduentitium: Nam in
hoc etiam casu potest dominus per se legatũ
petere, & verò etiam repudiare. Itaq; a volun-
tate domini dependet, vtrum fiat substituto,
vel coniuncto locus, nec ne: Nam si legatũ,
vel fideicommissum a se non repellat, cense-
126 bitur vterq; a relicto exclusus, † quia, cum
seruus per dominum admittatur ad partem,
consequens est, vt faciat partem, *ex regula, q̃ retulimus in hoc cap. q. 36. num. 6. & q. 40. num.*
2. Quod si relictum repudiet, faciet, aut sub-
127 stituto, aut coniũcto locum, † *ut de coniuncto constat. ex l. si duobus. 41. uers. perinde ff. de leg.*
2. quia, cum seruus neq; per se, neque per do-
minum admittatur ad partem, consequens
est, vt non faciat partẽ, *ex regula, quam retulimus in d. q. 36. num. 5. & d. q. 40. num.* 1. Idq;
adeo verum est, vt procedat, etiamsi coniun-
ctus sit ipsemet dominus: Nam, si Titio, &
eiusdem Titij seruo coniunctim aliquid le-
gatum sit, poterit Titius ex persona serui le-
gatum repudiare, & ex sui persona agnosce-
re, & ita ad sui commodũ facere locum iuri
128 accrescendi, † *l. si seruo meo. 104. in prin. ff. de leg. primo.* Idem est, & si duobus seruis Titij res
eadẽ legata sit: Poterit enim Titius ex vni'
persona legatũ repudiare, & ex alterius agno-
scere, & ita facere locum iuri accrescendi ad
commodum proprium ex persona tamen al-
129 terius serui, † *l. si duobus 41. & l. si mihi purè 61. uers. Idem est ff. de leg. 2.*
130 Planè hoc ita demum verum est, † si vnus
tantum sit dominus. Cæterùm, si duo, pote-
runt quidem ambo repudiare, & ita facere lo-
cum substitutioni, vel iuri accrescendi, *secundum ea, quæ supra dicta sunt*, imo poterit vnus
131 agnoscere, alter verò repudiare † *l. si fundum sub conditione 83. §. si seruo ff. de leg. primo, l. & proculo 20. ff. de leg.* 1. sed talis repudiatio nõ
faciet locũ iuri accrescendi *d. l. & Proculo*, nisi
in vsufructu *l. 1. §. 1. ff. de usufr. accr.* per ea, quę
diximus *in 5 cap. q. 40. n. 27. & seqq.* quęq; non
est necesse hic iterum referre.

Hinc intelligimus legata, & fideicommis-
132 sa in multis ab hæreditate differre, † & primo
in eo, quia hæreditatem seruo delatam non
potest dominus adire, sed aditio est facienda
a seruo, licet ex volũtate domini, *ut diximus supra num. 31. & seqq.* At legatum seruo reli-
ctum potest dominus agnoscere, & petere,
ut diximus num. 121. & seq. Ratio diuersitatis
est, quia hæreditas, tamquam res, quæ potest
esse damnosa, non acquiritur ipso iure, sed p
eius acquisitiõe est opus facto, quod à domi-
no expediri nequit, scilicet, quia, quæ facti sũt
non transeunt in dominũ, sed resident in per-
sona serui, *ut diximus num. 34.* At legatum,
tamquam id, quod damnum afferre nequit,
acquiritur ipso iure etiam ignoranti, *ut diximus num.* 118. & ideo pro eius acquisitione
non est opus facto, sed sufficit, si non repu-
dietur *l. legatum 82. ff. de leg. 2.* Itaq; dominus,
qui illud agnoscit, re vera non acquirit, quia
acquisitio facta est ipso iure, sed retinet quod
iam est acquisitum *l. magis puto. 5. §. si pupillus, vers. fundum autem ff. de reb. eorum.*

Secundo differunt, quia hæreditatem, aut
etiam bonorum possessionem non potest ser-
uus acquirere domino, nisi volenti, *ut patet ex ijs, quę diximus supra num. 9 & seqq.* At le-
gatum, vel fideicommissum ei, etiam ignorã-
ti acquirit, *ut diximus supra num. 118. Et de hoc discrimine constat ex l. acquiritur 10. vbi gl. in verb. &, si iubentibus nobis ff. de acq. rer. dom. & ex § item nobis, vbi etiã gl. in verb. sed, si hæres Inst. per quas perso. nob. acq. & ex gl. in l. seruo inuito. 65. in prin. in verb. similis ff. ad Treb.*
Cuius diuersitatis ratio est, quia hæreditas,
& bonorum possessio non continent causam
merè lucratiuam, sed habent admixtũ onus,
scilicet, quia, quoties acquiruntur domino,
toties is obligatur æri alieno, *l. pater, quoties 92. §. mutus ff. de acq. hæred.* & non est conue-
niens, vt dominus obligetur, nisi volens *l. qui in aliena. 6. in prin. ff. eod.* At legata, & fideicõ-
missa continent causam merè lucratiuam,
l. si hæreditatem 32. ff. mand. ideoq; nil mirum
si dominis, etiã non volentibus acquirantur
l. seruus vetante. 62. ff. de verb. obl. l. etiam inuitis 32. ff. de acq. rer. dom. Ita distinguendo ratiocinãtur Castr. in d. l. 1. nu. 1. vers. præmitte, & ibi Alex. num. 4. Dec. in prima lect. num. 4 & Sichar. num. 2. vers. & hoc adeo C. qui admit. Castr. in l. vlt. in prin. num. 7. C. de bon. quæ lib. Imol. in d. l. seruo inuito. 65. in prin. num. 2. vers. Istud est verum, & uers. In ea gl. ibi ff. ad Treb. & nos etiam de filio diximus in q. præced. num. 207. & seqq.

Tertio differunt in eo, quia in hæreditate,
si seruus moriatur post delationem, sed ante
aditionem, ius domini extinguitur, *ut diximus supra num.* 111. At in legatis non extin-
guitur, etiamsi post delationem moriatur, *ut diximus n.* 116. Ratio autem diuersitatis pen-
det ex ijs, quæ supra diximus: Nam, quia hæ-
reditas non acquiritur, nisi mediante facto
serui, *ut diximus num.* 38. ideo fit, vt, si is ante
aditam moriatur, & ita tollatur medium, per
quod fieri debet acquisitio, nõ possit amplius
illa habere locum. At legatum, vel fideicõ-
missum acquiritur ipso iure, nec requirit fa-
ctum serui, ideoque sufficit, eum esse in pote-
state domini, quo tempore dies cedit, vt ius
illi quæsitum intelligatur, ita, vt etiãsi postea
moriatur seruus, non tamen ius semel domi-
no quæsitum ei auferri posse.

Quarto differunt in eo, quia hęreditatem
seruo delatam non potest dominus repudia
re, *ut diximus num.* 51. imo nec bonorũ pos-
sessionem, *ut ipse verius ostendimus num. 66. & seqq.* At legatum repudiare potest, *ut diximus num. 123. & seqq. vbi etiam attulimus rationem diuersitatis, quam proinde non, nisi frustra in hoc loco repeteremus.*

Quinto differunt in eo, quia repudiatio do-
mini non nocet seruo in hæreditate, scilicet,
quia, si postea fiat sui iuris, poterit eam suo
arbitrio adire, & sibi acquirere, *ut diximus n.* 19. At in legato nocet, *ut scribunt Alex. in d. l. legatum. 7. nu. 1. uers. hodie autem ff. de leg. 1. & Ias. in d. l. ex repudiatione. 26. num. 2. C. de fideic.*
quia, licet postea fiat sui iuris, non tamen po-
terit illud agnoscere, & sibi acquirere, sed id
censebitur, aut ad substitutum, aut ad coniũ-
ctum pertinuisse, aut ijs deficientibus in hære-
ditate remansisse, *secundum ea, quæ diximus supra num.* 127. Ratio diuersitatis est, quia, cũ
legata statim, & ipso iure quærantur, & talis
acqui-

aequisitio ita fiat. vt ne momento quidem
resideat in persona serui *d.l.placet.78.ff.de acq.
har.* sit, vt nullum in eo ius considerari possit,
sed totum ius censeatur domino quæsitum;
Quamobrem, si dominus illud a se repulerit,
non potest amplius ad seruum redire, vt pote
a quo semel domino quæsitum est. At in hæ-
reditate, quæ non quæritur ipso iure, conside-
ramus ius adeundi, quod residet in persona
serui, ideoq; quandiu non est, aut morte, aut
legitima repudiatione, idest, ab eo facta cum
consensu domini extinctũ, tandiu censetur
in eius persona remanere.

Septimus casus est, quando seruus hæres
institutus post mortem testatoris non deficit,
sed adit hæreditatem iussu domini, & sumus
in casibus, in quibus testator, qui eum insti-
tuit, non ignorabat eius conditionẽ, Et tunc
res caret omni dubio: Nam certum est, per
133 talem aditionẽ excludi ius accrescẽdi, † quia,
cum seruus hæreditatem acquirat domino, &
ita per eũ admittatur ad partem, Consequens
est, vt faciat partem, *ex regula, quam retulimus
in hoc cap. q. 36 num 6 & q. 40. num.* 2 Deniq;
134 cum adeundo excludat substitutum † *d.l.cum
proponat.* 3 C. *hæred. inst. Et scribunt* Calanch.
*in d.l. 1.num.32 ff. de uulg. Donell. lib.6. comm.
cap.24. Hoto.in §.ult.in uer.iussu domini adierit,
Inst.de uulg Et est de mente eorum, qui generali-
ter scripserunt, expirare substitutionem uulgarem,
quoties per institutum alteri quæritur hæreditas,
ut Bart.in l. si quis filiumfa. 7 in prin.& ibi Ang.
Castr. Imol. Alex. & Ias. ff. de acq. hæred.* qui
cohærede potior est, *ut ostendemus in 10. cap.
q. 20. num.* 14. debet etiam per consequentias
excludere cohæredem. quia si vinco vincen-
tem te, multo fortius te *l. de accessionibus 14 ff.
de diu & temp. præs.* Et sanè, cum seruus adit
iussu domini, deficit conditio, sub qua substi-
135 tutus, & cohæres vocati intelliguntur, † scili-
cet, quia censentur vocati sub conditione, si
institutus hæres non erit, *ut diximus in hoc
cap. q. 21. nu.* 14. quæ verba in homine alieni
iuris intelliguntur, siue ipse hæres non erit,
siue alium hæredem non fecerit *l. si paterf. 40.
ff. de hæred. inst. §. vlt Inst. de uulg.* Cum igitur
in proposito seruus adeundo faciat dominũ
hæredem, *ut diximus supra num.* 73. Conse-
quens est vt censeatur deficere conditio, &
per consequentias, vt, neque substitutio, neq;
ius accrescendi locum habere possit. Idque
adeo verum est, vt procedat primo, non solũ,
si seruus sponte adierit hæreditatem, sed etiã,
si dominus eum adire coegerit (prout eum
facere posse constat ex ijs, quæ diximus *supra
n. 22*) Nam per talem aditionem etiã coactã
dominus fiet hæres, & substitutus, ac coninn-
136 ctus exclusi intelligentur, † *ut de substituto scri-
bunt gl. in d. l. cum proponat. 3. in uerb. potuit enim,
vers. sed qui l in tertio, & ibi Bart. num. 8. Bald.
num. 7. vers. & circa C. de hæred. inst. Calanc. in d.
l. 1. nu 32. ff. de uulg.*

Nec est contrarium, quod seruus possit etiã
iubente domino nolle adire, & eo modo fa-
137 cere locum substituto † *d.l. cum proponat. 3. C.
de hæred. inst & nos diximus etiam supra nu.* 20.
138 quia hoc verum est. † de facto, scilicet, quia
non obstantibus minis, aut verberibus potest
perseuerare in sua peruicacia, & dicere, nolo
adire. Cæterùm de iure, quin possit cogi,
non est dubitandum, *ut ostendimus supra nu.*
21. & si coactus adierit, idest dixerit, se adire,
non poterit substitutus, aut cohæres causari,
talem aditionem, tamquam factam per vim,
& metum esse nullã. quia, cum coactio fue-
rit iusta. Consequens est. vt metus non possit
ad effectum nullitatis quicquam operari, *l. 3.
§. 1. ff. quod met. caus.* Sufficit igitur domino,
seruum voluisse, tametsi coactè, vt hæredita-
tem quæsiuisse intelligatur, cum voluntas
coacta voluntas sit *l. mulier 21. §. penult.
ff. eod.*

Secundo procedit, non solũ, si adierit iussu
illius qui insolidum est dominus, sed, etiam, si
cum esset communis duorum, aut plurium
vnius tantum domini iussu adierit: Nam per
talem aditionem censebitur etiam in parte,
quæ ad iubentem spectat, & substitutum, &
139 cohæredem exclusisse, † *l. seruus duorum 63.
cum l. seq. ff. de acq. hæred. l. fin. in prin. & ibi gl. in
verb. alterius non, & Imol. in princ. ff. de vulg. gl.
in d.l. cum proponat. 3. in verb. locus non est C. de
hær. inst. Polit. de subst. tit. de vulg. part. 3. n. 21.
Calan. in d.l. 1. num. 32. ff. de vulg.* Plane in par-
te non iubentis aliud erit: Nam, si datus sit
seruo vulgariter substitutus, pars non iubentis
140 ad eum pertinebit † *d.l. fin. in princ. ff. de vulg.
Bald. Nou. de subst. tit. de vulg. num.* 14 Quod, si
substitutus datus non sit, condomino accre-
141 scet † *secundum l. seruus communis ab extero.
66. ff. de acq. hæred. & ea, quæ diximus in 5. cap. q.
40 num. 4.*

Tertio procedit, non solum, si erat seruus
tempore testamenti, sed etiam, si erat liber:
Nam, si postea factus sit seruus, & iussu domi-
ni adierit hæreditatem, excludet substitutum
142 & cohæredem, † *ut de substituto scribit Bald. in
d.l. cum proponat. 3. num. 7. vers & circa C. de hæ-
143 red. inst.* quia † deficit etiam conditio, sub qua
tam hic, quam ille vocatus intelligitur, scili-
cet, quia verba illa, si hæres non erit, in eo, q
futurus est, intelliguntur, si neque ipse hæres
erit, neque mutata conditione alium hæredẽ
fecerit *d. l. si paterf. 40. ff. de hæred. inst. d §. vlt.
Inst. de vulg.*

Octauus, & vltimus casus est, quando te-
stator, qui seruum aliénũ hæredem instituit,
errauit in conditione personæ, idest, credidit,
eum esse liberum, cum tamen re vera esset
seruus, Et tunc de pluribus dubitari potest,
&

Primo, nunquid valeat institutio? Dubita-
tionẽ autẽ facit illud, quia error in qualitate
144 personæ vitiat institutionem † *l. si pater. 4. C. de
inst. & subst. & nos latè diximus in hoc cap. q. 23.
num. 3.*

Sed hoc non obstante certi iuris est, insti-
tutionem valere, & ex ea deferri hæreditatẽ,
145 eamque per consequentias adiri posse † *d. l.
si paterfa. 40. cum l. seq. ff. de hæred. inst. d. §. vlt.
Inst. de vulg. d. l. cum proponat. 3. & ibi Castr.
num. 5. vers. 2. casu. & Ias. nu. 1. C. de hæred. inst.
Cast. in l. cum aliquis 21. num. 2. C. de iur. delib.*
quia quod dicimus errorem in qualitate per-
146 sonæ vitiare institutionem procedit, † quan-
do erratur in qualitate sanguinis, puta filia-
tionis, non etiam, quãdo erratur in alia qua-
litate, *ut declarant Bald. in d.l. si paterfa 40. vers.
2. opp. & ibi Imol. num. 7. ff. de hæred. inst. Castr. in
d.l. cum proponat. 3, nu. 2. & ibi Ias. num. 1. vers.
respon.*

respondet & num. 2. vers. Item adde C. eod. Nam
147 quia † qualitas sanguinis consideratur, vt causa finalis institutionis, scilicet, quia testator, qui aliquem, vt filium hæredem instituit, nõ mouetur propter merita, sed propter illam affectionem, quam naturaliter habent patres in filios, & propter quam cupiunt, bona sua ad eos peruenire, ideo, si in ea erretur, corruit institutio, quia cessat causa institutionis, & per consequentias etiam voluntas testatoris, quippe, qui non fuisset illum institutuus, si filium suum non esse cognouisset. At hæ ratio cessat in alijs qualitatibus, vt pote, quæ non considerantur, vt causæ finales, sed, vt accidentia, scilicet, quia testator, qui personã sanguine non cõiunctam hæredem instituit, non respicit ad illam qualitatem, quam eum habere putat, nec intendit, bona sua ad illum tantum peruenire, qui habeat suppositam qualitatem, sed respicit ad instituti merita *l. nec adiecit 9. ff. pro socio*, quæ etiam amota illa qualitate, quam testator eum habere credebat, possunt in eo consistere, ideoque non obstante errore sustinetur institutio, quia testator, etiam si sciuisset defectum qualitatis, ni hilominus, eum instituisset. *Ita ratiocinatur Bald. in d. l. si paterf. 40. vers. Opp. 2. & ibi Imol. n. 7. ff. de hæred. inst.*

Secundo dubitari potest, an, si huic seruo datus sit vulgariter substitutus, debeat is domino præferri, an verò contra, vel potius, tamquam in re dubia debeat hæreditas inter eos scindi? Fecit autem dubitationem *d. l. cum proponas. 3. C. de hæred. inst.* vbi Alexãder, *Cum proponas*, inquit, *Alexandrum equitem testamento primo loco Iulianum, vt libertum suum hæredem instituisse, eique substituisse his verbis, Quod, si ex aliqua causa primus hæres hæreditatẽ meam adire noluerit, vel non potuerit, tunc in locum eius secundum hæredem substituo Vitalem. Post mortem autem testatoris Iulianum seruum communem fuisse defuncti militis, & Zoili fratris eius apparuerit, an tu ex substitutione admittaris, voluntatis est quæstio: Nam, si credens, eum proprium, & suum libertum instituit, nec per eum ad alium quemquam hæreditatem pertinere voluit, extitit conditio substitutionis, tibique hæreditas delata est. Quod, si verba substitutionis subscripta ad ius retulit, vt, si, nec per se met ipsum alium fecisset hæredem (potuit enim, quamuis iubente domino nolle adire) ita demum substitutus vocaretur, si tamen paruerit domino, & adierit, substitutioni locus non est*; Nam, quia duos tantum
148 distinxit casus, † vnum, cum testator credens institutum esse suum libertum noluit ad aliũ hæreditatem pertinere, quo casu scripsit, hæreditatem debere substituto deferri, alterum verò, cum substitutionis verba retulit ad ius, quo casu dixit, admitti dominum excluso substituto, si seruus iussu illius adierit hæreditatem, nec exposuit, quando censeatur noluisse hæreditatem ad alium, quam ad institutũ pertinere, quandoue substitutionis verba ad ius retulisse, satis dubiã videtur dubia huiusce quæstionis decisionem reliquisse.

Sed hoc non obstante certi iuris est, nec substitutum domino præferri, nec dominum substitutio, sed hæreditatem inter eos esse diui
149 dendam † *ex d. l. si paterfa. 40. ff. de hæred. inst. & d. §. vlt. Inst. de vulg. Ita scribunt omnes, quos referemus infra num. 152.* Idq; Tiberium, siue (*vt Alcia. lib. 1. dispun. cap. 2. Vigl. in d. §. vlt. num. 12. & 13. & ibi Hoto. in fi. Inst. de vulg. & Conna. lib. 10. comm. cap. 7. numer. 5. vers. quod autem sequitur, & alij probabilius legendum*
150 *putã*) Titum, quo nomine dictus est Antoninus Pius, cui hoc adscribitur *a Theop. in d. §. vlt. & Conna. d. lib. 10. cõm. cap. 7. vers. quod autem sequitur,* in psona Parthenij serui sui, quẽ testator, vt ingenuũ scripserat hæredẽ rollẽ de dubitationis gratia constituisse constat ex *l. idq; Tiberium 41. ff. de hæred. instit. & d. §. vlt. Inst. de vulg.* Nam, cum quæstio fuisset proposita, magnam visa est prudentibus ambi-
151 guitatem continere, scilicet quia sin hac specie videtur conditio, & extitisse, & defecisse: Nam, si spectamus veritatem, non testatoris opinionem, magis est, vt conditio censeatur defecisse, quia illa verba, si hæres non erit, in eo, qui alieni iuris est, intelliguntur, si neque ipse hæres erit, neque alium hæredem fecerit *d. l. si paterf. & d. §. vlt.* ideoque, cum seruus in proposito fecerit dominum hæredem, Consequens videtur, vt conditio censeatur defecisse, & per consequentias, vt debeat excludi substitutus *secundũ ea, quæ diximus in sexto casu*. At, si spectamus opinionem testatoris, qui eum instituit, vt liberum, magis videtur, vt conditio cẽseatur extitisse, quia in eo qui sui iuris est, illa verba, si heres non erit, intelliguntur, si neque ipse hæres erit, neque mutata conditione alium hæredem fecerit *d. l. si paterfam. vers. Atqui, & d. §. vlt. vers. In eo vero*, quorum neutrum in proposito factum est, scilicet, quia institutus, nec ipse hæres fuit, cum, seruus hæreditatem, non sibi, sed domino acqui fierit, nec alium fecit hæredem mutata conditione, quia tunc censetur hæres euenire, cum institutus post conditum testamẽtum in seruitutem deducitur, quæ res in proposito non concurrit, cum institutus iã esset seruus tempore testamenti, & sic non mutauerit conditionem. Ergo, quasi purificata conditione videtur admittendus substitutus. Tamquam igitur in re dubia censuit Imperator mediam esse eligendam viam, vt
152 fieri consueuit in dubijs quæstionibus † *l. ante quæ 3. in fin. ff. si pars hæred. pet. §. vlt. Inst. quib. ex caus. man. non lic. §. cum ex sua, Inst. de rer. diu.* & hæreditatem inter dominũ, & substitutum diuidendam *d. l. si paterf. a. 40. cum l. seq. ff. de hæred. inst. d. §. vlt. Inst. de vulg. Ita ratiocinantur Bal. in d. l. cum proponas. 3. num. 7. vers. si autem dubitatur, & ibi Ias. num. 22. C. de hær. inst. Vigl. in d. §. vlt. num. 9. & ibi Hoto. enut. 1. & in verb. in partem admittitur, Inst. de vulg. Conna. d. lib. 10. comm. cap. 7. nu. 5. Duar. ad tit. ff. de vulg. cap. 10. vers. excipiuntur, & Donell. d. d. lib. 6. comm. cap. 24.* Quod hæc facilis sit, & consueta rerum in dubijs quæstionibus com-
153 ponendarum ratio, † *vt scribunt Conna. d. lib. 10. comm. cap. 7. num. 5. vers. & hac partitio, & Duar. ad d. tit. ff. de vulga. cap. 10. vers. Nec vero nouum.*

Neque obstat *l. cum proponas. 3. C. de hæred. inst.* quia pro resposione nostri communiter
154 distinguunt: † Aut enim constat testatorem non fuisse instituturum seruum, si eum talẽ esse sciuisset, Et non admittetur dominus, sed substitutus. Aut verò contra apparet testatorem

tem etiamsi sciuisset, cum esse seruum. nihil-
ominus fuisse eum institutum, Et dominus
admittetur excluso substituto. Aut denique
sumus in dubio, Et tunc procedit id, quod
supra diximus, scilicet substitutum debere cũ
domino concurrere, & cum eo partiri hære-
ditatem. Ita distinguunt gl. in d. l. si paterfa. 40.
in verb. diuidatur, & ibi Imol. numer. 5. vers. sed
verior videtur ff. de hered. inst. gl. in d. l. cum pro-
ponas. 3. in verb. potuit enim. vers. Item not. &
ibi Bart. in prin. & num. 7. Bald. num. 7. vers. &
circa, Ias. in prin. & num. 22. C eod. gl. in d. § ult.
in verb. acquisierit Inst. de vulg. Polit. de subst.
tit. de vulg. part. 3 nu. 1. Zas. de substit. cap. 1. nu.
9. Conna. d. lib. 10. comm. cap. 7 nu. 4. vers. In re-
scripto Duar. ad d. tit. ff. de vulg. cap. 10. vers. hunc
sententia nostra, & Donell. d. lib. 6 comm. cap. 24.
155 Itaque censent † l. cum proponas, loqui de duo
bus casibus certis, & sic, quando constat de
voluntate testatoris, vt declarant gl. in d. l. si pa-
terfa. 40. in verb. diuidatur, & ibi Bart. num. 1.
& Cuiac. gl. in d. l. cum proponas, in verb. potuit
enim, vers. Item not. & ibi Bart nu. 7. Ias. in prin.
gl. in d. §. ult. in uerb. acquisierit. Conna. d. lib. 10.
comm. cap. 7. num. 4. uers. In rescripto, Duar. ad
d. tit ff de uulg cap. 10 uers. hunc sententia nostra:
Nam ex ea substitutus, vel in totum admit-
156 titur, vel in totum repellitur, † vt scribũt Bald.
in d. l. cum proponas. 3. in prin. & ibi Alex. & Ias.
Imol in d. l si paterfa 40. num. 5. uers. sed uerior
uidetur Conna. d. lib. 10. comm cap. 7 num. 4. uers.
In rescripto Don d. lib. 6. cõm cap. 24. & Hot. in d.
§. ult. enunt 2. Inst. de vulga. At l. si. paterf. loqui
157 † de casu dubio, cum scilicet de tali volunta-
te non apparet, ut declarant gl. in d. l. si paterfa.
in uerb. diuidatur, & ibi Bart num. 1. gl. in d. l.
& hoc Tiberius. 41. ff. de hered. insti. Bart. in d. l.
cum proponas. 3 nu. 7 & ibi Ias. in prin uers. quid
autem. Et ita nostris frequentiùs visum est.
Sed mihi probabilius videtur, quod alij
tradiderunt, scilicet in specie d. l. cum proponas
158 ideo † hæreditatem, aut ad dominum, aut ad
substitutum insolidum pertinere, non autem
inter eos diuidi, quia tractabatur de disposi-
tione militis, in cuius testamento non seruan
tur iuris subtilitates, sed id solum attenditur,
quod militem voluisse constat, vt ostendemus
in 10 cap. q 24. num 4. Ita locum illum esse acci-
piendum censuit Vigl. in d § ult. num. 10. Inst. de
vulg. Itaque, cum miles errat in conditione
instituti, & hæredem scribit alienum seruum,
quem credit liberum, si quæramus, qualiter
res sit definienda, duo tantum sunt distinguẽ
di casus: Aut enim apparet, eum verba substi-
tutionis ad ius retulisse, vt quia dixerit, si neq;
ipse hęres erit, neque alium hęredem fecerit,
Et, si seruus adierit iussu domini, substitutus
excludetur, vt ibi dicitur in vers. quod, si verba.
Aut verò de hoc non apparet, vt, quia substi-
tutionem ita simpliciter conceperit, si ipse
hæres non erit, vel (vt ibi dicitur) si hæres esse
noluerit, aut non potuerit. Et tunc quasi pu
rificata conditione substitutus admittetur, vt
dicitur in vers. nam, si credens: Nec erit ei neces-
se probare militem noluisse, hęreditatem suã
ad alium, quam ad institutum pertinere, quia
de hoc satis cõstare dicitur eo ipso, quod ap-
paret, illum errasse, & non retulisse verba sub-
stitutionis ad ius, idest, non eo modo conce-
pisse, quo de iure intelliguntur. Hoc enim est,

quod denotant illa verba, nec per eum ad aliũ
quemquam hæreditatem pertinere voluit, quippe
quæ significant, ita demum admitti substitu-
tum, si testator noluit, hæreditatem suam ad
alium, quam ad institutum pertinere, idest (vt
ipse interpretor) si nõ adiecerit illam clausulã,
neque aliũ hęredem fecerit. At in testamẽto
pagani secus est, quia, licet illa verba non
fuerint adiecta, nihilominus ex interpretatio
ne iuris intelliguntur, ideoque dubitationem
pariunt, quæ facit diuisioni locum, secundum
ea, quæ supra diximus.
Tertio dubitatum est, qualiter facienda sit
diuisio, vtrum scilicet in partes æquales, an
verò in inęquales, & si in inęquales, cui maio
pars dãda sit, domino ne, an substituto. Dubi-
tationem autem fecit Iulianus in d. l. si paterfa.
159 vbi, † postea, quam scripsit, substitutum esse in
partem admittendum, subijcit in fine hęc ver
ba. Igitur in hoc casu semisses fient, ita, vt alter
semis inter eum, qui dominus instituti fuit, & sub-
stitutum æquis portionibus diuidatur, quæ ma-
gnam nobis dubitandi causam reliquerunt.
Nam, quia supponunt, vnum semissem esse
inter dominum, & substitutum æqualiter di-
uidendum, & non determinant, quid de alte-
ro semisse faciendum sit, ideo dubitari cœpit
vtrum is substituto, an verò domino sit appli
candus: Quidam enim eum substituto dandũ
160 existimarunt † inspecta testatoris opinione,
cui in dubio videtur standum l. 2. § si a pupillo
ff pro empt. l. is, qui putat. 15. ff. de acq. hæred. Ita
enim censuit Polit. de substit. tit. de vulg. part. 3. 4.
3. vers. At sequendo, vbi ait, retenta communi,
quæ inæqualiter rem diuidit, hanc esse veriorem.
Sed alij frequentiùs censuerunt, eum esse dã-
161 dum domino † vti videre est apud gl. in d. l. si
paterfa. 40. in verb. diuidatur & ibi Bart. num.
1. Bald. uers in text. ibi diuidatur, & vers. quæro
hic duo. Bald. in d. l. cum proponas, num. 7. uers. si
172 autem dubitatur, & ibi Ias. num. 22. vt pote, † in
cuius persona non solum concurrit veritas,
quæ regulariter præualet opinioni l. si pater.
4. §. quoties ff. de man. uind. l regula. 9. §. qui
ignorauit ff. de iur. & fact. ign. § si quis rem Inst.
de legat. sed etiam concurrit iuris dispositio,
quę cum veritate coniuncta debet haud du-
biè præualere opinioni testatoris, in qua sola
ius substituti fundatur, ut considerat Ias. in d. l.
cum proponas, num. 22. Maximè, cum sit veri-
simile, Imperatorem, qui serui erat dominus,
suæ potius, quam substituti causæ fauisse, ut
considerant gl. in d. l. si paterfa. in uerb. diuidatur,
& ibi Bald. uers. quæro hic duo, & Imol. num. 5.
uers. In gl. fin.
Sed ego verius sẽper arbitratus sum, quod
alij tradiderunt, scilicet, hæreditatem esse in
hac specie æqualiter diuidendam, ita, vt di-
midiam dominus, dimidiam substitutus con
163 sequatur. † Ita enim censuerunt Alcia. lib. 1.
dispunct. cap. 2. Polit de subst. d. tit. de uulg. part.
3. num. 2. & 3. Vigl. in d. §. ult. nu. 6. & ibi Æmil.
Ferr. Egu. Baro. Cuiac. Hoto. Vesemb Inst. de
uulg. Conna. d. lib. 10. commen. cap. 7. num. 5. uers.
magna igitur & uers. utcunque sit, Duar. ad d.
tit. ff. de uulg. cap. 10. uers. Nec uerò nouum, &
Don. d. lib. 6. comm. cap. 24. Moueor autem
In primis d. l. si paterfa. vbi Iulianus, potest
dici, inquit, Sempronium in partem hæreditatis
admitti, & similiter in d. §. ult. Inst. de uulg.
Iu-

Iustinianus, *Mæuius substitutus*, inquit *in partem admittitur*. Nam, quia partis appellatio
164 ne dimidia denotatur † *l. nomen 164 §. 1 uers. sed si non fuerit ff. de uerb sign.* & substitutus dicitur in partem admitti, ideo intelligimus debere admitti ad dimidiam. *Ita arguunt Polit. d part. num. 3. Alcia. d. lib. 1. dispunct. cap. 2. & Don. d. lib. 6. comm. cap. 24.*

Secundo hoc apertiùs confirmant hæc Pomponij verba, quę in l. seq. subijciuntur: *Nā diuisa hæreditas est inter Tiberium, & eum, qui*
165 *Parthinio substitutus erat.* Cum enim † inter dominum, & substitutū dicatur diuisa hęreditas, cuius appellatione tota res denotatur, *ut diximus in 5. cap q. 13. num. 24.* Consequens est, vt quilibet ex eis debeat æqualem hęreditatis partem ferre, quod hæc sit naturalis, & consueta diuisionis inter plures faciendæ ra-
166 tio. vt scilicet fiat in partes æquales † *l. legata inutiliter. 10. § fin ff. de leg. primo l. quoties. 9. §. heredes ff. de hęred. inst. Ita ratiocinantur Polit. d part. 3. num. 3. uers. 3. & uers. 4. & Don. d. lib. 6. comm. cap. 24.*

Tertio comprobat hoc apertè locus Theophili *in d. § fin. Inst. de uulg.* vbi semisses constituit æquales, & alterum domino, alterum vero substituto assignat, *ut etiam considerant Vigl. in d. § fin. num. 6. & ibi Vuesim. Duar. ad tit. de uulg. d. cap. 10. uers. Nec uero nouum, & Don d. lib 6. comm. cap 24.*

Quarto facit, quia, si propter quæstionis ambiguitatem media hæc via fuit ab Imperatore electa, verisimile est, id eum seruasse; quod in dubijs quæstionibus obseruari solet, vt id, quod est in controuersia, inter partes diuidatur *sicut diximus supra nu. 152. & seqq.* maximè, cum credibile non sit, principem ex aliorum iniuria sibi compendium quærere voluisse *l. pen. ff. de hered. inst. §. fin. Inst. quib. mod. testa. infir. Et in proposito considerāt Polit. d. part. 3. num. 4. & Vigl. in d. §. ult. num. 5. Inst. de uulg.*

Neque obstat *l. si paterfa.* quia variæ solent a nostris responsiones afferri: Primum enim
167 respondent plerique, ideo ibi † vnum tantum semissem fuisse inter dominum, & substitutū diuisum, quia alter sem. spectinebat ad cohęredem, qui erat idem met substitutus. Itaque (secundum eos) seruus ibi non fuerat institutus ex asse, sed ex semisse, & in altero fuerat institutus Sēpronius, qui proinde cū haberet iure institutionis. *Ita censuerunt Alcia. d. lib. 1. dispun. cap. 2. Polit. de substit. tit. de uulg. part. 3. num. 2. Æmil. Ferr. in d. § ult. & ibi Hoto. unum. 1. & in uerb. si hæreditatem sibi, & Vues. Inst. de uulg. Anto. Goueu. lib. 1. uaria. lect. cap. 6. Duar. ad d. tit ff. de uulg. cap. 10. uers Ego alias dixi, & Donell. d. lib. 6. comm. cap. 24.* Quod probant primo, quia in vetustissimis codicibus legitur *eiquę si hæres non esset, Sempronium cohe-*
168 *redem substituerit*, † vt attestatur Alcia. *d. lib. 1. dispun. cap. 2.* & probāt *Duar. d. cap. 10. uers. ego alias dixi & Donell. d. lib. 6. cap. 24.* Et, licet in Pand. Flor. illa dictio, cohæredem, non legatur, non ideo tamē est reijcienda, cum potuerit esse vitiosa Florentina lectio, vt, & alias sæpiùs, *sicuti in proposito considerat Donell. ibi*. Secundo videtur hoc ipsum suaderi illis verbis, quæ in fine subijciuntur, *Igitur in hoc casu ... sicuti, ita, ut alter semis inter eum, qui dominus institutus fuit & substitutum æquis portio-*
169 *nibus diuidatur:* Cum enim dixit Iulianus † ita faciendam esse diuisionem *in hoc casu*, nisi, vt significaret, se ita diuidere, quia species a se proposita id requirebat, diuersum vero esse seruandum in alijs casibus? *vt etiā obseruatur in l. fin C. de inst. & subst. & in proposito considerat Don. in supra relato loco.*

Nec obstat, quod, si Sempronius fuisset cohæres, non potuisset dubitari, an in partē esset admittendus, cum certo certius sit, eum iure Institutionis omnimodo habiturum dimidiam, & tamen Iulianus ibi supponit, hoc fuisse dubium, cum dicat, *potest dici, Sempronium in*
170 *partem hæreditatis admitti*, † vt impugnando supradictam lectionem considerat *Conna. d. lib. 10 comm. cap. 7. num. 5. uers. ex his postremis*, quia respondent, dubium non fuisse respectu partis, in qua Sempronius fuerat institutus, & datus cohæres, sed respectu illius, quæ fuerat
171 data seruo, & de ea sensisse Iulianum, † dum scripsit, posse dici, substitutum esse in partem admittendum scilicet in partem illius, quæ data est instituto, & sic in partem totius hæreditatis, si seruus ex asse fuerit institutus, vel in partem partis, si fuerit institutus ex parte. *Ita respondet Duar. ad d. tit. de uulg. cap. 10. uers. Non me mouet.*

Verùm, quia penes me magna est authoritas Pand. Florentinarum, in quibus non legitur illud verbum, cohæredem, ideo vix induci possum, vt supradictam lectionem probē,
172 † *sicuti nec probauit Vigl in d. §. ult. num. 6 Inst. de uulg.* Nec me mouent illa verba, *in hoc casu*, quia intelliguntur de casu proposito, eo scilicet, in quo testator hæredem scripsit Titium, quem ingenuum esse credebat, eique, si hęres non esset, Sempronium substituit, & significant, in tali specie faciendos esse semisses.

Sed, quia manet adhuc proposita dubitatio, cum Iulianus subijciat, ita semisses esse faciendos, *ut alter semis inter eum, qui dominus institutus fuit, & substitutum æquis portionibus diuidatur*, nec determinet, cui sit alter semis applicandus, ideo videndū erit, qualiter hæc dubitatio sit tollenda Quidam censent, alte-
173 rum in hoc loco † de duobus dici, † & hoc significare. hæreditatem esse in duos semisses diuidendam, ita, vt cuique eorum alter semis detur. *Ita censent Vigl in d. § ult. num. 6. Conna. d. lib. 10. comm. cap. 7. num. 5. uers. quod autem sequitur, & Henr. a Suer. cap. 37. repet. lectio.* Sed huic interpretationi obstat illud, quia non
174 dixit Iulianus, † alterum semissem dari, seu assignari, sed diuidi inter dominum, & substitutum, quę diuisio non potest, nō esse inepta, si dictio, alter, pro vtroque sumitur: Quorsum enim diuidere hæreditatem in duos semisses, deinde vtrumque semissem in duas partes æquales subdiuidere, si effectu singuli sunt integrum semissem habituri?

Hinc igitur alij censent, mendum in con-
175 textum irrepsisse, † *uti uidere est apud Polit. d. part. 3. num. 2. AEm. Ferr. in d. §. ult. & ibi Bgu. Baro. & Cuiac.* quod & ipse verum arbitror, sed mendum nō in eo puto consistere, quod non, *ita, ut alter*, sed, *ita, ut uterque*, vel, *ita, ut alteruter semis inter eum, qui dominus institutus fuit, & substitutum æquis portionibus diuidatur*
176 scripserit Iulianus, † *ut censuerunt ij, quorum*

opinionem refert Conna. d. lib. 10. comm. cap. 7. n. 5. uers. quod autem sequitur, quia huic lectioni obstaret illud, quod supra diximus, scilicet, quia frustra diuideretur vterque semis, si vnũ dominus, alterum substitutus consequi debe-

177 ret, sed puto consistere in eo, †*quod animaduertit Cuiac. in d. l. si paterfa. & in d. §. ult. in uerb. in partem, Inst. de uulg.* quia, cum ita scripsisset Iulianus, *Igitur in hoc casu semisses fient, ita, ut AS inter eum, qui dominus institutus fuit, & substitutum æquis portionibus diuidatur*, & notarius imperitus existimaret, illam dictionẽ, AS, quam veteres maiusculis perscribebant literis, notam continere, illius loco hęc verba reposuit, *alter semis*. Et hoc magis est verisimile, quam, quod alij sunt commenti, *tametsi lectionem hanc esse non probent Henr. a Suer. d. cap. 37. rep. lect. & Hoto. in d. §. ult. enunt. 1. & ibi V ues. inst. de uulga.*

Quarto, & vltimo dubitari potest, an, quod de substituto dicitur, *in d. l. si paterfa.* sit etiam ad cohæredem venientem per ius accrescendi porrigendum, ita, vt, & ipse debeat in partẽ eius partis, quæ data est seruo alieno, quem testator liberum credebat, admitti. Et non

178 putem, † quia, cum cohęres non veniat ex dispositione testatoris, sed ex dispositione legis, *ut ostendimus in 2. c. in prin. nu. 4. & q. 2. nu. 24.* Consequens est, vt eius vocatio debeat censeri facta secundum iuris interpretationem, secundum quam dominus admittitur, etiamsi testator liberum existimauerit eum, quem scripsit hæredem *d. l. cũ proponas. 3. C. de hęred. inst.* Et hęc de seruo, qui per dominum admittitur ad partem.

SVMMARIVM.

1 *Monaco deficiente viuo testatore, siue eo, de cuius bonis agitur, monasterium non admittitur, & cur, num. 2.*

3 *Monaco deficiente pendente conditione, sub qua vocatus est, monasterium excluditur.*

4 *Monaco instituto, siue ab intestato vocato ad hereditatem potest monasterium directo, & per se, ac sine facto & voluntate monachi adire, secundũ Canonistas, quos etiam plerique ex Legistis sequuntur, num. 12. & seqq. & cur nu. 11.*

5 *Monachus nullam censetur habere voluntatem, cum omnis eius voluntas intelligatur in Abbatem translata.*

6 *Monachus, siue repudiet siue moriatur post hereditatis delationem, posita Canonistarũ opinione, nõ nocet monasterio, cum possit Abbas eius nomine adire.*

7 *Monasterium excludit substitutum, & coniunctum, si monachus deficiat, posita Canonistarum opinione, quę vult ius adeundi immediatẽ transferri in monasterium.*

8 *Monasterium excludit substitutum, & coniunctũ, siue tractetur de hereditate ascendentis, siue de hereditate extranei.*

9 *Monasterium excludit substitutum, & coniunctũ, siue monachus sit institutus contemplatione monasterij, siue non.*

10 *Monasterio, vt ius adeundi quæsitum censeatur secundum Canonistas, sufficit monachum esse superstitem, quo tempore defertur hereditas,*

15 *Monaco instituto, vel vocato ab intestato, hereditas non defertur monasterio, sed ipsi monaco, cuius proinde factum est necessarium ad hereditatis acquisitionem, secundum legistas, & nu. seq.*

17 *Monaco repudiante excluditur monasterium, & fit substituto, vel cohęredi locus, & cur, num. 22. & seqq. Sed contra num. 28. & cur, nu. 1. & seqq.*

18 *Monachus, si adire nolit, potest cogi.*

20 *Monachus solus non potest repudiare hereditatẽ sibi delatam.*

21 *Abbas solus sine cõsensu monachi potest repudiare hęreditatem ipsi monaco delatam.*

23 *Monachus in ijs, quæ respiciũt acquisitionem magis seruo, quam filiofam. comparatur, Declara, vt num. 44. & seqq.*

24 *Monachus quicquid acquirit, monasterio acquirit.*

25 *Monachus nihil proprium habere potest.*

26 *Leges correctorię iuris antiqui non sunt extendendę de persona ad personam*

29 *Monaco repudiante monasterium excludit substitutum, & coniunctum num seq. & cur, num 31. & seqq.*

33 *Monachalis subiectio est potius filialis quam seruilis.*

34 *Monachus, licet omnia acquirat monasterio, non tamen debet assimilari seruo, sed potius filiof.*

35 *Monachus debet ali a monasterio*

37 *Seruus potest haberi pro derelicto.*

38 *Monachus non potest vendi.*

39 *Monachus potest esse testis.*

40 *Filiusfa. potest esse testis.*

41 *Seruus repellitur a dicendo testimonio.*

42 *Monachus ad hęreditatem vocatur, vt suus, vel, vt agnatus, aut cognatus.*

43 *Iura successionis, tanquam legitima non cadunt in seruum.*

45 *Monachus comparatur seruo, vel filiofa. prout est vtilius monasterio.*

46 *Extensio fit etiam in correctorijs fauore pię causę*

47 *Monasteriũ non potest inuito monaco proponere querelam.*

48 *Monachus, si patiatur labi tempus acquirendę successionis pręfinitum, nocet monasterio, & facit substituto, vel coniuncto locum.*

49 *Monachus in quærendis potest nocere monasterio.*

50 *Monachus, licet ante aditam moriatur, non tamẽ excluditur monasterium secundum Canonistas, sed potest Abbas cum capitulo adire.*

51 *Monaco ante aditam defuncto excluditur monasterium secundum legistas, & cur. num 53.*

52 *Monaco ante aditam defuncto secundum legistas fit locus substituto, aut cohæredi, & cur, num. 53.*

54 *Monaco defuncto non potest Abbas proponere querelam.*

55 *Monachus transmittit hereditatem ascendentiũ in monasterium, & cur, num. 57. Declara, vt num. 59.*

56 *Monachus, qui transmittit hęreditatem ascendentis in monasterium, excludit substitutum, & cohęredem.*

58 *Monasterium habetur loco filij.*

60 *Monachus ex potentia suitatis transmittit hęreditatem in monasterium, Declara, vt num. 61.*

62 *Monachus, si fuerit institutus sub commemoratione monasterij, & sic eius contemplatione, licet moriatur ante aditam, non tamen facit locum sub-*

subſtituto aut coniũcto: quia Abbas ſine facto monachi adire poteſt.

63 *Monachus ſe · per cenſetur inſtitutus contemplatione monaſterij. Sed contra num. 64.*

65 *Monachus ſciens hereditatem ſibi delatam, & moriens intra annum tranſmittit ius deliberandi in monaſterium*

66 *Monachus, ſi malitiosè diſtulit aditionem, & ante aditam moriatur facit locum monaſterio.*

67 *Abbas, ſi fuerit negligens in iubendo monaco, vt adeat. & interim moriatur monachus, reſtituitur monaſterium in integrum.*

68 *Monachus, ſi poſt diem legati cedentem moriatur, non nocet monaſterio, & cur, num. 69.*

70 *Abbas etiam poſt mortem monachi, vel eo inuito poteſt legatum agnoſcere.*

71 *Abbas agnoſcendo legatum relictum monaco excludit ſubſtitutum, & coniunctum, Declara, ut num. 7 . & 73.*

74 *Abbas etiam ſine facto & uoluntate monachi poteſt repudiare legatum.*

75 *Abbas repudiando legatum relictum monaco facit locum ſubſtituto uel coniuncto.*

76 *Monachus adiens hereditatem iuſſu Abbatis excludit ius accreſcendi, & cur, num. 77.*

78 *Abbas, ſi adeat hereditatem delatam monaco ſine ipſius facto, & uoluntate iuxta Canoniſtarum opinionem, excludit ſubſtitutum, & coniunctum.*

79 *Hæres inſtitutus, ſi poſt teſtamentum fiat monachus, & iuſſu Abbatis adeat hæreditatem, excludit ſubſtitutum, & coniunctũ & cur, nu. 80.*

81 *Inſtitutio monachi facta per errorem teſtatoris, qui credebat eum eſſe Laicum, ualet.*

82 *Hereditas diuidi ur inter monaſterium, & ſubſtitutum quoties teſtator per errorem inſtituit monachum, quem credebat laicum.*

An, & quando monachus, qui per monaſterium admittitur ad partem faciat, partem.

Quæſtio Quadrageſſimaquarta.

POST hæc quarto loco videamus de monaco & diſpiciamus, an, & quando faciat partem. Cõſtat autem tunc partem facere, cum per monaſterium admittitur ad partem, quod tunc demum accidere intelligitur, cum hereditatis, aut legati, vel fideicommiſſi partem ſibi relictam agnoſcendo, eã monaſterio acquirit, vel operatur, vt monaſterium ipſum per ſe poſſit eã acquirere, *ſecundum ea, quæ dicemus infra nu. 4. & ſeqq.* Vtique autem ſupponimus monaſterium eſſe capax, quia alioquin, ſi eſſet incapax, res non pertineret ad hanc quæſtionẽ, vt pote in qua tractamus de eo, qui per aliũ admittitur ad partem; ſed ad eam, quam propoſuimus *in hoc cap. q. 25.* an ſcilicet is, qui eſt prorſus incapax, faciat partẽ. Quamobrem videamus, qñ monachus acquirat monaſterio partẽ ſibi relictã, quãdoue operetur, vt monaſteriũ ipſum per ſe poſſit eam acquirere: Ita enim intelligemus, quando faciat partẽ, & ſic excludat ius accreſcẽdi, & qñ non. Pro faciliori autẽ huiuſce quæſtionis excuſſione iidẽ erunt diſtinguendi caſus, quos in filio, ſeruoque retulimus. Caſus autẽ hi ſunt.

Primus, quando monachus deficit viuo teſtatore, ſeu illo, de cuius bonis agitur, Et tunc certum eſt, monaſterium non poſſe ad-
1 mitti, † *vt in ſpecie ſcribunt Soc. Sen. conſ. 183. num. 1. verſ. Igitur, cum perſona. vol. 2. Couar. in cap. quamuis. part. 3. §. 1. nu. 3. verſ. ſic ſanè, De pact. in 6. Et eſt de mente eorum, quos referemus in 5. caſu, num. 50, inducendo eodem modo, quo fecimus in q. 42. num. 471.* ſed hæreditatẽ, vel ad ſubſtitutos, vel ad cohæredes, vel ad venientes ab inteſtato pertinere, *ſecundum ea, quæ dicemus in 9. cap. q. 1. num. 6. & ſeqq.* Nam,
2 † cum ius monaſterij pendeat ex perſona monachi, *vt ſcribunt Bald. in l. 1. num. 43. verſ. 5. arguo ſic, & ibi Sign. nu. 56. verſ. 5. ſic C. qui adm.* vt pote, in qua fundatur acquiſitio, *ſicuti docet Signo in d. l. 1. num. 56. verſ. 2. & ibi Cagn. num. 19. C. qui adm. Corn. conſ. 272. num. 3. vol. 3. quod eſt etiam poſitum inter conſi. Ruin. conſ. 207. nu. 2. vol. 1.* Qua ratione dicimus ex eius perſona venire monaſteriũ, *vt videre eſt apud eos, quos referemus in eodem 9. cap. q. 1. num. 4.* & ex eadẽ perſona monaſterio acquiri, *vt ſcribunt Rip. in l. 1. num. 150. ff. vulg. Clar. in §. teſtamentum q. 30.* Conſequens eſt, vt niſi monachus ſit ſuperſtes, quo tempore fieri debet delatio, ita, vt in eius perſona ius radicetur, non poſſit aliquod ius monaſterio cõpetere: Deficit enim tunc perſona monachi, quæ eſt principalis, ideòque monaſterium, quod eſt velut acceſſorium, nihil operari poteſt, *ſecundum ea, quæ de filio diximus in hoc cap. q. 42. num. 476. Ita in ſpecie de monaco loquentes ratiocinantur Bal. in d. l. 1. num. 43. & ibi Signo num. 56. verſ ſed quæ rit C. qui adm. Trentac. de ſubſtit. par. 1. cap. 7. num. 9.*

Secundus verò caſus eſt, quãdo monachus deficit poſt mortem teſtatoris, ſed ante emolumenti delationem, puta pendente conditione, ſub qua fuit vocatus, Et tunc certi etiã iuris eſt, non admitti, ſed excludi monaſteriũ, ideoq; fieri ſubſtituto, vel coniuncto locum,
3 † per ea, quæ diximus in caſu præcedẽti, quæq; militant etiam in his terminis.

Tertius caſus eſt, quando poſt mortem teſtatoris, ſiue illius, de cuius bonis agitur, & hæreditatis delationem, ſed ante acquiſitionem deficit monachus, non morte, ſed repudiatione, Et tunc, ſi ſequamur opinionẽ Canoniſtarum, qui cenſent, hæreditatem immediatè deferri monaſterio, & Abbatem poſſe directò eam adire ſine facto, & volũtate mo-
4 nachi, † *vti videre eſt apud eos in cap. in præſentia 8. extr. de proba. Nico. de Vbald. in tract. de ſucceſſ. ab inteſt. clerico. part. 2. num. 4. vbi teſtatur, hanc eſſe communiorem, Petr. de Vbald. de canon. Epiſco. cap. 4. q. 14. num. 47. in fin. & num. 48. Felin. inter conſil. Ruin. conſil. 206. num. 5. & 6. vol. 1. Couar. in cap. 1. nu. 20. extr. de teſta. & in cap. quamuis. part. 3. §. 2. num. 2. de pact. in 6. Et eſſe communem omnium Canoniſtarum opinionem atteſtantur Iaſ. in l. ſi quis mihi bona. 25. §. ſeruus, num. 1. ff. de acq. her. Gul. Ben. in d. cap. Raynutius, in verb. ſi abſq; liberis moreretur 2. in materia uulgaris, num. 80. & ſeqq. & num. 91, Curt. Iun. conſi. 48. nu. 8 Soc. Sen. conſ. 183. in prin. verſ. ſed hoc non obſtante, uol. 2. conſil. 52. num. 19. uol. 4. & inter conſil. Ruin. conſil. 205.*

num.1.uol.1 Corn.consil. 272. n. 3.uol.3. Alcia. in l. 1. num. 85. & ibi Rip. num. 150. ff. de uulg. Bertr.cons 73.num.3.uol.3.part 2. Cagn. in d.l. 1.num. 10. C. qui adm. Clar. in §. testamentum q. 30. Crass. in §. substitutio, q. 9. num. 7. res caret dubio, *ut scribunt Gul.Ben.in d.cap. Raynutius in uerb si absq; liberis moreretur 2.in materia uulgaris, num.80 Soc.Sen.in d.l 1.nu. 21. uers. ex quibus, & ibi Rip.num. 150. ff. de uulg. Trentac. de subst. part. 1.cap.7. num.4.* Nam, quia monachus nullam censetur habere voluntatem, cum omnis eius voluntas intelli-
5 gatur in Abbatem translata † *cap.2. De testa. in 6.cap. ult. in prin. de sepult. in 6.cap. si religio- sus. 27.in prin.de elect. in 6.* ideo fit, vt statim, atque monaco delata est hereditas, non sit amplius spectanda illius persona, *ut scribit Alcia in d l. 1 num.84. ff. de uulg.* sed perinde res sit habenda, ac, si monasteriū ipsum fuisset institutū *ut declarant Castr.in l. cū proponas. 3.num.4 uers. sit autem C. de hær. inst. & Petr. de Vbald. de canon. Episc.cap.4.q.14 num. 47.in fin.* ideoque, siue postea monachus repudiet, siue moriatur, non nocebit hoc monasterio,
6 quia poterit Abbas eius nomine adire † *ut scribunt Bald. in l. fin. §. 1.num 4. uers. Breuiter C. de Episc & cler. Castr. in d.l.cum proponas. 3. n. 4.uers. sit autem C.de hæred. inst.& in l. si condicatur.3.nu.3.ff.de cond.furt. Imol. in l. si paterf. 40 num.7 uers sed alio respectu ff. de hæred.inst. Petr. de Vbald.de canon.Episc.d.cap. 4.q.14.nu. 47.in fi.* & ita substitutum, & cohæredem ex-
7 cludere, † *ut de substituto scribunt Imol.in d.l.1. num.6.& ibi Alex.num. 26.uers. ultimo, ubi ait, hanc esse ueriorem inspecto iure canonico, Ias. nu. 49.Soc.Sen num.2 uers.ex quibus, Alcia. num. 95. ff. de uulg. Gul. Ben.in d.cap. Raynutius, in uerb. si absque liberis moreretur 2. in materia uulgaris, num 83.Zaz.de substit.cap.1.num. 10. uers.an autem, Trentac. de subst. d.part.1.cap.7. num 4. Crass.in d.§ substitutio q.9.num. 7.* siue tractetur de hæreditate ascendentis ipsius mo-
8 nachi, siue de hæreditate extranei, † *ut declarant Imol in d.l.1.num.6.ff.de uulg. Nicol.de Vbald de succ.ab intest. cleric. part. 2. numer. 5. Rollandin. in suo flor. testam.rubr.22.nu.14.* &, siue monachus sit institutus contemplatione
9 monasterii, siue non, † *ut declarat Gul.Ben.in d.uerb.si absque liberis moreretur 2.in materia uulgaris, num. 91.* Sufficit enim monachum esse superstitem, quo tempore defertur hæreditas, vt ius adeundi monasterio quæsitum
10 censeatur. † *ut scribunt Petr. de Vbald. de canon. Episc.d cap.4.q.14 num. 47. in fi. Alcia.in. d.l.1. num.95.ff.de uulg.* Nec secundum hanc sententiam quæritur, vtrum monachus in hac iuris parte sit potiùs filiofa. quam seruo comparandus, quia, non ab hac similitudine deducendum est ius monasterii, sed a defectu voluntatis, idest, ab eo, quod monachus, nec habet velle, nec nolle, sed omnis eius volun-
11 tas collata est in superiorem, † *ut diximus supra num.5. Et in specie declarant Imol. in d.l.1.n. 6 & ibi Alex. num.23. Alcia.num 83. ff.de vulg. Imol.in d l si paterfa. 40.num. 7.uers. sed alio respectu ff.de hæred.inst. Castr. in d.l. si condicatur 3.num 3 ff de cond.furt.& in d. l. cum proponas 3.num 4.uers sit autem C de hæred.inst. Alex. in l legatum.7 nu.3.& ibi Ias.nu. 14 ff.de leg primo, Soc.Sen.inter d.consil. Ruin.consi. 205. nu. 1.vol. 1.Zaz.de subst. d.cap. 1.num 10.* Et hanc sententiam plerique etiam ex nostris, vti tutiorē,
12 & securiorem amplectuntur, † *vt Imol. in d l. 1. num.6.& ibi Alex.num. 23.vers nihilominus, & Alcia.num.83.& 95.ff.de vulg. Imol. in d. l. si paterfa.40.num.7 vers. sed alio respectu ff de hær. inst. Castr.in d.l.legatum 7.num.4.& ibi Ias. nu. 13. ff.de leg. 1.Castr.in l.ex repudiationi 26.num. 2.& ibi Ias. num.3.C.de fideic. Castr.in d.l. si cō dicatur.3.num.3.ff.de cond.furt.& in d. l. cum proponas.3.num.4.uers. sit autem C. de hær.inst. in quibus locis ait, se consulendo sæpius fuisse hanc partem secutum. Eandem probant Alex.in l 1. §. per seruum, qui in fuga, num. 13.vers. In illo tamen ff.de acq.poss. Curt. Iun.d.consi. 48.nu.8. Soc.Sen. d.consi. 183.in prin. vers. sed hoc non obstante, & consi 245. num.2.& 3. vol. 2.vbi ait, in iudicando, se a Canonistarum opinione non recessurum. Ruin.consi.204. num. 12.& ibi Soc. Sen. in consi. seq.nu. 1.vol.1.* & seruandam esse profitentur, non solum in terris Ecclesię (quod
13 dubio caret, † *vt voluit Corn.inter d.consi.Ruin. consi. 207.num.2.vers. Item Bart.vol.1. Clar. in d § testamentum q. 30.*) sed etiam in terris Im-
14 perij, † *vti videre est apud Alcia. in d.l.1. nu. 95. ff. de vulg.* Quamobrem in Germania receptam esse consuetudine testantur *Zaz.de subst. d.cap. 1.num.10.& Crass. in d. § substituto q.9. num. 7.* At, si frequentiorem sequamur legistarum opinionem, quæ vult, instituto monaco, vel vocato ab intestato hæreditatem non deferri monasterio, sed ipsi monaco, & per consequentias ius adeundi in monasteriū non transire, sed in persona monachi residere, ita, vt, eius voluntas, & factum sit ad hæ-
15 reditas acquisitionem necessarium, † *vti videre est apud Cin. in d. l. fin. num.5.& ibi Bald. in d.§.1.num. 4.C. de Episc. & cler. Bart.in l.si potest.18.num.14.ff. de acq.hæred. Bald.in d.l.1. num.43.vers. & confirmatur, & ibi Signo num. 56.vers. 4 sic, & Puteo, num 6. Cagn. nume. 10. C.qui adm. Bald.in d l.cum proponas. 3.num.6. C.de hæred. inst. Gul.Ben.in d.cap. Raynutius, in verb. si absque liberis moreretur 2.in materia vulgaris, num.81. Soc.Sen.in d.l. 1 num.20.vers. sed contrarium, & ibi Rip.num. 150. ff. de vulg. Soc. Sen. d consi. 183. in prin. vers. sed hoc non obstante, vol. 2.d.consi.52. num.19.vol 4.& inter consi. Ruin.d.consi. 205. num. 1. vol.1.Corn. consi.272.num. 3. vol. 3.Bertr.d.consi.73.nume. 3.vol.3.part.2. Clar.in d. §. testamentum q. 30. Ceph.consi. 321.num.47.Æm. Fer in l.1. §.hi, qua de seruis num. 7.ff. de acq poss. Trentac. de subst. d.part. 1.cap.7.num 2. vers. Vnde. cum superior, & vers. ex prædictis, Crass in d §.substitutio q.9.num.7.* Quam sententiam in terris
16 Imperij seruandam esse profitentur † *Corn.d. consil. 272. num.3.vol.3.& Clar in d.§. testamentum q.30* tunc quæstio est valdè controuersa, nunquid, si monachus adire nolit, debeat admitti monasteriū excluso substituto, vel coniuncto, an verò potiùs debeat excluso monasterio fieri substituto, vel coniuncto locus. In hac autem quæstione plerique censuerūt, excludi monasterium, & fieri substituto, vel
17 cohæredi locum † *: Atque excludi monasterium simpliciter scripserunt Specul in tit.de stat.monac. num.12 Bald. in d.l.fin.§ 1.num.4.vers. Breuiter C de Episc.& cler. in d. l. ex repudiatione. 26. C.de fideic. & in d.l.fin.in prin num.6. vers. sed*

Archi.

Archid. C. de bon. quæ lib. Ang. in l. 1. §. substituere num. 4. vers & subdit ff. de vulg. Admitti vero substitutum. Ang. in d. l. si paterfa. 40. num. 2. & ibi Imol. num. 7. vers. & ista opinio & num. 8. vers. Specul. tamen opinio ff. de hæred. inst. Ang. in l. Papinianus. 8. in prin. num. 2. vers. Ego credo ff. de inoff. & in d. l. cum proponas. 3. num. 2. C. de hæred. inst. & consi. 91. num. 2. Bertr. d. consi. 73. num. 4. vol. 3. part. 2. Thom. Calaneb. in d. l. 1. nu. 36. ff. de vulg. Trenta de substit. d. part. 1. cap. 7. num. 4. vers. secundus & vltimus, & num. 6. Sa-
18 nè fatentur, posse monachū cogi adire † quod etiam scripserunt Cin. in d. l. fin. nu. 5. C. de Episc. & cler. & Bald. in l. fin. in prin. num. 6. vers. Idē ergo C. de bon. quæ lib. sed, si perseueret in sua peruicacia, & adire nolit, negant posse Abbatem per se ipsum adire, ideoque fieri substituto, vel cohæredi locum; Quod tamen ita
19 plerique declarant, † vt non statim fiat locus substituto, vel coniuncto, sed secuta demum morte monachi, qui repudiauit propterea, quod exemplo serui non potest monachus solus repudiare hæreditatem sibi delatam,
20 † vt scribunt Bart. in l. tutor. 8. num. 3. in fi. ff. de bon. poss. Alex. in d. l. cum proponas. 3. nu. 5. vers. & istud C. de hæred. instit. Balthas. Cardi. inter consi. vlt. vol. consi. 78. num. 23. vol. 2. licet solus Abbas sine consensu monachi hoc facere
21 possit † secundum Cin. in d. l. fin. num. 7. C. de Episc. & cler. Bart. in d. l. tutor. 8. num. 3. in fi. ff. de bon. poss. Bald. in d. l. 1. num. 42. & in l. honoris 7. num. 7. C. qui adm. & in l. is, qui hæres 13. §. fi. num. 1. vers. ex hoc concluditur ff. de acq. hæred. Castr. in d. l. legatum. 7. num. 4. & ibi Alex. num. 3. vbi ait, ita magis communiter tenere omnes, & Ias. num. 14. ff. de leg. primo, Alex. in d. l. 1. §. per seruum qui in fuga, num. 13. ff. de acq. poss. Æm. Ferr. in d. l. 1. §. hæc, quæ de seruis num. 7. ff. eod. Ita declarat Thom. Calaneb. in d. l. 1. num. 37. ff. de vulg. Mouentur autem vt ita sentiant.

Primo, quia, quamuis agitata sit quæstio, an monachus æquiparetur seruo, an verò filiofa. & multa sint, in quibus seruo, multaq. in
22 quibus filio cōparatur, † quæ enumerant Imol. in d. l. si paterf. 40. num. 7. vers. In aliquibus tamē ff. de hæred. inst. Trentac. de substit. d. part. 1. cap. 7. num. 3. & latè prosequitur Bauer. in rep. l. cum filiof. 11. num. 188. & seqq. ff. de leg. 1. tamen in ijs, quæ respiciunt acquisitionem, magis ser-
23 uo quam filiofa. videtur comparari. † vt scribunt Bart. in d. l. si conducatur. 3. n. 1. & ibi Bald. ff. de cond. furt. Bart. in l. inde Neratius 23. ff. ad l. Aquil. in d. l. tutor. 8. nu. 3. in fin. ff. de bon. poss. & in l. pen. nu. 6. vers. omnia ff. de stip. seru. Bald. in d. l. si paterfa. 40. vers. hæc, quæ dicta ff. de hæred. inst. Alex. in d. l. 1. §. item acquirimus, nu. 2. vers. In contrarium ff. de acq. poss. Rubert. Marant. in in l. si potest 18. num. 122. ff. de acq. hæred. Bertr. d. consi. 73. num. 4. vol. 3. part. 2. Trentac. de substit. d. part. 1. cap. 7. num. 3. Quod etiam simpliciter loquendo voluerunt gl. in l. Pedius 7. §. 1. in verb. nullum sit, vers. eadem ff. de arbitr. gl. in l. cum hæredes. 23. §. fin. in verbo, non puto ff. de acq. poss. Bart. in l. 1. in prin. num. 3. & §. pen. num. 4. & in l. si seruus testamento. 34. num. 1. ff. de stip. seruo. in l. cum hi. 8. §. eam transactionem, num. 5. ff. de transa. in l. si potest. 18. num. 13. ff. de acq. hæred. in l. si alienum. 49. in prin. num. 1. ff. de hær. inst. & in l. 2. §. fin. nu. 1. ff. de bon. poss. sec. tab. Bald. in l. filius. 23. num. 2. C. de pact. in l. interpositas 13. num. 5. C. de transact. in d. l. ex repudiatione. 26. num. 1. C. de fideicom. Imol. in l. filiofa. 42. nu. 1. ff. de cond. & dem. Vigl. in §. fin. num. 4. Inst. de vulg. Nam, quicquid acquirit, monasterio
24 acquirit † Auth. ingressi, & Auth. si qua mulier C. de sacr. Eccl. cap. si qua mulier 19. q. 3. Et scribunt Bart. in l. 2. num. 5. ff. de reb. dub. Bald. in d. l. fin. in prin. nu. 6. C. de bon. quæ lib. Ang. in d. l. cum proponas. 3. num. 2. C. de hær. inst. Alex. in d. l. 1. § per seruum, qui in fuga, num. 12. ff. de acq. poss. Soc. Sen. d. consi. 245. num. 3. vers. Confirmatur pariter, vol. 2. Trentac. de subst. d. part. 1. cap. 7. num. 3. cum ipse propium nihil ha-
25 bere possit † cap. cum ad monasterium. 6. in prin. De stat. monach. cap. ex parte. 11. De accusat. cap. nolo. cap. non dicatis 12. q. 1. vt dicimus de seruo l. acquiritur 10. ff. de acq. rer. dom. §. Item vobis, Inst. per quas pers. nob. acq. cū alioquin filiusf. sibi quærat aduentitiorum proprietatem l. 1. C. de bon. mater. l. cum oportet. 6. in prin. C. de bon. quæ lib. §. 1. Inst. per quas perso. nob. acq. Ergo, quemadmodum seruo repudiāte non potest dominus adire, vt diximus in q. præced. nu. 40. ita etiā repudiante monaco non poterit adire monasterium, siue Abbas qui monasteriū representat. Ita argumentantur Bald. in d. l. fin. §. 1. num. 4. vers. Breuiter C. de Episc. & cler. & in d. l. fin. in prin. n. 6. vers. Idem ergo C. de bon. quæ lib. Ang. in d. l. 1. §. substituere, num. 4. vers. & subdit ff. de vulga. in d. l. cum proponas. 3. nu. 3. C. de hæred. instit. & d. consi. 91. num. 2.

Secundo mouentur, quia leges correctoriæ iuris antiqui non sunt extendendæ de per-
26 sona ad personam † l. præcipimus 32. in fin. C. de appell. sed l. vlt. §. 1. C. de bon. quæ lib. est correctoria iuris antiqui, scilicet, quia iure antiquo, filius, per quem alij quærendum erat emolumentum, nolebat adire, non permittebatur illi, cuius futurum erat emolumētum, vt per se ipsum posset adire, quod tamē ibi induxit Iustinianus, vt patet ex ijs, quæ diximus in hoc cap. q. 42. num. 363. Ergo, cum loquatur de patre non debet ad Abbatem, siue monasteriū extendi. Ita argumentatur Ang. in d. l. Papinianus. 8. in prin. num. 2. vers. Ego credo ff. de inoff. in d. l. 1. §. substituere, num. 4. vers. 2. quia ff. de vulg. in d. l. cum proponas. 3. num. 2. vers. nec credo C. de hæred. inst. & d. consi. 91. nu. 2. vers. Præterea.

Tertio mouentur, quia in monaco cessat ratio, propter quam patri indultum est, vt filiofa. recusante adire possit: Nam ratio est,
27 quia, † cum pater fuerit à Iustiniano grauatus in eo, quod filiusfa. adeundo hæreditatē aduentitiā, non acquirit amplius ei proprietatem, sed tantum vsumfructum contra veteris iuris dispositionem, debuit in alio releuari, vt scilicet repudiāte filio posset ipse adire, quod olim non obtinebat, vt ostendimus in eadem q. 42. num. 364. At hæc ratio cessat in monaco, quippe, qui totū monasterio, nihil verò sibi acquirit, vt supra dictum est. Ergo tamquam cessante ratione dispositionis cessare debet, & ipsa dispositio. Ita arguit Thom. Calaneb. in d. l. 1. num. 36 ff. de vulg.

Quarto mouentur, quia, aut volumus cōparare monachum filiofa. velut in hæreditate aduentitia, Et non possumus, quia huiusmodi hæreditatem filiusf. sibi acquirit, saltem quoad proprietatē, cum alioquin monachus

eam pleno iure acquirat monasterio *ut supra dictum est.* Aut vero volumus eum comparare filiofa. velut in hæreditate profectitia, Et inde sequitur, nõ posse monasterium admitti repudiante monaco, quia, nec patet admittitur repudiante filio, quoties agitur de hereditate profectitia vt pote, in qua ius antiquum non fuit a Iustiniano mutatum, *ut diximus in q.42. num.* 155. Omnimodo igitur dicendum videtur, repudiante monaco repelli monasterium, & fieri substituto, vel coniuncto locum.

His tamen nõ obstantibus verius est quod alij frequentiùs tradiderunt, scilicet, recusante monaco posse Abbatem adire, & hæredi-
28 tatem monasterio acquirere, † *ut simpliciter scripserunt Cin in d.l fin num. 6. C de Episc. & cler. Bald. in d.l. cum proponas. 3. num. 6 & ibi Ias num 21. vbi testatur, hanc esse magis communem sententiam, quam probat in vers tamē teneas communem. C de hæred inst. Bald. in d l. 1. num. 42. & ibi Signor. num 56. vers sed quæro. C. qui adm Ang de Gamb. de testam. gl. 84 nu 7 Robert. Marant in d l. si potest 18. num. 122. ff. de acq. hæred. Alex in d.l. 1. §. per seruum, qui in fuga, num 13. ff. de acq poss. Soc. Sen. in d.l. 1. num. 22. ff de vulg Ruin. cons. 204 num. 11. vers quamuis ergo, vol. 1. Balth. Card. inter cons vlt. vol. cons. 78. num. 24 vol. 2. Trent. de substit. d part 1. cap. 7. num. 4 & 6. vers secundus casus est, & vers. & hæc opinio, vbi ait ab hac opinione non esse consulendo, & iudicando recedendum*, eoque mo-
29 do excludere substitutum, † *ut censuerit Bart. in d l. 1. num. 21. vbi ait, hanc opinionem videri æquiorem & num. 22. in fin. & ibi Imol, num. 6. Alex. num. 24 vers. Nihilominus Ias nu. 44. vbi ait, hanc opinionem esse veriorem etiam in puncto iuris. & ab ea non esse consulendo, & iudicando recedendum, Alexa num. 81. & Rip. num 151. in fi ff. de vulg. Bald. Nouel. de substit. tit. de vulga. num. 14 & 16. vers. & idem, Gul. Ben. in d. cap. Raynutius. in verb si absque liberis moreretur 2. in materia vulgaris. num. 84. Rollandin. in suo Flor testa Rubr. 22. num 12. Ruin. d. cons. 204. num. 11. vers sed nemini dubium, vol. 1. Crass. in d. § substituto q. 9. num. 6. ubi testatur, hanc esse magis communem* & per consequentias etiam
30 coniunctam † quia, si vinco vincentem te, multo fortiùs te *l. de accessionibus 14. ff. de diuers. & temp præsc. Ita in specie scribit Ruin d. cons. 204. num. 11. vers sed nemini dubium, vol. 1.* In quo quidem consentiunt omnes cum Canonistis, sed non consentiunt in causa: Nam plerique censent, non ideo admitti monasterium, quod monachus in hoc filio potiùs,
31 quam seruo comparetur, sed quia † non habet velle, nec nolle, cum omnis eius voluntas sit in Abbatem collata, *ut diximus supra num. 5.* quod est fundamentum Canonistarũ *Ita enim censuerunt Imol. in d.l. 1. num. 6. & ibi Alex. num. 23 vers. Nihilominus, Alexa. num. 83. & Rip. num 152. ff. de vulga Ang de Gamb. de testa. d gl 84 num. 7. Alex in d l. 1. § per seruum, qui in fuga. num. 13. vers. In illo tamen ff. de acq. poss* A lij censent, ideo monasteriũ admitti,
32 quia † monachus in hac iuris parte assimilatur potiùs filio, quam seruo, *uti uidere est apud Cin in d l ult. num. 6. C. de Episc. & cler. Bart. in d l. 1. num. 21. ff de uulg Bald. in d. l. cum proponas. 3. num. 6. & ibi Ias. num. 21. C. de hær. inst. Signo. in d. l. 1. nu. 56. uers. sed quæro C. qui adm Gul. Ben. in d. cap. Raynutius, in uerb. si absque liberis moreretur 2. in materia uulgaris, num. 85.* & subiectio monachalis est potiùs filialis,
33 quam seruilis † *ut scribunt Bart. in d.l. 1. num. 21. in fin. & ibi Soc. Sen. num. 22. ff. de uulg. Bald. in d.l. 1. num. 42. C. qui adm. Rollanden. in suo Flor. testam. d. rubr. 22. numer. 12. Bald. nouel. de substit. d. tit. de uulg. nu. 14* Quod & verum puto: Nam, & si monachus proprium nihil habere possit, sed, quicquid acquirit, monasterio acquirat, *ut dictum est supra nu. 24. & seqq.* nõ tamen ex hoc sequitur, debere eum seruo potiùs, quam filiofa. comparari, quia, & olim filiusfa. erat incapax acquisitionis, *ut ostendimus in hoc cap. 42. num. 85.* cum id omne, quod acquirebat, patri acquireret, *ut ibi diximus nu. 4.* & tamen multum a seruo distabat, *ut patet ex ijs quæ ex frequentiori dd. sententia retulimus in q. præced. num. 7. & seqq.* Sic igitur & monachus, licet omnia acquirat monasterio, non tamē debet assimilari seruo, sed potiùs filiofa.
34 † *ut sentit gl. in l si longius 18 §. fi. in uerb. dignitatem, uers. Item quid in monaco ff. de iudic. & scribit Bart. in d.l. 1. §. per seruum, qui in fuga, nu. 2. ff. de acq. poss.* & in alijs eum eo conueniat vt cõuenire verius est: Nam, & ali debet mo-
35 nachus † *cap. ex parte. 11. extr. de accusat.* vt &
36 filius † *l. si quis a liberis. 5. in prin. ff. de lib. agno. l. 3. & l fin. C. de alend. lib. l. au. §. filiat C. de rel uxo actio. l. ult §. ipsum autem filium C. de bon. qua lib.* tametsi seruus possit haberi pro dere-
37 licto † *l. ult. ff pro derel. Ita in proposito considerant Imol. in d.l si paterfa 40. num. 8. uers. Item æquiparatur ff. de hæred. inst. Alex. in d.l. 1. § per seruum, qui in fuga numer. 11. ff. de acq poss. Soc. Sen. in d.l. 1. num. 22 ff. de uulga.* Et monachus
38 vendi non potest, † vt neque filius *l. 1. C. de patr. qui fil. distrax.* cum alioquin seruus exēplo aliarum rerum, quæ nostri dominij sunt, distrahi possit *ut in his terminis considerãt Imol in d l. si paterfa 40. nu. 8. uers. Item æquiparatur ff. de hæred. inst. Alex. in d.l. 1. §. per seruum, qui in fuga, num 11. ff. de acq. poss. Soc. Sen. in d.l. 1. num. 22 ff. de uulga.* Præterea monachus potest
39 esse testis † *§. cogitandum & ibi gl. in uerb. testes, Auth. de monach. coll. 1. Et scribit Bart. in Auth. si qua mulier num. 5. C. de sacros. Eccl. Ias. in d.l. 1. num. 43. & ibi Calanch. num. 36. ff. de uulg.* vt,
40 & filiusfa. † *l. pater. 17. ff de testib. l. ad testium. 22. in prin. ff. de testam. §. pater Inst. eod. cap. si testes § pater. 4 q. 3.* adeo, vt magis ei, quã alijs sit credendum, *secundum gl. in d. §. cogitandum in uerb. testes, Auth. de monach. coll. 1. & Ias. in d. l. 1. num 43. ff. de uulga.* cum alioquin seruus a
41 dicendo testimonio repellatur, † *l. qui testamento. 20. §. seruus ff. de testam. l. serui. 7. ff. de testib. Et in proposito considerant Imol. in d. l. si paterf. 40 nu. 8 ff. de hæred. inst. & Soc. Sen. in d. l. 1. nu. 22. ff. de uulga.* Denique monachum in hæreditatibus nõ haberi, vt seruum, ed, vt filium, patet ex eo, quia, vt plurimum ad hæreditatē vocatur, vt suus, vel, vt agnatus, aut cognatus
42 † *l. ult. §. 1. & ibi Bald. num. 4. C. de Episc. & cler. Bald in d. l. cum proponas. 3. num. 6. C. de hæred. inst. Ang. in d. l. Papinianus. 3. in prin. num 1 ff. de inoff. Ign. in d. l. 1. num 43. vers. ultimo. C. qui adm. Ruin. d. cons. 204 num. 13. uol. 1.* quę tamē iura, tamquam legitima non cadunt in seruũ
43 † *l. 1. § filio ff. ad Tertul. § fin. Inst. de cap. dimin.* Et in

Et in proposito considerant Bart. in d. l. cum proponas. 3. num. 6. vers. & finaliter, & ibi Ias. num. 21. C. de hæred. inst. Ias. in d. l. 1. nu. 43. ff. de vulg. Gul. Ben. in cap. Raynutius, in verb. si absque liberis moreretur 2. in materia vulgaris, num. 86. & 88. Trentac. de substit. d. part. 1. cap. 7. num. 3. vers. Tertius, & ultimus.

Nec est, quod aliquis respondeat, comparari filiofa. in multis, sed non in iure acquisitionis, quod solum debet attendi in proposita quæstione, *ut scribūt ij, quos retulimus supra num. 23.* quia verius est, imo comparari, etiam in iure acquisitionis, non quidem inspecto iure nouo, sed inspecto iure primordiali, quod olim obtinebat: Nam monachus acquirit monasterio eodem modo, & iure, quo filiusf. olim acquirebat patri, non, quo seruus domino.

Et, si dicas, inde sequi, monasterium non posse adire, si monachus repudiet, quia nec olim pater adire poterat repudiante filio, *ut ostendimus in d. q. 42. num. 168. & seqq.* respondeo, negando, hoc sequi, quia posito, quod monasterium censeatur idem habere ius in monaco, quod pater in filio, non, quod dominus in seruo, sequitur, eo repudiante, debere admitti monasterium ex nouella Iustiniani constitutione, quæ ius hoc patri indulsit *in d. l. ult. §. 1. C. de bon. quæ lib.* Et hoc est, quod significāt nostri, dum frequentiùs monachum filio comparant, *uti uidere est apud eos, quos retulimus supra num. 31.*

Præterea demus, quod monachus seruo comparari possit, hoc tamen ita intelligendū
44 est, vt procedat, si monasterio sit vtilius, eū seruo potiùs quam filiofa. comparari: Nam, quia in dubio debemus eā sumere interpretationem, quæ Ecclesiæ fauet *l. sunt personæ 43. ff. de relig. & sūpt. fun.* ideo fit, vt monachus debeat, vel seruo, vel filiof. comparari, prout
45 erit vtilius monasterio, † *vt scribunt Bald. in d. l. 1. num. 42. & ibi Signo. num. 56. vers. sed quæro C. qui adm. Alex. in d. l. 1. §. pe. seruum, qui in fuga num. 12. & ibi Ias. num. 14. ff. de acq. poss. Soc. Sen. in d. l. 1. num. 22. vers. possumus etiam dicere ff. de vulg. Bauer. in d. l. cum fil. sof. 11. num. 189. circa fi. ff. de leg. primo. Trentac. de substit. d. part. 1. cap. 7. num. 3. vers. licet monachus.* Vnde, cum in hac iuris parte vtilius sit, eū potiùs filiof. quam seruo comparari, propterea, quod, si comparatur filio, monasterium admittitur, non etiam, si comparatur seruo, Consequens est, vt fauore Ecclesiæ debeat potius illi, quā huic assimilari. *Ita ratiocinantur Alex. in d. l. 1. num. 23. vers. & potest confirmari ff. de vulga. Robert. Marant. in d. l. si potest. 18. num. 122. ff. de acq. hæred. Gui. Ben. in d. cap. Raynutius, in verb. si absque liberis moreretur 2. in materia vulgaris, num. 86. Trentac. de substit. d. part. 1. cap. 7. num. 4. & 6. vers. secundus casus est.*

Neque huic sententiæ obstant contraria: Ad primum enim responsio patet ex ijs, quæ diximus *supra num. 32. & seqq.* vbi demonstrauimus, imo monachum magis filio, quam seruo comparari, maximè quando (vt in proposita quæstione) talis comparatio est vtilior Ecclesiæ.

Ad secundum respondeo primo, etiam in correctorijs, licitam esse extensionem ex identitate rationis, vbi tractatur de fauore piæ
46 causæ; *Ita respondent Ias. in d. l. cum proponas. 3. num. 21. vers. & ad obiectum C. de hæred. inst. Soc. Sen. in d. l. 1. n. 22. vers. vel 2. dicamus ff. de vulg.*

Secundo respondeo, non fieri hoc per extensionem, sed per quandam comprehensionem, scilicet quia patris appellatione continetur etiam monasterium, saltē latè sumpto vocabulo, cum monachus respectu monasterij sit veluti filius, *vt supra dictum est.*

Ad tertium respondeo negando, hanc esse rationem constitutionis, quod patet ex eo, quia in hæreditate castrensi non fuit pater a Iustiniano grauatus, cum etiam iure vetere filius eam sibi quæreret pleno iure, & tamen etiam hanc pater adire potest ex eiusdem Iustiniani constitutione, si filius eam adire nolit *d. l. fin. §. similique modo C. de bon. quæ lib.* sed ratio est, quia propter vinculum potestatis pater, & filius ita censentur connexi, vt pro vna, eademque persona reputentur *l. vlt. C. de impub. & al. substit.* & ideo instituto filio censetur quodammodo pater institutus, eaque ratione adire potest, vt Iustiniano visum est *d. §. similique modo. & nos etiam ostendimus in d. q. 42. num. 364.* Vnde, cum hæc ratio locum habeat etiam in monaco propter vinculum potestatis, quam in eum habet Abbas, fit, vt per consequentias debeat etiam in eo locum habere prædictæ *l. vlt. §. 1. C. de bon. quæ lib.* dispositio.

Ad quartum denique respondeo, imo cōparari, velut in hæreditate profectitia. Nec obstare, quod eam pater adire nequeat filio recusante, quia contrarium esse verius ostendimus *in d. q. 42. num. 398.* vt proinde non sit necesse hic iterum referre, quæ latiùs ibi cōmemorauimus. *Ita respondent Ias. in d. l. 1. num. 44. & ibi Soc. Sen. num. 22. vers. sed ad prædictam, Rip. num. 151. vers. preterea ff. de vulg. Ias. in d. l. cum proponas. 3. nu. 21. vers. Tu tenendo C. de hæred. inst. Trentac. de substit. d. part. 1. c. 7. num. 6. vers. huic rationi.*

Planè supradicta non procedent in querela: Nam, quemadmodum inuito filio pater eam proponere non potest, *vt diximus in eadem q. 42. num. 372.* ita nec poterit eam
47 proponere monasterium inuito monaco, † *vt scribunt Bald. in d. l. vlt. in prin. num. 10. vers. Idē dico C. de bon. quæ lib. & Ang. in d. l. Papinianus. 8. in princ. num. 2. ff. de inoff.* per ea, quæ de filio diximus *in d. q. 42. num. 373.* quæque etiam in monaco procedunt.

Quartus casus est, quando post mortem testatoris, siuè illius, de cuius bonis agitur, & emolumēti delationem, sed ante acquisitionem desierit monachus, non morte, aut repudiatione, sed lapsu temporis, quod acquirēdæ successioni præfinitū erit. Et tunc certum est, non admitti monasterium, sed fieri substitu-
48 to, vel coniuncto locum, † siue dicamus monachum filio comparari, siue seruo: Nam, in hoc par est vtriusque causa, ideoque, sicut filius, & seruus possunt in quærendis patri, domino que nocere, *vt de filio diximus in d. q. 42. num. 421. de seruo vero in q. 43. nu. 107.* ita etiā potest monachus in ijs nocere monasterio
49 † *vt scribit Bald. in d. l. fin. in princ. num. 6. C. de bon. quæ lib.* Quamobrem, ea, quæ de filio & seruo diximus *in d. q. 42. & q. 43.* in hac specie

Tom. 2.

debent etiam ad monachum adaptari.

Quintus casus est quando post mortem testatoris, siue illius, de cuius bonis agitur, & emolumēti delationem, sed ante acquisitionem deficit monachus, non repudiatione, sed morte. Et tunc, licet inspecta Canonistarum opinione, quæ vult, ius adeundi censeri quæsitum monasterio, res procedat sine difficultate, scilicet, quia non obstante tali morte potent adhuc Abbas eum capitulo adire hære

50 ditatem, † *ut scribunt Imol. in l. filiosa 42 num. 1. vers. & per prædicta ff. de cond. & dem Soc. Sen. in d. l. 1. num 2. vers. ex quibus ff. de vulg. Corn. cons. 272. num 3. uol. 3 & inter cons. Ruin. cons. 207. nu. 2. uers. Item Bart. uol. 1. Trenta de subst. d part. 1. cap. 7. num. 10 uers. est benè uerum, a me istis contrarium etiam posita Canonistarum opinione teneat Rip in d. l. 1. num. 154 uers. 7 u ad uertes ff de uulg.* & ita excludere substitutum, vel coniunctum, quod mors postea contingens non possit auferre ius semel quæsitum monasterio, tamen inspecta sententia legistarum, qui censent, ius adeundi non transire in monasterium, sed in monachi persona resedere, verius, & receptius est, excludi mona-

51 sterium, † *uti uidere est apud Cin. in d. l. fin. nu. 8. C. de Epis. & cler. Bart. in l. si condicatur 3. n. 1. & ibi Bald. ff. de cōd. furt. Bart. in l. inde Neratius 23 ff ad l. Aquil. & in l. is potest 18 n. 13. ff. de acq. hæred. Bald in d. l. 1. nu. 43. obi hanc partem decem comprobat argumentis, & ibi etiam Signo. num. 56. uers. sed quæritur & Cagn. num. 18. C. qui adm Bauir. in d. l. cum filiof. 11. num. 188. uers. 5. ff de leg. primo, Soc. Sen. in d. l. 1. num. 23. ff. de uulg. Corn. d. cons. 272. num. 3 uol. 3. & inter d. cons. Rum. cons 207. num. 2. uers. Item Bart. uol. 1. Trentae de subst. d part. 1. cap. 7. num. 8.* eaque ratione fieri substituto, aut cohæredi

52 locum † *ut de substituto scribunt Bart. in d. l. 1. n. 23. & ibi Alex. n. 25 Alci. n. 94. Rip. n. 154. ff. de uulg. Ang. d. cons. 91. num. 2. uers. præterea, Bald. nou. de subst. d. tit. de uulg. subst. nu. 17. Gul. Ben. in d. cap. Raynutius in uerb. si absque liberis moreretur 2. in materia vulgaris, num. 87. & 91.*

53 *Crass. in d. §. substitutio q. 9. num. 7* quia, † cum ius monasterij fundetur in persona monachi, *ut diximus supra num. 2.* Consequens est, vt ea extincta censeatur etiam ipsum ius extinctū. *Ita ratiocinantur Bald. in d. l. 1. num. 43 uers. 5. arguo sic, & ibi Sign. num. 56 uers 5 sic, & Cagn. num. 19. C qui adm. Corn d. cons 272. num. 3 uol 3. & inter cons Rum. d. cons. 207 nu. 2 uers. Item Bart. uol 1.* Desicit enim tunc persona monachi, quæ est principalis, ideoque monasterium, quod est accessorium, nihil operari potest, *ut considerant ij, quos retulimus supra nu. 2.* Idque multo artius procedit, si tractetur de quecela delata monaco: nam post eius mortem

54 non potest Abbas illam instituere, † *ut scribit Castr. in d. l. Papinianus 8 in prin. n. 2. ff. de inoff.* per ea, quæ de filio *diximus in d. q. 42. num. 693.* quæque etiam in monaco procedunt.

Planè interdum etiam post monachi mortem admittitur monasterium: Primum enim, si tractetur de hæreditate ascendentis delata monaco, licet is decesserit ante, quam eam adierit, nihilominus censetur eam in mo-

55 nasterium transmisisse, † *ut scripserunt Cin. in d. l. fin num. 8. & ibi Bald. num. 4. C. de Episc. & cler. Ang in d. l. 1. §. substituere, num. 4. vers. Concedo tamen, & ibi Imol. nu. 6. Alex. num. 2. Soc. Sen. num. 25. vers. 3. & ultima ff. de vulg. Nico. de Vbald. de succ. ab intest. cler. part. 2. numer. 5. Rollandin. in suo Flor. testa. d rubr. 22. num. 14. Gul. Ben. in d. cap. Raynutius, in verb. si absque liberis moreretur 2. in materia vulgaris, nu. 87. vers. quod verum, & num. 91. Trent. de substit. d. part. 1. cap. 7. num. 16.* & per consequentias

56 substitutum, & cohæredem exclusisse, † *per ea quæ de transmissario diximus in hoc cap. q. 41. n. 38. & seqq. Et in specie de monaco, qui hæreditatem ascendentis transmisit in monasterium, ut excludat substitutum scribit Soc. Sen. in d. l. 1. nu. 25. vers. Tertia & ultima ff. de vulg. ubi, licet dicat, contrariam opinionem in puncto iuris videri veriorem, subiicit tamen, hanc tamquam communē in practica obtinere, & probat etiam Crass. in d §. substitutio q 9. num. 7. in fi. tametsi contrarium substineat Trenta d. part. 1. cap. 7. num. 18.* quia,

57 † hæreditas ascendentium etiam non adita transmittitur in descendentes *l. vn. C. de his, q ant. ap. tap.* cuiusmodi censetur monasterium,

58 quippe, quod habetur loco filij † *cap. in præsentia 8. extr. de probat. Auth. nisi rogatis C. ad Treb. § sed, & hoc præsenti, Auth. de sanct. Episc. coll 9. Ita ratiocinantur Cin. in d l. fin. numer. 8. C. de Episc. & cler. Ang. in d l. 1. § substituere nu. 4. vers. Concedo tamen ff. de vulg. & ibi etiam Imol. num 6. Alex. nu. 25 Soc. Sen nu. 25 vers. Tertia, & ultima, Nico. de Vbald. de succ. ab intest. cler. d. part. 2 num. 5. Rollandin. in suo Flor. testam. d. rub. 22. num. 14. Zaz. de subst. cap. 1. nu. 10.*

59 *vers. an autem.* Et hoc intelligo, † quando tractatur de ea hæreditate, quæ non potest transmitti ex potentia suitatis, puta, quia est hæreditas matris, vel aui materni, vel etiā patris, a quo monachus fuerat priùs emancipatus: Nam, si esset hæreditas patris, in cuius potestate erat monachus, quando ingressus est religionem, non solum ex supradicta ratione censeretur eam in monasterium transmisisse, sed etiam ex eo, quia monachus non obstante ingressu retinet iura sui hæredis, *et diximus supra nu. 42.* & ideo ex potentia suitatis transmittit hæreditatem paternam in quoscunque hæredes etiam extraneos, *secundum ea, quæ diximus in d. q. 41. num. 91.* & sic

60 etiam in monasterium, † *ut scribunt Bart. in d. Auth. si qua mulier, numer. 5. C. ad sacros. Eccl. Bald in d. l fi. num. 4. C. de Episc. & cler. in. apud hostes 8. num. 6. C. de suis & legit. & in l. pen. in prin. num. 9. vers. Ibi, sui C. de adopt. Alex. in d. l. 1. numer. 25 & 26. & ibi Soc. Sen. num. 25. vers. sed contrariam ff. de vulg. Iaf in d. l. 1. §. per seruū, qui in fuga num. 14. ff. de acq. poss. Bauer. in d. l. cum filiosa. 11. num. 189. vers. 10. ff. de leg. primo, Gul. Ben. in d. cap. Raynutius, in verb. si absq, liberis moreretur 2. in materia vulgaris, n. 87. vers. quod verum, Ignol. in d. l. 1. num. 43. vers. ultimo C. qui adm. Trentae. de subst. d. part. 1.*

61 *cap. 7. nu. 13.* Quo fit, vt in hoc casu † potior debeat esse causa monasterij, quam coheredis. Sanè ad exclusionem substituti non ex potentia suitatis, sed ex beneficio *d. l. vn. C. de his, qui ant. ap. tab.* venire debet monasterium, propterea, quod datione vulgaris substituti censetur ex communi sublatum ius suitatis, & per consequentias impeditur transmissio, quæ ex eius potentia fit, *ut declarat Crass. (licet sub dubio) in d. §. substitutio q. 9. n. 7. in fi.*

Secundo

Secundo verò, si monachus fuerit institu-
tus contemplatione monasterij, puta, quia
fuerit hæres scriptus sub monasterij comme-
moratione, censebitur ipsum monasterium
institutum, ideoque poterit Abbas sine facto
monachi adire hæreditatem, & eo modò ex-
62 cludere substitutum, & cohæredem, † *Ita enim
scripserunt Bald. in l. filiof. 42. vers. Idem dico ff.
de cond. & demon. Alex. in d. l. 1. num. 26. vers. 2.
ff. de vulg. Gul. Ben. in d. cap. Raynutius, in verb.
si absque liberis moreretur 2. in materia vulgaris,
num. 81. & 91.* Qua ratione plerique moti
arbitrantur, Abbatem indistinctè posse adire
hæreditatem sine facto monachi, quia quod
relinquitur monaco, semper cẽsetur relictum
63 contemplatione monasterij, † *Ita enim cen-
suit Polit. de substit. tit. de vulg. part. 3. num. 50.*
Sed hoc inspecto iure ciuili non puto verum,
64 † Primo, quia potest monachus esse institutus
ante ingressum, quo casu nemo rectè dixerit,
eum censeri institutum cõtemplatione mo-
nasterij, *ut etiã ibi fatetur Polit.* Secundo, quia,
quãuis post ingressum instituatur, in dubio tñ
censetur institutus contẽplatione sui, nõ con-
tẽplatione monasterij, maximè, qñ institutio
fit à parte monachi, vel id genus alijs perso-
nis, quæ magis ratione sanguinis, & natura-
lis affectionis, quam ratione monasterij mo-
uentur *cap. requisisti 17. de testam. Et in proposi-
to considerat Alex. in d. l. 1. nu. 26. vers. nunc oc-
currit ff. de uulg ubi loquitur in fortioribus ter
minis, quando scilicet monachus fuit institutus
sub commemoratione monachatus.*

Tertio, si monachus sciens hęreditatem si-
bi delatam moriatur intra annum, transmit-
65 tet in monasterium ius deliberandi, † *secundũ
ea, quæ de harede diximus in hoc cap. q. 41. num.
47. Ita in specie de monaco scripserunt Soc. Sen. in
d. l. 1. num. 24. uers. hanc tamen conclusionem ff.
de vulg. Trentac. de substit. d. par. 1. cap. 7
num. 11.*

Quarto, si monachus malitiosè distulerit
aditionem, vt obesset monasterio, habebitur
pro repudiante, ideoque, licet postea moria-
tur nihilominus faciet monasterio locum
66 † *Ita scripserunt Soc. Sen. in d. l. 1. num. 24. vers.
2. limita ff. de vulg. & Trentac. de subst. d part. 1.
cap. 7. num. 12.*

Quinto, si Abbas fuerit negligens in iubẽ-
do monaco, vt adiret hæreditatem sibi dela-
tam, & interim monachus decesserit, licet
monasterium mero iure cẽseatur exclusum,
nihilominus ei dabitur in integrum restitu-
67 tio ad hoc, vt adire possit. † *Ita scribunt Cin. in
d. l. fin. num. 8. C. de Episc. & cler. Soc Sen. in d.
l. 1. num. 26. ff. de vulg. Trentac. de substit. d part.
1. cap. 7. nu. 19.*

Sextus casus est, quando post mortem te-
statoris, & emolumentum acquisitum, sed re-
uocabiliter omni iure, puta post diem legati,
vel fideicommissi cedentẽ deficit monachus,
Et tunc res procedit sine difficultate: Nam
certum est, talem defectum non obesse mo
68 nasterio, † *vt scribunt Bald. in d. l. ex repudia-
tione 26. C. de fideic. Castr. in d. l. legatum. 7. num.*
69 *4. ff. de leg. primo*, quia, † cum ad legatorum, vel
fideicommissorum acquisitionẽ non sit opus
facto monachi, scilicet, quia ipso iure acqui-
runtur, *vt diximus in hoc cap. q. 42. nu. 724. Et
in specie de monaco scribunt Castr. in d. l. ex re-
pudiatione. 26. num. 2. & ibi Ias. num. 3. C. de
fideic. Curt. Iun. d. consi. 48 num. 8. vers. Nec mi-
rum*, Consequens est, vt sufficiat monachum
esse superstitem, quo tempore dies legati, vel
fideicommissi cedit, vt statim ius monaste-
rio quæsitum censeatur, ideoque, siue postea
monachus moriatur, siue repudiet, non no-
cebit monasterio, cum possit Abbas etiam
mortuo monaco, vel eo inuito legatum, aut
70 fideicõmissum agnoscere, † *vt scribunt Bald.
in d. l. ex repudiatione. 26. num. 1. C. de fideico. Soc.
Sen. in d. l. 1. nu. 21. vers. Ad ultimum ff. de vulg.*
& ita substitutum, & coniunctum excludere,
71 † *vt de substituto scribunt Gul. Ben. in d. cap.
Raynutius, in verb. si absque liberis moreretur 2.
in materia vulgaris, num. 82. vers. præterea. &
num. 83. Trentac. de substit. d part. 1. cap. 7. num.*
72 *4. vers. primus est.* Idque procedit, † non so-
lum, si legatum sit relictum contemplatione
monasterij, *in quibus terminis loquitur Trenta.
in relato loco*, quo casu res minorem dubita-
tionem habet, cum intelligatur relictum ipsi
monasterio, ideoque possit ab eo recta via
agnosci, *vt declarat Imol in d. l. filiof. 42. num.
1. ff. de cond. & dem.* sed etiam, si sit relictum
simpliciter, scilicet quia in legatis, & fideicom
missis cessat omnis controuersia, & indistin-
73 ctè procedit opinio canonistarum. † *vt decla-
rat Curt. Iun. d. consi. 48. num. 8. vers. & licet.*

Planè, si Abbas repudiet legatum, aut fi-
deicommissum (quod eum, etiam sine facto,
& voluntate monachi facere posse non am-
74 bigitur, † *vt scribunt Castr. in d. l. legatum. 7. n.
4 & ibi Alex. num. 3. vbi testatur, ita magis com-
muniter dd. tenere, & Ias. num. 14. ff. de leg. pri-
mo, Castr. in d. l. ex repudiatione 26 num 2. & ibi
Ias. n. 3. C. de fideic.*) magis erit, vt fiat substitu-
75 to, vel coniũcto locus. † quia, cũ eo casu mo-
nachus, neq. per se, neq: per aliũ admittatur
ad partem cõsequens est, vt non faciat partẽ,
ex regula, quam retulimus in hoc cap. q. 36. n. 5.

Septimus casus est, quando post mortem
testatoris, non deficit monachus, sed adit hæ-
reditatem iussu Abbatis, & sumus in casibus,
in quibus testator, qui eum instituit, sciebat
eius conditionẽ, Et tunc res caret omni du-
bio: nam certum est, per talem aditionem
76 excludi ius accrescendi, † quia, cum mona-
chus hæreditatem acquirat monasterio, *vt
scribit Imol. in d. l. si paterfa. 40. num. 7. vers. In
aliquibus tamen ff de hæred. inst. & nos etiam di-
ximus supra num. 24.* & ita per illud admitta-
tur ad partem. Consequens est, vt faciat par-
tem, *ex regula, quam retulemus in d. q. 36. num.
6. & q. 40. num. 2.* Denique, cum ita adeundo
excludat substitutum, qui est potior cohære-
de, debet etiam per consequentias exclude-
re cohæredem, quia, si vnico vincentem te,
multo fortiùs te *l. de accessionib. 14. ff. de diuer.
& temp. præscrip.* ita ratiocinatur *Ruin. d. cons.
204. num. 11. vers. sed nemini dubium, vol. 1.* Et
77 sanè, † cum monachus adit hæreditatem ius-
su Abbatis, deficit conditio, sub qua substitu-
tus, & cohæres vocati intelliguntur, scilicet,
quia censentur vocati sub conditione, si mo-
nachus hæres non erit, quæ verba in homine
alieni iuris intelliguntur, siue ipse hæres non
erit, siue alium hæredem nõ fecerit *d. l. si pa-
terfa. 40. ff. de hæred. instit. d. §. vlt. inst. de vulg.*
Cum igitur in proposito monachus adeũdo
faciat

faciat monasterium hæredem, Consequens est, vt censeatur deficere conditio & per consequentias, vt neque substitutio, neque ius accrescendi locum habere possit. Idq; adeo verum est, vt procedat

Primo, non solum, si adeat monachus ex iussu Abbatis, sed etiam, si adeat Abbas, siue monasterium iuxta Canonistarum opinionem: adhuc enim per talem aditionem, ex-
78 cluderetur & institutus, & cohæres † *vt de substituto videre est apud Bald. in d. l. si paterfa. 40. vers. hæc, quæ dicta ff. de hæred. inst.* per ea, quæ diximus in tertio casu, quæq; militant etiam in his terminis.

Secundo procedit, non solum, si institutus erat monachus tempore testamenti, sed etiã, si post illud ingressus sit monasteriũ: adhuc enim adeundo iussu Abbatis excludet substi-
79 tutum, & cohæredem, † *vt de substituto scribit Bald. in d. l. si paterfa. 40. vers. hæc quæ dicta ff.*
80 *de hæred. inst.* licet, quia † illa conditio, si hæres non erit, in eo qui est sui iuris, intelligitur, siue ipse hęres non erit, siue mutata cõditione alium hæredem non fecerit *d. l. si paterfa. 40. ff. de hæred. instit. d. §. vlt. Instit. de vulg.*

Octauus, & vltimus casus est, quando testator, qui monachum instituit hæredem, errauit in eius conditione, puta credidit, cum esse laicum, cum tamen re vera esset religiosus, & tunc receptum est, ea procedere, quæ de seruo, & filiofa. diximus *in q. præced. nume. 145. & seqq. & q. 42. num. 752.* Itaque valebit
81 institutio, † *vt scribunt Castr. in l. cum aliquis. 21. num. 2. vers. & sic est casus hic C. de iur. delib. & Ias. in d. l. cum proponas. 3. num. 2. C. de hæred. instit.* sed propter errorem testatoris hæreditas inter monasterium, & substitutum di-
82 uidetur. † *Ita scribunt Bart. in d. l. cum proponas. 3. n. 8 dum se remittit ad gl. & apertius Bald. ibi num. 7. vers. & adde, Ang. num. 2. Castr. nu. 5. vers. In monaco vero, Ias. num. 22. vers. Item adde C. de hæred. inst. Ang. in d. l. si paterfa. 40. num. 3. ff. eod. Vigl. in d. §. vlt. num. 1. & 4. Inst. de vulg.* Et hæc de monaco, qui per monasterium admittitur ad partem.

SVMMARIVM.

1 *Fiscus uenit, ut hęres ad partem coniuncti, quãdo ab eo fuit institutus.*
2 *Fiscus in testamentis utitur iure priuati.*
3 *Fiscus regulariter utitur iure priuati.*
4 *Fiscus ueniens ut hæres, censetur eodem iure, quo & alij hæredes.*
5 *Fiscus in uacantibus succedit, ut hæres, Sed contra num. 7.*
6 *Fiscum in uacantibus lex facit hęredem, Sed cõtra num. 7.*
8 *Fiscum excludit socius Imperialis liberalitatis, etiamsi coniuncti bona uacent.*



An, & quando coniunctus, qui per fiscum admittitur ad partem faciat partem.

Quęstio Quadragessima quinta.

SVPEREST, vt Quinto, & vltimo loco videamus de coniuncto, qui ad partem admittitur per fiscum, & dispiciamus, an, & quando faciat partẽ, & sic excludat ius accrescendi. Separatim autẽ nobis erit dispiciendum, Primo, quid, si fiscus veniat ad bona coniuncti, vt eius hæres. Secundo, quid, si, vt ad bona vacantia. Tertio, quid, si, vt ad bona confiscata. Quarto demũ quid, si, vt ad bona indigno ablata.

Et primo quidem, si fiscus ad bona coniũcti deficientis veniat, vt hęres, prout euenit, cum ab ipsomet coniuncto fuit princeps hę-
1 res institutus, † *vt fieri posset plerique solere, constat ex l. 1. in prin. vers. vel, quod princeps. ff. de iur. fisc. l. ex imperfecto 3. l. non dubium. 16. l. nolumus 20. C. de testa. l. si quis Imperatorem. 6. l. cũ hæredes. 7. C. qui testa. fac. poss. l. si legatus 30. §. fi. ff. ad l. reb. & § fin. Inst. quib. mod. test. infir. Et scribit Graff. in §. hæreditas q. 5. num. 3.* resent ex ipsis terminanda, quæ de transmissario diximus *in hoc cap. q. 41. nu. 18. & seqq.* Nam, quia
2 fiscus in testamentis vtitur iure priuati † *d. l. cum hæredes. 7. C. qui test. fac. poss. l. & in legatis. 4. C. ad l. Falc. l. ex imperfecto. 23. ff. de leg. 3.* vt &
3 alias regulariter † *l. cum quidam. 17. § fiscus ff. de vsur. l. fiscus. 6. in prin. ff. de iur. fisc. l. item veniunt. 22. §. ait Senatus, vers. in priuatorum ff. de pet. hæred. Pereg. de iur. fisc. lib. 4. tit. 1. nu. 3.* & cen-
4 setur eodem iure, quo & alij hæredes † *d. l. si quis Imperatorem. 6. d. l. cum hęredes 7. C. qui test. fac. poss. d. l. ex imperfecto. 3. d. l. non dubium. 16. & d. l. nolumus. 20. C. de testam.* Qua ratione debet & ipse conficere inuentarium, alias tenetur etiam vltra vires hæreditarias, *vt ex veriore, & receptiori sententia diximus in eodem cap. 8. q. 5. num. 24.* ideo fit, vt, quibus casibus priuatus iure transmissionis excludit coniunctum, siue ius accrescendi, iisdem excludat, & fiscus, & contra, quibus ille non excludit, neque hic excludere intelligatur. Quamobrem, quæcũque diximus *in d. q. 41. num. 18. & seqq.* debent censeri, & in hac specie repetita.

Secundo vero, si fiscus veniat ad bona cõiuncti, velut ad bona vacantia, regulariter res eodẽ est modo terminanda: Nam, quia fiscus etiam in hoc casu venit, vt hæres deficientis,
5 † *vt sentiunt gl. in l. ex facto. 17. § fi. in verb. sine hærede, & ibi Alex. num. 7. ff. ad l. reb. Castr. in l. eam, quam. 14. num. 5. & ibi Ias. num. 13. C. de fideic. Ias. in l. qui Romæ. 122. §. Flauius, num. 32. ff. de verb. oblig. Hyer. Verr. in l. ex facto. 43. §. vlt. num. 65. ff. de vulg. Tiraq. in tract. le mort saisit le vif. declar. 15. num. 13. & 14. Men. de præs. lib. 3. præs. 37. num. 40.* cum lex eum faciat hære-
6 dem, † *vt ait Bald. in d. l. eam quam 14. num. 5. vers. 2. quæritur C. de fideic. & post eum Tiraq. d. declar. 15. num. 13.* aut (quod est verius, & receptius) venit, vt successor, licet non, vt hæres,
7 † *vt declarant Bart. in rubr. ff. de acq. hęred. num.*

4 &

4. & ibi Imol. vers. & adde, Alex. num. 10. Castr. in d. l. ex facto. 17. § vlt. num. 2. vbi ait, hanc esse veritatem, & ibi Rip. nu. 13. ff. ad Treb. Corn. cons. 324. num. 7. in fi. & num. 8. vol. 4. Boss. in tit. de bon. vacan. nu. 6. vers sed. quando, Pereg. de iur. fisc. lib. 4. tit. 3. nu. 22. vers. interdum vero, & lib. 5. tit. 1. num. 67. Crass. in d. §. hereditas q. 5. nu. 3. ideo fit, vt & ipse, quasi transmissarius in ijs tantum modo casibus debeat excludere coniunctum, in quibus & alij successores excluderent, *quos retulimus in eadem. q. 41. num. 18. & seqq.*

Planè vno casu admittitur coniunctus excluso fisco, etiamsi coniuncti bona vacent, & iure communi pars illius ad quemcunque successorem potuerit intelligi transmissa, nempe in casu donationis Imperialis: Nã, si princeps duobus rem donauerit, & vnus ex donataris post acquisitionem decesserit nullo relicto successore, pars illius, licet in alios successores potuerit intelligi transmissa, tamquã acquisita, non tamen transmittitur in fiscum cum cœteris vacantibus, sed eo excluso pertinet ad socium Imperialis liberalitatis, † *l. vn. C. si lib. Imp. soc. sin. hær. decess. lib. 10. Et scribunt gl. in l. 1. in verb. legitimo C. de bon. vac. lib. 10. Rollandin. de success. ab intest. num. 23. Pereg. de iur. fisc. d. lib. 4. tit. 3. num. 8.* Sed hoc singulare est in liberalitate, seu concessione facta ab Imperatore, aut alio principe supremo, ideoque non est ad exemplum trahendum, *vt latè ostendimus in 6. cap. q. 36. nu. 16. & seqq. & ostendemus etiam in hoc cap. q. 59. num. 84.*

De his igitur duabus primis quæstionibus non est nobis in hoc loco tractandum, sed tantum de duabus posterioribus, vt potè, in quibus tota difficultas continetur.

S V M M A R I V M.

1 *Fiscus excludit ius accrescendi, si portio coniuncti veniat in confiscationem, & cur, num. 2.*
3 *Fiscus succedit in locum, & ius illius, cuius bona confiscantur.*
4 *Portio coniuncti, quæ non venit in confiscationẽ, applicatur ipsimet coniuncto, si sit capax. Declara, vt num. 15. & seqq.*
5 *Portio coniuncti, quæ non venit in confiscationem accrescit alteri coniuncto, si damnatus sit incapax.*
6 *Damnatus propter delictum, quãdo remaneat capax, & quando fiat incapax, & num. 15. & seqq.*
7 *Relegatus retinet libertatem, & ciuitatem.*
8 *Relegatus remanet capax, tam eorum, quæ sunt iuris ciuilis, quam, quæ iuris gentium.*
9 *Relegatus remanet capax successionum.*
10 *Damnatus, qui libertatem amittit patitur maximam capitis diminutionem.*
11 *Damnatus in metallum amittit libertatem.*
12 *Seruus pœnę est incapax, tam eorum, quæ sunt iuris gentium quam, quæ iuris ciuilis.*
13 *Damnatus, qui retinet libertatem, sed amittit ciuitatem, patitur mediam capitis diminutionem,*
14 *Deportatus amittit ciuitatem.*
19 *Relegatus potest testari.*
20 *Relegatus potest habere hęredem.*
21 *Relegatorum bona non publicantur, Declara, vt num. 22. & 23.*
24 *Bannitis acquiruntur ea, quæ post bannum deferuntur, si sint capaces, alias pertinent ad substitutos, vel coniunctos, vel remanent in hęreditate, vel ab intestato venientibus deferuntur, nu. 25.*
26 *Declaratur Bald. in d. l. 3. numer. 2. C. de priuil. fisc.*
27 *Banniti respectu eorum, quæ sunt iuris communis, vt plurimum relegatis comparantur.*
28 *Relicta non veniunt in confiscationem, si ea facta sit viuo testatore.*
29 *Confiscatio ea tantum complectitur, quę tempore, quo fit, damnato competunt.*
30 *Relicta non competunt viuo testatore.*
31 *Bona futura non veniunt in confiscationem.*
32 *Hæreditas testamentaria non venit in confiscationem, si institutus damnetur viuo testatore.*
33 *Hæreditas legitima non venit in confiscationem, si filius, aut alius proximior damnetur viuo testatore.*
34 *Ius dicendi testamentum nullum non transit in fiscum, si præteritus damnetur viuo testatore.*
35 *Querela non transit in fiscum, si exhęredatus, aut præteritus damnetur viuo testatore.*
36 *Legitima non venit in confiscationẽ, si filius damnetur viuo patre, aut matre.*
37 *Legata, & fideicommissa non veniunt in confiscationem, si vocatus damnetur viuo testatore.*
38 *Legata, & fideicommissa, quorum dies nondum cessit, non ueniunt in confiscationem.*
39 *Dies legatorum, uel fideicommissorum non cedit uiuo testatore.*
40 *Iura conditionalia non ueniunt in confiscationẽ, & cur, num. 41.*
42 *Institutionis conditionalis spes non transit in fiscum.*
43 *Substitutionis spes non transit in fiscum.*
44 *Legata, & fideicommissa conditionalia non transeunt in fiscum.*
45 *Fideicommissarię substitutionis spes non transit in fiscum.*
46 *Heredem in extraneum, quæ non transeunt, nec transeunt in fiscum.*
47 *Hęreditas delata, sed nondum adita non transit in fiscum.*
48 *Ius adeundi in fiscum non transfertur.*
49 *Querela non præparata non transmittitur in hęredem.*
50 *Querela non præparata non transit in fiscum.*
51 *Hęredem in extraneum quę transmittuntur, trãseunt etiam in fiscum.*
52 *Hæreditas non adita, quibus casibus transmittitur in hęredes etiam extraneos, transit etiam in fiscum.*
53 *Hęreditas non adita transmittitur etiam in fiscũ ex potentia sustotis licet plerique contrarium censuerint, num. 54.*
55 *Ius deliberandi, transit in fiscum, tametsi contrarium nonnulli censuerint num. 56.*
57 *Ius dicendi testamentum nullum transit in fiscum, licet plerique contrarium censuerint, nu. 59.*
58 *Ius dicendi testamentum nullum non transit in hęredem extraneum, Declara, ut num. 60.*
61 *Bonorum possessio contra tabulas transit in fiscũ Sed contra, num. 62. & 63.*
64 *Ius petendi legitimam, siu legitimę supplementum transit in fiscum.* 65 *Qu-*

65 *Querela preparata transit in fiscum.*
66 *Legata pura. aut purificata transeunt in fiscum.*
67 *Legata, & fideicommissa pura, aut purificata non possunt a damnato repudiari in fraudem fisci.*
68 *Fiscus potest agnoscere, vel repudiare legata, & fideicommissa, quæ iure confiscationis ad se trãsmissa sunt.*
69 *Legata, & fideicommissa quę sine dolo, & fraude repudiata sunt ante confiscationem, non reuocantur a fisco.*
70 *Hereditas adita transit in fiscum.*
71 *Confiscatio comprehendit omnia, quę sunt in bonis damnati, quo tempore fit.*

An, & quando coniunctus, cuius bona confiscantur, faciat partem.

Quæstio Quadragessima Sexta.

ET priùs de tertia, in qua videndum est,
an, si ex duobus hæredibus, vel legata-
tijs, vel fideicommissarijs vnus com-
mittat delictum, ppter quod illius bona pu-
blicentur, fiscus in eius portione excludat
coniunctum venientem per ius accrescendi.
Quæstio pendet ex eo, nunquid talis portio
veniat in confiscationem, nec ne: Nam, si
venit, haud dubiè fiscus admittitur, & exclu-
1 dit coniunctum, siue ius accrescendi † *vt vi-*
dere est apud Castr. *consi.56.num.3.vol.1.* quia,
2 † cum per eum damnatus admittatur ad par-
tem, consequens est, vt faciat partem, *ex ijs,*
quæ diximus in hoc cap.q.36. num.6. Denique,
cum fiscus succedat in locum, & ius damnati
3 † *l. actione 66.§.publicatione ff. pro soc. l.2.C.ad l.*
Iul.de vi. l.1. C.de bon. libert. Et scribunt Alex.
in l. si quis mihi bona. 25. §. seruus, vers si quis
planè. nu. 3 vers. vnde aliter responde, & ibi Ias.
num. 11. vers.in 3. parte ff. de acq.hered. Alex.in
l. si marito. 32.in prin.num.2. ff. sol.matr. Boss.in
tit. de publica.bono.n.13. Menoch.consi. 101.nu.
17. Pereg. de iur.fisc.lib.5. tit.1.num. 53. Surd.
decis.140. num. 19. debet per consequentias
eodem, quo ille, censeri iure *l. in facto 59.§.*
fin. ff.de cond. & dem.l.3.§.si posteriori ff.de iur.
fisc. Quo fit, vt, quemadmodum damnatus
coniunctum exclusisset, ita etiã eum debeat
excludere fiscus, At, si non venit in confisca-
tionẽ, magis est, vt excludatur fiscus, & por-
tio, vel ad ipsummet damnatum pertineat,
4 si sit capax † *l.certa forma.4.& ibi Bart. C.de*
iur. fisc. lib.10. l.1.§. filio, qui mortis, uers. nisi
forte ff.ad Treb.l.intercidit.58. ff.de cond.& dem.
Et scribunt Bald. *consi.24. vol.4. Ang. de malef.*
in verb.& eius bona publicamus, num.25.Castr.
consi.212.num 3.vers. vnde posita. vol.2. Ruin.
consi.23.num. 17. vers & alia ratione, & nume.
28.vers.quia ergo.& consi.25.nu.3.vol. 5. Pereg.
de iur fisc.d.lib.5.tit.1.nu.93.Farin.in sua prax.
crim.q.25.num.140. & q. 102.num. 20. vel ad
substitutos, aut coniunctos, aut ijs deficien-
tibus ad hæredes grauatos, aut ad venientes
5 ab intestato, si sit incapax, † *vt de substitutis*
docet Men.consi.101.num.25.& 33. De coniũ-
ctis uero Castr. d consi.56.num.2. uol.1.de here-
dibus demum grauatis, & uenientibus ab intestato
dicemus in 9. cap.q.8. num.10.& q. 9.num.55.

Quando autem damnatus post confisca-
tionem remaneat capax, vel fiat incapax, si
6 quæramus, † constat esse distinguendũ: Aut
enim confiscatio fit saluo statu, idest, salua ci-
uitate, vt euenit in relegato, qui retinet liber-
7 tatem, & ciuitatem † *l.relegatorum 7. §.siue ad*
tempus ff.de int. & releg. Paul.lib.3. sent. tit.4.§.
in insulam, Et non est dubium, quin remaneat
capax, tam eorum, quæ sunt iuris ciuilis, quã,
8 quæ iuris gentium † *l.relegati.4.ff.de int.& releg.*
§. relegati.inst. quib mod.ius patr. pot. sol. Et in
specie declarant Ias.in l.1.num .1. uers. 2. limita,
& ibi Sichar.num. 2.C.de hered. inst. Clar.in §.
testamentum q.22.num.3. & per consequentias
etiam successionum & emolumentorũ, quę,
vel ex testamẽto, vel ab intestato deferuntur,
9 † *l.certa.4.C.de iur fisc.lib.10. Paul.lib.3. sent.tit.*
4.§.in insulam. Et scribunt Ias in d.l.1.n.1.uers.
1.limitata, & ibi Bin. *de Plumb.in rep.nu.44.C.de*
hered. inst. Men.consi.271.num. 13. Farin. d.
q. 102.num.166. quippe, quæ iuris ciuilis sunt,
ut dicemus in hoc cap.q. 52. num. 58. Et ita in
specie declarant Bart. *in d.l.certa.4. in prin.& n.*
2.C.de iur. fisc. lib.10. Pereg.de iur. fisc. d. lib. 5.
tit.1.nu.133.uers.&, cum status. Aut verò non
fit saluo statu, & tunc, aut patitur maximam
capitis diminutionem, & sic amittit liberta-
10 tem, & ciuitatem † *l. ult. ff.de capit. minu.§.1.*
Inst.eod. vt euenit in damnato in metallum,
vel alio seruo pœnæ, qui libertatem amittit
11 † *l.eius qui.8.§.si cui ff.de testa.l. aut damnum.8.*
§ est pœna.& §.quicunque, & l.qui ultimo.29 ff.
de pœn.l.in metallum 12.ff.de iur. fisc.§ 1.instit.
de cap. dim. Et fit incapax, tam eorum, quæ
sunt iuris ciuilia, quam, quæ iuris gentium
12 † *d.l.in metallum. 12.ff.de iur. fisc.l. si in metallũ.*
3.ff.de his, quæ pro non script. hab. l. neque enim
14 §.1.uers.sed, si seruum ff. de mil test. l. si quis
mihi bona. 25. §. seruus, uers.si quis planè ff.de
acq.hered. §.pęnæ inst. quib.mod. ius patr. pot.
solu. Aut denique patitur mediam capitis di-
minutionem, & sic amittit ciuitatem, sed re-
13 tinet libertatem † *d.l.ult. ff.de cap.min.§ minor,*
inst. eo. vt euenit in eo, cui aqua, & igni inter
dictum est, siue deportato, qui in eius locum
successit, quippe, qui ciuitatem amittere di-
14 citur † *l.amissione.5. in prin. ff. de cap. min. l.in-*
ter pœnas. 6.in prin ff. de int & releg.l.1.§. capi-
tis minutio ff. ad Tert.l.1 §.ij.quibus ff. de leg.3.
§. cum autem Inst. quib.mod. ius patr. pot. solu.
Et tunc verius est, eum remanere capacem
eorum, quę sunt iuris gentium, sed fieri inca-
pacem eorum, quæ sunt iuris ciuilis *l.quidam*
sunt 17. ff. de pęn. & sic iuris succedendi, aut
ex testamento, aut ab intestato, *vt dicemus*
in hoc cap. q.52. nu.58.

Hinc intelligimus, quod supra dictum est;
& infra etiam dicetur, ea, quæ post confisca-
tionem acquiruntur, non ad fiscum, sed ad
ipsummet damnatum, si sit capax pertinere,
15 non posse intelligi † de eo, qui fit seruus pœ-
næ, quippe, qui est incapax, & nihil acquirere,
seu proprium habere potest, *vt dicemus in*
ead. q. 52. numer. 29. In deportato autem
16 esse intelligendum † respectu earum acquisi-
tionum, quæ fiunt ex causis iuris gentium, nõ
etiam respectu earum, quę fiunt ex causis ci-
uilibus, puta ex causa successionis, vel testa-
mentariæ, vel legitimæ: nam harum incapax
est,

est, *vt dicemus in eadem q 52. num. 53. & seqq.* Quinimo etiam respectu earum acquisitionum, quæ fiunt iure gentium, est intelligen-
17 dum † quandiu viuit, ita, vt de rebus postea acquisitis, non solum vtendo fruendo, sed etiam inter viuos alienando pro arbitrio disponere possit. Cœterùm post mortem, quia in ijs, nec testamentarium, nec legitimum, hæredem habere potest, quin etiam ea ad fiscum pertineant, dubitandum non est, *vt latè ostendemus in hoc cap. q. 49. num. 6. & seqq.* At
18 in relegatis procedet indistinctè, † scilicet, quia, cum relegati retineant omnia iura, tam ciuilia, quam gentium, fit, vt ex omnibus causis, & per consequentias, etiam ex causis defunctorum acquirere possint, *vt diximus supra numer. 8. & 9.* & in his tam testamentarium, quam legitimum habere hæredem,
19 cum, & testamenti factionem retineant † *d. l. eius, qui. 8. §. si eius ff. de testam. l. relegatorum. 7. §. siue ad tempus ff. de int. & releg. Paul. lib. 3. sent. tit. 4. §. in insulam. Et scribunt Bart. in d. § si cui num. 2. & ibi Bald. in prin. Imol. nume. 3. Clar. in §. testamentum q. 22. num. 3. Pereg. de iur. fisc. d. lib. 3. tit. 5. num. 14. Farin. d. q. 102. num. 165.* & ius hæreditatis etiā ab intestato relinquē-
20 dæ, † *vt scribit Nat. cons. 472. nu. 20.*

Nec obstat, si dicatur, hęc, quę de relegatis diximus, tametsi vera sint nō tamen ad confiscationis materiam, de qua loquimur, pertinere, cum relegatorum bona non publicen-
21 tur † *l. 1. l. relegati 4. & l. relegatorum. 7. § ad tempus ff. de interd. & releg. l. deportatorum 8. C. de pœn. l. in ratione 11. §. cum quidam ff. ad l. Falc. Bart. in l. 1. in prin. & num. 3. vers. nam relegato ff de bon. damn.* Vnde Ouid. qui fuerat in insulam ab Augusto relegatus, non deportatus, vt ipsemet profitetur lib. 2. de tristib. dum ait.

Quippe relegatus, non exul dicor ab illo

de se loquens eodem lib. 2. de trist. ita ad Augustum scribit

Insuper accedunt te non adimente paternæ.
Tamquam vita parum muneris esset, opes.

Et lib 5 & eleg. 5.

Nam. quod opes teneat patrias, quod nomina ciuis
Denique quod viuat, munus habere Dei
Ira quidem moderata tua est, vitamque dedisti.
Nec mihi ius ciuis, nec mihi nomen abist.
Nec mea est alijs concessa fortuna, nec exul,
Edictis verbis nominor ipse tui.

Et lib. 1. de pont. eleg. 8.

Nec vitam, nec opes, nec ademit posse reuerti.

quia respondeo, hoc esse regulare, sed non excludere, quominus etiam ad eos confiscationis materia possit adaptari, scilicet, quia possunt etiam relegatorum bona confiscari,
22 † *d. l relegati. 4. in fi. ff. de interd. & releg. l si quis aliquid. 38. §. qui abortionis, & §. si quis instrumentum ff. de pœn l nemo, vel in foro. 15. in fi. C. de Epis. aud. l. fin. in fi. C. de postul. Et declarant Clar in d. § testamentum q. 22. num. 3. Pereg. de iur. fisc. d. lib. 3. tit. 5. num. 13. Farin. d. q. 102. nu. 169.* Et, quod dicimus, non publicari, procee-
23 dit, † nisi specialiter aliud in sententia dictū sit *d. l. deportatorum 8. C. de pœn. l. si is, qui. 3. C. si pend. app. mors inter. Et in specie declarant. gl. in l. ea sola 98 ff. de reg. iur. Bart. in d. l. 1. nu. 3. vers. nam relegato ff. de bon. dam. Castr. in d. l. eius, qui 8 § si cui, nu. 5. vers. In text. ibi ff. de testa. Pereg. de Iur. fisc. d. lib. 3. tit. 5. nu. 16. vers. Item deportatus, Cuiac. ad l. ex ea parte. 121. ff. de verb. oblig.*

Quantobrem, & in bannito, qui regulariter eorum, quæ iuris communis sunt, capax intelligitur, *vt dicemus in hoc cap. q. 52. nume. 105.* rectè dicimus, si qua hæreditas, aut legatum, vel fideicommissum post confiscationē deferatur, non ad fiscum, aut alios, sed ad
24 ipsummet bannitum, pertinere, † *vt scribunt Bald. d. cons. 24. vol. 4. Castr. d. cons 212. num. 3. vers. vnde posito, vol. 2. Pereg de Iur. fisc. d. lib. 5. tit. 1. num. 133. Farin d. q. 25. num. 140. & d. q. 102. num. 6. & an. & latius ostendemus in eadem q. 52. num. 105.* At, si deferatur iure speciali illius ciuitatis, seu prouincię, a qua bānitus est, aut etiam iure communi, & finius in ijs, casibus, in quibus etiam eorum fit incapax, *secundum ea, quæ dicemus in eadem q. 52. num 98. & seqq.* magis est, vt non ad ipsum bannitum, neque ad fiscum pertineat, sed ad eos, de quibus supra diximus, nempe substitutos, vel cōiunctos, vel hæredes grauatos, vel venientes
25 ab intestato, † *vt de substitutis, & coniunctis, dicemus in eadem q. 52. num. 100. & 107. de hæredibus vero grauatis, & venientibus ab intestato dicemus in 9. cap. q. 8. num. 19 & q. 9. nu. 41. De fisco demum scribunt Menoch. cons. 101. nu. 36. Pereg d. lib. 5 tit. 1. num. 133. Farin. d. q. 25. nu. 139.*

Ex his apparet doctrinam Baldi *in. l. 3. nu.*
26 *2. C. de priuil. fisc.* dicentis, † cum quærimus, an in confiscationem veniant futura, distinguendum esse: Aut enim bona confiscata sūt saluo statu, & non veniunt, aut cum media capitis diminutione, & ciuiles acquisitiones veniunt confiscādæ, si acquirantur, alias nō, partim esse veram, partim falsam, & partim mancam: Est enim vera, quatenus ait, bona futura non venire in confiscationem, quę fit saluo statu, vt euenit in relegato, & bannito, qui respectu eorum, quæ iuris communis sūt,
27 vt plurimum ei comparatur, † *vt scribit Nat. d. cons. 472. num. 19.* Falsa, verò, quatenus ait, in confiscationem, quæ non saluo statu fit, venire ciuiles acquisitiones, si acquirantur, quia, cum eorum sit incapax damnatus, Consequens est, vt, nec acquirere, nec in ijs facere locum fisco possit, *secundum ea, quæ dicemus in hoc cap. q. 52. numer. 53. & seqq.* Sed ita scripsit Baldus eorum secutus opinionem, qui censuerunt, deportatum esse capacem, sed indignum, ideoque, si acquirat hæreditatem, aut legatum, posse fiscum ab eo, velut ab indigno auferre, quod tamen, vt a vero alienum, frequentiùs improbatum est, *vt ostendemus in d. q. 52. num. 53. & seqq.* Manca demum est doctrina, quatenus Baldus eas omittit acquisitiones, quæ fiunt iure gentium, vt pote, quæ, licet viuente damnato nō possint a fisco vindicari, possunt tamen post eius mortem, si de ijs inter viuos non disposuerit, *secundum ea, quæ dicemus in hoc cap. q. 49 num. 6. & seqq.*

Hinc nobis erit videndum, quādo pars dānati veniat, aut non veniat in confiscationem: Ita enim intelligemus, quando excludat ius accrescendi, & quando non. Constat autem in hac re quinque casus esse distinguēdos, quorum

Primus est, quando confiscatio secuta est

viuo

viuo testatore, siue eo, de cuius bonis agitur,
Et tunc certum est, in eam non venire partē
coniuncti,& per consequentias eam non per
28 tinere ad fiscum† *ut scribunt omnes, quos in ex,*
emplis referemus infra nu. 32. & seqq. quia con-
fiscatio ea tantum in eo implectitur quę tempo-
29 re,quo fit,damnato competunt † *l. eius qui 8.*
§ si cui & ibi Castr. num. ff de testa.l. certa for-
ma.4.C.de iur. fisc. lib 10. Bald in l. si mandauero.22.§ is,cuius,vers. & aduerte ff mand. Ang.
in l.quoties 14 num.6 ff de nouat & in l.2.num.
1 C.de bon proscr.Castr.cons.56 num.2.vol.1 &
cons.212.num.3 & 4.vers. nec etiam video vol.2.
Alex.cons.13 num.2. vol 1. Ias.in l si stipulatus
fuerim.76 § cum stipulamur, num.6 ff de verb.
oblig Clar.in § fin q 78 num.24 cuiusmodi nō
sunt ea, quæ testamento dantur, vel ab inte
stato deferūtur, quandiu viuit is, de cuius bo-
30 nis agitur † *l 1. § si impubere ff. de collat. bono.*
Quamobrem, si is postea moriatur, pertine-
bunt illa ad ipsummet damnatū,si sit capax,
vt supra dictum est, nec ea poterit fiscus vindi-
care,cum in confiscationem non veniāt bo-
31 na futura † *l. si mandauero 22 §.is, cuius, & ibi*
Bald.nu.1.& vers aduerte & in fi ff.mand.cap.
fœlicis.5.§ verum de pœn. in 6. Et scribunt gl. in
l.non ad ea.88 in verb præsens ff.de cond.& dem.
Bart in d l certa forma.4 num.5. C de Iur. fisc.
lib 10. Bald.in d.l eius qui 8. § si cui, in prin. &
ibi Castr. num.3.ff de testa. Bald in l.etiam.3.nu.
4.C.ad l F.sic. & in l vlt in fi.C.quæ res pign.obl.
non poss Ang.in l.3.§ illud,& ibi Alex num 2.
Dec.num.1.ff. quod quisque iur. Ang.de malef.
in verb. & eius bona publicamus,num.12. & 25.
Castr.d.cons.56 num 2,vol.1.& d cons.212.nu.
3.in prin.& vers.vnde posito.& num 4.vers.Nec
etiam video vol 2.Nell.de bann.in prima part. 2.
temp numer.18. Alex in d l.si stipulatus fuerim.
76.§.cum stipulamur num.4.& ibi Ias numer.6.
ff.de verb.oblig Alex.cons.75.nu.12.vol.1. Curt.
cons 190.num.17 vol.1. Dec. mihi cons. 234. nu.
3.cons.438.num.7.cons 442.nu 10. & cons. 445.
num.66 Ruin.cons.123.nu 2.& 4. vers sed præ
missis,& num.7.vol 4. Boss. in tit. de bon. public.
num.15.& 66.Clar in d § fin.q 78 nu 4. Nat.
d cons.472.num.4.& 5.Ceph.cons.321.num. 49.
Gomez tom.3.variar resol.cap.14 nu.1. Menoch.
cons.101.nu.24 Pereg de iur.fisc.lib.3. tit. 5. nu.
14.& lib.5.tit.1.num.93 & 132. Hond.cons. 5.
num.19.vol.2.Farin d q.25.nu.138. aut, si fa-
ctus sit incapax, ad eos pertinebunt, ad quos
ea quæ deficiunt, regulariter pertinere solent,
idest. substitutos, aut coniunctos, aut hæredes
grauatos, aut venientes ab intestato, *vt de sub-*
stitutis,& coniunctis dicemus in hoc cap.q.52 nu.
100.& 107.de hæredibus vero grauatis,& venie-
tibus ab intestato dicemus in 9.cap.q.8. num. 18.
& 19.& q.9.num.39.& 41. Huius rei exempla
sint.

Primum in hęreditate testamentaria: nam,
si testator aliquem instituat hæredem, siue sit
filius, siue extraneus, & is viuo testatore cō-
mittat aliquod delictum, propter quod eius
bona confiscentur, non poterit fiscus post
mortem testatoris hęreditatem iure confisca-
tionis vindicare, sed ea, vel ad ipsummet in-
stitutum, si sit capax, vel ad substitutos, aut
cohæredes, aut venientes ab intestato, si sit
32 incapax, pertinebit † *l. si in metallum. 3. vers. sed*
& si ff. de his, quæ pro non script. hab. Et in specie
scribunt Bald.in l. si quis mihi bona 25. § seruus,
vers.si quis plane . & ibi Imol. num.2. vers. in gl.
pro non scripto Alex.num 2.vers.in ea gl.ibi Ias.
num.11.vers in 3.parte ff.de acq hæred.Bened.de
Plumb in l.1.num.1.C.de hęr.inst.Farin.d.q.25.
num.139.

Secundum sit exemplum in hæreditate,
quę defertur ab intestato, siue sit paterna, siue
materna, siue quęuis alia: Nam, si confiscatio
sequatur viuo eo, de cuius bonis agitur, non
poterit fiscus post illius mortem ex persona
damnati hęreditatem vindicare, sed ea perti-
33 nebit ad illos, de quibus supra diximus† *l. 1.*
§.capitis minutio ff ad Tertul. Et scribunt Bald.
in l 3.num.2.C.de priu fisc Castr.d. cons.56. nu.
2.vol.1.& d.cons 212.num.1.& seqq.vol. 2. Ias.
in d.l.si stipulatus fuerim. 76. §. cum stipulamur,
nu.6.vers.hinc est ff.de verb.oblig. Dec. mihi cons.
445.num.66.Boss.in d.tit.de bon.public num.27.
Pereg de Iur fisc.d lib.5.tit.1. num. 133. Farin.
d.q.25.num.139.

Tertium exemplum sit in iure dicendi te-
stamentum nullum: Nam, si præteritus fuerit
viuo testatore condemnatus, non poterit fi-
scus post illius mortem dicere testamentum
nullum, sed hoc ius competet ipsemet dam-
nato, si sit capax, aliàs de testamento idem
statuetur, quod esset, si præteritus non esset in
34 rerum natura.† *Ita post Bald. in l. si qua pœna.*
7.ff.de his qui sunt sui, vel al. iur. scribunt Ias. in
l. si filius.7 n.12 ff.de lib.& posth. Fabia. in auth.
nouissima num.29.C.de inoff.testa. Boss.in d.tit.
de bono. publica. num. 17. vers. & quod de iure,
Pereg.de Iur.fisc.d lib.5.tit.1.num.85.in fi.

Quartum sit exemplum in querela: Nam,
si exhęredatus, aut cum causa pręteritus dam-
netur viuo testatore, non poterit post eius
mortem fiscus ex persona damnati propone-
re querelam, & euincere hæreditatem, sed ea,
vel ipsimet damnato dabitur, si sit capax,
vel accrescet alijs, aut ad sequentes gradus
35 pertinebit, si sit incapax, † *secundum ea, quæ di-*
ximus in 6.cap.q.30.num.2.& dicemus in 9 cap.
q.14.per tot.

Quintum sit exemplum in legitima: Nam
si viuo patre, aut matre damnetur filius, non
poterit etiā post eius mortē fiscus legitimā
filio debitam petere, sed ea, vel ipsimet filio
debebitur, si sit capax, vel insòlidum debebi-
tur alijs filijs, vel sequentibus gradib' defere-
tur, si sit incapax, aut his omnibus deficienti-
36 bus in hęreditate remanebit† *Ita scribūt Bald.*
in l.1.nu 4. vers. item non confiscatur C. de bon.
liber.Castr.d.cons.212.nu.1.& seqq vol. 2. Nell.
de bann.part.prima 2.temp.nu 33. Alex.d.cons.
75.num.9.vers.& ex hoc vol.1.Ias.in d. l.si stipu
latus fuerim.76.§.cum stipulamur, num. 6.vers.
hinc est ff.de verb oblig.Fabia.in auth.nouissima
num.28.& 29.C.de inoff. testa. Curt. Iun. cons.
182.num.9.Dec.cons.438.num.5. & 8. Ruin. d.
cons.123.num.4.vers sed præmissis, vol. 4. Pereg.
de Iur fisc.d.lib.5.tit.1.num.133.vers.& idem est
Farin.d.q.102.num.21.

Sextum sit exemplum in legatis, & fidei-
commissis ei relictis, cuius bona viuo testato-
re cōfiscata sunt: Nam, licet is postea moria-
tur, non tamen ea pertinebunt ad fiscum, sed
ad ipsummet vocatū si sit capax, vel ad sub-
stitutum, aut coniunctum, si sit incapax, aut
his deficientibus apud hęredem grauatum re

manebunt

37 manebūt † *l. in metallum. 12. ff. de iur. fisc. d. l. si*
in metallum. 3. uers. sed, & si ff. de his, quæ pro nō
scri. hab. & scribunt Ruin. d. cons. 12. num. 4.
uer. sed præmissis, uol. 4. Farin. d. q. 25. nu. 139.
Hoc enim est, quod dicimus, in confiscatio-
nem non venire legata, & fideicōmissa, quo-
38 rum dies nondum cesserat † *ut videre est apud*
Bal. in d. l. etiam. 3. n. 4. C. ad l. Falc. Nat. d. cons.
472. num. 5. scilicet, quia dies non cedit viuo
39 testatore, † *l. un. §. cum igitur in fin. C. de cad.*
toll. §. an seruo, inst. de legat.

Secundus vero casus est, quando confisca-
tio secuta est post mortem testatoris, sed ante
emolumenti delationem, vt euenit in inti-
bus conditionalibus, si pendente conditione
vocati bona publicentur. Et tunc similiter
certum est, ea non venire in confiscationem,
40 † *ut scribunt Bald. consil. 24. in fin. vol. 4. Ang.*
de malef. in verb. & eius bona publicamus, num.
12. Castr. d. consil. 212. num. 1. vol. 2. Nell. de
bann. d. prima part. 2. temp. num. 31. Alex. in d.
l. 3. §. illud quoque, num. 3. vers. quod limita. ff.
quod quisq; iur. in l. si quis mihi bona. 25. §. ser
uus, vers. si quis planè, in fi. ff. de acq. hæred. in l. si
marito. 32. in prin. num. 2. uers. an autem actio-
nes ff. solu. matr. & in addit. ad Bart. in l. quod
traditum 86. ff. de cond. & dem. Ias. in d. l. si sti-
pulatus fuerim 76. §. cum stipulamur, nu 6. vers.
hinc etiam est ff. de verb. oblig. Soc. Sen. cons. 275.
num. 18. & 19. vers. 3. vol. 2. Dec. mihi consi. 234.
num. 3. Nat. d. consil. 472. num. 16. uers. hanc ta-
men responsionem, Ceph. cons. 321. nu. 52. Gomez.
d. tom. 3. varia. resol. cap. 14. num. 2. vers. ex quo
notabiliter, Pereg. de iur. fisc. d. lib. 5. tit. 1. nu. 93.
Men. d. consil. 101. num. 25. Farin. d. q. 25. num.
41 *142.* quia, † cum tempore, quo sententia fer-
tur, non sint in bonis damnati *l. substitutio.*
42. ff. de acq. rer. dom. Consequens est, vt ad
fiscum pertinere nequeant, *per ea, quæ supra*
diximus. Quamobrem, si postea conditio
extiterit, pars damnato assignata, vel ad ipsū
met, si tunc temporis sit capax, vel ad substi-
tutos, aut cohæredes, seu coniunctos, vel ad
grauatos, aut venientes ab intestato, si sit in-
capax, pertinebit, *secundum ea, quæ supra dixi-*
mus. Idq; procedit in omnibus vltimis vo-
luntatibus.

Primum enim procedit in institutionibus
sub conditione factis, si pendente conditio-
ne damnetur institutus: nam, licet postea cō-
ditio extiterit, non tamen hæreditas ad fiscū;
sed ad eos, de quibus supra diximus, pertine-
42 bit, † *vt scribunt Gomez. d. tom. 3. varia. res. cap.*
14. nu. 2. vers. ex quo notabiliter, Farin. d. q. 25.
num. 143.

Secundo procedit etiam in substitutioni-
bus: Nam spes substitutionis non transfertur
43 in fiscum, † *vt scribunt, Ang. de malef. in verb.*
& eius bona publicamus, num. 12. Alex. in addit.
ad Bart. in d. l. quod traditum. 86. ff. de cond. &
dem. Nat. d. consil. 472. num. 6. Boss. in d. tit. de
bon. publica. num. 18. Farin. d. q. 25. num. 144.
siue substitutio sit vulgaris, siue pupillaris, *vt*
de pupillari scribunt Boss. in d. tit. de bono. public.
num. 18. Peregr. de Iur. fisc. d. lib. 5. tit. 1. nu. 94.

Tertio procedit in legatis, & fideicommis-
sis, si pendente conditione vocati bona pu-
44 blicentur † *l. intercidit. 58. ff. de cond. & dem. Et*
scribunt gl. in l. non ad ea 88. in verb. præsenti ff.
eod. Bart. in d. l. quod traditum. 86. num. 2. & ibi
Alex. in addit. ff. eod. Ang. de malef. in d. verb.
& eius bona publicamus, num. 12. Roma consil.
247. num. 1 & 2. Alex. in d. l. si marito. 32. in
prin. numer. 2. vers. an autem actiones ff. solu.
matr. Gomez. d. tom. 3. varia resol. cap. 14. num.
2. vers. ex quo notabiliter, Pereg. de iur. fisc. d. lib.
5. tit. 1. num. 93 & 132. Farin. d. q. 25. num. 143.
Nam, nec spes fideicommissi, seu fideicom-
missariæ substitutionis transmittitur in fiscū,
45 † *ut scribunt Soc. Sen. d. cons. 275. num. 18. vol.*
2. Dec. d. consil. 234 num. 3. & cons. 438. num. 10.
vers. 3. conclusio, Nat. d. consil. 472. nu. 10. & 16.
vers. hanc tamen responsionem, Boss. in d. tit. de
bono. publica. num. 15. vers. sed dic, & numer. 18.
Pereg. de iur. fisc. d. lib. 5. tit. 1. num. 94. Farin. d.
q. 25. num. 144.

Tertius casus est, quando confiscatio secu
ta est post mortem testatoris, & emolumenti
delationem, sed ante acquisitionē, & tracta-
mus de iuribus, quæ in extraneos hæredes
non transmittuntur. Et certum est, ea non
venire in confiscationem, nec transire in fi
46 scum, † *ex regula, quam tradunt Bart. in l. iura*
libertorum. 4. ff. de iur. patro. in l. si finita. 15. § si
de vectigalibus num. 6. ff. de damn. inf. in l. cum,
qui 3. in prin. ff. de interd. & releg. & in l. 1. & ibi
Bald num. 2. vers. dic ergo C. de bon. libert. Ang.
in l. eorum 9 ff. ad l. Iul. maiest. Roma. consil 247.
num. 1. in fi. Alex. consi. 23. num. 3. vers. 2. proba-
tur vol. 1. Soc. Sen. cons. 121. nu. 17. vol 4. Ruin.
d. cons. 23. num. 24. & consil. 24. num. 12. vol. 5.
Dec. in l. ea sola 97. nu. 2. vers. vel 2. ff. de reg. iur.
Alcia. consil. 67. nu. 8. lib. 9. ubi testatur, hanc esse
communem, & veram conclusionem Boss. in d. tit.
de bono. publica. num. 16. Boer decis. 218. num. 6.
Roll. consil. 29. num. 19. vol. 3 Men d. consi. 101.
num. 15. Pereg. de iur. fisc. d. lib. 5. tit. 1. nu. 68.
Exempla sunt

Primum in hæreditate delata, sed non adi-
ta: Nam hęc, vt in extraneos hæredes post
annum non transfertur, *sicut diximus in hoc*
47 *cap. q. 41. num. 36.* ita neque in fiscum † *l. 1. §.*
filio, qui mortis, & §. capitis minutio ff. ad Tert.
Et scribunt Bald. in l. si quis mihi bona 25. §. ser
uus, vers. si quis planè, & ibi Imol. num. 2. vers.
idem, si post mortem, Alex. num. 2. vers. Idem, si
post mortem ff. de acq. hæred. Bald. in d. l. 3. nu. 2.
C. de priuil. fisc. Nell. de bannit. d. prima part. 2.
temp. num. 30. Dec. in d. l. 3. §. illud quoque num.
2. ff. quod quisque iur. & consil. 438. numer. 8.
& 11. consil. 442. numer. 18. & 19. & consil.
445. num. 66. Ruin. d. cons. 23. numer. 25. vers.
sed tamen contrarium & d. consi. 25. in prin. &
num. 4. vers. quo autem, vol. 5. Nat. d. consil. 472.
num. 12. Ceph d. cons. 321. num. 24 & 50. ubi ait,
hoc procedere nemine discrepante, & n. 61. Pereg.
de iur. fisc. d. lib. 5. tit. 1. num. 95. Sura. decis. 140.
num. 7. Men. cons. 91. num. 4 & 10. Farin. d. q.
25. num. 141. nisi in ijs casibus, quos refere-
mus *infra num. 52. & seqq.*

Nec obstat, quod ius adeundi transeat in
fiscum, *vt dicemus in hoc cap. q. 58. nu. 26.* quia
id verum est, quando fiscus succedit in locū
indigni, ne alioqnin in eius facultate sit adi-
tionem recusando illum fraudare, *ut dicemus*
ibi num. 27. & 61. Cæterùm, quando succedit
in locum damnati verius est, adire nō posse,
quia ius adeundi, vt in extraneum hæredem
48 non transfertur, ita nec in fiscum, † *vt scri-*
bunt Nell. de bannit. d. prima part. 2. temp. num.
30. vers.

30. vers. si [illegible] *itur, Dec. in d. l. 3. §. illud quoque, num. 1. vers. & ex hac ff quod quisque iur. & d. consil. 438. num. 5. d. cons. 442. nu. 17. vers. & ista conclusio. Ruin d. cons. 23. num. 16. vers. 2. principaliter, vol. 5. Ceph d. cons. 321. num. 25. & seqq. vsque ad num. 62. Boss. in d. tit. de bon. publica. n. 16. Clar. in d. § fin. q. 78. num. 25. vers. tu vero dic, Surd. d. decis. 140 num. 19. Farin. d. q. 25. n. 141.*
Quamobrem, si reus pro parte hæres institutus repudiet etiam, post citationem, & fugã, eius portio non pertinebit ad fiscum, tamquã eum, in quem ius adeũdi non transfertur, sed accresceret cohæredi, *vt rectè consuluit Barbat. consil. 22. num. 9. vol. 3. quem sequitur Purp. in d. l. vn. num. 92. C. quand. non pet. part.*

Secundum exemplum sit in querela non præparata, quę non transmittitur in extraneũ
49 hæredem † *l. posthumus 6. § fin. cum. l. seq. ff. de inoff. test. l. scimus 36 in fin. C. eod.* ideoq; neq;
50 in fiscum transfertur, † *vt scribit Boss. in d. tit. de bon. public. num. 17. vers. sic etiam.*

Quartus casus est quando confiscatio secuta est post mortem testatoris, & emolumẽti delationem, sed ante acquisitionem, & tractamus de iuribus, quę etiam in extraneos hęredes transmittuntur, Et tunc verius est, ea venire in confiscationem, & ad fiscum per-
51 tinere, † *ex regula, quam tradunt gl. in l. 1. in verb. hostis, & ibi Bart. & Bald. n. 2. vers. dic ergo C. de bon lib. Bart. in l. eum, qui 3. in prin. ff. de int. & rel. in l. iura libertorum. 4. ff de iur. patr. in l. si finita. 15. §. si de vectigalibus num. 6. ff. de damn. inf. Dec. in d. l. ea sola. 97. num. 2. vers. vel 2. ff. de reg. iur Ceph. d. consil. 321. num. 64. Clar. in d. § fin. q. 78 num. 7. Pereg. de iur. fisc. d. lib. 5. tit. 1. num. 68. & 84.* Exempla sint

Primum in hæreditate non adita, quibus casibus in hæredes transmittitur: nam in ijs
52 etiam in fiscum transferetur, † *vt scribunt Ias. in d. l. si quis mihi bona. 25. § iussus. nu. 11. vers. in tertia parte ff. de acq. hęred. Boss. in d. tit. de bono. publica. num. 16. Clar. in d. §. fi. q. 78. num. 25. vers. tu vero dic, Farin. d. q. 25. n. 141.* Itaq; si damnatus erat suus, quia ex potentia suitatis poterat in quoscunque hæredes etiam extraneos transferre hæreditatem, quantumuis non agnitam, *vt diximus in hoc cap. q. 41. num. 91.* ideo etiam in fiscum eam transmisisse in-
53 telligetur, † *vt rectè scripsit Pereg. de iur. fisc. d. lib. 5. tit. 1. num. 84. Et est de mente Boss. in d. tit. de bono. publica num. 28.* Et, quamuis in banni-
54 to, qui capax est, contrariũ scripserint † *Nell. d. prima part. 2. temp. num. 30. vers. Item, nec in fuo, Dec. d. cons. 442. num. 14. vers. nam hæreditati, Ruin. d. consi. 23. num 17. & d. consi. 25. num. 2. & 3. vol. 5.* verius tamen est, quod supra diximus. Idem est, &, si confiscatio sit secuta intra tempus deliberandi; nam, vt in hæredẽ extraneum *l. cum in antiquioribus 19. C. de iur. delib.* ita, & in fiscum fiet transmissio, † *ut scri-*
55 *bunt Bald. in d. l. si quis mihi bona. 25. §. iussus, vers. si quis plane, & ibi Imol. num. 2. vers. idem, si post mortem, Alex. num. 2. vers. idẽ, si post mortem, Ias. num. 11. vers. in tertia parte, vbi testatur, hanc esse communem ff. de acq. hæred. Boss. in d. tit. de bono. publica. num. 17. Ceph. d. cons. 321. num. 65. vbi ait, ita dici magis communiter, & Pereg. de iur. fisc. d. lib. 5. tit. 1. num 84.* Et, quãuis etiã hoc in incapace restringant, & aliud in capace, puta bannito seruandum arbitrẽ-
56 tur [illegible] *Nell. d. prima par.* [illegible] *& [illegible] ud puto uerius Ruin* [illegible] *uers. & ex his* [illegible] *itur &* [illegible] *2. num. 3. uer.* [illegible] *dici po* [illegible] men a super orc [illegible] nien [illegible] tecepnor recedendum. Plane, si post tempus deliberandi sequatur confiscatio, quemadmodum hæreditas non posset [illegible] ferri in extraneũ transmissa *d. l. cum in antiquioribus*, ita nec in fiscum trasmissa intel[illegible] *ut scribunt Bald. in d. l. si quis mihi bona* [illegible] *seruus. uers. si quis plane, & ibi Imo* [illegible] *nu. 2 Idem, si post mortem, Alex. num. 2. uer* [illegible] *gl. ibi.*

Secundum exemplum sit in iure [illegible] testamentum nullum: nam & ho[illegible]
57 transfertur, † *ut scribunt Boss. in d. tit. de b*[illegible] *publica. num. 17. uers. & quid de iure, Pere*[illegible] *Iur. fisc. d. lib. 5. tit. 1. nu. 84.* Nec obstat, quod hoc ius non transmittatur in extraneos hęre-
58 des, † *ut censuerunt Ias. in l. cum mota. 6. num. 16. uers. puto C. de transact. Alcia. consil. 67. nu 7. lib. 9.* ideoq; nec videatur transire in fiscũ,
59 † *per ea, quæ supra diximus, Et in specie censuit Alc. d. consil. 67. nu. 6. & 7. lib. 9.* quia hoc verum est, si tale ius competat ijs, qui non sunt sui hęredes, puta liberis emancipatis, vel a matre, auoùe materno præteritis, in quibus terminis fateor nec transire in fiscum Cęterum, si competat suo, magis est, vt [illegible] hæreditatis, & ipsum ius dice[illegible] quoscunque hæredes, & per co[illegible]
60 etiam in fiscum transmittatur. † [illegible] *Bald. in l. filio præterito. 17. in fin & ibi* [illegible] *n. 65. in fin. ff. de iniust. rupt. Boss in d. tit. de bono. publ. num. 17. uers. & quid de iure. Et ita tollitur dubitatio Pereg. d. lib. 5. tit. 1. nu. 85.*

Tertium sit exemplum in contratabulas bonorum possessione: nam hæc, quia a pari procedit cum iure dicẽdi testamentum nullum *l. non putauit. 8. in prin ff. de bon. poss. contratab.* ideo eius exemplo, & in extraneum hæredem, & per consequentias etiam in fiscu
61 transmittetur, † *secundum Boss. in d. tit. de bono. publ. num. 17. uers. &, quo ad bonorum possessionem.*
62 Sed hæc opinio mihi nõ videtur vera, † quia longe alia est ratio iuris dicendi testamentũ nullum, alia bonorum possessionis contratabulas: nam illud ideo transmittitur in hæredes, quia datur suis, qui sunt hæredes ipso iure *l. in suis. 14 ff. de suis, & legit:* At hæc ratio cessat in bonorum possessione contratabulas, quippe, quę nemini ipso iure acquiritur *l. 3. § inuito ff. de bon. poss.* Debet igitur in ea cessare transmissio. Quamobrem, licet hæreditas ex potẽtia suitatis transmittatur in quoscunque hæredes, etiam extraneos, & per consequens etiam in fiscum, *vt supra dictum est*, eaque ratione transeat etiam ius dicendi testamentũ nullum, quod ex ea causa proficiscitur, non tamen ex eadem potentia transmittetur cõ-
63 tratabulas bonorum possessio, † vt pote, quæ ipso iure non acquiritur, *vt supra dictum est.*

Nec obstat, quod hæc pari cum illo passu ambulet, quia hoc verùm est respectu [illegible] narum, quibus competit: Datur enim [illegible] tantum, qui iure ciuili possent dicere testamentum nullum, si non essent capite [illegible] *l. illud 4. §. ad testamenta, & d. l. non putauit 8. in prin.*

princ. ff. de bon. poss. contra tab. Cœterùm respe-
ctu acquisitionis & per consequentias etiam
trāsmissionis, q̄ ab acquisitione pendet, magis
est, † hæc multum ab illo differat, *secundum*
ea, quę supra diximus

Quartum exemplum fit in iure petendi le-
gitimam, siue legitimæ supplementum, quod
ad quoscunque hæredes etiam extraneos trā-
fertur, *ut diximus in hoc cap. q. 41. num.* 84. nam
64 & hoc in fiscum transmittetur, † *uti uidere est*
apud Pereg. de Iur. fisc. d. lib. 5. tit. 1. num. 79. &
84.

Quintum exemplum fit in querela inoffi-
ciosi testamenti. Nam hæc, si fuerit præpara-
ta transmittitur in hæredes etiam extraneos
d. l. posthum. 6. §. ult. et l. seq. ff. de inoff. d. l. scimus.
36. *in fi. C. eo.* & per consequentias etiam in fi-
65 scum, † qui loco extranei hęredis est, *ut supra*
diximus.

Sextum fit exemplum in legatis, & fideicō-
missis puris, aut purificatis, siue sint particu a-
ria, siue etiam vniuersalia: nam hæc, vt in
quoscunque hæredes transmittitur, *sicuti di-*
ximus in hoc cap. q. 41. num. 56. ita etiam tran-
66 seunt in fiscum, † *ut docet Pereg. d. lib. 5. tit. 1. nu.*
84. *tametsi contrarium in fideicommissis uniuer-*
uersalibus, & male censuerint Dec. cons. 438. *nu.*
11. *& Nat. d. cons* 472. *num.* 11. *& seqq ubi ta-*
men ualde dubitat, & num. 14.

Nec obstat, quod adhuc repudiari possint,
ut dicemus in 8. *cap. q.* 4. *nu.* 4. quia hoc in pro-
67 posito fieri non poterit: † Nam, aut damnatus
factus est incapax, & cum respectu eorum,
quæ iuris ciuilis sunt, habeatur pro mortuo,
iam amplius nec velle, nec nolle poterit, sed
voluntas aut noluntas debebit a fisco depen-
dere, qui exemplo hęredis, in quem legata,
aut fideicommissa translata sunt, poterit, aut
68 agnoscere, aut respuere relictum. † *ut de hęre-*
de diximus in hoc ipso cap q. 41. nu. 58. aut verò
damnatus remanet capax, &, cum per diei
cessionem ius censeatur fisco quæsitū si reus
velit postea illud repudiare, cēlebitur id facc-
re in fraudem fisci, quod ei facere permissum
non est *l. in fraudem. 45. in prin. uers. idemque ff.*
de iur fisc.

Planè, si ante confiscationem repudiaret,
quin (amoto dolo, & fraude) valeat repudia-
69 tio, & noceat fisco, † vt nocet creditoribus *l.*
qui autem. 5. in prin. uers. proinde, & uers. sed &
illud ff. quæ in fraud. cred. dubitandum non est.
Et ita scribit Boss in d. tit. de bon. publi. num. 29.
uers. sed dic.

Quintus, & vltimus casus est, quando con-
fiscatio secuta est post mortem testatoris, &
emolumenti acquisitionem, puta post aditā
hęreditatem, Et tunc res caret dubio: nā cer-
tum est, bona ita acquisita venire in confisca-
70 tionem, † *uti uidere est apud Bald. in d. l. 3.*
num 2. C. de priuil fisc Bened. de Planb. in d. l. 1.
nu. 1. C. de hæred. Inst. Boss. in d. tit. de bon. publica.
num. 28. vt pote, in quam veniunt omnia, quę
sunt in bonis damnati, quo tempore confi-
71 scatio fit † *l. eius, qui. 8. §. si cuis ff. de testa. l. in me-*
tallum. 4. C. de bon. proscrip. l. 1. C. de bon. libert. l.
certa forma. 4. & ibi glo. in verb. statutum est C.
de iur. fisc. lib. 10. Et scribunt Bald. in d l. 3. num.
2. C. de priuil. fisc. Menoch. d. cons. 101. num. 3a.
Pereg. d. lib. 5. tit. 1. num. 132. Quamobrem non
erit tractandum de iurę accrescendi, quippe,
quod per acquisitionem a coniuncto, seu co
hærede factam censetur extinctum, *ut dice-*
mus in hoc cap. q. 59. num. 46. Et hæc de fisco
veniente iure confiscationis.

SVVMMARIVM.

1 *Coniunctus, a quo, uelut ab indigno fiscus aufert, facit partem, & cur, num. 3. & seqq. Declara, ut num.* 8.

2 *Fiscus auferens partem a coniuncto, uelut ab indigno excludit ius accrescendi, & cur, num. 3. & seqq. Declara, ut num.* 8.

4 *Fiscus auferens ab indigno succedit in illius locum.*

An, & quando coniunctus, a quo, velut ab indigno fiscus aufert, faciat partem.

Quæstio Quadragessimaseptima.

TRanseamus nunc ad quartam, & vl-
timā quæstionem, & videamus an,
si ex duobus hæredibus, aut legata-
rijs, vel fideicommissarijs, aut dona
tarijs causa mortis vnus sit indignus, & ab eo
fiscus auferat, faciat is coniuncto partem, &
sic excludat ius accrescendi, Et certum est, fa-
1 cere partem, † *ut scribunt Bart. in l. huiusmodi.*
86. §. si Titio. & Moeuio. uers. tertius casus, & ibi
Bald. uers. circa hoc ff. de leg. primo Bart. in l. si
Titio. 7. & ibi Imol. in princ. ff. de leg. 2. Crott. in
d. l. re coniunctis, num. 72. & ibi Polit. nu. 48. uers.
quoad quartum, Rip. num. 140. uers Quartus,
Crass. in d. §. ius accrescendi q. 16. num. 4. & sic
impedire, ne ius accrescendi locum habeat,
2 † *uti uidere est apud Bart. in l. si q s. cū testamētū 25.*
n. 6. ff. de testa. in d. l. si Titio. 7. ff. de leg. 2. et in l. si is,
q. duos. 30. n. 2. ff. de lib. leg. Imol in l leg. stu 119. §.
1. in fi ff. de leg. primo Castr. in l. hęreditat. 4. num.
1. & ibi Ias. in prin. C. de his quib. ut indig. Barba.
cons. 8. nu. 4. vers. facit etiam, uol. 3. Eman Zoar.
in suo thesau. recep. sent. in uers. accrescendi ius,
Gomez. tom. 1. uar. res. cap. 10 num. 29 uers. ad-
uertendum, & num. 30. Crass in d. §. Ius, accre-
scendi q. 16. num. 4 et seqq. Hoto. cons. 31. num. 29.
Cuiac. ad l. 3. ff de his, quę in test. del. Andr. Facb.
lib. 4. c. 96 in fi. Nā hoc apertè significant *l. por-*
tiones 21. ff. de his. quib. ut ind. l. 2. l hęreditas 4.
& l. alia. 8. C. eod. l. his consequēter 18. § 1. ff. fam.
ercis. l. ult. ff. ad. Syllan. in quibus scribitur, si cū
ab indigno auferre partē hęreditatis ei quę-
sitam, vel ex testamēto, vel ab intestato: Sup-
ponunt enim illam haud dubiè nō accresce-
3 re cohæredi. Et ratio est, quia, † cum indignus
ad suam portionem admittatur, *ut ostendemus*
in q. seq. num. 18. & seqq. Consequens est, vt fa-
ciat partem, & sic excludat ius accrescendi,
ex regula, quam retulimus in hoc cap. q. 21. num.
10. *& seqq.* Nec obstat, quod non admittatur
cum effectu, cum ei rem fiscus auferat, *vt dice-*
mus in eadem q. seq. num. 9. quia non per hoc
debet fieri locus iuri accrescendi: Nam, aut
consideramus actum acquisitionis, &, cū per
se admittatur ad partem, Consequens est, vt
faciat partem, *ut dictum est.* Aut verò consi-

deramus acquisitionis effectum, &, cum ad-
mittatur per alium qui in ipsius locum suc-
4 cedit † *l. alia. 8. C. de his quib. ut ind. Et scribunt*
Pereg. de iur. fisc. lib. 2. tit. 2. num. 17. Conna. lib.
10. comment. cap. 7 num 5. uers. Est, &, cum non
est haeres, Cumc. ad l. ex parte. 2 .. in fin. ff. de adim.
leg. in 6. lib. respon. Papin. debet etiam per con-
sequentias facere partem, & sic excludere ius
5 accrescendi † *ex alia regula, quam retulimus in*
hoc ipso cap. q. 36. num. 6. & q. 40. num. 2. Ita ra-
tiocinantur Bart. in d. l. si is, qui duos. 30. num. 2.
ff. de lib. lega. Ias. in d. l. huiusmodi. 86. § si Titio, &
Mocuio, num. 10. uers. aduerte ff. de leg. primo,
Crott. in d. l. re coniuncti, num. 72. & ibi Polit.
num 48. uers. quoad quartum, Rip. num. 140.
uers. Quartus. Et vero, cum fiscus auferens ab
indigno excludat substitutum, *ut ostendemus*
in hoc cap q. 58. nu. 4. qui cōiuncto potior est,
ut dicemus in 10. cap. q. 20 num. 14. Consequens
est, vt multo magis excludat coniunctum,
6 quia † si vinco vincentem te, multo fortius
te *l. de accessionibus. 14 ff. de diu. & temp. praescrip.*
Denique, cum portio, quę indigno aufertur,
non deficiat ipso iure, scilicet, quia capitur ab
indigno, licet ei postea auferatur, *ut ostēdemus*
in q. seq, num 18. & seqq. Consequens est, vt ius
7 accrescendi locum habere nequeat, † quippe,
quod inter alia requirit, vt ipso iure portio
deficiat, *sicut retulimus in hoc cap. q. 38. num.*
122. Ita ratiocinantur Castrens. in d. l. heredi-
tas. 4. num. 1. uers. ex hoc sequitur, & ibi Ias. in
prin. C. de his quib. ut indig.
8 Sed hæc intelligenda sunt, si † concurrant
tria, quæ sunt necessaria ad hoc, vt fisco locus
fiat, Primo, quod coniunctus verè, & propriè
sit indignus, non etiam incapax. Secundo,
quod indignitas cōtracta sit eo tempore, quo
potuerit fieri locus fisco. Tertio demū, quod
in indigno concurrat habitus, aut saltem suf-
ficiens acquisitionis potentia: Vno enim ex
his deficiente non poterit esse locus fisco, sed
ijs, ad quos aliàs bona pertinere solent, *secun-*
dum ea, quæ dicemus in 9. cap. q. 1. num. 6. &
seqq.

S V M M A R I V M.

1 *Personarum, quibus in testamento relinquitur, quot sint genera.*
2 *Capaces simpliciter qui dicantur.*
3 *Capaces simpliciter, nec propriè, nec impropriè dici possunt indigni.*
4 *Incapaces simpliciter, nec propriè, nec impropriè dici possunt indigni.*
5 *Indigni incapaces qui dicantur.*
6 *Incapaces impropriè dicuntur indigni.*
7 *Incapaces dicuntur indigni non priuatiuè, sed cōtrariè.*
8 *Incapaces dicuntur indigni, qui habent contra se voluntatem legis, non translatiuam, sed agnitionis, siue acquisitionis impeditiuam.*
9 *Indigni dicuntur, a quibus fiscus aufert.*
10 *Indigni propriè, qui?*
11 *Indigni priuatiuè qui?*
12 *Indigni habent contra se voluntatem legis translatiuam.*
13 *Indigni differunt ab incapacibus.*
14 *Incapaces non solum non capiunt rem effectu, sed, ne quidem ipso iure.*
15 *Incapaces non possunt adire.*
16 *Incapaces adeundo non fiunt heredes.*
17 *Incapaces, & tituli, & emolumenti incapaces sunt.*
18 *Indigni acquirunt dominium, & possessionem.*
19 *Priuatio in indigno supponit habitum, & num. 42.*
20 *Indigni capiunt ipso iure, sed non cum effectu.*
21 *Declaratur Bald. in l. eam, quam. 14. num. 18. C. de fideic.*
22 *Indignus potest adire.*
23 *Indignus adeundo efficitur hæres.*
24 *Indignus adeundo consequitur omnia iura, omnesque actiones hæreditarias.*
25 *Indignus, a quo fiscus abstulit, remanet hæres nominis.*
26 *Hæres, qui semel est, non potest desinere esse hæres.*
27 *Indigno fiscus aufert emolumentum, & vtilitatē hæreditatis.*
28 *Indignus, a quo fiscus abstulit, non habet effectum hæreditatis, siue successionis.*
29 *Indignus, a quo fiscus abstulit, remanet hæres nudo nomine.*
30 *Indignus a quo fiscus abstulit, non habet rem.*
31 *Indigno denegantur actiones hæreditaria.*
32 *Fiscus qui abstulit ab indigno, nō est verè, & propriè hæres.*
33 *Indignus est capax tituli, sed non emolumenti.*
34 *Indignus, si instituatur, vel vocetur ad legatum, aut fideicommissum, valet dispositio.*
34 *Indignus si instituatur, vel vocetur ad legatum, vel fideicommissum, valet dispositio.*
35 *Incapace vocato cur non valeat dispositio, sed habeatur pro non scripta.*
36 *Incapaci quod relinquitur, non applicatur fisco, & cur. num. 41. & seqq. Fallit vt num. 46. vers. 1. & seqq.*
37 *Fisco locus non fit in ijs, quæ pro non scriptis habentur.*
38 *Indigno incapaci, quod relinquitur, non applicatur fisco, & cur, num. 41. & seqq.*
39 *Indignitas, & incapacitas, vbi in eundem concurrunt, attenditur incapacitas.*
40 *Indigno, quod relinquitur, applicatur fisco, & cur, num. 45. Declara, vt num. 47. & seqq.*
43 *Fiscus non aufert, nisi ei, qui habet.*
44 *Fiscus ad hoc, vt possit auferre, requiritur, vt indignus habeat.*
46 *Turpia lucra sunt ab hæredibus extorquenda.*
47 *Indigno quod aufertur, quando fisco applicetur, & quando non, & num. 48.*
49 *Fiscus non aufert, nisi in casibus a iure expressis.*
50 *Indignus nemo censetur, nisi in casibus a iure expressis.*
51 *Indignus absque sui vitio, culpa, seu delicto, non facit locum fisco.*
52 *Incapax etiam ex proprio delicto non facit locum fisco.*
53 *Indignus ex verò, & proprio delicto facit locum fisco.*
54 *Indignus ex proprio delicto, seu vitio, & culpa facit locum fisco, Declara, vt num. 55.*
56 *Indignus non propter verum delictum, sed propter malos mores non facit locum fisco, Sed contra num. 58.*
57 *Mulier, quæ intra annum luctus transit ad secunda vota, non committit verum, & propriū delictum.*
59 *Indignus priuatus ex dispositione testatoris pro-*
pter

pter inobedientiam non facit locum fisco.
60 *Indignus priuatus propter inobedientiam prætedente munitione iudicis non facit locum fisco.*
61 *Indigno, quod aufertur contemplatione certæ personæ, illi non fisco applicatur.*
62 *Incapax non potest capere, etiam si taceant illi, ad quos relictum pertinere debet.*
63 *Indignus, quandiu fiscus non aufert, retinet.*
64 *Indignus, si fiscus auferre nolit, retinet in perpetuum.*
65 *Indignitatem nemo potest obijcere, nisi fiscus.*

Qui propriè dicantur indigni, & qualiter ab incapacibus distinguantur.

Quæstio Quadragesimaoctaua.

PRimum igitur omnium, vt fisco locus fiat, requiritur, vt is, a quo debet auferri, sit verè, & propriè indignus, idest, capax acquisitionis, licet non retentionis, si fiscus rem auferre velit, *secundum ea, q̃ dicemus infr. n. 18. & seqq.* Nã, si esset incapax, nõ posset fiscus ex eius psona facere partẽ, etsic excludere ius accrescendi, *per ea, quæ dicemus infra nu. 36. & seqq.* Quamobrem dispiciamus qui verè, & propriè dicantur indigni.

Eorum autem omnium, de quibus quæstio
1 esse potest, quatuor sunt genera; † Quidam enim sunt simpliciter capaces, quidam verò simpliciter incapaces, quidam indigni incapaces, quidam demum indigni capaces.

Simpliciter capaces dicuntur, qui inspecta sui qualitate, & habilitate possunt ex morientium causis acquirere, & acquisita retinere, *vt declarat Dec. in l. non videtur 51. num. 3. ff. de reg. iur.* cuiusmodi regulariter sunt omnes, eõ
2 quibus testamenti factio est † *l. filius fa. 16. ff. de testa. §. testamenti, Inst. de hered. qual. & diff. §. legari, inst. de legat.* Et hi, nec propriè, nec im
3 propriè dici possunt indigni, † scilicet, quia nulla potest in eis considerari qualitas, quæ reddat eos minus dignos ijs emolumẽtis, quę propter alterius mortem deferuntur. Quamobrem non faciunt locum fisco, siue capiant, siue nõ capiant id, quod sibi relictum est: Nã, si capiant, poterunt id retinere, & ad suos heredes transferre, *iuxta dicenda, quæ dicemus in hoc cap. q. 41. num. 104. & dicemus in q. 59. num. 13. & seqq.* Si vero non capiant, non ad fiscum id pertinebit, sed ad eos, ad quos ea, quæ deficiunt, regulariter pertinere solent, idest, substitutos, vel coniunctos, vel heredes grauatos, vel venientes ab intestato *secundum ea, quę dicemus in 9. cap. q. 1. num. 6. & seqq. Et specialiter de substitutis, & coniunctis diximus in hoc cap. q. 21. n. 25. & 27. De heredibus vero grauatis, & venientibus ab intestato dicemus in 9. cap. q. 8. nu. 3. & seqq. & q. 9. per tot.*

Simpliciter verò incapaces dicuntur, qui nullo modo possunt ex defunctorum causis acquirere, non propter aliquod sui demeritũ, aut aliquam qualitatem, quæ reddat eos minus dignos ijs emolumentis quę propter alio rum mortem solent deferri, sed propter aliã causam extrinsecam, quæ reddit eos inhabiles ad acquirendum, ex inmodi sunt fratres minores, & cap. iur, *de quibus dicemus in hoc t. q. 52. num. 2. & 5.* Et hi similiter, nec propriè,
4 nec impropriè dici possunt indigni, † quia causa, quæ repellit illos ab acquisitione, non continet demeritum aut personæ notam, ex qua q̃s minus dignus cẽseri possit. Quamobtem, nec hi faciunt locum fisco a ijs, de quibus supra diximus *vt ex ijs patebit, quę dicemus in eadem q. 52. num. 4. & seqq.*

Indigni incapaces dicuntur, qui propter culpam, seu vitium, aut delictum, vel proprium vel alienum capere non possunt, quod sibi relictum est, vt naturales spurij, serui pœnæ, deportati & id genus alij *de quibus dicemus in eadem q. 52. num. 28. & seqq.* Et hi, licet, vt pluri-
5 mum indigni nuncupentur † *vt in l. aufertur 46. in prin. ff. de iur. fisc. l. si patroni. 55. § qui fidei commissariã, vers. cur enim ff ad Treb. & a Bald. in l. t. num. 4. C. de sec. nupt. in l. si pater. 4. num. 1. C. de hered. inst. in l. hereditas. 4. num. 3. & 6. C. de his, quib. vt ind. & in l. 3. vers. & nunquid ff. de testam. Rip. in l. 1. num. 155. vers. pro concordia ff. de vulg. Pereg. de Iur. fisc. lib. 2. tit. 2. nu. 4. & alij passim* non tamen id propriè fit, sed im
6 propriè, & latè sumpto vocabulo, † *vt declarant Bald. in l. etiam 3. num. 4. vers. & adde C. ad l. Falc. & Pereg. de Iur. fisc. lib. 3. tit. 1. nu. 2. vers. & quibus:* Sunt enim verius incapaces, quam indigni, *vt patebit ex ijs quæ dicemus in hoc cap. q. 52. num. 28. & seqq.* Quamobrem dicuntur
7 indigni non priuatiuè, sed contrariè, † *vti videre est apud Bald. in l. eam quam 14. num. 19. C. de fideic.* quia talis indignitas non induett priuationem, quæ supponit habitum, & acquisitionem, sed repugnat acquisitioni, eãque impediat, ne voeatus rem possit acquirere, *vt dicemus infra nu. 14. & seqq.* Et simili modo dicuntur indigni, qui habent contra se voluntatem legis, non quidẽ translatiuam, sed agni-
8 tionis, siue acquisitionis impeditiuam, † *ab eodem Bald. in d. l. hereditas. 4. num. 3. & 6. C. de his, quib. vt indign.*

Indigni demum capaces dicuntur ij qui inspecta sui qualitate, & habilitate possunt ex defunctorum causis acquirere, quod sibi relictũ est, sed propter aliquod demeritũ, siue offensam in eum commissam, de cuius bonis agitur, aut commissam in legem, non possunt illud retinere propterea, quod fiscus ab eis, velut ab indignis, seu non merentibus
9 emolumentum aufert † *l. his consequenter. 18. § 1. ff. fam. ercis. l. sint, qui 29. §. vlt. ff. de Iur. fisc. l. ex facto 43. §. vlt. ff. de vulg. l. 1. & tot. tit. ff. & Cod. de his, quib. vt ind.* Et hi verè, & propriè
10 dicuntur indigni, † *vt in specie declarant Nicol. in d. l. Gallus 29. num. 33. ff. de lib. & posth. Pereg. de Iur. fisc. d. lib. 2. tit. 2. nu. 7. & d. lib. 3. tit. 1. nu. 1.* Quamobrem dicuntur indigni priuatiuè,
11 † *a Bald. in d. l. eam, quam. 14. n. 19. C. de fideic.* quod post acquisitionem priuentur, *vt diximus supra nu. 9.* seu indigni, qui habent contra se voluntatem legis translatiuam, † *ab eodem*
12 *Bald. in d. l. hereditas. 4. num. 3. C. de his, quib. vt indig.* scilicet, quia lex transfert emolumentũ in fiscum, *vt dicemus infra nu. 27.* Distinguuntur autem hi ab incapacibus, † *vti videre est*
13 *apud Bart. in l. si in metallum 3. num. 1. ff de his, quæ pro non scrip. hab. Ang. in l. t. num. 3. vers. in gl. vlt. C. de hered. inst. Nicol. ad l. Gallus 29. nu. 53. ff.*

33.ff.de lib.& posth.Perig.de Iur.fisc.d.lib.3.tit.
1.num.1. vt pote a quibus differunt multipli-
citer.

Primum enim differunt, quia incapaces,
non solum cum effectu non capiunt rem sibi
relictam cum eam retinere nequeant sed ne
quidem ipso iure: nam ita ab ea repelluntur,
vt ne ipso quidem iure possint eam acquire-
14 re,† *vt declarant Castr.in l.1.nu 2. vers. in text.*
ibi C.de hered.inst.Io.de Garr.in l.1.num.41. &
ibi Dec.n.10.vers.& in ista C.de sec nupt.Perig.
*de iur.fisc.lib.3.tit.1.n.1.& 3.*cum nec ipso iure
deferatur, *vt scribit Bald.in d.l.hereditas.4.nu.*
6.C.de his,quib.vt ind. Quamobrem dicimus,
eos, nec capere, nec accipere, scilicet, quia ver
bum capiendi (vt vulgo dicitur) ad retentio-
nis effectum, verbum verò accipiendi ad ac-
quisitionis actum refertur *l.aliud est capere 71,*
ff.de verb.sign. Hinc, si fuerunt hæredes insti-
15 tuti, adire non possunt, † *vt scribunt Bald. in*
d.l eam,quam.14 num.19.& ibi Ang.nu.2. vers.
in ea gl ibi,& in fi.C.de fideic. Menoch.cons.502.
num.19.vers respondetur 2.&, si adeant, nihil
agent, quia non acquirent hæreditatem, nec
consequentur nomen hæredis, non magis,
16 quam, si esset institutus mortuus,† *vt declarat*
Bald.in d.l eam,quam.14.num. 18. C. *de fideic.*
Denique, si quid eis fuerit relictum, nō pote-
runt id petere *l cum quis decedens.35.§ Titia ff.*
de leg.3. Quamobrem dicimus, eos esse inca-
17 paces, & tituli, & emolumenti, † *vti videre est*
apud Bald.in l si quis,cum testamentum.25.in fi.
ff.de test.& in d l.eam,quam.14 num. 18. C. *de*
fideic. Nullus enim apud eos est titulus, eum
habeatur pro non titulo, *vt ait Bald. in l.si pa*
ter.4.num.1. C. de hered. inst. At indigni tam-
quam capaces non repelluntur ipso iure, sed
succedunt, & acquirunt dominium, ac posses-
18 sionem, † *vt declarant Nicet.in d. l. Gallus, 29.*
nu.33.ff.de lib.& posth.Conna.lib.10. comm. cap.
7.num.5.vers.Est,&,cum non est hæres,Pereg.de
Iur.fisc.lib.2.tit.2. num.17. Alioquin enim nō
posset fiscus ab eis auferre, cum priuario præ-
19 supponat habitum † *l.decem.116. in prin.ff. de*
verb.oblig. Et in his terminis considerant Anto.
Fum.de coniun.cap.13.num.2.Pereg.d.lib.2.tit.
2.num.26 sed, quia non possunt retinere, cum
fiscus ab eis, tamquam indignis rem auferat,
ideo dicuntur acquirere ipso iure, sed non cū
20 effectu, & sic accipere, sed non capere, † *l filiū*
5.§.non solum ff.de leg.præst l. Papinianus. 8. §.
meminisse ff.de inoff.l.ex facto.43. §. vlt.ff de
vulg.l.eius qui 29.§.eum,qui falsū ff. de Iur.fisc.
l.beneficio.59.vers.sed eo quarta ff. ad l. Falc. Et
in specie declarant Bart.in d.l. hereditas. 4. num.
3.& ibi Alex num.2.C.de his,quib. vt ind.Bart.
in l.si totam.82.numer. 3.ff.de acq.har.Bald.in l.
huiusmodi.86.§ si Titio, & Mæuio, vers.circa
hoc,& ibi Ias.nu.10.vers.aduerte ff.de leg. primo.
Ang.in d.l.1.num.3.vers.in gl vlt. & ibi Castr.
num.2.vers.in text.ibi C.de hær.inst. Ang. in d.l.
eam,quam.14.nu.2.vers.in ea gl.ibi C. de fideic.
Imol.in l.si Titio7 num.1 ff. de leg. primo Io. de
Garro.in d.l.1.num.40.& ibi Dec.num.10.vers.
& in ista C.de sec.nupt.Barba.cons.8. numer.11.
vers facit etiam vol.3. Ant. Fum. de con. cap. 13.
num.2.Pereg.de Iur.fisc.d lib.3.tit.1.nu. 1. Qua
ratione Baldus *in d l.eam,quam 14.nu. 18.* di-
eos esse incapaces, quo ad se, sed capaces, quo
21 ad fiscum, habito scilicet † respectu ad effe-
ctum, non etiam ad acquisit[illegible]
quo ad hunc censentur capaces [illegible]
ad [illegible] e *ut supra dictum est.*

Hinc intelligimus eos qui verè. & pro[illegible]
sunt indigni, si fuerunt hæredes institu[illegible]
ad legitimam hereditatem vocati, posse e[illegible]
22 adire † *d.l.eius, qui 29. §. cum [illegible] qui falsum [illegible] de*
Iur.fisc.l cum fratrem.9.C.de his,quib.ut ind. &
scribunt Bald.in l.eam,quam.14. num. 10.& ibi
Ang.num.2.vers.in ea gl ibi C.de fideic. Castr.in
l.hereditas.4.num.1.vers. & hoc sequitur [illegible] ibi
Alex.numer. 2. Ias.in prin.C.de his, quib.vt ind.
Castr.in d.l.1.nu.2.vers.in text. ibi, & ibi Alex.
num.2.vers.Item pro ista C.de har.inst. Barba.d.
cons.8.numer.2.vol.3.Boss.in tit. de his, quib. vt
indig.num.17.Roll.cons.56 num.2 vol.1. Pereg.
de Iur.fisc.d.lib.2.tit.6.num.38 Menoch.d. cons.
502.num.18.Conna.lib.10.comm.cap.7. num.5
vers.est,&, cum non est hæres, & adeundo fient
23 hæredes, † *l.ex facto.43.§.vlt.& ibi Ias.num.2.*
ff.de vulg.& scribunt gl.in l. his consequenter.18.
§.1.in verb.non pertinere ff.fam.eius. Bald. in d.
l.hereditas.4.num.7.& ibi Castr.num.1. Alex.
nu.2.C.de his,quib.vt ind.Bald.in d.l.eam,quam
14.nu.9.C.de fideico.Castr.in d l.1.num.[illegible] vers.
in text. ibi C.de hered. inst. Polit. de sub[illegible] tit.
de vulg.num.77.Boss.in d.tit.de his,quib.vt ind.
num. 17. Roll. d. cons. 56. nu. 3. vol. 1. Pereg.
d.lib. 2.tit. 6.nu. 18. & 42. vers. rursus, Donell.
in l. post aditam.5.nu. 7.C.de impub.& al. subst.
& consequi omnia iura, omnesque actiones
24 hæreditarias † *d l.his consequenter 18.§.1.ff fam.*
erc. Et, quamuis postea fiscus ab eis rem au-
ferat, non tamen desinere esse hæredes no-
25 mine † *d.l.ex facto 43 § vlt.ff.de vulg.& scribūt*
Bart.in l.si totam.82.num.2.ff.de acq. hær.Bald.
in l. etiam.3 num.1.vers.opp.quod fiscus C.ad l.
Falc.Alex.in d.l. hereditas.4.num. 2. C. de his,
quib.vt ind. Nico.Bello.in §.restituta nu. 3. vers.
hoc autem vltimum, Inst. de fideic. hered.Pereg.
d.lib.2.tit.2.num. 8. scilicet, quia, qui semel est
26 hæres, non potest desinere esse hæres † *l.& si*
fine 8.§ sed,quod Papinianus, in fi. ff. de minor.
l.ei,qui soluendo.88. in fi. ff de hered. inst. §. re-
stituta Inst. de fideic.hered. Sed, quia fiscus au-
ferens bona, & sic emolumentum, siue vtili-
27 tatem hæreditatis † *d.l.eius,qui.29 § eum,qui*
falsum ff. de iur.fisc. l. quidam. 30.§.fin.ff.de
donat.l.2.C.si quis aliq. test. prohib. efficit, vt
non cēseantur habere effectum hęreditatis,
28 siue successionis † *l. cum fratrem. 9. C.de his,*
quib. vt ind. ideo, fit vt dicantur esse hæredes
nudo nomine, seu nudum hæredis nomen
29 retinere † *vti videre est apud Bald.in l. 1.nu 4.*
C.si quis aliq. test.prob. Pereg d.lib.[illegible] tit 6. num.
38. & in fi. Gratia.decis. 155. num.20. quia li-
cet sint hæredes, quoad nomen, non tamen
sunt hæredes, quoad effectum, cum rem nō
30 habeant † *d.l.si totam. 82. & ibi declarat Imol.*
num. 2. ff. de acq. hered. Quamobrem dene-
gantur eis, quasi nō hæredibus actiones hæ-
31 reditariæ † *l.1.in prin.& § 1.& §. fin.& l.2.in*
prin.ff.si quis aliq. test. prob. l.vn.ff. quib. non
comp.bon.poss.l.pen.§.verbis ff.de bon.lib.& illæ
dantur fisco, qui, licet verè. & propriè non sit
32 hæres † *vt scribunt Bart. in l.si constante.25 §.*
si bona num.2.ff.sol.matr. Bald. in d.l. etiam.3.
num.1.vers.opp. quod fiscus C.ad l.Falc.Ias.in l.
1.nu.11.C.de his.quib. vt ind. Pereg.de Iur fisc.
lib. 5. tit. 1. num. 67. est tamen loco hæredis,
ideoq;

ideoq; non immerito hæres appellatur *a gl. in*
l. 1. in prin in verb. surripit ff. de iur. fisc. Hinc
dicimus indignos esse capaces tituli, sed non
33 emolumenti † *vti videre est apud Bald. in d. l.*
si quis, cum testamentum. 25. in fi ff. de testa.

Secundo differunt, quia, si incapaci relinquatur hæreditas, aut quid aliud, iam ab initio non consistit dispositio, sed habetur pro non scripta, *vt diximus in hoc cap. q. 25. nume. 1.* At, si relinquatur indigno, valet, & consi-
34 stit, † *vt scribunt Bart. in l. si Titio. 7. vers. Tu dic ff. de leg. 2 Bald. in d. l. huiusmodi. 86. §. si Titio, & Mœuio. vers. in ea ibi, mihi, & non capaci, & vers. circa hoc ff. de leg. primo, Alex. cons. 202. num. 9. vol. 6. Ant. Fum. de contu. cap. 13. num. 2.*

35 Cuius diuersitatis ratio est, quia † ad hoc, vt valeat dispositio in aliquem collata, persona debet esse talis, vt in ea fundari possit ipsamet dispositio *l. quidam referunt. 14. vers. ego autem ff. de iur. cod.* Sed hoc dici non potest, quoties confertur in personam incapacem, quippe, quæ non solum emolumenti nō est capax, sed nec etiam tituli, *vt diximus supra num. 17* cum alioquin indignus capax sit, si non emolumenti, saltem tituli *vt diximus num. 33.* Nil mirū igitur, si valeat dispositio collata in indignū, non etiam in incapacem. *Ita ratiocinatur* Bald *in d. l. si quis, cum testamentum. 25. in fi. ff. de testam.*

Tertio differunt, quia, quod incapaci relin-
36 quitur, nō applicatur fisco, † sed alijs ad quos ea, quæ deficiunt, regulariter pertinere solēt, idest, substitutis, vel coniūctis, vel heredibus grauatis vel venientibus ab intestato. *vt de substitutis scribit Gozad cons. 21. num. 20 de coniunctis verò diximus in hoc cap. q. 25. num. 3. & de hæredibus grauatis, & venientibus ab intestato dicemus in 9. cap. q. 8. num. 10. & q. 9. n. 35. de fisco demum constat ex l. in metallum 12. ff. de iur. fisc. & scribunt* Bart. *in l. 1. nu. 1. vers. ex hoc sic infertur, & ibi Ang num. 3. vers. in gl. ult. C. de hæred. inst. Bart. in d. l. si totam 82. nu. 3. ff. de acq. hæred. in d. l. si in metallum 3. nu. 1. ff. de his quæ pro non scrip. hab. & in d. l. huiusmodi. 86 §. si Titio. & Mœuio vers. hoc est falsum ff. de leg. primo,* Bald. *in d. l. hæreditas. 4. nu. 6. & ibi Ang num 4. vers. quandoque non aufertur C. de his, quib. ut ind.* Bald. *in l. Papinianus. 8. §. meminisse, num. 4. & ibi Cagn. num. 1. vers. restringe 3. ff. de inoff testa.* Bald. *in d. l. 1. num. 4. C. de sec. nupt. Io. de Gar. in d. l. 1. nu. 63. vers. sed dicas, & num. 64 & ibi Dec num. 10. vers. & in ista, & num. 13. C. de sec. nup.* Alex. *cons. 202. num. 2. & 7 vol. 6. Ias. in l. 2. num. 9. C. de hæred. instit. Soc Sen. consi. 22. num. 13. vol 1. & consil. 275. nu. 12. vers. 3 principaliter, vol. 2. Corn. cons. 310. num. 7. vol. 1. cons. 110. num. 3. & cons 222. num. 4. vers. & dictam, vol. 4. Soc. Iun. consil 3. n. 12. vol. 3. Boss. in tit. de his, quib. vt ind. bon. auf. & ad fisc. non pert. num. 3. & 5. Gabr. consil. 104. num. 5. vol. 1. Men. consi. 275. num. 28. & cons. 511. num. 18. vers. 2. Surd. cons 93. nu. 5. Pereg. de Iur. fisc. lib. 3. tit. 1. nu. 2. Farin. q. 25. nu. 139.* Hoc enim est, quod tam frequenter dicimus, ea, quæ pro non scriptis habentur, non appli-
37 cari fisco, † *vti videre est apud Bald. in d. l. 1. nu. 2. & ibi Alex. num. 2. Ias. num. 3. vers. ad idem facit C. de hæred. inst. Bald. in d. l. si pater. 4. num. 1. C. eod. & in l. quisquis. 5. nu. 7. C. ad l. Iul. maiest. Alex. d. consil. 202. num. 9. vol. 6. Soc. Sen. d. consi. 275. num. 18. vers. 2. posito, & vers sed clarum est, vol. 2. Corn. d. cons. 310. num 7. vol. 1. Cagn. in d. l. Papinianus 8 §. meminisse, num. 1. vers. restringe 3. ff. de inoff. test.* Idque procedit, nō solum, si is, cui relinquitur, sit incapax simpliciter, sed etiam, si sit incapax, & indignus,
38 † *vt scribunt* Bald. *in d. l. hæreditas 4. num. 3. & 6. vers. sunt quidam alij C. de his, quib. vt ind. Bald. in d. l. 1. num. 4. & ibi Io de Gar. num. 40. C. de sec. nupt Soc. Sen. in d. l. 1. num 10. vers. quam 1. limita, & ibi Rip. num. 155. vers. pro concordia ff de uulg. Boss. in d. tit. de his quib. ut ind bon. auf. & ad fisc non pertin. n. 3. Men. consi. 557. num. 30. Pereg. de Iur. fisc. d lib. 2. tit. 2. nu. 4. & 26. & d. lib. 3. tit 1. nu. 2.* Nam, vbi in eandem personam concurrunt indignitas, & incapacitas, attenditur incapacitas, non indi-
39 gnitas, † *vt scribit Pereg. d lib. 2 tit 2. n. 26. & est de mente eorum omnium, quos supra nu. 38. retulimus.* At, quod relinquitur indigno, re-
40 gulariter applicatur fisco † *l. 1. in prin. ff. si qs aliq test. prob. l. Marcellus. 3. §. vlt. ff. ad. Treb. l. beneficio. 59. vers. sed ea quarta ff. ad l. Falc. l. cum fisco 9. ff. ad Sylla. l. 2. in prin. ff. de his, quib. ut ind. l. hæreditas. 4. & ibi Bald. nu. 6. vers. sunt quidam alij, C. eod. l. 1 in prin. & ibi Bart. num. 4. ff. de Iur. fisc. l. 1. & ibi gl. in verb. reddere, & Ias. num. 6. C. de his, quib. ut ind. l. Papinianus. 8. §. meminisse, & ibi Bart. in prin. & nu. 1. Ang. num. 4. Cagn. num. 1. ff. de inoff. testa. Et scribunt gl. in d. l. si totam 82. in uerb. restituere, & ibi Bart. num. 3. ff. de acq. hæred. Bart. in l. 1. n. 1. & ibi Ang. num 3. uers. in gl. ult. C. de hæred. inst. Bart. in l. 1. num. 1. C. de delat. lib. 10. in l. si in metallum. 3. num. 1. ff. de his quæ pro non scrip. hab. in l. post legatum. 5. §. amittere, numer. 1. vers. deinde dicitur ff. de his, quib. vt ind. in l. aufertur. 46 in prin. num. 1. ff de Iur. fisc. & cons. 119. num. 8. lib. 1. Bald. in l. qui contra 4. in prin. uers. ibi, indigno C. de incest. nupt. Io. de Garro. in d. l. 1. n. 62. uers. sed dicas C. de sec. nup. Barba. cons. 8. nu. 11. vers facit etiam, uol. 3. Corn. consil. 141. num. 2. uers. Non obstat, & consil. 222. num. 4. uol. 4. Soc. Sen. consi. 22. nu. 13. uol. 1. Boss. in tit. de his, quib. ut indig. num. 1. Mantic. de con. ult. uol. lib. 8. tit. 1. num. 30. & lib. 12. tit. 5. numer. 19. Pereg. de iur. fisc. lib. 2. tit. 2. num. 1. Crass. in §. hæreditas q. 5. num. 5. Men. consil. 511. n. 15. Andr. Fach. lib. 4. contr. cap. 96. in fi. Farin. q. 25. num.*
41 139. Cuius diuersitatis ratio est, quia, † cum ablatio sit quædam priuatio, Consequēs est, vt in persona illius, cui fieri debet, requirat
42 habitum, † *l. decem. 116. in prin ff. de uerb. oblig. l. manumissiones. 4. ff. de iust & iur. Et in his terminis considerant Barba. consi. 8. numer. 10 uers. præterea hoc decidit, uol. 3. Corn. consil. 310. num. 7. uers. & ideo, uol. 1. Dec. in l. 1. num. 10. uers. & in ista C. de sec. nupt. & nos diximus supra num. 19.* Quamobrem dicimus, fiscum non aufer-
43 re, nisi ei, qui habet, † *uti uidere est apud Bart. in l. 1. num. 1. uers. ex hoc sic infertur C. de hæred. inst* Barba. *d. consil. 8. num. 10. uol. 3.* & ad hoc, vt auferre possit, requiri, vt is, cui debet au-
44 ferri, rem habeat, † *ut apud Corn. d. cons. 310. num. 7. uol. 1. & consil. 141. num. 4. & consi. 222. num. 4. uers. facit optime uol. 4.* aut saltem habere possit, *secundum ea, quæ dicemus in hoc cap. q. 58. in prin.* & sic, vt sic capax; *secundū Men. consil. 511. num. 19.* ita, vt in eius persona valeat, & fundari possit dispositio, *ut scribunt*

Bald. in l. quisquis. 5 num. 7. C. ad l. Iul. maiest. Ias. in d. l. hæreditas. 4. in prin. C. de his, quib. ut ind. Corn. d. consi. 310 num. 7. uol. 1. consi. 110 n. 3. cons. 141. num 4 & cons. 222. num. 4. uol. 4. At
hæc cessant in incapace, quippe, qui nec ha-
bet rem, nec habere potest, cum in eius per-
sona non consistat, nec fundetur dispositio,
a qua ius habendi proficiscitur, *ut diximus supra num. 14. & seqq.* Non poterit igitur ab
eo quicquam fiscus auferre. *Ita efficacia ratio-
cinantur Bart. in d. l. 1. num. 1. uers. ex hoc sic in-
firtur C. de hæred. inst. Bald. in d. l. quisquis 15. num. 7. C. ad l. Iul. maiest. in l. si pater. 4. num. 1. C. de hæred. inst. & in d. l. hæreditas 4. nu. 6. uers. sunt quidam alij C. de his, quib. ut ind. Alex. cons. 202. num. 7. uers. & ratio est, uol. 6. Corn. d. cons. 110. nu. . d. cons. 141. num. 4. & d cons. 222. n 4. uol. 4 Soc. Sen cons. 22. num. 13. uol. 1. Dec. in d. l. 1. num. 10. uers. & in ista C. de sec. nupt. Gab. cons. 104 num. 5. uol. 1.* Contra verò locum habent
in indigno, quippe, qui habet rem, aut saltem
habere potest, cum in eius, tamquam capa-
cis persona valeat dispositio, ita, vt ex ea rem
possit acquirere, *sicuti latè ostendimus supra numer. 18. & seqq.* Nil mirum igitur, si ab eo
fiscus possit rem auferre. *Ita Alex. d. consi. 202. numer. 7. uers. & ratio est, uol. 6.* Denique ces-
sat in incapace ratio, propter quam fiscus
45 aufert: nam ratio, † fundatur in regula *l. in hæredem 5. in prin. ff. de calumnia*. quæ vult,
46 † turpia lucra esse ab hæredibus extorquenda,
quod etiam probat *l. Lucius 9. ff. de iur. fisc.*
vbi Modestinus respondit, *morte reÿ crimine extincto persecutionem eorum, quæ scelere acqui-
sita probari possunt, fisco competere.* At in in-
capace, qui rem habere nequit, nullum po-
test esse lucrum. Nihil igitur ab eo poterit
extorqueri. *Ita ratiocinantur Bald. in d. l. hæ-
reditas. 4. num. 6. uers. sunt quidam alij C. de his, quib. ut ind. Corn. d. consi. 222. nu. 4. uol. 4.*

Planè interdum, &, quod incapaci relin-
quitur, applicatur fisco, & contra, quod re-
linquitur indigno, non fisco, sed alijs appli-
catur. Fisco enim applicatur, quod incapaci
relinquitur.

Primo, si non relinquatur palam, sed ta-
citè puta, quia secretò promittat hæres testa-
tori, se hæreditatem, aut quid aliud incapa-
ci restituturum: nam tunc, quia id fit in fran-
dem legis, ideo, quod deberet restitui, aufer-
tur, & fisco applicatur, *ut latè ostendemus in hoc cap. q. 55 num. 2. & seqq.*

Secundo verò, si quid a patre relinquatur
naturali, vel spurio, quem in dignitate po-
situs, vel ex incestu suscepit, fisco applica-
tur saltem deficientibus personis enumeratis *in l. 1. C. de natu. lib. & in l. si quis incesti 6. C. de inces. nupt. ut dicemus in hoc cap. q. 53. num. 13. & seqq.*

Tertio demum, si quid olim fuisset relictum
cœlibi, aut orbo, qui per leges caducarias ca-
pere non poterant, id applicabatur fisco, non
alijs, quod tamen hodie non procedit, *ut latè ostendimus in hoc cap. q. 25. numer. 22. & seqq.*

Contra verò, quod aufertur ab indigno,
interdum non fisco, sed alijs applicatur, qua
in re, licet plerique definiant, non posse cer-
tam, & determinatam tradi regulam, sed ne-
cessariò seruanda esse iura, prout in vnaquaq;
47 specie constituta reperiuntur, † *vti videre est apud Alex. in l. si ab hostibus 11. in fi. ff. solu. matr. Boss. in tit. de his, quib. ut ind. bon. auf. & ad fisc. non pert. nu. 6.* ita, vt ea, quæ indignis au-
feruntur fisco debeant applicari, quibus ca-
sibus cum rem auferre legimus, in alijs verò
debeant ijs deferri, ad quos ea, quæ deficiũt,
48 regulariter pertinere solent, † *vt definit Pereg. de iur. fisc. d. lib. 2. tit. 2. num. 2.* Quamobrem
dicimus, fiscum non auferre, nisi in casibus
49 a iure expressis, † *vti videre est apud Bald. in d. l. hæreditas. 4. n. 3. C. de his, quib. ut indig. Pereg. d. lib. 2. tit. 10. nu. 4. vers. sed contra. & num. 19.*
siue (quod idem est) neminem censeri indi-
50 gnum, nisi in casibus a iure expressis, † *vt scri-
bunt Bald. in l. 1. num. 25. C. de hæred. inst. Roma. cons. 185 num. 7. vers. 2. Nell. de bannit. in prima part. 2. temp. num. 39. Ruin. cons. 123. num. 6 uol. 4. Curt. Iun. cons 182. num. 6. vers. sed præmissis, Farin. d. q. 25. num. 139.* frequentius tamen
alij varios distinguunt casus, quibus per mo-
dum regularum totam hanc rem definiunt.

Primus enim casus est quando quis est in-
dignus absque sui culpa, seu vitio, & delicto,
Et tunc verius esse tradũt, id, quod ab eo au-
fertur, non applicari fisco, sed alijs, de quibus
51 supra diximus: † *l. aufertur 46 in prin. & ibi Bart. num. 1. ff. de iur. fisc. Bart. in l. 1. nu. 1. & ibi Ias. num. 6. C. de his quib. ut ind. Bart. in d. l. hæreditas. 4. n. 1. uers praterea, & nu. 3. & ibi Ang. num 4 uers. si autem C. eod. Bart. in l. ult. num. 8. & 11. vers. secundus casus ff. eod. & in l. si pater 4 numer. 1. C. de hæred. inst. Bald. in d. l. quisquis. 5 n. 7. C. ad l Iul. maiest. & in l. si pater. 4. numer. 1. uers. Et non obstat regula C. de hæred. inst. Ang. in d. l. Papinianus. 8. § meminisse, nu. 4 ff. de inoff. testa. Alex. cons. 74 num. 3. & cons. 202. num 4. vol. 6. Martin. Laud. de fisc. q. 212. Corn. d. cons. 310. num. 19. uers. Nec obstat, uol. 1. Ruin. cons. 162. num. 9. uers quod etiam, uol. 4. Dec. in d. l. 1. n. 13. C. de sec. nupt. Men. d. cons. 275. num. 29. Pereg. de iur. fisc. d. lib. 2. tit. 2. nu. 4. Surd. d. cons. 93. num. 4* Exempla sint in na-
turalibus, spurijs filijs rebellium, & partubus
suppositis, de quibus dicemus *in hoc cap. q. 52. num. 14. & seqq. & q. 53. num. 2. & seqq.*

Sed hęc definitio, licet in se vera sit, non tñ
pertinet ad materiã propositam, scilicet, quia
loquimur de indignis, siuè ijs, quę vt indigni
auferuntur, cum alioquin ij, qui absque sui
culpa repelluntur, non indigni sint (saltem
propriè loquẽdo) sed incapaces, *vt diximus supra n. 6. & dicemus etiam in hoc cap. q. 52. n. 14. & seqq. & q. 53. num. 4. & seqq.*

Secundus verò casus est, quando quis est
indignus ex proprio delicto, quod testatorem
non respicit, sed alium, & propter quod factus
est incapax, Et tunc similiter verius esse tra-
dunt, id, quod ei relinquitur, non fisco, sed
alijs supra expressis applicari *secundum ea, quę diximus supra num. 36. & 38.* Nam incapax
etiam ex proprio delicto non facit locum fi-
52 sco † *vt scribunt Imol. in d. l. 3. num. 4. vers an autem ff. de testa. Alex d. cons. 202. num. 3. vol. 6. Ias. in d. l. hęreditas. 4. num. 10. C. de his, quib. vt in d. Boss. in tit. de his, quib. vt ind. bon. auf. & ad fisc. non pert. num. 3. & 5. Pereg. de iur. fisc. d. lib. 2. tit. 2. num. 4. & 26. & patebit ex ijs, quæ de seruis pęnæ, deportatis, & alijs similibus dicemus in hoc cap. q. 52. num. 28. & seqq.*

Sed

Sed neque huiusmodi species, licet in se vera sit, pertinet ad propositam materiam, scilicet, quia nec is proprie indignus est, sed incapax, *ut diximus supra n. 6. & latius ostendemus in d. q. 52. num. 29. & seqq.*

Tertius casus est, qñ quis est indignus ex proprio, & vero delicto, q respicit testatorē, siue eū, de cuius bonis agitur, *ut euenit in casib. quos referemus in hoc cap. q. 54. nu. 1. & seqq.* Et tunc aiunt procedere regulam, quam supra retulimus, scilicet, ea, quę ab ipso, tamquam in-
53 digno auferuntur, fisco applicari, † *ut in specie declarant Bald. in d. l. 3. uers. & nunquid, & ibi Imol. num. 4 uers. an autem ff. de testa. Bald. in l. si pater 4. nu. 1. uers. & non obstat regula C. de hered. inst. Alex. in d. l. hæreditas 4. num. 4. C. de his, quib. ut ind. Io. de Garro. in d. l. 1. nu. 61. uers. Idem etiam C. de sec. nupt Ruin. d. cons. 162. nu. 9. uol 4 Cagn in d l. Papinianus. 8. §. meminisse, num. 1. ff. de inoff.* Et ita accipiendum, quod vulgò dicimus, eum, qui indignus est ex proprio delicto, seu vitio, & culpa, facere locum
54 fisco, † *uti uidere est apud gl. in d. l. hæreditas 4. in uerb. pets poterunt, uers. & ut plenè, & ibi Ang. num. 4. uers. & primo, & uersicul. fallit in casu, & Ias. numer. 10. Cod. de his quib. ut ind. Bart. in l. 1. numer. 1. et ibi Ias. numer. 6. C. eod. Bart. in l. fin num. 11. uers. secundus casus ff eod. in d. l. si pater. 4. numer. 3. Cod. de haered. inst. in l. aufertur. 46. in prin numer. 1. ff de iur. fisc. & consil. 119. num. 1. lib. 1. Bald. in l. si is, qui ex bonis 6. uers. & ad regulam ff. de uulg. Ang. in d. l. Papinianus. 8 §. meminisse. num. 4. ff. de inoff. testa. Io. de Gar. in d. l. 1. num. 60. C. de sec. nupt. Corn. d. consil. 222. nu. 2. uol. 4. Ruin. d. cons. 162. nu. 9 uers. quia illud. uol. 4. Gomez tom. 1. uaria. resol. cap. 10 num. 29. uers. aduertendum, Pereg. de iur fisc. d. lib. 2. tit. 2. num. 4. Surd. d. cons. 93. in fi. Men. d. consil. 511. num. 19* vt scilicet procedat, quando delictum offendit testatorem, non etiam, cum alium, qui nihil habet cum
55 testatore commune, † *vt declarat Bald. in d. l. si pater. 4. n. 1. vers. & non obstat regula C. de hær. inst. Castr. in d. l. 1. nu. 5. uers. secundus C. de his, quib. vt indig.*

Quartus casus est, quādo quis est indignus propter delictum, quod, licet respiciat testatorem, non cōtinet tamen verum, & propriū delictum, sed potiùs malos mores. Et tunc plerię; censent, id, quod ab eo aufertur, non
56 fisco, sed alijs applicari: † *Ita enim censuerunt Bald. in d. l. 3. uers. & nunquid, & ibi Imol. vers. an autem, ff. de testa. Ang. in d. l. Papinianus 8. §. meminisse, num. 4. ff. de inoff. testa. Alex. in d. l. hæreditas. 4. num. 4. C. de his, quib. vt ind. Io. de Garro, in d. l. 1. num. 61. in prin. & vers. idem etiam C. de sec. nupt. Ruin. d. cons. 162. nu. 9. uol. 4.* moti argumento ducto *ex l. 1. C. de sec. nupt.* Nam mulier, quæ intra annum luctus transit ad secunda vota, dicitur delinquere, & offendere maritum, sed, quia hoc non est verè,
57 & propriè delictum, † *ut declarant Ias. in d. l. hæreditas. 4. num. 9. C. de his, quib. vt indig. Dec. in d. l. 1. num. 12. & 13. C. de sec. nupt.* quod patet ex eo, quia matrimonium sustineretur, quod tamen esse non posset, si contrahentes deliquissent, *vt in proposito considerat Imol. in d. l. 3. num. 4. vers. an autem ff. de testam.* sed continet potiùs malos mores, *vt declarat Dec. in d. l. 1. num. 12. & 13. C. de sec. nupt.* ideo, quod ei relictum est a primo viro, non applicatur fisco, sed personis enumeratis *in d. l. 1. C. de sec. nupt. & dicemus in hoc cap. q. 54. nu. 27 & seqq.*

Sed hoc non obstante verius est, siue propter verum delictum, siue propter malos mores quis fiat indignus, id, quod ei aufertur, re-
58 gulariter applicari fisco. † *Ita enim censuerunt Dec. in d. l. 1. nu. 13. vers. sed contra C. de sec. nupt. Cagn. in d. l. Papinianus. 8. §. meminisse, num. 1. ff. de inoff. testa. Boss. in d. tit. de his, quib. vt ind. bon. auf. & ad fisc. non pertin. num. 4.* Probatur enim hoc

In primis ea ratione, quia, qui paciscitur de bonis viuentis, licet id faciat contra bonos mores *l. ult. C. de pactis*, & offendat eum, de cuius bonis agitur, *vt dicemus in hoc cap. q. 54. num. 16.* non tamen committit verum, & proprium delictum, Et tamen id, quod ei aufertur, applicatur fisco, non aliis, *l. quidam. 30. §. si. cū l. seq. ff. de donat. l. 2. §. fi. ff. de his, quib. vt ind. & nos dicemus in eadē q. 54. n. 14.* Ergo etsi quis fiat indignus, nō propter verū delictum, sed propter malos mores, nihilominus facit locum fisco. *Ita arguūt Dec. in d. l. 1. num. 13. vers. sed contra C. de sec. nupt. Cagn. in d. l. Papinianus. 8. §. meminisse, num. 1. ff. de inoff testa.*

Secundo probatur, quia, qui iustè accusat testatorem, vt illicitæ mercis negotiatorem, non committit verum delictū, propter quod puniri debeat, sed facit rem præmio dignam *l. 1. ff. de his, quib. vt ind.* & tamen, quia facit hoc contra bonos mores, scilicet, quia ostēdit se ingratum propter solam spem lucri, ideo priuatur relicto & id fisco applicatur *d. l. 1. & dicemus in eadem q. 54. nu. 67.* Ergo etiam is, qui efficitur indignus, non propter verum delictum, sed propter malos mores, facit locum fisco.

Tertio probatur hoc varijs exemplis, quæ referemus *in eadem q. 54. num. 68. & seqq.* vbi causas indignitatis prosequemur: nam multa sunt, quæ non continent verum delictum sed solam offensam testatoris, & nihilominus faciunt locum fisco. Ergo falsum est, debere causam indignitatis continere verum delictū vt fisco locus fiat.

Nec obstat *l. 1. C. de sec. nupt.* quia, cum id specialiter fuerit cōstitutum in muliere transeunte ad secunda vota intra annum luctus, non debet trahi in consequentiam, nec regulam efficere *l. ius singulare 15. ff. de legib.* Cur autem specialiter id fuerit in illo casu receptum, si quæramus, constat rationem esse, ne princeps, qui poenas illas introduxit, videretur in moribus corrigendis ad proprium, seu fisci commodum respexisse, *vt ipsemet profitetur in d. l. 1. vers. ne in ijs C. de sec. nupt. & in §. prima si quidem, vers. non enim, Auth de nupt. coll. 4. Et in proposito declarant Dec. in d. l. 1. nu. 13. vers. onde aliter C. de sec. nupt. Cagn. in d. l. Papinianus. 8. num. 1. ff. de inoff. test.* in re maximè, quæ matrimonij libertatem constringit, & naturalem mulierum concupiscentiam frenat, *de qua in l. 2. vers. cum enim C. de ind. vid. toll. §. fin. vers sed, quomodo, Auth. de restit. & ea, quæ par. coll. 4.* Quinimo (quod diligenter annotandum puto) eo ipso, quod Imperator profitetur, se nolle in hac specie, vt id, quod aufertur mulieri, fisco applicetur, colligimus, secundum regulam debuisse applicari, quia alio-

alioquin fiſc[illegible] hoc ſpecialiter expreſſiſſet,
ſi propter hanc cauſam nullum fiſcus ius pre-
tendere p[illegible].

Quintus caſus eſt, quādo quis eſt indignus
& priuatur emolumento, non propter verum
delictum, nec propter malos mores, ſed pro-
pter inobedientiam in exequenda volunta-
te defuncti, & talis priuatio fit ex diſpoſitio-
ne teſtatoris, puta, quia in caſum contrauen-
tionis eum priuauit. Et tunc verius eſt, non
59 applicari fiſco, ſed, ſi quidem expreſſerit, cui
voluerit applicari debere eum, quaſi ſubſti-
tutum, omnibus preferri, quod, ſi non expreſ-
ſerit, debere applicari coniunctis, aut ijs defi-
cientibus manere apud grauatos, aut ad ve-
nientes ab inteſtato pertinere, *ſecundū ea, quæ
dicemus in hoc cap. q. 54.*

Sextus caſus eſt, quando quis, vt indignus
priuatur emolumento propter inobedientiā,
ſed talis priuatio fit ex diſpoſitione legis præ-
cedente monitione iudicis, *ſecūdum terminos
Auth. hoc amplius C. de fideic.* Et tunc ſimiliter
verius eſt id, quod auſertur, nō applicari fiſco
60 † ſed alijs eo ordine, quē Iuſtinianus præſeri-
pſit *in § ſi quis autem nō implens Auth. de hared.
& Falc. coll. 1. quā de re dicemus in hoc ipſo cap.
q. 54.*

Septimus caſus eſt, quando quis efficitur
indignus, & priuatur ex cauſa propria, puta
proprio delicto, vel culpa, quæ tamen con-
cernit iniuriam, ſiue damnum certæ perſonę.
Et tunc verius eſt, id, quod illi auſertur, non
fiſco, ſed illi, qui læſus eſt, applicari, vt habeat
61 ſuæ iniuriæ vltionem † *l. poſt legatū. 5. § amit-
tere, & ibi Bart. num. 2. ff. de his quib. vt indig. l.
pen. C. de legat. Et pro regula tradunt Bart. in d.
l. 1. num. 1. verſ. Item opp. & ibi Caſtr. nu. 5. verſ.
ſecundus Iaſ. nu. 6. verſ. 2. no. limita C. de his, quib.
vt ind. Bart. in d. l. hareditas 4. nu. 3. & ibi Bald.
num. 6. verſ. & vnum. Ang. num. 4. verſ. fallit, &
Iaſ. num. 10. C. eod. Bart. in d. l. fin. num. 11. verſ.
vltimum tempus ff. eod. Ang. in d. l. Papinianus,
8 § meminiſſe, num. 4. & ibi Cagn. num. 1. verſ.
reſtringitur 2 ff. de inoff. Barba. d. conſ. 8. num.
11. verſ. facit etiam, vol. 3. Ruin. d. conſ. 162. nu.
9. verſ. quia illud vol. 4. Pereg. de Iur. fiſc. lib. 2. tit.
2. num. 5. & dicemus in hoc cap. q. 54. vbi exempla
referemus.*

Quarto, & vltimo differunt incapaces ab
indignis, quia, ſi quid incapaci relinquatur,
non poterit id ab eo acquiri, aut retineri, etiā
ſi illi, ad quos pertinere debet, moleſtiam nō
inferant, ſed taceant, ſed eorum erit expectā-
da petitio, &, ſi vnus recuſet, ſequentes erunt
admittendi, quod, ſi recenſent omnes, aut ali-
ter deficiant, tunc vltimo loco vocabitur fi-
62 ſcus excluſo incapace † *l. 1. C. de natu. lib. l. ſi
quis inceſti. 6. C. de inc. nupt. Et ſcribunt Bald. in
l. certum 5. num. 17. verſ. ſed pone C. vnd. legit. Io.
de Garro in d. l. 1. nu. 101. & 102. C. de ſec. nupt.
Perig. de Iur. fiſc. d. lib. 3. tit. 1. num. 2.* At, ſi quid
relinquatur indigno, poterit is, quandiu fiſcus
63 non auſert, illud retinere † *vt ſcribunt Bald. in
d. l. hareditas. 4. num. 7. C. de his, quib. vt indig.
Barba. d. conſ. 8. num. 4. 7. & 10. verſ. facit text. &
num. 11. verſ. prætereà facit vol. 3. Pereg. de Iur.
fiſc. d. lib. 2. tit. 6. nu. 38* &, ſi auferre nolit, apud
64 ipſummet indignum perpetuò remanebit † *l.
ſi ſeruus plurium. 53. § ſi quis ante, verſ. quid
tamen ff. de leg. primo, & ſcribunt Bald. in l. etiam*
*3. num. 1. in fin. C. ad l. Fal[illegible]
ver[illegible] C. de hered. [illegible]*
poterit [illegible] indignitatem ob[illegible]
quippe, cuius ſolius com[illegible] &
65 v[illegible]latur, quiq; ſolus rē ab eo au[illegible]re[illegible]
*his conſequenter. 18. § 1. & ibi gl. in verb[illegible]
re ff. fam. ercis. Et ſcribunt Bart. conſ. 19. [illegible]
lib. 1. Bald. in d. l. etiam. 3. num. 2. C. ad l. F[illegible]
in l. 1. num. 4. C. ſi quis aliq. teſt. prob. [illegible]
t. 10. num. 3. vol. 4. Barba. d. conſ. 8. num. 10. [illegible]
prætereà hanc concluſionem vol. [illegible] Iaſ. in d. [illegible]
3. verſ. 2. Allitas C. de hered. inſtit. & in d. l. 1. nu.
6. C. de his, quib. vt ind. in l. ſororem 10. num. 4.
C. eod. & in l. controuerſia 14. num. 9. ver[illegible]
dicat ff. de tranſact. Ruin. d. conſ. 162. nu. 6. ver.
propterea ergo. & num. 9. verſ. ſi ergo vol. 4. Cagn.
in d. l. Papinianus. 8. § meminiſſe nu. 2. ff. de in[illegible]
teſta. Boer. deciſ. 25. num. 19. Boſſ. in d. tit. d[illegible]
quib. vt indig. num. 16. verſ. quæ concluſio N[illegible]
conſ. 462. num. 27. & conſ. 472. nu. 18. Ceph. [illegible]
451. num. 33 Mantic. de con. vlt. vol. lib. [illegible]
5. num. 20. Menoch. conſ. 502. num. 18. con[illegible]
num. 30. verſ. & ſcribunt Perig. de Iur. fi[illegible] d. [illegible]
2. tit. 2. num. 8. & 26. & d. lib. 3. tit. [illegible] num. 1. & 3.
& tit. 19. num. 24. Surd. d. conſ. 9[illegible] in fi. Gratia.
deciſ. 185. nu. 19. & 20.* Itaque [illegible]nus poſt
aditam hæreditatem petat diuiſionem, non
poterit ei cohæres opponere indignitatem *d.
l. his conſequenter 18. § 1. & ibi Bald. ff. [illegible]*
vt nec legatarij, ſi velit ab eis detrahere Fal[illegible]
diam *d. l. etiam 3. & ibi Bald. num. [illegible] C. ad l. Fal.*
nec is, qui poſſidet pro hærede, aut pro poſſeſ-
ſore, ſi aduerſus eum agat petitione hæred[illegible]
tatis, minus tertius poſſeſſor, ſi aduerſus [illegible]
agat rei vindicatione. Deniq; nec debitor[illegible]
hæreditarij poterunt de indignitate excipere,
ſi ab eo conueniantur. Planè ſi agat poſt re[illegible]
ablatam, quia effectu deſi[illegible] eā habere, *vt di-
ximus ſupra num. 30* magis eſt vt, poſſit exce-
ptione repelli, *vt ſcribit Gratia. d. deciſ. 185. nu.
20. & patet ex ijs, quæ diximus ſupra num. 31.*

S V M M A R I V M.

1 *Teſtamenti factionem, quoties non habuit, qui te-
ſtatus eſt, hæreditas pertinet ad venientes ab in-
teſtato, Declara vt nu. 3.*
2 *Teſtator, ſi ſe dederit arrogandum, bona illius
pertinent ad venientes ab inteſtato.*
4 *Inteſtatus deceſſiſſe impropriè dicitur, qui non
habuit teſtamenti factionem.*
5 *Teſtari, ſi non potuit defunctus nec legitimum
habere hæredem, bona illius fiſco vindicantur.*
6 *Deportatus poteſt ex iuris gentium cauſis acqui-
rere.*
7 *Deportatus poteſt de bonis poſt deportationem
acquiſitis pro arbitrio inter viuos diſponere.*
8 *Deportatus non poteſt teſtari, & cur num. 10.*
9 *Deportatus non poteſt habere legitimum hæredē,
& cur, num. 10.*
11 *Deportati bona poſt deportationē acquiſita fiſco
vindicantur.*
12 *Deportati bona poſt deportationem acquiſita pro
dimidia filijs reſeruabantur.*
13 *Auth. bona damnatorum C. de bon. proſ. non
habet locum in ijs, quæ, vt indignis auferuntur.*
14 *Auth. bona damnatorum C. de bon. proſ. ha-
bet locum etiam in bonis poſt deportationem
acquiſitis.*
15 *Deportatus amittit libertatem, Sed contra n. 16.*

17 De-

19 D[illegible] [illegible] [illegible]. [illegible]. con[illegible] [illegible] ff. de [illegible] & extra [illegible] d. [illegible].
21 Ciues Romani [illegible] omnes [illegible] in orbe Romano sunt, [illegible] clara, [illegible] num. 9.
22 E[illegible]municati [illegible] extra gremium Ec[illegible]ae.
2[illegible] [illegible]ann[illegible] na post bannum acquisita eo mortuo [illegible] [illegible]ndicantur, Sed contra num. 24.
2 Banni[illegible] potest testari iure communi.
23 Bannitus iure c[illegible]mmuni potest habere legitimum hæredem
25 Forensis, qui speciali constitutione, aut consuetu-d[illegible] [illegible] testari non potest, nec legitimum habere hæredem, bona, vt vacantia fisco uindicantur.

An, & quando fiat locus fisco, & ex[illegible]udatur ius accrescendi, si voca[illegible] non admittatur ad partē ex causa testatoris prouenienté a defe[illegible] [illegible]otestatis.

Quæstio Quadragesima nona.

SED hæc quidem generaliter diximus. Specialiter autem, si quæramus, an, & quando vocatus censeatur verè & propriè in[illegible]gnus, ita, vt faciat locum fisco, & excludat ius accrescendi, res erit æstimanda ex causa, propter quam quis ab emolumento repe[illegible]itur. Quamobrem dispiciamus, quibus ex causis quis verè, & propriè fiat indignus.

Constat autem omnes causas, de quibus dubitari potest, ad tria genera reduci: Aut enim consideratur ex parte solius testatoris, aut ex parte solius vocati, aut deniq; ex parte vtriusque.

Et ex parte quidem testatoris tripliciter potest causa considerari: Aut enim proficiscitur ex defectu potestatis, aut ex defectu voluntatis, aut denique ex defectu formæ.

Et primo quidē ea defectu potestatis, tunc dicimus proficisci causam, cum testator nec per se, nec per aliū, puta patrē, testari potuit, & sic cū nullo testamēti factionē habuit: nā, si cum quibusdā habuit, cū qbusdā verò nō, res nō pertinet ad hanc quæstionē, sed ad eā, quam proponemus *in hoc cap. q. 53.* scilicet, quia tunc consideratio non est simplex, sed mixta, *ut ibi ostendemus*. In hoc igitur casu certum est, nullam contrahi indignitatem, ideoque bona illius, non ad fiscum, sed ad eos, qui ab intestato successuri sunt, pertinere
1 † *ut scribit gl. in d. l hereditas 4. in uerb. peti poterunt, uers. & hoc cum testator, Et ibi Bart. nu. 2. C. de his, quib. ut ind. Bart. in l. fin. num. 11. uers. primo casu ff. eod.* Nam, aut is, qui testatus est, de nulla patrimonij parte testari potuit, vt furiosus, prodigus, pupillus, & id genus alij, & bona illius haud dubiè debent ad venientes ab intestato, non autem ad fiscum, nisi ijs deficientibus, pertinere, *ut supra dictū est. & patebit ex ijs, quæ dicemus in 9. cap. q. 1. n.* 25. Aut verò potuit testari de quibusdā bonis, de alijs verò non, vt euenit in filiofa. qui pōtest testari de bonis castrēsibus, vel quasi, non etiam de aduentitijs, *ut dicemus in 10. cap. q. 12. nu. 4. & seqq.* Et, si de his testatus sit, non [illegible]neo, [illegible] a ad fi[illegible], a[illegible]t ad [illegible]ered[illegible] [illegible] castren[illegible]bus, vel quasi castr[illegible] [illegible] intestat[illegible]d ad venie[illegible]te[illegible] [illegible] [illegible]stato, *ut di[illegible]mus in [illegible] hoc cap. q. 2[illegible]. in prin. & dicemus in cap [illegible] q. 9. num. [illegible] & cap. [illegible]o q. [illegible] 2. num. [illegible]*. Idem est, & si pat[illegible]rfa. post conditum testamentum a[illegible]iserit testamenti f[illegible]ctionem, puta, quia dederit [illegible] arrogandum: nam eius hæreditas n[illegible]n ad fiscum, sed ad venientes ab inte[illegible]stato
2 pertinebit. † *vt declarant Bart. in d. l. hereditat. 4. num. 3. & ibi Ias. nu. 11. C. de his, quib. ut indig.*

3 Planè p̄dicta vera sunt, & p̄cedunt, † quoties is, qui te[illegible]atus est, licet non habuerit testamen[illegible] factionem, potuit tam[illegible]n habere hæredes ab intestato, tametsi minus [illegible]opriè
4 dicatur [illegible]testatus decessisse † *l. 1. i[illegible] [illegible]in, uers. planè ff. de suis, & legit.* Cœterum [illegible] [illegible]gi[illegible]mū hæredem habere non potuit, verius est, bona illius ad fiscum, non ad alios debere pertine-
5 re † *l. 2. C. de bon. proscrip.* Vtique autem de eo loquimur, qui potuit habere bona: nam, si non potuit, vt seruus pœnæ, frustra disputabimus, an ea debeant ad fiscum, an verò ad alios pertinere, cum non entis nullæ sint qualitates *l. eius qui 41. ff. si cert. pet.* Itaque tunc ad ea recurrendum erit, quæ de incapacibus diximus *in hoc cap. q. 25 num. 3. & dicemus in q. 52. nu. 1. & seqq.* At, si potuit habere bona, sed non legitimum hæredem, tunc rectè dicimus vocari fiscum. Exempla sunt

Primum in eo, cui aqua, & igni interdictum est, siue deportato, qui in illius locum successit, *ut dicemus in hoc ipso cap. q. 52 num.* 87. Nam, quia amittit ea, quæ sunt iuris ciuilis, non etiam ea, quæ sunt iuris gentium *l. quædam sunt. 17. ff. de pœn.* ideo. quandiu viuit, potest ex iuris gentium causis. & sic inter vi-
6 uos acquirere, & acquisita retinere † *l. si mādato 22. §. si cuius, secundum unum intellectū gl. ibi, in uerb. non sequitur fiscum, & Bald. uers. uel alter ff. mand. Et scribunt Bart. in l. 1. num. 8. ff. de bon. damn. Bald. in l. eius. qui 8. §. si cui, in prin. et ibi Castr. num. 3. ff. de testam. Ang. in l. quoties. 14. num. 5. ff. de nouat. Castr. in l. 1. num. 3. uers. Nec obstat C. de hæred inst. Nat. cons. 472. num. 17. Boss. in tit. de bon. publica. numer. 43. Gomez tom. 3. uar. resol. cap. 14. nu. 1. et 2. Pereg. de iur. fisc. lib. 3. tit. 6. num. 4 Farin. q. 102. num. 163. Cuiac. in l. ex ea parte. 122. ff. de verb. oblig.* & de ijs pro arbitrio inter viuos disponere,
7 † *ut scribunt Bald. in d. l. eius. qui. 8. §. si cui in si. prin. ff. de testam. Boss. in d. tit. de bon. public.*
8 *num. 43.* Sed, quia, nec testari potest, † *d. l. eius, qui. 8. §. si cui ff. de testa. & l. 1 §. ij, quibus ff. de leg. 3 & scribit Farin. d. q. 102. num. 136. 137 &*
9 *148.* nec legitimum habere hæredem † *l. 2. & ibi Cin. & Ang. in prin. & nu. 1. C. de bon. proscr. l. eum, qui. 3. ff. de interd. & releg. Et scribunt gl. in d. l. si mand. uero 22. §. si cuius, in verb. non sequitur fiscum ff. mand. Bart. in d. l. 1. num. 8. ff. de bon. damn. Bald. in d. l. eius, qui 8. §. si cui, in prin. & ibi Castr. num. 3. ff. de testam. Ang. in d. l. quoties. 14. num. 5. ff. de nouat. Castr. in d. l. 1. n. 3. vers. Nec obstat C. de hæred. inst. Rum consil. 25. num. 3. vol. 5. Boss. in d. tit. de bon. publ. num. 43. Pereg. de iur. fisc. d. lib. 3. tit. 5. num. 5.* cum
10 † & factio testamenti, & ius habendi hæredē ab intestato sit iuris ciuilis, *vt de factione testamenti constat ex l. 3. ff. de testam. l. 3. §. 1. ff. ad*

l. Falc.

l. Fale. §. 1. inst. eod. l. verbis legis 120 ff. de verb. sign. §. disponat. Auth. de nupt. coll. 4. De Iure vero habendi hæredem ab intestato ex l. lege obuenire 130 ff. de uerb. sign. §. 1. Inst. de hæred. quæ ab int. def. ideo, cū moritur, omnia ipsius bona pu
11 blicantur, & ad fiscum pertinent † d. l. 2. & ibi Cin. & Ang. num. 1. & l. fin. C. de bon. proscr. ut scribunt gl. in d. l. si mandauero. 22. §. si. cuius, in verb. non sequitur fiscum ff. mand. Bald. in d. l. usus, qui. 8. §. si cui, in prin. & ibi Castr. num. 3. ff. de test. Ang. in d. l. 1. in fi. & ibi Castr. num. 3. vers. Nec obstat G. de hæred. inst. Ang. in d. l. quotiens. 14. num. ff. de nouat. Castr. d. consil. 56. nu. 3. vol. 1. Neil. de bannit. in prima part. 2. temp. num. 31. vers. aut ergo, &c. Sed. consil. 275. num. 17. vers. quin. imo fortius vol. 2. Nat. d. cons. 472. num. 17. Pereg. de iur. fisc. d. lib. 3. tit. 5. num. 5. & tit. 6. num. 4. Farin. d. q. 102. num. 164. Cuiac. in d. l. ex ea parte 121. ff. de verb. oblig. Et ita accipio, quod scribunt gl in d. l. hæreditas. 4. in verb. petit poterunt, vers. & hoc, cum testator, & ibi Bart. nu. 2. Alex. num. 4. vers. in ea gl. ibi C. de his, quib. vt ind. Bart. in d. l. ult. num. 11. vers. primo casu ff eod. dicentes ad fiscū bona pertinere, si defunctus non potuit testari propter suum delictum.

De illo sanè dubitari potest, an, si deportatus habeat filios, debeant illis relinqui bona post deportationem acquisita. Et olim quidem dimidia solummodo relinquebatur, al-
12 teram dimidiam fisco vindicante † d. l. fin. C. de bon. proscrip. Pereg. d. lib. 3. tit. 5. num. 5. & tit. 6. num. 4. Sed hodie post Auth. bona damnatorū C. eod. an omnia relinqui debeant, & sic, an illa Auth. quæ re vera de ijs bonis loquitur, quæ deportatus tunc, cum damnatus est, habebat, procedat etiam in postea quæsitis, dubitari potest. Facit autem dubitationē illud, quia dispositio illius Auth. quæ loquitur de bonis regulariter in confiscationem venientibus non trahitur ad alia, quæ ad fiscum alio iure pertinere debent. Itaque non trahitur
13 ad ea, quæ, vt indignis auferuntur, † vt scribūt Bald. in d. l. hæreditas. 4. nume. 8. C. de his, quib. vt indig. Barb. a. d. consi. 8. num. 3. uers. Non obstat, vol. 3. Pereg. de iur. fisc. lib. 5. tit. 1. nu. 20.

Sed hoc non obstante verius est, etiam in
14 postea quæsitis habere locū. † ut scribūt Alex. in d. l. hæreditas. 4. num 4. vers. in ea gl. ibi C. de his, quib. vt ind. Nat d. conf. 472. num. 20. vers. 3. respondetur, Pereg. de iur. fisc. d. lib. 3. tit. 5. num. 5. & tit. 6. num. 4 Farin. d. q. 102. num. 164. Et est de mente Bart. in d. l. fin. n. 11. vers. i. casu ff. de his, quib. vt indign. Nam, si relinquūtur bona, quæ tempore deportationis habebat reus, in quibus fiscus maius habet ius, quam in bonis postea quæsitis, cum illa veniant in confiscationem, hæc verò non item, vt diximus in hoc cap. q. 46. nu. 31. & 71. Consequens est, vt hæc multo magis relinqui debeant.

Sed hic duæ nascuntur dubitationes, quæ grauiter videntur ijs, quę diximus aduersari. Vna est, quia falsum videtur, quod diximus, deportatum posse post deportationē acquirere: Nam, qui pęnæ seruus efficitur, propriū nihil habere potest, vt diximus in hoc cap. q. 51. nu. 29. Sed deportatus videtur libertatem † in l.
15 pęnæ, quia dicitur amittere libertatem & de var. & extraord. cogn. § coniungitur ... quod etiam innuere videntur illa verba

liber factus, quæ leguntur ... quis rogatus ff. ad Treb. ... ad ... deportationem quicqua ... aut ... rum iure retinere.

Verum respondeo, ... amittere libertatem, & sic fieri seruum, quod verius est, cum amittere quidem ciuitatem, & ea omnia, quæ iuris ciuilis sunt, sed non
16 libertatem † d. l. quidam sunt ... ff. de pœn. ... ult. ff. de cap. minu. Quamobrem non ma... dicitur pœnæ capitis diminutione ... vt patiuntur serui pœnæ, sed minorem seu m... d. l. ult. §. de cap. min. §. minor. inst. eod.

Nec obstat §. coniungitur, quia libertas
17 duplex est in iure nostro acceptio, † vna, quæ refertur ad facultatem faciendi ea, quæ iuris gentium, Et hoc sensu deportatus haud dubiè retinet libertatem, vt diximus ... ea vero est, quæ refertur ad facultatē faciendi ea, quæ sunt iuris ciuilis, quæ dicitur libertas iusta, & plena. Et hoc sensu deportatus non retinet, sed amittit libertatem, quia non potest facere ea, quę sunt iuris ciuilis d. l. ... sunt 17. ff. de pœn. Est igitur liber inspecto iure gentium, non etiam inspecto iure ciuili, vt declarat Duar lib. 1. disput. annu. cap. 9. & rectè quisquid censuerit Reuard. lib. 3. variorum cap. 5. Quamobrem Cic. pro Cęcin. Et, si semel, inquit, ciuitas adimi potest, retineri libertas non potest: Qui enim potest iure Quiritium liber esse is, qui in numero Quiritium non est. Et in Topicis. Si neque censu, neque vindicta, neque testamento liber factus est, inquit, non est liber tamen, nam multis alijs modis posset libertas iure competere; vt multis Instit. de libert. Sed hoc ideo dixit, quia tribus tantum his modis poterat seruus iustam, & plenam cōsequi libertatem, & fieri ciuis Romanus §. ult. Inst. de libert. Vlpia. tit. 1. Instit. ideoque alio modo manumissus, vt non ciuis, ita nec liber fieri videbatur.

Altera verò difficultas est, quia falsum etiam videtur, quod diximus, deportatum, quandiu viuit posse acquirere, & retinere, sed nō posse testari, aut legitimum habere hæredem, propterea quod ciuis Romanus nō est: nam hæc, licet olim obtinerent, non tamen hodie videntur procedere, quia, quicunque liber est, idem est & ciuis Romanus, cum ex constitutione Antonini omnes liberi, qui in orbe
18 Romano sunt, fiunt ciues Romani † l. in orbe. 17. ff. de stat. homin. Quod etiam significant illa verba, cum titulus Romana, qua sola est in præsenti, quæ leguntur, in d. §. ult. Inst. de libert. Quamobrem, licet olim libertorum alij essēt ciues Romani, alij latini, alij dedititiorum numero, hodie tamen omnes ciues Romani sūt l. vn. C. de latin. libert. toll. l. vn. C. de dedit. libert. toll. d. §. ult. Instit. de libert.

19 Verum respondeo, hoc procedere † in ijs, qui sunt in orbe Romano, cuiusmodi non sunt deportati, tanquam extra Romanum orbem eiecti. Nec enim esse in orbe Romano censendi sunt, qui Romani iuris communionem non habent, vt nec in orbe, seu gremio Ecclesiæ, quia fidelium communione,
20 & consortio repelluntur † cap. nihil & cap. canonica 11 q. 3. cap. tam sacerdotes cap. tertium 24. q. 3. cap. viduas. 27. q. 1.

Secundū exemplum a quibusdam affertur in

in bannito, qui impunè offendi potest: Nam, licet viuens possit succedere, & acquirere ex ijs causis, quæ iure communi deferuntur, *vt diximus in hoc cap. q. 52. num. 105.* tamen post mortē poterit fiscus bona ab eo acqui-
21 sita occupare, † *secundum Castr. d. cons. 56. nu. 3. vol. 1. & d cons. 212. numer. 4. vers. Nec etiam video, vol. 2. Menoch cons 91 num. 3.*

Sed hæc opinio communiter ab omnibus est improbata, quia, cum eorum respectu re-
22 tineat bannitus factionem testamenti, † *vt scribunt Bald. in d. l. eius, qui. 8. §. si cui, num. 3. versic. aut vult. ff. de testa. Nell. de bann. d. prima part. 2. temp. nu. 12. Clar. in §. testamentum q. 19. num. 1. & 2 Farin. d q. 102. num. 4. & 11.* & ius
23 habendi ab intestato hæredem, † *vt scribunt Nell. d. prima part. 2. temp. num. 31. in fi. Boss. in d. tit. de bono. publica. num. 67.* quippe, quæ iuris communis sunt, *vt diximus supra nu. 10.* Consequens est, vt ea, non ad fiscum, sed ad eius hæredes, vel ex testamento, vel ab intestato
24 venientes pertinere debeant, † *vt rectè scripserunt Ang. in d. l. quoties. 14. num. 5. vers. & hoc, Nell. de bann. d prima part. 2. temp. num. 31. in fi. Curt. Iun. d. cons. 182. nu. 6. vers. sed præmissis, Perег. de Iur fisc. d lib. 5. tit. 1. num. 133. vers. &, cum status, Farin. d q. 25. num. 140.*

Tertium denique exemplum afferri potest in forense, qui de bonis suis testari nequit, aut in ijs legitimum habere hæredem ex speciali alienius principis cōstitutione, aut regni, vel prouinciæ consuetudine, vt est in regno Galliæ, vbi viget lex Albinatus: Nam, licet viuēs possit contrahere, & de bonis suis inter viuos, quo velit modo disponere, si tamen non facta alienatione moriatur, omnia illius bona,
25 vt vacantia, fisco vindicantur. † Et hæc de his, qui non admittuntur ex causa testatoris prouenienre a defectu potestatis.

S V M M A R I V M.

1 *Testator, si ante perfectionem actus reuocet suam dispositionem, habetur pro non facta.*
2 *Reuocatio dispositionis facta a testatore ante perfectionem actus operatur, vt vocatus repellatur ipso iure.*
3 *Cācellatio dispositionis facta a testatore ante perfectionem actus operatur, vt dispositio habeatur pro non facta.*
4 *Legata, & fideicommissa possunt ex post facto reuocari ipso iure, si reuocatio fiat in dispositione pfecta, puta in testamento solemni, vel etiam in codicilis, seu coram quicunque testibus, vt num. 5.*
6 *Legata, & fideicommissa non reuocātur ipso iure, sed ope exceptionis si reuocatio fiat coram duobus testibus.*
7 *Ius accrescēdi locum habet in parte data, & postea ablata.*
8 *Hæreditas testamento data reuocatur posteriore testamento solemni.*
9 *Testamētum solemne non reuocatur per posterius minus solemne.*
10 *Testamentum non censetur reuocatum, etiamsi testator coram septem testibus dixerit, se nolle illud valere, non tamen expressa aliqua causa, & eur, num. 11.*
12 *Testator, si coram septem testibus dixerit, se reuocare testamentum, quia vult decedere intestatus, valet reuocatio, & operatur, vt venientes ab intestato censeantur tacitè instituti.*
13 *Testamentum tollitur nuda reuocatione, etiam coram tribus testibus facta, si lapsum sit decennium a die conditi testamenti ante illius reuocationem.*
14 *Testamentū posterius etiam insolemne tollit prius validum, si in posteriore sint instituti descendentes, aut alij ab intestato successuri.*
15 *Testamentum ritè factum tollitur per posterius minus solemne, si sit conditum ad pias causas.*
16 *Testamentum solemne tollitur per posterius etiam minus solemne, conditum iure militari.*
17 *Testamentum militare tollitur per posterius etiā minus solemne.*
18 *Hæreditas codecillis adimi non potest.*
19 *Testamenti reuocatio facta in codicillis non impedit, quominus hæreditas pertineat ad institutos in testamento, Declara, ut nu. 20. & seqq.*
23 *Institutionis reuocatio facta in voluntate imperfecta non impedit, quominus hæreditas ad institutum pertineat.*
24 *Cancellatio testamenti, siue dispositionis incōsultò facta nullius est momenti.*
25 *Cancellans totum testamentum censetur id facere, quia vult decedere intestatus.*
26 *Cancellato toto testamento hæreditas non pertinet ad fiscum, sed ad uenientes ab intestato.*
27 *Cancellans unum ex duobus exemplis testamenti non censetur uoluisse decedere intestatus, nisi probetur.*
28 *Cancellans nomina quorumdam tantum hæredū censetur ijs tantum adimere uoluisse, quorum nomina deleuit.*
29 *Cancellatis nominibus quorumdam hæredū partes illorum non applicantur fisco, sed substitutis, aut cohæredibus.*
30 *Cancellans nomina omnium hæredum non censetur omnibus ademisse, si constat, eum noluisse omnibus adimere, & cur, num. 31.*
32 *Cancellatis nominibus omnium hæredum, si constet testatorem noluisse omnibus adimere, partes illorum, quibus adimere voluit, non applicantur fisco, sed substitutis, aut cohæredibus.*
33 *Cancellans omnia hæredum nomina censetur omnibus ademisse, si constet talem fuisse illius volūtatem, Declara tamen, ut num seqq.*
36 *Cancellans omnia hæredum nomina, si unius odio id fecerit, & non constet, vtrum omnibus adimere voluerit, non censetur ademisse, nisi ei, cuius odio id fecit.*

An, & quando fiat locus fisco, & excludatur ius accrescendi, si vocatus non admittatur ad partem ex causa testatoris prouenientea defectu voluntatis.

Quæstio Quinquagesima.

SEcundo verò potest causa, quę cōsideratur ex parte testatoris, proficisci, non ex defectu potestatis, sed ex defectu voluntatis, cum scilicet testator mutata voluntate reuocat dispositionem a se factam, nec vult, eam in persona vocati habere effectum, non quidem ab aliquam eius causā

puta

puta qualitatem, aut dementium, propter quod censeri possit indignus, quia tunc consideratio non esset simplex, sed mixta, *vt ostendimus in hoc cap. q. 53. nu. 1. & q. 54. in prin.* sed, quia ita ei placet, & sic, quia volũtas est simplex, & nuda.

Dupliciter autem hæc voluntatis mutatio considerari potest: Aut enim consideratur ante perfectionem actus, aut post, & vtroque tempore, aut declaratur verbis, aut facto. itaque effectu quatuor modis potest vocatus ad rem non admitti ex defectu voluntatis testatoris, &

Primo, si ante perfectionem actus reuocet verbo dispositionem iam a se factam, puta in eodem testamento dicat, se nolle Titium, quem iam instituerat, aut, cui legatum dederat, esse hæredem vel habere legatum. Et tunc certum est, nullam ex hac causa contrahi indignitatem, quæ faciat locum fisco, sed solã induci ademptionem, quæ operatur, vt res non videatur data, seu scripta, siue sit hæredi-
1 tas, siue legatum † *l. si mihi, & tibi. 12. § in legatis, & l. si ita sit adscriptum. 14. vers. nam, quod ff. de leg. primo tit. Inst. de ademp. leg. in prin. Et scribunt gl. in l. hæredi palam. 21 §. si quid post, in verb. si quid post, & ibi Bart. & alij communiter ff. de testa gl. in l. datum 17. in verb adimi, & ibi Castr. num. 2. vers. In gl. C. de legat. Bald. in l. hæreditas. 4 num. 4. & ibi Alex num. 7. C. de his, quib. vt ind. Castr. in l. fideicommissum 27. num. 2. C. de fideicom.* Quamobrem ipso iure voca-
2 tus ab ea repelletur † *d. l. si ita sit adscriptum. 14. vers. sed Papinianus. & ibi gl. in verb. ipso iure Bart. num. 2. Bald. vers. quæro, quando. Ang. in prin. Castr. num. 1. Imol. num. 2. vers. In gl. ipso iure, Alex. num. . & Ias. num. 1. ff. de leg. primo Bald. in d. l. hæreditas 4. numer. 4. C. de his quib. vt ind. Castr. in d. l. datum 17. num. 2. vers. In gl. C. de legat. & in d. l. fideicommissum. 27. num. 2. C. de fideico.* eaque pertinebit ad substitutos, vel coniunctos, vel hæredes grauatos, vel venientes ab intestato, *secundum ea, quæ diximus in 9. cap. q. . . num. 6. & seqq.*

Secundo verò potest vocatus non admitti ex defectu voluntatis testatoris, si is ante perfectionem actus reuocet dispositionem a se factam, non verbo, sed facto, puta quia, cancellet institutionem, aut legatum, Et tunc similiter certum est, non contrahi indignitatẽ, quæ faciat locum fisco, quia per talem cancellationem inducitur ipso iure dispositionis reuocatio, quæ operatur, vt ea pro non facta
3 habeatur † *l. 1. §. & sed, si legi, & § & hæreditatis, & ibi Bart. numer. 1. ff. de his, quæ in testa. del. Et scribunt gl. in d. l. datum 17. in verb. adimi C. de lega. Cyn. in l. nostram. 30. num. 2. & ibi Bart. nu. 1. vers. an autem, Bald. num. 2. vers. 2. quæritur, Castr. num. 3. vers. similiter prædicta, Alex. num. 1. Ias. num. . vers. Tu dic C. de testa. Bart. in d. l. hæreditas. 4 num. 4. & ibi Alex num. 7. C. de his, quib. vt ind. Bart. in l. ad testium. 22. §. si signa ff. de testa. & in l. 3. §. vlt. numer. 2. ff. de adim. legat. Castr. in d. l. fideicommissum. 27. nu. 2. C. de fideic.*

Tertio potest non admitti vocatus ex defectu voluntatis, si testator post perfectionẽ actus verbo reuocet suam dispositionem, Et tunc, si quæramus, an, & quando valeat reuocatio, constat varios esse distinguendos casus, quorum

Primus est quando tractamus de legatis, & fideicommissis. Et tunc certum est, valere reuocationem, & operari, vt legatarius vel ipso iure repellatur vel ope exceptionis, ipso iure si reuocatio fiat in dispositione perfecta, puta
4 in testamento solemni † *tit. Inst. de adimp. leg. in prin. Et in specie declarant gl. in l. datum. 17. in verb. adimi, & ibi Castr. num. 2. vers. In gl. C. de legat gl. in l. si ita sit adscriptum 14. in verb ipso iure, & ibi Bart. num 2. Bald vers. quæro, quando ff. de leg primo gl. in l. fideicommissum. 27. in verb. probata, & ibi Castr. num. . vers. Item potest C. de fideic.* vel in codicillis, seu coram quinque
5 testibus, † *d. tit. Inst. de ademp. leg. Et in specie censuerunt gl. in d. l. fideicommissum. 27. in verb. probata, C. de fideic. Bart. in d. l. si ita sit adscriptũ 14. nu. 2. vers certè & ibi Bald. vers. quæro, quãdo Ang. vers. In gl. quæ incipit Imol num. 2. vers. in eadem gl. Alex num. 4. vers. In gl. in verb ff. de leg. primo Bartol. in d. l. hæredi palam. 21. §. si quid post numer. 3. vers. In eo, quod dicit, & ibi Bald. vers. aut loquimur ff. de testa Reprobata gl. ibi, in verb. ipso iure, quam etiam ibi sequitur Castr. nu. 2. vers in gl. quæ incipit, & in d. l. hæredi palam. 21. § si quid post num. 9. vers. Breuiter. ff. de testa. & in l. datum. 17. num. 3. C. de legat. & in d. l. fideicommissum. 27 numer. 2. vers. ego puto. C. de fideico. & aliorum contra sententium opinione.* Ope verò exceptionis, si fiat in dispositione
6 imperfecta, puta coram duobus testibus, † *vt declarant Bart in d. l. si ita sit adscriptum 14. nu. 2. vers de alia, & ibi Bald. versic. quæro, quando Ang. vers. In gl. quæ incipit ff. de leg. primo. Castr. in d. l. datum 17. num. 2. vers. In gl. C. de legat. Et est in confesso apud eos, quos retulimus supra post num. 5. vers. reprobata* Quamobrem res ita legata & adempta non applicabitur fisco, sed substituto, vel cõiuncto vel his deficientibus remanebit apud grauatum, *secundum ea, quæ diximus in 9. cap. q. 1. num. 6. & seqq. & q. 8. num. 21.* Et ita videtur sensisse, qui simpliciter scripserunt, ius accrescendi habere locũ in parte
7 data, & postea ablata, † *vt Gal. Ben. in d. cap. Raynutius, in verb. & vxorem no mine Adelasiã, num. 151. & Marc. q. 677 num. 6 part. 2.*

Secundus verò casus est, quãdo tractamus de hæreditatibus, & reuocatio fuit facta in testamento solemni, Et tunc similiter certum est, reuocationem valere, vt hæreditas ad eos pertineat, qui in posteriore testamẽto
8 scripti sunt † *l. 1. & l. 2. ff. de iniust. rup. l. si quis priore 29. ff. ad Treb § posteriore. & § sed & si quis priore, inst. quib. mod. test. infir. l. sancimus. 27. vers. sin autem C. de testam. Et scribunt gl. in l. 3. § fin. in verb. nuda ff. de adim. lega. Bart in d. l. hæreditas 4 num. 4. & ibi Bald num. 4. vers. si autem, Ang. nu. 4. vers. aut hoc non declarauit, & Ias num. 11. vers. Tertius casus C. de his quib. vt ind. Ang. in l. nostram. 30. num. 1. vers. sed si condidit. C. de testa. Dec. cons. 489. num. 3. Grass. in § testamentum q. 84. num. 1.*

Tertius casus est, quãdo tractamus de hæreditatibus, & reuocatio fuit facta in testamento minus solemni, & inualido, Et tunc verius est, hæreditatem, neque ad fiscum, neque ad hæredes in posteriore testamento scriptos pertinere, sed ad eos, qui fuerant instituti in priore, quippe, quod per posterius
9 inualidum nõ censetur reuocatum † *l. si quis enim 16. §. vlt. ff. de vulg. l. 2. ff. de iniust. rupt. d.*

l. san

l. sancimus. 27. vers. si autem C. de testam. l. si iure 18. ff. de leg. 3. l. ex parte. 22. ff. de adim. leg. l. eum quidam 12. C. de his, quib. vt ind. Et in specie declarauit Bart. *in d. l. hæreditas 4. n. 4. & ibi* Bald. *num. 4. uers. si autem, Ang. num. 4. vers sed, si voluntas. &* Ias. *num. 11. vers. Tertius casus* C. *de his, quib. vt ind.* Bart. *in l. 3. §. vlt. num. 2. vers. Item dicitur, & in l. ex parte. 22. in prin. ff. de adim. leg. Ang. in d. l. nostram. 30. nu. 1. vers. aut imperfectum* C. *de testam.* Couar. *in rubr. de testa. part. 2. n. 21. vers. hinc ergo, late Men. cons. 1137. num. 81.* Quamobrem Capitolinus in Pertinace, *legem tulit*, inquit, *vt priora testamenta non prius essent irrita, quam alia perfecta essent, neue fiscus ob hoc aliquando succederet.* Hoc autem adeo verum est, vt procedat, etiamsi reuocatio verbo fiat coram septem testibus, puta dicat testator, se nolle testamentum valere, non tamen expressa aliqua causa: Nam talis declaratio nullius erit momenti, ideoq; non impediet, quo minus hæres in testamē
to scriptus possit cum effectu hæreditatem
10 obtinere. † *Ita per l. sancimus. 27.* C. *de testa. & §. ex eo, Inst. quib. mod. test. infir. censuerunt gl. in d. l. hæredes palam. 21. §. si quid post, in verb. omnia, vers. quod ergo, & ibi Castr. num. 10 ff. de testa. Cin. in d. l. nostram. 30. num. 3. & ibi Ang. num. 1. vers. cum vero testatur* C. *eod. Bart in l. si iure 18. num. 3. ff. de leg. 3.* Bald. *in l. 1. num. 66.* C. *de sacr. Eccl. & cons. 354 num. 1. vol. 5. Alex. in l. si ita scriptum. 13. § regula, num. 3. uers. sed certè ff. de lib. & posth. & in d. l. sancimus 27. nu. 8. vers. extra gl.* C. *de testa. & consil. 104. num. 1. vol 2. consil. 30. num. 4. vol. 3. & cons. 159. num. 5. vol. 7. Ruin cons. 6. nu. 1. uol. 2. Dec. cons 582. num. 1. Corn cons. 7. num. 7. uol. 4. Paris cons. 46. num. 25. in fi. uol. 3. Soc. Iun. in l. si quis in princ. 22. num. 49. ff. de leg. 3. & consi. 62. nu. 1. uol. 3. Duran. de art. test. tit. 10. caut. 3. num. 1. Clar. in § testamentum q. 91. num. 2. Ceph. consil. 519. nu. 14 Crau. consil. 228 nu. 2.* Crass. *in § testamentum, q. 84. numer. 2.* Bursa. *cons. 307 numer. 72. Maresco lib. 1. uaria resol. cap. 8. numer. 2. ubi ait, ab hac opinione, tamquam magis communi, et maioribus authoritatibus munita non esse rece-*
11 *dendum.* Et ratio est, quia, † qui simpliciter
dicit, se nolle testamentum valere, videtur
habere animum testandi, & sic condendi
nouum testamentum, quod quia postea non
condidit, ideo fit, vt talis voluntas, tamquam
imperfecta non possit tollere præcedentem,
quæ erat perfecta. *Ita ex mente cæterorum ratiocinatur Crau. d. cons. 228. num. 2.*

Planè, si causam adijciat, & dicat, ideo se
nolle testamentum valere, quia vult decedere intestatus, fatentur omnes, valere reuocationem, & operari, vt hæreditas, nō hæredi
instituto, aut ex eius persona fisco, sed legitimis hæredibus, quasi tacitè institutis defe-
12 ratur. † *Ita per l. 1. §. si hæres ff. si tab. testa. null. ext. scripserunt* Bart. *in d. l. si iure. 18. nume. 3 ff. de leg. 3. Alex. in d. l. si ita scriptum. 13. §. regula num. 4 ff de lib. & posth. & in d. l. sancimus. 27. n. 9* C. *de testam. & d. cons. 104. num. 1. vol. 2. d. cons. 30. num. 3. & 5. uol. 3. & d. cons. 159. num. 1. & 8. vol. 7. Corn. d. consil. 39. num. 3. & seqq. vol. 2. & d. consil. 7. num. 7. vol. 4. Dec. d. cons. 582. nume. 1. Ruin d. cons. 6. num. 5. vol 2. Paris. d. cons. 46 n. 25. in fin. vol. 3. Soc. Iun. in d. l. si quis in principio. 22. num. 49. ff. de leg. 3. & d. consil. 62. num. 1. vol. 3. Duran. de art test. d. tit. 10 caut. 3. num. 2. Clar. in d. §. testamentum q. 92. Ceph d cons. 519. num. 16 Mantic. de con. vlt. vol. lib. 2. tit. 15. num. 18.* Crass. *in d. §. testamentum q. 84. nu 5. Bursa. d. cons. 307. num. 72. Maresco. d. lib. 1. varia resol. cap. 48. num 4. vbi ait, hanc esse communem limitationem.* Sed etsi testator causam nō exprimat, si tamen a die conditi testamenti lapsū sit decennium, & postea dixerit saltem corā tribus testibus, se nolle illud valere, aut apud acta id ipsum declarauerit, censebitur testamentum reuocatum, & hæreditas ad veniē-
13 tes ab intestato pertinebit † *d. l. sancimus 27. vers. sin autem testator* C. *de testa. Et scribunt gl. in d. l. hæreditas 4. in verb. peti poterunt, vers. si autem deficiat, & ibi Bald. num. 4. uers hoc autē, Ang num. 4. uers. sed, si voluntas, Ias num. 11. uers. Tertius casus* C. *de his, quib. ut indig. Cin in d. l nostram. 30. num. 3. & ibi Ang num. 1. uers. Fallit in vno casu* C. *de testam.* Bart. *in d l si iure 18. n. 3. ff. de leg 3. Castr. in d. l. hæredes palam. 21. §. si quid post nu. 10. ff. de testam. Alex. in d. l sancimus 27. num. 8. uers. extra gl.* C. *eod. & in d. l. si ita scriptum 13. § regula, num 3. uers. sed certè ff. de lib. & posth. & d. cons. 104. nume. 1. uol. 2. & d. cons. 159. nume. 5. uol. 7. Ruin. d. consil. 6. num. 2. uol. 2. Paris. d. cons. 46. nu. 25. in fin. uol 3.* Clar. *in d. §. testamentum q. 91. numer. 3. & 4. Ceph. d. cons. 519. num. 15.* Crass. *in d. §. testamentum q. 84 num. 3.*

Sed hæc procedunt, quoties testator noluit aliud condere testamentū; At, quoties aliud condidit, aut condere tētauit, sed minùs perfectè, tūc regulariter procedit id, quod supra diximus, scilicet non tolli prius per posterius imperfectum. Interdū tamen tollitur.

Primum enim, si posterius sit cōditum inter liberos, aut eos, qui ab intestato successuri sunt, magis est, vt tollat prius, etiamsi po-
14 sterius non sit iure factum † *l. hac consultissima. 21. § si quis autem,* C. *de testam. l. si duobus. 12. § si prius ff de bon. poss. cōtra tab. l. 2 ff. de iniust. rupt. Et scribunt* Bald *in d. l. hæreditas. 4. num. 4. vers. hoc autem* C. *de his, quib. ut indig Ang. in d. l. nostram 30. num. 1. vers. Fallit, si in 2.* C. *de testam.* Crass. *in d. §. testamentum q. 86. nu. 4.*

Secundo verò, si posterius non solenne
conditum sit ad pias causas, magis est vt tol-
15 lat prius iure factum. † *Ita post multos ostendunt Tiraq. de priu. piæ causæ, priuil. 2. per tot. &* Couar. *in rubr. de testam. part. 2. nu. 1.*

Tertio, si prius testamentum sit conditum
iure communi, & sic solemniter, posterius
vero iure militari, tolletur prius, etiam si po-
16 sterius minus solemniter factum sit † *d. l. 2. de iniust. rupt. Et scribit* Bart. *in d. l. hæreditas. 4. numer. 4.* C. *de his, quib. vt ind.* Quod,
si priùs sit conditum iure militari, & sic sine
solemnibus, tolletur per posterius etiam minus solemne conditum iure communi, quia
facilius tollitur, quod iure singulari, quam,
17 quod iure communi sustinetur † *l. eius militis 36. §. militia missus ff. de mil. testa. Et scribit* Bald. *in d. l hæreditas. 4. numer. 4. vers. hoc autem* C. *de his, quib. vt indig.*

Quartus casus est, quando tractamus de
hæreditatibus, & reuocatio fit in codicillis,
Et tunc verius est, non induci ademptionem,
18 quia hæreditas codicilis adimi non potest † *l. Scæuola. 76. ff. ad Treb. l. 2.* C. *de codicil. d. l. hæreditas.*

ditas. 4.C. de his, qui, quib. vt ind. ideoque hæ-
redem in testamento institutum posse non
19 obstante reuocatione adire hæreditatem, † *vt
scribunt gl. in d. l. hæreditas. 4. in verb. petere pote-
runt, vers. si autem defeciat, & ibi Bart. in prin.
& num. 5. Castr. num. 2. Ias. nu. 1. C. de his, quib.
vt ind.* Sed, an possit eam retinere, si quæra-
mus, constat esse distinguendum; Aut enim
testator ideo reuocauit institutionem, quia
reputauit hæredem indignum, Et non pote-
rit eam retinere, quia fiscus ab illo, quasi ab
20 indigno rem auferet † *d. l. hæreditas 4. C. de
his, quib. vt ind. & nos dicemus in hoc cap. q. 54 n.
83. & seqq.* Aut verò ideo reuocauit insti-
tutionem, quia voluit decedere intestatus, &
ita legitimis hæredibus prospicere, Et nec
etiam poterit eam retinere, quia censebitur
per fideicommissum grauatus hæreditatem
21 venientibus ab intestato restituere, † *vt decla-
rat Ang. in d. l. nostram. 30. num. 3. vers. vltimo
C. de testam.* non solum, si reuocatio facta sit
22 verbis obliquis, † *in quibus terminis id fatentur
Bald. in d. l. hæreditas 4. num. 5. & ibi Castr. num.
3. C. de his, quib. vt ind.* sed etiam, si directis, vt
nos verius arbitramur, *tametsi Bald ibi contra-
rium censuerit*, scilicet, quia verba directa pro-
lata in codicillis vim obliquam habent, *d. l.
Sceuola. 76. ff. ad Treb.* Aut demum sumus in
dubio, Et tunc res erit ex ijs terminanda, quę
dicemus *in hoc cap. q. 54. num. 91. & seqq.*

Quintus, & vltimus casus est, quando tra-
ctamus de hæreditatibus, & reuocatio, neq;
in testamento fit, neque in codicillis, sed in
alia voluntate imperfecta, Et tunc sine du-
bio non inducitur ademptio, ideoq; hæredi-
tas pertinet ad eundem in testamento insti-
23 tutum, † *secundum ea, quæ diximus num. 10.
Ita in specie scribit* Bald. *in in d. l. hæreditas. 4. n.
5. C. de his, quib. vt ind.* Nisi lapsum sit de-
cennium, *secundum ea quæ diximus num. 13.
Et in proposito declarat* Ang. *in d. l. hæreditas 4.
num. 4. vers. sed, si voluntas*,

Quarto demum potest ex defectu volun-
tatis non admitti vocatus, si testator post per-
fectionem actas reuocet suam dispositionē,
non verbo, sed facto, puta, eam cancellet, nō
quidem inconsultò, & inaduertenter; nam
alioquin nullius esset momenti cancellatio,
24 nec dispositionis effectum impediret, † *l. 1.
in prin. & §. sed consultò ff. de his, quæ in testam.
del.* sed consultò, & data opera, Et tunc, si
quæramus, an, & quādo censeatur facta adē-
ptio, constat varios esse distinguendos casus,
quorum

Primus est, quando testator cancellauit
totum testamentum, Et tunc omnibus cen-
setur ademisse, quia ita agendo declarauit, se
25 voluisse decedere intestatum † *l. nostram. 30.
& ibi Alex. num. 3. vers. & tenendo C. de testam.
Et scribūt gl. in l. 3. § si. in verb. nuda ff. de adim.
leg. gl. in d. l. hæredes palam. 21. § si quid post, in
verb. omnia, vers. quod ergo ff. de testa. Bald. in d.
l. hæreditas. 4 num. 5. vers. si autem C. de his quib.
vt indig. Crau. consi. 228. num. 1. Mantic. de
con. vlt. vol. lib. 12. tit. 1. num. 31. Pereg. de iur.
fisc. lib. 2. tit. 4. num. 7. Crass. in d. §. testamentum
q. 85. num. 1.* Quamobrem hæreditas non ad
fiscum, sed ad venientes ab intestato pertine-
26 bit † *l. vn. §. si heres ff. si tab. test. null. exta. l. vn.
ff. si tab. test. ext. Et scribunt Ias. in d. l. hæreditas.
4 num. 4. vt supra in tertio C. de his, quib. vt ind.
Crau. d. consi. 228. num. 1. vers In qua, Pereg. de
iur. fisc. d. lib. 2. tit. 4 nu. 7. Cuiac. ad l. vlt. ff. de
his, quæ in testa del. in 6. lib. respons. Papiniani.*

Planè, si testamentum fuisset scriptum in
pluribus codicibus, siue exemplis, & testator
vnum tantum cancellasset, in dubio non
censeretur voluisse decedere intestatus, nisi
hoc animo id eum fecisse a venientibus ab
27 intestato probaretur † *l. fin. & ibi Bart ff. de
his, quę in testa. del. Et in specie declarāt Bald. in
d. l. nostram. 30 num. 3. & ibi Ang. num. 1. C de
testa. Bald. in d. l. hæreditas 4 num. 5. vers. Nec ad
prędicta C. de his, quib. vt ind.*

Secundus verò casus est, quando testator
non cancellauit totū testamentum, sed quo-
rundam tantum nomina, Et tunc verius est,
eum non censeri voluisse adimere, nisi ijs,
28 quorum nomina deleuit † *l. 2. vers. dicebam
ff. de his, quę in testa. del l. si ita scriptum. 8. §. si
autem ff de bon poss. sec. tab. Et scribunt Bald in
d. l. hæreditas. 4. num. 5. vers. aut nomina C de
his, quib. vt ind. Mantic. de con. vlt. vol. d. lib. 12.
tit. 1. num. 31.* Quamobrem illorum portiones
non ad fiscum, sed ad substitutos, vel cohæ-
29 redes pertinebunt, † *vt scribunt Bald. in d. l.
hæreditas. 4. n. 5. vers. aut nomina C. de his, quib.
vt ind. Castr. in d. l. nostram, 30. nu. 2 vers. mihi
videtur C de testa. Crau. d. consi. 228. nu. 1. vers.
in qua, Mantic. d. lib. 12. tit. 1. num. 31. Perig.
d. lib. 2. tit. 4. nu. 7.*

Tertius casus est, quando testator cancel-
lauit omnia nomina hæredum, sed non totū
testamentum, & constat, eum non omnibus
voluisse adimere, sed tantum quibusdam, Et
tūc similiter verius est, ijs solis obesse, quibus
30 ademptum voluit † *d. l. 2. vers. & , si quidem ff.
de his, quę in test. del Et in specie declarat Bald in
d. l. hæreditas. 4. num. 5. vers. aut nomina*, quia
31 † cœterorum nomina videtur per errorem,
aut inuitus cancellasse *d. l. 2. vers. & si quidem,
Et considerat Bald. in d. l. hæreditas, num. 5. vers.
aut nomina.* Quamobrē, & in hoc casu pars
illorum, nō ad fiscum, sed ad substitutos, aut
32 cohæredes pertinebit, † *ut scribit Bald. in d. l.
hæreditas, num. 5. vers. aut nomina.*

Quartus casus est, quando testator cancel-
lauit omnia nomina hæredum, & constat,
eum voluisse omnibus adimere, Et tunc cer-
tum est, omnibus censeri factam ademptio-
33 nem, † etiamsi vnius tantum odio cancella-
uerit *d. l. 2. vers. quod, si primauerit. ff. de his, quę
in testa. del.* Sed in hoc casu hæreditas nō per-
tinebit ad venientes ab intestato, sed a fisco
34 vindicabitur, † *l. proximè. 3 in prin. ff. de his,
quæ in testa del. Et scribunt Bald in d. l. hæredi-
tas. 4 num. 5. vers. si autem nihil dixit C. de his,
quib. vt ind. Alex in d. l. nostram. 30. num. 3. vers.
contrarium & tenendo, & ibi Ias. num. 2. vers. contrarium
C. de testam. Crass. in d. §. testamentum q. 85. nu.
3. in fin Pereg. de iur. fisc. d. lib. 2. tit. 4. num. 7.*
35 quia † testator ita agendo declarat, se velle
testamentum firmum remanere, quoad lega-
ta, sed hoc esse non potest, nisi hæredes pos-
sint adire. Ergo censetur velle, vt non ob-
stante cancellatione ipsi adeant, sed, quia
non merentur eius voluntatem, ideo ex hoc
fiscus arguit, eos indignos, & vt indignis hæ-
reditatem aufert. *Ita ratiocinatur* Bald. *in d.
l. hæreditas. 4. num. 5. vers. si autem nihil dixit,*
& po-

& post eum Alex. in d. l. nostram. 30. nu. 3. uers. & tenendo. & ibi Iaf. num. 2 uers. contrarium C. de testam. Crass. in d. §. testamentum q. 85. nu. 3. in fin. Quamobrem in hoc casu consideratio non erit simplex, sed mixta, *secundum ea, quę diximus in hoc cap q. 54. in prin.*

Quintus deniq; casus est, quando testator cancellauit omnia nomina hęredem, & constat, vnius tantum causa id factum esse, sed sumus in dubio, vtrum testator omnibus adimere voluerit, an verò illi tantum, Et tunc
36 verius est, illi tantum nocere † *d. l. 2. in fin. ff. de bis, quæ in testa. del.* Quamobrem pars illius non ad fiscum, sed ad substitutos, vel cohęredes pertinebit, *secundum ea, quæ diximus in 2. & 3. casu*. Et ijs quidem casibus non admittitur vocatus ex defectu volūtatis testatoris.

SVMMARIVM.

1 *Testamentum minus solemne, quoad formam extrinsecam regulariter non sustinetur.*
2 *Institutus in testamento imperfecto ratione solemnitatis non admittitur ad hæreditatem.*
3 *Institutus in testamento minus solemni non facit locum fisco, & cur, num. 4.*
5 *Institutus in testamento imperfecto condito iure militari non facit locum fisco, sed ipse capit, & cur, num. 6.*
7 *Testamentum imperfectum cōditum inter liberos non sustinetur fauore extraneorum.*
8 *Legata extraneis relicta in testamento inter liberos remanent in hæreditate.*
9 *Hæreditatis pars relicta extraneo in testamēto inter liberos, quo iure pertineat ad liberos, & nu. 10.*
11 *Testamentum conditum ad pias causas minus solemniter non sustinetur, quoad alios.*
12 *Legata relicta causę non pię in testamento imperfecto condito ad pias causas remanēt apud hæredem.*
13 *Testamentum, in quo suus est præteritus, est ipso iure nullum.*
14 *Hæreditas relicta in testamento nullo ex causa præteritionis non defertur fisco, sed venientibus ab intestato.*
15 *Testamentum, in quo posthumus est præteritus, rumpitur ex defectu forma intrinseca.*
16 *Posthumus, si fuerit præteritus, hæreditas non defertur fisco, sed uenientibus ab intestato.*
17 *Testamentū solemne, sed inualidum ex alia causa, non facit locum fisco, sed alijs, ut num. 18.*

An, & quando fiat locus fisco, & excludatur ius accrescendi, si vocatus non admittatur ad partem ex causa testatoris proueniente a defectu formæ.

Quæstio Quinquagesima Prima.

TErtio demum potest causa, quę consideratur ex parte testatoris proficisci, non ex defectu potestatis, aut voluntatis, sed ex defectu formę, cū scilicet testator voluit, eum, cui reliquit, ad emolumentum admitti, sed, quia concepit suam dispositionem, aut minus solemniter, aut sub ea forma, quæ vitiat actum, ideo non potest illa suum sortiri effectum. In quo quidem diligenter animaduertendum est, speciē hanc ab ea differre, de qua locuti sumus *in q. præced. numer. 8. & seqq.* etiam in terminis, in quibus testator suam voluntatem in inualida dispositione declarauit: Nam voluntas, quæ ibi consideratur, consistit in adimendo, quæ verò consideratur hic, consistit in dando. Itaque ibi vocatus non admittitur, quia deficit voluntas, scilicet, quia testator mutata volūtate noluit, rem ad eum, quem priùs vocauerat, pertinere, At hic non admittitur, nō propter defectum volūtatis, quia testator voluit, licet inutiliter, sed propter defectum formæ, quæ res operatur, vt dispositio effectum habere nequeat. In hac autem specie, si quæramus, an fiat locus fisco, constat varios esse distinguendos casus, quorum

Primus est, quando testamentum est minus solemne, quoad formam extrinsecam, & sumus in casibus, in quibus id nullo iure susti-
1 netur, vt euenit regulariter † *l. si non speciali. 9. l. si unus de septem. 12. & l. hac consultissima 21. §. non subscriptum, & §. ex imperfecto* C. *de testa.* Et tunc certum est, institutum, licet non admi-
2 tatus † *l. ex imperfecto. 3.* C *de testam.* non tamē facere locum fisco, sed venientibus ab inte-
stato, aut hæredibus in priore testamento
3 scriptis † *§. ex eo, Inst. quib. mod. testa. inf. tit. Inst. de hæred. quæ ab int. def. in prin. & ibi gl. in uerb. non iure fecit, Et in specie declarant gl. in d. l. hæreditas. 4. in uerb. peti poterunt, uers. si autem deficiat, & ibi Bart. num. 3. Ang. in fi. Iaf. num. 11. uers. secundus casus* C. *de bis, quib. ut ind.* quia
4 † non repellitur ob aliquod sui demeritum, propter quod censeri possit indignus, sed ob simplex uitium testamenti, quod illud reddit inutile, *ut supra dictum est.*

Secundus uerò casus est, quando testamentum, quo ad formam extrinsecam est minus solemne, sed sumus in casibus, in quibus id inter omnes sustineri potest, vt euenit, cum fit a milite iure singulari; Et tunc certum est, non fieri locum fisco, sed hęreditatem ad eos
5 pertinere, qui a milite scripti sunt hæredes † *l. ex testamento. 5. & l. si a fratre. 14.* C. *de testa. mil.*
6 quia † huiusmodi testamentum, licet imperfectum, perfecti, & iure conditi vim, ac potestatem habet *l. miles. si testamentum 36. ff. eod.*

Tertius casus est, quando testamentum est minus solemne, quoad formam extrinsecā, & sumus in casibus, in quibus id non inter omnes sustineri potest, sed tantum inter aliquos, vt euenit in testamento condito inter liberos, quod inter extraneos sustineri nequit
7 † *l. hac consultissima. 21. §. ex imperfecto.* C. *de testa.* Et tunc, si quidem id, quod extraneo relictum est, sit legatum, aut fideicommissum, certum est, non ad fiscum, sed ad ipsosmet liberos tamquam hæredes testamentarios per-
8 tinere † *d. § ex imperfecto*, quia cum ab extraneo non capiatur, Consequens est, vt maneat in hæreditate, siue apud eos, a quibus fuit derelictum *ex regula l. vn. §. in primo, §. pro secundo, & § sin autem aliquid sub conditione C. de cad. toll. quam referemus in 9. cap. q. 1. num. 9.* Si verò sit hęreditas, puta, quia testator extra-

neum

neum ex parte hæredem instituerit, si quidẽ liberi sint cum eo cõiuncti aliquo nexu, puta re, & verbis, vel re tantum, verius est, ad eos etiam pertinere ex testamento, & per ius ac-
9 crescendi,† quippe, quod etiam in huiusmodi testamento locum habet, quoties ex coniunctione nascitur, *vt diximus in 5. cap. q. 2. nu. 9.* Cæterum, si sint omnimodo disiuncti, verius est, ad eos pertinere, tamquam venientes ab intestato, & sic, non iure accrescendi, sed iure
10 legitimæ successionis,† scilicet, quia, cum in huiusmodi testamento absurdum non sit, quem decedere pro parte testatũ, & pro parte intestatum, *vt ostendimus in eodem 5. cap. q. 41. nu. 13.* Consequens est, vt quasi cessante iuris accrescendi causa, cesset & ipsum ius accrescendi, quod inter omnimodo disiunctos locum habet, *vt diximus ibi num. 10. & dicemus etiam in 10 cap. q. 9. num. 3.* Idem est, &, si testamentum sit conditum ad piam causam: nam, licet, quo ad eam sustineatur, etiamsi sit minus solemne, non tamen sustinetur, quoad
11 alios † *sap. cum esset. 10. cap. relatum 11. De testa. & scribunt omnes in l. 1. C. de sacr. Eccl.* Itaque, si pia causa fuerit instituta, & aliquid causæ nõ
12 piæ relictum † si quidem id sit legatum, aut fideicommissum non capietur a vocato, neque deferetur fisco, sed manebit in hæreditate, & per consequẽns ad ipsamet piam causam, vt hæredem institutam pertinebit, *secundum ea, quæ supra diximus* Quod, si sit hæreditas, vt quia causa non pia fuerit ex parte hæres instituta, ita demum piæ causæ accrescet, si ius accrescendi ex cõiunctione proueniat. Cæterum, si ex ea causa, ne testator decedat pro parte testatus, & pro parte intestatus, prout euenit, cum hæredes sunt omnimodo disiuncti, *vt ostendimus in 3. cap. q. 2. numer. 6.* magis est, vt non accrescat, *sicuti demonstrauimus in 5. cap. q. 41. n. 10. & dicemus etiam in cap. 10. q. 9 numer. 3.* scilicet, quia, cum ratio prædicta cesset in huiusmodi testamento, vt pote in quo non est absurdum, quem decedere pro parte testatum, & pro parte intestatum, *vt diximus in eodem 5. cap. q. 41. nu. 14.* Consequens est, vt & ipsum ius accrescendi cessare debeat.

Quartus casus est, quando testamentum est minus solemne, non quoad formam extrinsecam, sed quoad intrinsecam, vt euenit, cum pater præterijt suum hæredem, quo casu testamentum, vt minus solemne, cẽsetur ipso
13 iure nullum † *l. si filius 7. l. inter cætera. 30. & l. seq ff. de lib. & posth. l. 3. §. ex his apparet ff. de in iust. rupt. l. maximum vitium. 4. C. de lib. præt. tit. inst. de exh. lib. in prin.* Et tunc similiter certum est, non fieri locum fisco, sed hæreditatẽ
14 ad venientes ab intestato pertinere † *l. fin. ff. de lib. & posth.* Idem est, & si præteritus sit posthumus: nam, & si testamentum initio fuerit validum, tamen ex post facto rumpitur propter defectum formæ, nempe institutionis, aut exhæredationis quæ necessaria est, si non
15 ad actum, saltem ad effectum actus † *l. posthumi. 3. in prin. ff. de lib. & posth. § posthumi Inst. de exh. lib.* Quamobrem, ne in hoc quidem casu fiet locus fisco, sed venientibus ab intestato,
16 † *vt in specie declarant Bart. in d. l. hæreditas. 4. num 3. & ibi Ias. nu. 11. C. de his, quib. ut indign.*

Quintus & vltimus casus est, quando testamentum est solemne, tam respectu formæ extrinsecæ, quam respectu intrinsecæ, sed dispositio fuit concepta sub certa forma, quæ
17 reddit eam inutilem.† vt euenit, cum in alterius arbitrium confertur, puta dicitur, instituo, quos Titius voluerit *l. illa institutio 32. in prin. & l. si quis Sempronium. 68. in prin. ff. de hæred. inst.* vel, lego Titio, si Caius voluerit *l. nonnunquam. 51. ff. de cond. & dem.* vel, cum dispositio est captatoria, vt, cum testator ait, Instituo, ex qua parte me hæredem instituerit *l. 1. §. vlt. ff. de his, quæ pro non script. hab. l. captatoriæ 67. ff. de leg primo l. captatorias. 11. C. de testa. mil. l. captatorias. 70 cum l seq. ff. de hæred. instit. secundũ ea, quæ diximus in hoc cap. q. 23. num. 13. & seqq.* Et in hoc casu certum est, non fieri locum fisco, sed partem, aut rem inutiliter relictam, vel ad substitutos, vel ad coniunctos, vel ad hæredes grauatos, vel ad venientes ab inte-
18 stato pertinere † *vt de substitutis & coniunctis diximus in eadem q. 23. num. 12. De hæredibus vero grauatis, & venientibus ab intestato dicemus in 9. cap. q. 8. & 9.* Et hæc de ijs, qui non admittuntur ad partem ex causa testatoris.

S V M M A R I V M.

1 *Incapaces non propter aliquod sui delictum, aut culpam, neque propter odium personæ sed propter aliam causam non faciunt locum fisco, sed substitutis, aut cohæredibus, aut venientibus ab intestato.*
2 *Fratres minores sunt incapaces.*
3 *Fratribus minoribus, quod relinquitur, habetur pro non scripto.*
4 *Fratribus minoribus, quod est relictum, non applicatur fisco, sed alijs, ad quos ea, quę deficiũt, pertinere solent.*
5 *Captus ab hostibus, dum est apud eos, est incapax omnium successionum, & emolumẽtorum, quæ ex aliorum testamẽtis deferuntur, & cur nu. 6.*
7 *Peregrini non habent testamenti factionem passiuam.*
8 *Captiuo quod relinquitur, habetur pro nõ scripto Declara, vt num 9.*
10 *Forenses, qui statutis, aut Principum constitutionibus prohibentur succedere, censentur incapaces.*
11 *Forensi incapaci, quod est relictum, habetur pro non scripto.*
12 *Forensi incapaci, quod est relictum, nõ applicatur fisco, sed ijs, ad quos ea, quæ non capiuntur pertinere solent.*
13 *Fœminæ, quæ statutaria dispositione, neque ex testamento neque ab intestato potest succedere si quid est relictum, non applicatur fisco, sed substitutis, vel coniunctis.*
14 *Filius rebellis, seu damnati crimine lęsę maiestatis est incapax potius, quam indignus.*
15 *Filius rebellis aliena culpa indignus est.*
16 *Filio rebellis, quod relinquitur, habetur pro non scripto.*
17 *Filio rebellis, si quid relinquatur non applicatur fisco, sed substitutis, aut cõiunctis, aut hæredibus grauatis, aut venientibus ab intestato.*
18 *Filius hæretici censetur incapax, & cur, num. 19. Distingue tamen, vt num. 20. & seqq.*
19 *Maiestatem æternam lędere grauius est, quam tẽporalem, Declara, vt num. 27.*

20 *Filius hæretici, qui & ipse est hæreticus, censetur incapax.*

21 *Filius hæretici, qui est hæreticus, nec patri, nec alijs potest succedere.*

22 *Filius hæretici, qui est orthodoxus, olim succedebat patri & matri, licet hæreticis, sed hodie contra num 23.*

24 *Filius hæretici, qui est orthodoxus, potest succedere agnatis, & cognatis.*

25 *Filius hæretici, qui est orthodoxus, potest succedere auo, vel auię, proauo, vel proauię, tam paternis, quam maternis.*

16 *Hæresis differt a crimine lęsę maiestatis in capacitate filiorum.*

28 *Serui pęnę fiunt, qui damnãtur in metallum, uel ad ferrum, uel ad bestias, uel etiam ultimo supplicio.*

29 *Serui pęnę sunt incapaces, non indigni, & tur, nu. 30. & 74.*

31 *Serui pęnę, nec fisci, nec Cęsaris serui sunt, sed pęnę, & sic nullius.*

32 *Seruo pœnæ quod relinquitur, habetur pro non scripto, Declara, ut num. 39.*

33 *Seruo pænæ, quod relinquitur, non applicatur fisco, sed substitutis, aut coniunctis, aut grauatis, aut venientibus ab intestato, & tur, nu. 48. Declara, ut num 38.*

34 *Damnatus ad perpetuos carceres cõparatur damnato in metallum.*

35 *Damnato ad ppetuos carceres, quod relinquitur, habetur pro non scripto.*

36 *Damnato ad perpetuos carceres, quod relinquitur, non applicatur fisco, sed alijs,*

37 *Damnato ad perpetuas triremes, quod relinquitur, non applicatur fisco, sed alijs.*

40 *Seruus pænæ nemo benè natus hodie fit, Declara, ut num. 41.*

42 *Damnatus ad mortem naturalem etiam hodie fit seruus pœnę.*

43 *Damnato ad mortem quod relinquitur, habetur pro non scripto.*

44 *Damnato ad mortem quod relinquitur, accrescit coniuncto.*

45 *Damnatus ad mortẽ, etiamsi aufugiat, nihilominus remanet seruus pœnæ.*

46 *Deportatus non est incapax, sed indignus, ideoq; quod ei relinquitur, aufertur a fisco, Sed cõtra, num. 53.*

47 *Declaratur l. 1. C. de hered. inst. & num. 59. uers. 2. & num. 73.*

49 *Declaratur l. Claudius. 13 ff. de his, quib. ut ind. & num. 75 & seqq.*

50 *Adulterij pæna iure Digestorum erat deportatio, Sed contra num. 76.*

51 *Declaratur l si deportati. 7. in prin ff. de leg. 3. & num. 79. & seqq.*

52 *Testator, qui instituit deportatum, reputat uenientes ab intestato indignos, Sed contra nu. 85. Declara ut num. 86.*

54 *Deportatus, nec institui, nec aliud capere ex alterius testamento potest, & tur, num. 57. & seqq.*

55 *Deportato, quod relinquitur, habetur pro non scripto Declara, ut num. 60.*

56 *Deportato, quod relinquitur, non applicatur fisco sed substitutis, vel coniunctis, uel heredibus grauatis. uel uenientibus ab intestato.*

57 *Deportatus est incapax eorum omniũ, quæ sunt iuris ciuilis, Declara, ut nu. 59.*

58 *Ius succedendi, uel ex testamento, uel ab intestato est iuris ciuilis.*

61 *Deportatus potest capere ex testamento militis, Declara, ut num. 62.*

63 *Deportatus non potest adire hereditatẽ, aut agnoscere bonorum possessionem.*

64 *Declaratur l. edicto. 13 ff de bon. poss. & n seq.*

66 *Paria sunt, aliquid esse tale, uel haberi pro tali.*

67 *Deportatus habetur pro mortuo, Declara, ut num. 68.*

69 *Deportati, & damnati in metallum respectu eorũ, quæ sunt iuris ciuilis, non differunt.*

70 *Declaratur l. nam, si miles. 7 ff. de iniust. rup. & num. seq.*

72 *Dubium. In dubio contra fiscum est pronunciandum.*

77 *Declaratur l. si quis viduam. 5. ff de quæstio.*

82 *Serui capacitas pendet ex capacitate domini, Declara, ut num. 83.*

87 *Deportatio successit in locum interdictionis aquę, & ignis.*

88 *Excommunicatus æquiparatur deportato, Sed contra num. 92.*

89 *Excommunicationis pœna non est mortalis, sed medicinalis.*

90 *Excommunicationis pęna non datur ad eradicationem, sed ad disciplinam.*

91 *Excommunicationis pęna, non est capitalis, sed correctoria, quia neq; libertatem adimit, neq; ciuitatem.*

92 *Excommunicatio æquiparatur relegationi, non deportationi.*

93 *Excommunicatus potest capere ex alterius testamento.*

94 *Bannitus comparatur deportato, Sed contra num. 95.*

95 *Bannitus, neq; deportato, neq; relegato cõparatur, sed constituit tertiã quandam speciẽ, quæ pro uarietate casuum modo secundũ relegationis, modo secundum deportationis naturam regulatur.*

96 *Bannitus, qui impunè offendi non potest, est capax, non solum earum successionum, quę deferuntur iure communi, sed etiam earum, quæ deferentur iure municipali.*

97 *Bannitus, qui impunè offendi potest, remanet capax, etiamsi illeus bona confiscata sint.*

98 *Rebellis est incapax etiam earum successionum, quæ iure communi deferuntur.*

99 *Crimen lęsę maiestatis reddit quem ipso iure incapacem.*

100 *Reo lęsę maiestatis, quod relinquitur, non aufertur a fisco, sed applicatur substitutis, uel coniunctis, uel grauatis, uel uenientibus ab intestato.*

101 *Transfuga amittit omnia, quæ sunt iuris ciuilis.*

102 *Transfuga amittit ius succedendi.*

103 *Bannitus Imperiale banno censetur incapax omnium successionum, etiam, quę iure communi deferuntur.*

104 *Bannitus banno Pontificio censetur incapax, etiam earum successionum, quę iure communi deferuntur.*

105 *Bannitus, qui impunè offendi potest ui legis municipalis, censetur incapax earum successionũ, quę deferuntur speciali dispositione statutorũ eiusce loci, sed non earum, quæ deferuntur iure communi.*

106 *Bannitus, qui impunè offendi potest, censetur incapax, Declara, ut ibi.*

107 *Bannito qui impunè offendi potest, si quid relin-*

quatur, non applisatur fisco, sed substitutis, aut coniunctis, si tractetur de ijs successionibus, quę deferuntur ex speciali dispositione eiusce loci, a quo bannitus est, Declara, ut nu. 110. & seqq.

108 Bannitus, qui impunè offendi potest ex ui statuti, potest capere ex testamento, quod ualet iure cōmuni, non etiam ex eo, quod iure tantum municipali sustinetur.

109 Bannitus, qui ex ui statuti potest impunè offendi, non excludit fęminas, quæ alioquin ex statutaria dispositione excluduntur extantibus agnatis.

111 Banni uirtus non egreditur territorium.

113 *Fiscus potest auferre a bannito, quasi ab indigno bona, qua post bannum acquisiuit iure cōmuni. Sed contra num. 114. & cur, nu. 115. Declara, ut num. 118.*

116 Banniti bona possunt a quocunq; depredari, Declara, ut num. 117.

119 *Hæreticus est incapax earum successionum, quæ, vel ex testamento uel ab intestato deferuntur.*

120 *Hæreticus, ne patri quidem aut matri potest succedere.*

121 *Hæretico quod relinquitur, pro non scripto habetur.*

122 *Hæretico, quod relinquitur, non applicatur fisco, sed substitutis aut coniunctis.*

123 *Apostatę sunt incapaces.*

124 *Hæretici sunt incapaces, etiam si sint occulti.*

125 Collegium illicitum censetur incapax.

126 *Assassinus censetur incapax.*

127 *Assassino, quod relinquitur, non applicatur fisco, sed ijs, ad quos ea, quæ deficiunt, pertinere solent.*

128 Homicida, qui statutaria dispositione probibetur succedere occiso, censetur incapax.

129 *Homicidæ incapaci, quod defertur, non applicatur fisco, sed substitutis, aut cohæredibus, aut uenientibus ab intestato.*

130 Adscribens aliquid sibi in alterius testamento nō facit locum fisco, sed substitutis, aut coniūctis,

An, & quando censeatur indignus, qui non admittitur ad partem ex causa propria, vt faciat locum fisco, & excludat ius accrescendi.

Quæstio Quinquagesima secunda.

NVNC transeamus ad eos, qui non admittuntur ad partem, non ex causa testatoris, sed ex causa propria, & dispiciamus, an, & quando verè, & propriè censeantur indigni, vt faciant locum fisco, & excludant ius accrescendi. Vtque autem de ijs loquimur, qui sunt in rebus humanis, sed ob aliquam sui causam ab emolumento repelluntur: nam, si non extarent, licet nō facerent partem, *ut ostendimus in hoc cap. q. 24. num. 4. & seqq.* non tamen pertinerent ad hanc quęstionem, vt pote, in qua quærimus, an illi sint indigni, & sic, an habeant qualitatem indignitatis, quæ haud dubiè non potest in eo, qui non est in rebus humanis, considerari, cum non entis nullæ sint qualitates *l. eius, qui 41. ff. si cert. pet.* Ij autem, qui sunt in rerum natura, & ex propria causa ab emolumento repelluntur, sunt in duplici differentia: vel enim repellūtur ob incapacitatē, vel ob aliquod factum, quod inutilem in illo reddat dispositionē: Prioris generis sunt omnes, qui passiuam testamenti factionem nō habent, quorum quatuor sunt genera.

Primum enim genus est eorum, qui sunt incapaces non propter aliquod sui delictum, aut culpā, neq; propter odium personæ, sed propter aliam causam, Et hi non possunt dici indigni, sed tantum incapaces, ideoq; non faciunt locum fisco, sed substitutis, aut cohę-
1 redibus, aut venientibus ab intestato, † *secūdum ea, quæ diximus in hoc cap. q. 25. num. 7. & dicemus in cap. 9. q. 9 num. 35. & seqq.* Horum duo possunt exempla afferri.

Primum in fratribus minoribus, vel id genus alijs, qui sunt ingressi religionem incapa-
2 cem: Nam hi sunt quidem incapaces † *cap. exijt, qui seminat De verb. sign. in 6. clem. exiui, De verb. sign. Et scribunt* Bart. *in l. si in metallum. 3. n. 2. ff. de his, quæ pro non scrip. hab.* Bald. *in Auth. ingressi, nu. 15. C. de sacrosan. Eccl. & in l. eam, quam 14. num. 18. C. de fideicom. Imol. in l. si quis mihi bona. 25. § seruus, nu. 2. ff. de acq har. Ncct. ad l. Gallus 29. num. 33 ff. de lib. & posth.* Crass *in §. legatum q. 7. Pereg. de iur. fisc. lib. 3. tit.* 14 *num.* 1. sed non indigni, quia non repellūtur ob aliquod sui delictum, seu culpam, sed ob id quod paupertatem Deo vouerunt, & eam sunt ingressi religionem, quæ nihil proprium habere potest. Quamobrem id, quod
3 eis relinquitur, habetur pro non scripto, † *vt scribunt* Bart. *in d. l. si in metallum 3. num. 2. ff. de his, quę pro non scrip. hab. Bald. in d. l. si quis mihi bona. 25. § si quis planè, vers. deinde ex isto, & ibi Imol. num. 2. Ias. n. 7. ff. de acq. hared. Bald. in d. Auth. ingressi, n. 15. C. de sacros. Eccl. Ncct. in d. l. Gallus. 29. num. 33. ff. de lib. & posth. Paris. cons 65. nu. 17. & 18. vol. 2. Gomez. tom. 1. varia. resol cap. 10. num. 29. uers. & idem, Pereg. de iur. fisc. d. lib. 3. tit. 14 num. 2. vers. Nona, Mo. cons.* 511. *n.* 18. *uers.* 2. eaq; ratione non applicatur fisco, sed substitutis, vel cōiunctis, vel alijs, ad
4 quos ea, quæ deficiūt, pertinere solent, † *vt de fisco scribunt Ncct. in d. l. Gallus. 29. num. 33. ff. de lib. & posth. Paris. d. consil. 65 num. 17. & 18. vol. 2. De substitutis verò, & coniunctis Bald. in d. Auth. ingressi, num. 15. C. de sacros. Eccl. & in d. l. si quis mihi bona. 25. § si quis planè, vers. deinde ex isto ff. de acq. hæred. Ang. in l. Papinianus. 8. § quoniam, nu. 2. & 3. ff. de inoff. Gomez. d. tom. 1. varia. resol. cap. 10. nu. 29 uers. & idem. Et faciunt ea, quæ de legitima diximus in 6. cap. q. 6. nu. 2. vers. Primus; De alijs demum dicemus in 9. cap. q. 8. num. 12. & q. 9 num. 45.*

Secundū exemplum afferri potest in captiuo: nam, & hic pendente captiuitate censetur incapax omnium successionū, & emolumentorum, quæ ex aliorum testamētis de-
5 feruntur, † *vt scribit Pereg. de iur. fisc. d. lib. 3.*
6 *tit. 3. num. 6.* scilicet, quia, † nec sibi potest acquirere, tamquam seruus, nec alijs, cum sit in potestate hostium, qui, tamquam peregrini passiuam testamenti factionē non habent
7 † *l. 1. C. de hared. inst. Vlp. tit. 22. Instit. §. 1. & ibi Cuiac.* sed non potest dici indignus, quia non procedit eius incapacitas à proprio ipsius delicto, seu culpa, sed a casu, & vt maiore, ideoque, quod ei relinquitur, pro non scripto ha-

8 betur

8 betur † *l. si eo tempore.4.§.1.ff. de his, quæ pro non
script. hab. l. si seruo meo Stichus. 104. §. ult. ff. de
leg.* 1. & per consequentias non pertinet ad fi-
scũ, sed ad substitutos, vel coniunctos, vel
alios, de quibus supra diximus. Planè hoc
9 ita intelligendum est, vt procedat, † si capti-
nus moriatur apud hostes *d. l. si eo tempore.4.
§.1. & d. l. si seruo meo, 104. §. 1.* Cęterùm, si re
uertatur, magis est, vt iure postliminij cen-
seatur iam vsque ab initio capere potuisse, *l.
seruus. 101. & d. l. si seruo meo 104. §. 1. ff. de leg.
primo, & nos diximus in hoc cap. q. 24. num.
16. & 17.*

Secundum verò genus est eorum, qui sunt incapaces, non propter aliquod suidelictum, aut culpam, sed propter odium personæ, Et hi similiter non possunt dici indigni, sed tantũ incapaces, ideoque nõ faciunt locum fisco, sed substitutis, vel coniũctis, vel alijs, de quibus supra diximus. Exempla sint.

Primum in forense, quem nos Pedemontani Gallico vocabulo dicimus albinũ, quasi alibi natum: Nam hic, si statutis, aut Prin-
cipum constitutionibus prohibeatur succe-
10 dere, censebitur quidem incapax, † *vt scribit
Pereg. de iur. fisc. d lib. 3. tit. 1, numer.* 7. sed non
indignus, ideoque, si quid ei fuerit testamen-
11 to relictum, habebitur pro non scripto, † *vt
declarat Soc. Iun. consil. 3. num. 12. vol. 3.* eaque
ratione non applicabitur fisco, sed substi-
tutis, vel coniunctis, vel in eorum defectum
12 alijs, de quibus supra diximus: † *Ita enim de
fisco scribunt Castr. cons. 212. num. 3. vol. 2. Soc.
Iun. d. consil. 3. num. 12. & 13. vol. 3. Surd. consil.
93. num. 3. in fi. & num. 4. De substitutis vero, &
coniunctis Soc. Iun. ibi, nu. 12. & Surd in relato
loco, num. 4. De cęteris demum dicemus in 9. cap.
q. 8. num. 14. & q. 9 num. 47.*

Secundum exemplum sit in fęmina, quæ statutaria dispositione redditur incapax, prout euenit, cum statutum disponit, vt fęmina, quæ dotem habuit, neque ex testamento, neque ab intestato succedat: Nam hæc censetur quidẽ incapax, sed non indigna, ideoque, si quid ei fuerit à patre, vel a matre relictum, habebitur pro non scripto, & per consequentias nõ applicabitur fisco, sed substitutis, aut coniũctis, aut alijs, de quibus supra diximus. † *Ita enim de coniuncto scribit Ang. in d. l. Papinianus 8. §. quoniam, num. 4. ff. de inoff.*

Tertium genus est eorum, qui sunt incapaces propter delictum, non proprium, sed alienum, Et hi similiter, vel non debẽt dici indigni, sed incapaces, vel, si indigni dicũtur, id fit impropriè, & latè sumpto vocabulo, *vt ostendimus in hoc cap. q. 48. nu. 5. & seqq.* quia indignitas non est talis, vt faciat locum fisco, *sicuti ostendimus ibi, num. 51.* Exempla sint.

Primum in filio rebellis, seu damnati crimine læsæ maiestatis: Nam hic incapax magis est, quam indignus † *l. quisquis. 5. §. filijs, & ibi Bald. num. 7. C. ad l. Iul. Maiest. Et scribunt Ang. in l. 1. num. 4. C. de hered. inst. Nicet. in d. l. Gallus 29. num. 32. in fin. ff. de lib. & posth. Soc. Sen. consil. 22. num. 7. vol. 1. & consil. 275. nu. 12. uers. 3. principaliter vol. 2. Cepoll. cons. crim. 79. n. 1. vers. Item non moueor, Gomez. tom. 3. varia. resol. cap. 2. num. 14. vers. sed his, Men. cons. 275. num. 2. & 27 vers. & primo. & nu. 33. Pereg. de iur. fisc. d. lib. 3. tit. 9. nu. 1.* &, si indignus, aliena

15 culpa indignus est † *vt declarant Bald. in d. l.
quisquis. 5. nu. 7. C. ad l. Iul. maiest. Cepoll. d. cons.
crim. 79. num. 1. vers. Item non moueor, Men. d.
cõs. 275. n. 29.* ideoq; quod ei relinquitur, pro
16 non scripto habetur, † *vt scribunt Bald. in d. l.
quisquis. 5. nu. 1. & 7. C. ad l. Iul. Maiest. Soc. Sen.
d. cons. 275 num. 12. uers. 3. principaliter, vol. 2.
Men. d. cons. 275. nu. 27. vers. & primo,* eaque
ratione nõ applicatur fisco, sed alijs, ad quos
ea, quæ deficiunt, pertinere solent, idest, sub-
stitutis, aut coniunctis, aut hæredibus grauā-
17 tis, aut venientibus ab intestato, † *vt de fisco
scribunt Bald. in d. l. quisquis 5. nu 7. C. ad l. Iul.
Maiest. Ang. in l. 1. num. 4 C. de hered. inst. Nicet.
in d. l. Gallus 29. num. 32. in fin ff. de lib. & posth.
Soc Sen. cons. 275. num. 12. vers. 3. principaliter,
& num. 13. vers. & sic non habent vol. 2 Cepoll.
d. consil. 79. n. 1. vers. Item non moueor, Gomez,
d. tom. 3. varia. resol cap. 2 num. 14. vers. sed his,
Men. d consil. 275. num. 26. & seqq. De substitu-
tis vero, & cohæredibus, Men. ibi, De venientibus
demum ab intestato dicemus in 9. cap q. 9 nu. 43.*

Secundum exemplum sit in filio hæretici,
18 qui, & ipse censetur incapax, † *vt scribunt
Ang. in d. l. 1. num. 4. C. de hered inst. & Pereg.
de iur. fisc. d. lib. 3. tit. 10, num. 2.* Nam, si inca-
pax censetur filius eius, qui fuit reus læsæ ma-
iestatis humanæ, *vt diximus supra num. 14.*
quanto magis censeri debet incapax filius il-
lius, qui fuit reus læsæ maiestatis diuinæ, cũ
grauius sit, æternam, quam tẽporalem lædere
19 maiestatem? † *cap. vergentis. 10. extr. de heret.
quod est desumptum ex constitutione Friderici
in tit. de statu. & consuetud. §. Gazaros, relata
etiam in Auth. Gazaros C. de heretic.* Sed est
verius, in hac re tres esse distinguẽdos casus,
quorum.

Primus est, quando filius hæretici est, &
ipse hæreticus, Et tunc res caret dubio: nam
censetur incapax, non tam ex delicto patris,
20 quam ex delicto proprio, † *per ea, quæ dicemus
infra num.* 119. Itaque nec patri poterit suc-
21 cedere, nec alijs, † *l. cognouimus. 10. vers. cę-
teris, & Auth. idem est de Nestorianis C. de
heretic.*

Secundus verò casus est, quando filius hæ-
retici est orthodoxus, & tractatur de succes-
sione patris, aut matris hæreticæ, Et tunc li-
cet inspecto iure vetere censeretur capax, &
solus ad paternam, vel maternam successio-
22 nem admitteretur † *d. l. cognouimus. 10. & d.
Auth. idem est, de Nestorianis C. de heretic.* tamẽ
inspecto iure nouo non potest, aut patri, aut
matri succedere propterea, quod eius bona
23 cõfiscantur † *d. cap. vergentis. 10. extr de heretic.
d. Auth. Gazaros C. eod. Et scribunt Clar. in §.
heresis, num. 14. Gomez. tom. 3. varia. resol. cap. 2.
num. 13. uers. ex quo subdeducitur, Men. consil.
805. num. 23. cons. 808. num. 26. cons. 1126. num.
20. uers. Itaque, cons. 1128. num. 6. & 18. & cons.
1137 num. 65 Farin. in sua prax. crim. q. 24. nu.
44.* Et in his terminis procedit, quod supra
diximus arguendo a maiestate temporali ad
æternam.

Tertius denique casus est, quando hære-
tici filius est orthodoxus, & tractatur de suc-
cessione aliorum, Et tunc verius & receptius
est, eum censeri capacem, & posse succedere,
24 non solum agnatis, & cognatis, † *de quibus
specialiter loquitur Men. d cons. 805. num. 23. d.*

*conf.808. num.25.d.conf.1128.nu. 3. & d.conf.
1137.nn. 65.* sed etiam auo, vel auiæ, proauo,
vel proauiæ tam paternis, quam maternis,
25 † *ut scribunt Bart conf. 118. num. 1. uerf. preterea
ego uideo lib. 1. Bald. in l. Gallus. 29 § quidam
recte, nume. 10, uerf. 3. est ratio ff. de lib. & posth.
Alex. conf. 74. num. 1. uerf. sic & filius, uol. 3. Ias.
in d. l. hereditas. 4 num. 8. C. de his, quib. ut ind.
Men. d. conf. 1128. num. 1. & seqq. per tot.* & in
hoc hæresim a crimine læsæ maiestatis dif-
26 ferre, † *ut scribunt Gomez d. tom. 3. varia. resol.
cap. 2 nu. 13. uerf ex quo subdeducitur, & Men.
d. consil. 1128 num. 17.*

Nec obstat, quod hæresis sit delictũ gra-
uius læsa maiestate humana, quia, licet hoc
verum sit, eaque ratione puniatur etiam in
filijs respectu bonorũ patris hæretici, leuius
tamen punitur respectu cæterorum, quia mi-
tius nobiscum agit Deus, quam homo: Deus
27 enim † non timet audaciam filiorum, & de-
scendentium, quam timent principes terreni,
quippe, qui verentur, ne descendentes, tanq̃
generati a tam facinoroso, & perfido delin-
quente paternam sortiantur, & imitentur
conditionem, & qualitatem, *ut in propo-
sito considerant Gomez. & Men. in supra rela-
tis locis.*

Quartum deniq; genus est eorum, qui sunt
incapaces ex proprio delicto, seu culpa, Et hi
similiter nõ possunt proprie dici indigni, &,
si tales dicuntur, hoc fit impropiè, quia indi-
gnitas non est talis, vt faciat locum fisco,
sicut diximus in hoc cap. q. 48. num. 6. Exem-
pla sint.

Primum in seruo pœnæ, puta in eo, qui
damnatus est in metallum, vel ad ferrum, vel
28 ad bestias, vel etiam vltimo supplicio † *l. eius
qui. 8 § si cui ff. de testam. l. quod ad statum. 12. in
fin. l. qui ultimo. 29. & l. in metallum 36 ff. de pœn.
l. si quis filio 6. § irritum, uerf. sed, & si quis ff. de
iniust. rup. l. si quis mihi bona. 25. § seruus, uerf. si
quis plane ff. de acq. hered. l. in metallum. 4. C. de
bon. proscrip.* Nam hic propriè non est indi-
29 gnus, sed incapax † *l. 1. § filio, qui mortis ff. ad
Tert. Et scribunt gl. in l. 1. in prin. in uerb. si quis
& ibi Bart. num. 2. ff. de iur fisc. gl in §. legari, in
uerb. testamenti factio, Inst. de legat. Bart. in l. 1.
num. 8. ff de bon. damn. & in l. ult. num. 11. uerf.
secundus casus ff. de his, quib. ut ind. Imol. in l. 3.
nu. 4. uerf. an autem ff. de testam. & in d. l. si Titio.
7. num. 1. uerf & ideo ff. de leg. 2. & in d. l. si quis
mihi bona. 25. § seruus, num. 1. ff. de acq. hered.
Alex. conf. 23. num. 10. uol. 1. & conf. 116. num.
4. uol. 2. Soc Sen. conf. 2a. num. 10. uol. 1. Dec. in l.
seruitutem. 210 num 3 ff. de reg. iur. Decia. conf.
86 num. 32. uol. 3. Pereg. de iur. fisc. lib. 3. tit. 2. nu.
30 1. & tit. 4. num. 1* scilicet, quia † nec sibi acqui-
rere potest, tamquam seruus, nec fisco, pro-
pterea, quod, nec fisci seruus est, nec Cæsaris,
33 sed pœnæ, & sic nullius † *l. si in metallum 3. ff.
de his, quæ pro non script. hab. l. in metallum. 12.
ff de iur fisc. l. quidã sũt 17 ff. de pœn. Et in specie
declarant gl. in d. l. si quis mihi bona. 25. § seruus,
in uerb pro non scripto, & ibi Imol. num. 2. Ias.
numer. 5. ff. de acq. hered. Cyn. in l. 2. & ibi Ang.
num. 1. C. de bon. proscript. Bald. in l. eam, quam.
14. num. 18. C. de fideic. Pereg. de iur. fisc. d. lib. 3.
tit. 2. num. 13.* Quamobrem, si quid ei fuerit re-
32 lictum, pro non scripto habebitur † *d. l. si in
metallum. 3. & ibi Bart. num. 3. ff. de his, quæ pro
non script. hab. d. l. quidam sunt 17. ff. de pœn. d. l.
si quis mihi bona 25. § seruus, uerf. si quis plane,
& ibi gl. in uerb pro non scripto, Bald. & Ias. nu.
6. & 9. ff. de acq hered. Ang. in d. l. 2. num. 1. C. de
bon. proscr. Imol. in d. l. si Titio 7, num. 1. uerf. &
ideo ff de leg. 2. Rip. in l. ex facto. 17. § si quis ro-
gatus. 2. ante num. 1. uerf. hinc est ff. ad Treb. Soc.
Iun. conf. 3. numer. 12. vol. 3. Nicet. in d. l. Gallus,
29. nu. 33. ff. de lib. & posth. Gomez. tom. 1. varia.
reso. cap. 10. num. 29. Menoch. conf. 185. num. 9.*
eaque ratione nõ applicabitur fisco, sed sub-
stitutis, aut coniunctis, aut manebit apud gra-
uatos, aut ad venientes ab intestato pertine-
33 bit, † *ut de fisco constat ex d. l. in metallum 12. ff.
de iur. fisc. & l. 1. ff. de his, quæ pro non script. hab.
Et scribunt gl. in d. l. hereditas. 4 in verb. perspo-
terunt, verf. &, ut plene C. de his, quib. ut ind.
Bald. in d. l. si quis mihi bona 25. § seruus, uerf. si
quis planè, & ibi Imol. num. 2. uerf. in gl. damna-
tus, & Ias num. 9. ff. de acq. hered. Ang. in d. l. 2.
num. 1. C. de bon. proscrip. Imol in d. l. 3. num. 4.
uerf. an autem ff. de testa. & in l. si seruus eius 81.
num. 5 uerf. 3. ff. de acq. hered. Castr. in l. 1. num.
3. & ibi Alex. num. 2. uerf. 4. principaliter C. de
hered. inst. Nicet. in d. l. Gallus. 29. n. 33. ff de lib.
& posth. Soc. Iun. d. conf. 3. num. 12. uol. 3. Pereg.
de iur. fisc. d. lib. 3. titu. 1. nu. 2. Menoch. conf. 5. 1.
num. 18. uerf. 2. Farin. in d. prax. crim. q. 102. nu.
161. De substitutis uero, & coniunctis scribunt
gl in d. l. si quis mihi bona. 25. § seruus, in uerb.
pro non scripto ff. de acq. hered. Imol. in d. l. si Titio
7. num. 1. uerf & ideo ff. de leg. 2. Soc. Iun. d. conf.
3. nu. 12. uol. 3. Gomez. d. tom. 1. uaria. resol. cap.
10. num. 29. Craff. in d. §. ius accrescendi q. 16.
num. 8. & Pereg. de iur fisc. d. lib. 3. tit. 1. num. 2.
De heredibus demum grauatis, & uenientibus
ab intestato dicemus in 9. cap. q. 8. num. 18. & q.
9. num. 37.* Idem erit, &, si quid relinquatur
damnato ad perpetuos carceres, qui damna-
34 to in metallum comparatur, † *secundum Bart.
in l. imperium. 3. num. 8. uerf. sed iuxta, & ibi Ias.
num. 24. uerf sub isto Dec. num. 44. Purp. num.
233. ff. de iurisd. Bart. in l. 2. nu. 9. ff. de publ. iud.
Bald. in l. reos 3. num. 3. in fi. C. de accus. Alex. in
l. transigere 18. num. 7. et ibi Ias. num. 4. uerf. sed
errat C. de transact. Pereg de iur. fisc. d. lib. 3. tit.
4. numer. 5.* Nam & illud habebitur pro non
35 scripto, † *ut declarant Bart. in d. l. si in metallum
3. num. 3. ff. de his, quæ pro non script. hab. Nicet.
in d. l. Gallus, 29 num. 33. ff. de lib. et posth. Gomez.
d. tom. 1. uar. reso. cap. 10. nu. 29. Pereg de iur. fisc.
d. lib. 3. tit. 4. num. 5.* ideoque non applicabitur
36 fisco, sed alijs, de quibus supra diximus, † *ut
de fisco scribit Nicet. in d. l. Gallus, numer. 33.
De coniuncto uero Gomez. d. cap. 10. numer. 29.*
Denique idem erit, &, si quid relinquatur ei,
qui ad perpetuas triremes condemnatus est:
Nam, quia & ipse damnato in metallum cõ-
paratur, cum hæc pœna in illius locum suc-
cesserit, *ut declarat Bursat. conf. 48. nu. 28.* ideo
fit, vt & ipsum relictum habeatur pro non
scripto, & per consequentias non applicetur
fisco, sed ijs, ad quos ea, quæ non capiuntur,
37 pertinere solent † *Ita scribunt Pereg. d. lib. 3. tit.
4. num. 7. Bursa. d. conf. 48. num. 27. Farin. in d.
prax. crim. q. 102. num. 140.* Vtique autem sup-
38 ponimus, † huiusmodi personas fuisse dam-
natas ante testamentum, vel saltem ante, quã
eis successio, siue emolumentum deferretur,
puta viuo testatore, vel pendente conditione:

Nam,

Nam, si post delationem fuissent damnatæ,
res non ad hanc quæstionem pertineret, sed
ad eam, quam exposuimus *in hoc cap. q. 46. per
tot.* an scilicet hæreditas, vel legatum, aut fi-
deicommissum veniat in confiscationem.
Quod & in sequentibus exemplis erit obser-
39 uandum, vt, & illud, multum referre, † vtrum
damnatio facta sit ante testamẽtum, an verò
post, sed ante delationem. Nam si ante testa-
mentum, dispositio habebitur pro nõ scripta,
& pertinebit ad eam quæstionem, quam ex-
posuimus *in hoc ipso cap. q. 25. per tot.* Si verò
post, sed ante delationem, dicetur facta ca-
duca, aut, quasi caduca, & pertinebit ad eas
quæstiones, quas exposuimus *in hoc eodem cap.
q. 33. & 2. seqq. Ita declarant gl. in d. l. si quis mihi
bona. 25. § seruus. in uerb. damnatus, & ibi Bald.
& Imol. uers. in gl. pro non scripto, Alex. num. 2.
uers. in ea gl. & Ias. num. 11. uers. in 3. parte ff. de
acq. hæred. Ben. de Plumb. in l. 1. nu. 1. C. de hæred.
instit.*

Planè, an hæc hodie procedant, dubitari
potest, ideo, quia nemo bene natus hodie
40 seruus pœnæ fit † *§. quod autem Auth. de nupt.
coll. 4. Auth sed hodie C. de don. int. uir. & ux.* Sed
41 hoc procedit † in eo, qui damnatur ad mortẽ
ciuilem, puta ad perpetuum opus metalli, vel
carceres, aut triremes ꝑpetuas: nã huiusmodi
personæ non fiunt hodie serui pœnæ, sed pro
deportatis habentur *ut de damnato ad triremes
perpetuas scribũt Crass. in §. institutio q. 6. Bursa.
cons. 48. numer. 29. Pereg. d. lib. 3. tit. 4. numer. 9.*
Cæterum, si damnetur ad mortem naturalem,
42 verius est, etiam hodie fieri seruum pœnæ † *ut
in specie declarant gl. in d. Auth. sed hodie, in uerb.
ex supplicio, & ibi Bart. C. de donat. int. uir. &
ux. Bart. in d. l. eius. qui 8. §. si eui num. 1. uers.
Nec obstat, & ibi Bald. num. 3. Castr. nu. 9. uers.
2. quæro ff. de testa. Bart. in l. si quis filio. 6. §. irritũ
uers. quæro, an istud, & ibi Ang. num. 3. uers. hæc
gl. est falsa ff. de iniu. rup. Bart. in d. l. si quis mihi
bona 25. § seruus num. 4 & ibi Imol. num 2 uers.
contrarium Ias. num. 11. ff. de acq hær. Dec. in d.
l. seruitutem. 210. num 5 uers. & hoc intelligitur
ff. de reg iur. Rip in d l ex facto. 17. § si quis roga-
tus 2. num. 1. uers. Item intellige ff ad Treb. Crass.
in §. testamentum q. 26. num. 2. & in §. institutio
q. 5. Pereg. d. lib. 3. tit. 2. nu. 4. Farin. in sua prax.
crim. q. 102. nu. 158.* Quamobrem, siue execu-
tio differatur, siue aufugiat a carceribus, aut
a familia eximatur, quod ei relictum est, pro
43 non scripto habebitur, † *vt scribit Gomez. d.
44 cap. 10. num. 29.* accresceique coniuncto, † *vti
Gomez. ibi, & Crass. in d. §. ius accrescendi q. 16.
num. 9. rectè docuerunt,* scilicet, quia remanet
45 seruus pœnæ † *vt scribũt Bart. in d. l. qui vltimo
29. num. 1. vers. & puto ff. de pœn. Bald. in rep. l. 1.
col. 3. vers. sed iuxta hoc quæro C. de sac. Eccl. Ang.
in d. l. si quis filio. 6 § irritum num. 1. ff. de iniust.
rupt. Castr. in d. l. si eius, 8. § si eui, num. 9. vers. sed
quid ff. de testa. Clar. in §. testamentum q. 21. nu.
2. Crass. in d § testamentum q. 26 num. 4. & pro-
bant l. mulier in opus. 6. & l. in bello. 12. § si depor-
tatum ff. de capt. & postlim.*

Secundum exemplum afferri potest in de-
portato, de quo tamen valde nostri dubitant,
an sit connumerandus inter eos, qui sunt in-
digni capaces, & sic faciunt locum fisco, an
verò potiùs int... incapaces, qui faciunt locũ
aliis. Faciunt autem de hac re duæ veterum
interpretum sententiæ. Prima existimantium,
eum esse capacem, & sic verè, & propriè indi-
gnum, ita, vt, si fuerit hæres institutus, possit
adire hæreditatem & fieri hæredem, aut, si
fuerit vocatus ad legatum, vel fideicommis-
sum, possit illud acquirere, sed non retinere,
propterea, quod fiscus ab eo, tamquam ab in-
46 digno rem auferet. † *Fuit hæc opinio gl. in l. 1.
in verb. nõ sufficit C. de hær. inst. Bart. in l. si Titio.
7. ff. de leg. 2. Bald. in l. etiam 3. num. 3. vers. Non
obstat C. ad l. Falc. Imol. in l. si seruus eius. 81. nu.
5. vers. in contrarium, vbi in fin. ait, hanc fortè de
iure veriorem, licet fateatur, contrariam commu-
niter teneri ff. de acq. hæred.* Mouentur autem,
vt ita sentiant.

Primo *l. 1. C. de hæred. inst.* quam alioquin
veteres ad comprobandam contrariam sen-
tentiam adducere consueuerunt: nam eam in
47 contrarium retorquent ponderando † verbũ,
capere, quod ad acquisitionis effectum refer-
tur, scilicet, quia aliud est capere, aliud acci-
pere: Capere enim dicitur, qui cum effectu
capit, accipere verò etiam, qui rem non est
retenturus *l. aliud est capere 71. ff. de verb. sign.*
Itaque indignus accipit, sed non capit, *vt dixi-
mus in hoc cap. q. 48. numer. 14.* Cum igitur
Antoninus *in d. l. 1.* dicat, deportatum hære-
dem institutum capere non posse, Conse-
quens est, vt innuere videatur posse eum ac-
cipere, sed non cum effectu, & sic esse indi-
gnum, non incapacem. *Ita arguit Imol. in d. l.
si seruus eius. 81. num. 5. vers. In contrarium ff. de
acq. hæred.*

Secundo mouentur argumẽto ducto a ces-
sante ratione legis: nam damnatus in metal-
lum ideo censetur incapax, & fisco locum
48 non facit, quia † fit seruus pœnæ *d. l. si in metal-
lum. 3. ff. de his, quæ pro non script. hab. d. l. in me-
tallum. 12. ff. de iur. fisc.* At hæc ratio cessat in
deportato, quippe, qui non fit seruus pœnæ,
sed retinet libertatem, *vt diximus in hoc cap. q.
49. num. 16.* Ergo non censebitur incapax, sed
capax & per consequẽtias, vt indignus faciet
locum fisco. *Ita arguit Imol. in d. l. si seruus eius
81. num. 5. vers. 3. ff. de acq. hæred.*

Tertio mouẽtur *l. Claudius 13. ff. de his, quib.
49 vt ind.* vbi, † cum adulter fuisset a muliere, cũ
qua commiserat adulterium hæres institu-
tus, scribit Papinianus, fiscum ab eo, tamquã
ab indigno hæreditatem auferre. Atqui talis
adulter fuerat deportatus, quia iure Digesto-
rum propter adulterium imponebatur pœna
50 deportationis † *l. si quis viduã ... ff. de quæstion.*
Ergo patet ex hoc loco, deportatum censeri
capacem, vt fiscus ab eo rem auferre possit.
*Ita Imol in d. l. si seruus eius 81. numer. 5. ver-
sicul. 5.*

Quarto mouentur argumento ducto ex *l. si
deportati. 7. ff. de leg. 3.* vbi Vlpianus, *Si deportati
seruo,* inquit, *fideicommissum fuerit adscriptum,
ad fiscum pertinere, dicendum est:* Nam ex his
51 verbis † ita argumentantur. Seruus non est
capax, nisi & dominus capax sit, quia capaci-
tas serui pendet ex capacitate domini *l. si mihi
& tibi. 12. §. regula ff. de leg primo l. non minus.
31. in prin. ff. de hæred. inst.* Sed seruus deportati
censetur capax, vt faciat locum fisco *d. l. si de-
portati.* Ergo & deportatus eodem respectu
capax intelligetur. *Ita arguit Imol. in d. l. si
seruus eius 81. num. 5. versicul. 6. & num. 6. vers.*

aduerte tamen, vbi subijcit huic argumento non posse responderi, licet alijs possit.

Quinto, & vltimo mouentur, quia, quando testator reputat heredes indignos fisco fit locus *l. hereditas. 4. C. de his, quib. vt ind. & dicemus in hoc cap. q. 34. num. 88.* Sed, quando instituit deportatum, & sic incapacem, reputat
52 hæredes ab intestato venientes indignos † *l. eum quidã. 12. ff. de his quib. vt ind.* Ergo debet fieri locus fisco.

Verum his non obstantibus contraria sententia verior est, & receptior, scilicet, deportatum nõ esse verè, & propriè indignum, sed
53 incapacem, † *prout eũ appellant gl. in l. 1. in prin. in verb. si quis ff. de iur. fisc. gl. in l. neq; enim 14. §. 1. in verb. deportati ff. de mil. testa. Bart. in l. si deportati. 7. num. 1. vers. ego tenebam ff. de leg. 3. & in l. fin. num. 11. vers. secũdus casus ff. de his, quib. vt ind. Bald. in l. eam, quam. 14. num. 19. & ibi Castr. num. 8. C. de fideic. Castr. consil. 212. nu. 2. vol. 2. Vasq. lib. 3. Illu. contro. cap. 102. nu. 2. vers. Deportatus, Pereg. de iur. fisc. lib. 3. tit. 1. num. 2. & tit. 5. num. 2. vers. contrarium, Farin. d. q. 102. nu. 150.* eaque ratione, nec heredem instituti, nec quid aliud ex alterius testamento cape-
54 re posse † *l. 1. & ibi Bartol. in prin. & numer. 1. vers. ex hoc, & num. 2. Bald. in prin. Ang. num. 3. vers. In gl. vlt. Castr. num. 1. Bened. de Plumb. nu. 1. vers. Redeo, & vers. not. & vers. not. 2. Alex. nu. 1. & 2. vbi testatur hanc opinionem communiter approbari, & Ias. num. 1. C. de hæred. instit. gl. in § legare, in verb. testamenti factio, Inst. de legat. Bart. in l. 1. §. qui habebat nu. 9. & in l. 3. §. liberi num. 1. ff. de bon. poss. contra tab. & in d. l. si deportati. 7. num. 1. vers. ego tenebam ff. de leg. 3. Castr. d. consil. 212. num. 2. vol. 2. Alex. consil. 23. num. 10. & consil. 26. num. 1. vol. 1. & consil. 116. num. 4. vol. 2. Decia. consil. 86. nu. 32. vol. 3. Vasq. d. lib. 3. Illu. contro. cap. 102. num. 2. vers. Deportatus, & nu. 3. Duran. de art. testan. tit. 1. caut. 10. nu. 3. Clar. in §. testamentum q. 22. nu. 2. Ludo. decis. Perus. 11. num. 6. in fi. Crass. in §. institutio q. 2. num. 2. & in §. legatum q. 10. Pereg. de iur. fisc. d. lib. 3. tit. 5. num. 2. vers. contrarium, Bursat. d. consil. 48. nu. 27. vers. accedit, Menoch. consil. 271. num. 4. Cuiac. ad l. 121. ff. de verb. oblig.* &, si instituatur, vel legatum, aut quid aliud ei relinquatur, haberi
55 id pro non scripto † *d. l. 1. & ibi Bald. num. 2. & 3. Castr. num. 1. & 2. vers. In text. ibi, & num. 3. vers. communiter tenetur, Alex. nu. 1. Ias. in prin. & Ben. de Plumb. num. 1. vers. redeo, & vers. Not. 3. C. de hæred. inst. Bart. in d. l. si deportati. 7. n. 2. ff. de leg. 3. Bald. in d. l. eã, q. 14. n. 19. & ibi Cast. n. 4. C. de fideic. Alex. in d. l. si quis mihi bona. 25. §. seruus. vers. si quis planè in prin. & ibi Ias. num. 9. vers. &, si isto modo ff. de acq. hæred. Boss. in tit. de his, quib. vt ind. num. 3. Gomez. d. to. 1. varia. resol. cap. 10. nu. 29. Crass. in d. § ius accrescendi q. 16. num. 8. Pereg. de iur. fisc. d. lib. 3. tit. 5. nu. 3.* & per consequentias non applicari fisco, sed substitutis, aut coniunctis, aut his deficiẽtibus remanere apud grauatos, vel ad veniẽ-
56 tes ab intestato pertinere, † *Ita enim de fisco scripserunt Bart. in d. l. 1. num. 1. & ibi Bald. nu. 1. vers. 3. opp. Ang. num. 3. vers. in gl. vlt. Castr. num. 3. vers. tamen contraria, vbi ait, hanc esse veram, & communem C. de hæred. inst. Bart. in d. l. 1. §. qui habebat num. 9. & in d. l. si deportati. 7. num. 1. vers. ego tenebam ff. de leg. 3. Bald. in d. l. eam, quam 14. numer. 19. C. de fideic. Castr. d. consil. 212. num. 2. vol. 2. Alex. in d. l. si quis mihi bona 25. § seruus, vers. si quis plane in prin. ff. de acq. hæred. Vasq. d. lib. 3. Illustr. contro. cap. 102. num. 2. vers. Deportatus, & num. 3. vbi testatur hanc esse veram, & communem sententiam. Clar. in d. §. testamentum q. 22. num. 2. Crass. in d. § institutio q. 2. num. 2. vers. & hoc quidem, Farin. in d. prax. crim. q. 102. nu. 160. De substitutis vero, & coniunctis, puta coheredibus scripserunt Ang. in l. Papinianus. 8. §. quoniam, num. 2. & 3. ff. de inoff. Alex. consil. 26. numer. 1. vol. 1. Clar. in d. §. testamentum q. 22. num. 2. Crass. in d. § legatum q. 10. & in d. §. ius accrescendi q. 16. num. 8. & in d. §. institutio q. 2. num. 2. vers. & hoc quidem, vbi testatur, hanc esse veram, & communem sententiã, Gomez. d. tom. 1. varia. resol. cap. 10. n. 29. Pereg. de iur. fisc. d. lib. 3. tit. 5. num. 3. Bursa. d. consil. 48. num. 27. vers. accedit, Farin. d. q. 102. num. 160. De grauatis demum, & venientibus ab intestato diximus in 9. cap. q. 8. num. 18. & q. 9. n. 39.* probatur autem hæc sententia.

Primo, quia deportatus est incapax eorum
57 omnium, quæ sunt iuris ciuilis † *l. quædam sũt 17. ff. de pœn.* cum enim desinat esse ciuis, siue esse in ciuitate *d. l. quædam sunt, & l. intercedit. 58. vers. quid ergo ff. de cond. & dem. l. 1. §. ij, quib. ff. de leg. 3.* qua ratione dicitur fieri peregrinus *d. l. 1. C. de hæred. inst.* siue ad peregrinitatem deduci *l. sed, si hac 10. § sed, si per pœnã ff. de in ius voc.* Consequens est, vt ea, quæ sunt iuris ciuilis, & sic propria ciuium Romanorum retinere nequeat. Atqui ius succedendi, vel ex testamento, vel ab intestato est iuris ciuilis,
58 † *l. lege obuenire 130. ff. de verb. sign. Et scribunt gl. in d. l. si quis mihi bona. 25. § seruus, vers. si qs plane in verb. damnatus ff. de acq. hæred. Bart. in d. l. 1. num. 1. vers. certè, & ibi Bald. num. 3. vers. Item opp. Castr. num. 2. Alex. num. 1. & 2. vers. ratio C. de hæred. inst. Crass. in d. §. testamentum q. 27. num. 2. Pereg. de iur. fisc. d. lib. 3. tit. 5. nu. 2. vers. contrarium, Farin d. q. 102. n. 150.* Ergo eius erit incapax deportatus. *Ita arguunt Bart. in d. l. 1. num. 1. & ibi Bald. num. 1. vers. Ista gl. & num. 3. vers. 3. opp. & vers. Item oppo. Castr. num. 2. & 3. vers. Nec obstat, & Alex. num. 2. C. de hæred. inst. Pereg. d. lib. 3. tit. 5. num. 2. vers. contrarium.*

Nec est, quod respondeas, esse incapacem,
59 † quo ad sui commodum, nõ, quoad cõmodum fisci, *vt respondet Imol. in d. l. si seruus nu. 81. num. 6. vers. Item non obstat ff. de acq. hæred.* quia, si esset capax ad commodum fisci, non posset dici incapax: Nam, qui facit locũ fisco vt indignus, capax est & acquirit, cum alioquin incapax ipso iure ab emolumento repellatur, *vt ostendimus in hoc cap. q. 48. num. 14. & seqq.*

Secundo probatur, quia, si deportatus cẽseretur indignus, ita, vt ab eo rẽ fiscus auferre posset, dispositio in eum collata non diceretur haberi pro non scripta, sed valida, *vt patet ex ijs quæ diximus in eadem q. 48. num. 34.* Atqui dicitur haberi pro non scripta *d. l. 1. C. de hæred. inst. & scribunt omnes, quos retulimus supra num. 55.* Ergo non censetur indignus, sed incapax. *Ita arguunt Alex. in d. l. 1. num. 2. vers. 4 principaliter, & ibi Ias. nu. 3. C. de hær. instit.*

Nec obstat, si dicatur, haberi ꝓ nõ scripta, quoad commodum proprium, non etiam,

quo

60 quoad commodum fisci. † *vt respondent Imol. in d. l. si seruus eius. 81. num. 6. ff. de aeq. hered. & Ias. (licet communem sequatur) in d. l. 1. num. 3. vers. sed responde C. de hered. inst.* quia verius est, ne quoad commodum quidem proprium posse dici haberi pro non scripta, si esset capax, & indignus: Valeret enim, & haberet effectum saltè, quandiu res non auocaretur ab eo, *vt ostendimus in eadem q. 48. numer. 34. & seq.*

Tertio probatur, quia ius speciale in vno denotat ius commune in contrarium *l. cum heredes 23. §. 1. ff. de aeq. poss.* Sed speciale est in testamento militis, vt deportatus in eo possit
61 institui, & capere relicta † *l. neque enim. 14. §. 1. ff. de mil. testa. l. si deportati. 7. § si miles. ff. de leg. 3.* Ergo de iure communi, & sic in testamento pagani hoc facere non poterit. *Ita arguunt Alex. in d. l. 1. num. 2. & ibi Ias. num. 3. vers. Pro ista etiam parte C. de hered. inst.*

Nec dicas, esse speciale, vt possit capere
62 cum effectu † quod non permittitur in testamento pagani, vtpote, in quo potest quidem accipere relicta, sed non retinere, cum ea fiscus auferat, *vt respondet Ias. in d. l. 1. num. 3. vers. pro ista etiam parte C. de hered. inst.* quia ex iis quæ supra diximus *& latius dicemus infra n. 73.* facile est intelligere, capiendi facultatem, de qua iuris prudentes loquuntur, ad eam captionem referri, quæ fit ipso iure, & per modum acquisitionis, nō etiam ad eam, quæ per modum ministerij. Itaque eos tantum dicunt posse, vel nō posse capere, qui possunt acquirere, tametsi rem alij restituere teneantur.

Quarto probatur, quia, si deportatus, vti capax, faceret locum fisco, vtiq; posset adire hæreditatem, & agnoscere bonorum possessionem, *vt diximus in hoc cap. q. 22. num. 48.*
63 Atqui hoc facere non potest, † vti probat *l. edicto. 13. ff. de bon. poss.* vbi Aphricanus scribit, eum, cui aqua, & igni interdictum est, in cuius locum successit deportatus *l. 2. §. ff. de pœn.* non posse agnoscere bonorum possessionem. Ergo non censebitur capax, nec faciet locum fisco. *Ita arguunt Bald. in d. l. 1. num. 1. vers. Ista gl. & ibi Alex. num. 2. vers. Item pro ista C. de hered. inst. Bald. in d. l. eam, quam. 14. nu. 19. C. de fideic.*

64 Nec dicas *l. edicto*, non decidere, † vtrum possit agnoscere bonorum possessionem ad commodum fisci. *vt respondet Ias. in d. l. 1. n. 3. vers. & hoc modo C. de hered. inst.* quia satis hoc decidere intelligitur eo ipso, quod negat, eum posse agnoscere: nam (vt sæpe dictum est) vt fisco locus fiat, requiritur, vt indignus adeat, vel saltem adire possit, *vt ostendimus in hoc cap. q. 58. per tot.* cum igitur ibi talis potentia negetur, Consequens est, vt etiā fisci commodum excludatur.

65 Minus respondeas, loqui Aphricanū † de successionibus legitimis, à quibus faciliùs, quàm a testamentarijs quis repellitur, *Quomodo respondet idem Ias. in d. l. 1. nu. 3. vers. 2. & meliùs C. de hered. inst.* quia in incapacibus hoc perspicuè falsum esse constat *ex l. 1. C. de sec. nupt.*

Quinto probatur, quia paria sunt aliquid
66 esse tale, vel haberi pro tali † *l. 1. C. de his, qui ven. ae. imp.* Sed deportatus habetur pro mor-
67 tuo † *l. 1. § qui habebat ff. de bon. poss. contra t. l. si necem. 4. § si deportatus ff. de bon. lib. l. actione 65. §. publicatione ff. pro soc.* Ergo, quemadmodū, si dispositio esset collata in mortuum, haberetur pro non scripta, & non faceret locum fisco, sed alijs, *vt diximus in hoc cap. q. 24. num. 2. & 4.* ita etiam dicendum est, si sit collata in deportatum. *Ita arguunt Bart. in d. l. 1. nu. 1. vers. Præterea & ibi Bald. num. 1. vers. Ista gl. & num. 3. Castr. nu. 3. vers. Nec obstat Alex. num. 2. vers. Et pro hac opinione, & Ias. num. 3. vers. Pro ista opinione C. de hered. inst. Vasq. d. lib. 3. Illust. controu. cap. 102. num. 3.*

Nec est, quod respondeas tunc haberi pro
68 mortuo, cum † neque hominis, neque legis voluntatem habet, vt euenit, cum vult ab intestato succedere. Cæterum, cum habet voluntatem hominis, licet non legis, haberi quidem pro mortuo, quoad se, ex quo nō habet voluntatem legis, sed non quoad fiscum, ex quo habet voluntatē hominis, *vt respondet Imol. in d. l. si seruus eius 81. num. 6. vers. Item non obstat quarta ff. de aeq. hered. & sensit etiam Ias. in d. l. 1. nu. 3. vers. sed respondeo, dum ait, haberi pro mortuo, quoad commodum suum, sed nō, quoad commodum fisci.* quia sufficit, cum haberi pro mortuo, quoad se, vt habeatur etiā pro mortuo, quoad fiscum: Nam, cum fisci ius pendeat ex iure vocati, ita, vt non possit esse locus ablationi, nisi is, cui fieri debet, vel habeat, vel habere possit, *vt ostendemus in hoc cap. q. 58. in prin.* Consequens est, vt, si deportatus pro mortuo habetur, quoad se, cēseatur etiam pro mortuo haberi, quoad fiscum.

Sexto pro hac parte adduci solet *l. si in metallum. 3. ff. de iis, quæ pro non scrip. hab. & l. in metallū 12. ff. de iur. fisc. vt e videre est apud Alex. in d. l. 1. numer. 2. vers. & pro hac opinione, & ibi Ias. num. 3. vers. Pro ista opinione C. de her. inst.* ex quibus ita potest argumentum deduci. Respectu eorum, quæ sunt iuris ciuilis, nulla est differentia inter damnatos in metallum,
69 & deportatos † *l. quidam sunt. 17. ff. de pœnis.* Sed, cum damnato in metallum relinquuntur hæreditates, vel legata, aut fideicommissa, quæ sunt iuris ciuilis, non fit locus fisco *d. l. si in metallum, & d. l. in metallum.* Ergo nec fiet, cū ea relinquuntur deportato.

Septimo pro eadem opinione facit *l. nam, si miles. 7. ff. de iniust. rupt.* Vbi Vlpianus, *Nā, si miles iure ciuili testamentum fecerit,* inquit, *& primo gradu heredem eum scripserit, quem iure militari poterat, secundo, eum, quem iure cōmuni potest, & post annum missionis decesserit, primus gradus irritus fiet, & a secūdo incipiet testamen-*
70 *tum:* Nam, † si is, quem miles primo gradu scripsit hæredem iure militari, idest deportatus, vel alius similis *d. l. neque enim. 14. § 1. ff. de mil. test.* faceret locum fisco, non posset hæreditas ad substitutum pertinere, quia fiscus tamquam veniens ex primo gradu excluderet substitutum venientem ex secundo *l. si sequens. 15. in prin. ff. ad Sylla.* Atqui pertinet ad substitutum *d. l. nam, si miles.* Non facit igitur locum fisco. *Ita arguit Ias. in d. l. 1. num. 3. vers. sed iura, vbi ait, hunc tex. esse ineuitabilem.*

Nec dicas, hoc esse speciale in testamento
71 militis, † ex quo a principio valuit institutio, *vt dici posse scribit Ias. ibi num. 3. vers. & non video,*

vidro, quia, cùm post missionem non valeat testamentum iure militari, sed iure communi, non potest aliqua specialitas in eo considerari. Quamobrem non immeritò Iason ibi fatetur, hanc responsionem sibi non satisfacere.

Octauo, & vltimo facit, quod vulgò dicimus, in dubio contra fiscũ esse pronuncian-
72 dum † *l. non puto 10. ff. de Iur. fisc. vt in proposito considerat Ias. in d. l. 1. n. 3. vers. sed pro communi C. de her. inst.*

Neque huic sententiæ obstant contraria. Ad primum enim respondeo, licet Antoni-
73 nus ibi dicat, † deportatum non posse capere, non tamen sequi, posse eum accipere, quia capere non posse dicuntur omnes, qui passiuam testamenti factionẽ non habent, cuiusmodi sunt ij, quos retulimus *supra num. 2. & seqq.* Itaque verbum capere ibi positum non impedit, quominus deportatus cẽseatur omnino incapax, *vt ait Soc. Sen. cons. 275. nu. 13. vers. &, si non habent, vol. 2.* maximè, cum postea subijciantur illa verba, *sed hereditas in ea causa est, in qua esset, si scripti hæredes non fuissent*, quippe quæ significant institutionẽ haberi pro non scripta, quæ res totalem denotat incapacitatem, *vt patet ex d. l. si in metallum. 3. ff. de ijs, quæ pro non script. hab. & in his terminis considerat Alex. in d. l. 1. nu. 2. vers. & responde.*

Ad secundum verò respondeo, negando rationem incapacitatis cessare in deportato, quia ratio ducitur ab amissione ciuitatis, quę ita militat in deportato, vt in seruo pœnæ: Nec obstat, quod damnatus in metallũ ideo
74 dicatur incapax, quia † factus est seruus pęnæ, quia non ideo hoc dicitur, quod ad contrahendam incapacitatem necessaria sit amissio libertatis, sed, quia amissa libertate desinit quis esse ciuis, & per consequentias sit incapax eorum omnium, quæ sunt iuris ciuilis *l. vlt. ff. de cap. min. §. 1. Inst. eod.*

Ad tertium respondeo, non ideo hereditatem ibi ad fiscum peruenisse, quod fuerit
75 instituta deportata, quia mulier ibi † nõ fuerat deportata, *vt rectè animaduerterunt Imol. in d. l. si seruus eius 81. num. 6. vers. aduerte tamẽ ff. de acq. hered. & Alex. in d. l. 1. num. 2. vers. secundum principale C. de hæred. inst.* Imo, nec inte poterat deportari, cum eo tempore pęna adulterij non esset deportatio, sed relegatio,
76 † vt *rectè tradiderunt Cuiac. lib. 6. obs. cap. 21. latè Brisso. lib. sing. ad l. Iul. de adult. vers. q. stuprum M. Ant. del Rio ad l. transigere 27. nu. 101. C. de transf. Ant. Fab lib. 2. con. cap. 20.* & patet ex eo, quia lex Iulia vetabat damnatã adulterij vxorem duci *l. mariti. 29. §. quod ait lex ff. ad l. Iul. de adult.* quæ res fuisset inutilis, si propter adulterium debuisset deportari, cũ deportata non posset nubere, tamquam peregrina, cum qua non erat connubium, *vt docet Vlp. tit. 5. Inst. §. Connubium.* Denique, si fuisset deportata, nõ potuisset testari, quod tamen ibi factum est, *vt considerat Alex. in d. l. 1. numer. 2. versic. &, quod pęna C. de hæred. inst.*

Nec obstat *l. si quis viduam*, quia ideo ibi
77 † adulter fuit deportatus, quia duplex commiserat delictum, adulterij scilicet, & incestus, vt ibi dicitur, ideoq; grauiùs debuit puniri, quam, si simplex adulterium commisisset, *Ita respondent* Imol. *in d. l. si seruus eius. 81. nu. 7. ff. de acq. hered. &* Alex. *in d. l. 1. nu. 2. vers. præterea C. de hære. inst.* Quinimo locus ille retorquetur in contrariũ: nam, si propter duplex delictum reus tantummodo deportatur. Ergo propter simplex non debet deportari, sed relegari, quia, quo leuius est delictum, eo mitiùs debet puniri *l. respiciendum. 11. in prin. ff. de pęn.* Hæreditas igitur ideo ad fiscum pertinuit *in specie d. l. Claudius*, quia
78 † testator instituerat eam, quã priùs polluerat per adulterium, & postea duxerat vxorem: nam quia talis institutio, censebatur facta ex causa turpi, & illicita, ideo lex ab hærede, tamquam ab indigna hæreditatem abstulit. *Ita Alex. in d. l. 1. num. 2. vers. Et, quod pęna C. de hæred. inst.* Hinc intelligimus, si *in specie d. l. Claudius* fuisset mulier ab alio instituta, non potuisse fiscum ab ea, tamquam ab indigna hæreditatem auferre, quia respectu illius testatoris nõ potuisset censeri indigna, tametsi adulterij crimine damnata.

Ad quartum, in quo tota difficultas continetur respondent nonnulli, Vlpianum ibi
79 † loqui de seruo quæsito ante deportationẽ, sed male, quia veriùs est, loqui de seruo postea quæsito, *vt rectè animaduertit gl. in d. l. si deportati in verb. ad ipsum, & habet in confesso Castr. in d. l. 1. num. 3. vers. Nec obstat C. de her. inst.* Nam, si esset quęsitus ante, non diceretur seruus deportati, sed fisci, cum omnia, quæ damnatus habebat tempore sententiæ, veniant in confiscationem, & à fisco vindicentur, *vt diximus in hoc cap. q. 46. num 71. Et in specie de deportato scribit Dec. in l. ea sola 97. n. 2. ff. de reg. iur.* & tñ Vlpianus ibi supponit, fideicõmissum fuisse relictum seruo deportati, & sic seruo, qui ipsius est tempore fideicommissi, cum qualitas adiecta verbo debeat intelligi secundum tempus verbi *l. in delictis. 4. §. si extraneus ff. de noxal.*

Quamobrem veriùs est, quod alij frequẽ-
80 tiùs tradiderunt † multum referre, vtrum dispositio collata sit in ipsummet deportatũ, an verò in ipsius seruum: nam primo casu habetur pro non scripta, & non facit locum fisco, sed alijs, *secundum ea, quæ supra diximus, quæque in his terminis procedunt*, secundo verò casu valet, & fisco locũ facit. Et ita procedit *l. si deportati. Ita respondent Bart. in d. l. 1. num. 1. vers. Contra prædicta, & ibi Bald. nu. 3. Castr. nu. 3. vers. Nec obstat C. de hæred. instit. Bart. in d. l. si deportati. 7. num. 1. vers. Ego tenebam ff. de leg. 3. Bald. in l. 3. num. 2. vers. sed dicta C. de priu. fisc. Pereg. d. lib. 3. tit. 5. num. 2. circa finem.*

81 Ratio diuersitatis est, quia, † quando legatur ipsimet deportato, nulla subest persona, ex qua possit consistere legatum: Non enim potest consistere ex persona deportati, quia est incapax, *vt supra dictum est*, neque ex persona fisci, quia in ijs, quæ post condemnationem illi obueniunt, nullum fisco ius competit, *vt diximus in hoc cap. q. 46. numer. 31.* At, qñ legatur seruo deportati, subest persona, ex qua legatũ consistit, nempe persona serui, a qua vires accipit dispositio, *vt ait Paulus in l. debitor. 84. §. seruo alieno ff. de leg. 2. & nos etiã diximus in hoc cap. q. 43. n. 85.* sed, quia, seruus non

non poteſt ſibi acquirere, cum proprium ha
bere nequeat *l. acquiritur 10. ff. de acq. rer.
dom. §. item vobis, Inſt. per quas perſo. nob. acq.*
ideo acquirit fiſco, niſi tẽpore acquiſitionis
inueniatur manumiſſus, aut dominus in inte-
grum reſtitutus *d. l. ſi deportati. 7. in prin. Et in
ſpecie declarat Bald. in d. l. 1. num. 3. C. de her.
inſti.*

Nec eſt contrarium, quod capacitas ſerui
82 pendeat ex capacitate domini, † *vt diximus
ſupra poſt num. 51.* ideoque, ſi dominus capere
non poteſt, nec eius ſeruus poſſit, quia reſpõ-
83 det Bartolus, hoc procedere † in ſeruo illius,
qui in aliquibus eſt capax, in aliquibus verò
non, vt eſt is qui retinet ciuitatẽ, ſecus verò
in ſeruo illius, qui omnino eſt incapax, vt eſt
deportatus, qui ciuitatẽ amittit. *Ita reſpondet
Bart. in d. l. 1. num. 1. verſ. &, ſi tu dicas C. de
hered. inſt. & in d. l. ſi deportati. 7. in prin num. 1.
verſ. ego tenebam ff. de leg. 3.* Nam, quia habe-
tur pro mortuo, ideo fit, vt quoad capacitatẽ
non poſſit inſpici illius perſona, ſed neceſſa-
rio debeat legatum conſiſtere ex perſona ſer-
ui. *Ita declarant Bart. in d. l. ſi deportati. 7. in
prin. num. 1. verſ. ego tenebam, Bald. in d. l. 1. nu.
3. & ibi Caſtr. num 3. verſ. nec obſtat, ſi dicatur,
Alex. num. 2. verſ. tamen ſuſtinendo C. de hered.
inſt.* Itaque maior eſt capacitas, quæ reperi-
tur in ſeruo incapacis quam quæ in ipſomet
incapace, *vt Bart. & Caſtr. in ſupra relatis lo-
cis tradiderunt.*

Et, ſi dicas, dato etiam, quod legatum con-
ſiſtat ex perſona ſerui, non tamen videri ap-
plicandum fiſco, qui ſerui dominus non eſt,
ſed potiùs habendum pro non ſcripto, tamquã
relictum ei, qui nec ex propria, nec ex do-
mini perſona capere poteſt, reſpondet Caſ-
84 trenſis, imo debere acquiri fiſco, quia, † licet
is, quãdiu viuit deportatus, non ſit dominus
ſerui, quem ille poſt deportationem ex con-
tractu iuriſgentium acquiſiuit, habet tamen
eius poſt deportati mortem conſequẽdi cer-
tam ſpem, propterea, quod deportatus, licet
viuens ſit dominus earum rerum, quas poſt
deportationem acquiſiuit ex iuriſgentium
cauſis, non tamen poteſt in iis, aut teſtamen-
tarium, aut legitimũ habere hæredẽ, ideoq;
cum moritur, omnia illius bona a fiſco vin-
dicantur, *vt oſtendimus in hoc cap. q. 49. num.
6. & ſeqq.* Vnde propter hanc ſpem, ſi legatũ
fuerit relictum ſeruo deportati, quaſi relictũ
ſeruo, qui omnimodo fiſci futurus eſt, fiſco
acquiritur: Videtur enim hic ſeruus quo-
dãmodo cõmunis inter deportatũ, quouſq;
viuit, & fiſcum poſt eius mortẽ ratione ſpei,
quam habet. Vnde, quia, quod ſeruo com-
muni duorum relinquitur, ſi vni acquiri non
poteſt, alteri acquiritur, *vt diximus in 5. cap.
q. 40. num. 11.* ideo, & in hac ſpecie, quod re-
linquitur ſeruo deportati, quia non poteſt
ipſi deportato acquiri, quãdiu illius eſt, tam-
quam ei, qui capere non poteſt ex defuncto-
rũ cauſis, acquiritur fiſco, cuius poſt depor-
tati mortem futurus eſt, tamquam domino
capaci. *Ita reſpondet Caſtr. in d. l. 1. nu. 3. verſ.
Nec obſtat C. de hered. inſt.*

Ad quintum denique reſpondeo, negan-
do minorem: Nec enim verum eſt, quoties
teſtator inſtituit incapacem, reputare veniẽ-
85 tes ab inteſtato indignos, † *vt rectè ſcripſit
Alex. in d. l. 1 num 2. verſ 4 principaliter C. de
hered. inſt.* Quod patet ex eo, quia, licet teſta-
tor inſtituat damnatum in metallum, qui eſt
incapax, non tamen cenſetur reputaſſe ve-
nientes ab inteſtato indignos, quia alioquin
fiſcus ab eis, tamquam ab indignis hæredita-
tem auferret, & tamẽ non aufert *d. l. ſi in me-
tallum. 3. ff. de his, quæ pro non ſcript. hab. Et in
his terminis conſiderat Alex. in d. l. 1. num. 2. verſ.
4. principaliter:* Nemo enim præſumitur in-
dignus, niſi probetur, *vt dicemus in hoc cap.
q. 54. num. 93. Et in propoſito conſiderat Alex.
ibi.*

Nec obſtant *l. cum quidam, & l. hereditas,*
86 quia procedunt, † quando teſtator expreſſim
eos dixit indignos, quod non eſt, cum ſimpli-
citer inſtituit incapacẽ. *Ita reſpondent Alex.
in d. l. 1. num 2. verſ. 4. principaliter, & ibi Iaſ. n.
3. verſ. & ad hoc C. de hered. inſt.*

Tertium exemplum affertur a quibuſdam
in excommunicato, qui eſt inſtar eius, cui
olim interdicebatur aqua & igni, & in cuius
87 locum ſucceſſit deportatio † *l. 3. ff. ad l. Iul. pe-
cul. l. 2. in prin. ff. de pœnis cognitionum. 5. § con-
ſumitur ff. de var. & extr. cog. l. 1. § iy, quibus ff.
de leg. 3. §. deportatio, Auth de nupt. coll. 4.* qua
88 ratione deportato comparatur † *a gl in § mi-
nor, in verb. interdictam, Inſt de cap. dimin. Bald.
in l. 1. num. 3. verſ. quid de excommunicata C. de
ſacr. Eccl. Imol. in l. Gallus 29. §. & quid ſi tantũ
verſ in gl ſuper verb. & ignis, & ibi Fortu. Garz.
num. 23. & 25. ff. de lib. & poſth. Rip. in l. ex facto
17. § ſi quis rogatus. 2 num. 4. ff. ad Treb.* Nam
hoc ſtante videtur ſequi, eum eſſe incapacẽ,
& per conſequẽtias, non facere locum fiſco,
ſed aliis, ad quos ea, quæ non capiuntur, per-
tinere ſolẽt, id eſt, ſubſtitutis, aut coniunctis,
aut aliis, de quibus dicemus *in 9. cap. q. 1. per
tot.*

Sed eſt verius, imo eſſe capacem: Nam
pœna excommunicationis nõ eſt mortalis,
89 ſed medicinalis † *cap. 1. in prin. de ſent. excom.
in 6. cap. multi 2 q. 1.* Non enim datur ad era-
90 dicationem, ſed ad diſciplinam † *cap. notan-
dum. 24. q. 3.* ideoque non cenſetur capitalis,
ſed correctoria, quia, neque libertatẽ adimit,
91 neque ciuitatem, † *vt ſcribunt Bart. in l 2 nu.
7. ff. de publ. iud. Bald. in l. 1. num. 17. C. de ſacr.
Eccl. Gul. Ben. in d. cap Raynutius, in verb. mor-
tuo itaq; primo nu. 289. verſ. etiam dicit, Pereg.
de iur. fiſc. lib. 3. tit. 11. num. 3.* eaq; ratione non
deportationi, ſed relegationi comparatur,
92 † *vti videre eſt apud gl in cap. paſtoralis § verũ,
in verb. ſubtrahũtur de appell. Gul Ben. in d. cap.
Raynutius, in verb. mortuo itaque primo nume.
288. & 289. Vaſq. lib 3. Illuſtr. contro. cap. 102.
num. 5. verſ. contrariam Craſſ. in d. §. inſtitutio
q. 4. verſ. contrariũ;* Quo fit, vt non impediat,
quominus excommunicatus, tãquam eiuis
poſſit inſtitui, aut legatũ, vel fideicõmiſſum
93 ex alterius teſtamento capere, † *vt ſcribunt
Bald. in d. l. 1. num. 17. C. de ſacr. Eccl. Gul Ben.
in d. cap. Raynutius, in verb. mortuo itaquẽ
primo nu. 294. verſic. ceteri, Vaſq. d. lib. 3. Illuſtr.
contro. cap. 102. num. 5. verſ. Contrariam ſenten-
tiam, Durand. de art. teſta. tit. 1. caut. 10. num. 1.
vbi teſtatur, hanc eſſe communem, Ant. Gabr. lib.
4. comm. opin. tit. de teſta. concl. 1. num. 4. Graſſ. in
in d. §. inſtitutio q. 4. verſ. contrarium, & in d. §.
teſtamentum q. 24. num. 1. vbi teſtatur, hanc eſſe*
magis

magis communem, *Pereg. de iur. fisc. d. lib. 3. tit. 11. nu. 34. vbi pariter testatur, hanc esse communem*, & ea ratione debeat eodem iure censeri, quo cęteri capaces, quoties quærimus, an faciat, vel non faciat coniuncto partem.

Quartum exemplum afferri solet in bannito cum cõfiscatione bonorum: Nam, quia (secundum aliquos) deportato comparatur,
94 † *vti videre est apud gl. in §. relegati, in verb. retinent, Inst. quib. mod. ius pat. pot. solu. Alex. cons. 116 nu. 3. & seqq. vol. 2. Lado. decis. Perus. 11. num 6. vers. & mouebar*, ideo fit, vt eius exemplo cẽseatur potius incapax, *prout dicitur ab Alex. consil. 23. nu. 10. vol. 1.* quam indignus, ita, vt, quoties indignus dicitur, intelligatur id impropriè, non propriè, eaque ratione, si quid ei relinquatur, habeatur pro nõ scripto, & per consequẽtias non applicetur fisco, sed substitutis, aut coniunctis, aut maneat in hæreditate, aut pertineat ad venientes ab intestato, *secundum ea, quæ supra diximus*.

Sed hæc opinio ita simpliciter intellecta non est vera, ideoque merito fuit ab aliis frequentiùs improbata, quia verius est, bannitũ, neque deportato, neque relegato per omnia assimilari, sed tertiam quandam speciem cõstituere, quæ, modo secundum relegationis, modo secundum deportationis naturam regulatur pro varietate specierum, quæ in hoc
95 genere pœnæ considerari possunt. † *Ita declarant. Bart. in l. 2. in prin. nu. 5. ff. sol. matr. Bald. in d. l. 1. num. 4. vers. sed ego dico, & num. 5. & 17. C. de hær. inst. Nell. de bannit. in prima part. 2. temp num. 4. vers. & ideo restat Fortun. Garz. in d. l. Gallus 29. §. & quid, si tantum. numer. 28. vers. in his ergo ff. de lib. & posth. Clar in §. fin. q. 71. num. 12. Ossas. decis. 105. num. 9. vers. quid dicendum, Pereg. de iur. fisc. d lib 3. tit. 7. nume. 17.* Quamobrem, vt sciamus, quãdo relegato, quandoque deportato assimiletur, & per consequentias quando censeatur capax, & quãdo incapax, necessariò tres sunt distinguendi casus, quorum

Primus est, quando bannitus, neque ex dispositione iuris communis, neque ex dispositione iuris municipalis potest impunè offendi, Et tunc verius est, cum æquiparari relegato, & per consequentias censeri capacem, nõ solum earum successionum, quæ deferuntur iure communi, sed etiam earum, quæ deferũtur ex speciali dispositione eiusce loci, a quo
96 bannitus est. † *Ita enim scripserũt Bart. in sua disputatione prima incipiente, Lucanę ciuitatis, nu. 20. & in l. amissione. 5. §. qui deficiunt numer. 2. ff. de cap. min. Imol. in l. ex facto. 17. § ex facto, vers. Item scias & ibi Castr. num. 4 ff. ad Treb. Alex. in d. l. 1. num. 4. C. de hered. inst. Clar. in §. testamentum, q. 20. num. 1. Crass. in d. §. institutio q. 3. & in §. legatum q. 8. numer. 1. Pereg. de iur. fisc. d lib. 3. tit. 7. nu. 5. & 7. vers. & ista conclusio, Farin. in d prax. crim. q. 102. nu. 81. & 84.* Quo fit, vt non sit a cœteris capacibus distinguendus, cum quærimus, an faciat, vel non faciat coniuncto partem. Idque procedit, etiamsi sit bannitus cum confiscatione bonorum: Nam sola confiscatio non operatur, vt bannitus deportato comparetur, aut efficiatur incapax, nisi persona impunè offendi possit
97 † *l. certa forma. 4 & ibi Bart. num. 2. & 3. C. de iur. fisc. lib. 10. Pereg. de iur. fisc. d. lib. 3. tit. 7. nu. 6. & 9. vers. Notandum.*

Secundus verò casus est, quando bannitus potest impunè offendi ex dispositione iuris communis, Et hic comparatur deportato, ideoque censetur incapax omnium successionum, tam, quæ iure municipali, quam, quę iure communi deferuntur; Quo fit, vt non faciat locum fisco, sed aliis, de quibus supra diximus. Exemplum sit in rebelle, qui haud dubiè censetur incapax omnium successionum, etiam, quæ iure communi deferuntur
98 † *vt scribunt Curt. Iun. cons. 100. nu. 5. Honded. cons. 66. num. 50. vol 1. Pereg. de iur. fisc. d. lib. 3. tit. 8. num. 2. & 6.* Est enim reus lęsę maiestatis cuius delicti grauitas reddit ipso iure quem
99 incapacem, † *vt scribunt Bald. cons. 24 num. 1. vers sed respondetur, vol 4 Soc. Sen. cons. 22. nu. 7. & seq. vol. 1. Boss. in tit de publicat. bono. num. 69. vers. & hoc in bannito, Menoch. cons. 101. nu. 2. & cons. 185 num. 14. Pereg. de iur fisc. d. lib. 3. tit. 7. num. 42. Farin d. q. 102. num. 56.* Quo fit, vt, si quid ei relinquatur, nõ auferatur a fisco, sed pertineat ad substitutos, vel coniunctos,
100 vel grauatos, vel venientes ab intestato, † *vt scribunt Castr. d. cons. 212. num. 2. uol. 2. Soc. Sen. d. cons. 22. num. 12. vers. verum prædictis, vol. 1.* Idem dicitur, & de transfuga, quippe, qui, vt rebellis amittit omnia, quæ iuris ciuilis sunt
101 † *d. l. amissione 5. §. qui deficiunt ff. de cap. min.* & per consequentias etiam iura succedendi, quę
102 ex iuris ciuilis authoritate proficiscuntur, † *vt en specie docet Menoch. d. cons. 101. num 3.* Denique idem est, & si quis Imperiali banno pu-
103 niatur † *vt in Auth. item nulla communitas, & Auth. item, quæcunque C. de Episc. & cler.* vel
104 etiam banno põtificio, † *vt in cap. 1. de homic. in 6.* Nam is amittet omnia iura ciuilia, & per consequentias censebitur incapax omnium successionum, etiam, quæ iure communi deferuntur, *vt scribunt Bart. in d. l. amissione. 5. §. qui deficiunt, numer. 1. ff. de cap. min. Bald. in d. Auth. Item quæcunque num. 2. vers. & per istud C. de Episc. & cler. Ang. in l. si, cum dotem 23. §. si patri, vers. bannitis, & ibi Imol. & Alex. num. 2. ff. sol. matr. Alex. cons. 75. nu 7. vol. 1. Vant. de null. sent. tit. de nullit. ex inhabil. num. 51. Boss. in d. tit. de publica. bono num. 69. vers. & hoc in bannito, Menoch. d. cons. 101. num. 8. Pereg. de iur. fisc. d. lib. 3. tit. 7. num. 25. & 26. Farin. d. q. 102. nu. 61. & 64.* Quamobrem non faciet locum fisco, sed aliis, de quibus supra diximus.

Tertius denique casus est, quando bannitus potest impunè offendi, non ex dispositione iuris communis, sed ex speciali dispositione eiusce loci, a quo bãnitus est, Et tũc verius, & receptius est, censeri eum incapacem earũ successionum, quæ ex eiusdem loci statutis deferuntur, siue ex testamẽto, siue ab intestato, sed non earum, quæ deferuntur iure com-
105 muni. † *Ita distinguit Bart. in d. disputatione prima incipiente, Lucanæ ciuitatis, num. 20. & in d. l amissione. 5. § qui deficiunt, num. 2. ff. de cap. min. & in extrauag. qui sint rebelles, in verb. rebellando, num. 21. & in d. l. certa forma 4. num. 4. C. de iur. fisc. lib. 10. & in d. l. ex facto. 17. §. ex facto, num. 5. & ibi Castr. num. 4. ff. ad Trebell. Bart. in d. l. 1. num. 3. & ibi Ang. num. 1. Alex. nu. 4. Ias. num. 5. C. de hered. inst. Bald. in d. l. Gallus. 29. §. & quid, si tantum, col. 4. vers. deinde dicitur ff. de lib. & posth. & d. cons. 24. num. 1. vol. 4. Castr. d. cons.*

conf. 56. num. 1. vol. 1. Alex. in d. l. si, cum dotem.
23 § si patri, num. 2. vbi testatur, hanc esse magis
communem ff. sol. matr. Soc. Sen. conf. 175. nu. 15.
vers. Confirmatur, quia, vol. 2. Rum. conf. 23. nu.
17. vers. quia enim, vol. 5. Zuccar. in l. 1. num. 57.
C. qui adm. Corn. conf. 29. num. 1. & conf. 55. nu.
22. vol. 2. Nell. de bannit. part. 1. secundi temporis,
num. 5. & 37. Vant. de nullit. sent. d. tit. de nullit.
ex inhabil. num. 51. Boss. in tit. de crim. læs. maiest.
num. 118. vers. & sequitur, & in tit. banniti quid
amittant, num. 14 & in d. tit. de publicat. bono.
num. 69. Clar. in d. § testamentum q. 20. num. 1.
Craff. in d. § legatum q. 8. nu. 1. & in § institutio
q. 3. Decia. conf. 64. num. 41. vol. 3. Hond. d. conf.
66. num. 47. vol. 1. Menoch. conf. 271. num. 19. &
de præs. lib. 5. præs. 45. num. 2. Pereg. de iur. fisc. d.
lib. 3. tit. 7. num. 9. & 35. vers. extra istos, Farin. d.
q. 102. num. 1. & 3. vbi testatur, hanc conclusionẽ
magis communiter esse a dd. receptam & nu. 76.
Et ita etiam videntur accipiendi, qui simpli-
citer scripserunt, bannitum, qui impunè offẽ-
106 di potest, censeri incapacem, † vt Duran. de
art. testan. tit. 1. caut. 10 num. 3. Alcia. conf. 54. nu.
3. lib. 5. Ludo. decis. Perus. 11. num. 6. vers. & mo-
uebar, Men. conf. 91. nu. 2. vt scilicet loquantur
respectu earum successionum, quę deferuntur
ex speciali dispositione illius loci, a quo ban-
nitus est, non etiam earum, quæ deferuntur
iure communi. Quamobrẽ in illis non faciet
locum fisco, sed substitutis, vel coniunctis,
107 vel alijs, de quibus supra diximus. † Ita scribũt
Bald. in l. etiam. 3. num. 3. vers. Idem dico C. ad l.
Falc. vbi ait, hanc esse veram opinionem; Idem
Bald. conf. 7. vol. 2. Castr. d. conf. 212. num. 2. vol.
2. Nell. de bannit. d. part. 1. secundi temporis, num.
38. latè Farin. d. q. 102. numer. 110. In his verò
censebitur eodem iure, quo cæteri capaces.
Itaque, si vocetur ex testamento, quod non
valeat iure communi, sed tantum ex vi statu-
ti, quod ibi vigeat, puta, quia sit factum cum
duobus tantum testibus, aut a filiofa. capere
non poterit, quod, si valeat iure communi,
108 capere poterit, † vt declarant Bart. in d. disputa-
tatione incipiente, Lucanæ ciuitatis, num. 27 & in
d. l. amissione. 5. § qui deficiunt, num. 3 ff. de cap.
min. & in d. l. 1. num. 3. & ibi Alex. num. 4. C. de
hæred. inst. Bald. in d. § &, quid si tantum, col. 4.
vers. deinde dicitur, Nell. d. part. 1. secundi tempo-
ris. num. 38. Menoch. conf. 271. nu. 20. & de præs.
d. lib. 5. præs. 45. num. 3. & 5. Pereg. d. lib. 3. tit. 7.
num. 13. Farin. d. q. 102. num. 6. & 77. Denique
si statuto caueatur, vt extantibus masculis
fœminæ non succedant, nõ poterit bannitus
vti beneficio illius statuti ad exclusionem
fœminarum, sed, si successio ei iure commu-
ni ab intestato deferatur, eius capax intelli-
109 getur, † vti videre est apud Bart. in d. disputatio-
ne incipiente Lucanæ ciuitatis, num. 28. & in d. l.
amissione. 5. § qui deficiunt, num. 3. ff. de cap. min.
& in d. l. certi formi. 4 num. 4. C. de iur. fisc. lib.
10 & in d. l. 1. num. 3. & ibi Ias. nu. 5. C. de hæred.
inst. Bald. in § &, quid si tantum col. 4. vers. dein-
de dicitur, Nell. in d. prima part. 2. tempo. num.
37. Pereg. d. lib. 3. tit. 7. num. 12. Verum hoc ita
plerique censent accipiendum, vt procedat
respectu eorum bonorum, quę sunt extra ter-
ritorium eiusce ciuitatis, a qua bannitus est.
Cæterum, si sint in territorio, verius esse putãt
bannitum, quoad ea censeri incapacem etiã
earum successionum, quæ iure communi de-
110 feruntur; † Ita enim declarant Castr. in d. l. 1. nu.
4. vers. aduerte, & ibi Ias. num. 6 C. de hæred. inst.
Imol. in d. l. ex facto 17. § ex facto, versic. sed tu
adde ff. ad Treb. Alex. conf. 23 num. 9. et 10. vers.
& hoc verum, & d. conf. 75. numer. 7. & 8. versic.
Præterea vol. 1. Rum. conf. 49. nu. 4. vol. 4 Curt.
Iun. conf. 1 0 n. 2 uers. sed aduertendum. Dec. in
l. ut uim. 3. num. 14 ff de iust. & iur. Alcia. cõs.
6. num. 14 lib. 2. Decia conf. 86. num. 31. 32. 36.
et 41. uers. Non obstat tertium uol. 3. Ludou. decis.
Perus. 11. num. 8. Hond. d. conf. 66. num. 43. vol.
1. Menoch. d. conf. 101. num. 9. Sed, quicquid hi
censuerint, cõtrarium verius est, & receptius.
Nam, quod dicimus, bannitum, etiamsi im-
punè offendi possit ex speciali dispositione
eiusce loci, a quo bannitus est, non tamen re-
pelli ab ijs successionibus, quæ iure communi
deferuntur, non intelligitur respectu eorum
bonorum, quæ sunt extra territorium bannitẽ-
tis, quia, quoad ea res caret dubio, cum virtus
111 banni non egrediatur territorium, † vt decla-
rant Bald. in d. l. 1. num. 14. vers. sed prior, & ibi
Castr. nu. 4. C. de hæred. inst. Bald. in d. Auth. Item
nulla communitas, nu. 6. C. de Episc. & cler. Imol.
in d. l. ex facto. 17. § ex facto, vers. sed tu adde ff.
ad Treb. Menoch. d. conf. 271. num. 23. Pereg. d.
lib. 3. titu. 7. num. 25. & seqq. sed intelligitur re-
spectu eorum, quæ sunt in loco, seu territorio
a quo bannitus est: Nam in eis militat ratio,
quam dd. considerant, scilicet quia statutum,
licet possit tollere iura propria suæ ciuitatis,
non tamen potest tollere ea, quæ sunt com-
munia, sicut olim amissa ciuitate censeban-
tur quidem sublata ea omnia, quæ erant pro-
pria ciuium Romanorum, sed non ius genti-
um, quod omnibus hominibus est commune
112 † l. quidam sunt. 17 ff. de pœn. & cõsiderant Bart.
in d. disput. incip. Lucanæ ciuitatis numer. 20. &
alijs locis relatis supra numer. 105. Et ita in specie
declarant Bald. conf. 24. vol 4. Corn. conf. 55. nu.
21. vol. 2. Boss. in d. tit. banniti quid retineant nu.
14. vers. Tu tamen, Ceph. conf. 324. nu. 31. Decia.
d. conf. 64. numer. 43. vol. 3. vbi testatur, hanc esse
communem, Clar. in d. § testamentum q. 20. num.
2. vers. sed quicquid, vbi ait, esse magis cõmunem,
Craff. in d. § legatum q. 8. num. 2. & in d. § insti-
tutio, q. 3. vbi similiter ait, hanc esse magis commu-
nem dd. sententiam, Menoch. d. conf. 271. num. 19.
& 21. Pereg. d. lib. 3. tit. 7. nu. 19. Farin. d. q. 102.
num. 13.

Planè de illo dubitari potest, an, si banni-
tus, qui impunè offendi potest, aliquid acqui-
rat ex ijs caussis, quæ descendunt ex iure com-
muni, & quarum capax est, possit fiscus, id ab
eo, quasi ab indigno auferre. Et Bartolus
113 quidem (licet sub dubio) censuit † posse in d.
l. 1. in fi. C. de hæred. inst.

114 Sed contrarium verius est, & receptius † vti
videre est apud Bald. in d. l. 1. num. 25. C. de hær.
inst. Nell. de bann. d. prima part. 2. tempo. num.
39. Curt. Iun. consil. 182. n. 6. vers. sed præmissis,
Rum. consil. 123. num. 5. vol. 4. Farin. d. q. 102.
115 num. 109. & 110. scilicet, quia † nemo cen-
setur indignus, nisi in casibus a iure expressis,
vt diximus in hoc cap. q. 48. num. 50. Et in pro
posito considerant dd. supra allegati.

Nec obstat, si dicatur, banniti bona posse
116 a quocunq; deprędari, † vt scribunt Curt. Iun.
d. consil. 182. num. 7. Rum. d. consil. 123. num. 6.
vol. 4. Men. consil. 91. num. 5. Hond. conf. 55. nu.
55.

55.vol. 2. ideoque per consequentias posse a
fisco occupari, quia nihil habet hoc cum ab-
latione, quæ, vt indigno fit, commune: Nam
117 illa depredatio † cuilibet priuato competit,
vt dd. supra dicti tradiderunt, ideoque si fiscus
ipse velit depredare, faciet id, vti priuatus,
non, vti fiscus. Demq; prędicta depredatio
fit de facto, non de iure, scilicet, quia inspe-
cta dispositione iuris potest bannitus acqui-
rere bona, & acquisita retinere, vt diximus in
hoc cap. q. 49. num. 22. & seqq. Quamobrem,
licet in priuatis tolerari possit, non tamen
debet tolerari in fisco.
Sanè, si lege municipali cōtrarium dispo-
neretur: magis esset, vt etiam postea quæsita
118 debeant ad fiscum pertinere, † secundū Bald.
in d. l. 1. num. 25. C. de hæred. inst. quia statutū
potest augere pœnas cōtumaciæ, vt ibi Bald.
ait, & cauere. vt fiscus auferat etiam in casi-
bus a iure non expressis, vt scribit Pereg. de
iur. fisc. lib. 2. tit. 2. num. 3.
Quintum exemplū afferri potest in hęre
tico, qui, vt incapax, nec institui, nec lega-
tum, aut fideicommissum ex alterius testa-
mento capere, nec ad legitimam alicuius
119 hæreditatem admitti potest † l. Manichæos. 4.
vers. ipsos quoque, & l. fin. C. de hæret. & Manich.
Et scribunt gl. in l. 1. in prin. in verb. se quis, &
ibi Bart. num. 2. ff. de iur. fisc. gl. in §. legari, in
verb. testamento factio, Inst. de legat. Bart. in l. 3.
§. liberi num. 1. ff. de bon. poss. contra tab. Men.
cons. 185. num. 7. vers. Re tamen, & num. 12. &
13. vers. 9. Pereg. de iur. fisc. d. lib. 3. tit. 10. nu.
1. adeo, vt, ne paternæ quidem, aut maternæ
120 successionis censeatur esse capax † l. cognoni-
mus 10. & Auth. Idem est de Nestorianis C. de
hæretic. Et scribunt Ias. in l. hæreditas 4. num. 8.
C. de his, quib. vt ind. Men. cons. 1128. numer. 4.
Quamobrem id, quod ei relinquitur, pro nō
121 scripto habetur, † vt ait Men. d. cons. 185. nu.
7. vers. Re tamen, & num seqq. eaq; ratione non
applicatur fisco, sed substitutis, aut coniūctis,
122 aut alijs, de quibus supra diximus, † d. Auth.
Idem est de Nestorianis C. de hæret. Fabia. in
Auth nouissima num. 220. C. de inoff. testa. Idq;
procedit etiam in apostatis, qui, & ipsi sunt
123 incapaces † l. hi, qui sanctam. 3. l. apostatarum.
4. C. de aposta. Et scribūt gl. in d. §. legari, in verb.
testamenti factio, Inst. de leg. Pereg. de iur. fisc d.
lib. 3. tit. 10. num. 3. Nec refert, vtrum sint ma-
nifesti, an verò occulti: Nam, &, qui com-
muni omnium opinione reputantur catho-
lici, & fideles, cū re vera tales non sint, cen-
124 sentur incapaces, † vt scribit Pereg. lib. 3. tit. 10.
nu. 4. Nec enim in hæreticis procedit regula
l. Barbarius. 3. ff. de off. prætor. vt ibi declarat Ias.
num. 62.
Sextum sit exemplum in collegio illicito:
Nam, quia capere non potest, siue instituā-
tur, siue legatum, aut fideicommissum ei re-
125 linquatur † l. collegium. 8. C. de hæred. inst. Et
scribunt gl. in d. § legari. in verb. testamēti factio,
Inst. de legat. Vasq. lib. 3. Illustr. cōtrou. cap. 102.
numer. 6. Clar. in d. §. testamentum q. 29. num. 3.
Crass. in d. § legatum q. 12. ideo fit, vt tale reli-
ctum habeatur pro non scripto, eaq; ratione
non applicetur fisco, sed substituto, aut con-
iuncto, aut alijs, de quibus supra diximus.
Septimum exemplum sit in assassino, qui
126 similiter censetur incapax † cap. 1. de homic.
in 6. Pereg. d. lib. 3. tit. 1. nu. 6. ideoque, si quid
ei relinquatur, non auferetur a fisco, sed ap-
127 plicabitur alijs de quibus supra diximus. † Ita
scribunt Barba cons. 8. num. 11. vers. & ideo vidi,
vol. 3. vbi ait, se ita obtinuisse, & Pereg d. lib. 3. tit.
1. num. 6.
Octauum exemplum sit in eo, qui propter
homicidium priuatur ipso iure successione
occisi, vt plerumq; dispositione statutaria ca-
uetur: Nam, quia censetur factus incapax,
128 † vt scribūt Alex. in addit. ad Bart. in l. cum ratio
7. § fin. ff. de bon. damn. Corn. consil. 222. num. 2.
vers. tamen his non obstantibus. vol. 4. Barba. d.
cons. 8. num. 8. & seqq. vol. 3. Dec. consil. 525. nu.
2. vers. In hoc tamen, Hond. cons. 55. nu. 30. vol.
2. Pereg. d. lib. 3. tit. 1. num. 8. Et fieri posse, ac so-
lere constat ex ijs, quæ tradunt Bald. in l. si quis
incestis 6. num. 4. C. de incest. nupt. & Pereg. d. lib.
3. tit. 1. num. 6. ideo fit, vt, si fuerit ad hæredi-
tatem vocatus, non faciat locum fisco, sed
substitutis, aut cohæredibus, aut venientibus
129 ab intestato, † vt de fisco scribunt Barba. d. cons.
8. num. 8. & seqq. vol. 3. Corn. d. cons. 222. num. 2.
vers. Tamen his non obstantibus, & nu. 4. vol. 4.
Soc. Sen. cons. 275. numer. 19. vers. 2. posito. vol. 2.
Dec. consil. 525. num. 2. vers. In hoc tamen, Boss. in
tit. de his, quib. vt indig. bon. auf. & ad fisc. non
pertin. num 3. Pereg. de iur. fisc. lib. 2. tit. 3. nume.
3. & lib. 3. tit. 1. num. 28. Men. cons. 502. nu. 9.
& 14. & cons. 557. nu. 30. vers. porro. Hond. cons.
55. num. 30. vol. 2. De cohæredibus vero Corn. d.
consil. 222. nu. 2. vers. Tamen his non obstantibus
vol. 4. De venientibus demum ab intestato dixi-
mus in 9. cap. q. 9. num. 28. Et hi quidem sunt,
qui non admittuntur propter incapacitatem
ex sui delicto, & culpa prouenientem.
Sunt, & alij, qui non admittuntur ex causa
propria, non propter incapacitatem, sed pro-
pter aliud factū, quod inutilē reddit disposi-
tionem. Huiusmodi sunt ij, qui sibi in alte-
rius testamento hæreditatem, vel legatum
adscripserunt, Et hi non faciunt locum fisco,
130 sed alijs, † de quibus diximus in hoc cap. q. 27.
per tot. Et in specie de fisco scribunt gl. in l. 1. in
verb. pertinent ff. de ijs, quæ pro non script. hab. &
Pereg. de iur. fisc. lib. 2. tit. 2. num. 3. Et hæc
de ijs, qui non admittuntur ex causa propria.

SVMMARIVM.

1 *Spurius est incapax mixta consideratione patris, & filij.*
2 *Spurius est incapax, non propria culpa, sed vitio parentum.*
3 *Nasci de damnato coitu non est culpa eius, qui nascitur, sed eius, qui generat.*
4 *Spurius non est indignus, sed incapax.*
5 *Spurius dicitur indignus, Declara, vt num. 6.*
7 *Spurio, quod relinquitur, non applicatur fisco, & cur, num. 8.*
6 *Naturalis extantibus legitimis non est indignus, sed incapax eius, quod excedit vnciam.*
10 *Naturalis dicitur indignus, Declara, vt num. 11.*
12 *Naturali, quod supra vnciam relinquitur, non applicatur fisco.*
13 *Naturalibus, quod relinquitur, applicatur fisco deficientibus personis enumeratis in l. 1. C. de nat. lib. Declara, vt num. 15.*
14 *Dispositio l. 1. C. de nat. lib. seruanda est generaliter in omnibus naturalibus, Sed contra n. 15.*

10 Spurio,

16 *Spurio, quod relinquitur, applicatur fisco, si omnes, qui ab intestato essent successuri, relictum, auocare recusent.*

17 *Spurio, si quid a patre sit relictum, debet Iudex instante fisco præscribere legitimis tempus, intra quod debeant declarare, vtrum relictum auocare velint, quo elapso fiscus auocare poterit.*

18 *Tempus duorum mensium præscribitur legitimis ad auocandam rem spurio relictam, Sed est verius, hoc Iudicis arbitrio remitti, num. 19.*

20 *Spurio relictum possunt legitimi successores post auocationem illi vltro restituere, & donare, nec fisco fiet locus, Declara, vt num. 24.*

21 *Spurius potest capere ab herede patris, etiam bona paterna, Declara, vt num. 23.*

22 *Declaratur l. si quis ex bonis. 6. ff. de vulg. & nu. seq.*

An, & quando censeatur indignus, qui nõ admittitur ad partem mixta consideratione testatoris, & vocati, vt faciat locum fisco, & excludat ius accrescendi.

Quæstio Quinquagesima Tertia.

SVperest, vt videamus de iis, qui non admittuntur ad partem, non ex causa solius testatoris, neque ex causa solius vocati, sed ex mixta vtriusque consideratione, & dispiciamus, an, & quando censeantur indigni, vt faciant locum fisco, & excludant ius accrescendi. Constat autem, in hac re quatuor posse considerari casus, quorum

Primus est, quando consideratio est mixta, sed culpa est solius testatoris, vt euenit in spu
rio, qui non admittitur ad partẽ mixta vtrius
1 que consideratione, † *vt in specie declarãt* Bart.
in d. l. hereditas 4. nu. 2. vers. si vero cum quibusdam C. de his, quib. vt ind. & in d. l. fin. num. 11. vers. aut potest ff. eod. & in l. huiusmodi. 86. §. si Titio, & Moeuio, circa fin. vers. sed pone ff. de leg. primo Crott. in d. l. re coniunctis, num. 72. versic. Item limitat, Clar. in §. testamentum q. 31. num. 4. Crass. in § institutio q. 7. nu. 13. sed ex paren-
2 tum, non propria culpa, & vitio, † *ut declarant* Bart *in d. l hereditas. 4. num. 1. vers. præterea, & ibi Ang. num. 3. vers. & nota, Castr. num. 5. vers. Tertius casus, C. de his, quib. vt ind.* Bart. *in d. l. aufertur 46 in prin. num. 1. ff. de iur. fisc. in d. l. vlt. num. 8. ff. de his, quib. vt ind. & cons. 119. nu. 3. & 8. lib. 1. Bald. in l. 3. vers. sed nunquid, Et ibi* Imol. *num. 4. vers. An autem ff. de testa.* Bald. *in l. si is, qui ex bonis. 6. vers. aut aufertur ff. de vulg.* Castr. *in l. 1. num. 5 vers. Tertius C. de his, quib. vt ind. Alex. cons. 202. num. 4. vol. 6.* Corn. *cons. 310. nu. 19. vers. Nec obstat, vol. 1. Dec. vnde cons. 310. numer. 3. vers. & pro ista conclusione, Decia. cons. 9. num. 39. vol. 4. Pereg. d. lib. 3. tit. 1. num. 2. Menoch. cons. 1137. num. 66.* scilicet, quia nasci de damnato coitu non est culpa eius, qui na-
3 scitur, sed eius, qui generat † *cap. nasci. 56. dist. l. legem 7. vers. quoniam, & l. ult. vers. filijs C. de nat. lib.* Et tunc certum est, eum, qui non admittitur ad partem, vel non posse dici indignum,
4 sed incapacem, † *ut ostendimus in hoc cap. q. 26. num. 2. & in proposito uult Bald. in d. l. etiam 3. num. 3. C. ad l. Falc.* vel, si indignus dicitur
5 † *prout dici posse supponunt* Bart. *in d. l. hereditas. 4. num. 1. uers. præterea & ibi Ang. num. 3. uers. & nota* C. *de his quib. ut ind.* Bart. *in d. l. ult. num. 8. ff. eo. & d. cons. 119. num. 3. et 8. lib. 1.* Bald. *in d. l. si is, qui ex bonis. 6. uers. et est ratio differentiæ ff. de uulga* id fieri impropriè, &
6 latè, non strictè sumpto vocabulo, † *ut est de mente* Bald. *in d. l. etiam. 3. num. 3.* C. *ad l. Falc. dum ait, non esse proprie indignum.* Quo fit, vt non faciat locum fisco, sed substitutis, aut coniunctis, aut hæredibus grauatis, aut ve-
7 nientibus ab intestato, † *ut de substitutis, et coniunctis diximus in d. q. 26. num. 5. De heredibus uero grauatis, & uenientibus ab intestato dicemus in cap. 9. q. 8 nu. 15. & q. 9. num. 49. De fisco demum scribunt* Bart. *in d l. hereditas. 4. nu. 1. & 2. uers. si uero cum quibusdam, et ibi Ang. nu. 3. uers. et nota, Ias. num. 5. et 9. C. de his, quib. ut ind.* Bart. *in d. l fin. num. 8. et 11. uers. aut potest, ff. eod. in l. Lucius. 126. §. 1. uers. quandoque testator ff. de leg. primo, in l. aufertur. 46. in prin. num. 1. ff. de Iur. fisc. et d. cons. 119 n. 3. et 8. lib. 1. Bald. in d. l. etiam. 3. num. 3. C. ad l. Falc. in l. si pater. 4. nu. 1 uers. ex hoc apparet C. de inst. et subst. Bald. in l. 3. uers et nunquid, et ibi Imol. num. 4. uersic. an autem ff. de testa. Marten. Laud. de fisco q. 212. Ang. in l. 1. num. 4. C. de hered. inst. Alex. cons. 74. num. 6. uers. Nec dicatur, uol. 3. et cons. 202. num. 10. uol. 6. Ias. in l. 2. num. 8. C. de hered. inst. Dec. d. cons. 310. num. 2. uers. Et pro ista conclusione, Corn. d. cons. 310. nu. 7. 9. et 19. uers. Nec obstat, et num. 20. uol. 1. Soc. Iun. cons. 3. num. 12. uol. 3. Boss. in tit. de his, quib. ut ind. bon. auf. et ad fisc. non pert. nu. 2. Gomez. tom. 1. uaria. resol. cap. 10. num. 29. uers. & idem, & num. 30. versic. 3 infero, Couar. de sponsal. part. 2. cap. 8. §. 5. num. 7 uers. quod si fidem, Clar. in § testamentum, q. 31. num. 3. Crass. in § institutio, q 9. Pereg. d. lib. 2. tit. 2. num. 4. et d. lib. 3. tit. 1. num. 2. et tit. 18. nu. 97. Menoch. cons. 511. num. 18. in prin. et uers. 3. et num. 20. uers. respondet 2. Tametsi contrarium scripserit Ceph. cons. 124. num. 12. uers præterea. Et ita etiam uidentur accipiendi, qui scripserunt, eum, qui est indignus, vel non capit propter delictum testatoris, non facere locum fisco, ut* Bald. *in*
8 *d. l. 3. vers. et nũqd ff. de test.* Nam, † quoties indignitas non prouenit ex propria culpa, sed aliena, nunquam facit locum fisco, *ut diximus in hoc cap. q. 48. num. 51.* Idem est, &, in naturali: Nam, & is incapax est supra vnciam
9 extantibus legitimis, non indignus † *d. l. legem 7. uers. quoniam C. de nat. lib.* &, cum indignus
10 dicitur, † *ut a Bald. in d. l. si is, qui ex bonis. 6. uers. et est ratio differentia ff. de uulg.* id impropriè fit, quia non proprio, sed alieno laborat vitio
11 † *d. l. legem. 7. uers. quoniam, et l fin. uers filijs C. de nat. lib. Et scribit* Bald. *in d. l. si is, qui ex bonis. 6. uers. aut aufertur ff. de uulg. Pereg. d. lib. 3. tit. 1. num. 2.* Quamobrem non facit locum fisco,
12 sed alijs, † *de quibus diximus in d. quæst. 26. numer. 18. et dicemus in cap. 9. q. 9. numer. 51. Et in specie de fisco scribunt* Bald. *in d. l. si is, qui ex bonis. 6. uers. qua opinio, Pereg. d. lib. 3. tit. 1. n. 2.*

Nec obstat, si dicatur, imo, quod naturalibus, & spurijs a patre relinquitur, ad fiscum pertinere saltem deficientibus personis enu-
13 meratis † *in l. 1. C. de natu. lib. et l. si quis incestu. 6. et Auth. incestas C. de incest. nupt. § 1. Auth. de incest. nupt. coll. 2.* vt ibi dicitur, & generaliter

obseruan-

14 obseruandum censuerunt † *gl. in d. l. hæreditas 4. in uerb. peti poterunt, uers. et, ut plenè C. de his, quib. ut ind. Azo. in summ. C. de nat. lib. num. 4. uers. quod autem, et num. 6. Bald. in d. l. si patr. 4. nu. 1. uers. ex hoc apparet C. de instit. et subst. Alex. cons. 74. num. 6. uers. Nec dicatur vol. 3.* quia verius, & receptius est, dispositionem illarum legum esse restringendam ad illos naturales, & spurios, de quibus ibi fit mentio, nempe ad naturales, & spurios conceptos a personis in dignitate constitutis, vel ex incestuoso complexu, nec esse ad alios extēdendam, sed in ijs
15 esse seruanda ea, quæ supra diximus. † *Ita declarant Bart. in d. l. hæreditas. 4. num. 1. uers. Non obstat, et num. 3. et ibi Ang. num. 3. uers. et nota, et uers. nec obstat, et nu. 4. uers. fallit in casu, Castr. num. 5. uers. Tertius casus, Alex num. 3. et Ias. num. 9. C. de his, quib. ut ind. Bart. in d. l. ult. nu. 8. uers. Non obstant ff. eod. et in l. 1. num. 3. C. de nat. lib. Bald. in l. certum 5. nu. 17. uers. sed pone C. und. legit. Imol. in d. l. si Titio 7. numer. 2. uers. de spurio ff de leg. 2. Alex. d. cons. 202. num. 4. et 9. uers. Confirmo, uol. 6. Corn. d. cons. 310. num. 14. 15. et 18. uers. et propterea, et num. 19. uol. 1. cons. 236. num. 6. uers. et, licet, et nu. 8 uol. 2. cons. 222. num. 2. uol 4. Couar. de Sponsal. part. 2. cap. 8. §. 5. num. 3. Pereg. de iur. fisc. d. lib. 3. tit. 17. num. 9.*

Planè, si personæ, quæ vocantur ad hæreditatem, vel rem spurio relictam, eam non auocent, an admittatur fiscus, quæri solet: Et, si quidem omnes legitimi successores recusent, vel aliter deficiant, certum est vocari
16 fiscum excluso spurio, † *ut diximus in hoc cap. q. 48. nu. 62.* quia, cum eius exclusio non sit (vt ita dixerim) contemplatiua: non enim excluditur contemplatione seu fauore alterius, sed mero sui odio, Consequens est, vt etiamsi alij successores deficiant, nō tamen is debeat admitti, *ut ostendemus in 10. cap. q. 13. num. 16.* sed fiscus, quippe, qui in aliorum successorū defectum vocatur, *ut dicemus in cap. 9. q. 1. nu. 25.* Quod, si non recusent, sed taceant, & rem non auocent, qualiter fisco prospiciatur, quæri solet, Et est receptum debere iudicem perēte fisco præscribere tempus legitimus ad auocandam rem, ita, vt, si intra illud non auocauerint, intelligatur fisco aperta via rei vindi-
17 candæ, & auferendæ. † *Ita scribunt Couar. in Epit. d. tit. de sponsal. part. 2. cap. 8. §. 5. numer. 2. Vasq. lib. 3. Illustr. Controu. cap. 102. nu. 8.* Tempus autem hoc duorum mensium esse debe-
18 re censent, † *ut videre est apud Couar. & Vasq. in relatis locis, & Crass. in §. Ius accrescendi q. 15. num. 7.* Sed magis est, vt debeat remitti arbi-
19 trio iudicis, † qui inspecta qualitate, & numero personarum, quæ successiuè possunt admitti, poterit tempus, aut breuius, aut lōgius præscribere.

20 Planè, hæc vera sunt, si † legitimi relictū non auocent, sed patiantur, id apud spurium remanere, & ita dispositionem testatoris suū quodammodo effectum sortiri: nam ita accipiendus videtur Baldus *in d. l. certum. 5. nu. 17. versic. sed pone C. und. legit.* dum ait, proximos debere rem cum effectu a spurio auocare, aliàs fieri locum fisco. Cœterum, si rem auocent, aut aliter eum consequantur, & postea declarent, se eam vltrò spurio donare, magis est, vt fisco locus fieri non possit, quia licet is a patre capere non possit, potest tamen capere ab alijs, dummodo id nō proueniat ex dispositione patris, *vt diximus in hoc cap. q. 26. nu. 3.* Itaque spurius potest capere ab hærede
21 patris, etiam bona paterna, † *vt scribunt Bald. in d. l. si is, qui ex bonis. 6. vers. & aduerte, Clar. in §. testamentum q. 31. num. 5. & in §. fin. q. 79. nu. 7. vers. scias tamen, Menoch. cons. 557. num. 17.*

Nec obstat *l. si is, qui ex bonis. 6. ff. de vulg.*
22 quæ † in successione fratris distinguit, & separat bona paterna ab aduentitijs, *secundum cōmunem intellectum, quem referemus in 10. cap. q.*
23 *14. num. 20.* quia id verum est, quoties † fratris successio ex patris dispositione, idest, substitutione pupillari spurio defertur. Cœterum, quoties defertur ex dispositione ipsius fratris verius est, posse spurium etiam paterna capere. *Ita distinguit Bald. in d. l. si is, qui ex bonis. 6. vers. & aduerte ff. de vulg.*

Illud sanè diligenter animaduertendū erit,
24 ne qua fraus legi fiat, † vt, quia sub colore voluntariæ liberalitatis re vera fiat restitutio in executionem tacitæ fidei præstitæ defuncto de restituendo incapaci: nam tunc procederent ea, quæ dicemus *in hoc cap. q. 55. num. 4. & seqq.*

S V M M A R I V M.

1 *Hæres, qui testatori infirmo non adhibuit medicū, vel malum adhibuit, vel non subministrauit necessaria medicamenta, censetur esse in culpa.*
2 *Hæres, qui testatori infirmo non præstitit curam necessariam, efficitur indignus, perinde, ac, si eū occidisset.*
3 *Fiscus aufert ab hærede, qui testatorem infirmū deseruit, tanquam ab indigno hæreditatem, Declara, vt num. 4.*
5 *Captiuum, qui negligit redimere, si ei postea defertur eiusdem captiui hæreditas, aufertur ab eo, quasi ab indigno, non tamen ad commodū fisci, quia applicatur Episcopo siue Ecclesiæ loci cum onere eam conuertendi in redemptionem captiuorum.*
6 *Furiosi liberi, qui curam eius habere neglexerunt, priuantur illius hæreditate, quę tamen non applicatur fisco, sed alijs illius curam habentibus,*
7 *Mater, quæ intra annum a morte mariti non petijt filio suo tutorem, priuatur eiusdem filij in pupillari ætate defuncti successione, Declara, vt num. seqq.*
13 *Mater, quæ non petito tutore transiuit ad secūda vota, non solum priuatur successione filij, sed etiam rebus habitis a marito, Declara, vt num. seqq.*
16 *Mater, quæ post susceptam tutelam transiuit ad secunda vota non petito prius tutore, & rationibus non redditis, ac reliquis non solutis priuatur successione filij, Imo subijcitur pœnis nubentis intra annum luctus vt nu. 17. Declara, ut num. seqq.*
20 *Indignus efficitur, qui testatori mouet controuersiam status, & quod ei relictum est a fisco aufertur.*
21 *Substitutus pupillo, si dicat, eum esse partum suppositum, efficitur indignus, ideoque fiscus ab eo hæreditatem aufert*
22 *Pactum de bonis viuentis initum inter eos, qui sperant illius successionem eo inscio non valet, Declara, vt num. 23.*
23 *Paciscentes de hæreditate viuentis, si postea ei succedant,*

cedant, ut indigni priuantur hæreditate, & ea a fisco vindicatur. & cur, num. seqq.

27 *Filij, vel agnati, aut cognati, qui sperant alicuius successionem, si eo inscio diuidant inter se buna, aut de eis certo modo diuidendis conueniant, & postea succedant, vt indigni priuantur hæredita te, & ea a fisco vindicatur.*

28 *Hæreditatem alicuius qui sperant, debent eo nivo, & non consentiente ab omnibus pactionibus super eius bonis abstinere.*

29 *Renuncians suam partem hæreditatis, aut legitima alicui tertio sine consensu illius, de cuius bonis agitur, ut indignus priuatur hæreditate, vel legitima ad commodum fisci.*

30 *Viuentis hæreditatem adire tentans, vt indignus priuatur, & cur, num seqq. Declara num. 33.*

31 *Viuentis nulla est hæreditas*

32 *Hæreditas adiri non potest viuo eo, de cuius bonis agitur*

34 *Captiui hæreditatem adiens non censitur indignus.*

35 *Vxor quæ viuo marito committit adulterium, si postea ei succedat, vt indigna priuatur hæreditate, & ea fisco defertur. Idem est, & si mala gratia a viro diuertat. num. 36.*

37 *Vidua, quæ intra annum luctus transit ad secundas nuptias varijs pœnis afficitur.*

38 *Nubens intra annum luctus priuatur rebus habitis a primo viro, quæ tamen non applicantur fisco, nisi deficientibus decem personis, & num. seq.*

40 *Nubens intra annum luctus censitur incapax omnium successionum, & emolumentorum, quæ ei obueniunt a personis existentibus vltra tertiũ gradum.*

41 *Nubenti intra annum luctus, quod relinquitur, habetur pro non scripto.*

42 *Nubenti intra annum luctus, quod relinquitur, non applicatur fisco, sed substitutis, & cohæredibus, & cur, num. 43.*

44 *Vidua hodie liberè potest nubere, etiam intra annum luctus.*

45 *Nubens intra annum luctus, hodie nõ priuatur rebus habitis a primo uiro, nec fit incapax earum successionum, quæ ei obueniunt a personis existentibus vltra tertium gradum.*

46 *Vidua quæ parit, aut stuprum patitur, etiam post annum luctus, grauem defuncto iniuriam infert.*

47 *Vidua, quæ stuprum patitur, vt indigna priuatur omnibus rebus, quas habuit a marito, Declara ut num. seqq.*

49 *Vidua stuprum committens intrà annum luctus afficitur ijsdem pœnis, quibus nubens intra illud tempus, & num. 51. & 52. & cur, num. 50. Idque procedit etiam hodie, num. 53.*

54 *Fiscus aufert ei, qui turpiter cognouit matrẽ, aut uxorem, aut filiam, aut sororem testatoris, hæreditatem, ut indigno, Declara, ut num. seqq.*

57 *Defunctus, ex quibus causis censeatur offendi, Declara, ut num. seqq.*

59 *Voluntas morte extinguitur*

60 *Nurus habetur loco filia*

61 *Occidens filium, aut uxorem, aut patrem testatoris, ut indignus priuatur hæreditate, & ea fisco applicatur, Declara, ut num. 62.*

63 *Vulnerans grauiter personas testatori coniunctas efficitur indignus*

64 *Occidens fratrem testatoris non fit indignus, Sed contra num. 65.*

66 *Filij fratris, uel sororis habentur loco liberorum*

67 *Accusans testatorem, quasi illicitæ mercis negotiatorem quamuis præmium mereatur, tamen, ut indignus priuatur iis omnibus, quæ ex illius dispositione est consecutus, & ea fisco applicantur.*

68 *Hæres, qui non est ultus necem defuncti, ut indignus priuatur hæreditate, & ea uindicatur a fisco, & cur num. 69. Declara, ut numer. 73. & seqq.*

70 *Hæres, si adeat hæreditatem ante habitam quæstionem de familia, a qua dominus occisus esse dicitur, ut indignus priuatur hæreditate ad commodum fisci, & cur num. 71. Declara, ut num. 72.*

78 *Pœna non ulciscentis necem defuncti hodie non sunt in usu, & cur num. 79.*

80 *Spolians sepulchrum siue cadauer defuncti grauiter eum offendit.*

81 *Sepulchrum, siue cadauer defuncti spolians licet sit hæres, non tamen, ut indignus priuatur hæreditate, & cur num. 82.*

83 *Testator declarans hæredem indignum operatur, ut fiscus ab eo rem auferat, Declara, ut num. seqq.*

88 *Cancellans nomina hæredum eo quod reputat eos indignos facit locum fisco, Declara ut nu. seqq.*

90 *Cancellans nomina hæredum, quia uult decedere intestatus, non facit locum fisco, sed hæredibus legitimis.*

91 *Cancellans nomina hæredum in dubio censetur id facere, quia reputat hæredes indignos non uero, quia uelit decedere intestatus, Sed contra num. 92*

93 *Indignus in dubio nemo præsumitur, nisi probetur.*

94 *Testator, si non reputet hæredes indignos, sed simpliciter eorum nomina cancellet, non facit locum fisco.*

95 *Prohibere censitur aliquem testari, aut mutare testamentũ, qui non permitit, vt notarius ingrediatur, vel, ut testes conueniant.*

96 *Prohibens aliquem testari ad sui tãtum commodum, vt indignus priuatur hæreditate, & ea fisco applicatur, Declara, vt nu. 98.*

97 *Prohibens aliquem mutare testamentum, in quo solus fuerat hæres institutus, efficitur indignus, & ab eo fiscus hæreditatem aufert, Declara, ut num. 98.*

99 *Prohibens aliquem testari ad commodum, tam proprium, quam aliorum pariter cum eo succedentium ab intestato fit indignus, & facit locum fisco pro portione sua, non aliorum.*

100 *Prohibens mutare testamentum, in quo, non ipse solus, sed cum alijs fuerat hæres institutus, sibi nocet, non alijs, Declara, ut nu. 101.*

102 *Prohibens aliquem mutare testamentum, in quo fuerat institutus filius, aut seruus existens in eius potestate, facit locum fisco, Declara, ut nu. 103.*

104 *Prohibens aliquem mutare testamentum ad commodum omnino alienum, quando faciat locũ fisco.*

105 *Prohibens aliquem testari, aut mutare testamentum, tenetur ad refectionem damnorum, quæ læsi passi sunt, Declara, ut nu. seqq.*

106 *Iuratur in litem contra prohibentem aliquem testari, aut mutare testamentum.*

107 *Prohibens aliquem testari, vel mutare testamentum, debet læsis præstare duplum, etiam si non sit officialis, num. 108.*

Testari,

109 *Testari, si quis sit coactus per vim, aut metum, testamentum non valet, & cur num. 110. Sed contra num. 112. & cur num. 113.*

111 *Institutio non valet nisi sit libera, Declara, vt nu. 114*

115 *Cogens aliquem testari ad merum sui commodum, tamquam indignus facit locum fisco, Declara, vt num. seqq. vsque ad nu. 123.*

123 *Cogens aliquem testari ad commodum alienum facit locum fisco, si id egerit sciente instituto.*

124 *Cogens aliquem testari ad commodum alienum non nocet instituto, si factum ignorauit. & cur num. 125. Sed contra num. 126. & cur num. 127. & seqq.*

129 *Dolus alterius, quando est causa proxima acquisitionis, nocet, etiam tertio acquirenti.*

131. *Cogens aliquē testari tenetur læsis resarcire dāna, quæ passi sunt.*

132 *Cogens aliquem testari, conuenitur a læsis actione de dolo, vel in factum.*

133 *Cogens aliquem testari tenetur læsis præstare duplum eius damni, quod intulit.*

134 *Fiscus potest in subsidium a læsis cōueniri, si cogēs aliquem testari non sit soluendo.*

135 *Testatorem fuisse coactum, aut prohibitum constare debet, ut fiat locus fisco.*

136 *Testator, si coram testibus dixerit, se fuisse coactū, aut prohibitum a certa persona, sufficit, ut fiat locus fisco.*

137 *Testator, si coram testibus dixerit, se fuiße coactum, vel prohibitum, nec expresserit a quo, talis declaratio non nocet hæredibus, nec facit locum fisco.*

138 *Legatarius qui post mortem testatoris subtraxit, aut celauit testamentum, vt indignus priuatur legato.*

139 *Legatum, quod aufertur legatario, qui subtraxit, aut celauit testamentum, non applicatur fisco, sed heredi.*

140 *Hęres, qui subtraxit, vel amouit res hęreditarias, amittit falcidiam earum rerum, quas amouit, & ea fisco applicatur, Sed hodie contra, num. 143.*

141 *Hæres, qui delet legatum, vel cancellat testamentum, amittit Falcidiam.*

142 *Hęres, qui negat rem esse hæreditariam priuatur Falcidia.*

144 *Hæres, qui confecit inuentarium, & in eo scienter omisit describere aliquam rem hęreditariam amittit Falcidiam, & Trebellianicam.*

145 *Hęres, qui subtraxit aliquam rem hæreditariam grauius hodie, quam olim punitur, Declara, ut num. 146.*

147 *Testamentum, vt falsum accusans, si succumbat, priuatur ijs omnibus, quę ex illo testamēto fuerant ei dimissa, & ea fisco vindicantur, & cur nu. 148. Amplia, ut nu. 149.*

150 *Testamentum impugnans ut inofficiosum proposita querela si succūbat, priuatur ijs omnibus, quæ ex illo testamento consequi poterat, & ea fisco applicantur.*

151 *Bonorum possessionem contra tabulas agnoscens, tamquam indignus priuatur omnibus emolumentis, quę ex iudicio testatoris ei deferuntur, & ea fisco applicantur.*

152 *Testamentum, quasi non iure factum impugnās, non censetur indignus, etiamsi succumbat, & cur nu. 154 Declara, ut nu. 153.*

155 *Hæres, qui monitus a iudice, ut defuncti voluntatem impleat, non paret, sed differt per annū priuatur hęreditate, quę tamen non defertur fisco, sed substitutis, aut cohæredibus, aut legatarijs, vel fideicommissarijs, & cur nu. 156.*

157 *Hęres, qui propter inobedientiam priuatur ex dispositione testatoris, non facit locum fisco, sed ei, quem testator in eum casum expresse vocauit, aut in eius defectum alijs, ad quos ea, quæ deficiunt, pertinere solent.*

158 *Testator, etiamsi pręcipiat, aut prohibeat aliquid hæredi fauore certæ personę, & in casum contrauentionis eum priuet, non tamen id, quod aufertur, applicatur illi personæ, sed substitutis, aut cohæredibus, aut venientibus ab intestato.*

159 *Testator, si prohibeat hæredi, ne molestet vxorem in aliqua re sub pęna priuationis hæreditatis, non tamen hęreditas applicatur uxori, sed substitutis, aut cohęredibus, aut venientibus ab intestato.*

160 *Contemplatione certę personę, quod alicui aufertur, debet illi, non alijs applicari, Declara, ut num. 161.*

162 *Tutor pupillo datus, & honoratus legato, si se excuset a tutela, legatum amittit.*

163 *Legatum, quod aufertur tutori, qui se excusat, non applicatur fisco, sed pupillo, cuius vtilitati desertę sunt.*

164 *Executores testamentarij, quibus legatum relictum est, si renuncient officio, repelluntur a legato, idque non fisco, sed ijs, quorum fauore fuerant executores deputati, applicatur.*

165 *Hęres institutus, etiamsi adire nolit, non tamen censetur indignus, nec priuatur ijs legatis, quæ ei fuerant in eodem testamento relicta.*

166 *Hęres etiamsi non ædificauerit sepulchrum, seu fecerit funus eo modo, quo testator pręcepit non tamen, vt indignus priuatur hęreditate*

An, & quando indignitas contrahatur ex culpa vocati, vt faciat locum fisco, & excludat ius accrescendi.

Quæstio Quinquagesima Quarta.

SEcundus verò casus est, quando consideratio est mixta, sed culpa est solius vocati, vt euenit, cum repellitur propter offensam commissam in ipsummet testatorem, siue defunctum: Nam tunc consideratio est mixta, scilicet, quia vocatus posset quidem ab alijs relicta capere, & cum effectu retinere, sed non ab eo, quem offendit, & simili modo, si testator alij reliquisset, non posset fiscus rem auferre, quam alioquin auferre potest, eo, quod relicta est ei, qui testatorem offendit. Itaque consideratio est mixta, sed culpa est solius vocati, qui testatorē, siue defunctum offendit, & hac ratione factus est indignus, Et tunc si quæramus, an talis indignitas faciat locum fisco, constat esse distinguendū: Aut enim offensa respicit corpus testatoris, aut statum, aut bona, aut existimationem, aut solum animum, siue voluntatem, Et, si corpus, aut consistit in committendo, aut in omittendo. Itaque effectu sex sunt

sunt offensę genera, ex quibus indignitas cō
trahi potest.

Primum enim genus est illius, quæ respi-
cit corpus testatoris, seu eius, de cuius bonis
agitur, & consistit in committendo, vt, cum
vocatus occidit testatorem, siue illum, de
cuius bonis agitur, aut eundem vulnerauit,
vel verberauit, Et ex ac causa, an talis contra-
hatur indignitas quæ faciat locum fisco, an
verò tacita inducatur dispositionis reuoca-
tio, latè dicemus in hoc cap. q. 57. num. 40. &
seqq. vnde erunt deducenda, quæ ad plenam
huiusce rei explicationem facere videbun-
tur.

Secundum verò genus offensę respicit qui-
dem corpus testatoris, sed consistit in omit-
tendo, cuius quatuor possunt exempla af-
ferri.

Primum in hærede, qui testatori infirmo
non præstitit curam necessariam, puta non
adhibuit medicum, vel malum adhibuit, vel
non subministrauit necessaria medicamēta:
1 nam hic censetur in culpa † l. quod si nolit. 31.
§. si mancipium ff. de Ædil. edict. l. si seruum 91.
in prin. vers. si autem ff. de verb. oblig. gl. in l. si ab
hostibus. 11. §. si vir, in verb. lucrifacere ff. sol.
matr. & per consequentias indignus, perinde,
2 ac, si testatorem occidisset † vt scribunt gl. in l.
indignum, 3. in uerb. culpam ff. de his, quib. ut ind.
Bart. in d. l. si ab hostibus. 11. §. si uir, num. 3. ff.
sol. matr. Nicet. ad l. Gallus 29. num. 33. ff. de lib.
& posth. Quo fit, vt hæreditas ei, tamquam in-
3 digno auferatur, & fisco applicetur † d. l. indi-
gnum. 3. ff. de his, quib. ut ind. Et scribunt Bart.
in d. l. fin. num. 11. uers. Quartum tempus ff.
eod. Ang. in l. Papinianus. 8 §. meminisse, num. 2.
ff. de inoff. Alex. in d. l. si ab hostibus. 11. § si uir,
num 4. ff. sol. matr. Soc. Sen. consil. 105. num. 1. &
7. uers. Postremo vol. 3. Boss. in tit. de his, quib. ut
ind. num. 22. in fin. Nat. consil. 462. numer. 4.
& 26. Mant. dec on ult. uol. lib. 12. tit. 5. num. 10.
& 21. Pereg. de iur fisc. lib. 2. tit. 3. num. 1. 15. &
16. & tit. 10. num. 16. Planè hoc ita demum
4 verum est † si culpa sit lata, vel saltem leuis,
secus, si leuissima, ut declarant Mantic. d. lib.
12. tit. 5. num. 10. Nat. d. consil. 462. num. 2. &
& seqq. Denique verum est, si tractemus de
hæreditatibus. Cęterum, si de legatis, & fi-
deicommissis, magis est, vt tacitam inducat
ademptionem, quæ non fisco, sed alijs faciet
locum, ut ostendemus in eadem q. 57. num. 40.

Secundum exemplum fit in eo, qui negle-
xit redimere captiuum; Nam, si ei postea
deferatur illius hæreditas, vel ex testamento,
vel ab intestato, erit ab eo quasi ab indigno
auferenda, sed nō ad commodum fisci, quia
applicabitur Episcopo, siue Ecclesiæ loci cū
onere eam conuertendi, & distribuendi in
5 redemptionem captiuorum † Auth. si captiui
C. de Episc. & cler. § si unum de prędictis, Auth.
ut, cum de app. cogn. coll. 8. Et scribunt Bart. in
d. l. fin num. 11. uers. Tertium tempus ff. de his,
quib. ut ind. Barba. cons. 8. n. 5. uol. 3. Pereg. d. lib.
2. tit. 10. nu. 16.

Tertium fit exemplum in liberis furiosi,
qui curam eius habere neglexerunt: nam iis,
vt indignis hæreditas auferetur, & non fisco,
6 sed alijs curā habentibus applicabitur † Auth.
liberi furiosi C. de Episc. & cler. §. si quis de prę-
dictis Auth. vt. cum de app. cogn. coll. 8. Bart. in
d. l. fin. nu. 11. vers. Tertium tempus ff. de his,
quib. vt ind.

Quartum exemplum fit in matre, quæ in-
tra annum a morte mariti nō petijt filio suo
tutorē, & ita curam eius neglexit: Nam hæc
priuatur eiusdem filij in pupillari ætate de-
7 functi successione † l. 2. §. si mater ff. ad Tert. l.
omnem. 6. C. eod. §. si autem tutelam, Auth. de
nupt. coll 4. Soc. Sen. cons. 39. nu. 11. vol. 1. Decia.
cons. 35. n. 18. vol. 1. siue sit legitima, siue etiam
testamētaria, vt. quia mater ipsa fuerit a ma-
rito substituta filio in pupillari ætate decedē-
8 ti † d. l. omnem. 6. C. ad Tert. d. § si autem tutelam,
Auth. de nupt. coll. 4. Decian. d. cons. 35. num. 18.
vol. 1. Pereg. de iur. fisc. lib. 3. tit. 16. nu. 1. in prin.
& vers. Ium, si tutelam. Sed hæc non appli-
9 catur fisco, † sed accrescit cohæredibus, secū-
dum ea, quæ dicemus infra num. 14. & 18. puta
consubstitutis, aut eiusdem pupilli fratribus
vtrinq; coniunctis, qui aliàs simul cum ma-
tre ab intestato successissent, Auth. defuncto
10 C. ad Tert. Et hoc ideo, quia, † cū mater ex di-
spositione legis a iure succedendi repellatur,
fit, vt cēseatur potiùs incapax, quam indigna,
vt declarant Pereg. d. lib. 3. tit. 1. num. 10. eaque
ratione non faciat locum fisco, sed alijs, ad
quos ea, quæ deficiunt, pertinere solent, ex re-
gula, quam retulimus in hoc cap. q. 48. nume. 36.
Idq; adeo verum est, vt procedat.

Primo, non solum, si transierit ad secunda
vota, vel intra annum, vel post annū luctus,
11 † ut declarat Pereg. d. lib. 3. tit. 16. nu. 1. sed etiā,
si non transierit: Sola enim negligentia in nō
petendo tutore sufficit ad eam excludendā a
12 successione filij, † vt declarat Pereg. d. tit. 16.
num. 1. vers. & notandum.

Sanè in hoc magna est differentia, vtrum
mater, quæ filio non petijt tutorem, transierit
ad secunda vota, nec ne, quia, si non transi-
uit, priuatur quidem successione filij, sed non
rebus habitis a marito. At, si transiuit, priua-
tur etiam ijs rebus, quas a marito est conse-
13 cuta, † vt in specie declarat Decia. d. cons. 35. nu.
23. vers. Atqui, vol. 1. Denique refert, vtrum
transierit post annum luctus, an verò ante:
Nam, si post, priuatur quidem successione fi-
lij, & rebus habitis a marito, sed illæ non ap-
plicantur hæredibus ipsius mariti, sed filio,
cui tutor non est petitus. At, si transiuit an-
14 te, res illæ mariti hæredibus applicantur † l. 1.
C. de sec. nupt. Ita in specie distinguit Decian. d.
cons. 35. num. 22. & 23. vers. Atqui, vol. 1. Cuius
15 diuersitatis ratio est, quia † quando nubit in-
tra annum luctus, marito iniuriam facit, ut
dicemus infra nu. 37. ideoque æquum est, eius
hæredibus pęnam applicari, vt habeant iniu-
riæ sui defuncti vltionem. At quando nubit
post annum, non facit iniuriam marito, sed
priuatur fauore ipsius filij, cuius curā negle-
xit, ideoque ei debet applicari pęna. Ita ra-
tiocinatur Decia. d. cons. 35. nu. 22. & 23. vers.
Atqui, vol. 1.

Secundo procedit, non solum, si tutelam
non susceperit, sed etiam, si susceperit, & ad-
ministrauerit, si modo post annū luctus tran-
sierit ad secunda vota non petito prius tutore,
& rationibus non redditis, ac reliquis non so-
16 lutis † d. l. omnem 6. C. ad Tert. d. §. si autem tute-
lam, Auth. de nupt. coll. 4. Et scribunt Io. de Garr.
in rubr. C. de sec. nupt. num. 69. Soc. Sen. d. consil.

39.*num.*11.*&* 14.*vol.*1.*Pereg.d.lib.*3.*tit.* 16.*n.* 1.*in prin.& verſ.*Item, *ſi tutelam*. Quinimo in hoc caſu grauius punitur, quam, quæ ſimpliciter filio non petijt tutorem, ſcilicet, quia punitur eiſdem pœnis quibus afficitur ea, quæ
17 nubit intra annum luctus, † inter quas illa eſt principalis, vt efficiatur incapax omnium ſucceſſionũ, & emolumentorũ, quæ a perſonis vltra tertium gradum exiſtentibus deferuntur. *Auth. eiſdem pœnis C. de ſec. nupt. d. §. ſi autem tutelam, verſ.* Ideoque ſancimus, *Auth. de nupt. coll.* 4. *Et ſcribunt* Io. *de Garro. in d. rub. C. de ſec. nupt. num.* 17. *Soc. Sen. d. conſ.* 39. *nu.* 11. *verſ. ſed efficitur vol.* 1. *Decian. d. conſ.* 35. *numer.* 16. *vol.* 1. *Pereg. d. lib.* 3. *tit.* 16. *num.* 1. *in prin. & verſ. Item, ſi tutelam* Quo fit, vt, ſi quid ei fuerit ab huiuſmodi perſonis relictum, habeatur pro non ſcripto, eaque ratione non applicetur fiſco ſed cohæredibus, aut alijs, ad quos
18 ea, quæ deficiunt pertinere ſolent, † *vt in ſpecie de caducariis ſcribit Soc. Sen. d. cõſ.* 39. *nu.* 11. *verſ. ſed efficitur, vol.* 1. *De alijs vero dicimus in* 9. *cap. q.* 1. *nu.* 6. *& ſeqq.* Eſt enim veriùs incapax,
19 quam indigna, † *vt declarat Pereg. d. lib.* 3. *tit.* 1. *num.* 8. ideoq. non facit locum fiſco, ſed alijs, de quibus ſupra diximus, *ex regula, quam retulimus in hoc cap. q.* 48. *nu.* 36.

Tertium offenſæ genus reſpicit ſtatum teſtatoris, ſiue illius, de cuius bonis agitur, cuius duo poſſunt exempla afferri.

Primum, ſi quis ei mouerit ſtatus controuerſiam, puta dixerit, eum non eſſe, vel fuiſſe liberum, ſed ſeruum, vel, non ingenuum, ſed libertinum. Nam hic efficitur indignus, ideo-
20 que, quod ei relictum eſt, fiſco vindicatur † *l. ſi inimicitia* 9 *in fi. & ibi Bart. ff. de his, quib. vt indig. Pereg. d lib.* 2. *tit.* 10. *num.* 1. *Cuiac. ad l. ex parte.* 22. *ff. de adim. leg. in* 6. *lib. reſp. Papin.*

Secundum verò exemplum afferri poteſt in eo, qui, vt excluderet pupillum, cui fuerat ſubſtitutus, a ſucceſſione patris, dixit, eum nõ eſſe filium teſtatoris, ſed partum ſuppoſitum: nam, & is, vt indignus priuatur hæreditate
21 pupilli, & ea pertinet ad fiſcum † *l. cum tabulis* 16. *in prin ff. de his, quib. vt ind. Pereg. d. lib.* 2. *tit.* 10. *num.* 1.

Quartum offenſæ genus eſt, quod reſpicit bona teſtatoris, ſiue illius, de cuius ſucceſſio ne tractatur, vt euenit, quoties ij, qui ſperant alicuius viuentis ſucceſſionem, paciſcuntur, ſeu contrahunt de ipſius bonis eo inſcio: Nã, licet talis conuentio non valeat ad commo-
22 dum ipſorum paciſcentium † *l. vlt. C. de pact.* valet tamen ad commodum fiſci, quia, ſi poſtea hæreditas ad eos pertineat, priuantur, vt
23 indigni, & bona fiſco vindicantur † *l.* 2 *§ fin. ff de his, quib. vt ind. l quidam.* 30. *§. fin. cum l. ſeq ff de dona't. Et ſcribunt Iaſ in l. vlt. nu.* 7. *verſ.* 3. *limita C. de pact. Dec. in l.* 1. *num.* 13. *verſ. ſed contra, & ibi Io. de Garro. num.* 63. *verſ. Opponitur C. de ſec. nupt. Nicet. in d l. Gallus* 29 *nu.* 33. *ff. de lib. & poſth Boſſ. in d. tit. de his, quib. vt ind. num.* 2. *Cagn. in d. l. Papinianus* 8. *§. meminiſſe, num.* 1 *ff. de inoff. Pereg. d. lib.* 2. *tit.* 10. *numer.* 2. Improbum enim eſt, quem eſſe ſollicitum de
24 hæreditate, ſeu bonis viuentis † *l.* 2. *§. interdum verſ. Cæterum ff. de vulg. l. ita tamen.* 27. *§. a patre ff. ad Treb.* non ſolum, quia per hoc inducitur votum captãdæ mortis, quod bonis moribus
25 repugnat, † *vt in propoſito conſiderant Io. de Garro. in d. l.* 1. *num.* 63. *verſ. Opponitur. C. de ſec. nupt. Cagn. in d. § meminiſſe, num.* 1. ſed etiam,
26 quia † videntur paciſcentes ei, de cuius bonis agitur, mortem ominari, quæ res ei nõ poteſt nõ eſſe odioſa, & triſtis. Quamobrem huiuſmodi pactiones dicuntur eſſe plenæ triſtiſſimi, & periculoſiſſimi euentus *in d. l. vlt. verſic. ſed nobis, C. de pact.* triſtiſſimi, propter malum omen, periculoſiſſimi verò propter inſidias, quæ vitæ illius inſtrui poſſunt. Quo fit, vt ita paciſcentes non immerito priuatione commodi puniantur. Hinc infertur

Primo, ſi filij, aut agnati, vel cognati, vel alij, qui ſperant alicuius ſucceſſionem, eo viuente diuidant inter ſe bona, aut de diuidendo conueniant, licet conferant diuiſionem in tempus mortis eius, de cuius bonis agitur, nihilominus cẽſeri indignos, ideoq; ſi poſtea ſuccedant, poſſe fiſcum ab eis, tamquam ab
27 indignis hæreditatem auferre. † *Ita ſcribunt Bald. conſ.* 148. *num.* 6. *vol.* 1. *Pereg. d. lib.* 2. *tit.* 10. *num.* 3. *&* 4. Quamobrem huius periculi euitandi gratia ſuadentur filij ab huiuſmodi pactionibus viuo, & inſcio parente abſtinere,
28 † *vti videre eſt apud Iaſ. in d. l. vlt. num.* 7. *verſ.* 3. *limita C. de pact.*

Secundo infertur, ſi frater fratri renuntiet ſuam partem hæreditatis, aut legitimæ viuo eo, de cuius bonis agitur, nec ſuum conſenſũ præſtante, poſſe fiſcum poſt eius mortem hæreditatem, ſiue legitimam ab eis, tamquam
29 ab indignis auferre, † *vt ſcribũt Ceph. conſ.* 605. *num.* 21. *&* 24. *vbi teſtatur, hanc eſſe magis communem, Pereg. d. lib.* 2. *tit.* 10. *num.* 4

Tertio infertur, eum, qui viuentis hæreditatem adit, ſiue (vt veriùs loquar) adire tentat vt indignum priuari, ſi ea poſtea deferatur,
30 † *vt ſcribit Menoch. conſ.* 502. *n.* 32. *& ſeq.* quia,
31 licet viuentis hæreditas nulla ſit † *l.* 1. *ff. de hered. vel act. vend.* ideoque adiri non poſſit
32 † *l. neminem.* 27. *ff. de acq. hered.* nihilominus eo ipſo, quod nimis præproperè adire tentat, offendit eum, de cuius bonis agitur, ideoque meritò priuatione hæreditatis punitur.

33 Planè hoc ita demum verum eſt, ſi † ſcienter hoc agat. Cæterum, ſi ignoranter, & iuſto errore ductus, credens eum deceſſiſſe, magis eſt, vt ei non noceat præmatura, & inutiliter facta aditio; Quamobrem & is, qui captiui
34 hæreditatem adit indignus non cenſetur, † *vt ait Menoch. d. conſ.* 502. *num.* 34. niſi certò ſciat, eum in rebus humanis eſſe.

Quintum offenſæ genus eſt, quod reſpicit exiſtimationẽ teſtatoris, ſiue illius de cuius bonis agitur, cuius multa poſſunt exempla afferri.

Primum in vxore, quæ viuo marito committit adulterium: nam hæc grauiſſimè cenſetur eum offendere, *vt ſcribit Caſtr. in l fideicommiſſum* 27. *num.* 4 *C. de fideic.* ideoque, ſi ab eo factum ignorante fuerit hæres inſtituta, & ſuccedat, vt indigna priuabitur hæreditate, &
35 ea fiſco deferetur. † *Ita Pereg. d. lib.* 3. *tit.* 13. *nu.* 4. Idem eſt, &, ſi mala gratia a viro diuer-
36 tat, † *ſecundum Pereg. d. lib.* 3. *tit.* 13. *num.* 4.

Secundum exemplum afferri poteſt in vidua, quæ intra annum luctus tranſit ad ſecũdas nuptias: nam hæc grauiter offendit primũ virum, & ei maximam iniuriam infert, ideo-
37 que, vt indigna varijs pœnis afficitur † *l.* 1. *& l.* 2. *C.*

l. a. C. de sec. nup. inter quas duæ sunt, quæ pertinent ad hanc materiam, vna, quia, tamquã indigna priuatur omnibus rebus, quas ei primus vir reliquit, siue in testamento, siue in codicillis, quæ tamen non applicantur fisco,
38 sed decem personis enumeratis, † *in d. l. 1. vers. sit etiam. C. de sec. nupt. §. primæ si quidem, versic. sed neque Auth. de nupt coll 4 Bart. in d. l. fin. num. 1. vers. secundus casus ff. de his, quib. vt ind. Pereg. d. lib. 2. tit. 15. num. 1.* quibus non existentibus, aut anferre nolentibus, tunc applican-
39 tur fisco, † *vt ibi dicitur, & in specie declarant Io. de Garro. in d. l. 1. nu 97. C. de sec. nup. Pereg. d. lib. 2. tit. 2. nu. 27. uers. limita, & tit. 10. numer. 4. uers. sed contra, & lib. 3. tit. 15. nu. 1.* Altera verò pœna est, quia, si quod ei legatum, vel fideicommissum, vel, qua hæreditas ab extraneis, vel etiam cognatis vltra tertium gradum deferatur, aut ex testamento, aut ab intestato,
40 non potest, vt incapax eam consequi, † *l. 1. uers. omnium, & uers. eandem quoque C. de sec. nupt. §. primæ si quidem. uers. sed neque extrinsecus, Auth. de nupt. coll. 4 Et scribunt gl. in d. §. legari, in uerb. testamenti factio, Inst. de lega. Corn. cons. 222. num. 3. uol. 4. Io. de Garro. in rubr. C. de sec. nup. num. 108. & in d. l. 1. num. 38. & 42. uers. addo, & num. 103. & ibi Dec. numer. 10. C. eod. Pereg. de iur. fisc. lib. 3. tit. 15. numer. 1. in prin. & uers. circa quam*, sed habetur pro non scripta,
41 † *ut scribit Io. de Garro. in d. l. 1. nu. 39. in fi. C. de sec. nupt.* eaque ratione non applicatur fisco, sed alijs, puta substitutis, aut cohæredibus, aut venientibus ab intestato, aut, si relictum sit particulare, manet apud eum, a quo relictum
42 est, † *d. §. prima si quidem, uers. sed neque, Auth. de nupt. coll. 4. d. l. 1. versic. omnium, & ibi gl. in uerbo præferri, & Io. de Garro. numer. 39. in fi. & num 44. uers. & text. isti & num. 64 & 127. uers. addo, & Dec. nu. 11. C. de sec. nupt. Surd. cons. 93. numer. 5.* quod ideo Iustiniani constitutione
43 factum est, ne † alioquin videretur, malos fœminarum mores cum sui fisci compendio voluisse coercere *ut ipsemet profitetur in d. l. 1. uers. omnium, & d. §. primæ si quidem, uers. sed neque, Et declarat Dec. in d. l. 1. nu. 13. uers. unde aliter C. de sec. nupt.*

Sed hæc hodie non procedunt, quia, cum mulier etiam intra annum luctus liberè, & (hoc respectu) impunè possit ad secūda vota
44 transire, † *cap. pen. & cap. ult. extr. de sec nupt.* Consequens est, vt a primo viro relicta retinere, & ab agnatis, & cognatis vltra tertium gradum delata consequi, & sine vlla, aut fisci,
45 aut aliorum molestia obtinere possit, † *ut de relictis a primo uiro scribunt Io. de Garro. in d. l. 1. num. 84. uers. ego tamen, & numer. 90. C. de sec. nupt. Pereg. d. lib. 3. tit. 15. num. 3. uers. Attamen, De relictis uerò ab alijs gl. in d. l. 1. in uerb. bonorarias, & ibi Io de Garro. num. 72. C. de sec. nupt. Pereg. d. lib. 3. tit. 15 num. 2.*

Tertium exēplum afferri potest in vidua, quę post annum luctus parit, aut stuprum patitur: Nam, & hæc grauem defuncto iniu-
46 riam infert † *vt scribunt Castr. in l. fideicommissum. 27. nu 4. & ibi Ias. nu. 2. C. de fideic.* ideoq; ab ea tamquam ab indigna fiscus aufert omnia, quæ a prædicto viro fuerant ei relicta,
47 † *vt scribunt Io. de Garro. in d. l. 1. nu. 85. C. de sec. nup. & Pereg. d. lib. 2. tit. 8. num. 5. & d. lib. 3. tit. 15. num. 8.* non autem ea, quæ ab alijs relinquuntur, vt pote, quorum capax intelligitur, *vt declarat Pereg. d. lib. 3. tit. 15. num. 7.* Sed
48 hoc, vt dictum est, procedit, † si post annum luctus talia committat. Cæterùm si ante, magis est, vt subijciatur ijsdem pœnis, quibus affi-
49 citur nubens intra annum luctus † *Auth. eisdē & ibi gl. in verbo parit, C. de sec. nup. §. fin. Auth. de restit. & ea quæ par. in vnd. mens. coll. 4. Io. de Garro. in rub. C. de sec. nupt nu. 59. vers. verum-*
50 *tamen*, ne † alioquin plus iuris habeat luxuria, quam castitas, *cōtra regulā d. §. ult. Auth. de restit. & ea, quæ parit. coll. 4.* Quamobrem cēsebitur incapax earum successionum, quæ
51 vltra tertium gradum ei deferuntur, *vt declarat Pereg. d. lib. 3. tit. 15. num. 5. & tit. 16. num. 4.* &, si quid ei fuerit relictum, non applicabi-
52 tur fisco, sed personis enumeratis † *in d. l. 1. C. de sec. nupt. vt in specie declarant Io. de Garro. in d. l. 1. nu. 85. vers. Quod tamen intelligo, Pereg. d. lib. 2. tit. 8. num. 5. & d. lib. 3. tit. 15. numer. 5.* Idque procedit etiam hodie: Nec enim pęnæ indictę mulieribus luxuriosè viuentibus
53 sublatæ sunt, † *vt in proposito scribunt Io. de Garro. in l. 1. num. 72. C. de sec. nupt. & Pereg. d. lib. 3. tit. 15. num. 5.*

Quartum sit exemplum in eo qui matrē, aut vxorem, aut filiam, aut sororem testatoris, siue illius, de cuius bonis agitur, turpiter cognouit: Nam huic, vt indigno hæreditas
54 aufertur, & fisco applicatur, † *vt scribūt Bald. in l. id, quod pauperibus. 24. num. 14. C. de Episc. & cler. & in l. codicillis 91. § matre, vers. en text. fecit ff. de leg. 2. Niell. ad l Gallus 29. nume. 33. ff. de lib & posth. Mantic. de con. vlt. vol. lib. 6. tit.*
55 *10. num. 8.* siue id fecerit viuo testatore, † *vt declarant Castr. in l fideicommissum 27. num. 3. C. de fideic. Pereg lib. 3. tit. 13. numer. 4.* siue post
56 eius mortem, † *vt scribunt gl. in l. sororem. 10. in uerb. indignam, & ibi Bart. num. 2. Bald. num. 1. in fin. Alex. num. 2. vers. in gl. C. de his quib. ut ind. Bart. in l. 1. num. 3. ff. eod Ang. in d. l. Papinianus. 8. §. meminisse, num. 2. ff. de inoff. Ias. in l. si ideo. 7. num. 5. C. de his, quib. vt indig. Rip. in l. vlt. num. 38. C. de reuoc. donat. Mantic. de con. vlt. vol. lib. 12. tit. 5. num. 6. Pereg d. lib. 2. tit. 8 n. 2.* Nam, & defunctus offendi potest, scilicet ex ijs causis, quæ ipsum, si viueret, ad iustam
57 iracundiam prouocassent, † *vt declarant Bart. in d. l. 1. num. 3. ff. de his, quib. vt ind. Bald. in d. l. sororem. 10. num. 2. & ibi Alex. numer. 3. C. eod.* Sed hæc offensa est ficta, siue (vt ipse veriùs
58 arbitror) præsumpta, non vera, † *vt declarant Bald. in d. l. sororem, num. 2. & ibi Alex. num. 3. vers. & talis offensa*, nam verè non potest offendi defunctus, cum morte censeatur extin-
59 cta illius voluntas, & animus, † *l. locatio 4. ff. locat.* & non entis nullæ sint qualitates *l. eius, qui. 41. ff. si cert. pet.* Idem est, &, si cognoue-
60 rit nurum, quippe, quæ filię loco habetur † *l. rei iudicatæ 16. §. fin. cum l. seq. ff. sol. matr. §. affinitatis, Inst. de nupt.*

Quintum sit exemplum in eo, qui occidit filium, aut vxorem, aut patrem testatoris, siue illius de cuius bonis agitur: nam & huic, vt indigno hæreditas auferetur, & fisco appli-
61 cabitur, † *l. his consequenter. 18. §. 1. ff fam. ercis. Et scribunt Bald. in d. l. hæreditas. 4. num. 8. C. de his, quib. vt indign. Pereg. d. lib. 2. tit. 3. nume. 12.*
62 siue † id eo viuente contigerit, *in quibus terminis loquitur Pereg. lib. 3. tit. 13. numer. 4.* siue

post eius mortem, *ut apud Pereg. d.lib.2.tit.8.*
num.4. Idem est, & si non occiderit, sed gra-
63 uiter vulnerauerit. † *vt scribit Pereg.d.lib.2.tit.*
8.num.4.& d.lib.3.tit.13.num.4. Planè, si fra-
trem defuncti occiderit, an idem sit proban-
dum, dubitari potest. Et hoc plerique negãt,
64 † *vt Pereg.d.lib.2.tit.3.n.13.* Sed est veriùs hoc
etiam in fratre imo, & in filio fratris, vel so-
65 roris procedere, † *uti videre est apud Bart. in*
d.l.codicillis 91.§.matre,in fin. ff. de leg.2 Nam,
66 & hi loco liberorum habentur † *l. sororis*
39. ff. de rit. nupt. §. Item amitam, Inst.de
nupt.

Sextum sit exemplum in eo, qui post mor-
tẽ testatoris eum accusauit, quasi illicitę mer-
cis negotiatorem; nam, quamuis etiam præ-
miũ meruerit, nihilominus, vt indignus pri-
uabitur ijs omnibus, quæ ex illius dispositio-
ne fuit consecutus, & ea fisco applicabuntur
67 † *l. 1. ff. de his quib. vt ind. Et scribunt Nicet. ad l.*
Gallus 29 num. 33. ff. de lib. & posth. Ruin. cons.
162.num.2. vers. quia respondetur, vol.4.Pereg.
d.lib.2.tit.8.num.1.

Septimum exemplum sit in hærede, qui
non est vltus necem defuncti: Nam, & hic,
vt indignus priuatur hæreditate, & ea fisco
68 applicatur † *l hæredem 17. & ibi Bart. l. por-*
tiones. 21. ff. de his, quib vt ind. l. 1. & ibi Ias.
num.1.C.eod l. Senatusconsulto. 8. §. si filiusf. l.
cum fisco 9. l. si sequens.15.§. cum ex parte, & l.
vlt. ff. ad Sylla. l. si seruus plurium. 53.§. si quis
ante ff. de leg. primo, l.1.in prin. & l.eius, que 29.
§. fin. ff. de iur. fisc.l.1.C.ubi caus. fisc. l. Marcel-
lus 3 § ult. ff. ad Treb. Et scribunt gl. in l. sororẽ
10.in uerb.non conuenit C.de his, quib. ut ind gl.
in l.recusare.6.§ si fisco, in uerb. si fisco ff. ad Treb.
Bald. in l. 1.in prin. & ibi Alex.num. 1.C. de his,
quib. ut ind. Ruin. d.cons. 162.num. 9. vers. in-
tellexit autẽ, uol.4. Boss. in tit. de his quib.ut ind.
num.3. Gomez. tom.1. uaria. resol. cap. 10.nume.
30.Clar. in § fin. q. 79.numer.8. Conna lib. 10.
cõmem.cap.7.nu.5. uers. Est, & cum nõ est hæres.
Crass. in § ius accrescẽdi, q. 16.n.5.Pereg. d.lib.2.
69 *tit.5.num. 1.* quia, † cum hoc spectet ad eius
officium *d.l. portiones 21. ff. de his, quib. vt ind.*
& d.l.1. & ibi Ang.num.1.Ias.num.1.in fin.C.
eod. si id omittat, videtur quodammodo sper-
nere defunctum, eaq; ratione indignus eius
hæreditate reputatur. Idem est, &, si adeat
hæreditatem ante habitam quæstionem de
familia, si dominus ab ea occisus esse dicatur
70 † *l si ea quæstio. 3. & ibi Bart. Bald. Castr. Alex. &*
Ias. C. de his, quib. vt ind. d l. si seruus pluriũ. 53.§
si quis ante ff. de leg. primo d.l. Marcellus. 3. §. vlt.
ff. ad Treb. d.l. Senatusconsulto 8 § si filiusf. ff. ad
Sylla. Boss. in d. tit. de his, quib vt ind. num.4. In
quo quidẽ diligenter obseruandum est, mul-
tum referre, vtrum dominus dicatur occisus
a familia, aut culpa familiæ, an verò ab alio:
Nam, si a familia non potest hæres adire hæ-
reditatem priùs, quam de ea quæstio sit habi-
ta, ne hęres propter compendium suum fa-
71 miliæ facinus occultet † *l. 3. §. non tantum,*
& l. propter veneni. 21. ff. ad Sylla. Paul. lib. 3. sent.
tit.5.in prin. Bart. in l. cum fratrem. 9.C. de his,
quib. vt ind. Ias. in l. si adeo. 7.num.4.in fi.C. eod.
Cuiac. ad l. propter veneni. 21. ff. ad Sylla. in 6. lib.
resp. Papin. Quod, si ante adierit, efficietur in-
dignus, & ei a fisco hæreditas auferetur, *vt*
supra dictum est: Adeundo enim delinquit, &
hoc modo facit locum fisco *d. l. Senatuscon-*
sulto 8. §. si filiusf. ff. ad Syllan. Idque procedit,
72 † siue clam dicatur dominus a familia occi-
sus, siue palam, *vt declarat Ias. in d.l. si adeo.7.*
num.4.in fin. C. de his, quib. vt ind. At, si non a
familia, sed ab alio occisus esse dicatur, si
quidem per vim, & sic palam, non ante adire
73 debebit, quam vltus sit necem defuncti † *l.*
minoribus 6.C. de his, quib. vt ind. l. 1. §. occisorũ
ff. ad Syll. Et declarant Bart. in d. l cum fratrem.
9. & ibi Alex. num. 2.C. de his, quib. vt ind. Ias. in
d.l. 1. num.4. vers. 2. limita, & in d.l. si adeo.7.nu.
4.in fin. C. eod. Quod, si contra fecerit, simili-
ter indignus efficietur, & ei hæreditas a fisco
74 auferetur, † *vt supra dictum est, & in specie de-*
clarant Castr. in d. l. si ea quæstio. 3. num 1. C. de
his, quib vt indig. & Ias. in d. l. 1. num 4. C eod.
Si verò fuerit occisus clam, & secreto, puta
veneno, non impedietur hæres adire hæredi-
75 tatem, etiam ante vltam necem defuncti † *l.*
cum fratrem 9. C. de his, quib. vt ind. l. 1. §. occi-
sorum in prin & vers licet enim. & l. necessarios.
5.§. fin. & d.l. propter veneni 21. ff. ad Sylla. Bart.
in d.l. cum fratrem. 9 & ibi Bald. & Alex. num.
1. & 2. Alex. in d.l. si ea quæstio. 3. num. 1. & ibi
Ias. C. eod. Ias in d.l. si adeo. 7. in prin. & num.4.
in fin. C. eod. Cuiac. ad l. propter veneni. 21. ff.
ad Sylla in 6. lib. resp. Papinia. sed, si postea eã
non vlciscatur, vt indignus priuabitur hære-
76 ditate, & ea fisco applicabitur † *d.l cum fra-*
trem, 9.C. de his, quib. vt ind. Itaq; non adeũdo
delinquet, & fisco locũ faciet, sed nõ vlciscẽ-
77 do, † *d.l. Senatusconsulto. 8. §. si filiusf. ff. ad Syll.*

Sed hæc hodie non procedunt, quia pęnæ
non vlciscentis necẽ defuncti de consuetudi-
78 ne non seruantur, sed ab aula recesserunt, † *vt*
testantur Clar. in d §. fin. q. 79. num. 8 vers. sciat
tamen, & Pereg. d.lib. 2. tit. 5. n. 22. Quamobrẽ
quotidie videmus, hæredes cum defuncti oc-
cisoribus pacem inire, & nihilominus hære-
ditatem retinere, nec à fisco molestari, quia
79 † alioquin lex esset nutritiua peccati, si pacẽ,
& offensæ, siue iniuriæ remissionem impedi-
ret, quod esset absurdum, *vt considerat Clar.*
in d. §. fin. q. 79. nu. 8. vers. sciat tamen.

Sanè vno casu hæreditas ab eo non aufer-
tur, qui defunctum offendit, nempe, cum
hæres sepulcrum, siue cadauer defuncti spo-
liat: licet enim hoc agendo delinquat, & ip-
80 summet defunctum grauiter offendat † *l. qui*
sepulcra 4. C. de sepul. viol. & declarat Bald. in d.
l. sororem. 10. num. 2 C. de his, quib. vt ind. non
81 tamen, vt indignus hæreditate priuatur, † *vt*
scripserunt Roma. cons. 185. nu. 7. vers. Contra-
rium, & Pereg. d. lib. 2. tit. 2. num. 3. scilicet, quia
82 † pœna priuationis non debet irrogari, nisi
in casibus a iure expressis, *vt diximus in hoc cap.*
q. 48. nu. 49. & 50. & dicemus infra num. 164. in
fin. cuiusmodi non est is, de quo loquimur,
vt considerat Pereg. d. lib. 2. tit. 2. nu. 2.

Sextum, & vltimum offensæ genus est, quod
respicit animum, seu mentem, & volunta-
tem defuncti. Et ex hoc, quin contrahatur
indignitas, quæ faciat locum fisco, non est
dubitandum.

Exemplum generale sit, si testator hæredẽ
institutum, aut ab intestato vocatum decla-
ret indignum, nam talis declaratio, licet non
impediat, quòminus vocatus hæreditatem
adire possit, operatur tamen, vt fiscus ab eo
tam-

83 tamquam ab indigno rem auferre possit † *l. hæreditas 4. & ibi gl. in verb. peti poterunt, vers. si vero, Bart. in prin. Bald. num. 5. Ang. num. 2. & 4. vers. quandoque hæres, Ias. num. 11. vers. Tertius casus, C. de his, quib. vt ind. Bart. in l. cum quidam. 12. vers. sed dices ff. eod. & in l. ex parte. 22. in prin. ff. de adim. leg. & ibi Cuiac. in 6 lib. respons. Papin. Mantic. de con. vlt. vol. lib. 8. tit. 1. nu. 30. Pereg. de Iur. fisc. d. lib. 2. tit. 4. in prin. & nu. 1.* Idque procedit.

Primo, non solum, si talis declaratio fiat
84 in testamento, sed etiam, si in codicillis † *d. l. hæreditas 4. & ibi Bart. in prin. Bald. in prin. & n. 1. Cast. n. 1. Alex. n. 1. & 2. Ias. in prin. C. de his, quib. vt ind. Ias. in l. 1. num. 1. vers. Tertius casus C. eod.*

Secundo procedit, non solum, si fiat in voluntate perfecta, & valida, sed etiam, si in imperfecta, & inualida, puta, quia incipiat facere nouam dispositionem, nec eam possit perficere: Adhuc enim hæreditas a fisco auferetur, si ideo cœperit disponere, quia
85 hæredes reputauerit indignos † *l. cum quidam 12. & ibi Bart. vers. sed dices ff. de his, quib. vt ind. Bart. in d. l. hæreditas 4. num. 3. C. eod. Pereg. de Iur. fisc. lib. 3. tit. 13. num. 12. vers. Declara.*

Tertio procedit, non solum, si causam indignitatis exprimat, sed etiam, si non exprimat; Sufficit enim ex eius verbis colligi, eu fuisse a vocato offensum, vt fiscus rem aufer-
86 re possit, † *vt scribunt Bald. in d. l. hæreditas 4. num. 1. & ibi Alex. nu. 2. vers. Item not. & Ias. n. 1. C. de his, quib. vt ind. Pereg. d. lib. 2. tit. 4. nu. 2.*

Quarto procedit, non solum, si expressim dicat eum esse indignum, sed etiã, si alijs verbis denotet, eum esse malè meritum, puta, qa eum appellet ingratum, aut dicat voluntatẽ suã non mereri, aut id genus alia verba pro-
87 ferat † *d. l. hæreditas. 4 & ibi gl. in verb. peti poterunt, vers. si verò & ibi Bald. num. 1. Ang. num. 2. Castr. num. 1. Alex. num. 2. vers. Item not. Ias. num. 1. C. de his, quib. vt ind. Pereg. d. lib. 2. tit. 4. num. 3.*

Quinto denique procedit, non solum, si talis declaratio fiat verbo, sed etiam, si facto, puta, quia testator cancellet, siue inducat nomina hæredum; nam, si id faciat, quia hære-
88 des reputet indignos, fiet locus fisco † *d. l. cum quidam. 12. & ibi* Bart. *vers. & quod hac, & l. cũ tabulis. 16. §. fin. ff. de his quib. vt indig. l. proximè. 3. in prin ff. de his, quæ in test. del. Et in specie declarant gl. in l. nostram. 30. in verb. non valere, vers. Tu dic, & ibi Bart. num. 3. Ang. nu. 1. vers. si vero dixit, & Castr. num. 2. vers. si autem reputauit C. de testa. gl. in d. l. fin. in verb. auocabitur ff. de ijs, quæ in test. del. gl. in d. l. hæreditas. 4. in verb peti poterunt, vers. si autem tabulas C. de his, quib. vt ind. gl. in l. hæredes palam. 21 §. si quid post, in verb. omnia vers. quod ergo ff. de testam.* Bart. *in l. 1. §. & hæreditatis num. 1. ff. de ijs, quæ in test. delen. Crau. cons. 228. num. 1. vers. In qua, Mantic. de con. vlt. vol. lib. 12 tit. 1. nu. 31. Pereg. de iur fisc. d. lib. 2. tit. 4. num. 6. Cuiac. ad l. vlt. ff. de ijs, quæ in test. del. in 6. lib. respo. Papin.* Quando autem hoc euenire intelligatur, si quæ-
89 ramus, † constat, tres esse distinguendos casus, quorum

Primus est, quando apparet, testatorem ideo cancellasse, quia hęredes reputauit indignos, puta, quia id expresse dixit, Et tunc res caret dubio: nam procedent ea, quæ supra diximus. *Et ita in specie declarant omnes, quos preced. num. retulimus.*

Secundus vero casus est, quando constat, testatorem non ideo cancellasse, quod hæredes reputauerit indignos, sed, quia voluit decedere intestatus, Et tunc similiter res caret dubio: nam procedent ea, quæ diximus *in hoc cap. q. 50. num. 25. & seqq.* vt scilicet hæreditas, non fisco vindicetur, sed venientibus ab in-
90 testato deferatur † *d. l. in. §. si hæres ff. si tab. test. null. ext. d. l. vlt. & ibi gl. in verb. auocabitur, ff. de ijs, quæ in testa. del. Et in specie declarant gl. in d. l. hæreditas. 4. in verb. peti poterunt, vers. si autem tabulas, & ibi Bart. in prin. C. de his, quib. vt ind. gl. in d. l. nostram. 30. in verb. non valere, vers. Tu dic, & ibi Bart. num. 3. Castr. numer. 2. vers. si autem cancellauit, Alex. num. 2. vers. posset tamen, & Ias. num. 1. vers. Tu dic C. de testa. Bart. in d. l. 1. §. & hæreditatis, num. 1. ff. de his, quæ in test. del. Castr. in l. hæredes palam. 21. §. si quid post num. 10 ff. de testa. Crau. d. cons. 228. num. 1. vers. In qua, Mantic. d. lib. 12. tit. 1. num. 31. Pereg. d. lib. 2. tit. 4. nu. 6. Cuiac. ad eand. l. vlt. ff. de ijs, quæ in test. del. in 6. lib. resp. Papin.*

Tertius denique casus est, quando sumus in dubio, prout euenit, cum testator simpliciter hæredũ nomina cancellauit, nec expressit, vtrum id fecerit, quia reputauerit eos indignos, an verò, quia voluerit intestatus decedere, Et tune, licet *gl. in d. l. nostram 30. in verb. non valere, vers. Tu dic C. de testa. & gl. in d. l. hæreditas. 4. in verb. peti poterunt, vers. Idem, & si dubitetur C. de his, quib. vt ind. & alij* plerique
91 censuerint, † testatorem censeri eos indignos reputasse, & per consequentias fieri locum fisco, verius tamen, & receptius est, imo censeri potius id fecisse, quia voluit decedere intestatus, ideoque hæreditatem nõ ad fiscum,
92 sed ad venientes ab intestato pertinere, † *Ita enim scribunt Cin. in d. l. nostram. 30. nu. 3. vers. In 3. & ibi Bart. num. 3. Ang. num. 3. Alex. num. 3. Ias. num. 2. vers. contrarium C. de testa. Crau. d. cons. 228. num. 1. vers. In qua, Mantic. de con. vlt. vol. lib. 2. tit. 15. num. 20. & d. lib. 12. tit. 1. nu. 31. Crass. in §. testamentum q. 85. num. 3.* scilicet, quia in dubio, nemo præsumitur indignus,
93 nisi probetur † *vt scribunt gl. in l. sororem. 10. in verb. indignum C. de his, quib. vt ind. Alex. in l. 1. num. 2. vers. 4. principaliter C. de hæred. inst. & in d. l. nostram 30. num. 3. C. de testa. Mantic. de con. vlt. vol. d. lib. 2. tit. 15. num 20. & lib. 12. tit. 5. nu. 22. Crass. in d. § testamentum q. 85. nu. 3. Pereg. d. lib. 2. tit. 4. num. 7.* Et ita accipiendi sunt, qui simpliciter scripserunt, non fieri locum fisco, quoties testator non reputauit hæredes indignos, sed simpliciter eorum nomina cancel-
94 lauit, † *vt Bart. in d. l. cum quidam. 12. vers. & quod hac ff. de his, quib. vt ind. & in d. l. 1. §. & hæreditatis, nu. 1. ff. de ijs, quæ in test. del.* vt scilicet loquantur, quando res est dubia.

Sed hæc generaliter dicuntur. Specialiter autem, si quæramus exempla illius indignitatis, quæ contrahitur ex offensione mentis, constat eius duo esse genera: quædam enim est offensa, quæ committitur viuo testatore, siue eo, de cuius bonis agitur, quædam verò, quæ post eius mortem.

Prioris generis exempla non ea debent afferi, quæ viuentẽ, aut in corpore, aut in statu,

aut in bonis, aut in existimatione lædunt, *de quibus late supra diximus*, quoniam hęc nō pertinēt ad illud offensæ genus, de quo nunc loquimur; nam, licet iis etiam animus offendatur, non tamen offenditur solus, scilicet, quia cum animo concurrit etiam læsio corporis, aut alterius rei, cum alioquin nos hic loquamur de ea offensione, quæ solum animum afficit, & ab alijs distinguitur, vt in simili distinguuntur contractus, qui consensu fiunt, ab ijs, qui fiunt, aut re, aut verbis, aut literis *in l. 1. §. 1. ff. de actio. & oblig. & §. vlt. Inst. de obliga.* tametsi consensus in omnibus interueniat *l. 1. §. adeo ff. de pact. l. inter stipulātem. 83. §. 1. ff. de verb. oblig.* quia consensu contrahi dicuntur, qui solo consensu perficiuntur *l. 2. ff. de actio. & oblig. tit. Inst. de oblig. ex consen.* Itaq; & in proposito volūtatis offensa dicitur, quæ, solum animum, aut ea quæ ab animo dependent, offendit, cuius hæc sunt exempla.

Primum in eo, qui prohibuit aliquem testari, aut mutare testamentum, quod antea fecerat puta non permisit, vt notarius intro-
95 ret, vel, vt testes conuenirent † *l. 1. in prin. & l. 2. in prin. ff. si quis aliq. test. prob. l. Marcellus. 3. §. vlt. ff. ad Treb. Et in specie declarant Soc. Sen. cons. 105. num. 2. vol. 3. Ias. cons. 31. num. 5. versic. quo casu, vol. 1. Soc. Iun. cons. 148. num. 38. vol. 2. Paris. cons. 67. num. 43. vol. 3. Boss. in tit. de his, qui prob. aliq. test. vers. & casus. & vers. & exemplum est, Menoch. de arbitr. Iud. cas. 395. nu. 36.* Et tunc de duobus dubitari solet, Primo, an ex hac prohibitione contrahatur indignitas, quę faciat locum fisco. Secūdo verò, an lęsis idest, iis, quorum fauore defunctus volebat disponere, succurratur aliquo remedio, &, quo, & contra quem

Et in prima quidem quęstione cōstat, quatuor esse distinguendos casus, quorum

Primus est, quando quis prohibuit aliquem testari ad sui tantum commodum, prout euenit, cum ipsemet solus erat ab intestato successurus, Et tunc, licet ob hoc non impediatur ab intestato succedere, scilicet, quia lex eo ipso, quod testamentum conditum nō est, ab intestato defert hæreditatem, quam proinde vocatus adire potest, tamen, quia id agendo grauiter offendit eum, cuius de bonis agitur, *l. testamenti. 23. & ibi Bald. C. de inoff. test.* ideo fit indignus, eaque ratione fiscus ei, tam-
96 quam indigno hæreditatem aufert † *d. l. Marcellus. 3. § vlt. ff. ad Treb. d. l. 1. in prin. & d. l. 2. in prin. ff. si quis aliq. test. prob. l. 2. C. eod. Paul. lib. 5. senten. tit. 12. § etiam. Et scribunt Bart. in d. l. 1. in prin. & num. 7. ff. si quis al. test. prob. Ang. in d. l. Papinianus. 8. §. meminisse, num. 2. ff. de inoff. Ias. in l. 1. in prin. & num. 1. & 3. C. si quis al. test. prob. Menoch. de arbitr. d. cas. 395. nu. 13. Pereg. de Iur. fisc. d. lib. 2. tit. 6. num. 1. & 15.* & quidem totam, propterea, quod ipse solus ab intestato successit *vt scribunt Bald. in d. l. 1. num. 11. C. si quis al. test. prob. & Pereg. d. lib. 2. tit. 6. num. 15.* Idem est, &, si prohibuit mutare testamentum, in quo solus fuerat hæres institutus: nā, licet hoc non obstante possit adire hæreditatem, quippe, quæ adhuc ei defertur ex testamento, quod mutatum nō est, eaque ratione sustinetur ipso iure, *vt declarat Corn. cons. 110. num. 3. vol. 3.* tamen, quia prohibendo mutationem efficitur indignus, ideo fiscus ei, tam-
97 quam indigno hæreditatem aufert † *d. l. 1. in prin. et d. l. 2. in prin. ff. si quis aliq. test. prob. l. ult. ff. quib. non comp. bon. poss. l. si scriptus 19. ff. de his, quib. vt ind. Bart. in d. l. 1. in prin. ff. si quis al. test. prob.* & quidem totam, cum ipse solus, tāquam hæres ex asse institutus eam insolidum habere potuerit, *vt declarant Bart. in l. fin. num. 8. vers. si vero ipse ff. si quis aliq. test. prob. Bald. in d. l. 1. num. 13. vers. si verò ipse C. eod. Pereg. d.*
98 *lib. 2. tit. 6. num. 18.* Idque procedit, † non solū, si ipse non erat ab intestato successurus, *in quibus terminis loquitur Bald. in d. l. 1. num. 13. vers. si vero ipse C. si quis al. test. prob.* sed etiam, si successurus erat solus, aut cum alijs in pari gradu, vel verè, vel repræsentatiuè existentibus, *vt declarant Bart. in d. l. fin. numer. 8. vers. si vero ff. si quis aliq. test. prob. Bald. in d. l. 1. nu. 13. vers. si vero ipse C. eod. et Menoch. de arbitr. d. cas. 395. num. 24. et 26. vers. Altera.*

Secundus vero casus est quando quis prohibuit aliquem testari non tantum ad sui cōmodum, sed etiam ad commodum aliorum, qui, tamquam pares verè, vel repræsentatiuè simul erant cum eo ab intestato successuri, Et tunc, licet prohibens fiat indignus, & faciat locum fisco, id tamē intelligitur pro portione ad ipsum spectante, non etiam pro portione aliorum, quippe, quibus non nocet talis
99 prohibitio; † *Ita scribunt Bart. in d. l. 1. num. 7. ff. si quis aliq. testa. prob. Bald. in d. l. 1. num. 11. C. eod. Menoch. de arbitr. d. cas. 395. num. 14. Pereg. d. lib. 2. tit. 6. num. 15.* Idem est, &, si prohibuit mutare testamentum, in quo non solus, sed cum alijs fuerat hæres institutus: Nam talis prohibitio nocebit quidem ipsi prohibenti, quippe, cui, vt indigno fiscus auferet partem hæreditatis illi delatā, sed non nocebit alijs,
100 † *vt scribunt Bart. in d. l. fin. nu. 8. versic. si verò ipse ff. si quis aliq. testa prob. Bald. in d. l. 1. numer. 1. vers. si uero ipse C. eod. Pereg. d. lib. 2. tit. 6. nu. 18. vers. aut uero,* Quod tamen ita videtur in-
101 telligendum, vt procedat, † si non constet, testatorem voluisse mutare, quoad omnes: Nam, si de hoc constaret, verius esset, prohibitionem etiam alijs nocere, *per ea, quæ dicimus infra num. 127. et seqq. Ita in specie declarat Menoch. d. cas. 395. num. 22. et 23.*

Tertius casus est, quando quis prohibuit aliquem mutare testamentum, in quo non ipse fuerat hæres institutus, sed eius filius, aut seruus in ipsius potestate constitutus, Et tunc similiter verum est, ex tali prohibitione contrahi indignitatem, quæ facit locum fisco,
102 † *ut scribunt Bart. in d. l. fin. numer. 8. uers. sed si erat ff. si quis aliq. test. probib. Bald. in d. l. 1. num. 12. C. eod. Menoch. de arbitr. d. cas. 395. num. 18. uers. Nonus*, nisi filius esset ab intestato successurus: Nam tunc non nocet ei patris pro-
103 hibitio, † *ut declarant Bart. in d. l. fin. nu. 8. uers. Item prædicta uera ff. si quis aliq. test. prob. Bald. in d. l. 1. num. 12. uers. et prædicta, et num. 13. C. eod. Menoch. d. cas. 395. numer. 21.* Generaliter enim verum est, prohibitionem non nocere, quoties fit ad commodum eorum, qui ab intestato successuri sunt, *ut ibi declarat Menoch. num. 20.*

Quartus casus est, quando quis prohibuit mutare testamentum non ad sui commodū, sed ad commodum omnino alienum, prout euenit, cum in testamento fuerat institutus

extraneus,

extraneus, ex cuius persona prohibens nullũ
erat emolumentum percepturus, Et tunc,
104 † aut non cõstat cui testator voluerit relin-
quere, & talis prohibitio non nocebit insti-
tuto, quippe, qui nihilominus poterit hæredi-
tatem adire, & cum effectu retinere, *vt scribit
Menoch. d. cas. 395. num. 16. et aeque dicendus est
Bald. in d. l. 1. num. 12. C. si quis aliq. test. pro. dum
simpliciter scripsit, extraneo instituto non nocere
prohibitionem mutationis ab alio factam*. Aut
verò constat, cui voluerit relinquere, Et tunc
verius est, talem prohibitionem nocere insti-
tuto, quia fiscus ei, tamquã indigno hæredita-
tem auferet, *ut declarat Men. d. cas. 395. nu. 17.*

At in secunda quæstione generaliter dici-
mus, prohibẽtem teneri ad refectionẽ dam-
norum, quæ passi sunt læsi, idest, ij, ad quos hę-
reditas fuisset peruentura, si testator prohibi-
105 tus non esset, † siue sit prohibitus testari, siue
mutare testamentum, *ut de prohibente testari
scribit Corn. cons. 110. nu. 6. vol. 4. De prohibente
uerò mutare testamentum scribunt Paris. consil.
67. num. 3. uol. 3. et Menoch. d. cas. 395. num. 18.
et 27.* Sed, quo remedio succurratur eis, valde
controuersum est: Quidam enim censent, cõ-
106 tra prohibentem iurari in litem, † *uti uidere
est apud Vrsil. in addit. ad Affl. decis. 69. num. 13.
ubi loquitur de prohibente testari, et Menoch. d.
cas. 395. num. 27. ubi loquitur de prohibente mu-
tari testamentum*; Sed est verius, quod alij fre-
quentiùs tradiderunt, scilicet, contra eum agi
107 ad duplum, † *ex §. et hoc peruenit, Auth. ut null.
ind. coll. 9. Ita enim scripserunt gl. in l. 2. in uerb.
remouere C. si quis al. test. prob. Ias. in l. 1. num. 1.
C. eod. Corn. cons. 110. num. 1. uol. 4. Paris. cons.
67. num. 4. uol. 3. Boss. in tit. de his, qui prob. aliq.
testa. num. 3. uers. practica, et Menoch. d. cas. 395.
num. 28.* Licet enim Iustiniani constitutio lo-
quatur de rectore, siue administratore, eius ta-
men dispositio locum habet in omni prohi-
108 bente, etiamsi non sit officialis, † *ut declarant
Ias. in d. l. 1. nu. 2. uers. Contrarium C. si quis al.
test. prob. ubi ait, hanc esse ueram, et communem
opinionem, et Corn. d. cons. 110. nu. 1. uol. 4. Men.
d. cas. 395. num. 29.* Hæc autem damnorum re-
fectio fiet de bonis prohibentis, non autem
de hæreditate, quippe, quę, vt dictum est, a
fisco vindicatur. Sanè, si prohibens non sit
soluendo, magis est, vt in subsidium etiam
contra fiscum detur actio, saltem eatenus,
quatenus hęreditarię vires patiuntur, *secundũ
ea, quæ dicemus infra num. 134.*

Secundum exemplũ sit in eo, qui per vim,
aut metũ coegit aliquem testari, quo casu de
pluribus dubitari solet, & primo, an valeat te-
stamentum. Et nonnulli quidem censue-
109 runt, non valere, † *vt Ias. in l. 1. numer. 3. C. si
110 quis aliq. test. prob.* quia, † cum in eo deficiat
voluntas, quæ est substantia testamenti *l. 1. ff.
de testam.* Consequens videtur, vt illud susti-
neri nullo modo possit *l. 2. ff. de contr. emp. iũ-
cta l. pacta cõuenta. 72. in prin. ff. eo.* Deniq; cũ
deficiat institutio, quippe, quæ ꝑ sui validita-
111 te requirit, vt sit libera † *l. illa institutio. 32. in
prin. ff. de hæred. inst. Et in his terminis cõsiderat
Bald. in d. l. 1. n. 5. C. si quis al. test. prob.* sequitur
non posse testamentum sustineri, *ex regula l.
1. §. fin. ff. de vulg. l. proximè. 3. ff. de his, quæ in
testam. del. l. quod per manus. 10. ff. iur. codic. §.
ante hæredis, Inst. de legat.*

Sed hoc non obstante veriùs est, quod alij
frequentiùs tradiderunt, scilicet, testamentũ,
etiamsi per vim, aut metum factum sit, nihi-
112 lominus ipso iure valere. † *Ita enim censue-
runt Corn. cons. 110. nu. 3. vol. 4. Gabr. cons. 99.
num. 1. vol. 1. vbi testatur, hanc esse communem,
Boss. in tit. de his, qui prob. aliq. test. nu. 5. Men.
de arbitr. d. cas. 395. nume. 7. vbi pariter testatur,
hanc esse communem dd. sententiam, & Crass. in
§. testamentum. q. 83. num. 1.* & per consequen-
tias ex eo deferri, & posse adiri hæreditatem,
vt scribit Corn. d. cons. 110. num. 3. vol. 4. & ita
adeuntem fieri hæredem, *vt declarat Gabr. d.
113 cons. 99. nu. 15. vol. 1.* † quia, cum habeat sub-
stantiam testamenti, nempe voluntatem te-
statoris, cum voluntas coacta voluntas sit *l. si
mulier 21. § pen. ff. quod met. caus. Et in his ter-
minis considerato Bart. in d. l. fin. nume. 11. vers.
secundus casus ff. de his quib. vt indig.* & præte-
rea habeat formam, tam extrinsecam, quàm
intrinsecam (Supponimus enim testatorem
eas adhibuisse solemnitates, quæ in ordinan-
dis testamentis requiruntur) consequens est,
vt non possit non censeri validum.

Et hoc non obstantibus ijs, quę in contra-
rium adducta sunt: Non enim verum est, in
eo deficere voluntatem testatoris, quia, licet
voluntas coacta sit, verè tamen voluntas est,
vt diximus, supra num. 113. Et, quod dicimus,
institutionem non valere, nisi sit libera, intel-
104 ligitur, † quoad hoc, vt debeat procedere a
testatore, non autem ab alio, puta a tertio, in
cuius arbitrium sit collata *d. l. illa institutio*.
Cęterùm quoties testator ipse est, qui dispo-
nit, siue spõte, siue coactus, magis est, vt ipso
iure valida censeatur institutio, *secundum ea,
quæ supra diximus*.

Secũdo dubitari solet, an ex hac coactio-
ne contrahatur indignitas, quæ faciat locum
fisco. Et in hac quæstione constat duos esse
distinguendos casus, quorum

Primus est, quãdo quis coegit aliquem te-
stari ad merum sui commodum, puta operа-
tus est, vt se solum hæredem instituerit, Et
tunc certum est, eum fieri indignum, & per
consequẽtias fiscum ab eo, tamquam ab in-
115 digno hæreditatem auferre † *d. l. 1. C. si quis
aliq. test. prob. Et scribunt Bart. in l. fin. nume. 1.
ff. eod. & in l. fin. num. 11. vers. secundus casus ff.
de his quib. vt ind. Bald. in d. l. 1. in prin. & num.
5. vers. primus C. si quis aliq. test. prob. Corn. d.
cons. 110. n. 3. vol. 4. Gabr. d. cõs. 99. in prin. uol. 1.
Boss. in d. tit. de his, q. ꝓh. aliq. test. n. 4. Clar. in §.
testamentum q. 79. num. 9. Pereg. de iur. fisc. lib.
2. tit. 6. num. 2. & 8. Crass. in d. §. testamentum q.
116 83. num. 1.* Idque procedere, † non solum in
extraneo, sed etiã in eo, qui aliàs erat ab in-
testato successurus. Et quidem sine dubio, si
117 solus ab intestato successisset, † *vt declarat
Men. de arbitr. d. cas. 395. num. 5. & 10.* Cęterũ,
si habebat pares in gradu succedendi, vel ve-
rè, vel repraesentariuè, maior videtur esse du-
bitatio, non quidem respectu partis, quæ ad
illum pertinuisset, quia, quoad eam certum
118 est, fieri locum fisco, † *vt declarat Gabr. d. cons.
99. num. 6. vers. Quoad secundam, vol. 1.* sed re-
spectu aliarum partium, quę ad non cogen-
tes pertinuissent: Nam plerique censuerunt,
eas, non ad fiscum, sed ad ipsosmet ab inte-
119 stato venientes pertinere: † *Ita enim censuit*

Clar. in d. §. fin. q. 79. num. 9. in fi. ne alioquin
vnius culpa noceat alijs, *contra regulam l. 2. §.*
fratris ff. si quis aliq. test. prob.

Sed est verius, quod alij tradiderũt, scilicet
totam hæreditatem a fisco auferri, etiamsi
institutus cũ alijs fuisset ab intestato succes-
120 surus, † *Ita enim rectè scripsit Men. de arbitr. d.*
121 *cas. 395. num. 6.* quia, † cum stante testamen-
to non possit hæreditas ab intestato deferri *l.*
quandiu. 39. ff. de acq. hered. l. quandiu 90. ff. de
reg. iur. & ex testamento nemo venire possit,
nisi institutus, qui facit locum fisco, sequitur
posse fiscum totam hæreditatem auferre,
etiamsi alij essent ab intestato successuri.

Nec est contrarium, quod hoc posito se-
quatur factum cogentis nocere alijs non co-
gentibus, quod est iniquum, quia verius est,
imo effectu non nocere: Licet enim noceat
in eo, quod operatur, vt hæreditas ipso iure
non possit illis deferri, tamen, quia damnum
hoc debet ab eo, qui coegit, resarciri, *vt osten-*
demus infra num. 131. & in eius defectum de-
bet fiscus emolumentum hæreditatis pro il-
lorum partibus eis restituere, *vt dicemus num.*
134. ideo ex hoc intelligimus, eos, qui sunt
extra culpam effectu nullum pati damnum.

Hoc autem adeo verum est, vt procedat,
122 † non solum in eo, qui coegit aliquem testari
ad proprium commodum principaliter, sed
etiam in eo, qui per consequẽtias, prout eue-
nit, quoties quis coegit aliquem testari, & fi-
lium, aut seruum, quem habet in potestate,
hæredẽ instituere: Nam ex hac etiã coactio-
ne contrahitur indignitas, quæ facit locum
fisco, *vt scribit Gabr. d. cons. 99. nume. 8. versic.*
Idcirco vol. 1. non minus, quam, si principa-
liter ad sui commodum coegisset.

Secundus verò casus est, quando quis coe-
git aliquem testari, non ad proprium, sed ad
alienum cõmodum, puta, quia testator fuerit
coactus eum instituere, ex cuius persona nul-
lum cogens est emolumentum percepturus,
Et tunc, si quidem hoc egerit sciente institu-
to, res caret dubio: nam certum est, huiusmo-
di coactionem illi nocere, quia fiscus ab eo,
tamquam ab indigno hæreditatem auferet,
123 † *vt in specie declarat Ias. in d. l. 1. num. 3. versic.*
prædicta C. si quis aliq. test. prob. Cœterum, si
id egerit eo ignorante, maior videtur esse du-
bitatio, propterea, quod nonnulli censuerũt,
124 coactionem illi non nocere, † *vt gl. in l. 2. in*
verb. remoueri C. si quis aliq. test. prob. & Ias. in
125 *d. l. 1. num. 3. vers. prædicta C. eod.* quia, † cum
nullus in hac re versetur dolus instituti, nul-
laque illius culpa considerari possit, Conse-
quens videtur, vt non debeat censeri indi-
gnus, & per consequentias non possit fiscus
ab eo, quasi ab indigno hęreditatem auferre.

Sed hoc non obstante verius, & receptius
est, etiam in hac specie contrahi indignita-
126 tem, quæ facit locum fisco. † *Ita enim per l.*
1. C. si quis aliq. test. prob. scripserunt Bart. in d. l.
fin. num. 4 ff. eod. Bald. in d. l. 1. num. 5. & 9. vers.
2. C. eod. Alex. in d. l. hæreditas 4 num. 4. vers. Itẽ
adde C. de his, quib. vt indig. Boss. in d. tit. de his,
qui prob. aliq. test. num. 4. vbi testatur, hanc esse
communem, & Men. de arb. d. cas 395. num. 11.
127 Nam † in ijs, quæ vi, metùsue causa fiunt, non
spectamus personam facientis, sed factum
ipsum, ita, vt sufficiat, vim, aut metum illatũ
esse, & ex eo commodum ad aliquem per-
uenisse, vt is perinde habeatur, ac, si ipsemet
128 vim, & metum intulisset † *l. metũ 9. §. animad*
uertendum, & § fin. ff. quod met. caus. l. apud
Celsum. 4. § metus causa ff. de dol. except. &, quã-
do dolus alterius est causa proxima acquisi-
129 tionis, nocet etiam tertio acquirenti † *l. 1. §. si*
quis tamẽ, & §. si filiusf. ff. de vi, & vi arm. Et in
proposito considerant Bald. in d. l. 1. num. 5. & 9.
vers. contrarium C. si quis aliq. testa prob. Gabr.
d. cons. 99. n. 9. vol. 1. Boss. in d. tit. de his, qui prob.
aliq. test. num. 4. vers. & ratio est, Men. de arbitr.
d. cas. 395. num. 12. Hinc intelligimus, institu-
tum in hac specie non fieri indignum odio
130 personæ, sed vitio facti, † *vt declarant Bald. in*
d. l. 1. n. 5. C. si quis aliq. test prob. & Gabr. d. cons.
99. num. 9. vol. 1.

Tertio dubitari solet, qualiter succurratur
ijs, qui læsi sunt. Constat autem eodem eis
succurri modo, quo & ijs, qui damnum passi
sunt a prohibente aliquem testari: Nam, &
is, qui testari coegit, tenetur lęsis resarcire
131 damna, quæ passi sunt, † *vt scribunt Corn. d.*
cons. 110. n. 6. vol 4. & Gabr. d. cons. 99. in prin.
vol. 1. ad quẽ effectu datur contra eum actio
132 de dolo, vel in factum, † *vt declarant Gabr. d.*
cons. 99. n. 5. & 13. vol. 1. & Dilect. de art. testan.
tit. 11. caut 4. nu. 2. per quam consequentur,
quanti sua interest, non fuisse defunctum
coactum testari, aut, quod est verius, conse-
133 quentur duplum illati damni, † *secundum ea,*
quæ diximus supra num. 107. Et ita in specie
cogentis aliquem testare scripserunt Aug. in d. l. 1.
C. si quis aliq. test. prob. Gabr. d. cons. 99. num. 14.
vol. 1. vbi testatur, hanc esse communem conclu-
sionem, & Men. de arbitr. d. cas. 395. nu. 9. & 10.
Et, si cogens non sit soluendo, læsi in subsi-
dium agent contra fiscum, vt recuperent hę-
134 reditatem, quam ipse abstulerat. † *Ita scribit*
Gabr. d. cons. 99. nu. 13. vol. 1, Men. d. cas. 395.
num. 10.

Planè hæc, quæ de cogente, vel prohiben-
te aliquem testari diximus, ita demum pro-
135 cedunt, † si de tali coactione, vel prohibi-
tione constet: Alioquin non poterit hæres a
fisco molestari. *Qualiter autem facienda sit*
probatio latè ostendit Boss. in d. tit. de his, q. prob.
aliq. test. nu. 2.

Hinc dubitari solet, si nõ coactio, vel pro-
hibitio probetur, sed hoc solum, quod testa-
tor coram testibus dixerit, se fuisse coactum,
aut prohibitum, an hoc sufficiat, vt procedãt
ea, quę supra diximus. Et nostri quidem fre-
quentiùs distingunt, Aut testator expressit
personam, a qua dixit, se coactum, vel pro-
136 hibitum, Et hoc sufficit, † *Ita scribunt Bart.*
in d. l. fin. num. 8. vers. si vero ipse ff. si quis aliq.
test. prob. Bal in d. l. 1. n. 15. C. eod Soc. Iun. cons.
148. n. 14. & 47. vers. Huic autem, vol. 2. Mantic.
de con. vlt. vol. lib. 2. tit. 7. num. 5. Pereg. de iur.
fisc. d. lib. 2. tit. 6 num. 25. Aut verò non ex-
pressit, sed simpliciter dixit, se fuisse coactum,
vel prohibitum, Et verius est, non sufficere, &
per consequentias non posse hæredes a fisco
137 molestari. † *Ita scribunt Bart. in d. l. fin num. 8.*
vers. si vero ipse ff. si quis aliq. test. prob. Bald. in
d. l. 1. num. 15. C. eod. Soc. Iun. d. cons. 148. nu. 14.
vol. 2. Mantic. d. lib. 2. tit. 7. num. 5. vers. sed notã-
dum, quia in dubio nemo præsumitur indi-
gnus, nisi probetur, *vt diximus supra nu. 93.*

Poste-

Posterioris verò generis exempla multa
possunt afferri.

Primum in legatario, qui post mortem te-
statoris subtraxit, aut celauit testamentum:
138 nam is, vt indignus priuatur legato † *l. non est
dubium. 5. & l. pen. C. de legat. Et scribunt Ang.
in d. l. Papinianus. 8. §. meminisse numer. 2. ff. de
inoff. & Mantic. de con. vlt. vol. lib. 12. tit. 5. n. 23.*
quod tamē non applicatur fisco, sed ipsimet
139 hæredi, cuius odio fuerat facta subreptio † *d.
l. pen. C. de legat. Et scribunt gl. in d. l. 1. in verb.
reddere, & ibi Bart. num. 1. C. de his quib. vt ind.
Bart. in d. l. fin. num. 11. vers. vltimum tempus ff.
eod. Bald. in Auth. cui relictum num. 11. versic. &
sic est notandum C. de ind. vid. toll & in d. l. hære-
ditas. 4. num. 6. vers. & vnum scias C. de his quib.
vt indign. Ang. in d. l. Papinianus. 8 § meminisse
num. 4. ff. de inoff. Ruin. consil. 162. numer. 9.
versic. quia illud vol. 4. Pereg. d. lib. 2. tit. 2. nu. 5.*

Secundum exemplum afferri potest in hæ-
rede, qui res hæreditarias subtraxit, siue amo-
uit, vt in ratione Falcidiæ maiorem detrahe-
ret legatorum quantitatem: nam is earum
rerum, quas amouit, quartam perdit, & ea
140 fisco applicatur † *l. rescriptū 6. ff. de his, quib.
vt ind. l. Paulus respondit. 24. & l. beneficio. 59. ff.
ad l. Falcid. Et scribunt Bart. in l. fin. §. licentia
num. 3. C. de iur. delib. & in d. l. Paulus respondit.
24. & d. l. beneficio 59 ff. ad l. Falcid. Pereg d. lib.
2. tit. 2. num. 14. & tit. 10. num. 11.* Idem est, &,
si id agat, vt legatum intercidat, puta deleat,
141 vel cancellet testamentum † *d. l. beneficio. 59.
& ibi Bart. ff. ad l. Falc.* vel neget rem esse hæ
142 reditariam, & cōuincatur † *l. hæreditatum 68.
§. vlt. ff. eod.* Sed hoc hodie correctum est: nā,
143 † aut hæres nō conficit inuentarium & haud
dubiè non potest detrahere Falcidiam *l. fin.
§. sin vero postquam C. de iur. delib. § si verò non
fecerit Auth. de hæred. & Fal. coll. 1.* aut cōficit,
&, licet eam regulariter detrahere possit, si
non fuerit a testatore prohibita *d. l. fin §. & si
præfatam. C. de iur. delib.* hoc tamen fallit, si rē
aliquam hæreditariam subtraxerit, aut scien-
ter omiserit describere in inuentario: Nam
tunc Falcidiam, & Trebellianicam amittit,
144 † *vt scribunt Roma. consil. 276. num. 8. Guidop.
de inuen num. 5. Nicoll. Bell. consil. 30. nu. 6. vbi
testatur hanc esse communem, Osas. decis. 147. nu.
9. Pereg. d. lib. 2. tit. 10. num. 15. in fin.* Itaque in
hoc casu subtrahens grauiùs, quam olim pu-
145 nitur, † scilicet, quia olim non amittebat Fal-
cidiam, nisi earum rerum, quas subtraxerat,
vt supra dictum est, hodie verò eam amittit in
totum, ita, vt, etiamsi non subtrahat, nisi vnā
rem, aut legatā, aut hæreditariam, non tamen
possit ex aliquo legato detrahere Falcidiam,
non magis, quam, si non confecto inuētario
hæreditatem adijsset. *Ita declarant gl. in §.
sancimus in verb. non forte, uers. vnde hoc casu
Auth. de hæred. & Falc. coll. 1. & Bart. in d. l. fi.
§. licentia nu. 3. C. de iur. delib. in d. l. Paulus. 24.
& in d. l. beneficio. 59. num. 1. ff. ad l. Falc.* In hoc
etiā differt ius nouū à iure vetere, quia quar-
ta, quam olim hæres rem legatam subtrahens
amittebat, deferebatur fisco, *vt supra dictum
est*, hodie verò, non fisci commodo cedit, sed
ipsorum met legatariorum, & fideicommis-
sariorum, quippe, qui integra legata, & fidei-
146 commissa consequuntur. † *Ita in specie de-
clarat Bart. in l. rescriptum. 6. numer. 2. versic.
Item puto ff. de his, quib. ut indign.*

Tertium sit exemplum in eo, qui testamē-
tum, vt falsum accusauit: nam is, si non ob-
tinuerit, priuatur ijs omnibus, quæ ex illo te-
stamento fuerant ei delata, & ea fisco appli-
147 cantur † *l. post legatum. 5. in princ. versic. ergo,
& § si pater §. si filiusfamilias, & §. si is, cui
ff. de his, quib. vt ind. l. 2. & l. alia 8. C. eod. l. edicto
13 § eos, qui, & l. eius qui. 29. §. eum, qui falsum.
ff. de iure fisc. Et scribunt Bart. in d. l. post legatū.
5. in prin. num. 3. in fin. & num. 4. vers. item opp.
& num. 14. vers. venio ad quartam, & in d. §. si
pater ff. de his. quib. vt ind. & in l. 2. num. 7. & ibi
Ias. in prin. C. eod. Ang. in d. l. alia. 8. nu. 1. & ibi
Alex num. 1. C. eod. Ang. in d. l. Papinianus. 8.
§. meminisse nume 1. ff. de inoff. Ias. in d. l. 1. nu.
1. vers. secundus casus C. de his. quib. vt ind. Boss.
in d. tit. de his quib. vt ind. num. 15. Pereg. de iur.
fisc d. lib. 2. tit. 7. nu. 13. Conna. lib. 10. comm. cap.
7. num. 5. vers. est, &, cum non est hæres Cuiac in
l. hæredi. 15. ff. de his quib. vt ind. in 6. libr. respon.
Papin.* Indignus enim est consequi ex testa-
mento, seu voluntate testatoris, qui iudiciū
148 eius impugnat † *l. quæsitum. 40. vers nam qui ff.
de acq. hæred. Bart. in l. Lucius 90. §. Sempronia.
ff. de leg. 2.* Quod, & de codicillis dicitur, si, vt
149 falsi arguātur † *d. l. hæredi. 15 ff. de his, qb. vt ind.*
Idem est, & in eo, qui falsum redarguit testa
mentum, in quo filius, vel seruus eius hæres
institutus est, *vt scribit Paul. lib. 5. sent. tit. 12.
§. si pater*, vel, qui accusatori præbuit auxi-
lium, puta testimonium perhibuit *d. l. post le-
gatum. 5. §. qui accusauit, vers. his vero, & §. qui
principale versic. an libertas ff. de his quib ut ind.
Et scribunt Ang. in d l. Papinianus 8 §. memi-
nisse num. 1. ff. de inoff. & Pereg. d. lib. 2. tit. 7. nu.
17.* aut extitit fideiussor *d. l. post legatum. 5. §.
qui accusauit. vers. sunt, qui putāt. ff. de his quib.
vt ind.* aut etiam aduocatus, *ut scribunt Ang.
in d. §. meminisse num. 1. & Pereg. d. lib. . tit. 7. n.
15.* Quinimo, idem est, & in iudice, si falsum
pronuntiauerit testamentum, & appellatio-
ne postea interposita scriptus hæres obtinue-
rit *d. l. post legatum 5. §. qui accusauit, vers. quo-
dam, Et scribunt Ang. in d. §. meminisse num.
1. & Pereg. d. lib. 2. tit. 7. nu. 18.*

Quartum sit exemplū in eo, qui testamen-
tum impugnauit proposita querela: nam, si
in ea succubuerit, vt indignus priuatur ijs om
nibus, quę ei fuerant in illo testamento reli-
150 cta, & ea fisco applicantur † *d. l. Papinianus.
8. § meminisse, & ibi Bart. & Ang. numer. 1. ff. de
inoff d. l. edicto. 13. §. eos, qui ff. de iur. fisc. Et scri-
bunt Bart. in d. l. post legatum. 5. in prin. num. 3.
in fin. ff. de his, quib. ut indign. Ruin. consil. 162.
num. 9. vers. quia illud. vol. 4. Pereg. d. lib. 2. tit.
7. num. 2. Conna. d. lib. 10. comm. cap. 7. num. 5.
versic. est, & cum non est hæres.* Idque procedit,
etiam in ijs, qui in accusatione opem illi, &
auxilium pręstiterunt, vel testimonio, vel ad-
uocatione, vel etiam sententia, secundum
ea, quæ diximus de eo, qui falsum accusauit
testamentum, quippe, quæ etiam in hac spe-
cie debent intelligi repetita: nam iura, & dd.
quos ibi retulimus, communiter de vtraque
specie loquuntur.

Quintum sit exemplum in eo, qui contra
tabulas bonorum possessionem agnouit: nā,
quia iudicium, & voluntatem defuncti im-
pugnauit, ideo, tāquam indignus priuandus
est

est omnibus emolumentis, quę ex ipsius iu-
dicio ei deferuntur, & ea sunt fisco applican-
151 da † *l.2.in prin. et ibi Bart. ff. de his,quib.vt ind.*
l.11,qui contra 22. ff.de vulg.l filium 5.§ non so-
lùm ff.de leg.præst.l.sub conditione 18.§. 1.ff. de
bon.poss.contra t l in seruitutem 16.§. si quis bo-
norum,& l. pen.§.ueibus. ff. de bon.libert. Et scri-
bunt Ias.in l et, si contra 35.num.1.vers.ratio ff.
de vulg. Nicet.in l. Gallus 29.nu.33.ff. de lib.&
posth. Et Pereg.d lib.2.tit.7.num.14. Tametsi cō-
trarium,& male censuerit Alex.in d.l. alia.8.nu.
3.in prin.& circa fin.C. de his quib.vt ind.

Sanè, si non contratabulas agnouerit bo-
norum possessionem, sed testamentum non
iure factum contenderit, magis est, vt, licet
succubuerit, non tamen debeat, vt indignus
ab eo repelli, quod in testamento meruit
152 † *d.l post legatum.5.in prin.vers.ille,& d.l.pen ff.*
de his,quib.ut ind. Ias.in d.l.2.numer. 11.C.eod.
153 Sed hoc recipit distinctionem: † Aut enim
nullum dicit testamentum ex defectu perso-
næ testatoris, quasi non potuerit testari, &, si
succubuerit, haud dubiè, vt indignus ad iis
repelletur, quæ in illo testamento fuerant ei
relicta, & ea fisco applicabuntur, *vt scribit*
Pereg.d.lib.2.tit.7.num.1. Idem est, &, si dicat,
pupillum, cui facta est pupillaris substitutio,
fuisse partum suppositū: nam, quia eo modo
negat testatorem, tamquam extraneum, non
patrem potuisse pupillariter substituere, ideo,
vt indignus faciet locum fisco *l. cum tabulis.*
16.in prin.& ibi Bart.ff.de his,quib. vt ind. Aut
verò nullum dicit testamentum ex sui perso-
na, quasi fuerit præteritus, cum præteriri non
potuerit, & tunc similiter à legato repelletur,
& faciet locum fisco, *vt rectè declarat Pereg.d.*
lib.2.tit.7.num.1. Aut denique nullum, & in-
ualidum dicit testamentū ex defectu solem-
nitatis, aut etiam voluntatis, puta, quia sup-
ponat eam fuisse imperfectam, & tunc pro-
cedent ea, quæ supra diximus, scilicet non
censeri eum indignum, nec priuari relictis,
etiam, si in causa succubuerit, *vt rectè declarat*
Bart.in d l post legatum.5.in prin. num.3.in fin.
ff.de his quib.vt indign.

Ratio autem diuersitatis inter eum, qui te-
stamentum dicit nullum, aut falsum, aut in-
officiosum, aut impugnat per contra tabulas,
154 & eum, qui dicit non solemne, est, quia, † qui
testamentum dicit non solemne, siue inuali-
dum, non impugnat iudicium, seu voluntatē
defuncti, nec eam negat. At, qui dicit falsum,
vel inofficiosum, vel nullum, vel illud euer-
tere contendit per contratabulas bonorum
possessionē, is haud dubiè directò impugnat
iudicium. Nil mirum igitur, si non ille, sed
hic censeatur indignus iis emolumentis, quæ
eodem iudicio deferuntur. *Ita ratiocinantur*
Bart.in d.l post legatum.5.in prin.numer.4.ff.de
his,quib.vt ind.& Ias.in d.l.2.num.11.C.eod.

Sextum sit exemplum in hærede, qui mo-
nitus a iudice, vt defuncti volūtatem imple-
ret, nō paruit, sed distulit per annū: nā is, tam-
quam indignus priuatur hæreditate, quæ ta-
men, non defertur fisco, sed substitutis, aut
cohæredibus, aut legatariis, vel fideicommis-
sariis, aut in eorum defectum venientibus ab
intestato † *§. si quis autem non implens. Auth.de*
155 *hær.& Falc.coll.1.Auth.hoc amplius. C.de fideic.*
& in specie declarant Bart.in l.paterfam.44.nu.
7.& ibi Imol.nu.8.vers. nec obstat, quod dicitur.
ff.de hær.instit.Bart.in d.l fin.num.11.vers.vlti-
mum tempus ff de his,quib.vt ind.Bald.in l si pa-
ter.4.num.2,C.de hær.instit.in l.1.num.43.C.de
his,quæ pœn.nom,& in Auth.cui relictum. num.
11.C. de ind. vid. toll. Ang. in d.l. hæreditas. 4.
nu.4,vers item fallit,& ibi Alex.nu.4. vers.alius
est casus,& Ias.num.10. Cod. de his,quib.vt ind.
Ang.in d.l.Papinianus.§. meminisse.num.2.&
4.& ibi Cagn num.1. vers.restringitur secundo.
ff.de inoff. Ang.cons.148.num.4.Peregr.d.lib.2.
156 *tit.2.num.5.& tit.10.nu.18.* Nam, quia † talis
priuatio fuit à Iustiniano inducta contra di-
spositionem iuris antiqui, noluit videri id
compendij sui gratia fecisse, *vt in simili dixi-*
mus supra num.43. Quamobrem, non solum
eos vocauit, & fisco prętulit, ad quos, ea, quæ
deficiunt, regulariter pertinere solent, *secun-*
dum ea, quæ dicemus in 9 cap.q.1.num.6.& seqq.
sed etiam legatarios, & fideicommissarios,
quibus alioquin hæreditas nunquam accre-
scit, *vt diximus in hoc cap. q. 11. num.1.* Itaque
fiscum nō, nisi omnibus deficiētibus admit-
ti voluit.

Septimū sit exemplum in eo, qui propter
inobediētiam priuatur ex dispositione testa-
toris: Nā, & is, vt indignus repellitur ab emo-
157 lumento, sed nō ad commodum fisci †: nam,
aut testator nominatim expressit, ad quem
voluerit in casum contrauentionis rem per-
uenire, & is, vt substitutus erit omnibus prę-
ferendus. *Ita scribunt Corn.cons.99.in prin.vol.*
1.Ruin.cons.87 num.3. uers. nec loquuntur vol.
2.Pari.cons.19.num.178.& 187.& cons.91.nu.
61.vol.2.Menoch.cons.1084.num.1.vers.primus
Aut verò id non expressit, & res non erit ap-
plicanda fisco, sed iis, ad quos ea, quę defici-
unt pertinere solent, nempe substitutis, vel
coniunctis, vel venientibus ab intestato, *vt de*
fisco scribit Pereg d.lib.2.tit.10 num.19. De sub-
stitutis vero, & cohæredibus Bart. in l.paterfam.
44.num.7 ff.de hær.instit.Alex.cons.138. numer.
13.vol.1.Menoch.cons.525.nu. 8.& cons. 1084.
num.3.8.& 9. De venientibus demum ab intesta-
to dicemus in 9.cap.q.9. num. 53. Itaque differt
hęc species a superiore, quia, licet ibi, quod
aufertur, deficientibus hæredibus testamen-
tariis, prius deferatur legatariis, & fideicom-
missariis, quam venientibus ab intestato, ta-
men hic testamentariis deficientibus, vocan-
tur legitimi hęredes, exclusis legatariis, & fi-
deicommissariis. Idque adeo verum est, vt
procedat etiamsi, id, quod testator pręcepe-
rat, aut prohibuerat sub pœna priuationis, re-
spiceret fauorem, & commodum certæ per-
sonæ: nam id, quod aufertur, non applicatur
illi personæ, cuius fauore fuerat facta prohi-
bitio, sed substitutis, aut cohæredibus, aut ve-
158 nientibus ab intestato, † *vt generaliter scribit*
Ias.in d.l.1.num. 6. vers. limita tamen. C. de his,
quib.vt ind.& est de mente eorum quos referemus
num.seq. Exemplum sit, si testator leget vxori
suæ vsumfructū, aut quid aliud, & prohibeat
hæredi, ne illam molestet sub pęna priuatio-
nis hæreditatis: nam, si hæres contrauenia, &
hac ratione priuetur hęreditate, non applica-
bitur illa vxori, cuius fauore fuerat facta pro-
hibitio, sed substitutis, aut cohæredibus aut
159 venientibus ab intestato, † *secundū ea, q̄ supra*
diximus. Ita in specie scribūt Bart.in l. vxorem.
39.§.

39. § hæres. num. 1. ff. de legat. 3. Bald. in l. 1. num. 43. & ibi Castr. num. 2. Cod. de his, quę pœn. nom. Bald. in Auth. cui relictum nu. 10. C. de ind. vid. toll. Imol. in l. paterfa 44. nu. 8. vers. contrarium. ff. de hær. instit. Alex. cons. 138. numer. 14. vol. 1. Iaf. in d. l. 1. numer. 6. vers. limita tamen. C. de his, quib. vt ind. Rum. cons. 67 num. 3. vol. 2. Caphal. cons. 434. num. 12. Peregr. d. lib. 2. tit. 10. num 19. vers. amplia.

Nec obstat, quod, id, quod alicui aufertur
contemplatione certæ personæ, debet illi,
160 non alijs applicari † *l. post legatum. 5. § amittere*
ff. de his, quib. vt ind. l. pen. C. de legat. & nos diximus in hoc cap. q. 48. num. 61. quia hoc verum
161 est, quoties † ablatio fit ex dispositione legis,
secus verò, quoties ex dispositione hominis,
vt in specie proposita. *Ita respondent Bart. in d. l. vxorem. 39 §. hæres. num. 1. ff. de leg. 3. Castr. in d. l. 1. num. 2. C. de his, quæ pœn. nom. Imol. in d. l. paterfam. 44 nu. 8. vers. nec obstat, quod supra dixi ff. de hær. instit. Iaf. in d. l. 1. nu. 6. vers. limita tamen. C. de his, quib. vt ind. Rum. d. cons. 87. nu. 3. vol. 2.*

Octauum sit exemplum in eo, qui cum tutor esset datus pupillo, & legatum meruisset,
a tutela se excusauit: nam is, vt indignus pri-
162 uatur legato † *d. l. post legatum. 5 §. amittere. & ibi Bart. ff. de his, quib. vt ind. Bald. cons. 301. nu. 14. vol. 1. Ang. in d. l. Papinianus. 8. § meminisse. nu. 2. ff. de inoff.* sed illud non applicatur fisco,
nec coniuncto, sed ipsimet pupillo, cuius vti-
163 litates desertæ sunt † *d. l. post legatum. 5. §. amittere. vers. sed hoc legatum. ff. de his, quib. vt ind. Bart. in d. l. fin. num. 11. vers. vltimum tempus ff. eod. Pereg. d. lib. 2. tit. 2. nu. 5.* Itaque, si coniunctim res eadem legata sit duobus tutoribus, & vnus amplectatur tutelam, alter verò se excuset, & ita priuetur legato, pars eius, non accrescet contutori, sed reuertetur ad hæredē, idest ipsum filium, qui a patre fuerat hæres institutus, *vt in specie scribit* Bald. *d. cons. 301. numer. 14. vol. 1.* Idem est, & in legato relicto executoribus testamentarijs: nam, si renuncient officio, repellentur a legato, idque nō fisco, sed ijs, quorū fauore fuerāt deputati exe-
164 cutores, applicabitur † *vt scribit Bart in d. l. post legatum. 5. §. amittere n. 4. ff. de his, quib. ut ind.*

Planè extra hos casus vix est, vt quisquam censeri possit indignus, etiamsi testatoris voluntatem non seruauerit, nec impleuerit, scilicet, quia indignus quis non censetur, nisi in casibus a iure expressis, *ut diximus in hoc cap. q. 48. nu. 50.* Quamobrem, etiamsi hęres institutus nolit adire hæreditatem, non tamen
165 censebitur indignus, † nec priuabitur legatis, quæ ei fuerant ab eodem testatore relicta, *ut ostendimus in hoc cap. q. 29. num. 28.* Quinimò licet adierit hæreditatem, & non adimpleuerit defuncti voluntatem eo modo, quo testator voluit, non tamen censebitur indignus, nisi in ijs casibus, quos supra retulimus. Itaq; licet testator iusserit hæredi, vt sepulturam, seu funus faciat certo modo, & hæres non obtemperet eius præcepto, nō tamen propter hoc censebitur indignus, & per consequentias nō poterit fiscus ab eo, quasi ab indigno
166 hęreditatem auferre † *l. ult. §. ult. ff. de aur. & arg. leg. l. non oportet. 5. & ibi, Bart. Bald. Ang. Alex. & Iaf. C. de his, quib. ut ind.* Idque, non solum procedit, quando dispositio testatoris circa funus est inepta, quo casu res caret dubio *l. seruo alieno. 116 §. fin. ff. de legat. 1.* sed etiam quando est talis, vt reprehēdi non possit, *sicuti declarant Bart. in d. l. non oportet. 5. & ibi Iaf. C. de his, quib. ut ind.* Nam propter solā inobedientiam, non priuatur quis hæreditate, nisi, aut testator id nominatim expresserit, aut iudicis pręcesserit monitio, *secundum ea, quæ supra diximus, Et in his terminis declarant Bart. in d. l. non oportet. 5. nu. 1. & ibi Ang. Alex. & Iaf. C. de his. quib. ut ind.* Et his quidem casibus repellitur quis ab emolumēto ex propria culpa.

S V V M M A R I M.

1 *Indignus mixta culpa testatoris, & vocati facit locum fisco.*
2 *Incapaci plerunque tacitè relinquitur*
3 *Incapaci tacitè relinquitur in fraudem legis.*
4 *Incapaci, quod tacitè relinquitur in fraudem legis, a fisco aufertur, & cur, num. 7.*
5 *Incapaci, si palam relinquatur, non vocatur fiscus, secus si tacitè, num. 6. & cur, num. 7.*
8 *Fraudem legi non facit, qui palam rogatur restituere.*
9 *Relictum vxori, quam quis duxit contra leges, aufertur, & fisco applicatur, Sed hodie contra, nu. 10. & 13.*
11 *Ius canonicum in causis matrimonialibus vbiq; seruandum est.*
12 *Tutor, qui duxit vxorem pupillam, vel curator, qui duxit adultam, hodie non priuatur ijs, quæ ab ea testamento accepit.*
14 *Concubinæ, quam quis contra leges detinuit, relictum, aufertur, vt indignæ, & fisco applicatur, & num. 15.*

An, & quando indignitas contrahatur ex culpa testatoris, & vocati, vt faciat locum fisco, & excludat ius accrescendi.

Quæstio Quinquagesima Quinta.

TErtius casus est, quando consideratio est mixta, & culpa similiter est, vtriusque, scilicet testatoris, & vocati, vt euenit, cum vterque committit aliquid in legem. Et tunc certum est, contrahi indignitatem, quę facit locum fisco
1 † *l. Claudius. 13. l. mulierem. 14 ff. de his, quib. vt indig. Et scribunt Alex. in d. l. hæreditas. 4. num. 5. vers. &, quia gl. & ibi Iaf. in fi. C. eod. Et est de mente omnium, quos referemus, infra numer. 4. & seqq.* Huius rei tria possunt exempla afferri.

Primum in eo, qui tacitam fidem præstitit morienti de hæreditate, vel re certa restituen-
2 da incapaci, puta spurio, aut similibus, † *de quibus diximus in hoc cap. q. 26 num. 2. & seqq. & loquuntur l. in fraudem. 10. l. cum, qui tacitum 18. §. fin. l. si quilibet. 23. ff. de his, quib. vt ind. l. 1. in prin. ff. de Iur. fisc. l. 1. C. de delato. lib. 10. Et accipiendæ sunt leges omnes loquentes, aut de tacita fide, vt l. hæres, qui 11. ff. de his, quib. ut ind. l. edicto. 13. §. cum ante l. cum tacitum. 49 vers. qui tacitam ff. de Iur. fisc. l. Lucius. 126. §. in testamento ff. de leg. primo, aut de tacito fideicommisso, vt d.*

l. Lucius

l. Lucius. 126. §. in testamento ff. de leg. primo d. l. cum qui tacitum 18. in prin. & §. 1. ff. de his, quib. vt ind. l. non intelligitur. 3. §. tacita, & §. cum ex causa, & d. l. edicto. 13. §. Item Diui, & §. cum ante, l. ita fidei 40. l. Arrianus. 42. l. Imperator. 43. & l. cum tacitum. 49. ff. de iur. fisc. seu de tacitè rogato vt d. l. 3. § si quis palam, & d. l. Arrianus. 42. ff. de iur. fisc. l. si totam. 82. ff. de acq. hæred. Nam is, quasi id faciens in fraudem legis, quæ hu-
3 iusmodi personis relinqui prohibet † *d. l. in fraudem 10 & d. l. cum, qui tacitum 18. in prin. ff. de his, quib. vt ind. l. non intelligitur 3. in prin. vers. & fere. l. ita fidei 4 ff. de iur. fisc. l. ex facto, 43. §. ult. ff. de vulg. l. Lucius. 126. §. 1. ff. de leg. primo*, fit indignus, ideoque, quod ei relictum est, quasi indigno aufertur, & fisco vindicatur
4 † *d. l. cum, qui tacitum. 18. §. 1. & l. si quilibet. 23. ff. de his. quib. vt indig. l. 1. in prin. l. non intelligitur. 3. §. cũ ex causa l. edicto. 13. in prin. l. Statius Florus 48 in prin. & l. cum tacitum 49 ff. de iur. fisc. d. l. ex facto. 43. § ult. ff. de vulga. Et scribunt Bart. in d. l. si totam. 82. num 3. ff. de acq. hæred. in l. beneficio. 59. ff. ad l. Falc. Bald. in l. si quis presbiter. 20. num 3 C. de Episc. & cler. in l. etiam. 3. in prin. C. ad l. Falc. & in l. si is qui ex bonis. 6. vers. & ex hoc ff. de vulg. Martin. Laud. de fisc. q. 251. Clar. in § fi. q. 79. num. 7. Couar. in tit. de sponsal. part. 2 cap. 8. §. 5. num. 7. Grass. in d. §. Ius accrescendi q. 16. num. 7 Pereg. de iur. fisc. lib. 2. tit. 10. num. 23. Et omnes, quos referemus infra num. 6.*

Hinc intelligimus, multum referre, vtrum quid apertè, & palam relinquatur incapaci, puta spurio, an verò tacitè: Nam, si palam, siue relinquatur directò, siue per interpositam personam, habetur pro non scripto, & non applicatur fisco, sed substitutis, aut coniunctis, aut remanet penes grauatum, aut defer-
5 tur venientibus ab intestato, † *secundum ea, quæ diximus in hoc cap. q. 26. num. 5. & seqq. & dicemus in cap. 9 q. 9. nu. 49. & seqq. Et ita in specie de fisco scribunt Bart. in d. l. hæreditas. 4. n. 1. & 2. vers. si vero cum quibusdam, & ibi Ias. n. 5. C. de his, quib. ut ind. Bart. in l. ult. numer. 11. versic. aut potest ff. de his, quib. vt ind. & in l. 1. in prin. nu. 4. ff. de iur. fisc. Bald. in l. eam, quam 14. num. 19 C. de fideic. Imol. in l. si Titio 7. nume. 2. vers. de spurio ff. de leg. 2. Corn. cons. 310. nu. 16. & 17. uol. 1 Soc. Iun. cons. 3. nu. 18. uol. 3. Gomez. tom. 3. varia. resol. cap. 2 num. 14. uers. Item etiã, & uers. Confirmatur.* At, si relinquatur tacitè, prout euenit, cum testator instituit capacem, aut ei quicquam legat, & secretò rogat, fide, vt plurimũ accepta, ut hæreditatem, aut rem legatam in totum, aut pro parte restituat spurio, vel alij incapaci, tunc hoc ipso fit indignus, quia id facit in fraudem legis, quæ huiusmodi personis relinqui prohibet, ideoque,
6 quod illi relictum est, a fisco aufertur, † *ut supra dictum est. Et ita in specie distinguendo declarant gl. in l. 1. in uerb. delatio, & ibi Bart. num. 1. & 2. C. de delato lib. 10. Bart. in l. in tacitis 106. num. 1. & in l Lucius 126. §. 1. uers. quandoque testator ff. de leg. 1. & cons. 119. nu. 3. lib. 1. Bald. in l. eam, quam 14 n. 21. C. de fideico. in d. l. etiam 3. num. 3. uers in contrarium, & uers. Idem dico C. ad l. Falc. Ang. in d. l. hæreditas 4. num. 3. uers. & hoc intellige C. de his, quib. ut ind. Alex. consil. 202. num. 7. & 8. uers. hæc, etiam, & nu. 10. uol. 6. Corn. d. consil. 310. nu. 7. 8. 9. 16. 17. & 19. uol. 1. consil. 236. num. 6. uers. nam, quando, & uersic. 2. casu, uol. 2. Dec. mihi cons. 310. num. 3. uers. & pro ista conclusione, Boss. in tit. de his quib. ut ind. bon. auf. & ad fisc. non pert. numer. 2. Couar. de sponsal. d. part. 2. cap. 8. §. 5. num. 7. Gomez. tom. 1. uaria. resol. cap. 10. num. 29. uers. & idem, & num. 30. uers. 3. Infero, Clar. in §. testamentum q. 31. num. 3. Grass. in d. §. Ius accrescendi q. 16. nu. 7. Pereg. de iur. fisc. lib. 3. tit. 1. num. 5.*

7 Diuersitatis autem ratio est, quia, † quando relinquitur palam, nõ habet fiscus, a quo auferat: nam, aut vult auferre a spurio, seu incapace, & non potest, quia, cum priuatio præsupponat habitum, & incapax, nec habeat rem, nec habere possit, Consequens est, vt nihil ei possit auferre, *secundũ ea, quæ diximus in hoc cap. q. 48. numer. 41. & dicemus in q. 58. in prin.* Aut verò vult auferre a grauato, & nec etiam potest, quia, cum palam fuerit rogatus restituere, non potest censeri fraudem legi fecisse, & per consequentias, nec censeri indignus, & priuari emolumento, quod sibi reli-
8 ctum est † *l. non intelligitur 3. in prin. & §. 1. ff. de iur. fisc.* Quamobrem id, quod rogatus est restituere, apud eum remanebit, nisi adsit substitutus, vel cõiunctus, qui in parte relicta incapaci grauato præferatur, *secundum ea, quæ dicemus in 9. cap. q. 8. num. 10. & seqq.* At quando relinquitur tacitè, adest persona, a qua fiscus rem auferre potest, nempe grauatus, qui est capax, & acquirit, sed est indignus ex propria culpa, & delicto, eo scilicet, quod fidem suam interposuit de restituendo incapaci tacitè, & sic in fraudem legis, *ut diximus supra num. 3.* ideoque nil mirum, si ab eo, tamquã capace, & habente rem, sed indigno fiscus auferat. *Ita ratiocinantur Bart. in d. l. ult. nu. 8 uersic. Non obstant leges ff. de his, quib. ut ind. Bald. in d. l. etiam 3. num. 3. uers. in contrarium C. ad l. Falc. Alex. d. cons. 202. nu. 7. uers. & ratio est uol. 6. Corn. d. cons. 310. nu. 20. uol. 1. Dec. d. cons. mihi. 310. nu. 3. uersic. ad hoc enim, Clar. in d. § testamentum q. 31. nu. 3.*

Secundum exemplum afferri potest in eo, qui duxit vxorem contra leges, vt tutore, qui duxit pupillam, vel curatore, qui adultã, vel Præside, qui prouincialem, vel adultero, qui duxit eam, quam polluit per adulteriũ: Nã, quia huiusmodi personę committunt in legem, ideo, si quid eis a coniuge relictum sit, siue sit hęreditas, siue legatum, aut fideicommissum, auferetur, quasi ab indignis, & fisco applicabitur, & quidem indistinctè, quoties vtrique potest imputari, vel saltem masculo, quoties fœminæ nihil imputari potest, vt pu-
9 pillæ, vel adultæ, vel prouinciali † *l. 2. in prin. uers Item, si quis cõtra, & ibi Bart. ff. de his, quib. ut ind. l. Claudius. 13. & ibi Bart. ff. eod. Imol. in l. si Titio. 7. num. 1. uers. & ideo ff. de leg. 2. Ias. in d. l. hæreditas 4. in fin. C. eod. Pereg. de iur. fisc. lib. 2. tit. 10. num. 5. 6. 9. & 11.* Sed hæc hodie
10 non procedunt, † quia, aut loquimur de tutore, curatore, & magistratu prouinciali, & cũ hæ personæ liberè possint cũ supradictis matrimonium contrahere inspecta dispositione iuris Pontificij, quod in hac re, tamquã spi-
11 rituali vbique seruandum est † *cap. fin. de sec. nupt.* Consequens est, vt nec censeri debeant indignæ, nec priuari emolumento, quod sibi in vxoris legitimæ testamento relictum est,
12 † *ut scribit Pereg. de iur. fisc. d. lib. 2. tit. 10. nu. 10.*

to. Aut vero loquimur de alijs, qui etiã hodie cum personis supra expressis matrimoniũ contrahere prohibentur & in ijs procedit dispositio *l. si quis incesti 6. C. de incest. nup.* Quamobrem non potest habere locum, quod su-
13 pra diximus † *Et ita in specie declarat Bart. in d. l. Claudius 13. num. 1. uers. opp. ff. de his, quib. ut ind.*

Tertium, & vltimum exemplum afferri potest in eo, quod relinquitur concubinæ, q̃ quis contra leges detinuit, vt miles, vel clericus: nam, & id, quasi relictum ei, quę in leges cõmitit, & sic indignæ aufertur, & fisco ap-
14 plicatur † *l. mulierem 14. & ibi Bart. ff. de his, quib. ut indign. Ias. in d. l. hereditas 4. in fi. C. eod. Nicet. ad l. Gallus 29 nume. 33. ff. de lib. & post. Pereg. de iur. fisc. d. lib. 2. tit. 9. num. 3.* Idem est, & in eo, q͏ relinquitur concubinę, cum qua complexus est legibus interdictus, & punibilis, puta, si relinquatur adulterę vel cogna-
15 tæ, cum qua testator copulam habuit, † *ut ait Peregr. d. lib. 2. tit. 9. numer. 1. & tit. 10. num. 11.*

S V M M A R I V M.

1 *Institutus, ut filius, qui uerè filius non est, sed suppositus, censetur indignus, & ab hereditate repellitur, Declara, ut nu. 2. & seqq.*
2 *Institutus, ut filius, cum filius non sit, non facit locum fisco, & cur, num. 3. Fallit, ut nu. 5.*
4 *Institutus, ut filius, cum sit partus suppositus cẽsetur indignus ex culpa aliena.*

An, & quando indignitas contrahatur ex culpa aliena, vt faciat locum fisco, & excludat ius accrescendi.

Quæstio Quinquagesima Sexta.

QVartus, & vltimus casus est, quando consideratio est mixta, sed culpa, neque est testatoris, neq; vocati, sed aliena, vt euenit, cum testator vocat eum, quem putat esse proprium filium, cum tamẽ re vera filius non sit, sed suppositus, & tunc, licet ex hac causa contrahatur indignitas, eaque ratione debeat id, quod relictum est,
1 ab eo velut ab indigno auferri † *l. aufertur 46. in prin. ff. de iur. fisc. l. si pater 4. C. de inst. & subst.* nõ tamen indignitas talis est, vt faciat locum
2 fisco, † *ut scribunt gl. in l. 1. in uerb. reddere, & ibi Ias. num. 6. C. de his quib. ut indign. gl. in d. l. si pater 4 in uerb. auferendam, & ibi Bart. n. 3. Bald. num. 1. Castr. num 4. C. de hered. instit. Bart. in d. l. aufertur 46. in prin. & num. 1. ff. de iur. fisc. Ang. in l. hereditas 4. numer. 4 uersic. si autem C. de his, quib. ut ind. & in l. Papinianus. 8. §. meminisse, nume. 4. ff. de inoff. testa. Vasq. lib. 3. Illustr. contr. cap. 102. num. 4. ubi testatur, hanc esse communem opinionem, Peregr. de iur.*
3 *fisc. lib. 2. tit. 2. num. 4.* quia, † cum non pro-
4 ueniat ex propria culpa, sed aliena, † *ut declarant Bart. in d. l. aufertur 46. in prin. num. 1. ff. de iur. fisc. Ang. in d. l. hereditas 4. nu. 4. uersic. si autem C. de his, quib. ut ind. Cagn. in d. l. Papinianus, 8. § meminisse num. 1 uers. restringi 3 ff. de inoff.* Consequens est, vt non debeat facere locum fisco, *ex ijs, quæ diximus in hoc cap. q. 48. num. 51.* Quamobrem id, quod aufertur, aut substitutis, aut coniunctis deferetur, aut manebit apud grauatos, aut ad venientes ab intestato pertinebit, *secundum ea, quæ de substitutis, & coniunctis diximus in hoc cap. q. 48. num. 36. et seqq. de grauatis vero, et venientibus ab intestato dicemus in cap. 9. q. 8. num. 10. et seqq. q. 9. num. 35. et seqq.*

Planè, si suppositio fuisset facta ipsomet vocato sciente, & cõsentiente, quia indignitas nõ tam ex aliena quam ex propria culpa, & dolo contracta intelligeretur, magis esset,
5 vt deberet facere locum fisco, † *ex ijs, quæ diximus in hoc ipso cap. q. 48. numer. 54.* Et hæc de ijs, qui verè, & propriè sunt indigni, vt faciãt locum fisco, & excludant ius accrescendi, & sic de primo requisito.

S V M M A R I V M.

1 *Indignitas, quando debeat esse cõtracta, vt faciat locum fisco, & excludat ius accrescendi, & nu. seqq.*
2 *Testator, qui sciens, se fuisse ab aliquo offensum, eum instituit, aut ei relinquit legatum, vel fideicommissum, censetur offensam remittere.*
3 *Testator, qui post conditum testamentum rescivit offensam sibi factam ab herede, vel legatario, an censeatur offensam remittere non mutando testamentum.*
4 *Testator, qui nunquam resciuit offensam sibi factam ab herede, vel legatario quãdo præsumatur suam dispositionem reuocasse.*
5 *Adscribens sibi in alterius testamento legatum, aut quid aliud, non facit locum fisco.*
6 *Tacitè si quis a testatore rogetur aliquã rem incapaci restituere, facit locum fisco.*
7 *Legata, & fideicõmissa censentur tacitè reuocata, si post cõditũ testamẽtũ orta sint inter testatorem, & vocatum inimicitię, & cur, num. 8. Declara, ut num. 17. & seqq.*
9 *Legatum cẽsetur tacitè reuocatum, si testator post conditum testamẽtum dixerit, legatarium esse indignum, uel non mereri suam uoluntatem, uel eius nomen cancellauerit.*
10 *Inimicitia sola, quæ orta est inter testatorem, & legatarium, etiam sine speciali declaratione arguit mutationem uoluntatis, etiamsi testator multum superuixerit, & non mutauerit suam dispositionem, num. 11.*
12 *Legatum propter superuenientes inimicitias censetur tacitè reuocatum, etiamsi testator postea fecerit codicillos, in quibus legatum non reuocauerit.*
13 *Legatum propter superuenientes inimicitias censetur tacitè reuocatũ, etiamsi causa processerit ab ipso testatore, & cur num. 14.*
15 *Legatum censetur tacitè reuocatum si legatarius post testamentum aliquid commiserit in testatorem, etiam sub aliquo iuris colore, num. 16.*
18 *Legatum non censetur tacitè reuocatum propter inimicitiam natam inter testatorem, & legatarium ex causa leui.*
19 *Reconciliatione secuta inter testatorem, & legatarium, legatum antea relictum debetur, quasi ex noua voluntate.*
20 *Reconciliatio etiam tacita, ut quia testator decesserit*

ferit confessus, & contritus operatur, ut legatū, quasi ex noua uoluntate debeatur.

21 *Legatum propter superuenientis inimicitias non censetur reuocatum ipso iure, sed ope tantum exceptionis.*

22 *Legatum, quod cēsetur tacitè reuocatum propter superuenientes inimicitias, nō applicatur fisco, sed substitutis, aut coniunctis, aut remanet in hæreditate & cur. num 23.*

24 *Legatum applicatur fisco, si offensa facta a legatario post conditum testamentum respiciat magis commodum pecuniarium, quam vindictæ persecutionem, & cur num. 25.*

26 *Legatum censetur tacitè reuocatum, si legatarius post conditum testamentum, offenderit testatorem, etiam ignorantem, & cur, num 27.*

28 *Institutio non censetur reuocata propter superuenientes inimicitias inter testatorem, & hæredē, & cur, num 30.*

29 *Institutio differt a legato, quia, licet hoc tacitè reuocatum censeatur propter superuenientes inimicitias, non tamen illa reuocata intelligitur, & cur, num. 30.*

31 *Fiscus, an, & quomodo possit auferre hæreditatem ab instituto, tamquam ab indigno, si testator cum eo contraxerit inimicitiam, & num. seqq.*

35 *Cogens aliquem testari non desinit esse indignus, etiamsi testator per multum temporis superuixerit.*

36 *Offensa non censetur a testatore remissa hæredi, etiamsi decesserit confessus, & contritus*

37 *Hæres institutus repellitur ope exceptionis, si offenderit testatorem ignorantem.*

38 *Hæredes legitimè non repelluntur ab hæreditate propter offensam commissam in defunctum scientem qui postea noluit condere testamentū.*

39 *Fiscus aufert hæreditatem ab hæredibus legitimis tamquam ab indignis si defunctum ignorantem offenderint.*

40 *Fiscus aufert hæreditatem, ut indigno, si hæres eum, de cuius bonis agitur, ægrotantem deseruerit.*

41 *Legatarius, aut fideicommissarius, si occiderit testatorem, fit locus fisco. Sed contra num. 42.*

43 *Institutus, si occiderit testatorem fiscus ab eo tāquam ab indigno hæreditatem aufert.*

44 *Occidens eum, de cuius bonis agitur priuatur hæreditate, & ea fisco applicatur.*

45 *Homicida succedit occiso ab intestato, sed fiscus ab eo, tamquam ab indigno hæreditatem aufert & num. seq. Declara ut num. 47. & seqq.*

50 *Declaratur l. 2. §. fratris ff. si quis aliq. test. prob.*

51 *Indignitas nocet indigno respectu partis propriæ, non autem nocet alijs respectu partium ad eos spectantium.*

52 *Indignitas contracta post mortem eius, de cuius bonis agitur, non operatur reuocationem institutionis, aut legati, uel fideicommissi, sed facit locum fisco, & cur, num. 54.*

53 *Indignitas utrum contrahatur in uita illius, de cuius bonis agitur, an uero post eius mortem, multum interest, & cur, num. 54.*



Quandò debeat esse contracta indignitas, vt faciat locum fisco, & excludat ius accrescendi.

Quæstio Quinquagesima septima.

NOn sufficit autem, quem esse verè, & propriè indignum, vt fisco locus fiat, & excludatur ius acrescēdi, sed requiritur secundo, vt indignitas cōtracta sit eo tēpore, quo res potuerit indigno acquiri: Nā, si alio tempore contingeret, non posset res a fisco auferri, quia, cum ablatio, quasi priuatio in persona indigni supponat habitum, aut saltem potentiam, *vt diximus in hoc cap. q. 48 num. 42. & dicemus in q. seq. nu. 36.* Consequens est, vt, nisi indignus habeat, aut habere possit, rem fiscus auferre nequeat. *vt diximus in d. q. 48. num. 41. & dicemus in q. seq. num. 36.*

Quamobrem de illo videndum erit, quo tempore debeat esse contracta indignitas, vt res ab indigno acquiri, & a fisco auferri possit. Constat autem indignitatem quinq; potissimum posse contrahi tēporibus: Vel enim contrahitur ante testamentum, vel in ipso testamento, vel post testamētum, sed ante mortem, vel in morte, vel denique post mortem,
1 † *vt considerat Bart. in l. fin. num. 11. vers. secundus casus ff. de his, quib. ut indig. & cons. 119. nu. 9. li. 1.* de quibus singulis separatum nobis erit in hoc loco dispiciendum.

Et primo quidem, si ante testamentum indignitas sit contracta & quæramus, an faciat locum fisco, tres sunt distinguendi casus, quorum

Primus est, quando testator sciebat commissam esse causam indignitatis eo tempore, quo testabatur, Et tunc certum est non fieri locum fisco, sed indignum etiam cum effectu capere hæreditatem, vel legatum, vel fideicommissum sibi relictum, quia, qui scit aliquem esse ingratum, & indignum, & nihilominus eum instituit, aut vocat ad aliquā rem particularem, censetur ei offensam re-
2 mittere.† *Ita scribunt Ruin. cons. 161. num 6. vol. 4* Borr. *decis. 25. num. 13. Corn. cons. 222 nu. 4. vol. 4.* Soc. *Iun. cons. 148. nu. 48. vol. 2. Perig. de Iur. fisc. lib. 2. tit. 10. nu. 1. Menoch. de præsump. lib. 4. præs. 170. num. 14.*

Secundus verò casus est, quando testator eo tempore ignorabat offensam, sed eam ante mortem rescivit, Et tunc procedent ea,
3 quæ dicemus in tertio tempore, † cum scilicet offensa est facta post conditum testamētum sciente testatore: Nam paria sunt offensam fieri post conditum testamentum, vel ante, sed postea sciri.

Tertius denique casus est quando testator eo tempore ignorabat offensam, nec eam vnquam rescivit, Et tunc, licet *Ruin. cōs. 162. nu. 6. vers. 2. vero casu, & vers. propter ergo vol. 4. & alij* plerique censuerint talem indignitatem facere locum fisco, siue tractemus de hæreditatibus siue etiam de legatis, & fideicommissis; verius tamen, & receptius est, ea

procedere

procedere, quæ diecemus in eodem tertio tem
4 pore, † cum scilicet offensa committitur post
conditum testamētum, scilicet, quia in igno-
rante militat semper eadem præsumptæ vo-
luntatis ratio. Quamobrem nostri simplici-
ter loquuntur de offensa facta in vita testato-
ris, nec distinguunt, vtrum facta sit ante con-
ditum testamentum, an verò post, *vti videre
est apud eos, quos referemus infra num. 7.*

Secundo verò, si indignitas contrahatur
in ipsomet testamento, constat duos esse di-
stinguendos casus, quorum

Primus est, quando indignitas contrahi-
tur ex facto vocati, vt euenit, cum quis sibi
in alterius testamento adscribit Et tunc cer
5 tum est, non fieri locum fisco, † quia talis di-
spositio habetur pro non scripta, ideoque fi-
sco locum aperire nequit, *vt diximus in hoc
cap. q. 27. num. 1. & seqq. & q. 52. num. 130.*

Secundus verò casus est, quando indigni-
tas in ipsomet testamento contrahitur ex fa-
cto testatoris, & vocati, vt, cum palam voca-
tur capax, & tacitè rogatur incapaci restitue-
re, Et tunc non est dubium, quin faciat locū
6 fisco, † *sicuti latè ostendimus in hoc cap. q. 55. nu.
1. & seqq.*

Tertio, si indignitas contrahatur post cō
ditum testamentum, sed ante mortem testa
toris, & quæramus, an, & quando faciat locū
fisco, puto sex esse distinguendos casus, quo-
rum

Primus est, quando contrahitur sciente te-
statore, & tractamus de legatis, & fideicom-
missis, Et tunc certum est non facere locum
fisco, sed operari, vt legatum, seu fideicom-
missum censeatur ex tacita voluntate reuo
7 catum † *l. 3 §. vlt. & ibi Bart. & l. ex parte. 22. &
ibi Bart in prin. & Cuiac. in 6 lib. resp. Papinia.
& l. filio. 31 §. Seia ff. de adim. legat. l. si inimicitiæ
9. in prin. & vers. sed & si palam, & ibi Bart. in
prin. & num. 1. vers. tamen contra hoc ff. de his,
quib. vt ind. Et scribunt gl. in l. codicillis 91. §.
matre, in verb. occidisse ff. de leg. 2. Bart. in l. filio
31. § Seia ff. de adim leg. & in l. 1. num. 1. ff. de his
quib. vt indig. Ang. in d. l. Papinianus. 8. §. me-
minisse, num. 2 ff de inoff. Castr. in l. fideicommis-
sum, 27. nu. 3. & ibi Ias. num. 1. vers. potest etiam
C. de fideic. Alex. in l. sororem, 10. num. 3. vers. ad
de etiam, & ibi Ias num. 6 vers. tamen contra cō-
clusionem C. de his, quib. vt indig. Ias. in d. l. hære-
ditas. 4 num. 2. C. eod. Ruin. d cons. 162. in prin.
vol. 4. Nat. cons 462. nu. 9. & 28. Mantic. de con.
ult. vol lib. 12. tit. 5. num. 1. Pereg. de Iur. fisc. lib.
2. tit. 3. num. 14. & tit. 8. num. 7. & lib. 3. tit. 13.
num. 1. & 12. Menoch. de præsumpt. lib. 3. præs.
37 num. 17. & lib 4 præs. 170. num. 1. Mascar. de
probation. conclu. 931. num. 1. Gratia. cap. 771.
8 discep for. num. 19* Nam † legata, & fideicom-
missa, sicut nuda voluntate relinqui possunt,
ita, & nuda voluntate etiam tacita, & præsū-
pta reuocari possunt *d. l. 3. §. ult. ff. de adim. leg.
& latius dicemus infra nu.* 30. Idque adeo ve-
rum est, vt procedat

Primo, nō solum, si testator, aut verbo aut
facto declarauerit, se nolle rem ad legatariū,
vel fideicommissarium peruenire, puta di-
xerit, eum non mereri suam voluntatem, vel
esse indignum legato, aut fideicommisso, vel
eius nomen cancellauerit, quo casu res caret
9 dubio, † *secundum ea, quæ diximus in hoc cap. q.
50. num. 4. & seqq. & q. 54. num. 8 ; & seqq. Et
in specie declarat Bart. in d. l hæreditas 4 num 5.
vers. ubi autem quæritur C. de his, quib. ut indig.*
sed etiamsi, nec verbo, nec facto ita cuiquam
voluntatem declarauerit: Sola enim inimi-
citia superueniens arguit mutationem vo-
10 luntatis, † *ut declarant Bart. in d l. 3. §. ult. num.
1. uers. gl. quæ est hic ff. de adim. legat. Pereg. de
Iur. fisc. d. lib. 3. tit. 13. num. 1.*

Secundo procedit, non solum, si statim
post contractas inimicitias decesserit, sed
etiamsi per multum temporis superuixerit,
ita, vt potuerit mutare testamentum, aut co-
dicillos, nec mutauerit: Adhuc enim sola ini
micitia, siue offensa inducit tacitam reuoca-
11 tionem, † *ut scribit Pereg. d lib. 3. tit. 13. num. 8.*

Tertio procedit, non solum, si non fecerit
aliquam dispositionem, sed etiamsi fecerit
codicillos, nec ademerit legatum, aut fidei-
commissum: Adhuc enim ex tacita, & præ-
12 sumpta mente censetur illud reuocatum † *l.
filio. 31. §. Seia & ibi Bart. ff. de adim. lega. Et
scribunt Mantic. d lib. 12. tit. 5. num. 2. Pereg. d.
lib. 3. tit. 13. num. 8. Menoch. d. lib. 3. præs. 37. nu.
18. & d. lib. 4. præs 170. num. 4.*

Quarto procedit non solum, si causa ini-
micitiæ prouenerit a vocato, sed etiamsi ab
13 ipso testatore, † vt patet ex illis verbis, *& pœ-
nituerit testatorem prioris offensæ*, quæ leguntur
in l. quod, si iterum. 4. ff. de adim. leg. & ex illis,
cui testator grauissimis inimicitijs persecutus, quæ
leguntur *in d. l. ex parte 22. ff. eod. Et scribunt
Ias. in d. l. hæreditas. 4. nu. 3. uers. ego tamen puto
C. de his, quib. ut indign. Mantic. d lib. 12. tit. 5.
num. 9. Menoch. d. lib. 3. præs. 37. num. 23. & d. lib.
4. præs. 170. num. 6. Tametsi contrarium, & malè
censuerint* Bart. *in l. cum tabulis. 16. §. quoniam,
in prin. & nu. 1. ff. de his, quib. ut indig. & Castr.
in d. l. fideicommissum, 27. nu. 3. C. de fideic.* Nam
14 † quia talis reuocatio pendet a voluntate te-
statoris, non a iustitia causæ, ideo sufficit vo-
luntatem esse contrariam legatario, seu fi-
deicommissario, vt legatum ademptum in-
telligatur, siuè voluntas sit iusta, siue iniusta,
*ut declarant Bald. in d. l. hæreditas. 4. num. 2. C. de
his, quib. ut indign. Mantic. d. lib. 12. tit. 5. nu. 9.*

Quinto procedit, non solum, si inimicitia
proueniat ex aliquo commisso contra testa-
torem de facto, & absque vllo iuris colore,
quo casu res minorem habet dubitationem,
15 † *uti uidere est apud Bart. in d. l ult. nu. 11. uers.
Tertium tempus ff. de his quib. ut ind.* sed etiam
si sub aliquo iuris colore, dummodo non re-
spiciat commodum rei familiaris, sed magis
vindictam, vt, si id fecerit pro defēsione pro-
16 priæ existimationis, † *ut declarant Bart. in d.
l. si inimicitiæ 9. n. 1. uers. tn̄ contra hoc, & in d. l.
fin. num. 11. uers. Tertium tempus ff. de his, quib.
ut ind.*

Planè hoc ita intelligendum est, vt proce-
17 dat † primo, si legatarius, vel fideicommissa-
rius commiserit aliquid in ipsummet testa-
torem, vel aliquem ita ei proximum, vt ex
eius persona facilè potuerit testator ad ira-
cundiam prouocari, *ut declarant Bart. in l. 1.
num. 2. ff. de his, quib. ut ind. Ruin. cons. 162. nu.
2. uers. Nec etiam rectè dicitur vol* 4. Cæterum,
si in alium, magis est, vt non censeatur indu-
cta reuocatio, *secundum Bart. in d. l. ult. numer.
11. uers. Tertium tempus. ff. de his, quib. ut ind.*

Secundo

Secundo procedit, si offensa sit grauis, vt est ea, quę personã, vel statũ, vel existimationem testatoris grauiter offendit, *secundum ea, quæ diximus in q.54.num. 20. & seqq.* vt in exemplis, quæ referuntur *in d.l.si inimicitiæ 9.ff. de his, quib. ut ind. et a Bart. in d.l. 3.§. ult. num. 3.ff. de adim. lega. Nat. cons. 462. num. 9. Mantic. de con. ult. uol. lib. 12. tit. 5. nu. 3. et seqq. Menoch. d. lib. 3. præs. 37. num. 26. et seqq.* Cæterum, si sit leuis, magis est, vt propter eam non censeatur facta legati, vel fideicommissi reuocatio

18 † *d.l.3.§.ult. et d.l. ex parte. 22. ff. de adim. lega. Et scribunt Ruin. cons. 152. num. 1. uol. 4. Nat. d. cons. 462. num. 9. Mantic. d. lib. 12. tit. 5. num. 14. Pereg. d. lib. 3. tit. 13. num. 3. Menoch. d. lib. 3. præs. 37. num. 25. et d. lib. 4. præs. 170. num. 11.*

Tertio procedit nisi secuta sit recõciliatio; nam tunc legatum, aut fideicommissum de-

19 bebitur, quasi ex noua voluntate † *l. quod, si iterum. 4 ff. de adim. leg. Et scribunt Bart. in d.l. 3.§. ult. ff. eod. Nat. d. cons. 462. num. 25. uersic. ulterius Mantic. d. lib. 12. tit. 5. num. 18. Peregr. d. lib. 3 tit. 13. nu. 9 Menoch. d. lib. 3 præs. 37. num. 38. et d. lib. 4 præs. 170. num. 13.* Idque procedit, etiamsi reconciliatio sit tacita, vt, quia testator decesserit confessus & cõtritus, & de hoc

20 legitimè constet, † *ut scribũt Bald. in l. id quod pauperibus 24. num. 14. C. de Epis. & cler. Pereg. d. lib. 3 tit. 13. num. 9.* Est enim articulandum, & probandum, *ut ibi Bald. ait.*

Quarto denique, licet hæc non interueniant, nõ tamen censebitur legatum reuocatum ipso iure, sed tantum ope exceptionis

21 † *d.l.3.§ ult. & d.l. ex parte. 22. ff. de adim. leg. Et scribunt gl. in d.l. 3. § ultim. in uerb. opposita, l. Titia. 35. §. Lucia Titia ff. de leg. 2. Bald. in d.l. hæreditas. 4. num. 5. uers. ubi autem quæritur, & ibi Ias. num. 2. C. de his, quib. ut ind. Castr. in l. datum. 17. num. 2. uers. In gl. C. de leg. Imol. in l. si ita sit adscriptum num. 2. uers. Nec obstat ff. de leg. primo. Mãtic. d. lib. 12. tit. 5. n. 12.*

Ex his facile est intelligere, quoties agimus de legatis, & fideicõmissis, quæ propter offensam commissam in testatorem censentur reuocata non fieri locum fisco, sed substitutis, aut coniunctis, aut ea penes grauatũ

22 remanere, † *ut scribunt Bart. in d.l. 1. num. 1 ff. de his, quib. ut ind. & in d.l. si inimicitiæ. 9 num. 1. uers. quæro ff. eod. Pereg. d. lib. 3 tit. 13. num. 1. Cuiac. in d.l. ex parte. 22 ff de adim. leg. in 6. lib.*

23 *respons. Papin.* quia † (vt sæpe dictum est) non potest intelligi vocatus fiscus, nisi in persona indigni consistat dispositio, *ut ostendemus in hoc cap. q. 48. num. 36. & seqq.* & res ei deferatur, *ut dicemus in q. seq. num. 14. & 15.* Cum igitur facta reuocatione etiam tacitè, nec consistat dispositio, tamquam reuocata nec legatario, vel fideicommissario res deferatur cum nulla subsit dispositio, ex qua post mortem testatoris res illi deferri possit, Consequens est, vt fisco locus fieri nequeat.

Planè, si offensa talis esset, vt magis commodum rei familiaris, quam vindictæ persecutionem respiceret, tametsi iuris haberet colorem, prout euenit cum legatarius mouet ad sui commodum status controuersiam testatori, verius esset, non censeri reuocatum legatum, sed legatarium censeri indignum, & ea ratione fiscum ab eo rem auferre pos-

24 se. † *Ita scribitur in d.l. si inimicitiæ. 9. uers. si aũt, & ibi declarat Bart. num. 1 uers. tamen contra hoc, & in d.l. ult. numer. 11. uers. Tertium tempus ff. de his quib. ut ind. Pereg. d. lib. 2. tit. 10 numer. 1. & d. lib. 3. tit. 13. num. 11.* Cuius rei, si quærat

25 rationem, † hanc affert Bartolus *in d.l. si inimicitiæ 9. nu. 1. uers quæro ff. de his, quib. ut ind.* quia legatarius, qui mouet controuersiam status, iuridicè facit, ideoque non ita facilè præsumitur, mutatio voluntatis, vt præsumitur, cum legatarius facit illicitum non permittente iure. Sed, quia sanè effectu testatorem offendit, eo ipso, quod proprium commodum prætulit existimationi testatoris ideo, tamquam indignus facit locum fisco.

Secundus casus est, quando indignitas cõtrahitur ignorante testatore, & tractatur etiã de legatis, & fideicommissis, Et tũc similiter verum est, non fieri locum fisco, quia talis indignitas ex præsumpta, & verisimili mente testatoris operatur legati, & fideicommissi reuocationem, nõ minus, quam si testator

26 offensæ notitiam habuisset, † *Ita scribunt gl. in l. fideicommissum. 27. in uerb probata. uers. sed quid, & ibi Castr. num. 3. Ias. num. 1. uers. potest etiam C. de fideic. Bart. in d.l. 1. num. 4. ff. de his, quib. ut ind. Mantic. d. lib. 12. tit. 5. num. 6. & 7. Pereg. d. lib. 2 tit. 8. num. 10. & d. lib. 3. tit. 13. nu.*

27 6. scilicet, quia † verisimile est, noluisse eum res suas ad ingratum pertinere, &, si offensæ notitiam habuisset, facilè fuisse reuocaturũ: *Ita ratiocinantur gl. in d.l. fideicommissum 27. in uerb. probata uers. sed, quid, & ibi Castr. num. 3. C. de fideic. Mantic. d. lib. 12. tit. 5. num. 7.*

Tertiùs casus est, quando indignitas contrahitur sciente testatore, & tractatur de hæreditatibus testamentarijs, Et tunc certi iuris est, non censeri reuocatam institutionem

28 † *l. ex parte. 22. & ibi Bart. in princ. & Cuiac. in 6. lib respon. Papin. ff. de adim. lega. Alex. in l. fororem. 10. num. 3 vers. adde etiam & ibi Ias. num. 6. vers. tamen contra conclusionem C. de his quib. vt ind. Ias. in d.l. hæreditas. 4. num. 2. C. eod.* & in hoc eam a legato, vel fideicommisso diffe-

29 re † *d.l. ex parte. 22. & ibi gl. in verb. denegabuntur, & Bart. in princ. & Cuiac. in 6. lib. resp. Papin. Alex. in d.l. fororem. 10. num 3. vers. adde etiam, & ibi Ias. num. 6. vers. Tamen contra conclusionem, Ias. in d.l. hæreditas. 4. num. 2. C. de his, quib. vt ind. Io. de Garro. in l. 1. num. 85. C. de sec. nupt. Pereg. d. lib. 3. tit. 13. num. 12.*

30 Cuius diuersitatis ratio est, quia † hæreditas, quę per institutionem defertur, nõ potest nuda voluntate dari, aut auferri *l. pen. §. ult. ff. de bono. poss. sec. tab. l. 1. § fin. ff. de ijs, quę in test. del.* sed solemniter, idest, testamento iure facto dari, vel auferri debet *l. hæreditas 5. C. de pact. conu. § ex eo Inst. quib. mod. test. infir.* Quamobrem, nec dari, nec adimi codicillis potest *l. Scæuola 76. ff. ad Treb. & diximus in 6. c. q. 18. num. 11.* scilicet, quia codicilli non sunt solemnes, sed nuda voluntate fiunt *§. fin. Inst. de codicill.* At legatum, vel fideicommissum nuda voluntate dari, vel adimi potest *l. pen. ff. de leg primo, l. cum virum. 16. C. de fideic.* Quamobrem, & codicillis datur, vel adimitur *l. Diui. 6. §. fin ff. de Iur. cod. tit. Inst. de adempt. leg.* Nil mirum igitur, si propter superuenientes inimicitias ex tacita, & præsumpta voluntate testatoris censeatur reuocatum legatum, non etiã institutio. *Ita ratiocinãtur gl. in d.l. ex parte. 22.*

in

in verb. denegabuntur, vers. Item quare, & ibi Bart. in prin. vers. quarit gl. & Cuiac. in 6. libr. resp. Papin. ff. de adim. leg. Castr. in d. l. si fideicommissum. 27. num. 3. C. de fideic. Alex. in d. l. sororẽ. 10. num. 3. vers. adde etiam C. de his, quib. vt ind. Pereg. d. lib. 3. tit. 13. num. 12.

Planè de eo dubitari potest, an, licet institutio non censeatur reuocata, fiat tamen hęres indignus, ita vt ei, quasi indigno fiscus auferre possit. Et hoc nonnulli simpliciter fatẽ
31 tur, † *vt Gomez tom. 1. varia. resol. cap. 10. num. 30. vers. 2. infertur, Crass. in d. §. ius accrescendi q. 16. num. 6.* Alij verò hoc ita demum admittunt, si ipsemet institutus inimicitiæ causas præbuerit, puta filium testatoris occiderit, aut aliam grauem iniuriam intulerit testatori. Cœterùm, si testator ipse præbuerit causas, verius esse censent, non posse instituto hęre-
32 reditatem auferri. † *Ita censent Bart. in d. l. ex parte. 22. num. 1. ff. de adim. leg. Mantic. de con. vlt. vol. lib. 12. tit. 5. num. 9.* Sed est verius, & receptius, neutro casu fieri locum fisco, sed institutum cum effectu succedere non obstantibus inimicitijs, quę postea superuenerunt,
33 nisi testator heredem indignum dixerit. † *Ita censuerunt Bald. in d. l. hereditas. 4. num. 7. vers. si autem, & ibi Ias. num. 2. C. de his, quib. vt ind. Alex. in d. l. sororem. 10. num. 3. vers. sed non videtur, & ibi Ias. num. 6. in fi. C. eod. Cuiac. in d. l. ex parte. 22. ff. de adim. leg. in 6. lib. resp. Papin.*
34 quia, † aut testator mutauit testamentum, & alium fecit hęredem, Et res procedit sine difficultate: nam is solus adire poterit, qui in posteriore testamento institutus est, aut non mutauit testamentum, Et censetur iniuriam remisisse. *Ita sensit Bald. in d. l. hereditas. 4. num. 7. vers. si autem, & explicitè declarat Pereg. d. lib. 2. tit. 8. num. 9. & d. lib. 3. tit. 13. num. 13.*

Planè, si quis aliquem testari coegerit, nõ censebitur purgatus metus, licet per aliquod temporis spatium testator superuixerit, & potuerit mutare testamẽtũ, neq; id fecerit, q(uonia)m sola taciturnitas non sufficit ad purgandum me-
35 tum, † *vt scribit Pereg. d. lib. 2. tit. 6. num. 35.*

Denique in ijs casibus, in quibus propter culpam in testatorem commissam institutus efficitur indignus, *secundum ea, quæ diximus in hoc cap. q. 54. num. 1. & seqq.* non censebitur testator iniuriam remisisse, etiamsi decesserit
36 confessus, & contritus, † *vt scribunt Mantic. de con. vlt. vol. lib. 6. tit. 10. num. 8. & Pereg. d. lib. 2. tit. 2. nu. 10.* licet aliud sit in simplici offensa, quę non transit in indignitatem, *vt ibi declarat Mantic.*

Quartus casus est, quando indignitas contrahitur ignorante testatore, & tractatur etiã de hæreditatibus testamentarijs, Et tunc similiter receptum est, non fieri locum fisco, sed induci pręsumptam reuocationem, non quidem ipso iure, sed ope exceptionis, scilicet, quia heredes ab intestato veniẽtes poterũt ei
37 excipere de ingratitudine. † *Ita scripsit Pereg. d. lib. 2. tit. 8. num. 10.*

Quintus casus est, quando offensa committitur sciente eo, de cuius bonis agitur, sed tractatur de hæreditatibus, quæ ab intestato deferuntur, Et tũc verius est, non fieri locum fisco, quoniam eo ipso quod offensus non condidit testamentum, & sic venientem ab intestato non exclusit, censetur ei iniuriam
38 remisisse † *vt scribit Pereg. d. lib. 2. tit. 3. num. 14 & tit. 8. num. 9.* Quamobrem in hoc casu poterit heres adire hęreditatem, & eam cum effectu consequi, *vt ait Pereg. d. lib. 2. tit. 3. nu. 14* scilicet, quia, nec a fisco, nec ab alijs inquietari poterit.

Sextus, & vltimus casus est, quando offensa committitur ignorante eo, de cuius bonis agitur, & tractatur pariter de hęreditatibus legitimis, Et tunc verius, & receptius est, fieri
39 locum fisco, † quia verisimile est, defunctum, si iniuriam resciuisset, ut testamentum fuisse conditurum, aut hęredem dicturum indignum.

Quarto, si indignitas contrahatur in morte illius, de cuius bonis agitur, & quęramus an faciat locum fisco, puto quatuor esse distinguendos casus, quorum.

Primus est, quando contrahitur ex culpa commissa in ægrotantem, propter quam is decessit, vt, si non adhibuit medicum, vel malum adhibuit *secundùm ea, quę diximus in hoc cap. q. 54. num. 1 & seqq.* Et tunc si tractemus de hæreditatibus, certum est fieri locum fisco,
40 † *l. indignum. 3. C. de his, quib. vt ind. Et scribunt Bart. in d. l. vlt. num. 11. vers. Quartum tempus ff. eod. Mantic. d. lib. 12. tit. 5. num. 21.* Quod si tractemus de legatis, & fideicõmissis, magis est, vt tacitam inducat ademptionem, non verò faciat locum fisco, *per ea, quæ diximus supra num. 7. & seqq. Ita in specie de legatis scribit Mantic. d. lib. 12. tit. 2. num. 18.*

Secundus verò casus est, quando indignitas contrahitur non ex culpa, sed ex dolo, vt cum vocatus occidit, aut occidendum curauit eum, de cuius bonis agitur, & tractamus de legatis, & fideicommissis, Et tunc, licet
41 plerique censuerint fieri locum fisco, † *vt Boss. in d. tit. De his, quib. vt ind. num. 22. in fi. Et videtur de mente Nat. d. cons. 462. num. 28. dum ait, si offensa committatur in morte, legatum auferre, vt ab indigno,* verius tamen esse puto, quod alij tradiderunt, relictum censeri ex tacita, & pręsumpta voluntate reuocatum, ideoque non ad fiscum, sed ad alios pertinere, puta substitutos, aut coniunctos, aut apud
42 eos remanere, a quibus derelictum est. † *Ita enim censuerunt Bart. in d. l. vlt. numer. 11. vers. Quartum tempus ff. de his quib. vt ind. Mascard. de probat. concl. 901. num. 1.* Nam, si reuocatum intelligitur, quoties offensa fuit facta ignorãti, *vt diximus supra num. 26.* quanto magis cẽseri debet reuocatum, quando fuit facta scienti, licet morienti? Sufficit enim momentum vitę, & sic voluntatis, vt reuocatio facta intelligatur, cum non sit verisimile voluisse testatorem, rem ad eos pertinere, a quibus tam atrociter offensus est.

Tertius casus est, quando indignitas est contracta dolo, vt propter homicidium, & tractamus de hereditatibus testamentarijs, Et tunc verius est, facere locum fisco, quia hęres institutus non obstante homicidio succedet, sed ab eo fiscus auferet hęreditatẽ, velut ab
43 indigno, † *per ea, quę diximus supra num. 30. Ita enim probat l. his consequenter 18. §. 1. ff. fam. ercisc. & scripserunt Bald. in d. l. hereditas. 4. num. 7. C. de his, quib. vt ind. & in l. si is qui ex bonis. 6. vers. & ad regulam ff. de vulg. Alex. in l. 1. nu. 11. C. vnd. vir. & vx. Ias. in d. l. sororem. 10. num.*

4 C.de bis, quib. vt ind. Dec. conf. 525. num. 2. Corn. conf. 222. num. 2. vol. 4 Barba. conf. 8. num. 11. verf. Praeterea facit, vol. 3. Boff. in d. tit. De bis, quib. vt in d. num. 2 insi. Crass in § tessamenti q. 82. vbi ait, hoc procedere, etiamsi homicidium fuerit commissum ob culpam testatoris, & Pereg. d. lib. 2. tit. 3. num. 1. Et ita etiam accipi possunt ij, qui simpliciter tradiderunt, fiscum auferre ab homicida, quasi ab indigno hereditatem occisi.
44 † vt Bald. in l. eam. quam. 14. num. 10. C. de fideic. tut 1. num. 28. C. de haered. inst. & in l. codicillis 91. ff. matre, verf. 2. not. ff. de leg. 2. Dec. d. cons. 525. num. 1 Soc. Sen. conf. 124. nu. 3. vol. 3. Hond. conf. 53. num. 30. vol. 2. Menoch. conf. 557. num. 18.

Quartus denique casus est, quando tractamus de haereditatibus, quae ab intestato deferuntur. Et in hoc casu, si homicida solus fuisset primo loco haereditas deferatur, res procedit sine dubio; Nam certum est, cum non obstante homicidio succedere, sed fiscum ab eo tanquam ab indigno auferre haereditatem
45 † l. Lucius. 9. ff. de his quib. vt ind. l. cu ratio. 7 § vlt. & ibi Bart ff. de bon damn. Bart in d. l. vlt. num. 8. ff. si quis aliq test. prob. & in d. l. vlt. nu. 11. verf. Quartum tempus ff. de bis. quib. vt ind. Alex. in d. l. haereditas. 4. num. 6 C. eod. Et in his terminis possunt accipi, qui simpliciter dixerunt, propter homicidium commissum ab eo, qui ab intestato erat illi successurus, fieri locum fisco,
46 † vt Alex in d. l. 1. num. 11. C. vnd. vir & vx. & in l. si ab hostibus 11. num. 4. ff. sol. matr. Barba. d. conf. 8. num. 1. cu seqq. per tot. vol. 3. Bour. decis. 25. num. 1. & 5. Boss in d. tit. De bis, quib. vt ind. nu. 16. Roll. conf. 56. num. 1. & 2. vol. 1. Pereg. d. lib. 2 tit. 3. num. 1. & 14. Menoch. conf. 502. num. 13. Quemadmodum, & qui simpliciter de homicida loquuntur, quos retulimus supra num. 44.

Caeterùm, si non sit solus, sed habeat alios in gradu pares dubium est, an fiscus homicidae partem auferre possit, an verò debeat ea potiùs ad cohaeredes per ius accrescendi pertinere. Dubitationem autem fecit l. 2. §. fratris ff. si quis aliqu. test. prob. vbi Paulus, Fratris autem factum, inquit, fratri non nocet. Noceret autem, si ab homicidae parte excluderetur. Non debet igitur excludi. Et ita Bour. d. decis. 25. num. 2. & 15. vbi refert, ita fuisse iudicatum,
47 & alij plerique censuerunt † existimantes, hoc etiam censuisse Bartolum in d. l. cum ratio 7. § vlt. ff. de bon. damn. dum ait, haereditatem ad fiscum pertinere, si legitimus successor occiderit defunctum, nisi superfit alius nō interficiens in eodem gradu. Quod etiam videtur sensisse in l. 1. num. 1. ff. si quis aliq. test. prob. dicendo, quando frater occidit fratrem, non nocere existentibus in pari gradu, nam ita cū intelligunt, quasi de parte homicidae fuerit locutus, prout ita ita eum sensisse putant Bald. in d. l. haereditas. 4. num. 9. C de bis, quib. vt in d. Roll. conf. 56. nu 4. vol. 1. Boss in d. tit. de bis, quib. vt indig. qui eum reprehendunt.

Sed haec sententia merito fuit ab alijs frequentiùs improbata, quia verius est, etiam in hac specie partem homicidae non cohaeredi,
48 sed fisco applicari: † Ita enim censuerunt Bald. in d. l. haereditas. 4. num. 9. & ibi Alex. num 6. C. de bis, quib. vt in d. Bald. in d. l. eam, quam. 14. nu. 10. C. de fideic. Barba. d. conf. 8. num. 3. vol. 3. Boss. in d. tit. de bis, quib. vt ind. num. 16. verf. quae conclusio, vbi testatur, hanc esse communem, & secundum eam fuisse iudicatum. Roll. d. conf. 56. num. 4 vol. 1. Alb. conf. 7. num. 10. Pereg. d. lib. 2. tit. 3.
49 num. 2. Quod patet ex eo, quia, † si applicaretur cohaeredi, posset is contra homicidam agentem iudicio familiae erciscundae opponere exceptionem indignitatis, quia hoc modo excipere de iure suo, & tamen certum est, non posse eum talem exceptionem opponere d. l. bis consequenter. 18. §. 1. ff. fam. ercis. & nos diximus in hoc cap. q. 48. num. 65. quia, quo ad eum indignus est haeres nomine, & effectu, quandiu fiscus rem non abstulerit. Ita arguunt Bald. in d. l. haereditas. 4. nu. 9. & ibi Alex. num. 6. C. de bis, quib. vt ind. Barba. d. conf. 8. nu. 3. verf. facit, vol. 3. Boss. in d. tit. de bis, quib. vt ind. num. 16. Roll. d. conf. 56. num. 4. vol 1.

Neque obstat §. fratris, quia, quod dicitur, fratris indignitatem, siue factum non nocere
50 fratri, intelligitur † respectu portionis, quae ipsi non delinquenti fuit delata: nam respectu eius, quę fuit delata indigno, quin noceat eo ipso, quod facit locum fisco, & per consequentias excludit fratrem a iure accrescendi, dubium non est. Ita respondent Alex. in d. l. haereditas 4. n. 6. C. de bis, quib. vt ind. Boss. in d. tit. de bis quib. vt ind. nu. 16. verf. Nec obstat, Et declarant Bald. in d. l. eam, quam. 14. num. 10. C. de fideic. Roll. d. conf. 56. num. 4. vol. 1. Alb. d. conf. 7. num. 10. Pereg. d. lib. 2. tit. 3. num. 2. Est enim hoc generale in omni specie indignitatis, vt, si plures sint cohaeredes, seu coniuncti, vel ex testamento, vel ab intestato successuri, vnius indignitas non noceat alijs in portionibus ipsorum, sed noceat in portione sua, quippe, quae fisco, non alijs cohaeredibus applicatur
51 † l. 2. verf. & si quidem, & verf. in ambiguo ff. de bis, quae in testa del. Et scribunt Bart. in d. l. 1. nu. 7. ff. si quis al. testa. prob. Alex. conf. 159. num. 10. vol. 7. Pereg. d. lib. 2. tit. 6. num. 15. & 18. verf. aut verò Et ita sensisse Bartolum in d. l. cum ratio, 7. § vlt. ff. de bon. damn. credendum est, non quomodo eum sensisse putarunt alij, quorum proinde opinio meritò fuit communiter improbata, vt rectè declarant Alex. in d. l. haereditas 4 num. 6. & Pereg. d. lib. 2. tit. 3. num. 2.

Planè, si lege municipali caueretur, vt occidens a successione occisi ipso iure repellatur, quia censeretur factus incapax, vt ostendimus in hoc cap. q. 52. num. 128. rectè diceremus, excludi fiscum, & fieri cohaeredibus venientibus per ius accrescēdi locum, vt diximus ibi nu. 129. Sed in terminis iuris cōmunis magis est, vt fiat locus fisco, & procedant ea, quę supra diximus.

Quinto demum, si indignitas contrahatur post mortem eius, de cuius bonis agitur, generaliter dicimus, eam non operari reuocationem institutionis, aut legati, vel fideicom-
52 missi, sed facere locum fisco. † vt constat ix l. 1. & ibi Bart. num. 1. & 3. ff. de bis, quib. vt ind. Et scribunt Bart. in d. l. vlt. num. 11. verf. Vltimu tempus ff. eod. Alex in d. l. fororem. 10. nu. 3. verf. adde etiam, & ibi Ias. num. 5. & 6. in fin. C. eod. Castr. in d. l. fideicommissum. 27. nu. 3. & ibi Ias. num. 1. verf. potest etiam C. de fideic. Nett. ad l. Gallus. 29. nu. 33. ff. de lib. & posth. Gomez d. tom. 1. varia. resol. cap. 10. num. 30. verf. 2 infertur

Man-

Mantic. d. lib. 12. tit. 5. num. 6. & 21. Nat. d. conf. 462. num. 28. Craff. in d §. Ius accrescendi q. 16. num. 6. & Pereg. d. lib. 2 tit. 8. num. 7. & 9. & d. lib. 3. tit. 13. num. 4. & in hoc differre ab ea, quę

53 contrahitur in vita testatoris, † *vt declarant Bart. in d. l. 1. num. 1. ff. de his, quib. vt ind. Iaſ. in d. l. sororem 10. num. 6. C. eod. Pereg. d. lib. 2. tit. 8.*

54 *num. 7.* Cuius diuersitatis ratio est, quia † testator, quādiu viuit, potest nolle, quod voluit, cum ambulatoria sit hominis voluntas vsq; ad extremum vitę spiritum *l. quod, si iterum 4. ff. de adim. leg. l. cum hic status. 33. §. ait oratio ff. de don. int. uir. & ux.* ideoq, vbicunque subest iusta mutandæ voluntatis causa, lex pręsumit mutationem. At hęc ratio cessat post mortē, vt pote, quo tempore iam, nec velle, nec nolle potest *l. 1. C. de sacr. Eccl.* cum voluntas morte finiatur *l. locatio. 4 ff. locat.* & ideo, licet superueniat causa, quæ mouisset defunctum ad mutandam voluntatem, non tamen lex induceit mutationē. Quare non impedit, quominus illi, tametsi indigno res deferatur, & acquiratur, sed, quia sanè iniquum est, eum, qui fuit ingratus, rem defuncti possidere, ideò ab eo, quasi ab indigno rem fiscus aufert. *Ita ratiocinatur Pereg. d. libr. 2. tit. 8. num. 7. & 9. & d. lib. 3 tit. 13. num. 4.* Denique, cum in vita testatoris, nec testamentum vires habeat *cap. cum Martha, De celeb. missa.* nec ius censeatur quęsitum vocato, Consequens est, vt etiamsi sit indignus, non tamen facere possit locum fisco, *ex iis, quæ diximus supra num. 54. & in q. 48. nu. 41.* Quod secus est, quando fit indignus post mortem, quo tempore iam censetur confirmatum testamentum, & ius quæsitum vocato, *ut considerant Bart. in d. l. 1. nu. 4. ff. de his, quib. ut ind. & Pereg. d. lib. 2. tit. 8. n. 7.* Huius rei exempla sint.

Primum in eo, qui post mortem testatoris eum accusauit, quasi illicitę mercis negotiatorem, *de quo diximus in hoc cap. q. 54. numer. 67.*

Secundum in eo, qui post mortem illius vxorem, aut filiam cognouit, *de quo diximus ibi num. 54. & seqq. Et in specie de legatario Castr. in d. l. fideicommissum 27. num. 3. & ibi Iaſ num. 1. uerſ. potest etiam C. de fideic.*

Tertium in eo, qui post mortem occidit, aut vulnerauit aliquem ex proximis defuncto, puta filium, aut fratrem, ita, vt verisimile sit, defunctum ad iracundiam prouocatū iri, si vixisset, *de quo diximus ibi num. 65.*

Quartum in vidua, quę post annum luctus stuprum passa est, *de qua diximus ibi num. 47.* Nam, si intra annum, subiiceretur pœnis *l. 1. C. de sec. nupt. ut diximus ibi num. 49.*

SVMMARIVM.

1 *Indignus facit locum fisco, si rem sibi relictam acquirat.*

2 *Indignus, qui rem sibi relictam acquirit, excludit ius accrescendi, & cur, num. 3.*

4 *Fiscus, qui post aditam hereditatem rem aufert ab indigno, excludit substitutum.*

5 *Fiscus non excluditur, etiamsi indignus post aditam moriatur, ante, quam facta sit ablatio, & cur, num. 6.*

7 *Fiscus potest etiam ab heredibus indigni rem petere, Declara, ut num. 8.*

9 *Fisco datur in rem actio.*

10 *Fiscus potest uindicare rem ab heredibus indigni.*

11 *Indignus, si post aditam repudiet, non nocet fisco.*

12 *Fisco, ut locus fiat, sufficit causam indignitatis potuisse ad effectū perduci, licet re uera non fuerit perducta.*

13 *Indignus, si moriatur uiuo testatore, uel pendente conditione, sub qua uocatus est, non facit locum fisco, & num. 14. & cur. num. 15.*

16 *Fiscus non aufert nisi ei, qui adire potuit.*

17 *Indignus si ante aditam hereditatem decessit, non facit locum fisco, sed substitutis, aut coheredibus & cur, num. 18.*

19 *Indignus, si a successione excludatur tempore, non facit locum fisco.*

20 *Indignus, si malitiose differat aditionem, ut fraudet fiscū, & ante aditam moriatur, perinde facit ei locum, ac, si adita hereditate decessisset.*

21 *Indignus, si decesserit postea, quam factus est negligens in adeunda hereditate, facit locum fisco.*

22 *Indignus, si repudiet legatum sibi relictum, facit locum fisco.*

23 *Indigno repudiante hereditatem sibi delatam fiscus admittitur, excluso substituto. uel coniuncto, & cur, num. 27. & seqq. Sed alij contra, nu. 34. & cur, num. 36. & seqq. Distingue tamen, ut num. 48. & seqq.*

24 *Indigno, si delata sit hereditas ad hoc, ut fisco acquiratur, nō requiritur aditio, sed sufficit, si adiri potuerit.*

25 *Hereditas indigno delata pertinet ad fiscum, siue adeatur, siue non.*

26 *Fiscus adire potest hereditatem indigno delatam.*

28 *Declaratur l. si sequens. 15. in princ. ff. ad Syllan. & num. 49.*

29 *Declaratur l. cum fisco. 9 ff. ad Sylla. & num. 50 & seqq.*

30 *Declaratur l. in seruitutem. 16 §. ei, qui ff. de bon. lib. & num. 54.*

31 *Declaratur l. recusari 6. §. si fisco ff. ad Treb. & num. 55.*

32 *Bona transeunt in fiscum cum onere legatorum Declara, ut num. 56.*

33 *Indignus facit heredem fiscum, Declara, ut num. 57.*

35 *Declaratur l. necessarios. 5. §. 1. ff. ad Sylla.*

36 *Fiscus non aufert ab indigno, nisi actualiter res ad eum perueniat.*

37 *Indigni pœna est, quod fisco applicatur.*

38 *Fisco nullum ius competit, nisi uocatus sit indignus.*

39 *Heres qui repudiat hereditatem, licet nolit ulcisci necem defuncti, non est indignus.*

40 *Veniens ex iudicio testatoris præfertur ei, qui uenit ex lege.*

41 *Fiscus non admittitur, sed substitutus, aut coniunctus, si indignus sit omnino incapax, secus uerò, si sit capax. Sed contra, num. 42.*

45 *Accusare multi deterrentur propter pericula, quæ imminent accusatoribus.*

53 *Caduca dicuntur omnia, quæ fisco applicantur, siue fuerint quęsita, siue non.*

62 *Repudiatio facta ante contractam indignitatem non facit locum fisco, & cur, num, 63. Declara ut num. 64.*

An, & quando indignus debeat acquirere vt faciat locũ fisco, & excludat ius accrescendi.

Quæstio Quinquagesimæ Octaua.

TErtio, & vltimo prædicta non sufficiunt ad hoc, vt fisco locus fiat, sed requiritur, vt in persona indigni concurrat habitus, aut saltem sufficiens acquisitionis potẽtia, scilicet, quia, cum ablatio sit quædã priuatio. Consequens est, vt in persona illius cui fit, supponat habitum, aut saltem potentiam, vt diximus in hoc cap q.48. num. 42. Quando autem talis habitus, aut sufficiens habendi potentia censeatur in persona indigni concurrere, vt fisco locus fiat, si quæramus, constat quatuor esse distinguendos casus, quorum.

Primus est, quando indignus acquirit rem sibi relictam, puta adit hæreditatem Et tunc res caret dubio: nam certum est fieri locum
1 fisco † l cum ratio.7.§.vlt.ff.de bon.damn. l.quidam.30 §.vlt.cum l seq ff de donat. l, Marcellus. 3.§ vlt ff ad l Treb l.necessarios.5.§. 1.l. Senatusconsulto.8 § si filiusf.s.ff ad Sylla. l si seruum plurium.53 § si quis ante ff.de leg.primo. & per cõ-
2 sequentias excludit ius accrescendi † secundũ ea, quæ diximus in hoc cap.q.47.numer. 2. quia,
3 † cum in hac specie coniunctus ad partẽ admittatur, & per se, quatenus scilicet consideramus actum acquisitionis, & per alium, quatenus consideramus acquisitionis effectum, vt diximus in eadem q 47.num.3.& seq. Consequens est, vt faciat partem, & sic excludat ius accrescendi, vt diximus ibi numer. 2. ex regula, quam retulimus in hoc ipso cap q.36.num.6.& q. 40.num.2. Et verò si in hoc casu fiscus exclu-
4 dit substitutum † l.fisequês.15.in prin. & ibi gl. in verb.non esse hoc, & Bart.ff.ad Sylla. Bald.in l.eam,quam.14 num 9.C. de fideic. Imol. in l.1, num 7.& ibi Alex nu.28.Soc.Sen.nu. 30. Alcia. num.102. Rip.nu.155.ff.de vulg. Ias. in l. 1.nu. 3.vers.sed vltra C. de hæred. inst. Gul. Ben. in d. cap. Raynutius, in verb si absque liberis 2. in materia vulgaris substitutionis, nu 94 Io.de Garro. in l.1.num.127 vers. Addo quod id C. de secun. nupt. Polit.de substit.tit.de vulg num.76. & 77. Soc.Iun.d.cons.1.num 2 iuncto num. 41. versic. nam, quod. vol.2. Zaz d. substit.tit.de vulg.num. 16.in fi. Gabr cons.104 num.4 vol.1. Crass.in §. substitutio q 9.num.8. Pereg.de Iur fisc. d. lib.2. tit.2.num.27.& tit.3.num.17.& tit.5 numer.1. Cuiac ad l.3.C.de ijs, quæ in testa.del. Donell.in l.post aditam.5.num.7.C.de impub. & al subst. Andr.Fach.lib.4.contro.cap. 64. Et est in conf.f. so apud eos, quos referemus infra nu. 23. qui est potior coniuncto, vt dicemus in 10.cap.q.10. numer.14. debet per consequentias etiam excludere coniunctum, quia, si vinco vincentẽ te, multo fortiùs te l.de accessionibus. 14. ff. de diu.temp.& temp præscrip. Hoc autem adeo verum est, vt procedat

Primo, non solum, si indignus viuat, sed etiam, si postea moriatur, priùs, quam ei res
5 auferatur a fisco: † nã, quia ablationis causa non est criminalis, sed ciuilis, & pecuniaria l.Caius Seius.22.ff ad Sylla. eaque ratione non debet agitari coram magistratibus criminalibus sed coram procuratore Cæsaris, qui est magistratus patrimonij l. si ea quæstio. 3. in fi. C.de his, quib.vt ind. ideo fit, vt nõ extinguatur
6 morte indigni † d.l. Caius Seius. 22.ff.ad Sylla. & per consequentias, vt etiam ab hæredibus
7 eius res peti possit † l. Lucius.9.ff. de Iur fisc. & d.l.Caius Seius. Et scribunt Gabr. cons. 99. num. 15.vers.Nec refert.vol.1. Pereg.de Iur.fisc.d.lib. 2.tit.2.num.11.& tit.3.num.5.& tit.6.num.42. vel per actionem vniuersalem, nempe hæreditatis petitionem, si tractetur de hæreditate, vel per actionem singularem, & sic rei vindicationem, si tractetur de re certa, & particu-
8 lari, † vt declarat Bald.in l.etiam 3. in fi. C. ad l.
9 Falc. Datur enim fisco in rem actio † l. Imperator. 43. ff. de Iur. fisc. quæ rem sequitur, ad quoscunque transeat, etiam singulares successores l.actionũ genera.24.ff.de actio. & oblig. Quamobrem etiam ab eis rem fiscus vindi-
10 care poterit, † vt scribunt Gabr.d. cons. 99. nu. 12.vol.1. Pereg.d.lib.2.tit. 2.num. 11. & d. tit. 6. num.42.

Secundo procedit, etiãsi postea rem indignus repudiet: nã talis repudiatio, seu renun-
11 tiatio non nocebit fisco, † vt scribit Pereg.d. lib.2.tit.2.num 27.tum, quia est inualida, cum id, quod acquisitum est, repudiari non possit l.1.§.decretalis ff. de success. ed. tum, quia censetur facta in fraudem fisci, vt considerat Pereg. d.lib.2 tit.2.num 27. ideoque ea nõn obstante rem fiscus vindicare poterit.

Tertio procedit, etiamsi causa indignitatis non fuerit ad effectum perducta, dummodo perduci potuerit, vt euenit, cum quis tacitam fidem præstitit de restituendo incapaci: nam, licet effectu nõ restituat, & sic non perducat ad effectũ voluntatem testatoris, sufficit tamen cessisse diem fideicommissi, & sic
12 potuisse restitui, vt fisco locus fiat, † vt scribũt Bart.in l.vlt. numer. 1.vers.Opp.Dicitur hic, & num.11.vers secundum tempus ff.de his, quib. vt ind. Corn.d.cons.310.in fi.vol.1. adeo, vt, etiãsi postea moriatur spurius, nihilominus hæredi fiat ablatio. Planè, si moriatur priùs, quam dies fideicommissi cedat, puta viuo testatore aut pendẽte conditione, quia causa indignitatis non potest ad effectum perduci, verum est, non esse hæreditatem a grauato, velut ab
13 indigno auferendam † l.fin. § fin. & ibi Bart. num. 1. & 11. vers. secundum tempus ff. de his quib.vt indign.

Secundus verò casus est, quãdo indignus nõ acquisiuit rem sibi relictam, puta hæreditatẽ, ideo, quia, nec potuit acquirere, puta, quia decessit viuo testatore, aut pendente conditione. Et tunc etiam res caret dubio. Nam certũ
14 est, non fieri locum fisco. † Ita scribunt Bald. in d.l.eam.quam 14.num.9.C.de fideic. Pereg.d. lib.2.tit.2.num.23.& tit.9.num.15. sed rem illi relictam ad eos pertinere ad quos ea, quę deficiunt, regulariter pertinere, solẽt, puta substitutos, aut coniunctos, aut venientes ab intestato secundum ea, quæ dicemus in 9. cap. q. 1.num. 6. & seqq. Et in specie declarat Pereg. d.
15 lib.2.tit.4.nu.15. Nam † indignus non potuit in fiscum transferre ius, quod nunquam illi fuit delatum, vt considerat ibi Pereg num. 15.

cum

cum nemo plus iuris in alium transferre pos-
sit, quam ipse habeat *l. nemo plus iuris. 55. & l.
nemo plus cōmodi. 163 ff. de reg. iur.* Nec fiscus
dicere potest, hoc eiusdem indigni dolo, aut
culpa factum esse, quia, cum eo tempore de-
cesserit, quo acquirere non potuit, Conse-
quens est, vt nullus eius dolus, nullaq; culpa
considerari possit. Quamobrem dicimus, fi-
scum non auferre, nisi ei, qui adire potuit,
16 † *vt videre est apud Castr. in l. 1. num 3. versic.
communiter tenetur C. de her. instit.*

Tertius casus est, quando indignus post
contractam indignitatem, & delatum emo-
lumentum non acquisiuit, sed mortuus est,
aut factus incapax, Et tūc verius, & receptius
est, non fieri locum fisco, sed rem ad alios,
17 puta substitutos, aut cohęredes pertinere, † *vt
de substitutis scribunt Soc. Sen. in d. l. 1. num. 30.
vers. 2. limita ff de vulg. Pereg. d. lib. 2. tit. 2. num.
28. De cohæredibus vero Castr. in d. l. hæreditas.
4. num. 1. & ibi Alex. numer. 2. C. de his, quib. vt
ind. Castr. d. cons. 56. num. 3. vers. vel potest dici,
vol. 1. Boss. in tit. de his, quib. vt ind. bon. a fisc.
18 auf. num.* 18. Nam † & in hac specie militant
ea, quæ supra diximus, scilicet, quia nō potest
fiscus auferre, quod indigno quæsitum non
est, nec indigno, qui morte præuētus, aut alia
ratione impeditus non adiuit, quicquam im
putari potest *vt considerant Castr. in d. l. hære-
ditas. 4. num. 1. & ibi Alex num. 2. C. de his, quib.
vt ind. Castr. d. cons 56. nu. 3. vers. vel potest dici,
19 vol. 1.* Idem est, &, si tempore excludatur † *se-
cundum Pereg. d. lib. 2. tit. 2. numer.* 28. nec erit
audiēdus fiscus, si se in integrum restitui po-
stulet, *vt docet Pereg. ibi.* Planè si constaret, in-
dignum consultò distulisse aditionem hæ-
reditatis, vt fraudaret fiscum, perinde is ad-
mittaretur, atque si adita hęreditate decessi-
20 sset. † *vt est de mente Corn. d. cons. 310. nu. 7. vers.
& ideo, uol. 1.* Quod intelligo secundum di-
stinctionem, quam proponam in sequenti
casu. Præterea, si indignus decesserit postea,
quam factus est negligens in adeunda hære-
21 ditate, fiet etiam locus fisco, † *secundum ea,
quæ ex sententia Bart. dicemus in sequenti casu.
Ita scribit Boss in d. tit. de his, quib. vt ind. num.
18. qui subijcit, ita esse intelligēdos Castr. & Alex.
in d. l. hæreditas.* Sed hoc etiam intelligas ad-
hibita distinctione, quam proponemus in se-
quenti casu.

Quartus, & vltimus casus est, quando indi
gnus post contractam indignitatem, & dela-
tum emolumentum id repudiat. Et tunc, si
quidem tractemus de legatis, & fideicōmis-
sis, quæ ipso iure, etiam ignorantibus acqui-
runtur, certum est, admitti fiscum exclusis
alijs, non obstante tali repudiatione, tamquā
22 in ipsius fraudem facta. † Cœterum, si tracte-
mus de hæreditatibus, constat, rem esse mirū
in modum controuersam: Fuerunt enim de
hac re tres nostrorum interpretum senten-
tiæ.

Prima existimantium non obstante hac
repudiatione fiscum esse admittendum ex-
23 clusis substitutis, & coniunctis: † *Ita enim de
substitutis senserunt Io. vt refert gl. in d. l si se-
quens. 15. in prin. in verb. non esse hoc, & ibi pro-
bat Bart. ff ad Sylla. gl. in l. recusare. 6. §. si fisco,
in uerb. si fisco, & in uerb. quasi uindicauerit, &
ibi Alex in §. meminisse, num. 2. ff. ad Treb. Bart.
in l. 1. num. 26. & ibi Imol. num. 7. Alex. nu. 28.
Soc. Sen. nu. 30. Ias. nu. 52. vers. Circa septimam,
Rip. num. 155. vers. pro concordia, Alcia. numer.
103. ff. de vulg. Ias. in l. ex facto. 43. §. vlt. num. 2.
& ibi Hyer. Verr. nu. 12. & 13. ff. de vulg. Alcia.
in d. l. re coniuncti, num. 41. vers sed quid in fisco,
Luca. de fisco, part. 1. num. 27. & 100. Bartol. de
Huc. de substit. tit. de vulg. cap. 1. num 12. Bald.
Nouell de substit. tit. de vulg. num. 18. Rolland. in.
in suo Flor testa. rubr. 22. num. 16 Barbat. cons.
8. numer. 5. vers. Facit etiam vol 4. Pereg. de Iur.
fisi. d. lib. 2. tit. 4. num. 14 Menoch. cons. 966. nu.
34. Couua. lib 10. comm. cap. 7 nu. 5. vers. Est, &,
cum non est hæres De cohæredibus verò Castr. in
d. l. hæreditas. 4 num. 1. & ibi Alex. num. 2. C. de
his quib. vt ind. Castr. d. cons. 56. num. 3. vers. vel
potest dici, vol. 1. Boss. in d tit. de his, quib. vt ind.
num.* 18. *Baldui. in §. vlt. num. 21. Inst. de Orfit.
Et simul de vtrisque Gul. Ben. in d. cap. Raynu-
tius, in verb. si absque liberis 2. in materia vulga-
ris substitutionis, numer. 94. in prin. & vers. plus
dicunt, Et generaliter de omnibus Pereg. d. lib. 2.
tit. 2. num. 27. & tit. 5. num. 2. & tit. 6. numer. 39.*
Huius opinionis videntur etiam fuisse, qui
scripserunt, ad hoc, vt hæreditas indigno de-
lata acquiratur fisco, non requiri aditionem,
24 sed sufficere, si adiri potuerit, † *vt Bart. in d. l.
vlt. num. 1. vers. Opp. Dicitur hic ff de his, quib. vt
ind. Corn. cons 222 nu 4. vers. Facit optimè vol.
4.* & hæreditatem ad fiscum pertinere, siue
25 adeatur, siue non, † *vt Bart. in l. fin. num. 15. ff.
si quis aliq. test prob.* seu pertinere, etiamsi non
sit adita, *vt Alex in l si marito. 32. num. 2. vers.
Nec obstat prædicta ff. sol. matr.* Non enim cu-
rat fiscus quid faciat indignus, quia, cum ius
adeundi in ipsum transferatur, ipsemet adire
26 poterit, † *vt scribunt Bald. in l. 1. num. 2. & in l.
hæreditas. 4. num. 3. C. de his, quib. vt ind. & in d.
l. eam, quam 14. numer. 10. C. de fideic. Alex. in l.
nostram. 30. num. 5. vers. Nec refert. C. de testa.*
Mouentur autem.

27 Primo, quia, † quoties aliquid repudiatur
in fraudem fisci, perinde fiscus admittitur,
atque, si id fuisset a repudiante acquisitum *l.
in fraudem. 45. in prin. vers. Idemque ff. de Iur.
fisc.* Sed cum indignus repudiat hęreditatem,
talis repudiatio cēsetur facta in fraudem fi-
sci, *vt scribunt Bart. in d. l. si sequens. 15. in prin.
ff. ad Sylla. Castr. in d l hæreditas. 4 num. 1. & ibi
Alex. num. 2. C. de his, quib. vt ind. Castr. in d. l.
eam, quam. 14 num. 5. & ibi Ias numer. 13. C. de
fideic. Castr. d. cons. 56. num. 3. vers. vel potest dici,
vol. 1. Imol in d. l. 1. num. 7. & ibi Alex. num. 28.
Soc. Sen. num. 30. Rip. num. 155. vers. pro concor-
dia, Alcia. nu 102. ff de vulg. Gul. Ben. in d. cap.
Raynutius, in verb. si absque liberis. 2. in materia
vulgaris substitutionis, num. 94. Boss. in d. tit. de
his, quib. vt ind. num. 18. Pereg d. lib. 2. tit. 2. nu.
27.* maximè, quādo hæreditas est locuples,
& fisco expediens, *vt declarant Bald. in d. l. eā,
quam. 14. num. 9. C. de fideic. Alex in d l. hæredi-
tas. 4. num. 2. C. de his, quib. vt ind. Boss. in d. tit.
de his, quib. vt ind. num. 18.* Ergo fiscus perinde
est admittendus, ac, si repudians hæreditatē
adijsset.

Secundo mouentur *l si sequens. 15. in prin
ff. ad Syll.* vbi Martianus, *Si sequēs gradus vl-
tus fuerit necem testatoris,* inquit, *an prior hære-
ditas ad illum transferatur? Et ait Papinianus
non esse hoc: Nam pœna illius huius præmium*

28 *esse non debet*, quibus verbis significat,† substitutum non esse admittendum, licet defuncti necem vlciscatur, quia pœna instituti non debet esse præmium substituti, Et cum generaliter,& indistinctè loquatur, videtur accipiendus, etiamsi institutus non adierit hæreditatem, *ut ibidem censuit Io. quem refert. gl. in verb. non esse hoc, & sequitur Bart. Et est de mẽte gl. in d. l. recusare. 6 § si fisco. in verb. si fisco, & in uerb. quasi vindicauerit ff. ad Treb. Bart.* in *d. l. 1. num. 26. ff. de vulg. Rollandin. in suo Flor. test. 2. d. rub. 22. num. 16.*

Tertio mouentur *l. cum fisco. 9 ff. ad Sylla*, vbi Caius, *Cum fisco caduca bona defuncti addicuntur propter inultam mortem*, inquit, *in eũ legatorum actio datur, & libertates ratæ sunt, eorum scilicet, qui S. C. excipiuntur*, Ex quibus
29 verbis † ita argumentantur. Hic propter inultam necem defuncti bona fisco deferuntur,& tamen hæreditas non erat adita, quod patet ex eo, quia Caius vocat bona caduca, qualia non essent, si fuisset adita hæreditas, Omnimodo igitur probat hic locus, etiam non adita, sed repudiata hæreditate fieri locum fisco *Ita arguunt Bart. in d. l. si sequẽs. 15. in prin ff. ad Sylla. Bald. in d. l. eam, quam. 14. num 9. C. de fideic. Et est de mente* Bart. *in d. l. 1, num. 26 ff. de vulg.*

Quarto mouentur *l. in seruitutem. 16. §. ei, qui ff. de bon. libert.* vbi Vlpianus, *Ei, qui substitutus erit patrono, qui contra tabulas possessionẽ petierit*, inquit, *actio eius partis, cuius possessio patrono data erit, non datur*, Ex quibus verbis
30 † constat, substitutum non admitti, quoties institutos sit indignus, vt agnoscẽdo contra tabulas bonorum possessionem fit patronus, quod alia ratione non contingit, quam quia fiscus in instituti locum succedit. Est igitur fiscus substituto potior. *Hac lege mouetur Bart. in d. l. si sequens, in prin. & in d. l. 1. num. 26. ff. de vulg. Bald. Nou. de substit. tit. de uulg. num. 18. Rollandin. d. rub. 22. num. 16.*

Quinto mouentur *l. recusare. 6, §. si fisco ff. ad Treb.* vbi Vlpianus, *Si fisco uacantia bona deferantur*, inquit, *nec uelit bona agnoscere, & fideicommissario restituere, æquissimum erit, quasi uindicauerit, si fiscum restitutionẽ facere*. Nam
31 his verbis † hoc putant significare Vlpianũ, si propter inultam necem defuncti bona fisco deferantur, posse fiscum adire,& restituere hæreditatem fideicommissarijs, licet non vindicet necem defuncti, quia, cum hoc facere non teneatur, perinde habetur, ac si vindicasset. Itaque verbum illud, vindicauerit, putant ad mortem testatoris esse referẽdum, *Ita explicant gl. ibi, in uerb. si fisco, & in uerb. quasi uindicauerit, & ibi Alex. in §. meminisse, num. 2.* quo sensu posito constat ex hac lege, vocari fiscum ad bona defuncti, etiamsi ab indigno nõ fuerit adita hæreditas, quia alioquin, si fuisset adita, bona non dicerentur vacantia: *Nec alia ratione in hanc sententiam adducitur hic locus a Bart. in d. l. si sequens, & in d. l. 3. num. 26 ff. de uulg.*

Sexto mouentur, quia, si adita non sit hæreditas, bona transeunt ad fiscum cum onere
32 legatorum, & fideicommissorum † *d. l. cum fisco 9 ff. ad Sylla. d. l. recusare. 6. §. si fisco, & ibi gl. in verb. si fisco, & in uerb. quasi uindicauerit, & Alex. in d. §. meminisse, num. 2 ff. ad Treb. gl. in d. l. eam, quam. 14. in uerb. traditur, uers. Vndecimo & ibi Castr. num. 5. & Ias. num. 13. C. de fideico Bart. in l. si autẽquã. 23. ff. ad Sylla. Bald. Nou. de substit. d. tit. de uulg. num. 18. Crass. in § hæreditas q. 5. nu. 5.* Ergo ex hoc patet, bona ad fiscum pertinere, etiamsi ab indigno non sit adita hæreditas

Septimo mouentur, quia, siue institutus sit hæres, siue faciat alium hæredem, & substitutus excluditur,& coniunctus, *ut de substituto constat ex l. si paterfa. 40. de hæred. instit.* Sed in proposita specie indignus, qui repudiat, licet ipse non sit hæres, facit tamẽ alium hæ-
33 redem, nempe fiscum. † *ut scribunt Ias. in d. l. 1. num. 52. uers. 2. & in d. l. ex facto. 43. §. ult. nu. 2. ff. de uulg. Zaz. de subst. cap. 1. num. 9. Conna. d. lib. 10. comm. cap 7. num. 5. uers. Est, & cum nõ est hæres.* Debet igitur & substitutus excludi,& coniunctus. *Ita de substituto arguunt Bart. in d. l. 1. numer. 26. ff. de uulg. Gul. Ben. in d. uerb. si absque liberis 2. in tract. uulgaris substitutionis num. 94 Bald. Nou. de substit. d. tit. de uulg. num. 18. Ant. Fum. de substit. nu. 23. Rolland. d. rub. 22. num. 16. Gabr. cons. 104. num. 4. uol. 1.*

Secunda fuit opinio præcedenti contraria existimantium, Imo fiscum excludi, & fieri locum alijs, puta substitutis, & coniunctis:
34 † *Ita de substitutis censuerunt Ang. in l. 1. ff. de uulg. Polit. de substit. tit. de uulg num. 76. Zaz. de substit. tit. de uulg numer. 16. uers. in 4. Soc. Iun. cons. 3. num. 16. uol. 3. Duar. ad tit. ff. de uulg. cap. 10. Crass. in d. § substitutio q. 9. numer. 8. ubi ait, opinionem Bart. esse duram, licet sit communis & in iudicando, se facile in contrariam partem, uti æquiorem, & testatoris uoluntati magis congruã inclinaturum. Sequitur etiam Andr. Fach. lib. 4. controu. cap. 64.* Videtur autem hæc sententia probari

Primo *l. necessarios. 5. §. 1. ff. ad Sylla.* vbi Vlpianus, *Non aliàs bona publicantur*, inquit, *quam si constabit esse occisum patremfa. & hæredem ante quæstionem de familia habitam suppliciumque sumptum adijsse hæreditatem*; Ergo,
35 † si de hoc non constabit, prout constare nõ potest, quando hæres repudiat hæreditatem, non poterunt bona publicari, & per consequentias non erit ad ea fiscus admittendus.

Secundo probari videtur ea ratione, quia fiscus non aufert ab indignis, nisi res acquiratur, puta adeatur hæreditas,& sic actualiter
36 perueniat ad manus indigni † *l. eius, qui. 29. §. fin. ff. de Iur. fisc. Et scribunt Castr. in d. l. 1. nu. 3. uers. Communiter tenetur C. de hæred. inst. Soc. Iun. d. cons. 3. nu. 14. uol. 3.* Nam, cum ablatio, quasi quædam priuatio necessariò supponat præcedentem habitum *l. decem. 116 ff. de uerb. oblig. l. manumissiones. 4. ff. de iust. & Iur.* Consequens est, vt, si non adeat indignus, nihil sit, quod ei auferri possit, *ut arguunt Castr. d. cons. 56. nu. 3. uol. 1. Corn. d. cons. 310. nu. 7. uers. & ideo. uol. 1. Polit. de substit. tit. de uulg. part. 3. n. 76. Conna. d. lib. 10 comm. cap. 7. num. 5. uers. Est, & , cum non est hæres* Quamobrem Banolus, *in d. l. eius, qui. 29. §. ult. nu. 1. ff. de Iur. fisc. quem sequitur Corn. d. cons. 310. num. 7. uers. & ideo, uol. 1.* scribit, quod dicimus. bona applicari fisco, quoties indignus institutus est, intelligi si ab eo fuerit adita hæreditas, aliàs secus.

Tertio pro hac opinione facit, quia, quod
37 fisco applicatur, dicitur pœna indigni † *d. l. si sequens.*

sequent. 15. in prin. ff. ad Sylla. Ergo supponit rē
indigno quæsitam; Alioquin enim, quę in eo
pœna consideratur posset respectu rei, quam
nec habet, nec habere vult? *Ita arguit Polit.
de subst. tit. de uulg. num. 67.*

Quarto pro eadem parte adducitur illud,
quia fisco nullum cōpetit ius, nisi vocatus
38 sit indignus. † *uti constat ex tit. ff. & Cod. de his,
quib. ut indig.* Sed qui repudiat hæreditatem,
licet nolit vlcisci necem defuncti, non est in
39 dignus, † *ut scribit Polit. de subst. d. tit. de uulg.
num. 77. & Zaz. d. cap. 1. nu. 16. vers. In 4.* quia
indignitas contrahitur ex aditione, quippe,
quę fieri prohibetur ante quæstionem habi-
tam de familia, *ut diximus in hoc cap. q. 54. nu.
70. & seqq.* Quamobrem hæres dicitur delin-
quere adeundo *l. Senatusconsulto. 8. § si filiusf.
ff. ad Sylla.* Ergo instituto repudiante nullum
potest ius fisco competere.

Quinto, quia, qui venit ex iudicio testato-
40 ris, præfertur ei, qui venit ex lege † *l. vlt. C. de
nec. seru. her. inst.* Sed substitutus, & coniun-
ctus veniunt ex iudicio testatoris, *vt de substi-
tuto dicemus in 10. cap. q. 20. nu. 23. De coniun-
cto verò diximus in 2. cap. q. 2. nu. 1.* fiscus verò
venit ex lege. Ergo substitutus, & coniunctus
debent fisco præferri: Nam, & simili ratione
præferuntur venientibus ab intestato, *vt di-
cemus in 9. cap. q. 9. nu. 19.* inter quos, & fiscum
non videtur esse differentia, *vt in his terminis
arguit Ang. in d. l. 1 ff. de vulg.*

Sexto si fiscus vocaretur indigno repudiā-
te, deberet necessariò adire hæreditatem,
quippe, quæ non fuit adita ab indigno. At-
qui adire nequit, quia is tantum adire potest,
qui vocatur, vt hæres, cum alioquin fiscus, nō,
vt hæres, sed, vt bonorum successor vocetur,
*vt in his terminis considerat Ang. in d. l. 1. ff. de
vulg.* Non vocatur ergo indigno repudiante.

Tertia fuit opinio distinguentium, Aut
indignitas reddit institutum omnino inca-
pacem, & admittitur substitutus, vel coniū-
ctus excluso fisco, Aut non reddit eum om-
nino incapacem, & admittitur fiscus exclu-
41 so substituto, vel coniuncto † *Ita distinguit
Rip. in d. l. 1. num. 155. vers. pro concordia ff. de
vulg.*

Verum hæc distinctio non tollit dubita-
tionem, nec dissidium conciliat, quia quæ-
stio non est de incapace, sed de indigno, qui
propriè loquendo ab incapace distat, *vt ostē-
dimus in hoc cap. q. 48. num. 13.* vt proinde non
42 immeritò fuerit hęc distinctio † *ab Andr.
Fach. d. lib 4 controu. cap. 64. & alijs* improbata.

Quamobrem ego puto, rem aliter esse ter-
minandam, & *cum eodem Rip. in d. l. 1. num.
155. vers. Pro concordia ff. de vulg.* esse, distin-
43 guenda genera indignitatis: † Nam quædam
est indignitas, quæ non contrahitur, nisi ex
aditione, quædam verò, quæ contrahitur ex
alia causa. Ex aditione contrahitur illa, quæ
proficiscitur ex S. C. Syllaniano: Nam eo
cauetur, ne hæres adeat hæreditatem priùs,
quam habita sit quæstio de familia, a qua do-
minus occisus esse dicitur *l. 1. § quod ad causā,
& leg. 3. §. non tantum ff. ad Syla. Paul. lib. 3.
sent. tit. 5. in prin.* & ideo si priùs adeat, efficitur
indignus, & ab eo tanquam ab indigno hęre-
ditas aufertur *l. Marsellus 3. §. vlt. ff. ad Treb.
d. l. Senatusconsulto 8. §. si filius fa. ff. ad Sylla.
l. si seruus plurium 53. § si quis ante ff. de leg. 1.* Si
verò non adeat, non efficitur indignus, nec
hæreditas a fisco auferri potest *l. necessarios 5.
§. 1. ff. eod. Et declarat Bart. in l. si ea quæstio 3. C.
de his quib. vt ind. nos q; latè diximus in hoc cap.
q. 54 nu. 70. & seqq.* adeò, vt non sufficiat aper-
tura tabularum (tametsi edicto prohibita)
vt faciat locum fisco, sed requiratur aditio, *vt
declarant Bart. in d. l. si ea quæstio 3. & ibi. Castr.
num. 1. C. de his quib. vt ind.* Ex alia verò cau-
sa contrahitur indignitas eorum, qui testari
aliquem prohibuerunt, vel coegerunt, aut
contra illius dispositionem aliquid moliti
sunt, puta testamentum impugnarunt, illud
dicendo falsum, aut inofficiosum, vel, qui ta-
citā fidem præstiterunt testatori de restituen-
do incapaci, aut similium, *de quibus latè dixi
mus in hoc ipso cap. q. 54. num. 96. & seqq.* Si igi-
tur loquamur de prima specie indignitatis,
puto veriorem esse sententiam existimātium,
instituto repudiante, non fisco, sed substituto
44 aut coheredi fieri locum † in quibus termi-
nis (si rectè inspiciantur) loquuntur ferè om-
nes, qui secundam sunt amplexi sententiam,
*vt videre est apud Polit. de subst. d. tit. de vulga.
num. 77. in fi. Rip. in d. l. 1. num. 155. in fi. ff. de
vulg. Zaz. de subst. d. cap. 1. num. 16 vers. in 4.
Soc. Iun. d. cons. 3. num. 16. vol 3. Duar. ad tit. ff.
de vulg. cap. 10. Andr. Fach. d. lib. 4. contro. cap.
64. Et videtur etiam sensisse Soc. Sen. in d. l. 1. nu.
30. vers. 3. limita ff. de vulg.* Nec enim hæres,
qui adire non vult, dici potest indignus, cum
loco esset indignitatis causa, quæ est aditio
facta ante quęstionem habitam de familia,
vt considerat Rip. in d. l. 1. num. 155. in fi. Quo
fit, vt nec per consequentias possit aliquod
ius fisco competere, quippe, qui non vocatur
nisi institutus sit indignus, *vt diximus supra
num. 38.*

Hinc intelligimus, errasse illos, qui in spe-
cie S. C. Syllaniani censuerunt, fiscum exclu-
dere substitutum, aut coniunctum, si institu-
tus repudiet, *in qua sententia specialiter fuerunt
ij, quos retulimus supra num. 28.* quia cum repu-
diando excludat institutus indignitatis cau-
sam, consequens est, vt excludat etiam fisci
vocationem, quæ est veluti indignitatis effe-
ctus.

Nec est, quod quisquam moueatur eorum
argumentis, quippe, quæ non probant con-
trariam opinionem.

Primum enim non rectè dicitur hęres in
proposita specie repudiare in fraudem fisci,
quia nulla fraus considerari potest in eo, qui
vult potius carere hæreditate, quam aliquem
de homicidio accusare, propter pericula, quę
imminent accusatoribus, & propter quæ de-
terrentur homines ab accusando, etiam a pru-
45 dentibus ipsis † *l. si cui crimen. 7. in prin ff. de ac-
cusat. Ita respondent Polit. de subst. d. tit de vulg.
num. 77. Rip. in d l. 1. nu. 155. vers. 6. ff de vulg.
Zaz. d. cap. 1. num. 16. vers. in 4. Duar. ad d tit. ff.
de vulg. ca. 10. Andr. Fach d. lib. 4. contr. cap. 64.*

Sanè, si constaret euidenter de fraude in-
stituti in repudianda hęreditate, fatentur ple-
riq; ex supradictis, fiscum esse admittendum,
46 † *vt Zaz. d. cap. 1. num. 17. Soc. Iun d. cons. 3. nu.
16. & 41. vers. Nam, quod, vol. 3. Duar. d. cap.
10. ad tit. ff. de vulg.* sed non in dubio, quia, cū
multæ possint esse causæ, quibus moueatur

institutus ad recensandam vindictam, & hæ-
reditatem repudiandam *l. quia poterat. 4. ff. ad
Treb.* nnn debet regulariter præsumi id face-
47 re in fraudem fisci † *vt scribunt Rip. in d. l. 1.
num. 155. vers. 6. Duar. d. cap. 10. & Andr.
Fach. d. lib. 4. cap. 64.*

Sed vix est, vt hæc declaratio possit esse ve-
48 ra, † quia supposito, quod institutus non sit
indignus, nisi adeat, quod verius est, sufficit ei
pro exclusione fisci dicere, nolo vindicare
necem defuncti, & hac ratione repudio hæ-
reditatem, nec erit habenda ratio eius, quod
hoc modo excludat, & fraudet fiscum, quia
non fit hoc principaliter, sed per consequen
tias repudiationis. Nec per hoc dici potest
lædi fiscus, quippe cui semper potest esse lo-
cus, si priùs quàm vindicata sit nex defuncti,
adeatur hereditas, si non ab instituto, saltem
a substituto, vel cohærede, *vt considerat Rip.
in d. l. 1. num. 155. in fi. ff. de vulg.*

Secundo verò perperam ad probandam
contrariam opinionem adducitur *l. si sequens*,
49 quippe, quæ † necessariò debet intelligi de
hærede, qui post aditam hæreditatem non est
vltus necem defuncti: Nam, cum sequens
gradus, idest substitutus vltus esset, dubitaba-
tur, an hæreditas, quæ in pœnam auferebatur
instituto, deberet substituto applicari, quod
Martianus negat, quia pœna illius non debet
esse præmium huius. *Ita respondent Rip. in d.
l. 1. num. 155. vers. Omissis, Polit. d. tit. de vulg.
num. 76 Zaz d. cap. 1. num. 16 in fi. Duar. d. cap.
10. Andr. Fach. d. lib. 4. cap. 64. vers. Sed videa-
mus*

Tertio non obstat *l. cum fisco*, quippe, quæ
50 & ipsa supponit † aditam fuisse ab instituto
hæreditatem, vt etiam in his terminis expres-
sè dicitur *in l. dicitur 14. ff. de Iur. fisi.* Alio-
quin enim non possent in testamento relicta
sustineri *l. eam, quam 14. C. de fideic. Ita respon-
dent Polit. d. tit. de vulg part. 3. nu. 76. & Zaz. d.
cap. 1. num. 17.*

Nec obstat, qnod Caius vocando bona,
51 quæ fisco deferuntur, caduca, supponat † hæ-
reditatem non fuisse aditam, quia verius est,
imo caduca dici etiã ea, quæ fuerunt acqui-
sita, quod ab eorum dominio cadat hæres,
52 exemplo emphyteuiæ † *l. vlt. C. de Iur. emph.
Ita Rip. in d. l. 1. num. 155. vers. 5 adducitur, Po-
lit. d. tit. de vulg. par. 3. nu. 76. Zaz. d. cap. 1. nu. 17.
And. Fach. d. lib. 4. cap. 64. vers. Sextum*: Caduca
enim generaliter dicuntur omnia, quæ fisco
applicantur, siue fuerint alicui quæsita, siue
53 nõ † *l. dote 61. ff. de rit. nup. l. 2. §. vlt ff. si quis aliq.
test. prob Vlpia. tit. 17. Instit.*

Quarto non aduersatur *l. in seruitutem 16.
§. es, qui ff. de bon. lib.* quippe, cuius nulla potest
54 esse vis, cum loquatur † de ea parte, quam fi-
scus non aufert: Nam, si patronus fuerit in
minima parte a liberto institutus, & omissa
secundum tabulas bonorum possessione con
tra tabulas petat, & debitam portionem con-
sequatur, ait Vlpianus pro ea parte, cuius pos-
sessio patrono data est, non dari actionem
substituto, sed nec fisco dabitur, quia non le-
gitimam fiscus aufert, sed id, quod iudicio li-
berti consecutus est patronus *d. l. in seruitutem
16. §. si quis bonorum ff. de bon. liber.* Præterea
loquitur Vlpianus de parte, quam patronus
agnouit, cum alioquin nos de ea loquamur,
quam institutus repudiat, *vt animaduerterunt
Rip. in d. l. 1. nu. 155. vers. 2. adducitur, & Andr.
Fach. d. lib. 4. ca. 64. vers. Tertium.* Nullũ igitur
ex hoc loco potest argumentum probabile
deduci.

Quinto non obstat *l. recusare 6. §. si fisco ff.
55 ad Treb.* quia in eius intellectu † videntur ve-
teres interpretes cæcutijsse: Non enim loqui-
tur Vlpianus de bonis, quæ fisco deferuntur,
propter non vindicatam necem defuncti, sed
de bonis vacantibus, quæ longè distant a
caducis: Vacantia enim dicuntur bona illi-
us, qui nullum reliquit successorem, *vt dixi-
mus in 9. cap. q. 1. nu. 25.* Caduca verò, quę, cũ
alicuius esse possent, ita ab eo ceciderunt, vt
fisco cœperint deferri, *vt eleganter explicat
Ant. Fab. lib. 3. Coniec. cap. 16.* Sensus igitur
eiusce loci est, si fiscus, cui bona vacantia de-
feruntur, nolit ea agnoscere, dubitatum est,
an debeat cogi a fideicommissario agnosce-
re, & restituere, Et ait Vlpianus, non debere
cogi, sed restitutionem perinde fieri debere,
ac, si fiscus bona vindicasset. Itaq. illa verba,
quasi vindicauerit, non sunt accipienda de
vindicta necis defuncti, vt perperam veteres
arbitrati sunt, sed de vindicatione bonorum
vacantium. cum, & hæreditatem vindicari
dicamus, & bona *l. legitimam 8 ff. de pet. hæred.
Ita Polit. d. tit. de vulg. part. 3. nu. 77. & Zaz. d. c.
num. 17. Et rectius, quam Rip. in d. l. 1. num. 155.
vers. 4. allegatur, & Andr. Fach. d. lib. 4. cap. 64.
qui aliter respondent.*

Sexto non obstat, quod bona transeant ad
fiscum cum onere legatorum, & fideicom-
missorum, si adita non sit hæreditas, quia re-
56 spondeo, id iure non probari † tametsi frequẽ
tius sit receptũ: Nam Caius *in l. cum fisco*, lo-
quitur de hæreditate, quæ post aditionem fit
caduca, *vt supra demonstratum est.* Vlpian⁹ ve-
rò *in l. recusare 6. §. si fisco*, loquitur de bonis
vacantibus, non quidem eius, qui fideicom-
missum reliquit, sed (prout ipse intelligo) hę-
redis qui post aditam, nõdum tamen restitu-
tam hęreditatem decessit, nullo relicto hære-
de, aut testamentario, aut legitimo, quo casu
bona illius, quasi vacantia fisco deferuntur,
sed cum onere fideicommissi, quasi æris alie-
ni: *in quibus terminis procedit dispositio d. §. si
fisco*: Alioquin enim, si vacarent bona ipsius
testatoris, non cogeretur fiscus pręstare fidei-
commissum, quippe, quod hæreditate non
adita censeretur omnino extinctum *d. l. eam,
quam 14. C. de fideic.* Nec obstat *l. quidam 99. §.
quoties ff. de leg.* 1. quia vacantia ibi pro cadu
cis vsurpantur, vt patet ex eo, quod ait ad fi-
scum ea pertinere lege Iulia, quæ non vacan
tia, sed caduca introduxit, *vt dicemus in 10. ca.
q. 8. num. 17.* Quamobrem, & Iulia caducaria
nuncupatur *ab Vlp. tit. 28. Instit.*

Septimo non obstat, quod indignus repu-
diando faciat hæredem fiscum, quia respon-
deo, Imo eum tantum dici facere alium hæ-
57 redem, † qui adeundo alij acquirit hæredita-
tem, non etiam eum, qui repudiando facit
alij locum, *vt diximus in hoc cap. q. 42. num.
520. Et in his terminis respondent Rip. in d. l. 1.
num. 155. vers. 3. mouetur, & Andr. Fach. d. lib.
4. cap. 64. vers. quartum.*

Retenta tamen opinione contraria, quæ
negari non potest, quin sit magis communis
de-

declaratur procedere, si repudiatio fiat, post-
ea, quam hæres cœpit esse negligens in vlci-
scenda nece defuncti, & adeunda hæreditate:
Nam, quia (secundum eos) ex tali negligen-
tia efficitur indignus, ideo statim acquiritur
ius fisco, & propterea, si postea repudiet, cense-
58 tur, id facere in fraudem fisci, † *Ita declarant
Bart. in d. l. si sequens. 15. in princ. ff. ad Sylla.
Alcia. in d. l. 1. num. 102. ff. de vulg. Boss. in d. tit.
de his, quib. vt ind. nu. 18. Et fatetur etiam Zaz.
d. cap. 1. num. 17.* Cæterùm, si repudiet ante,
quam incipiat esse negligens, fatētur omnes
non posse fiscum aliquid prætendere, quia,
cum repudians nondum sit factus indignus,
nullum per consequentias ex eius persona
59 potest ius fisco competere. † *Ita declarant
Alcia in d. l. 1. nu. 102. ff. de vulg. & Boss. in d. tit.
de his, quib. vt ind num. 18.* Generale enim est,
vt, quoties vocatus repudiat ante, quam cō
missa sit causa indignitatis, excludatur fiscus,
vt dicemus infra num. 61.

Hinc consulitur substituto vt ante, quam
transeat tempus negligentiæ primi hæredis,
faciat ei præfiniri terminum ad hereditatem,
vel adeundam, vel repudiandam, quia, si in-
tra illum terminum, & sic ante, quam incipiat
esse negligens, repudiet institutus, non voca
60 bitur fiscus, sed substitutus. † *Ita Bart. in d. l. si
sequens, in princ. per l. si ante, quam. 23. ff. ad
Sylla.*

Si verò loquamur de secunda specie indi-
gnitatis, tunc sine dubio veriorem esse puto
sentētiam existimantium, fiscum esse potio-
61 rem substitutis, & coniunctis. † *Et in his ter-
minis specialiter loquuntur Castr. in d. l. hæreditas
4. num. 1. & ibi Alex. num. 2. C. de his, quib. vt ind.
Ias. in d. l. ex facto. 43. §. vlt. num. 2. & ibi Hyer.
Verr. num. 12. & 13. ff. de vulg. Rip. in d. l. 1. nu.
155. in fin ff. eod. Pereg. de iur. fisc. d. lib. 2. tit 4.
n. 14.* Nam in hoc casu rectè dicitur indignus
repudiare in fraudem fisci, cum indignus sit,
etiamsi non adeat.

Vtique autem supponimus repudiationē
fieri post contractam indignitatem: nam, si
ante, verius esset, excludi fiscū, tametsi postea
62 repudians fieret indignus, † *vt rectè scripserūt
Castr. in l. Papinianus. 8. §. meminisse, num. 3. ff.
de inoff. Alcia. in d. l. 1. nu. 102. ff. de vulg. Pereg.
63 d. lib. 2. tit. 2. num. 25. & tit. 7. num 11.* quia, † cū
tempore repudiationis nulla subesset causa,
ex qua fisco acquiri posset, & sic tractaretur
de solo interesse repudiātis; Consequens fuit,
vt liberè repudiare potuerit, & repudiando
facere locum alijs, quibus, cum ex tali repu-
diatione ius fuerit quæsitum, non debet post-
ea sine ipsorum facto, & culpa ius illud aufer-
ri, licet repudians postea factus sit indignus,
quia non debet alteri per alterum iniqua cō-
ditio inferri *l. non debet alteri. 75. ff. de reg. iur.*
& ex facto vnius alter prægrauari non debet
l. sancimus. 22. C. de pœn. Denique ius nobis
quæsitum sine facto nostro nobis non debet
auferri *l. id, quod nostrum. 11. ff. de reg. iur. Ita
ratiocinatur Pereg. d. lib. 2. tit. 2. num. 25.*

Planè, si fraus aliqua coniecturari posset,
perinde admitteretur fiscus, ac, si repudiatio
64 facta non esset, † *secundum ea, quæ diximus su-
pra num. 27. Et in proposito considerat Pereg. d.
lib. 2. tit. 2. num. 25.* Et hæc de modo, quo pars
debet deficere, vt fiat iuri accrescendi locus.

SVMMARIVM.

1 *Portio, quando censeatur deficere ante acquisitionem, & num seqq.*

4 *Ius accrescendi locum habet, si portio deficiat ante acquisitionem, & cur, num. 6.*

5 *Substitutio vulgaris locum habet, si institutus ante acquisitionem deficiat.*

7 *Ius accrescendi procedit ex acquisitione ab initio impedita.*

8 *Ius accrescendi locū habet in hereditatibus, si portio deficiat ante acquisitionem.*

9 *Ius accrescendi locum habet in legatis, & fideicommissis, si portio deficiat ante acquisitionem.*

10 *Ius accrescendi locum habet, si portio deficiat ante acquisitionem, non solum in proprietate, sed etiam in vsufructu, & num. seq.*

12 *Ius accrescendi locum habet, si portio deficiat ante acquisitionem, etiam in contractibus, quibus casibus in ijs illud recipitur.*

13 *Ius accrescendi in proprietate locum non habet, si portio deficiat post acquisitionem, & cur, num. 14. & seqq.*

15 *Portio, quæ post acquisitionem habetur pro derelicta, non accrescit coniuncto, sed occupanti cōceditur.*

16 *Exclusus semel à iure accrescendi debet perpetuò remanere exclusus.*

17 *Substitutio vulgaris extinguitur per acquisitionē factam ab instituto.*

18 *Ius accrescendi non habet locum post acquisitionē siue post portionem, post emolumentum, post ius quæsitum.*

20 *Ius accrescendi non habet locum post concursum.*

21 *Coniunctio, siue effectus coniunctionis cessat post acquisitionem.*

22 *Ius accrescendi post acquisitionem cessat, non solū in hæreditatibus, sed etiam in legatis, & fideicōmissis.*

23 *Ius accrescendi cessat in donationibus causa mortis, & mortis causa capionibus post emolumentum acquisitum.*

24 *Ius accrescendi cessat in contractibus post emolumentum acquisitum, etiam in ijs casibus, in quibus ante locum habere potest.*

25 *Ius accrescendi post acquisitionem cessat etiam in successionibus statutarijs.*

26 *Ius accrescendi post acquisitionem cessat, non solū in dominio directo, sed etiā in vtili, & cur. nu. 37.*

28 *Ius accrescendi locum habet etiam post acquisitionē, si illa ex post facto ita resoluatur, vt habeatur pro non facta.*

29 *Ius accrescendi procedit ex acquisitione, vel ab initio impedita, vel ex post facto funditus resoluta.*

30 *Paria sunt partem a principio deficere, vel ex post facto resolui.*

31 *Ius accrescendi nunquam habet locum ex acquisitorum resolutione, Declara, vt num. 32.*

33 *Ius accrescendi locum habet etiam post acquisitionem, si hæres ideo priuetur hereditate, quia monitus a Iudice non paruit intra annum præcepto testatoris, & cur, num. 34.*

35 *Ius accrescendi locum habet etiam post acquisitionem, si heres prohibitus a testatore molestiā inferre vxori sub pena priuationis cōtrauenit, & cur, num. 36.*

37 *Ius accrescendi post emolumentum acquisitum lo-*

cum

cum habet, etiam in legatis, & fideicommissis si vocatus ex dispositione testatoris priuetur propter inobedientiam.

38 *Ius accrescendi locum habet etiam in cõtractibus post emolumentum acquisitum si prohibita sit alienatio sub pœna priuationis.*

39 *Priuatio, vel fit ex dispositione Legis, vel ex dispositione hominis, & qualiter inter se differant, nu. 40. & seqq.*

42 *Declaratur l. vlt. ff. de succ. ed. & n. 57. & seqq. vsq; ad num. 67.*

43 *Argumentum a successorio edicto ad ius accrescendi, an, & quando valeat, & num. 64. & seqq.*

44 *Restitutio in integrum non facit locum vulgari substitutioni, & num. 69. & cur, num. 70. Sed contra, num. 71. & cur, num. 72.*

45 *Declaratur l. ait Prætor. 7. alias est l. & si siue. 8. §. sed, quod Papinianus ff. de minor. & numer. 75.*

46 *Ius accrescendi extinguitur per aditionem a cohærede factam. Declara, vt num. 74. & seqq.*

47 *Ius accrescendi non habet locum, etiamsi minor post aditam in integrum restituatur, Sed cõtra, num. 48.*

49 *Declaratur l. ex contractu. 44. ff. de re iudic. & num. seqq.*

50 *Sui ita demum si possunt abstinere, si se non immiscuerint, Declara, vt num. 51.*

52 *Declaratur l. si minor 61. ff. de acq. hered.*

53 *Declaratur l. pen. ff. de acq. har.*

54 *Restitutio ponit omnia in pristinum statum. Fallit, vt num. 56.*

55 *Restitutio in integrum concessa minori aduersus aditionem operatur, vt perinde sit, ac, si minor hereditatem non adijsset.*

66 *Declaratur l. 1. §. si quis adita ff. ad Tert.*

67 *Declaratur l. 2. § si quis bonorum ff. ad Tert.*

68 *Declaratur l. & si ex modica 6. §. si filius ff. de bon. lib.*

75 *Ius accrescendi, vt exclusum censeatur, necessarium est, vt pars a coniuncto perfectè, & totaliter, ac cum effectu acquiratur, & num. seq.*

79 *Ius accrescendi locum habet in querela, etiam post litem incohoatam & cur num. 80.*

81 *Ius accrescendi locum habet in assignatione libertorum, etiam post acquisitionem, & cur, nu. 82. & seq.*

84 *Ius accrescendi locum habet in concessione, siue liberalitate Imperiali, etiam post emolumentum acquisitum.*

85 *Testator potest cauere, vt ius accrescendi locum habeat, etiamsi portio deficiat post acquisitionem, & cur, num. 86 Sed contra, nu. 94. & seqq. Declara, vt num. seqq.*

87 *Ius accrescendi locum habere potest etiam post acquisitionem ex coniecturata & præsumpta mente testatoris.*

88 *Pluralitas non resoluitur in plures singularitates in substitutione fideicommissaria, si ex voluntate testatoris possit etiam post emolumentum acquisitum locum habere ius accrescendi.*

89 *Ius accrescendi, quod ex voluntate testatoris locum habet post acquisitionem, non est tacita vulgaris, sed tacita fideicommissaria.*

90 *Ius accrescendi ex voluntate testatoris locum habet etiam post emolumentum acquisitum in legatis, & fideicommissis.*

91 *Ius accrescendi locum habet in contractibus, etiam post acquisitionem, si ex verbis, aut coniecturis constet, talem fuisse mentem contrahentium.*

92 *Testator non potest cauere, vt in hæreditatibus ius accrescendi locum habeat post acquisitioné, Declara, vt num. 93.*

95 *Ius accrescendi, tanquam subsidiaria legis dispositio non, nisi deficiente hominis vocatione locũ habet.*

67 *Declaratur l. si qua mulier. 4 C. ad Tert. & num. seq.*

99 *Hæres ex parte institutus, & grauatus fideicommisso, si coactus adeat, et ante restitutionem moriatur fideicõmissarius, pars eius, tametsi adita cohæredi accrescit, Sed contra, num. 100.*

101 *Declaratur l. sed, cum ab hærede 12. ad Trebell.*

102 *Ius accrescendi locum habet inter executores testamentarios, etiam post emolumentum acquisitum.*

103 *Ius accrescendi in vsufructu locum habet, etiamsi portio deficiat post acquisitionem, & cur, num. 105. & seqq. & num. 113. & seqq. Declara, vt num. 122. & seq.*

104 *Ius accrescendi reale differt a personali, quia reale non habet locum post acquisitionem, personale vero locum habet, & cur, num. 105. & seqq.*

106 *Legatum vsusfructus non est multiplex, sed vnicum.*

107 *Legata tot esse censentur, quot anni, menses, dies, si quid alicui legetur, in singulos annos, vel menses, vel dies, & cur, num. 108.*

109 *Vsusfructus, si legetur in singulos annos, menses, dies, tot censentur legata, quot anni, vel menses, vel dies.*

110 *Vsusfructus legatus nõ acquiritur semel, sed quotidie, Declara, vt ibi, & num. seqq.*

119 *Vsusfructus futuri temporis non est idem cum vsufructu temporis præteriti, sed nouus, & de nouo constitutus.*

120 *Ius accrescendi non habet locum in diuersis rebus Declara, vt num. 121.*

124 *Ius accrescendi in habitatione locum habet etiam post acquisitionem.*

125 *Ius accrescendi in vsu locum habet, etiam post acquisitionem.*

126 *Vsusfructus, si fuerit legatus seruo cõmuni, ius accrescendi locum habet ante acquisitionem, non post, Sed contra num 128.*

127 *Declaratur l. 1. §. 1. ff. de vsufructu accr. & num. 129.*

130 *Ius accrescendi in vsufructu locum habet inter coniunctos verbis tantum ante acquisitionem, non etiam post, Sed contra, num. 131.*

132 *Ius accrescendi non habet locum in vsufructu causali post acquisitionem, & cur, nu. 133. Declara, vt 134. & seqq.*

An, & quando ius accrescendi locum habeat ante, vel post acquisitionem

Quæstio Quinquagesima Nona.

SVperest, vt dispiciamus de tempore, quod circa defectum considerandum est, & videamus, quo tempore debeat portio deficere, ad hoc, vt locum habeat ius accrescendi. Constat autem duo esse tempora, quæ in hac re considerari possunt, vnum

vnum , quod præcedit, alterum verò, quod
sequitur acquisitionem:
Et præcedere quidem acquisitionem dici
tur id tempus, quod ante agnitionem consi-
1 deratur,† scilicet, quia acquisitio in hoc loco
de ea tantum intelligitur, quæ per agnitionē
fit:Nam, quæ ipso iure, non habetur (quan-
tum ad propositum) in consideratione, quia,
cum sit commutabilis, vel omni iure, vel sal-
tem iure Prætorio, fit, vt, si postea commute-
tur, habeatur pro non facta . Quamobrem,
si legatarius post diem legati cedentem
repudiet suam portionem , non dicetur ea
2 deficere post acquisitionem, sed ante, † *ut de-
clarat Ceph.cons.126.num.2. & seqq.* quia licet
res legata acquiratur ipso iure, etiam ignorā
*ti l.cū pater 79.§.surdo ff.de leg.2.l.filiusf.16.ff.
de testa.* acquiritur tamen commutabiliter, id-
est, nisi repudierit *l.seruum filij.46.§.1.l.si tibi
homo 88.§.cum seruus ff de leg primo, l.legatum.
82 ff.de leg.2.l.1.§ vtrum ff.si quid in fraudem
patro.* ideoq; secuta repudiatione non habe-
tur pro acquisita *l.legatarius.38.§.vlt.& d.l.ser
uum filij.46.§.1.ff.de leg primo, l.proinde 8.ff.si
cert.pet.d.l.1.§ vtrum ff.si quid in fraud. patr.*
Idem est. & si suus hæres ante immixtionem
3 se abstineat hæreditate paterna: † Nam, & si
talis abstentio fiat post acquisitionem, si spe-
ctemus ius ciuile, scilicet, quia suis hæreditas
acquiritur ipso iure *l.in suis. 14.ff.de suis, & le
git.* adeo, vt etiamsi se abstineant , nihilomi
nus remaneant hæredes saltem nomine *l.& si
ex modica.6.§.si filius ff. de bon. lib.l.2. §. sed &
si sint sui ff. ad Tert. l. cum quasi. 30. §. sed & si
suus ff.de fid.lib.* tamen , si spectemus ius præ
torium , censetur fieri ante acquisitionem,
quia prætor permittendo suis, vt se abstineāt
non habet eos pro heredibus *l. si filius , qui se
abstinuit.13 ff.de inter.actio.* & idem in eis ser-
uari vult, quod in extraneis, qui repudiant *l.
nam, nec emancipatus.91.ff.de leg.primo l.pro hæ
rede. 20. §. Papinianus ff. de acq hæred.* Vnde,
quemadmodum, si extraneus repudiaret suā
portionem, diceretur ea deficere ante acqui-
sitionē, ita etiam debet dici ante acquisitio-
nem deficere, cum suus se abstinet.
Si igitur portio deficiat ante acquisitionē,
quin locum habeat ius accrescendi , non est
4 dubitandum *†l.3.§.vlt.ff.de bon.poss l.si ex plu-
ribus.9.ff.de suis, & legit.l.2.in fi.ff si pars hæred.
pet.§ si eadem Inst.de legat l.vn.§ his ita definitis,
& §.vbi autem legatarij C.de cad.toll. Et scribūt
gl.in l.aquam.16.in verb.ius aquæ, vers. Item il
lud , & ibi Castr. num. 3.ff.quemad.seru.amit.
Bart.in l.hæredes mei.57.§ cum ita num.4.vers.
videntur ff.ad Treb.& in l.vn.in prin.C.si liber.
Imp Soc. fin. hær. decis lib.10.Castr.in l.si ponas
23.§.ult.num.1.ff.de inoff. testa. Dec. in l. vn. in
prima lect. nu.5. & in secunda nu.22.C.quand.
non pet part. Ruin.cons.203.nu.20.vol.2.Alcia.
in d.l.re coniunctis , num.57.* Anto *Fum.de con-
iunct.cap. 5. num. 2. Mantic de con. vlt.vol.
lib.10.tit.3.num.31.vers.postremo, Crass.in d.§.
Ius accrescendi, q.15.num. 2.Surd.cons.211.nu.
18.vers.& quod dictum, Viu.decis.450.num.27.
Pereg.cons 67.num.5.vol.5.Bursa.cons.381.nu.
14.Hond.cons.89.num.51.vol.1. Duar.lib.1.de
Iur.accr.cap.21.Cuiac.ad tit.C.quand. non pet.
par. Hoto:Ill.q.44.vers. reliquum est, Donell.lib.
10.comm.cap.23.vers. Primum in parte;* Nam,
quemadmodum locum habet vulgaris sub
stitutio, si primus ante acquisitionē deficiat
5 *† l.qui plures 23.& l fin in prin.ff de vulg. l 3.
C.de imp.& al.sub.l sive autē.12 ff.de leg præst.tit.
Inst.de pupill. in prin.* quod per talem defectū
purificetur conditio, sub qua fuit illa conce-
pta, *ut ostendimus in hoc cap.q.21. num. 27.* ita
etiam locum habere debet ius accrescendi,
quod est quædam vulgaris substitutio , non
quidem expressa, sed tacita, *ut diximus in d.q.
21.num. 12. Et in his terminis considerat Bursa.
d.consil.381.num. 14* Purificatur enim etiam
per huiusmodi defectum cōditio, sub qua ius
6 accrescendi a lege deferri solet , † *ut patet ex
ijs, quæ diximus ibi num. 28.* Quamobrem di-
cimus, ius accrescendi procedere ex acquisi-
7 tione ab initio impedita † *d.l. si ex pluribus.9.
ff.de suis, & legit. Et videre est apud Bald.in l.qui
patris.59.vers in ea gl.ibi, et ibi Ang.n.7.Castr.nu.
3.ff.de acq. hæred. Bald.in l si duobus. 16.§.fin.
vers.Item in hoc ff.de leg.primo, Ang.in l si mi-
nor.61.ff.de acq.hæred, Ias.in d.l.vn. num. 35.
C.quand.non pet.part. Peral in l.& Proculo 20.
num. 10.ff. de leg. 2.* Idq; procedit non solū
8 in hæreditatibus,† *de quibus loquuntur l. 3. §.
ult ff de bon.poss.d.l si ex pluribus.9.ff.de suis,&
legit.d.l.2.in fin.ff.si pars hæred.pet.d.l vn. § his
ita definitis C. de cad.toll. Et Bart.in d.l. hæredes
mei.57. §. cum ita, numer. 4. vers. veluerius ff.
ad Treb.Castr.in d.l.qui patris.59.num. 3.ff.de
acq. hæred. Dec.in d.l.vn. in prima lectura num.
5.& in secunda num. 22. C. quand.non pet.part.
Hond.d.cons.89.num.51.vol.1.* sed etiam in le-
9 gatis & fideicommissis, † *de quibus loquuntur
d.§.si eadem. Inst.de lega l.vn. §.ubi autem lega-
tarij C.de cad toll.Et gl.in d.l.aquam 16.in verb.
ius aquæ,vers.Item illud ff. quemad. seru.amitt.
Soc.Iun.cons.107.nu.13.vol.3.Surd.d.cons.211.
num. 18. vers.et, quod dictum,Viu.d.decis.450.
num.27.*Nec solum in proprietate , sed etiam
10 in vsufructu † *l.1.§.interdum ff.de usufr.acc.Et
scribunt Castr.in l.mulieri.73.num.4.vers in gl.
fin.ff.de cond.et dem. Men.de præs.lib.4 præs.159.
num.7.Peregr.cons.59.numer.2.vol.1. Cuiac.in
parat.ff.de usufr.accr.Hoto: Illust.q.44.vers.Re-
liquum est,et in Epito tit. ff. de usufr. accr.num.
25.vers.prima: Et est de mente dicentium, in usu-
fructu locum habere ius accrescendi etiam post
acquisitionem, ut Duran de art.test.tit.6 caut.15.
num.45.vers. illud Significant eum id multo ma-
gis habere locum ante* Imo facilius in hoc , quā
in illa , propterea quod in vsufructu locū ha-
bet ius accrescendi etiam post acquisitionem
eum alioquin eo tempore in proprietate ces-
11 set, †*uti mox dicemus, Et in proposito considerant
gl.in d.l.1.§.interdum, in uerb quotidie constitui-
tur, in fi.ff.de usufr.accr.Castr.in d.l.mulieri.73.
num.2 vers.in text.ibi quādiu ff.de cond.et dem.
Cur.Iun.cons.14.num 6.vers. et ideo.* Denique
procedit, non solum in vltimis voluntatibus
sed etiam in contractibus & alijs viuentium
causis quibus casibus ius accrescēdi recipiūt
12 † *secundum ea, quæ diximus in 6.cap.q.32.et qq.
seqq. Ita scribunt Bald.in cap.1.§.et, quia vidi
mus num.4.De his, qui feud.dar.poss. Ale.in l.si
mihi, et Titio.110.in prin.nu.27 vers. Cæterum
ff.de uerb.oblig.Rosent.de feud.cap 6.num.1. Et
est in confesso apud eos, qui scribūt, in ijs habere lo
cum etiam post acquisitionem, ut Alex.cōs.17.nu.
11.vol.5.Ruin cons.159.num.9.vol.1.Soc. Iun.*
in..

in l.qui Romæ 122.§ duo fratres num.137.uers. uel dicas ff.de uerb.oblig Zuccar.cons 50 nu.36. et 37.uers.2.et fortius,et num.42. Osas. decis.23. num. 12. Significant enim,id multo faciliùs habere locum ante

Quod, si portio desiciat post acquisitionē, & quærimus,an locum habeat ius accrescendi, Constat multum referre,vtrum loquamur de proprietate,an verò de vsufructu: Nam,si de proprietate, certi iuris est, non habere lo-
13 cum † d.l.1.§.interdum ff. de usufr.accr. Et specialiter de proprietate loquentes scripserunt Bart. in d.l.re coniuncti, n.49 et ibi Ias. n.220.Crott. n.57. Alcia.n.57. Ang.in l.si minor. 61.ff. de acq. hered.Castr.in l.aquam 16.num. 3 ff. quemad. serd.am.Soc.Iun.in l.qui Roma 122. §. duo fratres, num. 137.uers. Nec uidetur procedere ff. de uerb. oblig. Alcia lib.4 Parad.cap.16.num.4 et cons.39.num.16.uers.sed etiam,lib.9. Zanch in l. haredes mei.57.§ cum ita,part.10.num.65.ff.ad Treb.Ceph.cons.126 num.12.in fin. Perait.in l. cum ita 33.§ in fideicommisso.num.14.ff. de leg. 2.Roll.cons.18.nu.11.uol.4. Nat. cons. 306 nu. 3.Cran in l cum filiosa.11. in prima lect. nu.61. et 62.in fin ff. de leg. primo.Hond. cons.6.nu.41. uol.1. Peregr. d.cons.59.num. 8.vol.1.Rustic.in q.An fil pos.in cond lib.4 tit.2.part.1.nu.12.Et omnes,quos referemus infra n.104 differentiam inter proprietatem, et vsumfructum afferentes:
14 Quod etiam ratione probatur: Nam, † aut post quæsitam portionem simpliciter moritur coniunctus, quo casu portio non dicitur deficere, cum transmittatur ad hæredes, ut ostendimus in hoc cap. q.41.num.12. Et non potest habere locum ius accrescendi, quia ius transmissionis, tamquam potentius ius accrescendi excludit, ut latè ostendimus ibi num. 6. et seqq. Quamobrem diximus, post emolumētum acquisitum portionem non accrescere, sed transmitti, uti videre est apud eos, quos retulimus ibi num. 104. Aut vero non moritur, sed portionem amittit, quo casu dicitur ea deficere, Et ne in hoc quidē casu locum habere potest ius accrescendi, quia, aut ideo amittit quia non vult eam retinere, Et portio tamquam habita pro derelicta occupanti conce-
15 detur † ve in specie declarant gl in d. l. 1.§.interdū, in verb admittit ff de vsufr.accr. Castr.in l.si ponas 23.§.vtl num.1. ff.de inoff. test. Duar.lib. 1.de Iur accr.cap.21. Aut vero amittit propter aliquem casum,siue euentum,qui in eius personam priuationem operetur, Et portio debebit in eos transferri, quorum fauore priuatio fuit inducta, non autem transire in coniunctum, vt pote, qui, cum semel fuerit a iure accrescēdi exclusus, debet ppetuo remanere ex-
16 clusus † ex regula cap. 1.§. quin etiam, tit. Episc. vel Abb. quam tradunt Bald. in Auth. sed & si quis, num.6. C. de sec.nupt. Soc.Sen.cons.5.num.4. vol.1. Dec. cons.87.num. 1. Decia cons.54.num. 37.vol.2.Menoch.cons.220.num.11 & 51. cum semel extinctum ampliùs non reuiuiscat, & a priuatione ad habitum non detur regressus l.qui res.98.§.aream ff. de solut.l. Mænius.68.§. duorum ff. de leg. 2. Deniq; cum primi acqui-
17 sitio excludat vulgarem substitutionem † l. post aditam 5.C. de impub.& al.subst.l si legata. 6. C. de legat. quod per talem acquisitionem deficiat conditio, sub qua fuit illa concepta, ut diximus in hoc cap.q.21,num.20.Consequēs est, vt debeat etiam exludere ius accrescendi; quod (vt diximus) est quædam tacita vulgaris substitutio, & sub eadem conditione de-
18 fertur, † vt ostendimus ibi nu.12. Ita ratiocinātur Bald. in Auth si quas ruinas, num.7. vers.3. casu C.de sacr. Eccl. Ang de Gamb cons.35.num. 4.Gul.Ben.in d.cap. Raynutius in verb.& uxorem nomine Adelasiam,num.113. Alcia.in d.l.re coniuncti,numer 57.Bursa.d.cons.381.num.14. vers. Quibus, Duar. d. lib.1.de iur.accr.cap.21, Quamobrem de proprietate accipiēdum est quod tam frequenter legimus, Ius accrescēdi non habere locum post acquisitionē, siue post portionem, post emolumentum post ius
19 quæsitum † d.l.1.§ interdum ff.de vsufr. accr.l. aquam. 16. ff.quemad seru.amit. Et apud gl.in l. vtrum.5.in verb. & puto ff de assign.lib. Azo in summ.tit. Inst.de assign.lib num.7.Cin in l on. num.7.& ibi Bald.num.10. Seb.Sap.num.12.C. quand non pet.part.Bart.in d l re coniuncti,nu. 49.& ibi Ias.num. 221. & 225. Crott.num.145. vers.quid autem,& num.148. Polit. num.76.& 81.Alcia num.57.Bart.in l.si mihi,& Titio.110. in prin.num.4.& ibi Castr.num.3. Alex nu.14. vers.Quod intellige verum,& num 21.vers aliter esset, Ias.num.10.vers. Aut ergo, & Alcia num. 21.ff.de verb. oblig. Bart.in l sed cum patrono.6. in prin num.2 ff.de bon. poss.& in l.vn in princ. C si liber. Imp soc.fin her.dec.lib.10. Bald.in cap. 1.num 2.De duob.fra.a cap. inuest. & in cap.1. §.&,quia vidimus num.4.De his qui feud. dar. poss. Ang.in l.qui patris. 59 num. 2. & ibi Imol. numer.2. ff.de acq hared.Castr.cons.262.num.1. vers breuiter,vol.2. Affl.in cap.1 in prin num.5. & ibi Balzara.num.7 vers.quo stante, De frat.de nou.ben.inu. Alex.in l. si actionem. 24 num.2.& ibi Dec.num.3.Alcia nu.3.& 4.C.de pact.Alex. in l.legatarius.38. in princ.numer.2.in fin. & ibi Ias nu.5.ff.de leg.primo, Port.ad tit. Inst.de Iur. pers. num. 10.& 11.& ibi Ias.in addit.sub num. 10.Ias.cons.24. num.2.vers. sed redeundo col.3. & cons.117.num.3.& col.7. vers 2. principaliter vol 4. Dec. cons 262 numer.1.Gul.Ben.in d.cap. Raynutius,in verb.& vxorem nomine Adelesiā, num.170.Ruin.cons. 152.num. 10.vers sed, ubi coniunctus,vol.3.Soc.Iun. cons. 107.numer 14. vol.3. Alcia.d.cons.39 num.9.& 22.vers.ultima, lib.9 Rub.in l. pater filium.14. numer.110.ff de inoff.& in l.non solum.8.§.morte num.365.ff de op.nou.nunt Galiau.in l.cēturio. 15 n.476.ff de vulg.Zuccar.cons. 50.num.43.Ceph cons.29 nu. 8.& cons.126.nu.1.Gomez. tom. .var.resol cap. 10.num.5.Rosent.de feud.cap.6 concl.73.num 5. Mantic.de con.ult.vol.lib.10.tit.3.nu.32.Crass. in d §.ius accrescendi q.15.nu 2. Menoch.cons. 1008. num 5. Rustic cons.2.numer.65.Pereg.de fideic.artic.21.num. 35.& 36.& cons.67.num.5. vol.5.Schen.cons.45.num.5. vol.1 Cuiac ad tit. C.quand.non pet part. Anto.Fab.lib. 3. coniect. cap.4 Gratia.cap.272.discep for. num.17.Hott. cons.31.n.23.seu, non habere locum post con-
20 euesum † apud Rub. in d l pater filium. 14.nu. 132.ff.de inoff. Denique post acquisitionem cessare coniunctionem, siue effectum con-
21 iunctionis, † l.si,qui complures,92. & ibi glo. in verb.omnibus ff.de leg.3. Ruin.cons.168. nu.13. & cons.203 num.21.vol.2.

Hinc infertur primo, ius accrescendi in proprietate non posse (secundum veriorem opinionem) coniungi cum substitutione fideicom-

deicōmissaria, quippe quę non habet locū, nisi post aditam hæreditatem, quo tempore ius accrescendi cessat, *vt late ostendemus in 9. cap. q. 40. per tot.*

Secundo infertur, si in proprietate duobus coniunctim fiat substitutio sub conditione, si decesserint sine liberis, & vnus eorum post aditam hæreditatem moriatur sine filijs, locum fieri substitutioni, quia, cum non adsit persona, quę partem illam vindicare possit, scilicet, quia post aditam hæreditatem ius accrescendi cessat, fit, vt pluralitas resoluatur in plures singularitates, *vt late ostendemus in d. cap. 9. q. 7.* Hæc autem adeo vera sunt, vt procedant.

Primo non solum in hæreditatibus, sed
22 etiam in legatis & fideicommissis, † *vt de hereditatibus scribunt gl. in l. mater decedens. 19. in verb. iamissem ff. de inoff. Bart. in l. hæredes mei. 57. § cum ita, num. 4. vers. sed substitutio. & nu. 5. vers. si vero loquimur, & ibi Zasi. part. 4. nu. 271. ff. ad Treb. Bart. in d. l. qui patris. 59. num. 3. & ibi Bald. vers. & ad euidentiam, Castr. num. 3. ff. de acq. hæred. Bart. in l. ex contractu 44. nu. 3. ff. de re iudic. Bald. in d. l. vn. nu. 30. vers. quid dicemus C. quand. non pet. part. Castr. in l. si minor 61. nu. 2. ff. de acq. hæred. Alex. in d. l. si actionem. 24. num. 2. C. de pact. in l. apud Iulianum. 11. § verum, num. 6. ff. ad Treb. & cons. 38. num. 3. cons. 91. num. 7. vol. 1. & cons. 149. num. 5. vol. 7. Ias. in d. l. re coniuncti, num. 221. & ibi Crott. num. 58. Rip. num. 156. Ias. cons. 117. num. 3. vol. 4. Gul. Bin. in d. cap. Raynutius, in verb. & vxorem nomine Adelasiam, nu. 113. Bertr. cons. 30. num. 2. vol. 6. Ruin. cons. 94. num. 10. uers. &, si dicatur, & cons. 168. num. 12. vol. 2. Paris. cons. 43. num. 7. vol. 2. Soc. Iun cons. 152. nu. 9. uol. 2. Cbass. cons. 14. num 9. vers. 2. Purp. in l. vn. nu. 18. & ibi Cagn. num. 62. vers. 3. limitatur, & Io. Gutti. num 39. C. quand. non pet. part. Cipo. cōs. 34. num. 6. cons. 450. nu. 12. Decia. cons. 40. nu. 4. vol. 1. & cons. 76. num. 15. cons. 129. num. 12. & 62. vers. Non obstat nonum, vol. 3. Hond. cons. 6. nu. 42. & cons. 89 num. 51. vol. 1. Perig. cons. 59. num. 9 in fi uol 1.* De legatis verò, & fideicommissis, *scribunt gl. in d. l. 1. § interdum, in verb. admittit ff de vsufr. accr. gl. in d. l. aquā 16. in verb. ius aquæ, vers. Ite illud ff. quemad seru. am. Ang. cons. 153. num. 1. vers. super 2. Castr. in l. si mihi, & tibi. 12. in prin. numer. 1. & ibi Alex. num. 1. Ias. num. 5. ff. de leg. primo Ias. in l. huiusmodi 80. § fin, eius, n. 7. uers. sed aduerte ff. eod. Ruin. cons. 28. num. 14. uol. 3. Soc. Iun. cons. 107. numer. 14. uol. 3. Paris. cons. 63. numer. 21. uol. 3. Peral. in d. l. cum ita. 33. § in fideicommisso, num. 13. in fi. ff. de leg. 2. Nat. cons 306. num. 1. Surd. cons. 123. num. 9. & cons. 211. num. 18. uers. &, quod dictum, Pereg. de fid. artic. 20. num. 14. & cons. 33. num. 15. uol. 3. Vu. decis. 406. num. 2. & 14. Suuar. cons. testam. 8. nu. 8. Menoch. d. cons. 1008. num. 6 Seben. cons. 27. nu. 21. uol. 1. Et de omnibus Ang. de Gamb. de testa. gl. 42. num. 5. in p. Ant. Rum. de consum. cap. 12. num. 1. Men. cons. 372. num. 32.* Et vero etiam in donationibus causa mortis, & mortis causa capioni-
23 bus, † *ut de his scribit Menoch. d. cons. 1008. num. 6. uers. Iam:* hinc tractetur de iure accrescendi, hic etiam de iure non decrescendi, *ut declarant Castr. d. cons. 262. num. 1. uers. Breuiter, uol 2 Perig. d. cons. 33. nu. 15. uol. 3. Vu. d. decis. 406. num. 14.*

Secundo procedūt etiam in contractibus: Nam, & si certis casibus receptum sit, locum in ijs habere ius accrescendi, *ut retulimus in 6. cap. q. 32. num. 38. & seqq.* id tamen est intelligendum, si portio deficiat ante acquisitio-
24 nem, secus, si post, † *ut in specie declarant Ang. de Gamb. d. cons. 35. num. 2. Ias. in l. fin. num. 31. ff. de const. prin. Crott in d. l. re coniuncti numer. 140. Zuccar cons. 3. numer. 7. Gomez. tom. 1. uar. resol. cap. 10 num. 6. uers. 2. Gabr. cons. 66. numer. 13. uol. 2. Decia. cons. 75. num. 12. uol 2. Seben. d. cons. 45. num. 5. uol. 1. Mago. decis. Luc. 8. nu. 6. Rosent. de feud. cap. 6. concl. 75. num. 12. Tametsi contrarium scripserit Soc. Iun. in l. qui Romæ. 122. §. duo fratres num. 137. uers. uel dicas ff. de uerb. oblig.*

Tertio procedunt etiam in successionibus statutarijs: Nam, si statutum disponat, vt extantibus masculis fœminæ non succedant, & tempore mortis patris extent duo masculi, qui succedant, licet vnus postea moriatur sine masculis, non tamen alter habebit ius
25 accrescendi † *Ita Hond. d. cons. 6. numer. 41. uol. 1.*

Quarto procedunt, non solum in dominio directo, sed etiam in utili: Nam, nec in eo locum habet ius accrescēdi post acquisitio-
26 nem, † *vt scribunt Bald. in d. Auth. si quas ruinas, num. 7. uers. 3 casu C. de sacr. Eccl. Ias. in d. l. re coniuncti, num. 221. in l. legatarius. 38. num. 6. ff. de leg. primo in l. si mihi. & Titio 110. in prin. num. 10. uers. Aut ergo ff. de uerb. oblig & cons. 24. num. 2. uers. sed redeundo uol. 3. & cons. 117.
27 num. 3. uol. 4.* quia † dominium vtile, licet in quibusdam assimiletur vsufructui, *ut diximus in 9. cap. q. 3. nu. 5.* verè tamen proprietas est, & proprietatis instar habet, ideòque in eo non magis locum habere debet ius accrescēdi post acquisitionē q̃ in directa ꝓprietate. Hinc fit, vt, nec in feudo, nec in emphiteusi ꝓpriè loquendo locum habeat ius accrescendi post acquisitionem, *ut ostendimus in 6. cap. q. 37. num. 22. & q. 38. num. 41.*

Planè interdum etiam post acquisitionē locum habet in proprietate ius accrescendi.

Primum enim, si acquisitio ex post facto ita resoluatur, vt habeatur pro non facta, magis est, vt etiam post acquisitionem locum
28 habeat ius accrescendi † *Ita scribunt Ang. cons. 153. num. 1. uers. super 2. Soc Iun. cons. 152. num. 9. & 10. uol. 2.* scilicet, quia fictio idem operatur, quod veritas *l. si is, qui pro emptore 15. ff. de vsucap.* vnde, quemadmodum, si verè pars non fuisset acquisita, locum haberet ius accrescendi, *vt diximus supra num. 4.* ita etiā locum habere debet, cum per resolutionem fingitur nō acquisita. Quamobrem dicimus ius accrescendi procedere e x acquisitione, vel ab initio impedita, vel ex post facto fun-
29 ditus resoluta, † *vti videre est apud Bald. in d. l. qui patris 59. vers. in ea gl. ibi, & ibi Ang num. 7. ff. de acq. her. Bald. in l. si duobus. 16. § fin. vers. Item in hoc ff. de leg. primo Ang. in d. l. si minor. 61. ff. de acq hæred. Ias. in d. l. vn. num. 35. C. quand. non pet. part. Peral. in d. l. & Proculo. 20. num. 10. ff. de leg. 2.* Paria enim sunt partem a prin-
30 cipio deficere, vel ex post facto resolui, † *vt scribit Peral. in d. l. & Proculo num. 50.* Nec est contrarium, quod in acquisitorum resolutione nunquam habeat locum ius accrescendi,

ut

31 † *ut docent Bald in d. Auth. si quas ruinas, num.*
7. vers. 3. casu C. de sacr. Eccl. Castr. in d l. si mi-
nor. 61. num. 2 & in l pen. num. 2. vers sed cõtra,
ff de acq. hered. Ias. in d l re coniuncti, num. 221
& ibi Rip. numer. 156. Ias. in l. legat. vsus. 38.
in prin numer. 6 ff de leg. primo in d l. si mihi &
Titio. 110 in prin. numer. 10. vers. aut ergo ff de
verb. oblig. & d. cons. 24. num. 2. vers. sed redeũdo,
vol. 3. & d. cons. 117 num. 3. vol 4 Zuccard. cons.
50 num 43. Decia cons. 129 nu 12 uol. 3 Hond
cons. 6, num. 41. & cons. 89 num. 51. vol 1. quia
32 hoc verum est, † si resolutio fiat per modum
simplicis extinctionis, seu priuationis. Cęterum, si per modum retrotractionis, verius est, etiam ex acquisitorum resolutione ius accrescendi procedere, *secundum ea, quæ supra diximus*, quia talis retrotractio restituit rem in pristinum, & operatur, vt perinde sit, ac, si nũquam res fuisset acquisita, *ut dicemus infra num. 34* Huius rei tria possunt exempla afferri.

Primum in hærede, qui post aditam hæreditatem ideo priuatur sua portione, quia monitus a iudice non paruit intra annũ pręcepto testatoris: Nam, quia talis portio, quæ illi aufertur ex dispositione legis, applicatur cohæredi *§. si quis autem non implens Auth. de hæred. & Falc. coll. 1. Auth. hoc amplius C. de fideic.* intelligimus in hac specie locũ habe-
33 re ius accrescendi post acquisitionem. † *Ita scribunt gl. in d l. 1 § interdum in verb. admittit ff. de vsufr. accr. Bart. in d l re coniuncti, numer. 49. vers. Non obstat ad prædicta, & ibi Ias. num. 236. Rip. num. 171. Alcia. numer. 57. vers. Sed & quandoque, Soc. Iun. d cons. 152. num. 9. & 10. vers. & præterea, vol. 2. Ant. Fum. de coniunct. cap. 12. num. 2. Menoch. cons. 1084. nu. 14. Duar.*
34 *lib. 1. de Iur. acc. cap. 21.* Et hoc ideo, quia † per
huiusmodi priuationẽ ita resoluitur acquisitio, vt habeatur pro non facta; *Ita Ang. in l. 1. §. si coheredem, vers. sed tu limita ff. ad l. Falc. & d. cons. 153. num. 1. vers. super. 2.*

Secũdum exemplum afferri potest in hærede, qui post aditam hæreditatem priuatur sua portione, non ex dispositione legis, sed ex dispositione hominis, vt euenit, cum testator prohibuit hæredi, ne molestiam inferat vxori, cui victum, & vestitum, in domo reliquit, &, si contrafecerit, priuauit eum hæreditate, nec expressit, cui voluerit eam applicari: Nam tunc illa portio non applicatur vxori, vel fisco, sed substitutis, vel cohæredibus, vel venientibus ab intestato, & ita etiam in hac specie locum habet ius accrescendi
35 post acquisitionem † *vt scribũt Bart. in l. vxo-*
rem 39. §. hæres, num. 1. ff. de leg. 3. Bald. in l. 1 num. 41. & ibi Castr. num. 2. Ias. num. 6. vers. limita tamẽ C. de his. quæ pœn. nom. Bald. in Auth. cui relictum nu. 10. & 11. C. de ind. vid. toll. Imol. in l. pater fa. 44. numer. 8. vers. Contrarium ff de hæred inst. Alex. cons. 138. num. 13. & 14. vol. 1 Ruin. cons. 87. num. 3. vol. 2. Soc. Iun. d. cons. 152. nu. 9. & 10 vers quæ omnia, & vers. & præterea, vol. 2. Menoch. cons 525. num. 8. & d. cons. 1084.
36 *num. 8. & 9* ideo, quia † per talem priuationẽ
resoluitur acquisitio, & perinde habetur, ac, si nunquam fuisset facta. Idque procedit, nõ solum in hæreditatibus, sed etiam in legatis,
37 & fideicommissis, † *vti videre est apud Viu. decis. 406. num. 4. vers. verum, & numer seqq. vbi refert ita fuisse decisum*, & verò etiam in contractibus: Nam, si ex pacto prohibita sit alienatio rei sub pœna priuationis, pars alienan-
38 tis accrescet non alienanti, † *vt in specie docet Paris cons. 100 numer. 19. vol 4.* Differt autem hæc species a superiore, quia per hanc inducitur priuatio ex dispositione hominis, per
39 illam vero ex dispositione legis, † *vt declarãt Bart. in l pater fa 44. num. 7. & ibi Imol. num. 8. ff. de hæred. inst. Ias in d. l. 1. numer. 6. vers. limita tamen C. de his, quib. vt ind. Ruin. d. cons. 87. nu. 3. uol. 4.* hæc fit ex causa spretæ conditionis,
40 illa vero ex causa spretę rationis, † *ut ait Bald in d. Auth. cui relictum, numer. 11. C. de ind. uid. toll.* Denique ex hac portio hęreditatis defertur substitutis, vel cohęredibus, vel venientibus ab intestato, non etiam legatarijs, aut fideicommissarijs, ex illa verò defertur perso-
41 nis enumeratis † *in d. Auth. hoc amplius, C. de fideic. Ita de prima specie scribunt Bald. in d. l. 1. num. 43. C. de his, quæ pœn. nom. Ang. cons. 148. num. 4. De secunda uero diximus supra numer. 35. De utraq; demũ scribunt Bart. in d. l. pater fa. 44. numer. 7 ff. de hæred inst. Bald. in d. Auth. cui relictum, num 11. C. de ind. uid. toll.* Itaque deficientibus hęredibus testamentarijs, prius quã ad venientes ab intestato pertineat, defertur legatarijs, & fideicommissarijs, *ut etiã diximus in hoc cap. q. 11. num. 13.*

Tertium, quod afferri potest, exemplum, valdè controuersum est: Nam si minor post aditam hęreditatem in integrum restituatur, quæri solet an locum habeat ius accrescendi.

Dubitationem autem in primis facit *l. ult. ff. de succ. edict.* vbi Papinianus, *Inferioris gradus, cognatus,* inquit, *beneficium edicti successorij non habuit, cum prior ex propria parte possessionem accepisset. Nec ad rem pertinet, quod abstinendi facultatem ob auxilium ætatis prior cognatus acceperat. Igitur fisco uacantia bona re-*
42 *cte deferri placuit*: Nam ex his verbis † ita videtur posse deduci argumẽtum. Valet argumentum a successorio edicto ad ius accre-
43 scendi, † scilicet, quia par videtur vtriusque ratio: cum vtrunque requirat alterius deficientiã, & quidem ante acquisitionem contingentem, *ut de iure accrescendi diximus in huius cap prin. num. 4. De successorio uero edicto constat ex l. 1. §. qui semel, § si intra, & §. quibus ff de success. ed.* Quamobrem ea, quæ excludunt successorium edictum, excludunt etiã ius accrescendi, & quæ illi faciunt locum, faciunt etiam locum iuri accrescendi, *ut patet ex prædictis locis, & ex ijs. quæ diximus in hoc cap. q. 37. num. 19. & seq* Sed in integrum restitutio non facit locum successorio edicto *ut d l. ult.* Ergo nec iuri accrescendi.

Secundo mouet dubium illud, quia restitutio in integrum non videtur facere locum
44 vulgari substitutioni, † vt apertè probari videtur *l. ait Prætor. 7. alias est l. & si sine. 8. §. sed quod Papinianus ff. de minor.* vbi Vlpianus, *Quod Papinianus ait,* inquit, *si prius minor adierit hæreditatem, mox abstentus sit, substitutum pupillo seruum cum libertate non posse hæredem existere, neque liberum esse, non per omnia uerum est; nam, si non est soluendo hæreditas abstinente se hærede, & Diuus Pius rescripsit, & Imperator noster (& quidem in extraneo pupillo)*
45 *locum fore necessario substituto:* Nam † cum ius sin-

singulare in vno denotet ius commune in
contrarium *l. cum heredes. 53. §. 1. ff. de acq. poss.*
& singulare sit in seruo substituto, vt admit-
tatur minore post aditam restituto, si heredi-
tas non sit soluēdo *d. §. sed, Papinianus.* q Cō-
sequens est, vt de iure communi non admit-
tatur, & per consequentias, vt restitutio in
integrum non faciat locum vulgari substi-
tutioni. Atqui ius accrescendi est quædā
vulgaris substitutio saltem tacita, *ut diximus
in hoc cap. q. 21. numer.* 12. Ergo ei locum non
faciet in integrum restitutio.

Tertio dubium facit illud, quia semel ex-
tinctum ampliùs non reuiuiscit *l. qui res. 98.
§. aream ff. de solut. l. Moenius 68. §. duorum ff.
de leg.* 2. Sed per aditionē extinguitur ius ac-
46 crescendi, † *ut scribunt gl. in l. ex contractu. 44.
in uerb. ad substitutum ff. de re iudic.* Bald. *in d.
l. un. numer. 28. C. quand. non pet. part.* Ang. *de
Gamb. de testa. gl. 42. num 5. in fi. Castr. cons. 56.
num. 3. uol. 1. Ias. in d. l. si mihi, & Titio. 110. in
prin. num. 10. uers. aut ergo ff. de uerb. oblig. & d.
cons. 117 nu. 3. uol 4. Gul Ben. in d. cap. Raynu-
tius, in uerb. & uxorem nomine Adelasiam, nu.
113. Rip. in d. l. re coniunctis, numer. 156. Hond.
cons. 6 num. 42. uol. 1. Et generaliter de acquisi-
tione loquentes Surd. cons. 517. nu. 2. Bursa. cons.
381. num. 14 uers. quibus,* vt, & vulgaris substi-
tutio *l. post aditam. 5. C. de imp. & al. subst.* Ergo
non poterit ampliùs reuiuiscere.

Quarto, & vltimo facit dubitationem il-
lud, quia, licet portio minoris in integrum
restituti debeat ad cohæredem pertinere, nō
tamen dici potest pertinere per ius accrescē-
47 di, † quia hoc ius locū non habet, nisi portio
deficiat, *ut diximus in huiusce cap. prin. numer.*
6. & quidem funditus, & omni iure, *ut osten-
dimus in hoc ipso cap. q. 36. num. 1. & q. 38. num.*
4. Quamobrem dicimus, ius accrescendi pro
cedere ex acquisitione, vel ab initio impedi-
ta, vel ex post facto funditùs resoluta, *uti ui
dere est apud eos quos retulimus supra num.* 29.
Denique per ius accrescendi pars acquiritur
ipso iure etiam inuito *l. un. §. his ita definitis
C. de cad. toll. & latè diximus in 8. cap. q. 1. nume.
2. & q. 4 nu.* 8. Atqui portio minoris in inte-
grum restituti non deficit omni iure, nec
funditùs resoluitur, quia minor remanet hæ-
res saltem nomine *d. l. si sine. 8. § sed, quod Pa-
pinianus in fi. ff. de minor.* Denique non appli-
catur cohæredi inuito, sed volenti. *l. si minor
61 ff. de acq. hered.* Non fit igitur hoc per ius
accrescendi, *Et ita uisum est Ang. in d. l. si minor.
61 ff. de acq. hered. & Polit. in d. l. re coniunctis,
num. 79. uers. Quinta,*

Verum his non obstantibus certi iuris est,
partem minoris, qui post aditionem in inte-
48 grum restituitur, cohæredi accrescere: † *Ita
enim scripserunt Bart. in d. l. re coniunctis, nu. 49.
uers. 4 & ibi Ias. num. 234. Crott. num. 93. Rip.
num. 169. Alcia. nu. 157. uers. sed & si, 10. Gaud.
numer. 67. Bart. in l. sed, cum patrono 6. in princ.
num. 2. ff. de bon. poss. Bald. in d. l. un. num. 10. C.
quand. non pet. part. Ang. de Gamb. de testa. gl.
42. num. 6. Castr. in l. pen. num. 2. uers. sed contra
& num. 3. ff. de acq. hered. Imol. in l. ex contractu
44. num. 3. & ibi Alex. numer. 4 ff. de re iud. Soc.
Iun. d. cons. 152. num. 9. uol. 2. Ant. Fum. de con-
iunct. cap. 12. nu. 2. Duar. lib. 1. de Iur. accr. cap.
21. Cuiac. ad l. ult. ff. de succ. edict. in 6. lib. Resp.
Papin. Ant. Fab. lib. 3. coniect. cap. 4. Don. lib.
7. comm. cap. 12. uers. primum ergo.* Idque pro-
cedere, etiam in legatis, & fideicommissis,
*ut scribunt Ias. in d. l. re coniunctis, num. 185. &
Ant. Fum. de coniunct. d. cap. 12. numer.* 2. Non
probatur autem hæc sententia *l. ex contractu.
44. ff. de re iud.* quam veteres passim in hanc
rem adducere consueuerant, quoniam ibi
49 Scæuola nō loquitur † de in integrū restitutio
ne, sed de abstentione sui, quæ longe ab illa
differt, *l. necessarijs 57. ff. de acq. hær. l. et si ex mo-
dica. 6. § si filius ff. de bon. liber.* Fit enim nuda
voluntatis declaratione, cum alioquin illa
non, nisi causa cognita concedatur. *l. omnes.
3. ff. de minor. vest. l. in causa. 14. §. causa ff. de
minor. Paul. lib. 1. sent. tit. 7. §. integri restitutio.*
Nec est contrarium, quod ibi pupilla sese
paternæ hæreditati immiscuerit, ideoque nō
potuerit ampliùs esse locus abstētioni, quip-
pe, quæ suis ita demum permittitur, si se non
50 immiscuerint † *§. in extraneis, Inst. de hæred.*
51 *qual. & diff.* quia hoc verum est, † si sint pu-
beres: Nam ijs post immixtionem non per-
mittitur abstinere, nisi beneficium restitutio
nis in integrum implorent: Cæterum, si sint
impuberes, magis est, vt etiā post immixtio-
nem, & absque restitutionis beneficio sese
abstinere possint. *ut aperte constat ex l. impube-
ribus. 11. & l. necessarijs. 57 ff. de acq. hær. & nos
etiam diximus in 8. cap. q. 7. num.* 33. Sed proba-
tur.

Primo *l. si minor. 61. ff. de acq. hæred.* vbi Ma-
cer, *Si minor annis postea, quam ex parte hæres
extitit, in integrum restitutus est,* inquit, *Diuus
Seuerus constituit, vt eius partis onus cohæres su-
scipere non cogatur, sed bonorum possessio credi-
toribus detur:* Nam ex illis verbis *suscipere non
52 coatur*, intelligimus, † si velit, posse suscipe-
re, & sic ei partem accrescere, *ut ibi rectè gl. in
verb. non cogatur, & alij frequentius tradiderūt,
nosque referemus in 8. cap. q. 7. num.* 2.

Secundo probatur *l. pen. ff. eod.* vbi, cum ex
pluribus heredibus, qui adierant, omnes fuis-
sent beneficio Principis in integrum restitu-
53 ti, excepta Seia, scribit Scæuola, † totam hæ-
reditatem ad eam pertinere cœpisse, & per
consequentias in eam dandas actiones etiā
pro portionibus aliorum, qui beneficio prin-
cipis abstinuerant hæreditate. Ergo patet ex
hoc loco, partes eorum, qui post aditionem
in integrum restituuntur, cum suis commo-
dis, & incommodis cohæredi accrescere.

Tertio probatur ratione: Nam fictio idem
operatur, quod veritas *l. fin, qui pro tutore 15.
ff. de usucap.* Sed, cum minor post aditionem
in integrum restituitur, fingitur non adiisse,
quia restitutio ponit omnia in pristinum sta
54 tum † *l. quod, si minor. 25. § restitutio ff. de minor.
Et in his terminis considerant Imol. in l. 1. §. si
cohæredem, vers. sed forte primum, & ibi Alex.
num. 1. vers. 2. limitat ff. ad l. Falc. Ias. in d. l. re
coniunctis num. 235. Anto. Fum. de coniun. cap.
12, num.* 2. & operatur, vt perinde sit, ac si mi-
55 nor hæreditatem nō adijsset, † *vt declarant gl.
in d. l. ex contractu. 44. in verb. ad substitutum ff.
de re iudic. Ang. in d. l. 1. §. si cohæredem, vers. sed
tu limita, & ibi Imol. vers. & hoc tenet, & Alex.
numer. 1. vers. 2. limitat ff. ad l. Falc. Ang. d. cons.
153. num. 1. vers. super 2. Ias. in d. l. re coniunctis,
num. 234 & ibi Crott. num. 93. Alcia. num. 57.*

verſ. Addit Iaſ. Ant. Fab. d. lib. 2. coniect. cap. 4. Ergo quemadmodum, ſi non adiiſſet, locum haberet ius accreſcẽdi, ita etiã locũ habere debet, ſi poſt aditionem in integrum reſtitutus ſit. Planè hoc ita accipiendum eſt, vt procedat volente coniuncto, non etiam eo inuito *d. l. ſi minor. 61. & d. l. pen. ff. de acq. hared. & nos latè dicemus in eodem cap. 8. q. 7. numer. 2.* quia, licet reſtitutio in integrum regulariter ponat omnia in priſtinum, in hoc tamen caſu non reponit per omnia, ne fiat præiudicium co-
56 hæredi. † *vt declarant Caſtr. in d. l. pen. numer. 2. verſ. ſed contra ff. de acq. hared. & nos etiam dicemus in d. q. 7. num. 3.*

Neque obſtant contraria: Ad primũ enim variæ ſolent a noſtris reſponſiones afferri.

Primo namque reſpondent nonnulli, Pa-
57 pinianum † *in d. l. vlt.* non tractare de reſtitutione in integrum, ſed de quadam venia abſtinendi, quæ conceditur maioribus, *§. ſciendum, Inſt. de hared. qual. & diff.* Nam, quia talis venia non conceditur iure, ſed mera Principis indulgentia, ideo non continet reſtitutionem in integrum, & per conſequentias nõ operatur, vt ſucceſſio habeatur pro noua acquiſita, & ita faciat locum ſequentibus. *Ita declarat Seb. Sap. in l. qui ſe patris. 3. num. 14. C. vnd. liber.*

Sed hanc ſententiam manifeſtè conuincunt falſam illa Papiniani verba, *abſtinendi facultatem ob auxilium ætatis prior cognatus ac-*
58 *ceperat*, quippe, quæ ſignificant, † fuiſſe eum beneficio ætatis in integrum reſtitutum: Eſt enim reſtitutio auxilium, quod Prætor ætati pollicetur *l. 1. ff. de minor.* Et ita locum illum veteres omnes accipiendum rectè putauerunt.

Secundo igitur reſpondent alij diſtinguen-
59 do, † Aut ſequens venit de iure ciuili, vt ſubſtitutus, vel cohæres, Et admittitur, ſi poſt aditam minor in integrum reſtituatur *l. 1. §. quis adita & l. 2. §. ſi bonorum ff. ad Tert. l. & ſi ex modica. 6. §. ſi filius ff. de bon. lib.* Aut verò venit ſolum de iure Prætorio, vt cognatus, Et non admittitur, etiamſi minor in integrũ reſtituatur, ſed fit locus fiſco *d. l. vlt. ff. de ſucc. ed. Ita reſpondent gl. in d. l. vlt. in verb. accepiſſet, verſ. Dic ergo, & ibi Bart. Et eſt etiam de mente gl. in d. l. ex cõtractu. 44. in verb. ad ſubſtitutum.*
60 Sed Bartolus alibi plenius diſtinguit: † Aut enim, inquit, is, qui in integrum reſtituitur, venit de iure ciuili, Et tunc ſequens admittitur, ſiue veniat de iure ciuili, ſiue de iure prętorio *d. l. 1. §. ſi quis adita ff. ad Tert. d. l. & ſi ex modica. 6. §. ſi filius ff. de bon. lib.* Aut vero is, qui in integrum reſtituitur, venit ſolum de iure prætorio, Et tunc, aut ſequens venit de iure ciuili, Et admittitur excluſo fiſco *d. l. 2. §. ſi bonorum ff. ad Tert.* Aut verò venit ſolũ de iure prætorio, & non admittitur, ſed bona tamquam vacantia fiſco deferuntur *d. l. vlt. ff. de ſucc. ed. Ita reſpondet Bart. in d. l. ex contractu. 44. num. 4. ff. de re iud. Et ſcribit etiam Seb. Sap. in d. l. qui ſe patris. 3. num. 12. & 14. vbi teſtatur, hunc eſſe communem intellectum.*

Nec obſtat, ſi dicatur, minore poſt aditam reſtituto non poſſe ſubſtitutum, aut cohæredem venire iure ciuili, ſed tantum iure prætorio, quia, cum minor, qui ſemel adeundo factus eſt hæres, non poſſit remedio prætorio
61 † cuiuſmodi eſt reſtitutio in integrum, deſinere eſſe hæres *d. l. & ſi ſine. 8. §. ſed, quod Papinianus, in fi. ff. de minor.* Conſequens videtur, vt ſubſtitutus, & cohæres non poſſint ſuccedere iure ciuili, ne alioquin duo in ſolidum incipiant eſſe eiuſdem hæredes, *contra regulam l. quod contra rationem 184. §. vni ff. de reg. iur.* quia reſpondet Bartolus, imo eos venire iure ciuili, non quidem directò, ſed vti-
62 liter: † Idque non eſſe abſurdum, quia videmus, id contingere in hærede grauato, & fideicommiſſario, cui ex Trebelliano reſtituta eſt hæreditas: nam vterque ſuccedit de iure ciuili, ſed ille directò, hic verò vtiliter. *Ita reſpondet, & declarat Bart. in d. l. ex contractu. 44. num. 5. verſ. ſed contrarium, & in d. l. qui ſe patris. 3. num. 9. verſ. nec uidentur C. vnd. lib.*

Verum mihi, neque prior, neque poſte-
63 rior diſtinctio videtur admittenda, † quia, ſi veniẽtes de iure prætorio nõ admitterentur, quoties minor in integrum reſtituitur, ſequeretur non poſſe admitti ſubſtitutum, aut cohæredem, quoniam, & ipſi, nõ iure ciuili, ſed iure tantum prætorio vocantur, ſcilicet, quia non directas, ſed vtiles conſequuntur actiones, quę ſunt prætoriæ. Quamobrem prętorij, ſiue honorarij ſucceſſores appellantur, *ut oſtendimus in 6. cap. in prin. numer. 25.* Nec obſtat, quod de hærede grauato, & fideicommiſſario dicitur, quia verius eſt, fideicommiſſariũ non ſuccedere iure ciuili, ſed prætorio, non obſtante, quod reſtitutio fiat ex S. C. Trebelliano: Nam, cum in eum non transferantur actiones directæ, ſed vtiles, quę ſunt prętorię, Conſequens eſt, vt prætorius ſit, non ciuilis ſucceſſor, *ſicuti latè demonſtrauimus ibi numer. 23.*

Quamobrem verius eſt, in hoc differre ſuccesſorium edictum a ſubſtitutione, & iure ac-
64 creſcendi: † Nam, licet minore poſt aditam reſtituto fiat locus ſubſtitutioni, & iuri accreſcendi, non tamen fiet ſucceſſori in edicto: *Ita cenſuit Cuiac. in d. l. vlt. ff. de ſucc. ed. in 6. lib. Reſp. Papin. & poſt eum Ant. Fab. lib. 3. coniect.*
65 *cap. 4.* Cuius diuerſitatis ratio eſt, quia † ſubſtitutio, tamquam proueniens ex hominis diſpoſitione latam non ſtrictam debet interpretationem recipere *l. in teſtamentis 12. ff. de reg. iur.* Vnde, quia concipitur ſub conditione, ſi primus hæres non erit, quæ in duos caſus reſoluitur, nempe, ſi noluerit, vel nõ potuerit *l. 3. C. de hared. inſtit.* debet nõ ſtrictis caſus accipi extenſiuè, & cum effectu, id eſt, ſiue nunquam voluerit, ſiue poſtea velle deſierit, *vt dicitur in l. filij mater. 6. §. 1. ff. ad Tert.* Nam, & qui poſt aditam hæreditatem in integrum reſtituitur, re vera nõ vult hęres eſſe licet aliquãdo voluerit *d. l. 1. §. ſi quis adita ff. ad Tert.* Quo fit, vt, quaſi purificata conditione debeat fieri locus ſubſtituto. Idem dicitur, & de iure accreſcẽdi, q (vt ſæpè dictũ eſt) tacita quędã eſt vulgaris ſubſtitutio in eundẽ caſũ, & ſub eadem concepta conditione: Nam, & ſi principaliter non proueniat ex hominis diſpoſitione *ut diximus in 2. cap. q. 2. num. 16.* prouenit tñ acceſſoriè, & conſecutiuè, ſcilicet, quia, pars accreſcens cẽſetur haberi ex eadẽ cauſa, ex qua habetur portio principalis, *ut oſtẽdemus in 9. cap. q. 45. nu. 1. & ſeqq. per tot.* Quamobrẽ eodẽ eũ illa iure, & modo regulatur, *ut oſtendemus*

dimus in eodem cap. q. 43. nu. 4. At successoriũ edictum, tamquam proueniens ex mera dispositione iuris strictam debet recipere interpretationem, ita, vt sufficiat, quem semel esse ab eo exclusum, vt perpetuò remaneat exclusus: Generaliter enim verum est, in ijs, quæ iure deferuntur, spectandum esse momẽtum illius temporis, quo fit delatio, vt quis admitti debeat, adeo, vt, si eo tempore non possit admitti, nulla amplius ei supersit spes admissionis, Quod patet ex eo, quia, cum lex xij. tab. vocasset ad legitimam defuncti hæreditatem proximum eius agnatum, vt quis admitti posset, inspiciendum erat, an esset proximior tempore, quo deferebatur hæreditas: Nam, si talis erat, censebatur ei delata, ideoque poterat eam adeundo consequi. At, si tunc temporis non erat proximior, censebatur omnino exclusus, non solum, si præcedens adijsset (quod dubio carebat) sed etiam, si non adijsset, quia non erat inter eos locus successioni, *ut mox dicemus*, propterea, quod delatio censebatur illis tantum præcisè facta, qui tempore delationis erant proximiores vt non obscure probat locus Pauli *lib. 4. sent. tit. 8.* vbi, *In hæreditate legitima*, inquit, *successioni locus non est, & ideo, fratre decedente ante, quam adeat aut repudiet hæreditatem, fratris filius admitti non potest, quia omnis successio proximiori defertur.* Et, quamquam Prætor inter eos, quos ab intestato vocat, successionem esse voluerit, & hoc modo rigorem iuris ciuilis temperauerit *l. 1. in prin. ff. de succ. edict.* & post eum idem Iustinianus voluerit in legitimis successionibus obseruari §. *placebat Inst. de legit. agn. succ.* adhuc tamen hōc strictam recepit interpretationē, vt scilicet procedat, si prior in gradu succedendi defecerit ante acquisitionem. Cæterùm, si semel agnouerit successionem, & hoc modo excluserit sequentes, licet postea desierit eam habere, puta, quia fuerit integrum restitutus, non tamen sequentibus, tamquam semel exclusis poterit esse locus. *Et ita videtur sensisse Ant. Fab. d. lib. 3. con. iect. cap. 4.*

Nec est, quod obijcias *d. l. 1. §. si quis adita ff. ad Tert.* vbi si filius qui matris hæreditatē adiuit, in integrum fuerit restitutus, admittũtur agnati, quibus ante S. C. Orficianum matris hæreditas deferebatur, quia respondeo,

66 † non venire agnatos ex vi successorij edicti, quippe, quod eo tempore non habebat locũ inter succedentes de iure ciuili *l. 1. §. sciendũ ff. de suis, & legit. § placebat Inst. de leg. agn. succ.* sed venire ex verbis ipsius S. C. Orphiciani, quæ hæc erant, *Si nemo filiorum, eorumue, quibus simul legitima hæreditas defertur, uolet ad se eam hæreditatem pertinere, ius antiquum esto*, vt patet ex *d. l. 1. §. si nemo ff. ad Tert.* Nam, quia, illa verba, *Si nemo uolet ad se eam hæreditatem pertinere*, tamquam simpliciter prolata, complectuntur omnem omnino noluntatē, quocunque ea tempor cōtingat, cum ita dicatur nolle, qui post aditionem non vult hæreditatem retinere, vt qui ab initio eam repudiat, ideo fit, vt ex vi illorum verborum censeantur agnati, tamquam venientes ex antiquo iure ad maternam hereditatem vocati, vt nō obscurè probant ipsamet Vlpiani verba *in d. § si quis adita*: Nam, *Si quis adita matris hæreditate per in integrum restitutionem fuerit abstentus*, inquit, *an ius antiquum possit locum habere? uerba admittunt, ut possit; Volet, ad se, inquit, eam hæreditatem pertinere: Nam, & hic non uult, & si aliquando uoluit. Et dico posse ius antiquum locum habere.* Et ita in specie rēspondet *Cuiac. in d. l. ult. ff. de succ. ed. in 6. lib. respons. Papin. & post eum Ant. Fab. d. lib. 3. coniect. cap. 4. in fin. & ante illum sensit Seb. Sap. in d. l. qui se patris. 3. num. 15. uers. Nec obstat* Quinimo locus ille (si diligenter eius verba perpendantur) probat regulariter non admitti sequētes, vbi minor in integrum restituitur, quia, cum ideo censeat, agnatos posse admitti, quia S. C. Orphicianum vsum est illis verbis, *si uolet*, quæ, tamquam extensiua debeāt habere perseuerantiam voluntatis, & intelligi cum effectu, *l. filij mater. 6. § 1. ff. ad Tert.* Consequens est, vt, vbi talia verba non leguntur, prout non legũtur in successorio edicto, censeat, nō esse locum admissioni.

Eodem modo responderi potest *ad l. 5. §. si bonorum ff. ad Tert. ut rectè censuit Cuiac. in d. l. ult. ff. de succ. ed. in 6. lib. resp. Papin. & post eum Ant. Fab. d. libr. 3. coniect. cap. 4.*

67 Nam, & si non constet † in S. C. Tertuliano fuisse adiecta illa verba, quæ leguntur in Orphiciano, verisimile tamen est, fuisse apposita, maximè, cum in alia eiusdem S. C. parte fuisse addita verba similia constet *ex d. l. 2. §. si mater ff. ad Tert.*

Denique non obstat *l. et si ex modica. 6. §. si*

68 *filius ff. de bon. lib.* vbi, † si filius liberti post aditam ætreditatem in integrum restitutus sit, admittitur patronus, quia respondeo, id reuerentię, & verecundię patronali cōcessum esse, vt & alia multa, *sicuti uidere est in l. qui duos. 10. §. si cum filio ff. de reb. dub.* Quod etiā innuere videtur Papinianus illis verbis, *poterit quis patronū admittere* quippe, quibus significat, patronum stricto iure non debere admitti, sed admitti poss: ex æquitate, quæ suadet aliquid patrono esse indulgendum. *Ita respondet Cuiac. in d. l. ult. ff. de succ. ed. in 6. lib. respon. Papin. & rectius, quam Seb. Sap. in d. l. qui se patris. 3. num. 15 uers. Non obstat, quicquid scripserit Ant. Fab. d. lib. 3. con. cap. 4.*

Ad secundum verò respondent plerique in hoc differre ius accrescendi a substitutione, quod hæc locum non habeat, si minor post aditionem fuerit in integrum restitutus,

69 illud verò contra. † *Ita censuit Ant. Gou. de iur. accr. num. 1.* Cuius diuersitatis hanc afferunt

70 rationem, quia, † substitutio non acquiritur ipso iure sed mediante facto nostro, ius verò accrescendi ipso iure acquiritur; *Ita ratiocenatur Ant. Gou. ibi.*

Sed hæc sententia meritò fuit ab alijs communiter improbata, quia verius est, ita vulgari substitutioni, vt iuri accrescendi fieri locum, ita, vt, si minor post aditam hæreditatē in integrum fuerit restitutus, vel admittatur

71 substitutus, si adsit, vel cohæres: † *Ita enim de substituto scripsit Bart. in d. l. qui se patris. 3. nu. 9. uers. præterea C. und. lib. De cohærede uero scribunt omnes, quos retulimus supra numer. 48. De utroque demum Bart. in d. l. ex contractu, 44. nu. 2. & 3. & ibi Imol. num. 2. in fi. & num. 3. Alex. numer. 4. & 5 ff. de re iudic. Cuiac. in d. l. ult. ff. de succ. edict. in 6. lib. respons. Papin. Ant. Fab. d. lib.*

3. conitct. cap 4. Eadem enim est vtriusque
72 ratio, scilicet, quia, † tam substitutio, quam
ius accrescendi conferetur in eum casum, quo
portio deficiat ante acquisitionem, *ut ostēdimus in hoc cap. q. 21. num. 27. & seqq.* ideoque
aditione extinguitur, *ut diximus supra, num,*
46. nec alia ratione cohæres ad partem deficientis admittitur, quam, quia videtur in ea
quodāmmodo substitutus *l. si Titio. 63. § ult ff.
de leg.* 2. Vnde, si in integrum restitutio operatur, vt hæreditas non videatur adita respectu iuris accrescendi, debet etiam idem
operari respectu substitutionis, tamquam ab
homine prouenientis, cum verisimile non
sit, testatorem substituentem ad nudum nomen hæredis respexisse, sed potius ad rem, &
effectum, ita, vt, quoties primo loco vocatus
effectu non erit hæres, substitutus admittatur, *ut considerat Ant. Fab. d. lib. 3. coniect. cap.*
4.

Neque obstat, quod ius accrescendi acquiratur ipso iure, substitutio verò non, nisi interueniente facto nostro, quia nil inde sequitur: Nam & si in acquisitionis modo
differant substitutio, & ius accrescendi, non
tamen ex hoc sequitur differre in acquisitionis causa, scilicet, quia substitutio, & ius accrescendi procedunt ex eadem causa, nempe
ex acquisitione ab initio impedita, vel ex
post facto resoluta, *ut diximus supra num.* 29.
sed non eodem modo acquiruntur. Itaque
etiamsi portio deficiat ante acquisitionem,
non est dubium, quin acquisitionis modus sit
diuersus, scilicet, quia ex substitutione res nō
ipso iure, sed mediante facto hominis acquiritur, ex iure verò accrescēdi ipso iure, & tamē
in acquisitionis causa certum est, non differre, quia ita locum habet substitutio, vt ius accrescendi *l. un. §. inprimo. § pro secundo. & §. sit
autem aliquid sub conditione C. de cad. toll. l. ex
contractu* 44. *ff. de re iudic.* Non est igitur a
modo ad causam trahendum argumentum.

Quamobrem verius est, minore post aditā
restituto, ita fieri locum substitutionis, vt iuri
accrescendi; Neque obstare *§. sed, quod Papi-
73 nianus*, quia continet exceptionem: † Nam,
& si regulariter fiat locus substituto, si minor
post aditam hæreditatem in integrum restituatur, hoc tamen fallit, si substitutus sit seruus proprius testatoris: Nam, quia testator
cum substituit, vt fiat hæres necessarius *l. potest. 36 ff. de uulg. & Inst. eo. in prin.* &, vt talis
sit requiritur, vt illicò, & statim mortuo testatore sit hæres, quod esse non potest, cum minor adit, ideo fit, vt, etiamsi postea minor in
integrum restituatur, non tamen ampliùs
possit seruus fieri necessarius. Qua ratione
Papinianus eum indistinctè excludebat. Sed
Vlpianus censuit, hoc non esse perpetuò verum, quia, si hęreditas non sit soluendo, debet ei fieri locus, ne alioquin iniuria defunctus afficiatur: Nam, quæ ratio fecit, vt liceat
domino in fraudem creditorum seruum hęredem necessarium instituere, vt potiùs eius,
quam defuncti bona vendantur sub hasta,
eadem facit, vt, etiamsi minor adierit, & hoc
modo seruū excluserit nihilominus debeat
admitti, si postea minor in integrum restituatur. Cœterùm, si hæreditas sit soluendo,
tunc veram fatetur esse Papiniani sententiā.
*Ita eleganter locum illum interpretatus est Ant.
Fab. d. lib 3. coniect. cap.* 4.

74 Ad tertium respondeo, id procedere, † si
totaliter sit extinctum: nam tunc verum est,
non posse ampliùs reuiuiscere, quia a priuatione ad habitum non datur regressus. Cœterùm, si non sit extinctum totaliter, prout
euenit, cū subest spes restitutionis, magis est,
vt possit reuiuiscere, quia non videtur tunc
extinctum, sed suspensum: Nam, quoties id,
quod agitur, potest ex aliquo futuro euentu
haberi pro non facto, non censetur perfectè
fieri, sed prouisionaliter, & per modum suspensiuum, *ut declarat Zuccard. cons. 50. nu. 41.*
Quamobrem non operatur eundem effectū,
quem operaretur, si fieret absolutè, & sine spe
resolutionis. Hinc fit, vt non possit operari
iuris accrescendi exclusionem, quia ad hoc
necessarium est, vt perfectè, & totaliter pars
75 a coniuncto acquiratur, † *ut scribunt Castr.
in l. aquam. 16. num. 3. ff quemadmod. seru. amit.
& cons. 262. num. 2. uol. 2. Surd. cons. 123. num
19 Viu. decis. 406. num. 14. uers. præterea, Schen.
cons. 27. num. 1. & cons. 45. num 5. uol* 1. siue, ac-
76 quiratur cum effectu, † *secundum Dec. in rub.
C. quand. non pet. part. in secunda uers numer. 1.
uers. & istud, & in tertia num.* 6. Atqui hoc dici
non potest, cum minor adit, quia spes restitutionis, quæ omnia in pristinum restituit,
operatur vt interim pars non dicatur totaliter
acquiri, nec cum effectu, quippe, qui potest
vi restitutionis amoueri. Ergo non debet excludi ius accrescendi. *Ita ratiocinatur Soc.
Iun. d. cons. 152. num. 10. uol.* 2.

Ad Quartum denique respondeo, Imo partem minoris, qui in integrum restitutus est,
ad cohęredem iure accrescendi, non alio iure
77 pertinere, † vt rectè veteres frequentiùs tradiderunt, *sicuti retulimus supra num* 48.

Nec est contrarium, quod portio non videatur funditùs, & omni iure defecta, quod
est necessarium ad hoc, vt locum habeat ius
78 accrescendi, quia hoc verum est, † si spectamus iuris subtilitatem, quæ in nomine consistit: Nam, quia Prætor hęredis nomen tollere
non potest, ideo fit, vt minor post aditam hæreditatem in integrum restitutus maneat hæres nomine, & hoc respectu non videatur portio totaliter, & omni iure deficere. Cœterùm,
si spectemus effectum, qui in iure accrescendi
debet attendi, verius est, partem omnino deficere, quia, cum restitutio ponat omnia in
pristinum statum, & operetur, vt perinde sit,
ac si pars non fuisset acquisita, minor effectu
pro hærede non habetur, ideoque perinde
facit locum iuri accrescendi, ac si nunquam
hæreditatem adijsset, *ut diximus supra nu* 55.

Denique non obstat, quod pars minoris
deferatur cohæredi volenti, nō inuito, ideoq;
non videatur pertinere per ius accrescendi,
quippe, quod ipso iure etiam inuito defert partem vacantem, quia respondeo, Imo acquiri
ipso iure, etiam ignoranti, ita, vt non sit opus
ipsius facto, seu voluntatis declaratione, sed
non acquiri inuito propterea, quæ dicemus
in 8. cap. q. 7. num. 2. & seqq. Neq; ex hoc posse
inferri, non acquiri iure accrescendi, quia legatarijs, & fideicommissarijs pars vacans accrescit ipso iure etiam ignorantibus, & ta[...]
acere-

accrescit volentibus,non etiam inuitis, *ut dicemus in eodem cap.8.q.8.n.16.* Aliud enim est,
qd ipso iure acq i,aliud acqri inuito:nã illa ac
qsitio fit reuocabiliter,hæc verò irreuocabili-
ter,licet vtraque fiat ipso iure,idest,nullo ho
minis facto interueniente, *ut late ostendemus*
in eodem cap. 8. q. 4. num. 2. & seqq. Illud sanè
fatendum est,partem minoris accrescere qui-
dem cohæredi, sed tale ius accrescendi esse
improprium,&irregulare,quia,vt sit propriũ,
& regulare ius accrescendi, debet portio de-
ficere ante,non post acquisitionem,*ut diximus*
in 4.cap q.4.num.21.

Ex his patet, verissimũ esse, quod a nostris
communiter traditum est, fieri locum iuri
accrescendi,si minor post aditam hæredita-
tem in intergrum restituatur, & ita limitari
regulam, quæ vult, post emolumentum ac-
quisitum non habere ius accrescendi locum
in proprietatibus, quod etiã procedit in ali s
casibus Nam &

Secundo in querela locum habet ius ac-
crescendi etiam post agnitionem, quia,si ex
duobus, aut pluribus ad querelam vocatis
vnus post litem inchoatam deficiat, puta litẽ
prosequi nolit, aut tempore excludatur,eius
79 portio cœteris accrescet † *l. si ponat 23.§. ult.*
& ibi Castr.num.1.ff.de inoff. Et scribunt Ias.in
d.l.re coniuncti, num. 238. & ibi Rip. num.173.
Alcia.numer.57.uers.sanè in querela, Rub in d.l.
80 *patr filium.14.num.110.& 132.ff.de inoff. Ant.*
Gou.de iur.acc.nu.24. Et ratio est, quia,† licet
instituta si querela,non tamen censetur quę-
situm emolumentum, quia, qui mouet que-
relam, non adit hæreditatem, quod patet ex
eo, quia potest adhuc eam repudiare, ideo q;
ius accrescendi, licet videatur habere locum
post agnitionem, si respiciamus ad querelã,
verè tamen habet locum ante,si respiciamus
ad emolumentum. *Ita declarant Castr.in d.l.si*
ponat.23.§.ult.num.1 ff de inoff. Rub.in d.l.pa-
ter filium.14.num.110.ff.eo.& nouissimè Duar.
lib.1.de Iur.accr.cap.21.

Tertio in assignatione libertorum, siue in
iure patronatus locum habet ius accrescendi
etiam post acquisitionem:Nam,si ex duobus
quibus libertus assignatus est, vnus post ac-
quisitionem deficiat, eius portio non reuer-
81 titur in familiam,sed accrescit alteri † *l.3.§.ult.*
cum 2.ll seqq ff. de assign. liber. Et scribunt gl.in
l.vtrum.5.in verb.Et puto ff.eod. Azo.in summ.
tit. Inst.de assign.liber.num.7.Bart.in d.l.re con-
iuncti, num. 49, vers.2.& ibi Crott.numer.90.
in fin.Rip.num.157.vers.2.Alcia.num.57.uers.
in successione,Bart in l.vn.in prin.C si liber.Imp.
soc.lib.10, Bald.in Auth. si quas ruinas, num.7.
vers.3.casu C. de sacr. Eccl. Castr.cons.262.nu.
1.vers. Breuiter, vol.2. Alc.in l.si mihi,& Titio.
110 num.16. ff.de verb.oblig. Ant. Fum.de con-
iunct cap.12.num.2. Duar.d.lib.1.de Iur.accr.
82 *cap.21.* Et ratio est,quia † ius patronatus,licet
sit diuiduum,quoad effectus, est tamen indi-
uiduum,quoad se,*vt ostendimus in 6. cap.q.48.*
num.5.& seqq. ideoque superstes, tanquam in
solidum patronus,potest socio deficiente in-
tendere successiones, & alios iuris patrona-
tus effectus ad se quunque insolidum pertine-
re, cum non supersit, qui in ijs secum con-
currat: Quę vera est huiusce singularitatis
83 ratio,non, quam † *Bald.in d. Auth.si quas rui-*
nas,num.7.vers 3.casu C de sacr. Eccl. Ang. de
Gamb cons.35 num.5. Alcia in d.l.re coniuncti,
num.57.vers. Huius r... & alij tradiderunt

Quarto in liberalitate, siue concessione
Imperiali certum est, locum habere ius ac-
84 crescendi etiam post acquisitionem † *l.vn.&*
ibi Bart.in prin.& num.2.C. si lib. Imp.soc.lib.
10.Bart.in d l.re coniuncti,numer.49.vers.3.&
ibi Ias.num.223.Crott.num 91.Rip.num.157.
vers.3.Alcia numer.57.vers. In imperiali, Ant.
Fum de coniunct.d cap 12.nu.2. Zuccard.cons.
2.num.7.& d cons.50.num.37.vers.2.& fortius
& num.42.Gomez tom.1.var.resol.cap.10.nu.
2.Surd.cons.517.nu.2. Crass in d.§. Ius accre-
scendi q.15.num.4.Pereg.de Iur fisc.lib.1.tit.2.
num.103.Menoch.cons.514.num 1.Duar.d.lib.
1.de Iur.accr.cap.21. Idque specialiter esse cõ-
stitutum ob illas causas, quas cõsiderauimus
in.6.cap.q.36 num.21.& seqq.

Quinto,si testator disponat, vt etiam post
emolumentum acquisitum locum habeat
ius accrescendi in proprietate, receptum est,
valere dispositionem, & partem deficientis
accrescere,non obstante,quod iam fuerit ac-
85 quisita,† *vti videre est apud Bart.in d.l.hæredes*
mei.57.§.cum ita,nu 5.vers.fallit, & ibi Zanch.
part.8.nu.277.vers. quid dicendum ff. ad Treb.
Bart.in l codicillis.34.in prin.numer. 3. vers.vel
solue ff.de vsufr.leg Bald.in l.ab eo.9.nu. 3.vers.
solutio C.de fideic.Soc.Iun.cons.152.numer.10.
vol.2.Purp.in d l.vn.num.18 vers & hoc multis
C.quand.non pet part. Crau.in l.cum filiof.11.
86 *in prima lect.num.61.ff.de leg.primo* quia, † cũ
ius accrescendi proueniat ex tacita volunta-
te defuncti, *vt ex veterum sententia retulimus*
in 2.cap q.2.num.1.& seqq. Consequens est,vt
eadem voluntate possit,& tolli, & ampliari;
Ita ratiocinatur Zanch. d part.8 nu.278. Idq;
tradunt procedere,non solum, si voluntas sit
expressa,sed etiam,si tacita, vt,quia de ea cõ-
stet ex coniecturis,& præsumptionibus:nam
ex voluntate testatoris etiam coniecturata,
& præsumpta locum habet ius accrescendi
87 post acquisitionem, † *vt scribunt Chass. cons.*
14 num.9.vers.Ad ista respondeo,Zanch. in d.§.
cũ ita,part.8.n.280.Crau.in d.l.cum filiof.11.in
prima lect.num.61.ff.de leg.primo.

Hinc inferunt primo,si testator in proprie-
tate substituat aliquem post mortem duorũ,
aut pluriũ, licet regulariter pluralitas resol-
uatur in plures singularitates, & consequen-
ter admittatur substitutus,etiamsi vnus tantũ
moriatur,*vt dicemus in 9.cap. q.7.per tot.* hoc
tamen non procedere,si ex voluntate defun-
cti ius accrescendi possit habere locum post
emolumentum acquisitum,quia,cum eo ca-
su adsit persona,quæ ex verisimili volunta-
te testatoris potest admitti, debet per conse-
88 quentias excludi substitutus † *l codicillis.34.*
in prin.& ibi declarat Bart.num.3.vers.vel solue
ff.de vsufr.leg.Bart.in d.l.hæredes mei 57.§. cum
ita,num.4.in fi.ff.ad Treb.Paris.cons.43.num.
36.vol.2.

Secundo inferũt,quod dicimus, ius accre-
scendi esse tacitam vulgarem,*vt retulimus in*
hoc cap.q.21.num.13. procedere in eo iure ac-
crescendi, quod habet locũ ante acquisitio-
nem:nam, quod ex voluntate testatoris ha-
bet locum post,dicitur tacita fideicommissa-
89 ria.† *Ita declarat Zanch. in d.§.cum ita part.6.*

num. 190. quam tamen reprobat Crau. in d. l. cum filiof. 11. in prima lect num. 2. verf. sed istum.

Sed hoc ita plerique declarãt, vt procedat
90 in legatis, & in commissis,† *de quibus specialiter loquuntur Bal. in d. l. ab eo. 9. num. 3. C. de fideic. Iason d. l. re coniuncti, numer. 236. & ibi Crott. num. 14. Rip. num. 17. Alcia. num. 7. verf. sed magis dubium est, Crau. in d. l. cum filiof. 11. in prima lect. num. 61. ff. de leg. primo*, vt potest, quæ possunt ad tempus relinqui, ita vt eo transacto res in heredem, vel alium ipso iure trãsferatur *l. vlt. C. de legat.* Et simili modo procedat in cõtractibus, si ex verbis, vel cõiectutis colligatur, hanc fuisse mentem contrahē-
91 tium,† *vt scribunt Alex. conf. 27. num. 10. vol. 5. Ruin. conf. 159. num. 9. & conf. 169. numer. 1. vol. 1. Decia. conf. 73. num. 12. vol. 2. Grattia. cap. 272. discep. for. num. 21. vol. 2.* Qua ratione dicimus in contractibus, licet post acquisitionem non habeat locum ius accrescēdi legale, habere tamen locum conuentionale, *ut videre est apud Bald. conf. 280. numer. 2. vol. 1. Gabr. conf. 88. nu. 8. vol. 1. Gratia. cap. 273. nu. for. num. 21. & cap. 4. 1. num. 1. Costan. de ... rat. q. 39. nu. 2.* Ceterum in hæreditatibus ... nus esse tradunt, non posse testatorem cauere, vt post acquisitionem locum habeat ius
92 accrescendi, † quia, cum non possit facere hæredem ad tempus, & per consequentias operari, vt hæreditas vni acquisita in alium directò transferatur *§ fin. Inst. de pupill.* & per ius accrescendi potius debeat directò transferri, *ut ostendimus in 9. cap. q. 46. num. 3.* Consequens est, ut nō possit facere, vt post acquisitionem accrescat, *Et ita in specie declarant Crott. in d. l. re coniuncti, numer. 148. & ibi Rip. num. 172. Alcia. num. 57. verf. sed magis dubium est, Rub. in ... non solum. 8. § morte num. 165. ff. de ... non nunt.* Planè, si id cauerit, fateantur dispositionem, licet non valeat, valere tamen, vt inducat ius accrescendi, valere tamen, vt inducat fideicommissum, ita, vt cohæres censeatur grava-
93 tus partem illam cohæredi restituere, † *ita scribunt Crott. in d. l. re coniuncti, num. 148. & ibi Rip. num. 17. Alcia. num. 57. verf. sed magis dubium est, Rub. in d. § morte num. 565. Zasi. ... in d. § cum ita part. 8. num. 279. verf. sed redeundo.*

Verum hæc, quæ nostri tradiderunt, mihi non probantur, † quia, licet non inficier, posse testatorem cauere, vt pars etiam acquisita pertineat ad coniunctum, non tamen puto posse cauere, vt pertineat per ius accrescendi siue loquamur de hæreditatibus, in quibus res caret dubio, siue etiam de legatis, & fideicommissis: Nam, quoties testator disponit, vt pars vni quæsita post certum tempus in alium transferatur, talis translatio non fit per ius accrescendi, sed per ius expressæ vocationis, quæ multum ab illo differt: vocatio enim est dispositio hominis, non legis, tametsi ex cõiectatis, & præsumpta mente inducatur, *ut latè ostēdemus in 10. cap. q. 22. n. 17. & seqq.* At ius accrescendi est legis, nõ hominis dispositio, *ut ostendimus in 2. cap in prin. num. 4.* quæ tamquam subsidiaria, non nisi deficiente homi-
95 nis vocatione locum habet, † *ut patet ex iis, quæ diximus in eadem cap. 10. q. 20. num. 14. & q. 22. num. 16. Et ita in specie declarat P... lit. in d. l. re coniun... nu. 81. ubi supradictam Crott... & aliorum distinctionem improbauit.* Quamo-
96 brem probabi... ius est † quod ... *ff. de acq. hæred. Post ... num. 8. & ... pliciter & ...* didiscerunt, non posse testatorem disponere, ... ius accrescendi post ... locum habeat.

Sextò, si ius accrescendi fit coniun... cum ... substitutione pupill... habere post aditam hæreditatem ... *59 ff. de acq. hæ...d.* ... diximus *in 9. cap. q. 42. num. ...*

Septimo locum habet ius accrescendi ... acquisitionem in specie *l. si qui mater ...*
97 *Tertul.* Nam, † si mater, vi ... impunè nub... intra annum ... tractet, dimidiam bonorum ... donauerit si ... viro ... & post acquisitionem ... testatus eius ... sed a iis fratribus ... accrescit. *Et ita in ... docuerunt ... coniuncti, num. ... & ibi Rip. ... Alcia. num 57. ... de Iur. acer. cap. 21.* Nec ... hoc ... cum superstes omnimodo sit ... ab intestato successuri, quia vel ... interesse: Nam, † si iure successionis ... illam consequerentur, ... a ieno, quod ab illo contractum est, spondere, quod secus est, cum ex donatione matris ... & iure accrescendi eam consequuntur,
98 *vt reste animaduertit Alcia. ind. l. re coniuncti, num. 57 verf. sed quid refert.*

Octauò, si hæres ex parte institut' coactus fit eã adire ad instantiam fideicommissarii, ... postea ob aliquam causam restituere non possit, pars illa quamuis, a sita nihilominus accrescet cohæredi, ne alioquin is, qui coa-
99 ctus est, in damno remaneat. † *Ita scripsit Roma in l. apud Iulianum. ... § vtrum ff. ad Treb. per l. sed cum ab hærede 12. ff. eo.*

Sed hæc opinio non est vera meritoq; ... *ab Alex. in d. § vtrum, num. 6. Ias. in d. l. coniuncti, num. 237. & aliis* improbatur, quia, aut
100 is, qui ex parte institutus est, & habet cohæredem, fuit grauatus purè, & licet cogi possit adire, si recuset, non tamen potest dari ..., quo hæreditatem non restituat, quia non potest cogi adire, nisi etiam statim ei post restitutio. Aut verò fuit grauatus sub conditione, Et tunc non potest cogi adire, quia cõstitutio Diui Pij, quæ vult, posse hæredem sub conditione grauatum, pendente conditione cogi adire, &, si prius quam ... moriatur fideicommissarius, ei succurri, ne fit in damno, *de qua in d. l. apud Iulianum ... § vtrum*, habet locum, quando hæres grauatus cohæredem non habet; Nam quia subest periculum, ne fideicommissum intercidat, fortè, quia ante aditam hæreditatem mortuatur hæres, ideo debet cogi adire, vt, si post ea conditio extiterit, fideicõmissum ... to, & actiones in fideicommissarium ... rantur, Quod, si ante euentum conditionis moriatur fideicommissarius, & hæres ... non possint actiones in eum transferri, tunc succurritur hæredi, qui non sponte adiuit, ne fit in damno, & perinde bona vendi permittuntur, ac, si hæreditas nunquam fuisset adita *d. § vtrum*, Cœterum, quando hæres sub conditione

ditione grauatus habet cohæredem, qui spõ
te adiuit, & testamentum confirmauit, tunc
cessat constitutio, & grauatus nõ potest cogi
adire, & sic non potest dari casus, quo post
coactionem hęreditatem non restituat, quia
cessat timor, ne intercidat fideicommissum,
cum etiamsi grauatus moriatur ante aditam
hæreditatem, subsit cohæres, cui pars illius
accrescet cum onere fideicommissi. *Ita rectè
declarant gl. in d. l. apud Iulianum. 11. §. vtrum,
in verb. statim, & ibi Ang. in §. Antistia, & Castr.
num. 1. post Bart. in d. l. sed, cum ab hærede 12. ff.
ad Treb.* Et hoc est, quod significat Papinia-
nus *in d. l. sed enim ab hærede, quam Roma. per
peram ad comprobandam suam sententiam ad-
duxit,* dum ait, *Sed, cum ab hærede pro parte in-
stituto fideicommissa hæreditas sub conditione re
licta esset, Imperator Titus Antoninus rescripsit,
non esse locum constitutioni* : Significat enim,
101 † non esse locum constitutioni eiusdem Diui
Pij, quæ vult pendente conditione posse hæ-
redem cogi adire, ne fideicommissum inter-
cidat, &, si restitutio fieri nequeat, debere hę-
redi succurri.

Nono, si duo, vel plures fuerint in testamẽ
to executores deputati, & vnus eorum post
susceptum munus defecerit, vel morte, vel
alia ratione, potestas exequendi competet
alijs insolidum, & ita etiam post agnitionem
102 locum habebit ius accrescendi † *cap. fin § si.
De testa. in 6. Et in specie declarat Alcia. in d. l. re
coniuncti. num. 57. in fi.* Et hæc quidem dicũ-
tur, cum de proprietate loquimur.

Cæterum, si loquamur de vsufructu, certi
iuris est, locum habere ius accrescendi etiãsi
portio deficiat post acquisitionem : *N*am
vsusfructus etiam acquisitus, & postea amis-
103 sus accrescit † *d. l. 1. §. 1. & §. interdum ff. de
vsufr. accr. Paul. lib. 3. sent. tit. 6 §. si coniunctim,
& ibi Cuiac. Et scribunt gl. in l. si, qui complures.
92. in verb. omnibus ff. de leg. 3. gl. in l. vtrum. 5.
in uerb. & puto ff. de assign. lib. Azo. in summ. tit.
ff. de usufr. accr. numer. 1. & in summ. tit. Inst. de
assign. libert. num. 7. Bart in d. l. re coniuncti, nu.
49. uers. Fallit, & ibi Ias. num. 183. uers 2. princi-
paliter, & num. 222. Crott num. 75. uers aduerte,
Rip. num. 145. uers. sed, si inst. terti. & num. 157.
Alcia. num. 57. uers. excipiuntur. Bart. in l. hære-
des mei 57. §. cum ita in fi. & ibi Castr. numer. 5.
uers. circa pupillarem Zanch. part. 4. numer. 271.
& part. 10. nu. 69 ff ad Treb. Bart. in l fid, cum
patrono. 6 in prin. num. 2. ff. de bon. poss. Bal. in
Auth si quas ruinas numer. 7. uers. 3. casu C. de
sacr. Eccl & in cap. 1. §. & quia uidimus, num. 4.
De his, qui feud. dar. poss. Ang. de Gamb. cons. 35.
num. 11. Castr. in l si mihi, & tibi 12. in prin. nu.
1. & ibi Alex. numer. 1. & 14. uers. quod intellige
uerum, Ias. numer. 1. ff. de leg primo Castr. in l si
ponas. 23. §. ult. num. 2. ff. de inoff. in l. mulieri.
73. num 2. uers In text. ibi, quandiu, & num. 4.
uers. in gl fin. ff. de cond. & dem. & cons. 262. nu.
1, uers. breuiter uol. 2. Alex. in l. legatarius. 38. in
prin. num. 2. in fi. ibi Ias. num. 5. ff. de leg. primo
Duran. de art. test. tit. 6. caut. 15. nu. 5. uers. illud
etiam Ruin. cons. 33. num. 1. & cons. 91. num. 18.
uol. 2. Paris. cons. 43. nu. 7. uol. 2. Curt. Iun. cons.
14. num. 6. & cons. 305. num. 15. uers. Nec dicat,
Rub. in l pater, filium. 14. num. 110. & 132. ff. de
inoff. Alb. cons. 31. num. 12. Pic. in l. Titia. 35. §.
Titia, num. 36. ff. de leg. 2. Perals. in d. l. & Pro-
culo. 20. nu. 46. ff. eod. Mantic. de con. uol. ult. lib.
10. tit. 3. num. 13. & lib 11. tit. 5. num. 23. Crass.
in §. Ius accrescendi q 9. num 2. & q 22 num. 2.
Pereg de fideic. arti. 13. num 57. & cons 59. nu.
3. uers. At in legatarijs, & cons. 70 num. 16 uol. 1.
Did. Spin. in suo spec. test. gl. 9 nu. 19. Surd. cons.
123. num. 20 & cons. 419. numer. 13. Menoch. de
præs. lib. 4 præs. 159 num 3. 17. & 18. Viu. decis.
406. numer. 15 Cuiac. ad tit. C. quand. non pet.
part. & omnes, quos referemus num. seq.* In quo
quidem differt a proprietate, vt porẽ in qua
post acquisitionem ius accrescendi cessat,
104 † *ut diximus supra numer. 13. Et de differentia
constat ex d. l 1. §. interdum. & ibi gl. in uerb. ad-
mittit ff. de usufr. accr Paul. d. lib. 3. sent. tit. 6. §. si
coniunctim. Et scribunt Bart. in l. codicillis. 34.
in prin. num. 2. uers. uel solue ff. de usufr. leg. Bald.
in cap. 1. §. & quia vidimus. num 4 De his, qui
feud. dar. poss. Ang. in l. un. §. ubi autem legatarij,
num. 1. C. de cad. toll & cons. 153. num. 2. Ang. de
Gamb. de testa gl. 42. numer. 5. in fin. & cons. 15.
num. 2. Castr. in l. aquam. 16. num. 3. ff. quemad.
seru. amit. & in l. pen num. 2. uers sed contra ff. de
acq hæred. Alex in l si actionem. 24 num. 2. C. de
pact. in l qui patris 59 numer. 6 ff. de acq. hæred.
& cons. 149. num. 5. uol. 7. Ias in d. l. re coniuncti
num. 102. & ibi Crott. num. 76. uers sed iste in-
tellectus, & num. 87 Polit. num. 77. Corn. consil.
204. num. 3. uers. Nec obstat uol. 4. Dec. in rubr.
C. quand. non pet. part in 2. lect. num. 1. & in 3.
num. 6. Ruin. cons. 28. num. 14. uol. 3. Ant. Fum.
de coniun. cap. 12. num. 1. Purp. cons. 430. num. 4.
& 5. Gomez. tom. 1. varia. resol cap. 10. num. 41.
Crass. in d. §. Ius accrescendi q 15. num. 2. Pereg.
cons. 59. numer. 2. uol. 1. Ant. Gouea. de Iur. accr.
numer. 29. uers. 2 Duar. lib. 1. de Iur. accr. cap. 21.
Cuiac. in Parat. ff. de usufr. acc. & ad l. 2 ff eod.
tract. 5. ad Aphr. Hoto. Ill. q 44. uers. reliquum.
est, & in Epit. tit. ff. de usufr. accr. num. 15. uers.
prima, & uers. 3. Donell. lib. 10. comm. c. 23. uers.
primum in parte.* Huius autem diuersitatis ra-
105 tionem † affert Vlpianus *in d. l. 1. §. interdum
ff. de usufr. accresc.* his verbis, *Et (ut Celsus, &
Iulianus eleganter aiunt) usufructus quotidie
constituitur, & legatur, non, ut proprietas eo solo
tempore, quo uindicatur. Cum primum itaque
nõ inueniet alter eum, qui sibi concurrat solus ute-
tur in totum. Nec refert coniunctim, an separa-
tim relinquatur*, quæ tamquam obscura po-
stulant, vt, quæ sit eorum vis, diligenter ex-
quiramus. Pro faciliori autem eorum expli-
catione sciendum est, legatum vsusfructus,
106 non esse multiplex sed vnicum, † *ut declarant
gl. in l. un. in prin. in uerb. alter atque ff. quand.
dies usufr. leg. ced. Menoch. de præs. libr. 4. præs.
159. numer.* 21. Quod paret ex eo, quia semel
eius dies cedere dicitur *d. l. un. in prin. ff.
quand. dies usufr. leg. ced* In quo quidem differt
a legato annuo, quippe, quod censetur esse
multiplex, adeo, vt, si sit relictum in dies, vel
menses, vel annos singulos, tòt censeantur
107 legata, quot dies, menses, anni, † *l. si in singulos
4. ff. de ann. leg. l. cum in annos. 10. ff. quand. dies
leg. ced. l. si Stichũ. 16. § stipulatio ff. de verb. oblig*
Quam differentiam ponit Vlpianus, *in.
d. l. vn. in prin. vers. alter ff. quand. dies vsufr.
108 leg. ced.* Huius autem diuersitatis ratio † pen-
det ex voluntate testatoris, quippe, qui tem-
pora distinguẽdo censetur ostendere, se vel-
le plures facere dispositiones, cum alioquin

semel vsumfructum relinquendo declaret, se
semel tantum velle disponere, *vt declarat*
Donell.lib.10.com.cap.23. vers. videamus. Quam-
obrem & , si vsusfructus per distincta tem-
pora legetur, puta per singulos dies, vel mē-
ses, vel annos, erit etiam tale legatum multi-
plex, cuiusque dies non semel, sed per adiecta
109 tempora cedet † *d.l.vn.in prin. vers. vnde quæ-
ri potest ff. quand. dies vsusf. leg. ced.* quia testa-
tor distinguendo tempora censetur quoque
dispositionem ipsam in plures distinguere
voluisse, *vt supra dictum est.* Planè, quamquā
legatum vsusfructus sit vnicum, & semel
eius dies cedat non tamen semel acquiritur,
110 sed quotidie † ita, vt, quot sunt anni, menses,
dies, imo, quot horæ, quibus quis vtitur frui-
tur, tot censeantur acquisitiones: Nam, quia
acquisitio pendet ex facto illius, qui vtitur,
fruitur *d.l.vn.in prin ff. quād. dies vsusf. leg. ced.*
nempe ex quotidiana eius perceptione, *vt de-
clarant Menoch.d.lib 4 præs.159.num. 21. vers.
3.est Hoto.in Epit.tit.ff. de vsufr. accr. num. 15.
vers.3.* & hęc, tamquam successiua multipli-
citer in acquisitione cōsideratur, ita, vt quot
sunt momenta, tot censeātur esse perceptio-
nes, ideo fit, vt legatum vsusfructus hoc re-
spectu censeatur esse multiplex: Quamobrē
111 dicitur, quotidie constitui, & legari, † *in d.l.1.
§. interdum ff. de vsufr. accr.* idest, iure legati
112 acquiri, † *vt rectè interpretantur gl.in d.§.inter
dum, in uerb. quotidie constituitur, uersic. sed tu
expone, & Menoch.d lib.4. præs. 159. num. 21.
uers.3.est* Vnde, quia ad excludendum ius ac-
crescendi non spectamus cessionem, sed ac-
quisitionem: Non enim sufficit, diem legati
cessisse in persona omnium legatariorum, vt
censeantur a iure accrescendi exclusi, sed
requiritur, vt omnes suam portionem reali-
ter, & cum effectu consequantur *l. si mibi, &
tibi.12.in pri.ff.de leg.primo* ideo, si ex iis vnus
cœperit vti frui, & hoc modo, concurrerit cū
aliis collegatariis in vsufructu, & sic eis fece-
rit partem, si tamen postea desinat vti frui,
puta, quia moriatur, vel capite minuatur,
quia respectu futuri temporis in acquisitione
non concurrit & sic deficit ante acquisitio-
nem, faciet locum iuri accrescendi. Hinc in-
telligimus, quis sit sensus illorum verborum
Significat enim Vlpianus, ideo in vsufructu
locum habere ius accrescendi si coniunctus
desinat cōcurrere, cum alioquin in proprie-
tate sufficiat, semel quem concurrisse, vt per-
petuo ius accrescendi cesset, quia proprietas
semel acquiritur, nempe eo tempore, quo
vindicatur, ideoque in ea semel concursus,
& ius accrescēdi cōsiderari potest: Aut enim
ambo concurrunt, & ius accrescendi cessat,
aut vnus non cōcurrit, & fit locus iuri accre-
scendi. At vsusfructus non semel acquiritur,
sed quotidie, ideoque in eo concursus, & ius
accrescendi quotidie considerari potest, ita
vt, si legatarij concurrant per aliquot annos,
censeantur pro eo tempore ius accrescendi
exclusisse, si verò vnus ex iis desinat concur-
rere faciat pro futuro tempore iuri accrescē-
di locum, quia coniunctus, qui non inuenit
alterum, qui sibi cōcurrat solus vtetur, frue-
tur in totum. Hic (meo iudicio) verus est il-
lorum verborum sensus, qui effectu non dif-
fert ab interpretatione communi, quæ est,

ideo in vsufructu locum habere ius accresce-
di post acquisitionem, quia vsusfructus sem-
113 per est in fieri † *vt considerant Bald. in cap. 1.
§ &, quia vidimus, num 4. De iis, qui feud. dar.
poss. Ias in d l re coniuncti, num.222. Purp cōs.
430.num.5 Pereg.cons.59 num 2. vol 1. Surd.
cons.439. num. 13.* cum quotidie constituatur
114 per patiētiam hæredis † *l.3 § dare ff de vsufr.
Et in proposito considerant gl in d.l.1 §. interdū,
in verb. quotidie constituitur ff. de vsufr. accr.
Ias in d l.re coniuncti numer. 222. & ibi Alcia.
num. 57. vers. excipiuntur, & Crott.numer 90.
Purp.d.cons.430 num.5. Gomez. tom. 1. varia.
res.cap.10.num.41. Mantic.de con vlt. vol. lib.
10.tit.3.num.33 Surd. cons. 123.num.20. & d.
cons.439.num.13 Viu.decis.405. num. 15. vers.
& ratio, Duar.lib.1.de Iur.accr.cap. 21.* ideoq;
nunquam potest dici plenè, & perfectè ac-
115 quisitus, † *vt scribunt Ias in d l.re coniuncti,
num.222. Purp.d.cons 430 num. 5 Gomez.d.
tom.1.cap.10.num 41. Crass in §.ius accrescendi
q 9.numer. 2. Duar.d lib.1.de Iur.accr.cap.21.*
Licet enim sit acquisitus pro tempore præte-
rito, non tamen censetur acquisitus pro futu-
ro: Quo fit, vt, si is, qui per aliquod tēpus con
currit, postea desinat concurrere, locum ha-
beat respectu futuri temporis ius accrescen-
116 di tamquam in vsufructu non acquisito, † *vt
declarant Polit in d.l.re coniuncti numer. 77. &
ibi Alcia.numer. 59. vers. excipiuntur, Zanch in
rep.l hæredes mei,57.§ cum ita, part. 10. numer.
73. & 74. Mantic.d lib.10.tit.3. num. 33. Surd.
d.cons.123.num.20 & d.cons.439.nu.13. Pereg.
d.cons.59.num.2.vol.1. Duar.d.lib.1.cap.21.* At
in proprietate secus est, quia, cum semel ac-
quiratur, & perfecta sit acquisitio statim, at-
que res agnoscitur, fit, vt amplius in ea ius
117 accrescendi locum habere nequeat. † *Ita
Gomez.d.tom.1.cap.10 num. 11.* Denique non
118 differt ab interpretatione † *Duar. d.lib. 1.de
iur.accr.cap.21. Ant Gou.de Iur. acc. num. 29.
vers.2. Cuiac in Parat.ff.de vsufr. accr. Hoto in
Epit.tit ff.de vsufr.accr.num.15.vers.3. Donell.
lib.10.comm.c.23. vers. primum in parte, Men.
d.lib.4 præs.159 num.21.vers. 3.est, & aliorum*
recentiorum, quippe, qui omnes in eo con
sentiūt, vt ratio differentiæ pendeat a diuersi-
tate acquisitionis, scilicet, quia proprietas
semel acquiritur, vsusfructus vero per succes
siua tempora, licet in eo dissentiant, quod ve-
teres considerant causam ex parte hæredes
pręstantis patiētiā, alij verò ex parte testatoris
qui quotidie legasse intelligitur, *vt declara
Menoch.d.lib.4.præs.159.num.18. vers. Habe-
mus & num.21, vers.3.est* Alij demum, cum
quibus nos consentimus considerāt eam ex
parte legatarij, qui quotidie debet vti frui,
qua ratione vsusfructus dicitur in facto, id-
est, quotidiana vsufructuarij perceptione cō-
sistere *in d l.vn.in prin.ff.quād.dies vsusf.leg ced.*

Hinc infertur primo, vsumfructum futuri
temporis, cuius respectu locum habet ius ac-
crescendi, non videri eundem, & veterem,
119 sed nouum, & de nouo constitutū, † *vt rectè
declarant Polit.in d.l.re coniuncti, nu. 77. Curt.
Iun.cons.14 num.6. Zanch in d.§. cum ita, part.
10.numer.73. & 74. Surd d.cons.123.numer.20.
Pereg.d.cons.59.nu.3.vers. at in legatarijs, vol.
1. Viu.d.decis.406.num.15. vers. & ratio.* Et, si
dicas, si non est idem, sed alius vsusfructus,
quo-

quomodo potest ius accrescendi recipere, cū
in diuersis rebus ius accrescendi locum non
120 habeat, † *vt diximus in 5. cap. q. 42. numer. 1. Et*
in his terminis opponendo considerat Zanch. in
d. § cum ita, part. 10. num. 74. uers praeterea, re-
121 spondeo, recipere ius accrescendi, quia † le-
gatarij communiter vocantur ad eundem
vsumfructum, qui nouus est. Et, quod dicitur,
ius accrescendi non habere locum inter eos,
qui ad res diuersas vocantur, procedere, quā-
do vnus vocatur ad vnam rem, alius verò ad
aliam, vt euenit, cum duobus alternis annis
legatur vsusfructus *l. 2. in prin. ff. quib. mod.*
vsusf. am. Cæterùm, quando ijdem legatarij
communiter vocantur ad res diuersas, puta
ad vsumfructum vnius anni, item ad vsum-
fructum alterius anni, verius est, respectu il-
lius anni, seu temporis, quo vnus non cōcur-
rit, locum habere ius accrescendi, quia respe-
ctu illius vocantur ad eandem rem, non ad
diuersas.
Secundo infertur, respectu futuri tempo-
ris non habere locum ius accrescendi, quasi
in vsufructu acquisito, sed, quasi in acquirē-
do, *vt diximus supra num.* 116. Et sic non post,
122 sed ante acquisitionem, † *vt declarant Surd.*
d. conf. 123. num. 20. & Viu. d. decis. 406. nu. 15.
vers. & ratio. Ex quo sequitur, re vera non esse
hanc exceptionem a regula, quæ vult, post
ius quæsitum cessare ius accrescendi, sed po-
123 tiùs regulæ confirmationem, † *vt animaduer-*
tit Zanch. in d. §. cum ita, part. 10 num. 73. vers.
ex quo inferre, tametsi cōtrarium vulgo sit re-
ceptum, *vti videre est apud* Bart *in d. l. re coniū-*
ctis, numer. 49. vers. Fallit, Et ibi alios passim. Sed
exceptio dicitur habita ratione totius legati,
quod, tamquam vnicum re vera dici potest
acquisitum, & post acquisitionem deficere,
quoties vsufructuarius ex post facto desinit
vti frui *d. l. 1. § interaum ff. de vsufr. acc.*
Tertio infertur, si post mortem duorum,
aut plurium facta sit in vsufructu substitutio,
non fieri locum substituto, nisi conditio in
omnium persona verificetur, quia, cū adsit
coniunctus, qui partem alterius deficientis
per ius accrescendi vindicare potest, Conse
quens est, vt pluralitas non possit in plures
singularitates resolui, *vt latè ostendemus in 9.*
cap. q. 7. & cap. 10. q. 20.
Adeo autem verum est, in vsufructu locū
habere ius accrescendi post acquisitionem,
vt procedat
Primo, non solum, si vsusfructus acquira-
tur ex vltima voluntate, sed etiam si ex con-
tractu, vt communiter a nostris receptum
est, & in forensibus controuersijs obseruan-
dum, *sicuti retulimus in 6. cap. q. 43. num. 1.* Sed
disputando contrariam opinionem veriorē
esse demonstrauimus *ibi num. 6. & seqq.* vnde
erunt deducenda, quæ ad pleniorem huiusce
rei explicationem videbuntur esse necessaria
Secundo procedit, nō solum in vsufructu,
sed etiam in alijs seruitutibus personalibus:
Nam in ijs etiam post acquisitionem locum
124 habet ius accrescēdi, vt in habitatione † *Ita*
Bart. in d. l. haeredes mei. 57. §. cum ita, num. 4. in
fi. & nu. 5 vers. Item fallit, & vers. si verò loqui-
mur ff. ad Treb. Paris. cons. 43. nu. 7. vol. 2. Alcia.
cons. 39. numer. 13. vers. quia ij, & num. 16. vers.
sed etiam, lib. 9. Alb. consil. 31. num. 2. Mantic. de
con. vlt. vol. lib. 11. tit. 5. num. 23. Pereg. de fideic.
125 *art. 13. num. 57.* Et verò etiam in vsu, † *secun-*
dum Bart. in d. §. cum ita, num. 5. vers. Item fal-
lit, & vers. si verò loquimur, Pereg. d. artic. 13. n.
57. quod, qualiter sit accipiendum facile erit
ex ijs intelligere, quæ diximus *in 6. cap. q. 20.*
num 40 & seqq.
Tertio procedit etiā in annuo legato quod
non pauperibus relictum est: nam, cum id in
iure accrescendi comparetur vsuifructui, cō-
sequens est, vt etiam post acquisitionem ius
accrescendi recipiat, *sicuti latè ostendemus in*
10. cap. q. 11. num. 22. & seqq.
Plane interdum etiam in vsufructu post
acquisitionem ius accrescendi cessat.
Primum enim, si vsusfructus sit relictus
seruo communi duorum, licet inter condo-
minos sit locus iuri accrescendi ante acqui-
126 sitionem, non tamen erit locus post † *secundū*
Ceph cons. 126. num. 2. Nec obstare videtur *l. 1.*
§. 1 ff. de. vsufr. accr. vbi Vlpianus vult etiam
in vsufructu amisso ius accrescēdi habere lo-
cum inter condominos eiusdem serui, quia
127 (secundum eū) debet intelligi †, de vsufructu
acquisito ipso iure, & sic commutabiliter,
non etiam de eo, qui est acquisitus per agni-
tionē, quo casu acquisitio fit irreuocabiliter
Nam tunc licet postea vnus ex condominis
deficiat, non tamen ius accrescendi poterit
habere locum. *Ita Ceph. d. cons. 126. nu. 3.* Sed
128 hæc opinio conuincitur falsa † ex ipsissimet
Vlpiani verbis, quæ sunt hæc. *Apud Iulianū*
quæritur, si communi seruo vsusfructus sit reli-
ctus, & vtrique domino acquisitus, an altero re-
pudiante vel amittente vsumfructum, alter totū
habeat? Et putat ad alterum pertinere. Nam prę
ter illa, *vtrique domino acquisitus*, quę tamquā
129 generalia † possunt vtrunque acquisitionis
genus complecti, constat etiam ex illis, *re-*
pudiante, vel amittente usumfructum, speciali-
ter loqui Vlpianum de vsufructu vtroq; mo-
do acquisito, quia ex verbo *repudiante*, appa
ret, eum loqui de vsufructu acquisito ipso iu-
re, sed per repudiationem resoluto, ex verbo
verò, *amittente* quod a repudiante distin-
guitur, loqui de vsufructu agnito, &
per mortem, vel capitis diminutionem amis
so. Nec dicas loqui, de amissione, quę fit per
capitis diminutionem ante agnitionem con-
tingentem, *vt respondet Ceph. d. cons. 126. nu.*
4 vers. & quamuis, quia, cum simpliciter, &
indistinctè loquatur de amittente, debet per
consequentias indistinctè intelligi, de omni
specie amissionis. Deinde amissio quę fit per
capitis minutionem, non est similis ei, quæ
fit per repudiationem, quoniam hæc resoluit
acquisitionem, illa verò extinguit, ideoque,
licet ibi non fuisset agnitus vsusfructus, verè
tamen diceretur deficere post acquisitonē,
& ita etiam post acquisitionem ius accrescē-
di recipere. Quamobrem verius est, etiam in
hac specie locum habere ius accrescēdi post
acquisitionem.
Secundo verò, si legatarij, quibus vsusfru-
ctus est relictus, sint coniuncti verbis tantum
licet inter eos locus sit iuri accrescendi ante
acquisitionem, vt nostri frequentiùs censue-
runt, *sicuti retulimus in 5. cap. q. 38. num. 9.* non
130 tamen locus erit post, † *secundū Petr. de Besut.*
in d. l. re coniunctis, num. 32. ubi disputando su-

stenet hanc opinionem, & post eum Cepb. d. conf. 126. num. 8. & seqq. Sed neque hæc sententia
131 est recipienda, † quia, aut sequimur eam opinionem, quæ communis est, & in iudicis obseruanda, Et secundum eam locus est iuri accrescendi in vsufructu, & ante, & post acquisitionem, etiamsi legatarij solo verborum nexu coniungantur, *ut ostendimus in 5. cap. q. 58. num. 9. & seqq. Et in specie de coniunctis uerbis tantum, ut inter eos locum habeat ius accrescendi post acquisitionem in usufructu scripsit Meno. d. lib. 4 praes. 159. num. 18. ubi reprobata Cepb. opinione scribit, hanc esse receptiorem sententiam.* Aut vero sequimur eam, quam nos disputando veriorem esse diximus, Et secundum eam, nec ante, nec post acquisitionem locus est iuri accrescendi inter verbis tantum coniunctos, *ut late ostendimus ibi nume. 26. & seqq.* Itaque non in agnitione vis est facienda sed in potestate coniunctionis, quia, si verbalis coniunctio est inefficax ad inducendum ius accrescendi, quod in ea cesset ratio concursus, quæ sola ius accrescendi inducit, *ut ibi ostendimus nu. 42. & seqq.* ita censebitur inefficax ante, vt post acquisitionem. Quod, si sit efficax, ita ius accrescendi in vsufructu induceret postea agnitionem, vt ante, scilicet, quia semper eadem subest ratio: Nam, licet vsusfructus agnitus videatur acquisitus pro præterito, non tamen censetur acquisitus pro futuro, *ut diximus supra num. 116.* Quamobrem verius est, idem in vtroque casu Seruandum esse.

Tertio, si vsusfructus non sit formalis, sed causalis, magis est, vt in eo post acquisitionē
132 ius accrescendi cesset, † *vt scribit Cepb. d. conf. 126. num. 12. & 13. Et est de mente eorum, qui dicunt, post acquisitionem locum habere ius accrescendi in vsufructu formali, vt Bald. in d. Auth, si quas ruinas, num. 7. vers. 3. casu C. de Sacr. Eccl, Nam ijdem sentiunt aliud esse in causali.* Et ratio est, quia † vsusfructus causalis est pars dominij, siuè proprietatis, in qua regulariter ius accrescendi cessat post acquisitionem, *vt diximus supra num. 13.* Sed hoc ita intelligendū
134 est, vt procedat, † quando sumus in terminis in qbus pars vsusfructus causalis debet accrescere alteri parti eiusdē vsusfructus. Cæterū, q̄do causalis debet accrescere formali, vt euenit, cū testator vni legat fūdū, alteri verò eiusdē fundi vsumfructū, quo casu fundi legatarius dimidiam vsusfructus habet, *vt ostendimus in 5. cap. q. 10. num. 7.* verius est locum habere ius accrescendi etiamsi debeat post ac-
135 quisitionem, † *: scribit Castr. conf. 218. num 1. vol. 1.* quia respectu illius, cui totus vsusfructus legatus est, semper agitur de vsufructu formali, licet alter, quandiu viuit, faciat illi partem. Et his quidem casibus locum habet ius accrescendi ex parte illius, quod accrescit.

S V M M A R I V M.

1 *Ius accrescendi competit ei, qui ad suam portionē fuit admissus de iure communi.*
2 *Portio deficiens accrescit ijs, qui suas portiones agnouerunt.*
3 *Ius accrescendi non solum in hæreditatibus, sed etiam in legatis, & fideicommissis competit ijs, qui suas portiones agnouerunt.*
4 *Portio proprietatis accrescit, ei, qui portionem habet.*
5 *Portio vsusfructus accrescit ei, qui alteram vsusfructus partem habet.*
6 *Ius accrescendi competit ei, qui ad suam portionē fuit admissus iure communi, siue secundum voluntatem testatoris, siue præter, siue etiam contra voluntatem.*
7 *Præferendi sunt in iure accrescendi, qui veniunt secundum voluntatem testatoris, ijs, qui veniūt contra voluntatem.*

An ius accrescendi competat ei, qui ad partem suam admittitur de iure communi.

Quæstio Sexagesima.

HVNC Transeamus ad secundum huiusce capitis extremum & videamus, Quando locum habeat ius accrescendi ex parte illius cui fit accessio. Sed, quia duplex ex hac parte potest esse controuersia, vna, cum is, quo de agitur, portionem principalem habet, altera vero, cum eam non habet, ideo de vtraque separatim tractaturi videamus primo, an locū habeat ius accrescendi, cum is, qui intendit, id sibi competere, portionem habet principal. Constat autem multum referre, vtrum is, qui portionē habet, fuerit ad eam admissus principaliter, an verò secundario, &, si principaliter, vtrum fuerit admissus de iure communi, an verò de iure speciali: Nam, si de iure communi, certum est, ei cōpetere ius accrescendi
1 † *vt scribūt Bald. in l. huiusmodi. 36. §. si ... uers. circa hoc, & ibi Imol. uers. Ad § ... tus, Alex. n. 3. vers. In alijs, & Ias. num. 1 . ff. de leg. 1. Ias in d. l. re coniuncti, num. 185 vers. ... confirma, & ibi Crott. num. 72. uers. fallit & ... Aicia. num. 52. Curt. Iun. conf. 14. numer. 7. Seb. Sap. in d. l. ... num. 12. vers. 3. & ibi Claud. Tut. num. 59. vers. quartum, & Io. Guter. num. 38. ... quand. non pet. part. Cagn. in rubr. C. eod num. 55. Peral. in d. l. & Proculo. 10. num. 47. ff. de leg. 2. Mantic. de con. vlt. uol. lib. 10. tit. 3. num. 29. uers. dictum, Crass. in d. §. ius accrescendi ... 8. nu. 1.* Hoc enim est, quod iam frequenter dicimus, partem vacantem ijs accrescere, qui
2 suas portiones agnouerunt † *l. testamento ... de impub. & al. sub. l. un. §. his ita definitis C. de cad. toll. l. si ex pluribus. 9. ff. de suis, & leg. l. si duo. 38. l. qui ex duabus. 53. §. ult. ff. de acq. hered. l. ... § ult. & l. ei, qui admisit. 5. ff. de bon. pos. l. si coheredi. 4. in princ. ff. quis ord. in bon. poss. seru. l. 1. §. si nemo ff. ad Tert. §. ult. Inst. de Orfic. Paul. lib. 4. senten. tit. 8. §. ult. & scribunt Ang. in l. si quis heres. 35. numer. 1. ff. de acq. her. Duar. lib. 1 de iur. accr. cap. 14. Baldui. ad d. §. ult. num. 28. Inst. de Orfic. Cuiac. ad l. un. §. ubi autem legatarij C. de cad. toll. Costa de port. rat. q. 135 num. 14. & significat etiam tit. C. quand. nō pet. par. pet. accr. ut animaduertit ibi Purp. num. 5. uers. ...* Idque procedit, siue loquamur de hereditatibus, siue
3 de legatis, & fideicommissis, † *ut de hæreditatibus constat ex d. l. un. §. his ita definitis C. de cad. toll.*

toll. d. l. si ex pluribus. 9. ff. de [illegible] & l. g. d. l. si duo 38. & l. quæ ex duabus. 53. § ult. de acq. hæred. d. §. ult. Inst. de Orfic. & d. l. [illegible] stamento 6. C. de impub. & al. subst. d. l. 1. §. si nimo [illegible] ad Tert. Paul. d. lib. 4. sent. tit. 8 § ult. Donell lib. 7. comm. cap. 12. De legatis uero, & fideicommissis ex d. l. un. §. ubi autem legatarij C. de cad. toll. & §. si eidem, Inst. de legat. & scribunt Iason in d. l. re coniunctis, num. 185 uers. tu confirma, & ibi Crott. num. 72. uers. fallit. & 5. Ant. Fum. de coniunct. cap. 15. num. 3. & siue loquamur de proprietate, siue
4 de vsufructu: † nam, vt habenti partem siue ius in proprietate accrescit altera pars proprietatis, ut in iuribus, & locis supra allegatis, ita etiam habenti partem, & ius vsusfructus ac-
5 crescit altera pars vsusfructus † l. interdum. 11. ff. de usufr. accr. & scribit Vasq. lib. 2. Illustr. contro, cap. 59. num. 5. Quinimo procedit, siue quis admittatur secundum volūtatem testatoris, siue præter, siue etiam contra volunta-
6 tem, † ut de eo, qui secundum uoluntatem scribit Ang. de Gamb. de testa. glo. 42 num. 5. De eo uero qui præter Idem Ang. de Gamb. ibi, & de eo, qui contra Rutn. cons. 33. num. 7. uol. 2. Alcia. in d. l. re coniunctis, num. 52. quamquam, si concurrāt plures, quorum aliqui veniant secundum voluntatem, alij verò contra, illi, qui secundum voluntatem testatoris veniunt, sint cœteris
7 præferendi, † secundum Alcia. in d. l. re coniunctis, num. 52.

S V M M A R I V M.

1 *Ius accrescendi hæreditarium indistinctè competit etiam ei, qui ad partem suam admittitur de iure speciali, siue succedat secundum defuncti uoluntatem, siue contra, siue etiam ab intestato, & cur, num. 2. & seqq.*
6 *Emancipatus præteritus, qui agnoscit bonorum possessionem contra tabulas, uenit de iure speciali.*
7 *Emancipatus præteritus uocatur ex indulgentia Prætoris contra rigorem iuris ciuilis.*
8 *Ius accrescendi locum habet inter emancipatos præteritos, qui uocantur ad bonorum possessionem contra tabulas.*
9 *Patroni præteriti, qui uocantur ad bonorum possessionem contra tabulas, ueniunt iure singulari.*
10 *Ius accrescendi locum habet inter duos, aut plures patronos præteritos, qui uocantur ad bonorum possessionem contra tabulas.*
11 *Ius accrescendi locum habet inter filios primi matrimonij, qui reuocant partem hæreditatis relictam contra formam l. hac edictali. 6. in prin. C. de sec. nup.*
11 *Filiusf. etiam cum consensu patris testamentum facere non potest.*
12 *Filiusfa. si cum consensu patris instituat piam causam hæredem, partis causæ non piæ relictæ accrescūt causæ piæ, Declara, ut num. 15.*
14 *Ius accrescendi locum habet etiam in pia causa hærede, Declara, ut num. 15.*
26 *Ius accrescendi locum habet inter spurios, quos pater ex dispensatione hæredes instituit.*
17 *Ius accrescendi competit etiam minori, qui post repudiatam hæreditatem fuit iterum ad eam adeundam in integrum restitutus.*
18 *Ius accrescendi competit nepotibus ex filio prædefuncto, si alter filius partem suā repudiauerit, etiamsi filios reliquerit.*
19 *Ius accrescendi competit etiam ijs, qui vi statuti, aut consuetudinis ad hæreditatem vocantur.*
20 *Statuto si caueatur, ut masculis extantibus filiæ non succedant, & ex masculis vnus deficiat, eius portio cæteris masculis, non etiam fœminis exclusis insolidum accrescet, & cur, nu. 21. & seqq. licet aliqui cōtrarium tenuerint, num. 24*
25 *Successionibus in uniuersalibus non refert, utrum quis admittatur de iure communi, an verò de iure speciali.*
26 *Iure communi, qui admittuntur, præferuntur ijs, qui admittuntur iure speciali in iure accrescendi.*
27 *Declaratur l. sed, cum patrono, 6. in prin. ff. de bon. poss. & num. 28.*
29 *Vxori inopi, quæ quartā habet ex Auth. præterea C. und. uir. & ux. non competit ius accrescendi si vnus ex liberis, vel agnatis deficiat, sed alijs liberis, vel agnatis, & cur, num. 30.*
31 *Ius accrescendi non competit legatarijs, & fideicommissarijs, qui ad suam portionem admittuntur de iure speciali contra voluntatem testatoris, Declara, ut num. 158.*
32 *Ius accrescendi non competit ijs, qui succedunt de iure speciali.*
33 *Ius accrescendi non competit legatarijs aut fideicommissarijs qui ad suam portionem admittuntur iure speciali.*
34 *Declaratur l. mulieri, & Titio. 73. ff. de cond. & demon. & num. seqq. vsque ad nu. 161, & rursus num. 212. & seqq. vsq; in fi.*
35 *Conditio, si non nupserit, adiecta legato relicto ipsi mulieri remittitur.*
36 *Conditio, si mulier non nupserit, adiecta legato tertij non remittitur.*
37 *Conditio, si mulier non nupserit adiecta legato relicto personæ mulieri coniunctæ, puta patri, remittitur.*
39 *Declaratur l. fin. §. Seio ff. de leg. 2. & num. 42. & seqq.*
40 *Conditio adiecta legato relicto duobus cōiunctim censetur ei tantum adscripta, de cuius persona, & facto loquitur, Declara, vt numer. 43. & seqq.*
44 *Conditio duobus adiecta post vtriusque nominationem, censetur vtrique adscripta. secus vero si fuerit adiecta post nominationem vnius tantum, Declara, ut num. 46. & seqq.*
45 *Declaratur l. si seruo. 31. vers. aliam etiam ff. de statulib. & num. seqq.*
48 *Dictio, &, æquè principaliter extrema coniungit.*
49 *Dictio, cum, non cōiungit principaliter, sed per modum accessionis.*
51 *Declaratur l. Iulius 80. ff. de cond. & dem. & num. seqq.*
56 *Conditio, si non nupserit, quoties remittitur, perinde mulier admittitur ad legatum, ac si conditioni paruisset, & num. 60.*
61 *Beneficio alterius plerūque quis consequitur, quod per se consequi non potuisset, Declara, vt num. 74.*
62 *Vna, atque eadem res non debet diuerso iure censeri, Declara, vt num. 75.*
83 *Dictio, etc, est implicatiua, & amplicatiua.*
85 *Superuacuum aliquid esse & aliquid non prodesse, multum inter se differunt.*
72 *Repudiari plerunque dicitur, etiam, quod non debetur*

betur, in spectu facto, non iure.

89 *Ius singulare est debilius, quam ius commune, Declara, vt num. 98.*

90 *Dispensatio, tamquam odiosa non est extendenda sed stricte accipienda. Declara, vt num. 106.*

91 *Dispensatio non recipit ius accrescendi, ne multiplicetur inconueniens.*

92 *Priuilegia non recipiunt ius accrescendi, & cur, num. 93.*

100 *Lex Iulia de maritandis ordinibus, quæ viduitatis conditionem remittit, est fauorabilis.*

101 *Resp. interest, ciuitatem repleri liberis hominibus.*

102 *Lex Iulia de maritandis ordinibus quæ viduitatis conditionem remittit, latam debet recipere interpretationem.*

103 *Extensio legis, aut statuti est facienda, vbi tractatur de fauore publico, & cur, num. 104.*

105 *Lex etiam priuato odiosa censetur fauorabilis, si odium illud ex publico fauore procedat.*

106 *Dispensatio, licet sit odiosa, & stricti iuris extenditur tamen ad ea, quæ veniunt in consequentiam principalis dispositionis.*

108 *Ius accrescendi non habere locum inter diuerso iure succedentes, qualiter intelligatur, & num. seqq.*

111 *Producenda latius non sunt, quæ contra testatoris voluntatem admittuntur.*

115 *Multiplicatio inutilium nihil operatur.*

116 *Singula, quæ non prosunt, multa iuuant Declara, vt num. 117.*

120 *Paria non sunt in materia iuris accrescendi legatum factum non esse, vel haberi pro non facto.*

126 *Fictio non operatur plus quam veritas.*

127 *Fictio idem quod veritas operari debet.*

133 *Nullum, quod est, nullum producit effectum.*

134 *Repudiari non potest, quod non debetur.*

135 *Conditione deficiente relictum euanescit, & expirat.*

138 *Argumentum a repudiante ad morientem valet in materia iuris accrescendi, Declara, vt num. 154.*

139 *Amittere non videtur, qui nunquam habuit.*

142 *Argumentum a contrario sensu sumi potest etiã ad correctionem iuris communis, quando verba legis in sensu directo nihil operantur.*

144 *Argumentum a contrario sensu sumi potest, cum aliter posito iure decisio remaneret falsa.*

145 *Dictio, quamdiu, denotat dispositionem esse temporalem, & adueniente casu expresso amplius non habere locum.*

146 *Declaratur l. 1. §. vlt. ff. de assign. liber.*

147 *Dictio, interim, denotat dispositionem esse temporalem.*

153 *Casus qui colligitur ex lege a contrario sensu, dicitur etiam casus legis.*

160 *Ius accrescendi non habet locum inter filios primi matrimonij, qui reuocant relictum vitrico, aut nouercæ contra dispositionem l. hac edictali 6. in prin. C. de sec. nupt.*

161 *Ius accrescendi non competit ei, qui iure speciali admittitur ad partem ex voluntate testatoris, si legatum petat ab eo, qui contra ipsius voluntatem successit, & num seq. & cur, num. 183. & seq. Declara, ut num. 201.*

162 *Declaratur l. 3. §. sed, & si coniunctim ff. de leg. præst. & num seqq.*

166 *Ius accrescendi competit etiam ei, qui iure speciali admittitur ad partem ex voluntate testatoris, si legatum petat ab eo, qui, & ipse secundum defuncti voluntatem successit, & nu. 178. & cur, num. 179. & seqq.*

167 *Ius accrescendi competit etiam ei, qui ad legatum admittitur de iure speciali secundum voluntatem testatoris, & cur. num. 179 & seqq.*

168 *Declaratur l. filium. 5 §. ult. ff. de leg. præst. & nu. seqq. & num. 215.*

175 *Declaratur l. filium. 5. §. si legata ff. de leg. præst. & num. seq. & num. 216.*

177 *Legata coniunctis personis relicta ea tantum cõseruantur ex edicto Prætoris, pro quibus eis habitus est honor, Declara. ut num. 193.*

180 *Succedens contra voluntatem defuncti minus tenetur, & grauatur, quam succedens secundum voluntatem, & num. seqq. & cur, num. 183. & seq.*

181 *Absurdum non est, melioris esse conditionis eum, qui succedit contra voluntatem defuncti, quã, qui secundum voluntatem, & nu. seqq. & cur, num. 183. & seqq.*

182 *Exhæredatus, si sit unus ex duobus fratribus, & alter institutus in minore portione, quam, quæ ab intestato contingeret, quantam partem ille proposita querela, & quantam hic sit habiturus.*

185 *Legitima excepta potest quis liberè, de bonis suis disponere.*

186 *Exhæredatum melioris esse cõditionis, quam præteritum, absurdum est, Declara, vt num. seqq.*

188 *Præteritus plus iuris habet, quam exhæredatus.*

190 *Exhæredatio notam infert, & cur, num. 192.*

191 *Præteritio non infert notam, & cur, num. 192.*

194 *Ius accrescẽdi competit etiam minori, qui post repudiatum legatum fuit ad illud petendum in integrum restitutus, & cur, num seqq.*

195 *Restitutio ponit omnia in pristinum statum.*

196 *Restitutio in integrum tantum tribuit minori, quantum abstulit læsio.*

197 *Restitutio in integrum, non solum tribuit rem principalem, sed etiam incrementa, quæ veniũt accessoriè.*

198 *Ius accrescendi competit etiam ei, qui ad legatum admittitur iure singulari, si per id nõ cõsequatur plus, quam esset habiturus, si iure communi fuisset admissus.*

199 *Restitutio in integrum concessa aduersus legati acceptationem, operatur, ut perinde sit, ac, si legatum non fuisset acceptatum.*

200 *Ius accrescendi competit etiam ei, qui uocatur ex edicto, si quis omissa causa testamenti, & cur, num. 201. & seq.*

203 *Ius accrescendi locum habet inter spurios, quibus pater legauit ex dispensatione, et maximè, si fuerunt legitimati, numer. 204. et cur, numer. 210.*

205 *Ius accrescendi locum habet in testamento inter liberos.*

206 *Legata relicta extraneis in testamento inter liberos accrescunt liberis institutis, Declara, ut nu. 207.*

208 *Ius accrescendi locum habet etiam inter pias causas, quibus aliquid coniunctim relictum est.*

209 *Filiusf. si patre permittente testatus sit, partim ad pias causas, et partim ad causas non pias, quod causæ nõ piæ relictũ est, non accrescit causa pia, sed pertinet ad uenientes ab intestato, et cur, num. 210.*

211 *Ius non decrescendi non competit ei, qui consequitur partem suam iure singulari, nisi causa priuilegij*

uilegij durat etiam in parte uacante, Sed contra. num. 214.

214 *Ius non decrescendi indistinctè competit etiam ei, qui iure speciali admittitur ad suam portionē, et cur, num. 217.*

An ius accrescendi competat ei, qui ad partem suam admittitur de iure speciali

Quæstio Sexagesimaprima,

Cœterùm, si non communi, sed speciali iure fuerit ad suam portionem admissus, & quæramus, an ei competat ius accrescendi, constat quinque distinguendos esse casus, quorum

Primus est, quando tractamus de hęreditatibus, siue successionibus vniuersalibus. Et tunc omnes fatentur, ius accrescendi indistinctè competere etiam ei, qui ad partem suam admittitur de iure speciali, siue succedat secundum defuncti voluntatem,
1 siue contra, siue etiam ab intestato. † *Ita scribunt Bart. in d. l. re coniunctis, nu. 46. uers. sed contra, et n. 48. et ibi Ias. nu. 190 & 191. Crott. num. 80. 85. et 86. Rip. num. 150. Alcia. num. 51. Bart. in l. mulieri, et Titio. 73. num. 1. et 4. et ibi Bald. uers. dicit tamen, Imol. num. 2. uers. et ad de, Castr. num. 2. et 4. et Socin. Sen. num. 15. uers. sed contra præmissa ff. de cond. et dem. Bald. in l. 1. numer. 1. uers. et prædicta C. de ind. uid. toll. Alex. cons. 20. num. 8. uers Non obstat septimum, uol. 1. Fabia in Auth nouissima, num. 220 uers. ultimo C. de inoff. test. Socin. Sen cons. 67. num. 7. uol. 4. Dec. in l. un. in 2 lect. num. 25. et ibi eb. Sap. nume. 45. Alcia. nume. 50. uers Fortius C. quand. non pet. part. Ant. Fum. de contun. cap. 15. nume. 4 Alcia. lib. 4. Parad. cap. 9. nume. 2. Purp. cons. 527. num. 37. Ceph. cons. 60. num. 9. Mantic. de con ult nolun. lib. 10. tit. 3. num. 20. Crass in §. ius accrescendi q. 18. num. 3.* Cuius
2 rei plerique putant rationem esse † ne testator decedat pro parte testatus, & pro parte intestatus, *ut Bart. in d. l. mulieri, et Titio. 73. num. 3. et ibi Socin. Sen. num. 15. uers. sed contra præmissa, Bald. in d. l. 1. num 1 uers. & prædicta C. de ind. uid. toll. Andr. de Bisset. in rep l 1. nume. 133. C. de Sacros. Eccl. Crott. in d. l. re coniunctis, num 80. & ibi Rip nume. 150. Alcia num 5 . Dec. in d l un in 2. lect. num. 25. et ibi Alcia. num 50 uers. 2 limita, C. quand. non pet. part Ant. Fum. de contun. d cap. 15. nume. 4. Alcia. d lib. 4 Parad cap 9. nume. 2. Mantic. d. lib. 10 tit 3. num. 20. Crass in d §. ius accrescendi q. 18. nu. 3.* vel, ne pro parte habeat
3 hæredem, & pro parte non, † *ut Bart. in d. l. re coniunctis, num. 46. & ibi Ias. num. 191. Crott. num. 80. Bald in d l mulieri, & Titio 73. uers. dicit tamen, & ibi Socin. Sen. num. 15. uers. sed contra præmissa.* Sed hæc ratio non est ge-
4 neralis, † quia non potest ad omnes casus adaptari, in quibus etiam succedentibus de iure singulari cōpetit ius accrescendi in hæreditate, siue successione vniuersali, vt patet ex bonorum possessione contra tabulas, quæ datur patronis in bonis libertorum. nam, si liber tus patronis præteritis instituat extraneū, quo casu patronis defertur ex edicto prætoris bonorum possessio contra tabulas partis debitę & vnus ex patronis deficiat, licet eius portio alteri patrono non accresceret, non tamen posset libertus dici pro illa parte non habere hæredem, aut intestatus decedere, quia pars illa remaneret apud hæredem, qui sustinet causam testamenti, & tamen inter patronos, qui speciali iure veniunt, locum habet ius accrescendi, *uti postea demonstrabimus.* Non est igitur ratio, ne testator decedat pro parte testatus, & pro parte intestatus, vel pro parte habeat hæredem, pro parte verò non, *ut reprobando Bart. considerat Ias. in d. l. re coniunctis, nu. 193. uers. contra rationem, quod etiam Crott. ibi num. 80 ostendit alio exemplo.* Sed ra-
5 tio est varia † pro varietate specierum & causarum, ex quibus hæreditates, siue successiones vniuersales deferuntur, sicuti generaliter diximus de ratione iuris accrescendi *in 1. cap. q. 1. num. 16. & seqq.* Nam, quæ ratio facit locum iuri accrescendi in successionibus vniuersalibus, eadem operatur, vt id competat etiam ei, qui iure singulari venit ad suam portionem. Itaq; si ius accrescendi nascatur ex coniunctione testamentaria, siue ex voluntate testatoris, quæ ex huiusmodi cōiunctione colligitur, vt euenit in omnibus casibus, in quibus inter coniunctos locum habet ius accrescendi in hæreditate, *secundum ea, quæ diximus in eodem 3. cap. q. 2. num. 4* ex eadem etiam deducitur ratio, cur habeat locum inter eos, qui succedudt iure singulari: nam voluntas testatoris, qui eos coniunxit, ita concurrit in vocatis iure singulari, vt in vocatis iure communi. Si verò ius accrescendi nascatur ex coniunctione legitima, siue ex mente legis, quæ plures simul vocando eos omnes pro vno reputauit, vt euenit in omnibus casibus, in quibus ius accrescendi locum habet inter succedentes contra defuncti voluntatē, vel ab intestato, *sicuti demonstrauimus in eodē 3. cap. q. 2. num. 13. & seqq.* eadem operatur, vt id etiam ei competat, qui vocatur iure singulari: nam id ipsum ius singulare, quod plures vocat, eos coniungit, eoque modo ius inducit accrescendi. Si penique hoc ius non ex vi cōiunctionis oriatur, sed ex alia causa, nempe vt euitetur absurdum, quod testator decedat pro parte testatus, & pro parte intestatus, vt euenit in omnibus casibus, in quibus inter hęredes institutos omnimodo disiunctos, vel etiam coniunctos contra testatoris voluntatem locum habet ius accrescendi *sicuti demōstrauimus in eodem 3. cap q. 2. numer. 6. & seqq.* ex eadem etiam causa deducenda erit ratio, cur locū habeat inter eos, qui succedunt iure singulari: nam eadem absurditatis euitandæ ratio, quæ iuri accrescendi facit locum, operatur, vt id etiam ei debeat competere, qui iure singulari consequitur suam portionem, *ut scribunt Crott. in d. l. re coniunctis; num. 162. & ibi Alcia. num. 51.* Et in his terminis vera est Bartoli, & aliorum ratio. Ex supradictis autē infertur.

Primo, ius accrescendi competere etiam emancipatis præteritis, qui ad bonorum possessionem contra tabulas vocantur: nam, licet
6 illi veniant de iure speciali † *l quod vulgo. 19.*

ff. de

ff. de bon. poss. contrat. Et in specie declarāt Bart.
in d. l. re coniuncti, nu. 46. vers. sed contra, Duar.
lib. 2. de iur. accr. cap. 10. nempe ex indulgentia
prætoris, qui contra rigorem iuris ciuilis eos
7 vocauit † *l. sed, cum patrono. 6. §. 1. ff. de bon. poss.*
§ emancipatos Inst. de exh. lib. si tamen vnus ex
8 ijs deficiat eius portio cœteris accrescet † *l. si*
duobus. 12. in prin. ff. de bon. poss. contra tab. l. 1. §.
si quis ex nepotibus ff. de coniung. cū em. lib. & nos
diximus in 6. cap. q. 2. num. 3.

Secundo infertur, ius accrescendi compe-
tere etiam patronis a liberto præteritis, qui-
bus contra tabulas bonorum possessio datur:
9 nā, licet etiam ij vocentur iure singulari, † *vt*
scribit Ias. in d. l. re coniuncti, num. 193. vers. cō-
tra rationem, nempe ex beneficio prætoris,
qui eos vocauit contra formam iuris anti-
qui, vt pote, quo nō, nisi ab intestato ad liber-
ti successionem vocabantur *tit. Inst. de succ.*
liber. in prin. nihilominus, si ex ijs vnus defi-
ciat, eius portio non apud hæredem institu-
tū remanebit, sed alijs compatronis accrescet
10 † *l. siue libertus. 21. §. ex duobus ff. de iur. patr. l.*
ex tribus. 21. ff. de bon. lib.

Tertio infertur, ius accrescendi compete-
re etiam filijs primi matrimonij, qui reuocāt
partem hæreditatis secundæ vxori relictā in
contra formam *l. hac edictali. 6. in prin. C. de*
sec. nupt. nam, licet, & ipsi admittantur, iure
speciali, idest beneficio *d. l. hac edictali*, & con-
tra patris voluntatē, si quis tamen ex ijs defi-
11 ciat, eius portio cœteris accrescet † *Ita scribit*
Bald. in d. l. hac edictali. 6. in prin. num. 25. vers.
sed pone C. de sec. nupt. & videtur accipiendus
Gul. Ben. in d. cap. Raynutius, in verb. & vxorē
nomine Adelasiam, num. 124. vers. si autem om-
nes.

Quarto infertur, hoc ipsum ius accrescen-
di competere piæ causæ quam filiusf. cum
consensu patris scripsit hæredem: nam, licet
admittatur iure speciali, scilicet, quia iure
communi filiusf. etiam cum consensu patris
12 testamentum facere non potest † *l. qui in po-*
testate. 6. ff. de testa. tit. Inst. quib. non est perm.
fac. test. in prin. habebit tamen ius accrescendi
respectu partium, quæ causę non pię datę sūt
13 † *Ita scribunt Bald. in rep. l. 1. nu. 8. & ibi Andr.*
de Besset. num. 133. C. de sacr. Eccl. Ias. in d. l. re
coniuncti, num. 190. vers. & tanto magis, & ibi
Alcia. num. 51. vers. unde. Hoc enim est, quod
tam frequenter diximus, ius accrescendi ha-
14 bere locum etiam in pia causa hærede, † *vti*
videre est apud Ias. in d. l. re coniuncti, num. 122.
quod tamen ita intelligendum est, vt proce-
15 dat, † dummodo subsit aliqua coniunctio:
nam aliàs procederent ea, quæ diximus *in 5.*
cap. q. 41. num. 14. & dicemus etiam in 10. cap. q.
9. num. 3. quia cessat tunc ratio, propter quā
admittitur ius accrescendi etiam inter eos,
qui iure singulari vocantur, ideoque & ipsū
ius cessare debet, vt & generaliter obseruan-
dum profitemur.

Quinto infertur, ius accrescēdi habere lo-
cum etiam in successione gratiosa, & dispen-
satiua, nempe in hæreditate, quæ spurijs de-
fertur ex testamento patris, cum quo dispē-
satum est, vt eis possit aliquid relinquere: nā,
si vnus ex ijs deficiat, accrescet eius portio
cœteris, quamuis speciali iure, idest, benefi-
16 cio dispensationis admittantur, † *vt in specie*
de hæreditate scribunt Gul. Ben. in d. cap. Raynu-
tius, in verb. & vxorem nomine Adelasiam, num.
125. Ceph. cons. 60. nu. 11. vers. his tamen. Quod
vtique accipiendum est secundum ea, quæ
dicemus *in 10. cap. q. 14. num. 23. & seqq.*

Sexto infertur, ius accrescendi competere
etiam minori, qui post hæreditatis partem
repudiatam iterum ad eam agnoscendam
in integrum restituitur: nam, licet admitta-
tur iure speciali, & extraordinario *l. in causa*
17. in prin. ff. de minor. nihilhominus habet
17 ius accrescendi. † *arg. l. 1. §. 1. ff. de coll. bon. Ita*
de hæreditate loquentes scripserunt Gul. Ben. in
d. cap. Raynutius, in verb. & vxorem nomine
Adelasiam, num. 125. vers. & pariter, Seb. Sap. in
d. l. vn. num. 45. C. quand. non pet. part. Et viden-
tur etiam sensisse, qui simpliciter tradiderunt, mi-
nori in integrum restituto competere ius accre-
scendi, vt Alcia. in d. l. re coniuncti num. 51. vers.
sic & receptissimum, vbi testatur, hanc esse rece-
ptissimam opinionem, & scribit etiam ibi Io.
Gaud. num. 63.

Septimo infertur, si is, qui habebat filium,
& ex eo nepotē, nec nō ex altero filio præde-
functo vnum, aut plures nepotes, decesserit,
& nepotes ex filio præmortuo agnouerint
hæreditatem aui, mox filius eam repudia-
uerit, eius portionem non ad ipsius filium, &
sic nepotem venientem ex successorio edi-
cto pertinere, sed accrescere nepotibus ex al-
18 tero filio, † quia, licet iure singulari vocentur
ad suam portionem, scilicet, quia secundum
ius ordinarium debuissent a patruo, tamquā
proximiore excludi, tamen, quia tractatur de
hęreditate, ius habent accrescendi, quod, edi-
cto successorio potentius est, *vt latissimè osten-*
dimus in 9. cap. q. 10 & q. seq.

Octauo infertur, idipsum ius competere
etiam ijs, qui vi statuti, aut consuetudinis ad
hæreditatem vocantur: nam, licet speciali,
non communi iure ad suam portionem vo-
centur, si quis tamē ex ijs deficiat, eius portio
19 cœteris accrescet, † *vt de succedentibus vi sta-*
tuti scribunt Gul. Ben. in d. cap. Raynutius, in
verb. & vxorem nomine Adelasiam, num. 123.
Purp. cons. 527. nu. 37. & nos diximus in 6. cap.
q. 2. numer. 4. De succedentibus verò vi consue-
tudinis Gul. Ben. in d. cap. Raynutius, in verb. &
vxorem nomine Adelasiam, num. 123. Franch.
decis. 149. numer. 10. reprobata Saly. & aliorum
contra sentientium opinione. Itaque, si statuto
caueatur, vt masculis extantibus filiæ non
succedant, & ex masculis vnus deficiat, eius
portio cœteris masculis, non etiam fęminis
20 exclusis in solidum accrescet, † *vt docet Bart.*
in d. l. re coniuncti, num. 48. & ibi Ias. num. 192.
Crott. num. 80. vers. 6. & vltima. Rip. num. 154.
Alcia. num. 51. vers. sic & exclusis, Bart. in d. l.
mulieri, & Titio. 73. num. 4. & ibi Castr. numer.
4. & Soc. Sen. num. 16. ff. de cond. & de Bald. in d.
l. vn. num. 18. C. quand. non pet. part. Gul. Ben.
in d. cap. Raynutius in verb. & vxorem nomine
Adelasiam, num. 123. Fabia. in Auth. nouissima
numer. 220. vers. vltimo C. de inoff. testa. Carpa.
super statu. Medio. part. 1. cap. 278. numer. 110.
Hond. cons. 6. num. 10. & cons. 8. num. 62. vol. 1.
Crass. in d. § ius accrescendi. q. 18. num. 4. Nam,
cum fœminæ, nullam hæreditatis partem
habeant, non possunt per consequentias ha-
21 bere ius accrescendi, † *ex ijs, quæ dicemus in hoc*
cap.

cap. q. 70 numer. 2 ... in his terminis co... derant Bart. in d. l. re coniuncti. num. 48. ... ibi Ias num. 193. Crott. num 80 ... vers. sexta, ... ultima, Bart. in d. l. mulieri, & I... tio, num. 4. ... ibi Ca... num. 4. & Soc. Sen num. 17 Bald. in d. l. vn. numer. 18. C. quand. non pet. part. Gul. Ben. in d. c. Raynutius, in verb. & vxorem nomine Adelasiam, nu. 123 Fabia. in d. Auth. nouissima, nu. 220. vers. vltimo. Præterea ex ratione statuti fœminæ ita ab vno sexu excludi debent, vt a multis,

22 † *vt considerat Bald. in d. l. vn. num. 18. C. quãd. non pet part.* Denique, sicut statutum masculos prædilexit deferendo eis vniuersam hæreditatem, ita etiam censeri debet prædilexisse

23 se deferendo partem vacantem, † *vt considerat Gul. Ben. in d. c. Raynutius, in verb. & vxorem nomine Adelasiam num. 124. vers. præterea.* Nec est contrarium, quod fratres vltra illam portionem, quam iure communi fuissent habituri, succedant iure singulari, nempe iure statuti, quod illis partem fœminarum deferet, ideoque non videantur ad ius accrescendi

24 admittendi, † *vt arbitrabantur Din. & Rayn. de Forliu.* quia, cum hic tractetur de successione vniuersali, nõ refert, vtrum succedatur de iure communi, an verò de iure speciali,

25 † *secundum ea, quæ supra diximus. Et ita in specie respondent Bart. in d. l. re coniuncti, num. 48. & ibi Ias num. 192. Crott. num. 80. vers. sexta, & vltima, Bart. in d. l. mulieri, & Titio, numer. 4. & ibi Castr. num. 4. & Soc. Sen. num. 16. Fabia. in d. Auth. nouissima, nu. 220. vers. vltimo* Quamobrem eorum opinio nõ immerito fuit a frequentiori dd. schola improbata.

Planè etiam in hæreditate, si concurrant plures, quorum alij veniant de iure communi, alij verò de iure speciali, prius erũt admittendi, qui de communi, quam, qui de speciali

26 iure veniunt, † *vt scribit Bart. in d. l. re coniuncti, num. 46. vers. fateor tamen, & in d. l. mulieri, & Titio, nu. 3.* Exemplum quidam afferunt in specie *l. sed, cum patrono. 6. in prin. ff. de*

27 *bon. poss.* cum scilicet † patronus agnouit contra tabulas bonorum possessionem: nam ita demũ ei defert successionis residuũ, si omnes instituti deficiant; nam ex hoc uidetur constare, si unus ex institutis superstit, eũ esse patrono præferendum, quia, cum veniat ex iure institutionis, & sic ex iure communi, debet præferri patrono, qui uenit ex iure speciali, *Ita Bart. in d. l. re coniuncti. num. 46. vers. fateor tamen, & in d. l. mulieri, & Titio, 73. num. 3.*

Verum ex ijs, quæ diximus *in 5. cap. q. 43. num. 10.* satis apertè constat, non pertinere

28 locum illum † ad quæstionem propositam, quia loquimur de eo, qui, quamuis succedat de iure speciali, admittitur tamen ad ius accrescendi, cum alioqũin *in d. l. sed, cũ patrono,* scriptis hæredibus deficientibus non admittitur patronus ad totam hæreditatem iure accrescendi, sed iure successionis ei ab intestato delatæ, *ut ibi latius ostendimus*. Nec verum est, ideo scriptum hæredem, qui solus ex pluribus superest præferri patrono, quia succedat iure communi, cum alioquin patronus succedat iure speciali, quia imo patronus, quatenus consequitur totam liberti hæreditatem, succedit iure communi, idest, ex lege xij. tab. quæ patronum vocat ad legitimam liberti hæreditatem, sed ideo præfer-tur, ... ex testamento, cum alioquin patronus ... ab intestato, &, quandiu potest ... locus ... testamentaræ, tandiu ... ab intestato ... *quandiu. 39. ff. de acq. hæred. ... andiu ... ff. de reg. iur.*

Aliud exemplum afferunt alij in uxore paupere cui debetur quarta *ex beneficio Auth. præterea C. und. uir. & ux.* nam, si un... liberis, uel agnatis defi..., cohæredes prius admittentur ad ius accrescendi, quam uxor, quoniam il... ve... iunt de iure cõ muni,

29 hæc verò de iure speciali. † *Ita Fab. a. de Pep. in d. Auth præterea num 103. & ... Pe... nu. 29. Et fuit etiam de mente Goz. ad. in d. l. vn. num. 29. C. quand. non pet. part.*

Verum ... hoc exemplum pertinet ad

30 propositam materiam, † quia, si deficiant omnes descendentes, & transuersales mariti, non consequitur vxor totam hæred tatem iure accrescendi, sed iure successionis sibi ab intestato delatæ ex edicto prætoris, *vt latius ostendemus in 10. cap. q. 13. num. 8.* Neque verũ est, ideo cæteros agnatos esse mulieri potiores, quia veniunt iure communi, cum alioquin mulier veniat iure singulari, quia verius est, imo vxorem, quatenus totam mariti successionem consequitur, venire iure communi, sed ideo sunt potiores: quia, cum portio mulieris fuerit ad quartam limitata, non potest per ius accrescendi incrementum recipere, quoniam in dispositionibus limitatis ius accrescendi cessat, *vt dicemus in eodem 10. cap. q. 10. num. 3.* Quamobrem partes vacantes debent alijs coniunctis, aut in eorum defectum sequentibus gradibus applicari, non verò mulieri accrescere, *ut ostendemus in eodem cap. 10. q. 13 nu. 4.* Verius igitur est, inter eos, qui ad eandem hæreditatem vocantur, non dari prælationem, siue speciali, siue cõmuni succedant iure, dummodo pari coniũctionis, aut disiunctionis genere iungantur, & eodem non diuerso succe... iure. nam, & coniuncti disiunctis, & magis coniuncti minus coniunctis præferentur, *vt diximus in 5. cap. q. 44. num. 2 & q. 46. num. 65.* & inter diuerso iure succedentes locum nõ habebit ius accrescẽdi, *vt diximus in eodem 5. cap. q. 43. nu. 8.*

Nec est, quod aliquis subijciat, inde sequi, non posse habere locum ius accrescendi inter eos, qui succedunt iure communi, & eos, qui speciali, vt pote, qui diuerso succedunt iure, quod tamẽ falsum est, *vt ex ijs, quæ sup. diximus, facile est intelligere. Et in specie scribit Soc. Sen. in d. l. mulieri, & Titio, num. 15. vers. sed si essent, & Alcia. in l. vn. num. 46. vers. Item modo. C. quand. non pet. part.* quia respondeo, diuersitatem iuris succedendi non æstimari ex hoc, quod vnus succedat de iure communi, alter verò de iure speciali: nam & minor, qui restituitur in integrum, dicitur succedere eodem iure, quo is, qui sine beneficio restitutionis succedere potest, sed æstimari ex eo, quod vnus succedat contra voluntatem, alter verò secundum, vel, vnus succedat in hæreditate, siue iure vniuersali, alter verò in legato, siue iure particulari, vel, vnus succedat ex testamento, alter verò ab intestato, *secundum ea, quæ diximus in eodem 5. cap. q. 43. num. 50. & latius in cap. 6 q. 16. num. 31.*

Secun

Secundus verò casus est, quando tractatur
de legatis, & fideicommissis, seu de iure ac-
crescendi, quod in legatis, & fideicommissis
locum habet, & legatarius, vel fideicommis-
sarius admittitur ad suam portionem de iure
speciali contra voluntatem testatoris. Et tūc
communiter receptum est, ei non compete-
31 re ius accrescendi † *ita enim censuerunt Bart.*
in d.l. mulieri, & Titio.73.num.1. & ibi Bald. in
prin. Castr. num. 1. & 2. vers. est & alia, Imol.
num.1. & 2. Soc Sen. in prin. & num 4. Cuiac. in
32. lib quaestio. Papin. Bart. in d. l. re coniuncti,
num.43. & ibi Ias. num.177. & 190. Crott num.
74 Rip. num. 143. Alcia. num. 50. Io. Gaud.
num.57. & 58. Bald. in l. un. §. ubi autem legata-
rij. num 19. C de cad. toll. Alex. cons. 20. num. 8.
vers. Non obstat septimum, vol. 1. Gul. a montfer.
de success. reg. in 2 dub. num. 1. & 7. ubi ait, omnes
sequibant opinionem nemine discrepante, Soc.
Sen. cons 67. num. 7. vol. 4. Curt Iun. cons. 14. nu.
7. Ruin. cons 33. num. 7. vol. 2. Purp. in d. l. un.
numer. 38. C. quand. non pet. part. Cep. cons. 60.
num. 9 Mantic. de con. ult. vol lib. 11. tit. 3 num.
18. & 10. Crass. in d § ius accrescen. leq. num.
4 vers. 2. Duar. lib. 2. de iur. accr. c. 20 Et de hac
specie videntur sensisse, qui simpliciter scri-
pserunt, ius accrescendi non competere ijs,
32 qui succedunt iure speciali, † *ut Bald. in d. l.*
un. num. 19. & ibi Sib. Sap. nu. 12. vers. 3. Claud.
Tut num. 14. & 39. vers. quartum C. quand. nō
pet. part. Bald. in d. l. hac edictali. 6. in princ.
25. vers. sed pone C. de sec nup. & in l. si plures. 6.
num. 17 vers. Item, quia C. de cond insert. & in d.
l. mulieri & Titio, in prin. Ang. de Gamb. de
testam. gl. 42. in fin. Ias. in d l re coniuncti, num.
num. 7. & ibi Rip. numer. 143. Dec. in d rub. C.
quand. non pet. part. in 2 lect. num. 3. & in 3. nu.
11. & ibi Cagn. num. 55. Bartol. Roman. in l. sci-
endum. 30. num. 43. ff. de verb. oblig. Tiraq. de
iur. primog. q. 40. num. 150. Crass. cons. 766. nu.
9. Hond. cons 8. num. 66. vol. 1. Et hoc esse vnū
ex requisitis iuris accrescendi vt scilicet, is,
qui ad illud vult admitti, succedat de iure
communi, non de iure speciali, *uti vide est*
apud Cagn. in rub C quand. non pet. part. num.
55. Quemadmodum & ij, qui generaliter de
legatis & fideicommissis loquentes negant
ijs competere ius accrescendi, qui admittun-
33 tur ad partem suam iure singulari, † *ut Bart.*
in d l. mulieri, & Titio, num. 1. vers. gl. dicit, &
ibi Soc. Sen. num. 5. Bart. in l si Titio. 7. ver. opp.
de cond ff de leg. 2 & in l. 3. § hoc autem solum, in
fi. ff. de leg. praest. Bald. in l. huiusmodi. 86. § si
Titio, vers ... a hoc, & ibi Imol. vers. Ad § liber-
tus, Alex num. 3 vers. In alijs ... num. 18. ff.
de leg. primo Bald. in l. un. §. ubi autem legatarij,
num. 10. C. de cad. toll. Ang in l. 1. in prin. vers. 3.
ff. de usufr. accr. Ias in d. l. re coniuncti, nu. 152.
& ibi Crott. num. 86. Ias. in l. si in testamento. 5.
num. 5. vers. pro responsione ff. de vulg. & in l. si
mihi, & tibi. 12. in prin. num. 10. ff. de leg. primo.
Dec. in rub C quand. non pet. part. in prima lect.
nu. 2. vers praeterea, & in 3. nu. 17. & ibi Purp.
num. 7. vers ad illum text. & num. 8. in l. un in 2,
lect. num. 25. & ibi Io. Gut. num. 38. C. eod. Ant.
Fran. de contr. cap. 15 num. 1. Papien. in s. form.
lib. quo ag ... in verb. breuiloie, numer. 36.
Sed, quia veritas huius rei pendet ab intelle-
ctu d. l. mulieri & Titio. 73. *ff. de cond. & dem.*
quam dd. omnes ad hoc axioma comprobā-

dam adducere consueuerunt, ideo ratio po-
stulat, vt in hoc loco diligenter eam exponā
34 mus. † Quod vt commodius efficiamus, prae-
fabimur *cum gl. in d. l. mulieri, & Titio, in verb.*
prodierit, circa fin. & ibi Bart. num. 5. Soc. Sen. nu.
11. & Cuiac. in 32 lib. quaest. Papin. Bald. in l. c.
num. 1. C. de ind. vid. tol. cum legatis adijcitur
haec conditio, si mulier non nupserit, triplicē
posse speciem considerari. Aut enim huius-
modi conditio adijcitur soli mulieri, cui le-
gatum relinquitur, vt, cum testator ait lego
Titiae mille, si non nupserit, Et tunc certi
iuris est remitti conditionem, tanquam cō-
trariam publicae vtilitati, & mulierem nu-
bentem perinde consequi legatum atque,
35 si conditioni paruisset, † *l. sed, si hoc. 6. § fin &*
l. hoc modo. 63. ff. de cond. & dem. & ... in gl. in
d. l. mulieri, et Titio, in verb prodierit & ibi Bart.
num. 5. Soc. Sen. nu. 11. ... lib. quaest
Papin. Mantic. de con. ult. ... 11. ... 19
num. 1. & seqq. ... cum tale. ... si
arbitratu, in prin. ... de cond. ... dem. Idque
beneficio legis Iuliae ... ordinibus
bus factum esse, Quod significant illa Papi-
niani verba *beneficio legis,* quae leguntur *in d.*
l. mulieri, & Titio ut rectè declarat Did. Spin. in
sua spec. test. gl. 14. num. 73. & seqq. Aut verò
illa conditio adijcitur legato tertij, vt, cum
testator ita scribit, lego Sempronio mille, si
Titia non nupserit, Et tunc constat, non re-
mitti conditionem, quia per eam non repel-
litur mulier a nuptijs contrahendis, cū eius
non intersit, & ideo, si nupserit mulier, Titius
tamquam conditione defectus a legato ex-
36 cludetur † *l. avia. 6. § Titio ff. de cond. & dem. l.*
l. C. de ind. vid. toll. & scribunt gl. in d. l. mulieri,
in verb. prodierit, & ibi Bart. num. 5, Soc. Sen. nu.
11. vers. Aliquando opponitur & Cuiac. in 32.
lib. quaest. Papin. Mantic. d lib. 11. tit. 19. numer.
5. vers sed enim. Em. a Cost. in d. l. cum tale. 71. §.
si arbitratu, limit 4. num. 1. & Did. Spin. d. gl.
14 numer. 78. vers Ex qua resolutione. Planè, si
Titius ita sit mulieri coniunctus, vt conditio
fraudandae legis causa videri possit adiecta,
puta, quia sit pater, magis est, vt perinde re-
mittatur conditio, atque, si legato ipsius filię
37 fuisset adiecta † *l. heres meus. 78. § fin. ff. de cond.*
& dem. & scribunt glo. in d. l. mulieri, in verb.
mulieri, & Titio, & ibi Bart. num. 5. Castr. num.
2. vers. in text. ibi, quandiu, Soc. Sen. num. 6. vers.
gl. 1. & nu. 11. vers. primo limita, & Cuiac. in 32.
lib. quaest. Papin. Bald. in d. l. 1. num. 2. vers. modo
contra C. de ind. vid. tol. Mantic. d. lib. 11. tit. 19.
num. 5. vers. Et hoc ... Em. a Cost. in d. §.
si arbitratu, ampliat. 8 num. 1. & Did. Spin. d.
gl. 14. nu. 79. Aut denique illa conditio adij-
citur legato mulieris, & tertij, vt, cum testator
ita scribit, lego mulieri, & Titio, si non nu-
pserit mulier, Et de hac specie loquens Papi-
nianus, *in d. l. mulieri & Titio,* ita scribit, *Mu-*
lieri, & Titio, usumfructum si non nupserit mulier,
relictum est. si mulier nupserit, quandiu Titius vi-
uet & in eodem statu erit, partem vsusfructus ha-
bebit; Tantum enim beneficio legis ex legato mu-
lieri concessum esse, intelligendum est, quantum
haberet, si conditioni paruisset, nec, si Titius qui
cōditione defectus est, legatū repudiet, ex re mulieri
ꝓdest, qbus verbis nobis ꝓbuit materiā de plu
38 ribus dubitādi, & primo, nū quid illa conditio si
nō nupserit mulier, respiciat solam mulierē

an

an verò etiam Titium, ita, vt etiam is censeatur vocatus ad legatum sub conditione, si mulier non nupserit. Secundo an, si mulier nubat, quemadmodum ipsa beneficio legis admittitur ad suam portionem, ita etiam ad suam admitti debeat Titius beneficio mulieris. Tertio dato, quod Titius non admittatur, an ad eam admitti debeat mulier, quandiu viuit Titius, & in eodem statu manet. Quarto, an Titij repudiatio mulieri prosit. Quinto, an Titio mortuo, vel capite minuto mulier ad totum vsumfructum admittatur. Sexto demum, an verum sit, quod interpretes passim ex hac lege deducunt, ius accrescendi non competere ijs, qui iure speciali, & cõtra testatoris voluntatem admittuntur.

Et in prima quidem quæstione dubitationem fecit *l. fin. §. Seio ff. de leg.* 2. vbi Scæuola, *Seio*, inquit, *quem haeredi substituerat, ita legauit, Seio, si mihi haeres non erit, & vxori eius Marcellæ argenti libras xv. dari volo, quaero cũ Seius haeres extiterit, an Marcellæ legati portio dimidia debeatur. Respondi, secundum ea, quae proponerentur, deberi*, Ex quibus verbis intelli-
39 gimus, † conditionem hanc, si mihi hæres non erit, adiectam legato coniunctim relicto Seio, & Marcellæ censeri tantum adscriptã ei, de cuius persona, & facto loquitur, idest Seio, quippe, q solus fuerat substitutus. Alioquin enim, si etiam Marcellæ censeretur adscripta, non potuisset illa consequi legati dimidiam, cum Seius hæres extiterit, & hoc modo defecerit cõditio; Cum igitur admissa sit ad dimidiam legati partem, non obstante, quod Seius hæres extiterit Consequens est, vt illa conditio non fuerit ei adscripta, & sic, vt, quando conditio adijcitur legato relicto duobus coniunctim, censeatur tantum adscripta ei, de cuius persona, & facto lo-
40 quitur, † *Quod etiam tradiderunt Bart. in l. Seię 20. § Caio, num. 5. vers. si vero non ppter ff. de fund. inst. Mantic. de con. vlt. vol. lib. 10. tit. 6. nu. 35. Menoch. de praes. lib. 4. praes. 180. num. 39.* Sed in specie *d. l. mulieri, & Titio*, conditio illa, si non nupserit mulier, fuit adiecta legato relicto coniunctim mulieri, & Titio, & non loquitur, nisi de persona, & facto ipsius mulieris, Ergo ei tantum censeri debet adscripta non etiam Titio.

Verum hoc non obstante certi iuris est, cẽseri adscriptam vtrique, & non solum mulieris legatum reddere conditionale, sed etiã
41 legatum Titij, † *vt recte scripserunt gl. in d. l. mulieri & Titio, in verb. si non nupserit, & ibi Bart. num. 1. Soc. Sen. num. 3. & Cuiac. in 32. lib. quaest. Papin. gl. in d. l. fin. §. Seio, in verb. Marcellae ff. de leg. 2. Peral. in l. & proculo. 20. num. 47. vers. praeterea ff. eod. Mantic. de con. vlt. vol. d. lib. 11. tit. 19. num. 5. vers. Quod, si conditio*: Nam hoc apertè probant illa verba, *Titius, qui conditione defectus est*, quippe, quę significant, propter nuptias mulieris defecisse conditionem sub qua fuerat relictum legatum Titio, *vt & in l. Iulius Paulus 80 ff. de cond. et dem.* quæ res dici non potuisset, si illa conditio, si mulier non nupserit, solum mulierem, non etiam Titium respexisset, & solum illius, non etiã huius legatum conditionale reddidisset.

Nec obstat *l. fin. §. Seio*, quia plerique respõ-
42 dẽt, ideo ibi † conditionem ab adiectam Seio non censeri repetitam in Marcella, quoniam hæc erat vxor Seij, & sic eum eo coniũcta, &, vbi duo, vel cognatione, vel affinitate, vel alia necessitudine connexi iunguntur in legato, talis cõiunctio censetur potiùs facta ad demonstrandam necessitudinem, quam ad coniungendum conditionem, *vt ait Paulus in d. l. Iulius Paulus 80. in fin. ff. de cond. et dem.* Ita *Ruin. in l. aura. 76. ff. eod. quem refert. Menoch. de praesumpt. d. lib. 4. praes. 180. num. 39. & 47.* Sed, quoniam hoc non est generale, sed constrictum ad speciem a Paulo propositã, de qua postea dicemus, nec potest ad terminos *d. §. Seio*, adaptari, ideo verius est, quod alij respondendo frequentiùs tradiderunt, scilicet speciem *d. §. Seio*, esse longè diuersam ab ea, quæ proponitur *in d. l. mulieri, & Titio*,
43 Nam ibi † testator manifestè adscripsit conditionem vni tantum, idest, Seio, hic verò manifestè eam adscripsit vtrique, *vt scribunt gl. in d. l. fin. § Seio, in verb. Marcellae, & Cuiac. in d. l. mulieri, & Titio, in 32. lib. Quaest. Papin.* quoniam ibi conditionem adiecit post vnius tãtum legatarij nominationem, & dixit, *Seio, si mihi haeres non erit, & vxori eius Marcellę dari volo*. Itaque conditionem interponendo inter nomina legatariorum manifestè declarauit, se vni tantum, idest, ei, quem iam nominauit, conditionem adscribere voluisse. At verò in specie *d. l. mulieri, & Titio*, adscripsit conditionẽ post nominationẽ vtriusque legatarij: Dixit enim, *lego mulieri, & Titio, si non nupserit mulier*, & hoc modo ostendit, se conditionem vtrique adscribere voluisse, cum eam adiecerit post vtriusque nomina-
44 tionem. † *Ita declarãt gl. in d. l. mulieri, & Titio in uerb. partem usufructus & ibi Bart. num. 1. Castr. num. 2. uers. in text. ibi, si non nupserit, Imol. num. 2. vers. in gl. partem, & Soc. Sen. num. 3. uers. sed haec declarat, Bart. in d. l. ult. §. Seio. ff. de leg. 2. in d. l. Seia. 20. §. Caio num. 5. uers. sed si conditio ff. de fund. instr. & in d. l. Iulius Paulus 80. num. 1. ff. de cond. & dem. Castr. in l. qua conditio. 39. num. 4 ff. eod. Alex. cons. 158. numer. 2. uol. 6. Ruin. cons. 45. num. 14. in fin. uol. & cons. 33. num. 3. uol. 2. Curt. Iun. cons. 14 num. 3. uers. sed praesupposito, & uers. praeterea, & num. 5. Soc. Iun. cons. 142. numer. 22. uol. 3. Menoch. cons. 76. num. 22. Pereg. de fideic. artic. 16. num. 70.*

Huic tamen distinctioni grauissimè videtur aduersari *l. si seruo. 31. uers. aliam etiam ff. de*
45 *statu lib.* vbi, † cum testator ita scrip..sset, *Stichus, cum rationes reddiderit, cum contubernali sua haeres esto*, Caius ex sententia Iuliani scribit esse quæstionem, *an contubernali quoque conditio iuncta sit; Quod magis esset.* Itaque vult conditionem adiectam legato post vnius tantum nominationem, & sic in medio dispositionis censeri adscriptã vtriq; legatario, contra ea, quæ supra diximus.

Verum hæc obiectio distinctione est tol-
46 lenda: Aut enim † testator ita loquitur, illi si quid egerit, & illi do, lego, quo casu legatarios per copulam, &, coniungit, Et tunc procedunt ea, quæ diximus, vt scilicet conditio post vnius tantum nominationem adiecta, si eius tantum personæ, & facto congruat, non censeatur alteri legatario adscripta, *Et in his terminis loquitur l. fin. §. Seio ff. de leg. 2.* Aut ve-
rò

tò testator ita concepit dispositionē, illi, si qd
egerit, cum illo do lego, & sic coniungit lega
tarios per dictionem, cum. Et tunc verius
est, conditionem, tametsi post vnius tantum
nominationem expressam & non vtrique
legatario congruentem ceseri nihilominus
vtrique adscriptam, & in secundi quoq. per-
sona repetitam. *Et in his terminis procedit l. si
seruo. Ita distinguūt* Bart *in d. l. Seia. 20. §. Caio
nu. 4. & 5. ff. de fund. instr. & in d. l. Iulius Pau-
lus. 80. num. 1. ff. de cond. & dem. Castr. in d. l. quę
conditio. 39 num. 4. ff. eod. Pereg. de fideic. artic.
16. num. 70. Menoch. de præs. d. lib. 4. præs. 180.
numer. 39. et 45. Et rectè, quicquid post* Imol. *&
Aret. censuerint Soc. Sen. in d. l. mulieri, & Titio,
num. 3. uers. sed iterum, & Mantic. d. lib. 10. tit. 6.
num. 35. uers. sed tamen.*

47 Cuius diuersitatis ratio est, quia, † licet,
quoad inducendam coniunctionem nil re-
ferat, vtrum testator ita loquatur, illi, & illi,
an uerò, illi cum illo do lego, *ut ostendimus
in 5. cap. q. 16. num. 10* tamen, quoad alia ma-
gna est inter hæc loquendi genera differen-
tia: nam, ubi per copolam, &, dispositio con-
cipitur, utrunque legatum, censetur æquè
principale, quia copula, &, æquè principali-
48 ter extrema coniungit † *l. sicut fundum 5. &
ibi Bart. num. 1. ff. de fund. instr. Bart. in l. Titia
textores. 36. § nihil num. 1. & ibi Ias. num. 1. &
3. ff. de leg. primo Bart. in Auth. ingressi, num.
15. C. de sacr. Eccl. Nat. cons. 573. num. 14. Osas.
cons. 17. num. 16. Pereg. de fideic. artic. 16. num.
71. et cons. 45 num. 4. uol. 3. Surd. cons. 471. num.
42.* Vnde quia unum ab altero non pendet,
fit, ut qualitas, seu conditio uni adiecta non
censeatur in altero repetita. At ubi dispoſi-
tio concipitur per dictionem, cum unum le-
gatum censetur principale, alterum uero ac-
cessorium, quia natura huius dictionis est, ut
coniungat per modum accessionis non etiā
49 principaliter † *l. 1. l. 2. ff. de pecul. leg. d. l. sicut
fundum. 5. et ibi Bart. nu. 1. et 2. ff. de fund. instr.
Bart. in d. l. Titia textores. 36. §. nihil num. 1. et
ibi Ias. un. 1. et 5. ff. de leg. primo Bart. in d. Auth.
ingressi, num. 14. C. de sacr. Eccl. et in d. l. Seię. 20.
§. Caio num 4. uers. ratio ff. de fund. instr. et in l.
1. num. 3. ff. de pecul. lega Nat. d. cons. 573. num.
14 Pereg. de fideic. d. artic. 16. num. 71. et d. cons.
45. num 4 uol. 3.* Vnde, quia accessorium se-
quitur naturam sui principalis *cap. accessorium,
de reg. iur. in 6.* fit, ut qualitas, seu conditio
adiecta illi extremo, quod se habet, ut prin-
cipale, censeatur etiam repetita in eo, quod
se habet, ut accessorium. Idque mihi uidetur
sensisse Caius in *d. l. si seruo, in fi.* dum subijcit,
50 † contubernalem illam non posse implere
conditionem soluendo reliqua de suo pecu-
lio, quia hoc illis tantum permissum est, *qui
principaliter pro sua libertate pecuniam dare iu-
bentur:* Significat enim hanc contubernalem
non principaliter esse iussam dare pecuniam
pro sua libertate, sed per quandam consequē-
tiam, eo scilicet ipso, quod conditio sol-
uendi reliqua adiecta Sticho censetur per
modum accessionis in ea quoque repetita.

At uerò (dixerit aliquis) imo non censetur
repetita conditio, etiamsi legatarij coniun-
cti sint per copulam, cum, ut patet *ex l. Iulius
51 Paulus 80. ff. de cond. et demon.* ubi Paulus † eā-
dem in indiuiduo proponit speciem, quam
Caius proposuerat *in d. l. si seruo*, & ex senten-
tia Iuliani terminarat, & post relatam eius-
dem Iuliani distinctionem subijcit, *Sed non
ineleg. inter illud dicetur, Stichum quidem sub cō-
ditione manumissum, contubernalem autem eius
purè & illam coniunctionem non ad coniungen-
dam conditionem, sed ad necessitudinem demon-
strandam pertinere.*

Verùm respondent nostri communiter,
52 aliud esse in legato, & aliud in libertate: † nā
in legato conditio censetur repetita, si con-
iunctio per dictionem, cum, facta sit, in liber-
tate verò non item, idque fauore ipsius liber-
tatis censent esse receptum. *Ita distinguunt
Bart. in d. l. Seia 20. §. Caio, num. 4. ff. de fund.
instr. & in d. l. Iulius Paulus, num. 1. Castr. in d.
l. quæ conditio. 39. nu. 4. ff. de cond. & dem. Men.
de præs. d. lib. 4. præs. 180. nu. 46. Pereg. de fideic.
d. artic. 16. num. 70.* &, quoniam hæc distinctio
nondum videtur dubitationē sustulisse, pro-
pterea, quod etiam Caius de libertate loqui-
tur, imo de eadem specie, de qua fuit & Pau-
lus consultus, ideo etiam in libertate faten-
53 tur conditionem censeri repetitam, † si rigo-
rem iuris spectemus. Cæterùm, si æquitatem
quæ potissimum in libertate spectanda est,
magis esse, vt non intelligatur repetita. Et ita
putant esse Paulum cum Caio conciliandū,
quasi Caius *in d. l. si seruo*, loquatur inspecto
iuris rigore, Paulus verò *in d. l. Iulius*, rem de-
terminet inspecta æquitate; *Ita declarant gl. in
d. l. Iulius in verb. defecta, & in verb. dicetur, &
in verb. necessitudinem, & ibi* Bart. *in prin. &
numer. 1.* Bart. *in d. l. Seia. 20. §. Caio, numer. 4.
ff. de fund. instr.* Sed vix est, vt antinomiam
54 effugias: † nam, cum manifestum sit, Paulū
fuisse de eadem facti specie consultum, quā
prius ex Iuliano Caius retulerat, & post com-
memoratā integram Iuliani sententiam, ac
distictionem aduersando subiecisse illa ver-
ba, *Sed non ineleganter illud dicetur &c.* nemo
rectè negarit, Paulum a Iuliani sententia re-
cessisse, nisi malit quis *cū Cuiac. ord. ad d. l. Iu-
lius Paulus in 21. lib. quæstio. Pauli*, commini-
sci, Paulum id animi gratia subiecisse, quasi
dixerit, tentari posse, conditionem non cen-
seri repetitam, licet a Iuliani sententia non
putarit recedendum; Quod, an eius verbis
congruat, aliorum sit iudicium, mihi certè
videtur Paulus determinatè loqui, & hoc si-
gnificare postremis verbis, quæ continent il-
lationem ab hac sua sententia promanantē.
Sed hæc profitendo dicta volo: nam consu-
lendo, & iudicando non est a recepta senten-
tia recedēdū, quæ totam hanc repetendæ cō-
ditionis ad vnius tantum legatarij personam,
& factum pertinentis materiam adhibita di-
55 stinctione determinat: † Aut enim conditio
adijcitur post nominationem vtriusque, &
censetur vtrique adscripta, *vt in d. l. mulieri, &
Titio*, Aut vero adijcitur post nominationem
vnius tantum, Et tunc, aut fuit adiecta per co-
pulam, &, Et non cēsetur repetita, *vt in d. l.
fin. §. Seio ff. de leg. 2.* aut fuit adiecta per copu-
lam, cum, Et tunc, aut tractamus de legato, &
cēsetur repetita, aut verò tractamus de liber-
tate, & si quidem spectemus rigorem iuris,
censebitur etiam repetita, *vt in d. l. si seruo. 31.
ff. de statul.* si verò spectemus æquitatem, cen-
sebitur tantum ei adscripta, post cuius nomi-
nationem

nationem expressa fuit. *vt in d. l. Iulius Paulus*
Ita distinguunt omnes, quos retulimus supra nu.
46. & 53. Et hæc de prima quæstione.

In secunda verò certi iuris est, mulierem,
etiamsi nubat, nihilominus admitti ad suam
partem vsus fructus, quia, cum ei remittatur
conditio, perinde admittitur ad legatum, atq;
56 si conditioni paruisset † *vt diximus supra nu.*
35. Et in specie d. l. mulieri, & Titio scribunt Soc.
Sen. nu. 2. et ibi Cuiac. in 32. lib. quæstio. Papin. &
Duar. lib. 2. de iur. accr. cap. 20. Mantic. d. lib. 11.
tit. 19. num. 5 vers. Quod, si conditio. Em. a Costa
in d. § si arbitratu, lim. 4. num. 6. De d. Spin. d. glo.
14. num. 78. vers. ex qua resolutione.

Sed de Titio, num & ipse admittatur ad
suam portionem, non obstante, quod mulier
nupserit, magna solet esse quæstio: Nam ple
rique censuerunt, & ipsum beneficio mulieris
57 admitti, † *Cuius sententiæ fuerunt Alcia. lib. 6.*
Parad. cap. 8. num. 1. Cuiac. in d. l. mulieri, in 32.
lib. quæst. Papin. & Duar. d. lib. 2. de iur. accr. cap.
20. Mouentur autem.

Primum illis verbis, *Quandiu Titius viuet,*
& in eodem statu erit, partem vsusfructus habe-
bit; nam ea non videntur posse accipi de mu-
58 liere, † quoniam ea partem suam habebit
haud dubie, etiam post mortem, aut capitis
diminutionem Titij, & tamen superiora ver-
ba videntur significare, partem illam non ha
beri, nisi, quandiu Titius viuit, & in eodem
statu manet, & sic mortuo, vel capite minuto
Titio partem illam vsusfructus esse finiturã.
Omnimodo igitur illa verba, *partem vsusfru-*
ctus habebit, videntur accipienda de Titio, vt
sensus sit partẽ habeat vsus fructus, quandiu
viuet, & in eodem statu erit. *Ita arguit Duar.*
d. lib. 2. de iur. accr. cap. 20.

Secundo mouentur illis verbis, *Nec, si Ti-*
tius, qui conditione defectus est, legatum repudiet,
59 *ea res mulieri proderit*: Nã † nisi Titius ad par
tem sibi datam admitti posset, non rectè di-
ceretur repudiare, quia, quod non debetur re-
pudiari non potest *l. 1. §. decretalis ff. de success.*
edict. Cum igitur dicatur legatum repudiasse,
consequẽs videtur, vt ad id potuerit admitti.

Tertio mouentur, quia, quoties conditio
remittitur, perinde res habetur, atq; si condi-
60 tio fuisset impleta, † vt patet ex illis verbis,
quantum haberet, si conditioni paruisset, quæ le-
guntur *in d. l. mulieri, & Titio* Sed in propo-
sita specie propter mulierem remittitur illa
cõditio si mulier nõ nupserit. Ergo, licet nup
serit, perinde tamen res erit habenda, atq; si
non nupsisset; Atqui, si non nupsisset, & sic
conditioni paruisset, Titius ad suam partem
fuisset admissus. Debet igitur admitti, licet
mulier nupserit. *Ita arguit Cuiac. ad d. l. mu*
lieri, & Titio, in 32. lib. quæst. Papin.

Quarto mouentur, quia non est nouum, vt
quis beneficio alterius consequatur id quod
61 per se consequi non potuisset: † Nam &
filius institutus beneficio præteriti contra
tabulas bonorum possessionem habet *l. 3. § si*
quis ex liberis, vers. planè l. non putauit. 8. § si &
exhæredatus l. si post mortem 10. §. vlt. ff. de bon.
poss. contrat. quam per se non fuisset habitu-
rus *d. l. 3. §. si quis ex liberis*. Et cohæres, qui par-
tem adiuit, beneficio alterius cohæredis ab-
stinentis potest suam omittere portionem *l.*
cum hæreditatis. 55. ff. de acq. hæred. quam alio-
quin per se non potuisset omittere *§. extraneis*
Inst. de hæred. qual. & diff. Nil mirum igitur, si
Titius beneficio mulieris, cui etiam fuerat
adscripta conditio, consequatur suam lega-
ti partem, quã per se si solus fuisset vocatus,
nõ potuisset obtinere. *Ita ratiocinatur Cuiac.*
in d. l. mulieri, & Titio, in 32. libr. quæst.
Papin.

Quinto mouentur ratione: nam vna, atq;
eadem res non debet diuerso iure censeri
62 † *l. vers. nec ratio patitur ff. de rer. perm. l. cumq;*
qui ædes. 23. in fin ff. de vsucap. Censeretur autẽ
diuerso iure, si conditio mulieri, non etiam
Titio remitteretur. Debet igitur etiam Titio
remitti. *Ita ratiocinatur Did. Spin. in suo spec.*
test. gl. 9. num. 18.

Verùm his non obstantibus puto contra-
riam sententiam, quæ receptior est, esse ve-
riorem, scilicet Titium non habere partem
63 vsusfructus muliere nubente. † *Quæ fuit sentẽ-*
tia gl. in d. l. mulieri, & Titio, in verb. nupserit, et
ibi Soc. Sen. num. 2. Cagn. in d. l. vn. nu. 68. vers.
saluari C. quand. non pet. part. Mantic. d. lib. 11.
tit. 19. num. 5. vers. Quod, si conditio. Em. a Costa
in d. §. si arbitratu limit. 4. num. 6. vers. si quidẽ
Did. Spin. d. glo. 14. num. 78. vers. ex qua resolu-
tione, et Andr. Fach. d. lib. 4. contro. cap. 99. Pro-
batur autem

64 Primo, quia † deficiente conditione, quæ,
non sit remissa, non potest quis consequi le-
gatum, quod sub ea relictum est *l. cum propo-*
nas. 2. C. de hæred. inst. Sed muliere nubente
defecit conditio, sub qua legatum Titio fue-
rat relictũ, scilicet quia cõditio illa, si mulier
nõ nupserit fuerat nõ soli mulieri, sed & Ti-
tio adscripta, *vt diximus sup. nu. 41.* & defecit
cõditio nõ remissa, quia Titio, tanquam ex-
traneo non remittitur conditio viduitatis, *vt*
diximus supra num. 65. Et in specie d. l. mulieri, et
Titio, scripsit sin: ibi gl. in verb. si non nupserit, et
in verb. nupserit, et Bald. in princ. Non potuit
igitur Titius ad suam legati partẽ admitti.

Necesse, quod respondeas conditionem
tunc demum extraneo non remitti, cum
65 † ei soli fuit adscripta, non etiam, cum simul
cum muliere, quasi tunc beneficio mulieris,
cui remittitur, censeatur etiam remitti extra-
neo, *vt respondet Cuiac. in d. l. mulieri, et Titio,*
in 32. lib. quæst. Papin. quia verius est, imo non
66 remitti, † etiamsi fuerit vtrique adscripta, *vt*
scribit gl. in d. l. mulieri, in verb. si non nupserit et
ex sequenti fundamento clarissimè patebit.

Secundo igitur probatur hæc sententia *d. l.*
mulieri, in illis verbis, *Titius, qui conditione de-*
67 *fectus est* nam ex ijs † ita ducitur argumentum,
Si Titio quoque remitteretur conditio bene-
ficio mulieris, non diceretur is conditione
defectus, quia conditio remissa pro impleta
habetur, *vt diximus supra num. 35.* & , vbi est
impleta, non potest legatarius dici defectus
conditione. Atqui Titius dicitur conditione
defectus. Nõ fuit igitur illi remissa conditio.

Neq: obstant contraria: Nam ad primum
respondeo, negando illa verba, *partem vsus-*
68 *fructus habebit*, intelligi † de Titio, quia verius
est, intelligi de muliere, hoc sensu, mulier ha-
bebit partem vsusfructus, quandiu viuet Ti-
tius, & in eodem statu erit: Id enim apertè
indicant illa verba, quæ per modum rationis
subijcitur: *Tantum enim beneficia legis ex le-*

gato mulieri concessum esse intelligendum est,
quantum haberet, si conditioni paruisset: nam
ea continent rationem, cur mulier habeat
partem, non totum. ideoq; declarant, dictum
præcedens ad mulierem, non ad Titium per-
tinere: Alioquin enim, si Papinianus de Titio
locutus esset, & dixisset, eum habere partem,
quandiu viuet, & in eodem statu erit, ratio,
quam postea subijcit, fuisset inepta, & incon-
cludens; nam ex eo, quod mulier non con-
sequitur, nisi quantum haberet, si conditioni
paruisset, sequitur quidem eã, quandiu viuit
Titius, & in eodẽ statu manet, nõ habere, nisi
partem, quia partem tantum haberet, si non
nupsisset, sed non sequitur, aliam partem de-
bere ad Titium, qui conditione defectus est,
pertinere, *vt putauit Duar. d. lib. 2. de iur. accr.*
cap. 20. quia potest (vt est verius) in hæreditate
remanere.

Nec obstat, quod imo videantur illa verba,
partem vsusfructus habebit, necessariò intelli-
69 genda† de Titio non de muliere, quia, cum
dicatur, *quandiu Titius viuet, & in eodem sta-*
tuerit, apparet, Papinianum loqui de eo, qui
post mortem, aut capitis minutionem Titij
non sit illam partem habiturus; At hoc de
muliere non videtur posse dici, quia mulier
etiam post mortem Titij omnimodo est ha-
bitura partem suam. Debet igitur accipi de
Titio, vt scilicet is habeat partem, quandiu
viuet, & in eodem statu erit, quoniam eius
morte, vel capitis minutione finietur vsus-
fructus, quia respondeo, prædicta verba non
obstare, quominus illa, *partem vsusfructus*
habebit, sint accipiẽda de muliere: Non enim
70 sensus est, † mulierem habituram partem suã,
quandiu viuet Titius, & in eodem statu erit,
sed eam, quandiu Titius viuet, & in eodem
erit statu, habituram partem, non totum: nã
eo mortuo, vel capite minuto partem etiam
eius consequetur, *vt infra latius ostendemus.*
Itaque illa dictio, quandiu, quæ sui natura
est suspensiua, & demonstrat, post tempus ex
pressum, non habiturum locum ius, quod ex
primitur, respicit ibi dictionem, partem, non
verbum habebit, & sic ponitur ampliatiuè
non limitatiuè: Significat enim mulierem
mortuo, vel capite minuto Titio non habi
turam partem, sed totum, non verò partẽ suã
non habituram.

Ad secundum verò respondeo, contrariũ
procedere cum tractatur de repudiatione va-
lida, &, quæ momentum habet, secus verò,
cum de inualida, &, quæ nullius est momenti.
71 Ibi autem tractari † de repudiatione inuali-
da, quia Titius non repudiauit iure, sed facto,
& potius, vt mulieri gratificaretur, quam,
quod repudiatio eum excluderet ab aliquo
iure, *vt posita latius dicemus.* Nec est nouum,
vt repudiari dicatur, etiam, id quod non de-
72 betur, inspecto facto, non inspecto iure: † nã
& in l. is, qui hæres 13. in prin. ff. de acq. hæred.
hæres institutus sub conditione dicitur ea pẽ-
dẽte repudiasse, licet inutiliter, sed talis repu-
diatio intelligitur facta, non de iure, cum fie-
ri non potuerit, sed de facto. Simili igitur mo-
do dicitur Titius, qui conditione fuerat de-
fectus, repudiasse *in d. l. mulieri, & Titio*, non,
quia repudiare potuerit, sed, quia ita euene-
rat, vt de facto repudiarit.

Ad tertium respondeo, id procedere respe-
73 ctu illius, cui conditio remittitur: † In specie
autem proposita non Titio, sed mulieri con-
ditionem remitti, ideoque, quoad eam ha-
beri pro impleta, non etiam, quoad Titium,
& per consequentias posse quidem mulierem
admitti ad legatum, quasi impleta condi-
tione, sed non posse Titium, vtpote voca-
tum sub conditione, qua defectus est.

Ad quartum respondeo, diuersam esse ra-
tionem specierum, quæ in argumento con-
trario recensentur, & eius, quæ proponitur *in*
74 *d. l. mulieri, & Titio*: nam † in specie contrata-
bulas bonorũ possessionis ideo institutus ad
eam vocatur beneficio prætoris, quia ratio
iuris non patitur, vt successio respectu
causæ sit difformis, idest, vt ex ijs, qui debent
succedere, vnus veniat per secũdum tabulas,
alter verò per contratabulas. Et simili modo
in specie *d. l. cum hæreditate*, ideo, qui adiuit,
admittitur ad repudiationem partis suæ, quia
alioquin sequeretur vnum ex duobus absur-
dis: Aut enim defunctus deberet habere pro
parte hæredem, & pro parte non, quod iuris
ratio non patitur, aut portio postea vacans
deberet accrescere cohæredi inuito, quod esset
iniquum, propterea, quod abstinẽdi ius, quod
contra iuris stricti rationem permittitur, non
debet ei nocere, qui iam adierat suam partẽ
sciens alterum se habere cohæredem, *vt latis-*
sime ostendemus in 8. cap. q. 6. num. 24 At in spe-
cie *d. l. mulieri*, nullum sequitur absurdum,
quia tractatur de legato, cuius, licet vna pars
capiatur, altera vero non capiatur, non
tamen quicquam sequitur absurdi, cum ple-
runque etiam is, qui non admittitur ad partẽ,
faciat partem *l. planè. 34. §. si coniunctim ff. de*
leg. primo, & diximus in hoc cap. q. 21. *num.* 9.
manet enim illa pars in hæreditate & per
consequentias apud hæredem, qui facit, ne
quicquam absurdi consequatur, *vt ostendimus*
in 3. cap q. 1. num. 6. & 7.

Ad quintum denique respõdeo, regulam
75 illam procedere † respectu vnius, atque eius-
dem personæ, secus verò respectu diuersarũ,
vt patet *ex l. Papinianus. 8 § sed neque impube-*
ris ff. de inoff. nam substitutio pupillaris respe-
ctu fratrum pupilli dicitur testamẽtum filij,
respectu verò matris dicitur testamentum
patris. Cum igitur in specie *d. l. mulieri*, respe-
ctus habeatur ad diuersas personas vocatas,
nempe ad Titium, & mulierem, quorum di-
uersa est ratio, & qualitas, cum hæc in mulie-
re nuptias impediat, nõ etiam in Titio, ideo
nil mirum, si diuerso iure censeatur eadem
conditio, idest, si mulieri, non etiam Titio re-
mittatur.

Tertia succedit quęstio, dato, quod Titius
non consequatur suam portionem, an illa
pertineat ad mulierem, dum ille viuit, & in
eodem statu manet. Et hoc quibusdam visũ
76 est, † ea ratione, quia pars coniuncti non ca-
pientis accrescit capienti, *vt diximus in hoc*
cap. q. 36. *num.* 5. siue non capiat, quia nolit,
siue, quia non possit, puta, quia conditione
defectus sit: nam deficiente conditione totũ
pertinet ad coniunctum *l. vn. §. sin autem ali-*
quid sub conditione C. de cad. toll. & diximus in
hoc ipso cap. q. 34. num. 3. & 4. Sed in specie *d. l.*
mulieri, Titius, & mulier sunt coniuncti, *vt*
faten-

fatentur ij quos referemus infra num. 213. Ergo,
cum Titius non capiat suam portionem pro
pterea quod conditione defectus est, debet
ea ad mulierem, quasi coniunctam perti-
nere.

Sed hoc non obstante verius, & receptius
est, quandiu viuit Titius, & in eodem statu
manet, mulierem non, nisi partem suam ob-
tinere, & partem Titij in hæreditate remane-
77 re:† *Ita enim censent omnes, quos retulimus supra
num.* 31. *dum ex ea lege deducunt, eum, qui ad-
mittitur ad suam portionem iure singulari cōtra
voluntatem testatoris non habere ius accrescendi.
Et in specie declarant Castr. in d. l. mulieri, num.
2. vers. In text. ibi, partem. & ibi Soc. Sen. num. 5.
& seqq. Mantic. d. lib. 11. tit. 19. nu. 5. vers. Quod,
si conditio Em. a Costa in d. § si arbitratu limit.
4. num. 6.* Probatur autem hæc sententia.

Primum illis verbis, *partem vsusfructus ha-
bebit*, quę de muliere, non etiam de Titio esse
78 accipienda † demonstrauimus *supra num.* 68.
nam ex ijs illud consequitur, vt si mulier, quā
diu viuit Titius & in eodem statu manet, est
partem habitura, non possit dici pars Titij ei
accrescere, quia hoc modo non partem, sed
totum haberet.

Nec est, quod respondeas, illa verba non
79 esse accipienda † de parte ipsius mulieris, vt
pote, de qua non poterat esse dubitatio, sed
de parte Titij, quasi sensus sit mulierem,
quandiu viuet Titius, & in eodem statu erit,
habituram eius partē, & sic effectu habituram
totum: Nec esse nouum, vt pars, quam quis
dicitur habere, intelligatur de parte coniun
cti, non de propria, cum huiusmodi interpre-
tatio, & alibi sæpè fiat, *vt in l. fin. §. Seio ff. de
leg. 2. & in l. planè 34. §. si coniunctim ff. de leg.
primo secundum multorum intellectum*, quia ve
80 rius est, imo Papinianum loqui † de parte
mulieris, non etiam de parte Titij, *vt patet ex
ijs, quæ diximus supra num. 68. & clarius ex ijs,
quæ mox dicemus apparebit*: Alioquin enim, si
de parte Titij essent accipienda, sequeretur,
mortuo, vel capite minuto Titio non esse
mulierem partem illam habituram, quod
tamen falsum est, *vt infra latius ostendemus
num. 140. & seqq.*

Secundo probatur hoc ipsum ratione, quę
subijcitur *in d. l. mulieri*: Nam ideo vult Papi
nianus, mulierem habere partem, quandiu
81 viuet Titius, & in eodem statu erit, quia † *ta
tum beneficio legis ex legato mulieri cōcessum esse
intelligendum est, quantum haberet, si conditioni
paruisset*; Sed, si paruisset conditioni, nō, nisi
partem suam fuisset habitura, quia Titius,
tamquam non defectus conditione partem
suam fuisset consecutus *vt considerant ij, quos
referemus infra num.* 127. Ergo remissa etiam
conditione nō, nisi partem suam habere de
bebit. Et sanè, si mulier, quandiu Titius viuit,
& in eodem statu manet, partem eius habe-
ret, Papinianus rationem attulisset ineptam,
imo dicto contrariam: Dixisset enim, mulie-
rem habituram partem Titij, quia tantum
habere debet, quantum, si cōditioni paruis-
set, & tamen, si paruisset conditioni, non ha-
beret, nisi partem suam. Omnimodo igitur
dicendum est, loqui Papinianum de parte
ipsius mulieris.

Tertio probatur illis verbis, *Nec, si Titius
qui conditione defectus est, legatum repudiet, vta
82 rei mulieri proderit*; Nam ea ostē- unt, † in casu
præcedenti, mulierem non habere partem
Titij, quia dictio, nec, est implicatiua, & amplia-
tiua: implicat enim casum minus dubitabi-
lem, & ampliat dispositionem ad casum ma
83 gis dubitabilem † *l. sacra loca. 9 § pen. & ibi gl.
in verb. nec reficere ff. de rer. diuis. l. nec emanci-
pati. 15. & ibi gl. c. & Dec. num. 2. C. de collat. l.
nec auus. 4. vbi gl. 1. C. de emancip. lib. l. nec non. 4.
ibi gl. 1. C. de postl. reuer. Ias. in l. miles. 6. num. 18.
ff. de re iudic. Paris. cons. 36. num. 9. vol. 1. Hond.
cons. 14. num. 81. vol. 2. Menoch. cons. 276. num.
11. & cons. 542. num. 1.* Itaque significat, mu-
lierem non solum habituram partem, non
totum, & sic partem suam, non etiam partem
Titij, quandiu is viuet, & in eodem statu erit,
qui est casus præcedens, & minus dubitabilis,
sed etiam, si repudiet, qui est magis dubitabi-
lis, scilicet, quia talis repudiatio, tamquam
inualida non proficiet mulieri, *vti postea ostē-
demus.*

Nec est, quod respondeas, illa verba, ita
esse intelligenda, quasi dicat Papinianus,
84 † mulierem adeo habere partem Titij, vt, si
is repudiet, talis repudiatio nihil mulieri pro-
ficiat, tamquam superuacua; cum per eam
nihil ampliùs quęratur mulieri, quam antea
haberet, *vt intelligi posse scribunt Ias. in d. l. re
coniuncti, num. 183. vers. sed certè, & Perals. in d.
l. & Proculo. 20. n. 46. vers. superest ff. de leg.* 2. quia
85 hoc dici nullo modo potest: † Nam, si mulier
iam haberet partem Titij, non debuisset Pa-
pinianus postea loqui ampliatiuè, sed illati-
uè, hoc modo, partem vsusfructus habebit,
ideoque, si Titius qui conditione defectus
est, legatum repudiet ea res mulieri nō profi-
ciet. Deinde non dixisset, repudiationem nō
prodesse, sed futuram superuacuam, & inuti-
lem; Sunt enim hæc loquendi genera multū
86 inter se diuersa, † scilicet, quia non prodes-
se dicuntur, quæ non afferunt vtilitatem, qua
catenus, *§. 1. & §. filij autem Inst. de excus.
tuto.* esse verò superuacua dicuntur, quæ non
plus tribuunt, quam habeamus *l. quemadmo
dum. 7 ff. de inoff.*

Neque obstat contrarium, quia respōdeo,
id esse regulare, sed habere varias exceptio
nes, & inter cæteras eam, quæ proponitur a
Papiniano *in d. l. mulieri, & Titio*, Cuius exce-
87 ptionis, si quæramus rationem, † constat, eā
multiplicem a nostris, & variam afferri.

Primum enim nonnulli rationem simpli
citer deducunt a iure succedendi, quod est
88 singulare: † Nam hoc iure succedentibus, seu
capientibus suam portionem negant ius ac-
crescendi competere triplici de causa, &

Primo, quia ius singulare est debilius, quā
89 ius commune † *l. cum militis. 36. §. militia mis-
sus ff. de milit. testa.; Et in proposito considerant
Bald. in l. huiusmodi. 26. § si Titio, & Moeuio, in
fi. & ibi Imol. vers. Ad §. libertus, & Ias. nu. 19.
ff. de leg. primo Soc. Sen. in d. l. mulieri, & Titio,
num. 1. vers. a. not.*

Secundo, quia tale ius continet quandam
dispensationem, quæ tamquam odiosa non
90 est extendenda, sed strictè accipienda † *cap.
1. § fin. de fil. presbit. in 6. Et scribunt Imol. in d.
l. mulieri, & Titio, num. 2. Et ibi Soc. Sen. num. 1.
vers. ex quo infertur, & numer. 14. versic. 7. loco,*

Gabr.conſ.30.nu.31.vol.1. Chaſſa.conſ. 39. nu.
59. Nat.conſ 420 num.23.Oſaſ.conſ. 68. nu. 31.
Decia.conſ. 3.num.40.vol.1.Ceph.conſ.442.nu.
42.& 43. Menoch.conſ.306.num.24. conſ. 474.
num. 12.& conſ 629.num. 5.Surd.conſ. 453. nu.
4.& 5.Perеg.conſ.3.num 82.vol.1. ideoque nõ
recipit ius accreſcendi, ne multiplicetur in
91 conueniens.† Ita ſcribunt Bald.in d.l. mulieri,
& Titio.in prin.& in fi.& ibi Caſtr.nu. 2. verſ.
eſt,& alia,Bald.in l vn. num. 19. & ibi Gozad.
num.29 C.quand.non pet part. Bald in l. un §.
ubi autem legatarij num 10 C de cad.toll in l. 1.
num.1.verſ.& eſt triplex C.de ind.uid toll. & in
l.femum.3.num.7.C.qui teſta fac.poſſ.Iaſ in d.l.
re coniuncti,num.178. & 179. Qua ratione fit,
vt, nec ius accreſcendi recipiant priuilegia,
92 † ut ſcribunt Bald in l ſi plures.6.num.17. C. de
cond.inſert.Iaſ.in d.l. re coniuncti, numer. 179.
Bertach.in tract.de gabell part.1.num.45 et nos
etiam retulimus in 6.cap.q.55.num.6. ne trahã-
tur in iniuriam tertij,nempe hæredis, apud
quem legatum de iure communi remanere
93 deberet.† contra regulam l. 2. § merito, et § ſi
quis a Princeps ff.ne quid in loc publ. ut conſide
rat Iaſ.in d.l.re coniuncti,num.180.

Tertio demum, quia ius ſingulare eſt di-
uerſum a iure communi l.in cauſç.17.in prin.
ff.de minor.& inter diuerſo iure ſuccedẽtes nõ
habet locum ius accreſcendi l. ſed cũ patrono,
6.in prin ff.de bon.poſſ. et nos latè diximus in 5.
cap.q. 43 num. et ſeqq.

Sed horum ſententia meritò fuit ab Imol.
in d.l.mulieri et Titio num.2.verſ ingl proderit,
et ibi Soc.Sen.num 14.verſ Quarta Crott. in d.l.
94 re coniuncti,num 74.et alijs improbata, † quia
verius eſt, a iure ſuccedendi ſimpliciter non
poſſe concludentem rationem deduci.

95 Primo,quia † ius ſingulare,ſi per ſe,& ſim-
pliciter cõſideretur, non eſt ſufficiens ad ex-
cludendum ius accreſcẽdi,etiamſi loquamur
de legatis,& fideicommiſſis, ut conſtat ex l ſi.
liam.5.§.ult ff de leg.præſt. quam in his terminis
conſiderant Imol.Soc.Sen et Crott in ſupra rela-
tis locis, et latius patebit ex ijs, quæ dicemus infra
num.161.et ſeqq.

96 Secundo, quia, † ſi mulier excluderetur a
iure accreſcendi eo ſolo, quod fuerit ad ſuã
portionem admiſſa iure ſingulari,ne mortuo
quidem, aut capite minuto Titio locum id
haberet in ſpecie d l.mulieri,et Titio Atqui lo-
cum habet,ut ex ſententia Papiniani latius in
fra demonſtrabimus. Ergo non ideo ſimplici
ter excluditur viuo Titio, quod fuerit ad ſuã
portionem admiſſa iure ſingulari. Ita ratioci-
nantur Soc.Sen.in d.l.mulieri,et Titio, num. 14.
verſ.Quarta,et Crott.in d.l re coniuncti, numer.
74.verſ. Alia tamen ratione.

97 Tertio demum,quia, † ſi ſingulas perpen-
derimus rationes, quæ ab huiuſmodi cauſa
ſunt deductæ, facilè intelligemus, nullam
ex ijs eſſe concludẽtem: Namque, quod atti-
net ad Primam, non poteſt eſſe vera, quia,
quod dicitur, ius ſingulare eſſe debilius, quã
98 ius commune,non intelligitur, † quoad effe-
ctum: nam idem effectu conſequitur,qui ve-
nit iure ſingulari,quod,qui communi d.l. mu
lieri,et Titio,verſ.tantũ,ſed intelligitur,quoad
peremptionem, & interitum, ſcilicet, quia
facilius tollitur ius ſingulare,quam ius com-
mune d.l.eius militis.36. §. militia miſſus ff. de
mil. teſta. et nos etiam diximus in hoc cap. q. 50.
num. 17. quia, cum ſit minus ſolemne,debet
etiam per conſequentias minore ſolemnita-
te tolli ex regula l.nihil tã naturale.36.ff.de reg.
iur. Cum igitur nos hic nõ tractemus de tol-
lendo iure ſingulari,ſed de applicanda parte
vacante mulieri, quæ iure ſingulari fuit ad
ſuam portionem admiſſa, & conſequenter
de effectu ipſius iuris ſingularis,Conſequens
eſt,vt in hoc nõ poſſit dici debilius q̃ cõmune.
Quamobrem ſupradicta ratio meritò fuit
ab Imol. in d. l mulieri et Titio,nu. 2. verſ. In gl.
proderit,Crott.in d.l.re coniuncti, nu. 74. et alijs
improbata.

Quod verò attinet ad ſecundã, non poteſt
ad ſpeciem,quam in d.l mulieri, et Titio, pro-
ponit Papinianus,adaptari. Quamobrem nõ
99 immeritò fuit † a Crott.in d.l.re coniuncti,nu.
75. Peralt. in d. l.et Proculo, numer.41.verſ.ſed,
quamuis,et alijs,improbata.

Primo, quia lex Iulia de maritandis ordi-
nibus, quæ viduitatis remittit conditionem,
100 non cenſetur odioſa, ſed fauorabilis, † tam-
quam ea,quę principaliter lata eſt,nõ fauore
mulieris, ſed fauore Reipublicæ. l. hoc modo
63.ff. de cond. et dem. Et in propoſito conſiderat
Peralt.in d.l.et Proculo.num.41.verſ ſed, quam-
uis,quippe,cuius intereſt, matrimonia cõtra-
101 hi,vt ciuitas liberis hominib' repleatur † l. 1.
ff.ſol.matr.l.2.ff.de iur.dot.l.1.ff.de priuil.cred.
Quo fit,vt,non ſtrictam ſed latam debeat in
102 terpretationem recipere, † ſecundum regulam
l.cum quidam.19 ff.de lib.et poſth et cap.odia,de
reg.iur.in 6. Quod,& Terentius in d.l. hoc mo-
do,ſpecialiter de hac lege loquens ſcripſit,di-
cendo, legem hanc, tamquam utilem Reip.
ſobolis ſcilicet procreandæ cauſa latam adiuuan-
dam interpretatione. Quamobrem dicimus, ex
tentionem legis, & ſtatuti eſſe faciendam,
103 vbi de publico fauore tractatur, † uti videre eſt
apud Bart.et alios in d.l.hoc modo 63.ff.de cõd.et
104 dem.ſcilicet, quia, † lex etiam priuato odio-
ſa cenſetur fauorabilis,& extendẽda, ſi odiũ
105 illud ex publico fauore procedat † vt ſcribũt
Bart.in l.2.§.exercitum,nu.1.ff.de his, qui not.
infa et in l.quemadmodum.7.num 4.C.de agric.
et cenſit.lib.11.Imol.in d.l.cum quidam 19. in fi.
et ibi Iaſ.num.26 ff.de lib.et poſth.Peralt. in d.l.
et Proculo.num.42.

Secundo,quia,licet diſpenſatio ſit odioſa,
& ſtricti iuris, extenditur tamen ad ea, quæ
veniunt in conſequẽtiam principalis diſpo-
106 ſitionis,† vt ſcribunt gl.in cap. quia in tantum.
5.in verb.plures,extr.de præben. gl. in cap.ſi quis
in clero,in verb.ſolemnibus 7.q.1.Et in propoſito
conſiderant Crott.in d.l.re coniuncti.num.75. et
ibi Rip.num.146.Cum igitur ius accreſcendi
ſit huiuſmodi l.ſi quis hæres.35.in prin. ff. de
acq.hæred.et dicemus in 8.cap.q.1.num.11. et in
cap.9.q.43.num. 10.et 11. Conſequens eſt, vt
etiam ad illud extendi debeat, ſi non aliud
ſit impedimento.

Denique,quod attinet ad tertiam, nec ea
107 ſuſtineri poteſt,† meritoq; reprobatur ab Imol.
in d.l.mulieri,et Titio,num.2.verſ.ingl.proderit,
et ibi Soc.Sen.num. 14. verſ. Quarta, non quia
regula, qua dicimus,inter ſuccedẽtes diuer-
ſo iure non habere locum ius accreſcendi,
108 intelligatur † ipſo iure,non verò, ſi coniun-
ctus velit partem agnoſcere,vt ibi conſiderant
Imol.

Imol. et Soc. Sen. quia verius est, ne eo quidem agnoscere volente locum habere posse ius accrescendi, *vt ostendimus in 5. cap. q. 43. nu. 82. et latius ostendemus in 8. cap. q. 1. num. 34. et seqq.* sed, quia diuersitas iuris succedendi æstimatur † ex diuersitate causæ, & tituli, non verò ex qualitata iuris, vtrum sit commune, an verò singulare, *vt in similibus terminis ostendimus in 6. cap. q. 16. num. 31. et seqq.* Nam, qui veniunt ex eodem legato, vel ex eadem institutione, dicuntur venire ex eodem iure, licet vnus admittatur de iure communi, alter verò de iure speciali, *ut diximus supra nu. 30. vers. Necesse.*

109

Secundo igitur alij rationem deducunt a
110 voluntare testatoris: Nam, quia † mulier *in specie d. l. mulieri, & Titio*, fuit ad suam portionem admissa contra voluntatem defuncti, quippe, qui ita demum voluit, eam habere partem vsusfructus, si non nupsisset, ideo factum est, vt Titij pars non potuerit illi accrescere, quoniam in singularibus relictis, idest, in legatis, & fideicommissis ius accrescendi non habet locum contra voluntatem testatoris, *vt ostendemus in 10. cap. q. 16. num. 6. Ita ratiocinatur Bald. in l. vn. §. ubi autem legatarij, numer. 10. C. de cad. toll. et in d. l. mulieri et Titio. 73. uers. et est ratio ff. de cond. et dem. Ias in d. l. re coniuncti, num. 178 uers. secunda, Et est demente Bald. in d. l. si plures 6. nu. 17. uers. a. C. de cond. insert.* Ad quod etiam respexisse videntur *Cuiac. in d. l. mulieri, et Titio, in 32. lib. quæst.*
111 *Papin. et alij* dicentes, † non esse latius producenda, quæ contra testat oris voluntatem admittuntur.
112 Sed neque hæc potest esse vera ratio. † *Quamobrem non immerito reprobatur a Crott. in d. l. re coniuncti num. 75. uers. secunda potest impugnari, et ibi Rip. num. 146. Peralt. in d. l. et Proculo, num. 43. uers. assign. 1.* Primo quia voluntas testatoris repugnat quidē principali mulieris admissioni, quatenus scilicet illa capit partem sibi principaliter relictam, etiamsi nubat, contra, quam testator voluerit, sed non repugnat iuri accrescendi, quod post admissionem venit in consequentiam: Non enim constat, testatorem noluisse, partem vacantem accrescere mulieri, si nubat, cum hoc expressè non dixerit, *ut considerant Soc. Sen. in d. l. mulieri, et Titio num. 14 uers. Aduerte, et Crott. in d. l. re coniuncti, num. 75. uers. secunda potest impugnari, et ibi Rip. num. 146.* ideoque, si mulier ad eam admitteretur, censeretur eam habere præter, non contra defuncti voluntatem, *ut declarat Peralt. in d. l. et Proculo nu. 43. vers. Assign. 1.* Imo secundum voluntatem, saltem præsumptam, quia respectu eorum, quæ veniunt in consequentiam, testator in dubio censetur voluntatem suam conformasse cum dispositione iuris cōmunis, quo cauetur, vt portio vacans portioni accrescat, *vt considerant Soc. Sen. in d. l. mulieri, et Titio, num. 14. uers. aduerte, et Crott. in d. l. re coniuncti, nu. 75. uers. secunda potest impugnari, et ibi Rip. nu. 147.*

Secundo, quia, si mulier ob id Titij partem consequi non posset, quod ad suam fuerit admissa contra voluntatem testatoris, ne mortuo quidem, vel capite minuto Titio posset eam obtinere, cum eius admissioni ita repugnet voluntas testatoris in hoc casu, vt in illo. Atqui post Titij mortem, vel capitis minutionem totum mulier consequitur, *ut supra latius ostendemus.* Non est igitur testatoris voluntas vera mulieris a parte Titij viuentis, & in eodem statu manentis excludendæ causa.

Tertio igitur, & frequentiùs putarunt alij, rationem non esse ab eo solo ducendā, quod mulier fuerit admissa iure singulari, nec solum ab eo, quod admissa fuerit contra voluntatem defuncti, sed ab vtroque simul: Nam (secundum eos) ideo a Titij parte, & sic a iu-
113 re accrescendi fuit exclusa, quia † ad suam portionem fuit admissa, & iure singulari, & contra voluntatem testatoris. *Ita scripserunt Castr. in d. l. mulieri, et Titio, num. 2. uers. Est, et alia, et ibi Imol. num. 2. uers. in gl. proderit, Curt. Iun. cons. 14 num. 7. Polit. in d. l. re coniuncti, nu. 74. uers. Tunc, et ibi Crott. num. 74. uers. scilicet da est ratio, et Io. Gaud. num. 59. Io. Gutier. en l. un. num. 38. C. quand. non pet. part. Ant. Fum. de coniunct. cap. 15. numer. 1. Et est de mente totum omnium, quos retulimus supra num. 31.*

Sed ex ijs, quę diximus, facile est intelligere, ne hanc quidem rationem sustineri posse,
114 † quia, quæ singulis, & separatis obstant, eadem, & coniunctis officiunt, ac demonstrant earum rationum, quæ per se, & separatim cōsideratæ nullā ad excludendum ius accrescendi vim habere intelliguntur, cōiūctionē nō posse operari, vt vim aliquam habere incipiant, propterea, quod coniunctio, seu multiplica-
115 tio inutilium nihil operatur † *l. 1. C. de legit. hæred.* Nec est contrarium, quod, quæ non
116 prosunt singula, multa iuuant † *vt ait Ouid,*
117 *lib. 2. de remed. amor.* quia id procedit † in multiplicatione earum rerum, quæ per se non sunt prorsus inutiles, sed tantum ad effectum producendum minus sufficientes: Nam, si ad id, de quo tractatur, sint prorsus inutiles, vt in proposito sunt rationes Dd. adductæ, quatenus ad speciem *d. l. mulieri, et Titio*, applicantur, verius est, earum multiplicationem nihil prorsus operari, *secundum ea, quę supra diximus.*

Quarto cēsuerunt alij rationem esse, quia,
118 † quod legatum non est, seu, pro non legato habetur, alteri non accrescit *l. in testamento ita. 31. ff. de cond. et dem.* Sed pars Titij pro nō lagata habetur, quia, vbi deficit cōditio, perinde est, ac, si legatum nunquam fuisset factum *l. pater filio. 54. uers. si pupillus ff. de hæred. inst.* Ergo non poterit ea mulieri accrescere *Ita ratiocinantur Bald. in d. l. 1. nu. 1. uers. tertia C. de ind. uid. toll. et Ias. in d. l. re coniuncti, num. 178. uers. tertia.*

Verùm hęc quoque ratio merito fuit *a Soc. Sen. in d. l. mulieri, & Titio, num. 14. vers. 7. loco & Crott. in d. l. re coniuncti, num. 75. vers. tertia etiam ratio, & ibi Rip. n. 147. & alijs* improbata.
119 † Primo, quia in materia iuris accrescendi nō sunt paria, legatum factum non esse, vel ha-
120 beri pro non facto: † nam, quod verè legatū non est, non accrescit, *vt diximus in hoc cap. q. 15. num. 2. & 3.* quod verò legatum est, sed pro non legato habetur, accrescit, vt patet ex legato, quod in personā vnius habetur pro non scripto: nam, licet pro non facto habeatur, nihilominus eius portio coniuncto accrescit

 crescit

crescit, *vt latè ostendimus in hoc cap.q.25.num. 3.& seqq.* & ex legato, quod ab vno ex coniũctis repudiatur: nam, licet etiam id perinde habeatur, ac, si factum non esset *l. id autem. 75.in fin ff.ad l. Falc.* tamen in eo locum habet ius accrescendi, *vt ostendimus in hoc ipso cap.q 35.num.3.& seqq.*

Secundo, quia, si vera esset hæc ratio, nunquam posset habere locum ius accrescendi, cum vni purè, alteri verò sub conditione res eadem fuit legata, & cõditio in persona illius defecit, quia perinde est, ac, si res illi nunquã fuisset legata. Et tamen certum est, locum habere ius accrescendi, *vt ostendimus in 6. cap.q. 20.num.32. Ita arguunt Soc. Sen. Crott. & Rip. in locis supra allegatis.*

Tertio denique, quia si defectus cõditionis impediret ius accrescendi, mulier, ne mortuo quidem, vel capite minuto Titio id habere posset. Atqui id habet, *ut latius infra ostendemus.* Non est igitur defectus conditionis, qui impedit, ne mulier viuo Titio, & in eodem statu manente partem eius per ius accrescendi consequatur.

Hinc igitur alij quinto loco censent, ratio-
121 nem esse, quia † in legatis non est ius accrescendi, nisi subsit coniunctio *l. prima in princ. ff de vsufr. accr. et nos latè diximus in 5.cap.q 41. num.1.* Sed in specie *d l.mulieri. et Titio*, nulla suberat coniunctio, quia, licet testator initio mulierem, etiã Titium cõiunxisset, lex tamẽ eos postea disiunxit, remittendo conditionẽ mulieri, non & Titio, quæ res effecit, vt conditio, sub qua mulier admissa fuit, censeatur contraria conditioni, sub qua Titius vocabatur & per consequentias, vt discrepantia modi, & formę capiendi legatum alteret cõiunctionem testatoris. Nil mirum igitur, si inter eos non potuerit esse locus iuri accrescendi. *Ita ratiocinantur Bald. in d. l. vn § vbi autẽ legatarij, nu. 10.C.de cad.toll in d.l.vn.n.19. C. quãd.nõ pet.part.in l.1.n.8.C.de sacr.Eccl.et in mulieri et Titio.vers. Est, et alia, Ias.in d.l.re coniũcti,n.178. vers. Alibi, & n.179. et ibi Alcia.n.50. et sentit etiam num.56.*

Verùm hæc quoque ratio refellenda est
122 † ea ratione, quam supra considerauimus; Nã si lex disiũxisset legatarios, quos testator cõiunxerat *vt ipsi supponunt*, non posset mulier, tãq̃ omnimodo disiuncta habere ius accrescendi, etiam Titio mortuo, vel capite minuto, quod tamen falsum est, & Papiniani sententię contrarium, *vti postea ostendemus.*

Quamobrem alij sexto loco censuerunt, mulierem non ideo a iure accrescendi repelli, quod speciali iure, & contra testatoris volũ-
123 tatem fuerit admissa, sed, quia † fuit admissa contra defuncti voluntatem fauore matrimonij qui fauor cessat post cõtractas nuptias; nec enim, quæ iam est nupta, de secundis nuptijs cogitare debet, ideoq; respectu partis Titio relictę, quæ post contractas nuptias ei deberet accrescere, non habet idem priuilegiũ, quia cum priuilegij causa iam ampliùs non subsit, licet maneant iam quæsita, tamen acquirenda desiciunt. *Ita ratiocinatur Alcia.lib.6. Paradox.cap.8.num.2.*

Sed hæc ratio eodem, quo cæteræ, laborat
124 morbo: † Nam, licet pars Titij vacet post nuptias contractas, causa tamen priuilegij, etiã respectu illius partis, consideratur ante: Causa enim est, ne mulier metu amittendi emolumenti deterreatur a nuptijs, qui metus non solum considerari potest respectu partis principalis, sed etiam respectu partis accrescentis, scilicet, quia mulier nubendo amitteret partem accrescentem, quam potuisset non nubendo consequi, ideoque periculum est, ne metu amittendæ portionis accrescentis mulier in viduitate malit permanere, eaque ratione, tamquam eadem existente causa, idem videtur de parte accrescente, quod de parte principali statuendum, & conditio respectu vtriusque remittenda. Deinde, si hæc esset vera mulieris a parte Titij repellendæ causa, ita locum haberet post Titij mortem, aut capitis minutionem, vt ante, Et tamen eo mortuo, aut capite minuto, mulier partem eius per ius accrescendi consequitur, *vt mox ostendemus.* Ergo non est hæc vera iuris accrescendi ante excludendi ratio.

Quamobrem verius est, ideo mulierem, quandiu viuit Titius, & in eodem statu manet, non, nisi partem sibi principaliter relictã
125 habere posse, quia † mulier, cui per legem cõditio remittitur, idem consequi debet, quod haberet, si conditioni paruisset, non plus, aut minus. Non plus, quia absurdum est, plus habere eum, qui spernit conditionem, seu defũcti voluntatem, quam, qui eam implet, *l.cum tale. 71, §. Mœuia ff. de cond. & dem. Et in proposito considerant Bald. in d.l.mulieri, in prin. & ibi Imol. num. 1. Soc. Sen. num. 1. Rip. in d.l.re cõiuncti, num. 145. vers. & tenendo. Did. Spin. in suo specu. test. 3.gl.9.num.21.* sicut absurdum est, plus tribuere conditionem, quæ habetur pro impleta, quam, quæ verè impleta fuit, cum
126 fictio non operetur plus, quam veritas † *l filio, quem pater. 23. in princ. ff. de lib. & posth.* Neque minus, quia fictio idem, quod veritas operari
127 debet † *l. nam nec emancipatus 91. vers. Prætor ff. de leg primo, l si is, qui pro emptore. 15. ff. de vsucap.* Alioquin enim non occurreret damno Reip. Nam mulier propter metum illius detrimenti deterreretur a nuptijs cõtrahendis, nisi totaliter cõditio haberetur pro impleta. Atqui, si re vera mulier paruisset conditioni, idest, non nupsisset, non fuisset habitura, nisi partem, quia Titius, tanquam non defectus conditione fuisset, & ipse ad suam partem admissus; Debet igitur & solam partem sibi relictam consequi remissa conditione. *Ita ratiocinantur Castr. in d.l.mulieri & Titio, num. 2. vers. In text. ibi. tantum, & ibi Soc. Sen. num. 6. vers 2. infertur, & num. 14. vers. ideo dic. & Ias. in d.l re coniuncti, num. 183. vers. sed contra istã.* Quam rationem ita apertè Papinianus attulit *in d.l.mulieri, & Titio, vers. tantum*, postea quam dixit, mulierem, quandiu Titius viuet, & in eodem statu erit, partem vsusfructus habere, dum subijcit: *Tantum enim beneficio legis ex legato mulieri concessum esse, intelligendum est, quantum haberet, si conditioni paruisset*, vt nodũ in scirpo quærere videatur, qui aliam quęrit rationem: Significat enim, ideo mulierem non habituram totum, sed tantum partem, quandiu viuit Titius, & in eodem statu manet, quia non debet consequi plus, sed tantũ

quan-

quantum haberet, si non nupsisset.

Quarta succedit quæstio, in qua videndū est, an, si Titius, qui conditione defectus est, repudiet suam portionē, ea res prosit mulieri. Dubitationem autem facit illud, quia, vt dictum est, mulier tantum beneficio legis consequitur, quantum haberet, si conditioni paruisset *d. l. mulieri, & Titio, vers. tantum* Sed, si paruisset, repudiante Titio totum vsumfructum fuisset habitura *l. 1. § interdū ff. de vsufr. accr.* Debet igitur etiam habere totum remissa conditione. *Ita ratiocinatur Did. Spin. d. gl. 9. num. 19. vers. vlteriùs.*

Sed hoc non obstante, certi iuris est, repudiationem Titij nullum mulieri commodū afferre, scilicet, quia ea non obstante non est plus sua parte habitura, donec ille viuit, & in
128 eodem statu manet, † *vti rectè scripserunt gl. in d. l. mulieri, & Titio, in verb. proderit, & ibi Soc. Sen. num 6. vers sed contra, Ias. in d. l. re coniunctis, num. 18. vers prædicta & ibi Polit. num. 74. vers. Vsruntamen, Rip. num. 144. & Io. Gaud. num. 59. & 60. Io, Guter. in d. l. vn. numer. 38. C. quand. non pet part. Peralt in d. l. & Proculo. 20. num. 40. vers. In fauorem ff. de leg. 2. Duar. d. lib. 2. de iur. accr. c. 20. Cuiac. in d. l. mulieri, & Titio in 32. lib. quæst. Papin. & Andr. Fach. lib. 4. contro. cap. 99.* Hoc enim apertè scribit Papinianus *in d. l. mulieri*, dum subijcit, *Nec, si Titius, qui conditioni defectus est, legatū repudiet, ea, res mulieri proderit.*

129 Nec est, quod respondeas, hæc verba, † nō excludere ius accrescendi, sed significare, repudiationem non prodesse mulieri vltra id, quod iam habet, quia, cum ei iam portio accreuerit, repudiatio Titij qui partem non habet, mulieri non prodest, idest, non plus ei tribuit, quam antea haberet, *Quomodo posse responderi scribunt Ias. in d. l. re coniunctis, nu. 183. vers. sed certè, & Peralt. in d. l. & Proculo. 20. nu. 46 vers superest ff. de leg. 2.* quia supponit hæc responsio, mulierem etiam sine Titij repudiatione totum habere, quod Papiniani ver
130 bis manifestè repugnat, † vt ostendimus *supra num. 77. & seqq.* vbi demonstrauimus, hūc intellectum cum Papiniani verbis non congruere.

Rationem autem plerique afferunt tandē, *quam in præcedenti quæstione attulerunt, & nos*
131 *retulimus supra numer. 113.* quia † cum mulier ad suam portionem fuerit admissa iure singulari, & contra voluntatem testatoris, non debet habere ius accrescendi, sed boni consulere debet, quod sua pars ei salua sit, non autem petere, quod pars alterius ei accrescat; *Ita ratiocinantur Duar. d. lib. 2. de Iur. accr. cap. 20. & Cuiac. in d. l. mulieri, & Titio, in 32. lib. quæst. Papin.* Alij verò & probabiliùs,
132 hoc ideo factum esse putant, † quia repudiatio nulla non tribuit coniuncto plus iuris, quam antea haberet, nec priorem statum cōmutat. Quod enim nullum est nullum pro-
133 ducit effectum † *l. si quis eum. 16. §. fin. ff. de vulg.* Sed repudiatio facta a Titio nulla est, quia, quod non debetur, repudiari non potest
134 † *l. si ita scriptum. 46. §. si sub conditione ff de leg. 2. l. 1. § decretalis ff. de success. edict.* & pars non potest dici deberi Titio, qui conditione defectus est, cum deficiente conditione relictū
135 euanescat, & expiret † *l. in testamento 31. & l. cum ita legatum sit 62. ff. de cond. & dem.* Non potest igitur mulieri plus iuris tribuere, quam antea haberet, & per consequentias non potest operari, vt post repudiationem incipiat mulier habere totum, cum antea non haberet, nisi partem. *Ita ratiocinantur gl. in d. l. mulieri, & Titio, in verb. proderit & ibi Soc. Sen. nu. 6. vers. vel subtiliter, & num. 14 vers. ideo dec. Ias. in d. l. re coniunctis, num, 183. vers. prædicta, & ibi Polit. num. 74. vers. verùm ad hoc, & Io. Gaud. num. 59. Peralt in d. l. & Proculo. 20. num 47. ff. de leg. 2. Andr. Fach. d. lib. 4. controu. cap 99.* Sed & illud non inconcinnè dicetur, ideo repudiationem Titij, qui conditione defectus est,
136 mulieri non prodesse, quia † non censetur facta spōtè, sed coactè, propterea, quod rem habere nequit. Quod enim habere non possumus, gratiosè relaxamus, ideoque, tamquam repudiatio non spontanea, & facta potius, vt mulieri gratificaretur in re, quam habere nō poterat, quam, quod mens eius esset, omittere legatum, si id consequi potuisset, non debet mulieri emolumētum afferre, *Ita post Rapha. Cuma. ratiocinantur Ias. in d. l re coniunctis, nu. 183. vers. sed certè. & ibi Rip. num. 145. vers & hucusque, & Soc. Sen. in d. l. mulieri, & Titio, num. 6. vers sed contra.*

Neque obstat contrariū, quia respondeo, negando mulierem totum habituram, si cōditioni paruisset, non, quia repudiante Titio non debuerit eius par mulieri accrescere: nā hoc caret dubio, sed, quia Titius saltem præsumptione iuris, non fuisset eam repudiaturus, si mulier conditioni paruisset: Vix enim est, vt repudietur legatum, quod commodū non, etiam damnū afferre solet *d. l. si hæreditatē 32. ff. mand. Et in proposito considerat Soc. Sen. in d. l. mulieri, & Titio, num. 6. vers. sed responde.* Sed hac de re latè dicemus *infra num. 155. & seq.*

Sequitur quinta quæstio, in qua videndū est, an mortuo, vel capite minuto Titio, mulier totum habeat vsumfructum. Et hoc no-
137 stri communiter negant, † *vti videre est apud gl. in d. l. mulieri, & Titio, in verb. statu, Ias. (licet non firmet) in d. l. re coniunctis, num. 183. vers. prædicta, & ibi Io. Gau. numer. 60. Alcia. lib. 6. Parado. cap. 8. num. 1. Peralt. in d. l. & Proculo. 20. num. 47. ff. de leg. 2. Duar. lib. 2. de Iur. accr. cap. 20. Cuiac, in d. l. mulieri, et Titio, in 32. lib. quæst. Papin. et Andr. Fachin. d. lib. 4 contro. cap. 99.* Mouentur autem

Primo, quia, qui iure singulari admittitur ad legatum contra voluntatem testatoris, non habet ius accrescendi, *vt ex sententia d. l. mulieri, et Titio, communiter traditum est, sicuti retulimus supra num. 31.* Sed mulier est huiusmodi, *vt ostendimus supra num 35.* Non debet igitur habere ius accrescendi

Secundo mouentur, quia mulier non debet plus consequi, quam haberet, si conditioni paruisset, *vt diximus supra num. 125. et dicemus infra nu. 198.* Sed, si conditioni paruisset, non fuisset totum habitura. Nec igitur totū habere debet remissa conditione. *Ita in proposito argumentantur Dip. Spin. d. gl. 9. num. 19. vers. deinde, et Andr. Fach. d. lib. 4. contr. cap. 99.*

Tertio mouentur, quia in materia iuris accrescēdi valet argumentum a repudiatione,
138 ad mortem † *l. veluti. 4. ff. de bon. poss.* Sed Titio

repudiante mulier non est totũ habitura *d. l. mulieri, et Titio, vers. Nec, si Titius, ut nos diximus supra num.* 128. Nec igitur id erit habitura Titio mortuo, vel capite minuto. *Ita arguunt Io. Gaud. in d. l. re coniuncti, numer.* 60. *Peral. in d. l. et Proculo, num. 47. et Duar. d. lib. 2. de Iur. accr. cap.* 20.

Quarto denique monentur, quia, vbi locũ habet ratio dispositionis, ibi locum habere debet, & ipsa dispositio *l. illud. 32. in prin. ff. ad l. Aquil. l. a Titio. 108. ff. de verb. oblig.* Sed ratio dispositionis *d. l. mulieri, et Titio*, quæ vult, Titio repudiante mulieri nihil accrescere, locum habet etiam Titio mortuo. Nam ideo repudiãte Titio nihil accrescit mulier, quia per talem repudiationẽ non potest dici pars deficere, quippe quæ propter defectum conditionis nunquam fuit Titio delata: Nec enim amittere videtur, qui nunquam habuit
139 † *l. 1. §. 1. ff. quib. mod. vsusf. am. l. Titio. 95. in prin. ff. de cond. et dem. l. non videntur rem. 84. ff. de reg. iur.* At hęc ratio locum habet, etiam Titio mortuo, vel capite minuto, quia, nec propter mortem, aut capitis minutionem potest dici deficere pars, quæ nunquam fuit ei delata. Ergo etiam in hac specie locum habere debet prædicta dispositio. *Ita arguunt gl. in d. l. mulieri, et Titio, in verb. proderit. Ias. in d. l. re coniuncti, nu. 183. vers. prædicta, et Peralt. in d. l. et Proculo, num. 47.*

Verum his nõ obstãtibus contrariã sẽtẽtiã quam profitendo sum semper secutus, non solum veriorem, sed etiam indubitatam arbitror, scilicet mortuo, vel capite minuto Titio mulierem totum vsumfructum habiturã.
140 † *Quæ fuit opinio Raph. Cuma. in d. l. mulieri, et Titio et ibi Castr. num. 2. vers. In text. ibi, quandiu, vbi ait, hanc esse veriorem, et Soc. Sen. num. 5. Polit. in d. l. re coniuncti, num. 74. vers. verum, et ibi Crott. nu. 74. vers. Alia tamen ratione, et Rip. num. 145. vers. et intellectus, Cagn. in d. l. vn. nu. 63. C. quand. non pet. part. Eman. a Costa. in d. l. cum tale. 71. § si arbitratu, limit. 4. num. 6. vers. Ego autem, licet se restringat ad maximam capitis minutionem, et Peralt in d. l. et Proculo. 20. num. 43. ff. de leg. 2.* Probatur enim.

Primo *d. l. mulieri*, in illis verbis *si mulier nupserit, quandiu Titius viuit, et in eodem statu erit, partem vsusfructus habebit*: Nam ex ijs,
141 † quadrupliciter argumentum duci potest, Primo arguendo a contrario sensu, quod argumentum in iure nostro validissimum est *l. 1. § huius ff. de off. eius*: Nam, si mulier habet partem, quandiu Titius viuet, & in eodem statu erit, Ergo a contrario sensu Titio mortuo, vel capite minuto non habebit partem, sed totum. *Ita arguunt Soc. Sen. in d. l. mulieri, et Titio, num 5. vers. 2. Ias. in d. l. re coniuncti, nu. 180. vers. sed pro certo, et ibi Polit. num. 74. vers. verum. Crott. num 74. vers. Alia tamen ratione, et num. 75. vers. aduertite, et Rip. nu. 144. Cagn. in d. l. vn. num. 68. C. quand. non pet. part. Peralt. in d. l. et proculo, num. 43*

Secundo confirmatur hoc ex eo, quia, quando verba legis in sensu directo nihil operantur, tunc necessariò sumi debet argumentum a contrario sensu, etiam ad correctionem iuris communis, ita, vt potiùs ius commune corrigatur, quam verba remane-
142 ant frustratoria, & inutilia † *l. nulla, nisi imminens, 9. et ibi gl. in verb. transferatur i[illegible] Auth. Diaconissam C. de Episc. et cler. Et scri[illegible] Alex. in l. 1. nu. 38. vers. hac tamen prima, et ibi Iac. de Nigr. num. 46. vers. vnde credo ff. de off. eius, Alex. in l. fictum. 3. num. 5. et ibi Ias. num. 5. vers. 2. mouetur C. qui testa. fac. poss. Alex. in l. si, cum dotem. 23. in prin. num. 18. vers. unde pro sustentatione ff. solu. matr. Ias. in Auth. ex testamento num. 1. et ibi Gozad. num. . C. de c[illegible] lat.* Sed prædicta verba, *quandiu Titius viuet, et in eodem statu erit*, nihil in sensu directo operarentur,
143 † & perperam, ac inutiliter censerentur a Papiniano adiecta, si mortuo, vel capite minuto Titio mulier non esset totum habitura: Cur enim dixisset Papinianus, eam habiturã partem, quandiu Titius viuet, & in eodem statu erit, si eo etiam mortuo, aut capite minuto non ampliùs sua parte consequi posset; Omnimodo igitur debet argumentum posse a contrario sensu sumi, vt ita inferre liceat. Ergo, cum Titius morietur, vel minuetur capite, non partem habebit mulier, sed totum. *Ita arguunt Soc. Sen. in d. l. mulieri, & Titio, num. 5. vers. Item ista verba, Ias. in d. l. re coniuncti, num. 181. et ibi Crott. num. 75. vers. aduertite, et Rip. num. 145. Peralt. in d. l. et Proculo, num. 44.*

Tertio comprobatur id ipsum ea ratione, quia argumentum a contrario sensu tũc potissimum sumi debet, cum aliter posito iure
144 decisio remaneret falsa. † Sed, nisi illa verba probarent, mortuo, vel capite minuto Titio mulierem totum habituram, haud dubiè falsam redderent Papiniani decisionem, scilicet, quia mulier, non tantum viuo, & integri iuris manente Titio, sed etiam eo mortuo, vel capite minuto est partem suam habitura. Ergo, vt rectè prolata intelligantur, necessariò debent censeri expressa ad hoc, vt ostendant a contrario sensu, Titio mortuo, vel capite minuto mulierem non partem habituram, sed totum.

Quarto prædicta confirmantur ex illa dictione, quandiu, quæ denotat dispositionem temporalem, & adueniente casu expresso
145 ampliùs non habere locum † *l. 1. §. fin. ff. de ventr. in poss. mitt. l. 1. §. fin. ff. de assign. lib. l. qui Iest. 25. §. fin. ff. de usur. l. quandiu 5. C. qui adm. l. pater Seuerinam. 100. §. fin. ff. de cond. et dem. Bart. in d. l. 1. num. 15. in fi. ff. de cond. et dem.* Nam ex ea ita arguere possumus, Si mulier habet partem non totum, quandiu viuit Titius, & in codẽ statu manet, Ergo eo mortuo, vel capite minuto, non est ampliùs partem, sed totum habitura. *Ita arguunt Soc. Sen. in d. l. mulieri, et Titio, num. 5. vers. 3. Ias. in d. l. re cõiuncti, num. 183. et ibi Crott. num. 75. vers. aduertite, et Rip. num. 144. Peralt. in d. l. et Proculo, num. 45.* Quo genere argumenti vtitur etiam in materia iuris accrescendi Vlpianus *in d. l.*
146 *1. §. fin. ff. de assig. lib.* vbi, † cum ex vno patrono vnus filius esset, ex altero duo, & vni eorũ libertus fuisset assignatus, & quæsitum esset, qualiter hæreditas liberti esset inter eos diuidenda, Vlpianus ex Iu[illegible] sententia scribit, eum, cui libertus assignatus est, & fratrem excludit, bessem habere, deinde subijcit, *quod verum est, quandiu frater eius viuat, vel admitte potuit ad legitimam hæreditatem Cæterum si fuerit capite minutus, æquales partes habebunt.*

Quid

Quidtum; Idem dicendnm est de hac dictio ne quădiu, quod, & de dictione, intetiin, scilicet, quia vtraque denotar dispositionem
147 esse temporalem, *ut e di tione, interim, constat ex l. libertus. 17. §. in quęstionibus ff. ad municip. & l. bonę fidei 48. in prin. ff. de acq. rer. dom. De dictione uero, quandiu, diximus supra num. 145.* Atqui hæc verba, interim habebit partē, significanr, qnem postea habiturum rotum *in l. plane. 24 § si coniunctim, uers sed, si in pupillari ff. de leg primo secundum unum intellectum, quem retulimus in hoc cap. q. 37. nu 143. et seq. tametsi 1. ot aliter illum locum intellexerimus ibi. num. 149.* Ergo, & hæc, partem habebit, qnandiu Titius viuet, & in eodem statu erir, significanr, mulierem post Titij mortem, vel capitis minutionem habitnram totum.

Nec est, qnod respondeas, illa verba, non esse referenda ad mulierem, sed ad Titium, *secundum eam opinionem, quam retulimus supra*
148 *num. 57* & hoc significare, † si mnlier nupserit, Titium, quandiu viuet, & in eodem statu erit, habiturum partem vsusfructus, ideoque sequi (arguendo a contrario sensu) Titinm post mortem, vel capitis minutionem non esse ampliùs illam partem habiturum, cum vsusfructus morte, vel capitis minutione finiatur, sed non sequi, illam partem debere mulieri accrescere, *ut respondent Alcia. d. lib. 6. Parad. cap. 8. numer. 1. et Duar. d. lib. 2. de iur. acer. cap. 20.* quia verius est, imo debere ad mulierem referri, *ut latè ostendimus supra nu. 68. et seqq.* ideoque probare, post mortem, vel capitis minntionem Titij eam non habituram partem, sed totum, *secundum ea, quę supra diximus.*

Minus est, qnod respondeas, dato etiam, quod debeant ad mulierem referri, esse tamē
149 intelligenda † de parte Titij, quam mulier habebit, qnandiu Titius viuet, & in eodem statu erit, *secundum aliam opinionem, quam retulimus supra nu. 76.* qnia verius est, imo debere intelligi de parte ipsius mulieris, *ut ostendimus num. 68. et seqq.* Nam, si de parte Titij, malè dixisset Papinianus, mulierem habituram partem illam, quandiu Titius viuet, & in eodem statu erit, & hoc modo significasset, mortuo, vel capite minuto Titio non esse ampliùs illam partem habituram, quia nulla posset afferri ratio diuersitatis, cui potiùs deberet habere partem Titij eo viuo, & in eodem statu manente, quam eo mortuo, vel capite minuto, cum impleta conditione partem illam esset in hoc casu habitura.

Denique non est, quod alius respondeat,
150 illa verba, non ideo poni, † quasi mortuo, vel capite minuto Titio mulier sit totum habitura, cum statim subijciat Papinianus, eam non debere plus consequi, quam haberet, si cōditioni paruisset, sed poni, quia dubitari poterat, an viuēte Titio mulieri totū habere posset, partem scilicet ex sua persona, & partem ex persona Titij, Post mortem enim Titij dubium esse non poterat, qui pillins parte finiretur vsusfructus, *Quomodo respondet Andr. Pach. d. lib. 4. controu. cap. 99.* quia non tollit hæc responsio vim argumenti: Nam, licet verum sit illa verba, fuisse a Papiniano expressa, quia poterat dubitari, an mulier viuente, & in eodem statu manente Titio, non partē, sed totum esset habitura, eo tamē ipso, quod Papinianus ait, habituram partem quandiu Titius viuet & in eodem statu erit, probant eo mortuo, vel capite minuto, non partem, sed totū habituram, *ut supra dictum est.* Nec est verum, morte, vel capitis minutione Titij omnimodo finiri vsumfructum, quia, cum habeat coniunctam, non censetur extingui, sed illi accrescere, secundum naturam vsus fructus *l. 1. §. interdum ff. de usufr. accr. qua de re latè diximus in hoc cap. q. 59. numer. 103. & seqq.*

Secundo verò principaliter probatur hæc sententia ratione, quæ subijcitur a Papinia-
151 no: Nam † ideo vult mulierem habere partē, quandiu viuit Titius, & in eodem statu manet, quia tantum beneficio legis consequi debet, quantum haberet, si conditioni paruisset; Atqui, si paruisset conditioni, licet viuo Titio, & in eodem statu manente non, nisi partem esset habitura, eo tamen mortuo vel capite minuto fuisset habitura totum. Ergo etiam totum habere debet, licet conditioni non paruerit. *Ita arguunt Castr. in d. l. mulieri, et Titio, num. 2. uers. In text. ibi, quandiu, et ibi Soc. Sen. num. 5. uers. 4. induto, et num. 6. uers. 2. infertur, et num. 14. uers. sed ista consideratio, Ias. in d. l. re coniuncti, num. 183. uers. 2. principaliter, et ibi Crott. num. 75. uers. aduertite, et Rip. num. 145. Cagn. in d. l. un. num. 68. C. quand. nō pet. part.*

Nec est, quod respondeas, rationem Papiniani esse intelligendam, & restringendam
152 † ad casum legis, non etiam ad alios trahēdam, qnia ad illum relata vera est, ad alios verò falsa: nam supponit Papinianus, Titiū, si non esset conditione defectus, fuisse partē suam accepturum, & per consequentias facturum partem mulieri, ideoque ad hunc casum relata ratio vera est, scilicet, quia mulier, quæ nubit, viuo Titio, & in eodem statu manente non debet habere totum, sed partē, quia tantum beneficio legis consequi debet, quantum haberet, si conditioni paruisset, &, si paruisset, non totum, sed partem fuisset habitura. Coeterùm, si referatur ad alios casus, non potest (secundum eos) esset vera, quia, si Titius repudiet, aut moriatur, aut capite minuatur, eius pars non accrescet mulieri, sed in hæreditate remanebit, *ut respondet Alcia. d. lib. 6. Parad. cap. 8. num. 1.* quia verius est, eā esse accipiendam, etiam de casu mortis, & capitis diminutionis, non solum, quia generalis est, ideoque non debet ad dictum præcedens restringi, sed etiam, quia dato etiam, quod deberet intelligi, & restringi ad speciē in lege propositam, non solum esset intelligenda secundum speciem decisam in sensu directo, sed etiam secundum eam, quæ deciditur in senso contrario, scilicet, qnia, & ipsa
153 dicitur species legis † *l. testamento. 20. § mulier & ibi not. gl. in verb. argumento est lex, uers. & not. & ibi etiam Bald. in prin. et Castr. numer. 1. ff. de testa. Eutrar. in sua cent. argu. loco a contrario sensu, num. 1. et 2.* Itaque cum Papinianus dixerit, mulierem, quandiu Titius viuet, & in eodem statu erit, habituram partem, nō totum, & hoc modo significauerit a contrario sensu, eo mortuo, vel capite minuto totū, non partem habituram, deinde subiecerit

ratio

rationem, quia mulier tantum beneficio legis consequi debet, quantum haberet, si conditioni paruisset, debet hæc ratio ad vtramq; speciem referri, ita, vt ex ea possimus ad vtriusque speciei decisionem inferre, nempe ad decisionem primæ, arguendo negatiuè, hoc modo. Sed, si conditioni paruisset, quandiu Titius viuet, & in eodem statu erit, mulier non haberet totum, propterea, quod Titius eam acceptasset: Nec igitur totum beneficio legis habere debet. Ad decisionem verò secundæ arguendo affirmatiuè, hoc modo. Sed si mulier conditioni paruisset, mortuo, vel capite minuto Titio fuisset totum habitura. Ergo, & totum habere debet beneficio legis: Alioquin enim, aliì vtroque modo nobis arguere liceret, ratio non esset vera, nec ad dictum adæquata.

Neque huic sententiæ aduersantur contraria: nam ad primum respondeo, id procedere, quando in parte vacante cessat ratio, quę iuri singulari fecit locum. Cœterùm, quando etiam in ea subest vetus esse, ius accrescendi etiam ei competere, qui admittitur ad suā portionem de iure singulari contra voluntatē testatoris, *vt latius ostendemus infra n. 158.*

Ad secundum verò respondeo, si conditioni paruisset, non fuisse totum habituram viuo Titio, & in eodem statu manente, ideoqi in hoc casu, nec totum beneficio legis habituram. Cœterùm mortuo, vel capite minuto Titio, quemadmodum pars eius mulieri accresceret, si conditioni paruisset, cum tractetur de vsufructu, in quo idem habet ius accrescendi, etiamsi pars deficiat post acquisitionem *d.l.1. §. interdum ff. de vsufr. accr. & not latè diximus in hoc cap. q. 59 num. 103. & seqq.* ita etiam debere accrescere beneficio legis, licet conditioni non paruerit. *Ita respondent Iasin d.l. re coniuncti, num. 183. vers. 2. principaliter, & ibi Rip. num. 145. vers. et si insisteris, & Peralt. in d. l. et Protub. num 45. vers. 2. Et sentiunt etiam alij, quos retulimus supra num. 151.*

154 Ad tertium respondeo id procedere † si repudiatio fiat ab eo, qui rem habere potest, secus, si ab alio: nam tunc non valet argumentum a repudiante ad morientem, quia longè alia est illius, & alia huius ratio, *sicuti mox latiùs ostendemus.*

Ad quartum deniq; respondeo, negando hanc esse rationem, cur repudiatio Titij mu-
155 lieri non proficiat: nam ratio est, quia † lex præsumit Titium non fuisse repudiaturum, si partem suam consequi potuisset, Nec enim censetur quis velle repudiare legatum, quod lucrum, non etiam damnum afferre solet. *l. si hæreditatem 32. ff. mand. & regula l. cum de indebito 25. ff. de probat. quam in proposito considerat Soc. Sen. in d. l. mulieri, et Titio, num. 6. vers. sed respondeo.* Vnde, quia mulier, quę nubit, non debet beneficio legis plus consequi, quam esset habitura, si conditioni paruisset, ideo fit, vt, etiam, si Titius repudiet, quandiu viuit, & in eodem statu manet, non tamen debeat mulier consequi totum scilicet, quia saltem præsumptione iuris non fuisset totum habitura, si conditioni paruisset. Diuersa est ratio mortis, & capitis diminutionis: Nam, licet mulier conditioni paruisset, non tamen fuisset a Titij parte exclusa, quia mors, & capitis minutio, tamquam res non voluntariæ ita Titio contingissent, mulier eo in viduitate permanente, vt ea nubente. Vnde quia mulier per Titij mortem, vel capitis diminutionem omnimodo fuisset eius partem habitura, etiamsi conditioni paruisset, cum vt dictum est, in vsufructu locum habeat ius accrescendi, etiamsi coniunctus post acquisitionem deficiat, ideo fit, vt, etiamsi nupserit, nihilominus eā habere debeat, vt tantum beneficio legis cōsequatur, quantum fuisset habitura, si conditioni paruisset. *Ita declarant Crott. in d. l. re coniuncti, num. 75. vers. aduertite, et ibi Rip. nu 145. vers. et huius;*

Hinc infertur, si in specie *d. l. mulieri, et Titio*, non fuisset Titio, & mulieri legatus vsusfructus, sed proprietas, mulierem nullo casu fuis-
156 se ius accrescendi habituram † quia verisimile est, Titium, si mulier conditioni paruisset, fuisse partem suam acceptaturam, & vbi semel eam acceptasset, non potuisset amplius habere locum ius accrescendi, quia post emolumentum acquisitum ius accrescendi in proprietate cessat, *ut ostendimus in hoc cap. q. 59. n. 13. et seqq. Ita in specie declarat Soc. Sen. in d. l. mulieri, et Titio, n. 6. vers. 3. infra, et num. 14. vers. vnde ex illo text. ubi ad hoc ponderat text. in l. 3. § sed et si coniunctim ff. de leg. praest. et sequitur etiam Crott. in d. l. re coniuncti, num. 75. vers. aduertite, et num. 76. vers. sed iste intellectus.*

Supeeest, vt sextam, & vltimam quæstionē expliceimus, & videamus, an verum sit axioma, quod veteres passim, & communiter ex hac lege deducunt, ius scilicet accrescendi non competere ei, qui ad suam partem admittitur de iure speciali contra voluntatem testatoris, *uti uidere est apud eos, quos retulimus supra num. 31.* Plerique censent, eos perpetam hoc axioma, ex prędicta lege deduxisse, quod
157 ea potius probet contrarium: Nam † eo ipso, quod Papinianus ait, mulierem habere partem, quandiu Titius viuit, & in eodem statu manet, & hoc modo significat, eo mortuo, vel capite minuto totum habituram, *secundū uteriorem intellectum, quem supra probauimus*, haud dubiè probat, etiam ei, qui speciali iure, & contra voluntatem testatoris admittitur ad suam portionem, ius accrescendi competere, scilicet, quia mulier non potest habere totū, & sic etiam partem Titij, nisi iuris accrescendi beneficio. *Ita animaduerterūt Raph. Cuma. in d. l. mulieri, & ibi Soc. Sen. num. 5. vers. sed hoc notabile, Crott. in d. l. re coniuncti, num. 75. vers. aduertite & ibi Polit. num. 74. & Rip. num. 144. Cagn. in d. l. un. num. 68. C. quand. non pet. part.* Addunt alij nihil esse periculosius, quam ex vno casu, qui proprium, & specialem rationē habet, deducere regulam generalē. *Ita And. Fachin. d. lib. 4. contr. cap. 99.*

Sed mihi res adhibita distinctione videtur
158 terminanda: † Aut enim causa priuilegij cessat in parte vacante, Et verissimum est axioma, aut verò subest etiam in parte vacante, Et est verius ius accrescendi & ei competere, qui speciali iure vocatur ad suam portionem contra voluntatem testatoris. *Ita rectè censuit Alcia. d. lib. 6. Parado. cap. 8. num. 2. tametsi in alijs mali sit locutus:* Nam hoc apertè probat locus ille Papiniani *in d. l. mulieri, et Titio,* si diligenter eius verba perpendantur: Cū enim

si-

159 † secundum eam in [illegible] ionem, quam nos ut uerio[illegible] ampl[illegible]mus, duo determinet nempe [illegible] quandiu viuit Titius, & in codẽ statu manet, non habere totum, sed partem, & [illegible] non habere ius accrescendi, eo verò [illegible], vel capite minuto, ad totum admitti & sic Titij, partem ei accrescere, haud dubiè probat vtrumque supra dictæ distinctionis membrum: Nam viuo Titio & in eodem statu manente, ideo ius accrescendi non habet, quia causa priuilegij non subest in parte vacante: Nam causa priuilegij, idest, causa, propter quam remittitur cõditio, est, ne metu amissionis eius, quod parendo conditioni habere posset deterreatur a nuptijs. Hæc autem causa non subest in parte Titij, quandiu is viuit, & in eodem statu manet, quia, etiamsi mulier nõ nuberet, & sic pareret cõditioni, nõ tamẽ illã partẽ habere posset, quippe, quæ a Titio, tamquam non defecto conditione caperetur, ideoque propter metum huius partis, quandiu Titius viuit, & in eodem statu manet, non rectè diceretur a nuptijs deterreri. Nil mirum igitur, si eo viuente, & in eodem statu manente ius accrescendi non habeat. At eo mortuo, vel capite minuto causa priuilegij subest, etiam in parte vacante, scilicet, quia, si mulier pareret conditioni, licet Titius viuens, & in eodem statu manens suam caperet portionem, post eius tamen mortem, vel capitis minutionem, esset mulier eius partem per ius accrescendi habitura, & ideo, nisi etiã quoad eam remitteretur conditio, periculũ esset, ne mulier a nuptijs deterreretur, quod, ne contingat, rectè dicimus, ei competere ius accrescendi. Itaque *l. mulieri*, probat quidem axioma, quod ex ea deducitur, quatenus mulier non habet ius accrescendi, viuo Titio, & in eodem statu manente, sed non simpliciter. *Ita rectè scripserunt Polit. in d. l. re coniun-cti. num. 74 vers. Tu nunc. & Cagn. in d. l. vn nu. 63. vers saluari C. quand. non pet. part.* Sed hęc disputando, & profitendo dicuntur: nam cõsulendo, & iudicando non est a communi veterũ sententia recedendum, quæ vult, mulierem *in specie d. l. mulieri, & Titio*, nec viuo, & in eodem statu manẽte Titio, nec eo mortuo, vel capite minuto habere ius accrescẽdi. Et hoc ideo, quia admittitur iure singulari contra voluntatem testatoris, quod effecit, vt a iure accrescendi excludatur. Idque generaliter statuunt in omnibus seruandum, qui cõtra mentem defuncti iure singulari ad portionem admittuntur. Hinc inferunt

Primo ius accrescendi non habere locum inter filios primi matrimonij, qui reuocãt relictũ vitrico, aut nouercæ cõtra dispositionẽ *l. hac edictali. 6. in prin. C. de secun. nupt.* Nã, quia vocantur iure singulari, nempe ex beneficio *d. l. hac edictali*, & renocant relictum nouercæ aut vitrico contra voluntatẽ testatoris, quippe, qui legãdo voluit, coniungem non filios habere relictũ, ideo, si vnus ex filijs repudiet suam portionem, ea non accrescet alijs, sed
160 in hæreditate remanebit. † *Ita scribunt Bald. in d. l. hac edictali. 6. in prin. nu. 25. vers. sed pone C. de sec. nup. Ias. in d. l. re coniunctè, num. 180.* Et quamquam *Gul. Ben. in d. cap. Raynutius, in verb. & uxorem nomine Adelasiam*, & alij contrariam sententiam sint amplexi, non est tamen a superiore, quæ receptior est, recedendum.

Secundo inferunt, ius accrescendi non cõpetere vxori, quæ contra mariti voluntatem vocatur ad quartam ex beneficio *Auth. præterea C. und. vir. & ux. vti referimus in 10. cap. q. 13. num. 4.* Sed hoc non tam fit propter singularitatem vocationis, *vt visum est Gozad. in l. vn. num. 20. C. quand. non pet part.* quam propter limitationem a lege factam: Nam, quia portio illius fuit ad quartam limitata, ideo fit, vt iuris accrescendi incrementum recipere non possit, *vt ostendemus in d. q. 13. num. 3.*

Tertio inferunt, ius accrescendi non habere locum in apanagio, *vt diximus in 6. cap. q. 45. num. 1. & dicemus etiam in cap. 10. q. 11. nu. 7.* Nam, quia defertur iure singulari, & cõtra defuncti voluntatem, ideo fit, vt secundum communem regulam ius accrescendi non recipiat, *vt considerat Gul. a montfer. de success. Reg. in primo dubio num. 1. & per tot.* Sed & in hac specie alia est iuris accrescendi excludẽdi ratio: Nam ideo ius accrescẽdi cessat, quia apanagium, tamquam iure limitatum non recipit incrementum iuris accrescendi, *vt diximus in d. cap. 6 q. 45, num. 1. & dicemus in eodem cap. 10. q. 11. num. 7.*

Tertius casus est, quãdo is, qui iure speciali vocatur ad legatum, admittitur ex volunte defuncti, sed legatum petit ab eo, qui contra ipsius defuncti voluntatem successit, Et tunc verius, & receptius est, ei, non compete-
161 re ius accrescendi. † *Ita scribunt Bart. in d. l. mulieri, & Titio, num. 1. & ibi Castr. num. 1. Imol. num. 2. vers. & pro hoc, Soc. Sen. num. 14. vers. sed redeundo, Bart. in d. l. re coniunctè, num. 44 & ibi Ias. num 184. & 186. vers. stat ergo, Alcia. num. 52. vers sed nunquid, & uers. secus ergo, Polit. nu. 75. uers. ideo flo. Crott. num. 76. & Rip num. 149. Bart. in l. filium 5. §. fin in princ. ff. de leg. præst. Soc Sen. in l. si mihi, & tibi 12. in prin. num. 2. ff. de leg. primo Ceph. cons 60. num. 9 Mantic. de con ult. uol lib. 10. tit. 3. num 30. Crass in d. § Ius accrescendi q. 18. num. 4 uers secus uero Duar. lib. 2. de iur. accr. cap. 20.* Exemplum sit in specie legati relicti coniunctæ personæ, & extraneo in eo testamento, quod contra tabulas bonorum possessione rescinditur: nam, licet huiusmodi legatum sustineatur pro parte relicta coniunctæ personæ non tamen sustinetur pro ea, quæ extraneo data est, Et, licet fuerit relictum coniunctim, ita, vt aliàs deficiente extraneo debuerit habere locum ius accrescendi, non tamen in proposito poterit ei locus esse, sed extranei pars in hæreditate remanebit, quia persona coniuncta, quamuis admittatur ad legatum ex voluntate testatoris, admittitur tamen iure quodam singulari, nẽpe ex edicto Prætoris *l. 1, in prin. ff. de leg. præst.* & petit legatum ab eo, qui non secundum, sed contra defuncti voluntatẽ successit, idest, ab emancipato præterito, qui contra tabulas
162 agnouit bonorum possessionem. † Ita scribit Vlpianus *in l. 3. § sed & si coniunctim ff. de lega. præst.* dum, *Sed & si coniunctim*, inquit, *ei fuerit legatum relictum cum eo, cui non præstatur, sua tantum portio ei conseruabitur*: Significat enim
163 † partem, quæ non præstatur extraneo, non accrescere coniunctæ personæ, sed solam ipsius portionem ex edicto Prætoris ei conseruari.

uari. *Quod etiam in specie docuerunt Imol. in d. l. mulieri, & Titio, num. 2. uers. & pro hoc, Iaf. in d. l. re coniuncti, num. 152. & ibi Alcia. nu. 52 uers. sed nunquid, Polit. numer. 75. uers. ideo isto, & Io. Gaud. num. 56. Anto. Fum. de coniunct. cap. 15. num. 2 Purp. in d. l. un. num. 40. uers. non tamen, ubi post multa tandem concludet, non esse ab hac sententia recedendum, Sequitur ibi Clau. Tut. nu. 14. & Duar. d. lib. 2 de Iur. accr. cap. 20.*

Nec est, quod quisquam causetur, non lo-
164 qui Vlpianum † de iure accrescendi, sed de
simplici legati conseruatione, & hoc tan-
tum dicere, partem coniunctæ personę reli-
ctam ex edicto conseruari, non etiam eam,
q̃ extraneo data est, sed nõ determinare, utrũ
hæc portio, quæ extraneo non præstatur, de-
beat coniunctæ personæ accrescere, quia ve-
rius est, imo hoc ipsũ determinare, nec aliud
eius verba significare, q̃ partẽ extranei cõiun-
ctę personę nõ accrescere, quod, ut apertè cõ-
ster, diligenter ponderanda sunt illa verba,
sua tantum portio ei conseruabitur, quippe quæ
significant, coniunctę personæ (quam deno-
tat illa dictio, ei) non conseruari utramque
partem, & sic etiam partem extranei, sed tã-
tum partem suam, idest, partem ei principa-
liter relictam, & per consequentias ostendũt,
partem, quæ extraneo non præstatur, non ac-
crescere coniunctæ personæ, sed in hęredita-
te remanere. Quod etiã apertiùs confirmant
verba præcedentia: Nam, cum Vlpianus *in
d. l. 3. §. hoc autem*, scripsisset, liberis, & parenti
bus hoc solum conseruari, quod ipsis relictũ
est, non etiã, quod personis eorum iuri subie-
ctis, puta seruis, & hoc modo significasset,
legata alijs relicta non conseruari, nec debe-
ri coniunctis personis, etiam si essent talia,
ut aliàs firmo manente testamẽto debuerint
earum commodo cedere, scilicet, quia ad
hoc, ut legata cõseruẽtur, nõ quæritur, cui le-
gati cõmodũ acquiratur, sed, cui honor fue-
rit habitus, subijcit per modum ampliationis
*Sed, & si coniunctim ei fuerit legatum cum eo, cui,
non præstatur, sua tantum portio ei conseruabi-*
165 *tur*. quibus verbis significat, † idem esse dicẽ-
dum de parte legati relicta extraneo, quod
supra dictum fuerat de legato relicto seruo
ipsius coniũctæ personæ, *ut rectè declarant, &
in hoc consentiũt Soc. Sen. in d. l. mulieri, & Titio,
num. 14. vers. vel possumus dicere, & Iaf. in d. l. re
coniuncti, num. 138. & seq. & ibi Rip. num. 149.
vers. tamen aduerte, licet in ulto dissentiant*, scili-
cet, quia illa verba, *sed, & si*, denotant identi-
tatem iuris sed diuersitatem facti, *ut diximus
in hoc cap. q. 37. num.* 144. Cum igitur in præ-
cedentibus verbis dictum fuerit, legatum re-
lictum seruo coniũctæ personæ per edictum
non conseruari, nec ipsi coniunctæ personæ
deberi, Consequens est, ut idem censuerit
Vlpianus seruandum in parte relicta extra-
neo, ut scilicet ea non conseruetur, nec ap-
plicetur coniunctæ personæ, sed maneat in
hæreditate: Aliàs enim ineptam, nec cum
præcedenti congruentem speciem subiecis-
set. Quamobrem illa opinio meritò fuit *a
Duar. in d. lib. 2. de Iur. accr. cap. 20. & alijs* im-
probata.

Quartus casus est, quando is, qui iure spe-
ciali vocatur ad legatum, admittitur ex vo-
luntate testatoris, & legatum petit ab eo, qui
& ipse secundum defuncti voluntatem suc-
cessit, Et tunc communiter fatentur, ei com-
166 pe[t]ere eius accrescẽdi † *ut uidere est apud Bart.
in d. l. mulieri, & Titio, num. 1. & ibi Castr. nu.
1. Imol. num. 2 vers. & pro hoc. Soc. Sen. num. 14.
vers. redeundo, Bart. in d. l. re coniuncti, num.
44. & ibi Iaf. numer. 184. & 180. uers. sit ergo,
Alcia numer. 52. vers. sed nunquid, & vers. secus
ergo, Polit. num. 75. vers. ideo isto Rip. num. 149.
Alex. cons. 20. n. 8. vers. Non obstat septimum, vol.
1. Purp. in d. l. un. nu. 38. C. quand. non pet. part.
Ceph. d. cons. 60. num. 9. Mantic. de con. ult. vol.
d. lib. 10. tit. 3. num. 30. Crass. in d. §. Ius accrescẽ-
di q. 18. num. 4. vers. secus vero.* Et ita etiam sen-
sisse videntur, qui simpliciter scripserunt, eos
qui admittuntur ad legatum de iure specia-
li secundum voluntatem testatoris, habere
167 ius accrescendi, † *ut Alex. d. cons. 20. nu. 8. vers.
Non obstat septimum, vol. 1. Iaf. in d. l. re coniun-
cti, num. 190. & ibi Crott. num. 77. & 162. Rip.
num. 148. Alcia. num. 51. vers. quod si quis, & Io.
Gaud. num. 63. Gul. a mont. r. de su. cess. Reg. in
primo dub. num. 7. Purp. in d. l. un. num. 38. C.
quand. non pet. part. & Ceph. d. cons. 60. num. 9.*
Idque probant *l. filium 5. § ult. ff. de lega. præst.*
vbi, cum priùs dictum esset, si in testamento,
quod bonorum possessione cõtratabulas re-
scinditur, relicta sit portio hæreditatis alicui
coniunctæ personæ, puta, quia parens fuerit
in aliqua parte hęreditatis institutus, talẽ in-
stitutionem ex edicto de legatis præstandis
sustineri, subijcit Vlpianus, *Is autem, cui portio
hæreditatis conseruatur, utrum omnibus, an tã-
tum exceptis personis legata præstare cogatur; Et
magis probatur, exceptis personis solis pręstanda,
nec tamen solius commodo id cedit; nam, si legatis
onerata sit portio, tam liberorum, parentumue,
quam extraneorum, id, quod extraneis non præ-
statur, liberis, parentibusque profuturum non
dubitamus. Igitur ita demum, quod extraneis nõ
præstatur, communicatur cum eo, qui contrata-
bulas petit, si non legatur ijs liberis, parentibusque
dandum sit.* quibus verbis hoc (secundum re-
168 ceptam interpretationem) significat, † legata
relicta extraneis ita demum in hæreditate re-
manere, & per consequentias esse a parente
instituto, cui pars hæreditatis conseruatur,
communicanda emancipato prætento, qui
contratabulas bonorum possessionem agno-
uit, si non adsit alia coniuncta persona, cui
simul cum extraneo legatum fuerit relictũ:
nam ea existente portio extranei non mane-
bit in hæreditate, sed ad eam per ius accre-
scendi pertinebit, quia, licet coniuncta perso
na vocetur ad legatum iure singulari voca-
tur tamen ex voluntate testatoris, & legatũ
petit ab eo, qui & ipse ex testatoris volunta-
te successit. *Ita locum illum interpretatur omnes
ferè, quos retulimus supra num. 166.*

Sed hæc, quæ nostri frequentiùs tradiderũt
non sunt ita certa, quin a multis in contro-
uersiam reuocentur, ideoque pro eorum ex-
plicatione de duobus nobis erit dispiciendũ,
Primo, an Vlpiani locus *in d. l. filium 5. §. fin.
ff. de lega. præst.* probet communem veterum
opinionem. Secundo vero dato, quod eam
non probet, an nihilominus vera sit opi-
nio.

Quod ad primam quæstionem attinet, ple
169 rique censent, locum illum, † non probare
com-

cõmunem veterum opinionem, nec sensum, quem illi frequentiùs accommodarunt, verum esse, *vti videre est apud Soc. Sen. in d. l. mulieri, & Titio, num. 14. vers. Non obstat text. Ias. in d. l. re coniunctis, nu. 188. vers. Tu dic, & Anto. Fum. de coniunct. cap. 15. nu. 2.* Sed fundamenta, quibus ad ita sentiendum mouentur, varia sunt, ob id, quod nec ipsi de vero eiusdem loci intellectu inter se consentiunt.

Primum enim nonnulli putant, hoc ibi
170 Vlpianum simpliciter scripsisse, † si in testamento, quod contra tabulas bonorum possessione rescinditur, relicta sit portio hæreditatis vni ex liberis, & ab eo datum legatum parẽtibus portionem illam ex edicto Prætoris conseruari, & per consequentias eum, cui conseruatur, teneri præstare legatum parentibus relictum, non quidem iure singulari, sed iure cõmuni, quippe, quo cauetur, vt legata ab eo relicta, qui a testatore fuit honoratus, valida sint, & præstari debeant *l. 11, qui in potestate. 15. in prin. vers. sed si solus, & l. si duo 16. § ultim ff. de lega. præstan.* Quod fit vt, si vnus ex parentibus deficiat, eius portio debeat alteri parenti tamquam de iure communi succedenti accrescere. Ex quo inferunt, nõ probare locum illum, quod veteres supponunt, ius scilicet accrescendi etiam ei competere, qui iure singulari admittitur ad legatum, si id petat ab eo, qui secundum defuncti voluntatem successit, quia, si parens ibi fuisset iure singulari admissus, non potuisset habere ius accrescendi *d. l. 3. §. sed, & si coniunctim, & d. l. filium. 5. §. si legata ff. eod. Ita declarat Anto. Fum. de coniun. d. cap. 15. num. 3.*

Verùm hic sensus, quem ipsi, vt de nouo prodeuntem tam magnificis extollunt ver-
171 bis, mihi, † nec cum Vlpiani verbis consentire, nec verus videtur.

Primo, quia supponit id, quod liberis, vel parentibus applicatur, *in specie d. §. fin* fuisse relictum alijs liberis, vel parentibus, cum tamẽ certum sit, uno fuisse relictum extraneis, vt patet ex illis verbis, *id, quod extraneis non præstatur, liberis, parentibusque profuturum nõ dubitamus.* Et ex illis, *Igitur ita demum, quod extraneis non præstatur communicatũ cum eo, qui contra tabulas petit, si non legatarijs liberis, parentibusque dandum sit.*

Secundo, quia supponit, eosdem liberos, & parentes, qui legata petunt ab eo, cui portio hæreditatis conseruatur, venire de iure communi, non de iure singulari, quod tamẽ a vero alienum est: nam, si iure communi venirent, non solum liberis, & parentibus essẽt præstanda legata, sed etiam extraneis, vt euenit in omnibus casibus, in quibus dispositio, iure communi sustinetur *d. l. 11, qui in potestate 15. in prin. vers. sed, si solus, & d. l. si duo. 16. in p. ff. de lega. præst.* Cum igitur solis liberis, & parentibus, & sic personis exceptis præstanda sint, Consequens est, vt censeantur venire, non iure communi, sed iure singulari, nempe ex illo edicto de legatis pręstandis, quod specialiter quibusdam tantum personis prospectum voluit.

Secundo igitur alij censent, ideo non probare, quia liberi, & parentes, quibus applicatur id, quod extraneis relictum est, non sunt
172 legatarij: † Alioquin enim eis non proficeret quod extranei non capiunt *d. l. filium 5. § si legata ff. eod.* sed sunt instituti, quibus portio hęreditatis per edictum conseruatur. Itaque nõ veniunt iure accrescendi, sed iure institutionis, siue hæreditario, vt pote, quo dicimus ab hærede retineri, quæ non capiunt legatarii, *sicut ostendimus in 5. cap. q. 45. num. 30. & seqq. Ita declarat Ias. in d. l. re coniunctis, nu. 188. vers. Tu dic.*

Sed hęc opinio ita manifestè Vlpiani ver-
173 bis refragatur, † vt summa cum ratione fuerit *a Rip. in d. l. re coniunctis, num. 148. & alijs* improbata: nam liberos, & parẽtes, quibus proficiunt ea, quæ extraneis non præstantur, fuisse legatarios non hæredes, apertissimè constat ex ipsis Vlpiani verbis, quæ sunt hæc: *Nam si legatis onerata sit portio, tam liberorum, parentumuè quam extraneorum, id, quod extraneis non præstatur, liberis, parentibusque profuturum non dubitamus. Igitur, ita demum, quod extraneis non præstatur, communicatur cum eo, qui contra tabulas petit, si non legatarijs liberis, parentibusque dãdum sit.* Quod ipsemet Iason persentiens subijcit, non esse tutum recedere ab opinione Bartoli, cui magis videntur applaudere verba textus.

Quamobrem alij tertio loco putarunt, locum hunc ideo non probare veterum tradi-
174 tionem, quia, quod dicitur, † liberis, parentibusque proficere, quod extraneis non præstatur, non potest intelligi de commodo iuris accrescendi, quasi pars legati, quæ non præstatur extraneo, accrescat liberis, aut parentibus & hoc modo eis proficiat. Nã, si de hoc commodo loq̃uetur Vlpianus, necessariò deberemus supponere, liberos, aut parentes ibi fuisse cum extraneis coniunctos, quia alioquin non posset habere locum ius accrescendi, cum inter omnimodo disiunctos ius accrescendi cesset, quoties tractatur de legatis, & fideicommissis, *vt ostendimus in 5. cap. q. 41. num. 1.* Atqui hoc supponere non possumus, quia, si essent coniuncti, id, quod extraneis non præstatur, semper esset dandum liberis, aut parentibus iure coniunctionis, & tamen Vlpianus supponit, non semper esse dandum eo ipso, quod subijcit, *Igitur ita demum, quod extraneis non præstatur, communicatur cum eo, qui contra tabulas petit, si non legatarijs liberis, parentibusque dandum sit:* Illa enim verba, *si non,* tamquam conditionem denotantia accipiuntur pro, quatenus non, & hoc modo significant, id, quod extraneis non præstatur, si liberis, & parentibus legatarijs non sit dandum, communicari cum eo, qui contra tabulas bonorum possessionem agnouit]. si verò sit dandum, non communicari, & sic interdũ dandum liberis, & parentibus, interdum verò non dandum. Non loquitur ergo Vlpianus de commodo iuris accrescendi, sed potius de commodo iuris ꝗ sentiunt legatarij Falcidiæ suppositi quando, vnus ex ipsis legatum non capit: Nam, quia ratio legis Falcidiæ in singulis hæredibus ponenda est *l. in singulis. 76. ff ad l. falc.* ideo fit, vt si *in specie d. l. filium. 5. § fin.* testator vnum ex filijs instituerit ex vncia, & cum in tantum grauauerit legatis relictis liberis, aut parentibus, & extraneis, vt faciant locum Falcidiæ, si omnibus essent præstanda legata, sine dubio minus liberis,

& pa-

& parentibus dandum esset, quam testator
eis reliquerit, sed, quia legata relicta extraneis
non conseruantur petita contra tabulas bo-
norum possessione, ideo, quod eis non præsta-
tur, proficit liberis & parentibus, quia, cùm
id hæredi in Falcidiam imputetur *l. in ratione*
11. in princ. & l. ex asse. 52 § fin ff. ad l. Falc &
hoc modo efficiat, vt liberi, & parentes, vel
nullam, vel minorem Falcidiæ detractionē
patiantur *l. quod, si alterutro 77. ff. eod.* ideo hoc
respectu dicitur illis proficere, id exemplum
earum omnium rerum, quæ in quartam im-
putantur *l. 1. §. id, quod ex substitutione, & l.*
Nesennius. 22. & d. l. ex asse 52. in princ. uers.
diminutio ff. eod. Loqui autem Vlpianum de
huiusmodi commodo, patet ex illis verbis;
Nam, si legatis onerată sit portio tam liberorum,
parentumue, quam extraneorum; Onerari enim
dicitur portio legatis, cum ea excedunt do-
drantem, & sic faciunt locum leg. Falcidiæ.
d. l. in ratione. 11. § si filio & d. l. quod si alterutro.
77. ff. eod. Ex quibus infertur, id, quod extra-
neis non præstatur, ita demum communicari
cum eo, qui contra tabulas bonorum posses-
sionem agnouit, si non legatarijs liberis, pa-
rentibusue dādum sit, *ut ibidem subijcit Vlpia-*
nus : nam interdum dandum est, inter-
dum verò non dandum : Quatenus enim
necessarium est ad implenda legata liberis &
parentibus relicta pro ea parte, quæ per legē
Falcidiam fuisset ipso iure diminuta, quod
extraneis non præstatur, liberis, & parentibus
legatarijs dandum est, quatenus verò eam
partem excedit, non est dandum, sed ab eo,
cui portio hæreditatis conseruatur, commu-
nicandum cum eo, qui contra tabulas bono-
rum possessionem agnouit, & inter eos pro
portionabiliter diuidendum. Et ita locū illū
esse intelligendum rectè *Soc. Sen. in d. l. mulie-*
ri, et Titio, num. 14. uers Non obstat tex. et post
eum alij plerique tradidenunt, quorum opi-
nionem verissimam esse puto *quicquid Crott.*
in d. l. re coniuncti, num. 78. et ibi Rip num. 148.
alijque censentur.

Nec obstat, quod imo legata, quæ extra-
neis non præstantur, non proficiunt liberis, &
parentibus nec impediunt, quo minus illi Fal-
175 cidiæ detractionem patiantur † ex *d. l. filium*
5. §. si legata ff de leg. præst. vbi Vlpianus, *Si legata*
fuerint relicta liberis, & extraneis, inquit
licet vtrorumque præstatio Falcidiæ locum faceret,
legataq. liberorum resideret, non tamen ob hoc,
quod extraneis non præstantur, legata liberorum
augentur, quia respondeo, vulgarem eius le-
176 ctionem esse deprauatam, † & rectiùs in Pād.
Flor legi, *tamen nunc ob hoc, quod extraneis non*
præstantur, legata liberorum augentur, secundū
quam lectionem Vlpianus, tanquam sibi
ipsi consentiens nullam re vera præbuit, tam
anxiè laborandi, & sese miserè contorquen-
di causam, vt pote, quæ nō, nisi á lectione de-
prauata profluxit, *sicuti videre est apud gl. in d.*
l. filium 5. §. fin. in verb. profuturum, et ibi Bart.
et alios ff. de leg. præst. de eiusce loci sensu differen-
tes.

In secūda verò quæstione, an scilicet dato
quod *l. filium. 5. §. fi.* non probet communem
Dd. traditionem, nihilominus opinio in se
sit vera, Dubitationem facit illud, quia ex
edicto de legatis præstandis non conseruan-
tur, nisi ea legata, pro quibus habitus est ipsis
177 met coniunctis personis honor † *d. l. 3. § sed,*
& si coniunctim ff. de lega. præst. Sed, quoties le-
gatum personæ coniunctæ, & extraneo, pro
parte extranei nullus habitus est honor con-
iunctæ personæ. Alioquin enim conseruare-
tur, etiamsi legatum peteretur ab eo, qui con-
tra tabulas bonorum possessionem agnouit
d. l. 3. §. 1. quod esset contra *d. § sed, & si coniun-*
ctim. Non potest igitur legatum pro ea parte
conseruari, etiamsi petatur ab eo, qui secun-
dum defuncti voluntatem successit. *Ita ratio-*
cinantur Ias. in d. l. re coniuncti, num. 188. vers.
sed huic considerationi, & ibi Rip. num. 149. vers.
Tu aduerte.

Sed hoc non obstante, puto verissimam
esse communem sententiam Dd. existiman-
tium, ius accrescendi competere etiam ijs
qui ad legatum admittuntur de iure speciali,
dummodo id petant ab eo, qui secundum te-
178 statoris voluntatem successit, † *quæ fuit senten-*
tia eorum omnium, quos retulimus supra numer.
166. Licet enim non probetur *d. l. filium. 5. §.*
fin. probatur tamen ratione scilicet, quia,
179 † qui fruitur voluntate testatoris, eius obse-
quium præstare debet *l. si duo. 16. in fi. ff. de leg.*
præst. Qua ratione fit, vt minus teneatur, &
grauetur is, qui contra defuncti voluntatem
180 successit, quam, qui secundum, † *vt scribunt*
Bart. in d. l. filium. 5. §. fin ff. de leg. præst. Ias. in d.
l. re coniuncti num. 186. in fin. & ibi Crott. num.
77. & Rip. num. 149. Soc. Sen. in d. l. mulieri, &
Titio, num. 14. vers. rationes. Nec cuiquam vi-
deatur absurdum, melioris illum, quam hunc
esse conditionis, *ut videtur Ias. in d. l. re coniun-*
cti, num. 187. in fin. quia, imo hoc est iuris or-
181 dinarij, † siue partem spectemus, siue legato-
rum, & fideicommissorum onera: Nam respe-
ctu partis, si pater ex duobus filijs vnum insti-
tuat in quadrante, alterum verò exhæredet
cum causa legitima, sed non vera, & in do-
drāte instituat extraneum, quis dubitat, quin
melioris sit futurus conditionis exhæredatus,
qui contra defuncti voluntatem venit, quam
institutus, qui venit secundum eius volunta-
tem *l* cum ille beneficio querelæ sit ab extra-
neo semissem auocaturus, hic verò non, nisi
182 suum quadrantem habere possit? † *l. mater de-*
cedē. 19 & ibi gl. in verb semissi, & Bart. n. 4. uers.
gl. format. Bald. n. 4. vers. l. nea gl. in fi. Ang. nu. 5.
Castr. n. 6. ff. de inoff. Respectu vero onerū du-
bium etiam non est, quin melioris sit condi-
tionis is, qui venit contra defuncti volun-
tatem, quam, qui secundum: Nam, quia gra-
uamen ab honore, seu vocatione pendet,
183 † scilicet, quia, quē honoro, grauare possum *l. 1.*
§. sciendum. ff. de leg. 3. quem verò non honoro,
non possum *l. ab eo. 9. C. de fideico.* fit, vt legata
ab eo relicta, qui secundum testatoris volun-
tatem successit, idest, ab instituto valida sint,
& præstari debeant *d. l. is, qui in potestate. 15. in*
prin. uers. sed si solus & d. l. si duo. 16. in fin. ff. de
leg. præst. quæ verò sunt relicta ab eo, qui suc-
cedit contra voluntatē defuncti, puta ab ex-
hæredato, vel preterito, nō debeant, vt inuali-
da præstari *l. 2. ff. de leg. 3. l. pen. C. de fideico.* Hac
etiam ratione fit, vt, si is, qui contra defuncti
voluntatem succedit, aliqua ex causa debeat
præstare legata, minus sit grauandus, quam is,
qui succedit secundum defuncti voluntatē

Qua-

Quamobrem filius in testamento patris insti-
tutus legata præstat omnibus *d. l. si, qui in po-
testate. 15. in prin. vers. sed, si solus*, præteritus ve-
rò non, nisi coniunctis personis *l. 1. in princ. &
tot. tit. ff. de leg. præst.* Quinimo, si institutus be-
neficio præteriti cõtra tabulas bonorum pos-
sessionem agnoscat, si quidem non solus, sed
simul cum præterito, pro ea parte, quam cõ-
sequitur supra institutionis modum, & sic cõ-
tra voluntatem testatoris, non præstat legata,
nisi coniunctis personis, pro ea verò, in qua
fuerat institutus, &, quam obtinet secundum
defuncti voluntatem, præstat omnibus *l. fin.
§. fin. ff. de leg. 3.* quia cum fruatur voluntate,
plenum etiam obsequium præstare testatoris
iudicio pro sui parte debet, vt ait Vlpianus *in
d. l. si duo. 16. in fi. ff. de leg. præstan.* At, si solus
agnoscit cõtra tabulas bonorum possessionẽ,
magis est, vt omnibus legata præstare debeat,
*l. nonnunquam. 14. in prin. & d. l. si, qui in potesta-
te. 15. in prin. vers. sed, si solus ff. eod.* quia, licet
agnouerit contra tabulas, propterea, quod nõ
potuit impediri, quominus agnosceret bono-
rum possessionem ex eo capite quod benefi-
cio præteriti semel commissum est, re vera
tamen venit ex iudicio, & voluntate patris, &
contra tabulas habetur vice secũdum tabulas
bonorũ possessionis *d. l. nonnunquam*, ideoq;
voluntatem eius respectu legatorum omni-
modo implere debet, *secundum ea, quæ supra
diximus.* Ex quibus apparet, verissimum esse,
quod supra diximus, scilicet, ordinarium esse,
vt melioris conditionis sit is, qui succedit cõ-
tra voluntatem defuncti, quam, qui secundũ.
184 Quod etiam rationem habet: nam † qui
contra voluntatem succedit, venit ex lege,
quæ eam defert portionem, quam filius esset
habiturus, si pater nullum testamentum con-
didisset *d. l. mater decedẽs. 19. ff. de inoff.* At, qui
succedit ex voluntate, venit ex dispositione
testatoris, qui plerunq; minus relinquit filijs,
quam ad eos esset ab intestato peruenturum
d. l. mater decedens, propter facultatem, quam
habet ex lege disponẽdi pro arbitrio de om-
185 nibus bonis suis excepta legitima † *Auth. de
trien. & sem. in prin. vers. frequenter, & §. 1. in
prin. & vers. licebit, coll. 3. Auth. ut lic. matr. &
au. in prin. coll. 9.* Vnde fit, vt maiorem plerũq;
partem habeat is, qui venit contra voluntatẽ,
quam, qui secundum, *ut supra dictum est.* Hinc
etiam fit, vt respectu legatorum, magis gra-
uetur veniens ex voluntate, quam veniens
contra voluntatem, quoniam hic, quia hæ-
reditatẽ habet ex lege, non ex iudicio defun-
cti, grauari non potest, *ex regula d. l. Labeo. 9. C.
de fideic.* & per consequentias non tenetur
præstare legata a testatore relicta, aut, si qua
ratione ea præstare debet, ita res est temperã-
da, vt minus grauetur, quam fieri possit, prout
euenit in edicto de legatis præstandis. At, qui
venit ex voluntate, quia rem habet ex iudi-
cio defuncti, ideo dispositiones eius in totum
seruare debet *d. l. si duo. 16. in fin. ff. de leg. præ-
stan.* tum quia agnoscendo hæreditatem cen-
setur omnes eius dispositiones approbare *l. si
patroni. 55. §. qui fideicommissariam, vers. cum
enim ff. ad Treb.* tum etiam, quia voluntas te-
statoris, tamquam indiuidua non potest pro
parte acceptari, & pro parte respui *l. nam ab-
surdum. 7. ff. de bon. liber. & nos latè dicemus in
9. cap. q. 23. nu. 9.* & sic acceptari, quoad emo-
lumentum, & respui, quoad onera legatorũ,
l. vn. §. pro secundo in fin. C. de cadu. toll.
Nec obstat, quod absurdum sit, melioris
esse conditionis exhæredatum, quam præte-
186 ritum † *l. maximum vitium. 4. vers. nam, cum
vltimum C. de lib. præter.* quia respondeo, licet
hoc sit absurdum, non tamen sequi, absurdũ
esse, melioris esse conditionis eum, qui venit
contra voluntatem, quam, qui secundum, sci-
187 licet, quia longè diuersa est ratio: Nam, † ex-
hæredatus, & præteritus, licet ambo veniãt ex
lege, sunt tamen dispares, & disparitas in eo
consistit, quia plus iuris habet præteritus, quã
188 exhæredatus: † Præteritus enim, vel nullum
dicit testamentum, vel id per contra tabulas
bonorum possessionem euertit *d. l. maximum
vitium. 4. vers. & , si præteritus C. de lib. præt.*
non expectata hæredis scripti aditione, quip-
pe, quæ, vel fieri non potest, vt, cum suus est
præteritus *l. si filius. 7. ff. de lib. & post.* vel, si po-
test, vt, cum præteritus est emancipatus, non
est necessaria ad hoc, vt is possit bonorum
possessionem cõtra tabulas agnoscere *l. quod
vulgo. 19. ff. de bon. poss. contra ta.* At verò exhæ-
redatus neutrum facere potest, sed hoc solũ
ei permittitur, vt proposita querela hæredita-
tem ab intestato cuineat *l. non putauit 8. in
prin. vers. sanè ff. de bon. poss. contra ta. § fin. Inst.
de exhær. lib. & d. l. maximum vitium. 4. vers. nã,
cum vltimum C. de lib. præt.* quæ res non, nisi
post aditionem ab hærede factam locum ha-
bere potest *l. Papinianus. 8. §. si conditioni, vers.
cur ergo. ff. de inoff.* ideo, si plus tribuatur exhæ-
redato, quam præterito, rectè dicimus, hoc
esse absurdum, quia non debet esse melioris
conditionis, qui minus iuris habet, quam, qui
plus *l. Publius. 36. § Titia, vers. etenim ff. de cond.
& dem.* At hæc ratio cessat, quoties argumen-
tum ducitur ab eo, qui venit contra volunta-
tem testatoris, ad eum, qui venit secundum
voluntatem, quia, licet, & ipsi sint dispares,
scilicet, quia vnus venit ex lege, alter verò ex
iudicio defuncti, disparitas tamen non con-
sistit in eo, quod plus iuris habeat veniens ex
voluntate, quam veniẽs contra voluntatem,
sed contra. Nam & respectu partis, & respectu
legatorum minus hic, quam ille, iuris habere
solet, *ut supra dictum est.* Ergo, licet dicamus,
illum magis, quam hunc grauari, non tamen
poterit hoc censeri absurdum, quia absurdũ
non est, melioris esse conditionis eum, qui
plus iuris habet, quam, qui minus, sed con-
tra.
Nec est, quod aliquis obijciat, causam ab-
189 surditatis *in d. l. maximum vitium*, non † a re
ipsa deduci, sed a voluntate testatoris, quæ
etiam in specie nostra continetur: nam ideo
dicitur, absurdum esse, plus habere exhære-
datum, quam præteritum, quia pater illam in-
iuria dignã existimauit, hanc verò non vtiq;
quia respondeo, voluntatem defuncti dupli-
citer considerari posse, vel ratione rei, vel ra-
tione modi, ratione rei, cum vnum rem vult
habere, alterum verò non habere, Et hoc re-
spectu non est absurdum, melioris esse con-
ditionis eum, quem testator habere nõ vult,
si a lege vocetur, quam alium, quoniam is,
quem habere vult, tamquam veniens ex iu-
dicio defuncti, grauari potest, quem verò nõ
vult,

vult, non potest, & in his terminis nos loquimur. At verò ratione modi, non rei, voluntas
consideratur quoties testator neutrum vult
habere hęreditatem, sed vnum repellit vno
modo, nempe exhæredatione, quę notam in-
190 fert, & iniuria filium afficit † *l. non est enim 4. ff. de inoff. l. multi nō notę 18. ff. de lib. et posth. l. nō putauit. 8. in princ. ff de bon. poss. contra tab. d. l. maximum vitium. 4 vers. quod si fuisset C. de lib. præter. §. hęc autem disposuimus, vers. sola. Auth. vt, cum de app. cognos. coll. 8.* alterum verò repellit
alio modo, nempe præteritione (nam, & qui
præterit, dicitur velle filium excludere *l. sicut certi. 9. C. de testa. mil.*) quæ notam, & iniuriam
191 non infert † *d. l. maximum vitium 4. vers quod, si fuisset.* Et tunc rectè dicimus, absurdum esse,
melioris esse conditionis eum, quem per exhæredationis modum voluit excludere, quā
eum, quem per modum prætermonis, *vt in d. l. maximum vitium. 4. vers quod, si fuisset.*
192 Ratio diuersitatis, est, quia † filius, quem
pater exhęredauit, habet contra se patris certam, & indubitatam nocendi voluntatem,
quam non habet is, quem præterijt, scilicet,
quia potest dubitari, an eum præterierit per
obliuionem *§. posthumi, vers. sed fœminini, Inst. de exh. liber.* ideoq; pater exhæredando
plus nocet filio, quam præterendo: Exhæredando enim excludit eum ipso iure ab hæreditate, & operatur, vt non sit suus hæres ante,
quam proposita querela rescissum sit testamentum, præterendo verò non excludit,
quia filius nullum dicit testamentum, & per
inde suus hæres ab intestato existit, ac, si pater
nullum omnino testamentum condidisset *d. l. si duo. 16. vers. si quidem ff. de leg. præstan.*

Denique non obstat, quod ex edicto de legatis pręstandis non conseruentur, nisi ea legata, pro quibus coniunctæ personæ habitus
est honor, qui alioquin non censetur habitus
pro parte extraneo data, quia respondeo, id
193 procedere, † quoties legata conseruantur in
odium eius, qui contra tabulas agnoscit bonorum possessionem, & ita venit contra voluntatem testatoris, quippe, qui minus, quam
possibile est grauari debet. Cœterùm, si conseruentur in odium eius, qui venit secundum
voluntatem, magis esse, vt conseruentur, etiā
pro parte, quæ accrescit, per ea, quę diximus
supra num. 179. & seqq. quęque non est necesse
hic iterum repetere.

Ex his infertur primò, si minor post repudiatum legatum, quod sibi coniunctim cum
alio fuerat relictum, iterum ad illud petendū
in integrum restituatur, habiturum eum ius
accrescendi, si coniunctus postea repudiet,
194 aut alter deficiat, † quia, licet capiat legatū
iure singulari, id tamē capit ex voluntate defuncti, & petit ab eo, qui & ipse secundū eius
voluntatem successit. *Ita scribunt Bart. in d. l. mulieri, & Titio, numer. 2. & ibi Castr. num. 3. Soc. Sen. num. 15. vers. contrarium, Bart. in d. l. re coniunctis, num. 45. & ibi Ias. nu. 185. Crott. nu. 79. Rip. num. 152. Bald. in d. l. vn. num. 19. vers. quid ergo, & ibi Seb. Sap. num. 45. Cagn. num. 61. vers. & pro ista C. quand. non pet. part. Montic. de con. vlt. vol. lib. 10. tit. 3. num. 31. Grass. in d. §. ius accrescendi q. 18. nu. 4. vers. secus verò, Duar. d. libr. 2. de iur. accr. cap. 20. Et videntur etiam sensisse, qui simpliciter scripserunt, minori in integrum restituto ius accrescendi competere, quos retulimus supra num. 17.* Quod etiam varijs rationibus comprobatur.

Primùm enim restitutio ponit omnia in
195 pristinum statum † *l. quod, si minor. 25. §. restitutio ff. de minor.* Sed si res esset in pristino statu idest, si minor non repudiasset, haud dubiè
ius haberet accrescendi *l. vn. §. vbi autem legatarij C. de cad. toll. §. si eadē, Inst. de legat.* Ergo
debet etiam illud habere, cū in integrū restituitur. *Ita arguunt Soc. Sen. in d. l. mulieri, & Titio, n. 15. vers. contrarium, Ias. in d. l. re coniuncti num. 186. & ibi Crott. num. 79. Rip. num. 152.*

Secundo verò tantum minori tribuit in
integrum restitutio, quantum abstulit læsio
196 † *l. ab hostibus 15. §. fin. ff. ex quib. caus. ma.* Sed
læsio, quam passus est ex legati repudiatione,
abstulit ei ius accrescendi. Ergo id ipsum tribuere debet in integrum restitutio. *Ita ratiocinatur Crott. in d. l. re coniuncti num. 79.*

Tertio in integrum restitutio, non solum
tribuit rem principalem, sed etiam incremē-
197 ta, quæ veniunt accessoriè, † vt patet ex *l. 1. § 1. ff. de collat. bono. quam in his terminis considerant Bart. in d. l. re coniunctis, nu. 45. & ibi Ias. nu. 185. Crott. nu. 79.* vbi minori in integrum
restitutio competit etiam beneficium collationis, & sic incrementum, quod mediante
collatione recipit pars hæreditatis, ad quam
fuit restitutus. Sed pars accrescens est incrementum, quod venit accessoriè ad partem
principalem. *vt ostendemus in 9. cap. q. 43. n. 10. & seqq.* Ergo restitutio debet etiam hāc partem accrescentem tribuere.

Quarto, qui iure singulari admittitur ad
legatum, non excluditur a iure accrescendi,
si per id non consequatur plus, quam fuisset
198 habiturus, si iure communi admissus esset † *d. l. mulieri, & Titio, vers. Tantum. secundum eum intellectum, quem nos veriorem esse ostendimus supra nu. 151. & seqq. Et in specie scribunt Bald. cons. 333. num. 3. vol 3. Soc. Sen. in d l. mulieri, & Titio, num. 6. & 15. vers. hoc puto verum, Crott. in d. l. re coniuncti, num 79 & ibi Rip. num. 152.*
Sed hic non consequitur plus, quam fuisset
habiturus, si iure communi ad legatum admissus esset, quia, si non repudiasset, coniuncti pars omnimodo illi accreuisset. Debet igitur habere ius accrescēdi, etiamsi iure singulari, idest, beneficio restitutionis ad legatum
admittatur.

Quinto eadem dicuntur de repudiatione,
quæ & de acceptatione *l. nolle. 4. & l. si potest 18 ff. de acq. hæred.* Sed restitutio concessa aduersus acceptationem operatur, vt perinde
199 sit, ac, si legatum non fuisset acceptatum † *l. nec nouum est. 5 ff. de cond. ind.* ergo, & restitutio concessa aduersus repudiationem debet
operari, vt perinde sit, atque si legatum nunquam fuisset repudiatum. Atqui, si repudiatum non esset, minor haberet ius accrescendi. Debet igitur etiam illud habere post in integrum restitutionem. *Ita arguit Crott. in d. l. re coniunctis, num. 79. in fi.*

Secundo infertur, si duobus fuerit relictū
legatum ab eo, qui omissa causa testamenti
ab intestato possidet hęreditatem, & vnus legatum petat, alter verò repudiet, aut aliter
deficiat, huius portionem debere illi accre-
200 scere, † quia, quamuis ad legatum admitta-
tur

tur iure singulari, nempe ex edicto, si quis
omissa causa testamenti, admittitur tamen
ex voluntate testatoris, ideoque debet habe-
re ius accrescendi. *Ita scribunt Bart. in d. l. re*
coniunctis, num. 46. & ibi Ias. num. 186. Alcia.
nu. 51. vers. vnde, Rip. n. 153. & Io. Gaud. n. 63.

Nec obstat, quod petat legatum ab eo, qui
videtur contra defuncti voluntatem succe-
dere, quo casu ius accrescendi cessat, *ex ijs, quæ*
diximus supra num. 161. & seqq. quia respon-
201 deo primo, contrarium procedere, † quando
legatum petitur ab eo, qui effectu consequi-
tur hæreditatem, siue successionem vniuer-
salem contra voluntatem defuncti, vt, cum
petitur a filio præterito, qui contra tabulas
bonorum possessionem agnouit, quippe quē
testator re vera noluit habere suam hæredi-
tatem. At in casu, de quo nos loquimur, hæ-
res, si spectemus effectum, non habet hæredi-
tatem contra voluntatem defuncti: nam eo
ipso, quod illum instituit hæredem, sine du-
bio declarauit, se velle, eum habere hæredi-
tatem sed dicitur eam habere contra volun-
tatem respectu causæ, seu modi succedendi,
scilicet, quia testator voluit, eum habere hæ-
reditatem ex testamento, & ipse maluit, eam
habere ab intestato, ideoque non debet hoc
impedire, quominus legatarius, tamquā pe-
tens legatum ab eo, qui hæreditatem ipsam
consequitur ex voluntate testatoris, ius ha-
beat accrescendi. *Ita respondet Rip. in d. l. re co-*
iunctis, num. 153.

Secundo respondeo, imo legatum peti ab
eo, qui successit secundum defuncti volunta-
tem, si non verè, saltem interpretatiuè, scili-
202 cet, quia, † licet adierit ab intestato, perinde
tamen habetur, ac, si ex testamento adijsset
l. 1. in prin. & l. duo hæredes 18. in prin. ff. si quis
om. caus. test. Ita respondent Bart. in d. l. re con-
iunctis numer. 46. & ibi Ias. numer. 186. & Rip.
num. 153.

Tertio infertur, si cum patre dispensatum
sit vt duobus filijs spurijs legare possit, locū
203 inter eos habiturum ius accrescendi. † *vt scri-*
bunt Bald. in d. l. vn. §. ubi autem legatarij num.
10. C. de cad. toll. Ias. in d. l. re coniunctis, nu. 179.
Gul. Bin. in d. cap. Raynutius, in verb. & vxorē
nomine Adelasiam, numer. 125. Peralt. in d. l. &
Proculo 20. nu. 43. ff. de leg. 2. quia, licet admit-
tantur ad legatum iure singulari, & ex priui-
legio, admittuntur tamen ex volūtate testa-
toris & petunt legatum ab eo, qui pariter se-
cundum eius voluntatem successit. Idque
multo faciliùs procederet, si tales filij legiti-
marentur: nam tunc ideo inter eos locum
haberet ius accrescendi, quia ex priuilegio
legitimationis sequitur ius commune, idest,
204 habilitatio. † *Ita scribunt Bald. in d. l. vn. §. vbi*
autem legatarij num. 10. C. de cad. toll. Ias. in d. l.
re coniunctis num. 179.

Quarto infertur, ius accrescēdi habere lo-
cum etiam in testamento militis *l. si miles 32.*
ff. de milit. testa. & nos latè ostendemus in 10. cap.
q. 24. num. 5. & seqq. licet id non valeat iure
communi, sed iure singulari, nempe ex priui-
legio militum *l. 3. & tot. tit. ff. de milit. testa. l.*
quamquam 3. l. miles 15. & l. pen. C. eod. Itaque,
si miles eandem rem duobus legauerit con-
iunctim, & vnus ex legatarijs repudiet, aut ali-
ter deficiat, eius pars coniuncto accrescet,
non obstante, quod ad legatum admittatur
iure speciali, scilicet quia admittitur ex volū-
tate testatoris, & legatum petit ab eo, qui &
ipse secundum eius voluntatem successit.

Quinto infertur, id ipsum ius accrescendi
habere locum etiam in testamēto inter libe-
205 ros. † *vt scribunt Bald. in d. l. hac consultissima.*
21. §. ex imperfecto, num. 8. & ibi Ias. num. 11. C.
de testa. Bald. in l. si post diuisionem. 4. num. 3. C.
de iur. & fact. ign. Ias. in d. l. re coniunctis, numer.
202. & ibi Crott. num. 7. Alcia. num. 53. vers.
quid ergo, Ias. in l. si duo patroni. 13. in prin. nu.
6. vers. 3. aduerte & ibi Addent. ad Bart. in lit. b.
ff. de iureiur. Ias. in l. planè. 34. §. si coniunctim,
numer. 15. vers. sed tu aduerte, & in l. huiusmodi
86. §. si Titio, & Meuio, num. 13. ff. de leg. primo
& in l. 1. num. 17. vers. 4. ff. de cond. ind. Seb. Sap.
in l. testamento. 6. num. 2. C. de impub. & al. subst.
Io. Gutier. in l. nemo potest 58. num. 464. & seq. ff.
de leg. primo & nos etiam diximus in 5. cap. q. 2.
num. 9. tametsi non iure communi, sed iure
singulari sustineatur, *vt in specie declarat Crott.*
in d. l. re coniunctis, num. 161. Itaque si ex duo-
bus, aut pluribus filijs quibus aliquid coniū-
ctim relictum est, vnus deficiat, eius portio
coniuncto accrescet. Idem est, &, si legatum
fuerit relictum coniunctim filio, & extraneo
nam pars relicta extraneo, quæ ei non debe-
tur, accrescet filio coniuncto, *vt scribunt ij,*
quos retulimus in d. q. 2. num. 9. Denique si filij
fuerint hæredes instituti & extraneis relicta
legata, non capientur hæc ab extraneis, sed
206 accrescent filijs institutis. † *l. hac consultissima.*
2. §. ex imperfecto & ibi Ias. num. 9. C. de testa.
Crott. in d. l. re coniunctis, num. 169. Sed magis
est, vt in hoc postremo casu legata non perti-
207 neant ad filios † iure accrescendi, sed iure hę-
reditario, seu iure institutionis, *sicuti ostendi-*
mus in 5. cap. q. 43. num. 30. & seqq. Nam, cum
hoc iure consequantur id omne, quod est in
hæreditate, siue in hæreditate manet *l. 1. §.*
Scæuola ff. si is, qui test. lib. ess. iuss. fue. & legata,
quæ non capiuntur a legatarijs, maneant in
hæreditate, siue apud hæredes, a quibus sunt
derelicta, *vt diximus in 9. cap. q. 1. num. 9.* Con-
sequens est, vt ea dicantur capi iure hæredi-
tario, siue iure institutionis, nō verò iure ac-
crescendi, quippe, quod in hac specie consi-
derari nullo modo potest: nam ius accrescē-
di non est, vbi nō est coniunctio *l. 1. in prin. ff.*
de vsufr. accr. & nos diximus in 5. cap. q. 36. nu.
6. Sed inter hæredem, & legatarium nulla est
coniunctio, *vt diximus in eodem 5. cap. q. 43.*
num. 25. cum illi tantum dicantur coniuncti,
qui vocantur ad eandem rem, & eodem iure,
vt diximus in eodem 5. cap. q. 1. numer. 2. & seqq.
& hæres, ac legatarius vocentur ad res diuer-
sas, & diuerso iure, scilicet, quia hæres voca-
tur ad hæreditatem, quæ differt a re legata *l.*
si Titius. 94. in fi. ff. de leg. 3. & vocetur iure in-
stitutionis, quod a legati iure distinguitur *l.*
in quartam 90. ff. ad l. Falc. Non potest igitur
inter eos ius accrescendi considerari. Nec
obstat *§. ex imperfecto,* vbi legata extraneis re-
licta dicuntur filijs institutis accrescere, quia
verbum illud ibi sumitur impropriè, & abu-
siuè, habito scilicet respectu ad incremen-
tum, quod effectu capit hæreditas, non verò
ad incrementi modum, *vt in simili diximus in*
hoc cap. q. 7. num. 9.

Sexto infertur, ius accrescendi habere locum etiam in testamento ad pias causas, quā uis id etiam iure singulari, & priuilegiario sustineatur. Itaque, si in huiusmodi testamento duobus, aut pluribus in piam causam legetur, erit inter legatarios iuri accrescendi
208 locus, † *vt scribunt Bald. in d. l. 1. num. 48. & ibi Andr. de Bessit. num. 133. C. de sacros. Eccl. Ias. in d. l. re coniunctis, num. 122.*

Planè, si filiusfa. patre permittente testatus sit, partim ad pias causas, & partim ad causas non pias, puta legauerit Ecclesiæ, & Titio fundum, quod causæ non piæ relictum est, & pro non scripto habetur, non accrescet piæ causæ, sed ad venientes ab intestato pertinebit, quia dispensatio non recipit ius accrescendi, ne multiplicetur inconueniens.
209 † *Ita scribunt Bald. in d. l. senium. 3. num. 7. & ibi Castr. num. 8 in fi. Alex. num 7. C. qui testa. fac. poss. Imol. in l. tam is. 25. § filiusfa. num. 6 vers. an autem ff. de mort. caus. dona. Andr. de Bessit. in d. l. 1. num. 133. C. de sacros. Eccl. Ias. in l. hac consultissima. 21. §. ex imperfecto, num. 10. vers. 2 pro etia C. de testa. vbi ait, in hoc nimium differe. pare, & Corn. cons. 319 numer. 7. in fi. vol. 4.* Et, quamquam plerique contrarium censuerint, *vt Ias. in d. l. re coniunctis, num. 190.* non est tamen a superiore sententia, quæ receptior est, recedendum.

Nec est contrarium, quod ius accrescendi locum habeat inter spurios, quibus pater aliquid reliquit ex dispensatione, *vt diximus supra num. 203.* quia longè alia est illios, alia
210 huius speciei ratio: nam † in illa dispositio constitit à principio in persona vtriusque legatarij, cum pater ex dispensatione potestatem haberet vtriq; spurio relinquendi, ideoque concurrente voluntate, quæ ex coniunctione colligitur, non debet excludi ius accrescendi ex eo solo, quod dispositio sustineatur iure singulari, & priuilegiario, quia sola hæc causa non est sufficiens ad excludēdum ius accrescendi in persona illius, qui venit ex voluntate testatoris, *vt supra dictum est.* At in hac specie dispositio iam vsque ab initio non constitit in persona illius, cui relictum est in causam non piam, non quidem ob ipsius personę defectum, sed ob personā testatoris, qui respectu illius testamenti factionem non habuit. Quo fit, vt nec per cōsequentias debeat Ecclesię accrescere, quia, quod legatum non est, non accrescit, *vt diximus supra num. 118.*

Quintus, & vltimus casus est, quando tractatur de iure non decrescendi. Et tunc, si quæramus, an id competat ei, qui admittitur de iure speciali, constat duas fuisse nostrorū interpretum sententias: primam existimantium, idem esse de eo, quod de iure accrescēdi dicendum, vt scilicet non competat ei, qui consequitur partem suam iure singulari, nisi causa priuilegij duret etiam in parte vacāte.
211 † *Fuit hæc sententia Ias. (licet sub dubio) in d. l. re coniunctis, num. 195. & seq. vbi ait, huiusmodi conclusionem facilè sustineri posse. Eiusdem opinionis fuerunt Alciat. d. lib. 6. Parado. cap. 8. nu. 2. & Did. Spin. in suo specul. testa. gl. 9. num. 26.* Mouentur autem, vt ita sentiant *d. l. mulieri,*
212 *& Titio*, vbi, † licet tractaretur de iure non decrescendi, non tamen ei locus fuit, eo, quod legatum fuerat conseruatum mulieri de iure speciali contra voluntatem testatoris. Fuisse autem ibi tractatum de iure non decrescē. improbant ex eo, quia mulier, & Titius ibi erat
213 † re, & verbis coniuncti, *vt scribunt Ias. in d. l. re coniunctis, nu. 195. Alcia. d. lib. 6. Parad. cap. 8. num. 2. Perals. in d. l. & Proculo. 20. num 47. circa medium ff. de leg. 2. Did. Spin. d. gl. 9. num. 36. & 19. & Cuiac. in d. l. mulieri, & Titio, in 32. lib. quæstio Papin.* nam testator dixerat, lego mulieri, & Titio vsumfructum, si mulier non nupserit, quo casu nō potuit tractari de iure accrescendi, sed tantum de iure non decrescendi, *vt est receptior dd. opinio, sicuti retulimus in 5. cap. q. 39. num. 3.*

Verùm hoc non obstante verius est, quod alij frequentiùs tradiderunt, scilicet distinctiones supradictas habere locum, quando tractatur de iure accrescendi. Ceterùm, quādo de iure non decrescendi, magis esse, vt indistinctè id competat etiam succedentibus de iure speciali, siue tractetur de hæreditate, siue de legato, vel fideicommisso, & siue succedatur contra voluntatem defuncti, siue se-
214 cundum. † *Ita enim scripserunt gl. in d. l. 3. §. sed, & si coniunctim, in verb. portio & in d. l. filium. 5. § fin. in verb. profuturum, & ibi Bart. num. 1. ff. de lega. præst. Bart. in d. l. re coniunctis, num. 47. & ibi Ias. num. 7. & 152. Alcia. num. 1. 51. & 52. vers. seius ergo, Polit. num. 75. vers. Itaque in hac dubitatione, & Rip. num. 145. in fi. & num. 151. Imol. in d. l. tam is. 25. § filiusf. nu. 6. vers. an autem ff. de mort. caus. don. Dec. in rubr. C. quand. non pet. part. in 3. lect. nu. 11. Claud. Tut. in l. vn. num. 148. vers. 4. C. eod. Mantic. de coni. vlt. vol. lib. 10. tit. 3. num. 18. & 30 Crass. in d. §. Ius accrescendi q. 18. nu. 2. Duar. d. lib. 2. de iur. accr. cap. 20. in fi.* Probatur autem hæc sententia

Primo *l. filium. 5. §. fin. ff. de leg præstan cuius e verba retulimus supra num. 167.* Nam in eius
215 specie, † si legata fuissent pręstanda omnibus idest, iam extraneis, quam libetis, & parentibus, omnium legata fuissent diminuta, & ita decreuissent, quia, cum portio hæreditatis fuisset onerata, idest, supra modum legis Falcidiæ, siue supra dodrantem grauata, potuisset institutus detrahere Falcidiā, & hoc modo minuere omnia legata, & tamen, quia nō præstantur extraneis, remanent solida legata relicta coniunctis personis, &, quod illis non præstatur, facit, vt his solidum præstetur, quod alioquin potuisset diminui. Ergo, cum per legatarij concursum potuisset legatum decrescere, si ille non concurrat, non decrescit, licet quis admittatur de iure speciali. Omnimodo igitur verum est, ius non decrescendi competere etiam ei, cui legatum conseruatur de iure speciali. *Et ita locum illum ad hoc ponderant gl. ibi, in verb. profuturum, Seb. Sap. in d. l. vn. num. 45 & ibi Claud. Tut. numer. 148. vers. 4 C. quand. non pet. part.*

Secundo probatur *d. l. filium. 5. §. si legata ff. de lega. præst. cuius etiam verba retulimus supra num. 175.* nam illa verba, *tamen nunc ob hoc, quod extraneis non præstantur, legata liberorum*
216 *augentur*, probant etiam † legata liberorum, quę potuissent diminui per legē Falcidiam, si alij legatarij fuissent admissi, nō decrescere, si alij non admittantur, sed integra esse piæ.

præstanda, etiamsi liberi admittantur iure speciali, idest, ex edicto, de legatis præstandis. Et, quamquam *gl. in d. l. filium. 5. § si legata in verb. augentur, & in d. §. fin. in verb. profuturum*, putet, legata, quæ extraneis nõ præstantur, non proficere coniunctis personis, sed ei, qui cõtra tabulas bonorum possessionem agnouit *in d. § si legata*, & ita etiam videantur accepisse, *Bart. in d. l. re coniuncti, num. 44. & ibi Ias. num. 188. vers. Tu dic, Polit. num. 75. Ant. Fum. de coniun. d. cap. 15. num. 2.* dum allegant *d. § si legata*, ad probandum, ius accrescendi non competere legatarijs capientibus partem suam iure speciali, si eam petãt a succedente contra voluntatem defuncti, eorum tamen opinio est erronea, & fundata in falsa eius textus lectione, quæ vulgò ita concipitur, *non tamen ob hoc quod extraneis nõ præstantur legata liberorum augetur* cum alioquin vera, & Florentina lectio sit, *tamen ubi ob hoc, quod extraneis non præstantur, legata liberorum augentur*, vt etiam supra diximus.

217 Tertio probatur, quia, † quod a testatore relictum est, conseruatur etiam ei, qui admittitur de iure speciali *l. 3. § hoc autem ff. de leg. præst.* Sed, quoties duobus eadem res disiunctim relinquitur, tota res singulis relinqui intelligitur, quia sermo testatoris vnicuique rem insolidum assignat *l. vn. §. vbi autem legatarij, vers. sin vero non omnes C. de cad. toll.* Ergo tota etiam res debet vnicuique conseruari, licet ad eam speciali iure admittatur. *Ita ratiocinantur Ias. in d. l. re coniuncti, num. 152. & ibi Rip. num. 151.*

Neque obstat contrarium, quia respõdeo, negando in specie *d. l. mulieri, & Titio*, tracta-
218 ri † de iure non decrescendi, cum verius sit, tractari de iure accrescẽdi. Nec obstat, quod, quando legatarij sunt coniuncti re, & verbis, prout erant in specie *d. l. mulieri*, non tractetur de iure accrescendi, sed de iure nõ decrescendi, quia respondent nostri frequentiùs, supponendum esse, testatorem ibi partes expressisse & dixisse, lego vsumfructum mulieri, & Titio æquis portionibus, ac eo modo effecisse, vt legatarij verbis tantum essent cõiuncti, inter quos non, nisi ius accrescendi locum habere potest, *vt ex veterum sententia retulimus in 5. cap. q. 38 num. 1.*

Verùm hæc responsio mihi non probatur primo, quia, ne verbum quidem in dicta lege de partibus a testatore expressis, imo contra, quod Papinianus simpliciter ait, testatorem legâsse vsumfructum mulieri, & Titio, verisimile est, eum ita simpliciter locutum esse, Lego mulieri, & Titio vsumfructum fundi, quia moris erat I.C. referre speciem similem verbis testatoris, &, vbi testator dederat partes, id exprimere, *vt patet ex l. si duobus 16. §. fi. ff. de leg. primo l. quidam. 6. §. vlt. cum 2. ll. seqq. ff. de reb. dub.* Secundo, quia si testator in specie *d. l. mulieri*, partes expressisset, non potuisset mulier, etiam mortuo, vel capite minuto Titio habere totum, cum inter verbis tantum coniunctos, non sit ius accrescendi in vsufructu *l. pen. ff. de vsufr. accr. & not esse verius ostendimus in eodem 5. cap. q. 38. num. 26. & seqq. tametsi contrarium frequentiùs alij censuerint.* Cum igitur post mortem, aut capitis minutionem Titij mulier sit consecuta totum vsumfructum. Consequens est, vt non possit testator censeri æquas partes expressisse.

Quamobrem verius est, mulierem, & Titium ibi re, & verbis coniunctos esse, sed non tractari de iure non decrescendi, sed de iure accrescendi, quia inter coniunctos re, & verbis non ius non decrescendi, sed ius accrescẽdi locum habere solet, *vt esse verius ostẽdimus in eodem 5. cap. q. 39 num. 8. & seqq. Et in proposito respondent Alcia. in d. l. re coniunctis, num. 51. & ibi Polit. num. 75. vers. Itaque in hac dubitatione.* Aliàs posita communi, quæ vult, inter re, & verbis coniunctos locum habere ius nõ decrescendi, vix est, vt locus excitari possit. Et hæc de ijs, qui principaliter ad suam portionem admittuntur.

S V M M A R I V M.

1 *Vsusfructus non potest a persona separari sine sui interitu.*
2 *Vsusfructus non transit ad hæredes.*
3 *Vsusfructus non transit in successorem singularem.*
4 *Ius accrescendi, an transeat ad hæredem, non potest quæri in vsufructu.*
5 *Ius accrescendi non transmittitur ad hæredes, quoties agitur de vsufructu.*
6 *Ius accrescendi transmittitur ad hæredes, & cur, num. 8 & seqq. Declara vt num. 15. & 18.*
7 *Ius accrescendi transmittitur ad hæredes siue tractetur de hæreditatibus, siue de legatis & fideicommissis, & cur num 8 & seqq.*
9 *Ius accrescendi, tanquam reale sequitur rem, & transit in omnes, ad quos ipsa res, seu portio principalis transfertur.*
12 *Ius accrescendi transmittitur ad hæredes eorum, qui suas portiones agnouerunt, & cur, nu. 13. & 14.*
16 *Ius accrescendi transmittitur etiam ad hæredes eorum, qui suas portiones non adierunt, in ijs casibus, in quibus hæreditas nõ adita transmittitur.*
19 *Ius accrescendi transmittitur, etiamsi nondum sit delatum.*
20 *Ius accrescendi quantum ad trasmissionem, est potentius iure substitutionis.*
21 *Ius accrescendi transmittitur, etiamsi causetur ab eodem met transmissario.*
22 *Transmissio iuris accrescendi regulariter fit iure communi.*
23 *Ius accrescendi transmittitur, etiamsi competat iure speciali.*
24 *Transmissio iuris accrescendi fit cum omnibus qualitatibus, & conditionibus, quæ ipsimet transmittenti competijssent.*
25 *Hæres rei certæ, qui moritur post agnitam rem in qua fuit institutus, transmittit ius accrescendi ad totam hæreditatem, si nullus ei cohæres vniuersalis datus fuerat, vel datus iam defecerat, et cur, num 26.*
27 *Hæres rei certæ non transmittit totam hæreditatẽ, etiamsi post agnitionem rei moriatur, si cohæres vniuersalis nondum defecerat sed corruente testamento sit intestatæ successionis locus, et cur, num. 28. et seqq. Sed contra num. 31. et cur, nu. 36 et seqq.*
32 *Testamẽtum confirmatur per simplicem agnitionem rei factam ab instituto in re certa, etiam ante, quam vniuersalis deficiat, et cur, nu. 35.*

33 *Substitutio pupillaris per agnitionem rei factam ab instituto in re certa confirmatur, etiamsi nondum defecerit vniuersalis.*

34 *Legata; et omnia disposita in testamento confirmantur si hæres particularis agnoscat rem sibi relictam etiam ante, quam vniuersalis deficiat, et cur, num. 35.*

39 *Conditio tacita non facit dispositionē conditionalem, nec impedit transmissionem, Declara, vt num 40.*

41 *Hæreditas non adita, quando trasmittatur ad heredes, nec ne & nu. seqq.*

44 *Hæreditas pupilli nec defertur, nec per consequentias adiri potest eo adhuc viuente.*

46 *Hæres rei certæ qui moritur post agnitionem rei sibi relictæ, transmittit totam hæreditatem, quæ postea vacat, siue sit filius, siue extraneus.*

47 *Hæres rei certæ, qui post agnitam rem sibi relictā moritur, transmittit totam hæreditatem vniuersali postea deficiente, etiamsi testator viuens rem illam eidem tradidisset, Declara, vt num. 48.*

49 *Vxor, qua quartam habet ex Auth præterea C. vnd vir, & vx. transmittit totam hæreditatem, si omnes agnati, & cognati postea deficiāt, Declara vt num. 50.*

51 *Hæres rei certæ transmittit rem sibi relictam, etiamsi moriatur ante, quam eam agnoscat, & cur num. 52. Declara, vt num 57.*

54 *Hæres rei certæ non transmittit totam hæreditatē, quæ postea vacat, si decesserit non agnita re sibi relicta, & cur, num. 55.*

56 *Testamentum corruit, & simul cum eo, quæcunq; ibi sunt disposita si hæres rei certæ moriatur nō agnita re sibi relicta, & postea vniuersalis deficiat. & num. seq.*

58 *Institutio particularis sustinetur, etiamsi non sit adita hæreditas, quibus casibus legata, & fideicommissa censentur a venientibus ab intestato repetita.*

59 *Hæreditas non adita, quibus casibus transmittitur ad heredes, censetur etiam transmitti ab hærede rei certæ, qui ea non agnita, & ante vniuersalis defectum decessit, & num. seqq.*

An, & quando ius accrescendi transmittatur ad hæredes

Quæstio Sexagesimasecunda.

NVNC Videamus de iis, qui non principaliter vocantur ad portionē, sed secūdariò, cuiusmodi sunt omnes, qui in principaliter vocati locū subrogantur, & dispiciamus, an, & quando ex illorum parte locum habeat ius accrescendi. Sed, quoniam eorum duo sunt genera: quidam enim vocantur, vt proprij illius, cui portio fuerat delata, successores. quidam vero, vt successores alieni, &, qui, vt proprij, vel sunt successores vniuersales, vel singulares, & vniuersales, vel in defuncti, vel etiam in viuentis locum, & ius succedunt, ideo de singulis separatim tractaturi videamus primo de vniuersalibus & iis quidē, qui in defuncti locū, iusq; succedūt, idest, de hęredibus, quorū appellatione, & bonorum possessores, & id genus alij successores vniuersales continentur *l. heredis. 170 ff. de verb sign.* & dispiciamus an, & quando ex illorū parte locum habeat ius accrescendi. Vtique autem de iure accrescendi reali, non etiam de personali loquimur: Nam, cum vsusfructus ita personæ cohæreat, vt ab ea sine sui interitu separari ne-
1 queat † *l. vel si ferno. 15. ff. fam. ercisc.* eaque ra-
2 tione, nec ad heredes transmitti † *l. ... §. vlt. ff. quib. mod. vsusf. am. l. vsusfructu 58. ff. sol. matr. l Sempronius Attalus. 26 in princ. ff. de vsufr. leg. l. 2. & l. 3. ff. quād. dies leg. ced.* nec in alium suc-
3 cessorem transferri possit † *l. si vsusfructus. 67. ff. de iur. dot. §. Item finitur Inst. de vsufr.* fit, vt ad eum non possit adaptari quæstio, an ius accrescendi transmittatur ad heredes, vel alios successores, vt pote, ad quos ne portio
4 quidem principaliter relicta transmittitur, † vt recte docuerunt *Ias in d. l. re coniuncti, nu. 123. & Paris. cons 39. nu. 9. vol. 3* Quod etiam sensisse videntur, qui simpliciter tradiderunt, ius accrescendi non transire in heredem vel aliū successorem, quoties agitur de vsufructu,
5 † *vt Bart in d. l. re coniuncti. num. 26. & ibi Polit. num 5 Rip num 54. vers. prima. Alcia. nu 41. Io. Gaud. num 85. & 87. Crass in d. §. Ius accrescendi q. 12. num. 3.*

In reali igitur iure accrescendi dubitationem facit illud, quia substitutio non transmittitur ad hæredes *l. toties 80. ff de acq hæred. l. si ex pluribus. 9. vers. alia ff. de suis, & legit.* Sed ius accrescendi est quædam substitutio *l. si Titio 63 §. vlt ff. de leg. 2.* Non poterit igitur ad hæredes transmitti.

Sed, hoc non obstante contrarium de iure verius est: nam ius accrescendi regulari-
6 ter transmittitur ad hæredes, † *vt simpliciter scripserunt Azo. in summ. Cod. de cad toll num. 18 Bart. in d l. re coniuncti, num. 48 & ibi Crott. num 49 vers. istud probatur, & Io. Gaud. num. 3. & 83. Bart. in l. qui o iteri. 59. in princ. & ibi Bald in princ Ang. num. 1. & 4 Imol nu. 1 Castr. num 2. Alex num 1. & 2 ff. de acq hæred. Bart in d l vn § huic definitis num 2 & ibi Ang num. 1, Castr. nu. 3. C. de cad. toll. Bart in l. hæc scriptura 26 §. vlt. ff de cond & dem. & in l si ex pluribus. 9 ff de suis, & legit. Bald in l vn, num. 26. & ibi Io Guter. nu. 65 vers. 3 minus obstat C. quād. non pet. part. Bald. in l. quidam elogio 20. num. 18. C. de iur. delib. et in l. toties 80 ff de acq. hæred. Imol. in l liber homo. 59 § si ita scriptum num. 8. ff. de hæred. inst. Papien. in form lib. quo ag ex subst. in verb. breui loco, numer. 41. Port. ad tit. Inst. de Orfic. num. 5. Ias in l 1. nu. 6 ff. de vulg. in l. more. 5 numer. 4. ff. de iurisd. in l. 1 in princ. vers. in prima C. de imp & al. subst. in l. vlt num. 6. vers 3. stringit C. de instit. & subst. & cons. 154. col. 4. vers. 4 principaliter, vol. 4 Gul. Ben. in d c. Raynutius, in verb. et vxorem nomine Adelasiā, num 95. et in verb mortuo itaque testatore 2. nu. 117 Polit. de substit. part 6. num 26. vers. 4 mouer. Cagn in rub. C quand. non pet part. nu 50. Paris. cons 25. num. 12. et cons. 76. num 12. vol. 2. et cons 5 num. 41 vol. 3 Hyer. Verr. in l. ex facto. 43 §. iulius Longinus, num. 28 ff de vulg Rub. in l pater filium. 14 num. 184 ff. de inoff. Chassa. cons. 14. num. 9. Ceph cons. 114. nu. 13 Crau. cons. 965. numer. 5. Mantic. de con. vlt. vol. lib. 4 tit. 5. artic. 7. numer. 13. et tit. 11. num. 16. et decis. 119. numer. 10. Bursa. cons 71. numer. 12. et cons 381. num. 39. Zaz. in l. si mihi, et Titio. 110. in princ. num. 7.*

num. 7 ff. de verb. oblig. Duar. lib. 2. de iur. accr. cap. 6. Baldus in §. ult. nu. 15. et 23. et ibi Mynſ. num. 1. et 3. Cuiac. in poſter. not. num. 8. Vueſemb. num. 2. Inſt. de Orfit. Baldus in §. et plures, num. 10. Inſt. de uulg. Andr. Fach. lib. 10. contro. cap. 69. uerſ. Poſtremo. Coſta. de port. rat. q. 49. num. 3. Ludouiſ. deciſ. 551. num 8. Et accipiendi ſunt, qui ſcripſerunt, ius accreſcendi tranſire in ſucceſſorem uniuerſalem, ut Bart. in d. l. re coniuncti, nu. 26. et ibi Iaſ. numer. 143. Polit. num. 59. uerſ. primo caſu, Graſſ. in d. §. Ius accreſcendi q. 12 num. 1. Cuiac. lib. 12. obſ. cap. 13. Aut in quemlibet ſucceſſorem ut Alex. in l. cum ex filio. 29. §. ult. num. 5. uerſ. pro dicto ff. de uulg. Aut etiam ſimpliciter in ſucceſſorem ut Alcia. in d. l. re coniuncti, num. 31. ſiue tractemus de legatis, & fideicommiſ-
7 ſis, ſiue etiam de hæreditatibus, † ut de utriſq; conſtat ex l. hac ſcriptura. 26. §. ult. et ibi not. Bald. ff. de cond. et dem. et ex l. ſi patronum 44. §. fin. et ibi glo. in uerb. hæreditatis ff. de bon. lib. Et ſcribunt Bart. in d. l. re coniuncti, num. 26 et ibi Iaſ. num. 125 De hæreditatibus uero ſimpliciter conſtat ex l. ſi ex pluribus 9. ff. de ſuis, et legit. l. un. §. his ita definitis, et ibi Cin. num. 2. C. de cad. toll. §. ult. Inst. de Orfit. et Paul. lib. 4. ſent. tit. 8. §. ult. Et ſcribunt Ang. in l. ult. uerſ. præterea C. de inſt. et ſubſtit. Caſt. conſ. 252. num. 1. uol. 1. Ruin. conſ. 91. num. 6. et conſ. 141. num. 8. uol. 2. Trentac. de ſubſtit. part. 1. cap. 15. numer. 4. uerſ. 2. et ultimo, Gomez. tom. 1. uaria. reſol. cap. 10. nu. 35. Cuiac. in d. l. un. §. ubi autem legatarij C. de cad. toll. et in not. ad Paul. d. lib. 4. ſent. tit. 8. §. ult. et lib. 12. obſ. cap. 11. Don. lib. 7. comm. cap. 12. uerſic. 2. loco, Hoto. in d. §. ult. Bu 2. Inſt. de Orfit. De legatis demum et fideicommiſſis ſcribunt Alcia. in d. l. re coniuncti num. 43. uerſ. Addit, Ruin. conſ. 152. nu. 10. uerſ. quia, et ipſi no. 3. Cuiac. ad l. 2. §. hæc autem ff. de quib. mod. uſuſ. amit. in 17. lib. quæſt. Papin.

8 Ratio eſt duplex prima: quia, † cum hoc ius ſit reale, ut ſcribunt omnes, quos retulimus in 4. cap. q. 1. num. 2. ſiue, in rem ſcriptum, ut declarat Bald. in l. ſi totam. 82. ff de acq. hæred. Per idem enim portio portioni, non perſonæ accreſcit l. ſi Titio 39. §. 1. ff. de uſufr. d. l. ſi totam. ff. de acq. hær. qua ratione dicimus, id rem, ſeu portionem reſpicere, uti uidere eſt apud Cin. in d. l. un. §. his ita definitis, nu. 2. uerſ. ratio plena C. de cad. toll. Iaſ. in l. un. num. 19. et 20. uerſ. contrarium, et ibi Claud. Fut. num. 80. C. quand. non pet. part. Iaſ. in d. l. re coniuncti, nu. 128. uerſ. huius fundam. uto, et num. 131. uerſ. contrariam opinionem, et ibi Crott. num. 48. uerſ. et ſequendo et Rip. num. 93. Gomez. d. tom. 1. uaria reſo. cap. 10. num. 35. uerſ. ... ret deſerit, apud Bald. in d. l. ſi totam, ſeu cohærere, apud Cagn. in rub. C. quand. non pet. part. num. 49. et 50. uerſ. et part. Conſequens eſt, ut rem ſequatur, ſicuti docent Bald. in d. l. ſi totam, Goz. ad. in l. qui ſe patris. 3. num. 138. uerſ. Item ius C. und. lib. Rip. in d. l. re coniuncti, num. 93. et ibi Polit. num. 57. uerſ. 2. adducitur, et Gomez. d. tom. 1. uar. reſol. cap. 3. nu. 28. uerſ. 3. et cap. 5. num. 19. et cap. 10. num. 35. uerſ. 2. et num. 44. uerſ. 4. Did. Spin. in ſuo ſpecu. teſt. gl. 27. num. 69. Andr. Fach. lib. 5. contro. cap. 101. uerſ. ultimum. & ad omnes tranſeat, in quos ipſa res, ſeu portio principalis transfer-
9 tur l. cum ex filio. 39. §. ult. et ibi Imol. num. 7. Alex. num. 4. ff. de uulg. Bart. in d. l. un. §. his ita definitis, num. 2. C. de cad. toll. Imol. in l. Papinianus. 43 ff. ad Treb. Caſtr. in d. l. ſi totam. 82. et ibi Imol. num. 2. ff. de acq. hæred. Caſt. in d. l. hac ſcriptura. 26. §. ultim. ff. de cond. et dem. Duar. d. libr. 2. de iur. accr. cap. 6. uerſ. Ego autem. Eſt enim hoc generale in omnibus iuribus realibus ut ſequantur rem & cum re ipſa ad quoſcunque poſſeſſores transferantur l. actionum genera. 24. ff. de actio. et oblig. Ita ratiocinantur omnes, quos referemus in 9. cap. q. 35. num. 3. Et ſimpliciter de iure accreſcendi loquentes Iaſ. in d. l. ult. num. 6. uerſ. 3. ſtringes C. de inſtit. et ſubſtit. et Gomez. d. tom. 1. cap. 3. num. 28. uerſ. 3. et cap. 10. num. 35. uerſ. 2.

10 Secunda ratio eſt, quia, † cum ius accreſcendi reſpiciat ius quæſitum, non quærendum, Conſequens etiam eſt, ut transferatur ad heredes ex regula l. un. §. in nouiſſimo C. de cad. toll. Et ita etiam ratiocinantur ij, quos referemus in eodem 9. cap. q. 35. num. 4. Reſpicere autem ius
11 quæſitum † patet ex eo, quia, aut tractamus de legatis, & fideicommiſſis, Et res caret dubio, quia legata, & fideicōmiſſa etiam ignorantibus acquiruntur, ſtatim atque dies coſſi ceſſit l. cum pater. 79. §. ſurdo ff. de leg. 2. l. filiusf. 16. ff. de teſta. nec ſolum pro parte principali, ſed etiam pro ea, quæ poſtea accreſcit, quippe, quæ retroſinxitur iam uſque ab initio relicta, & acquiſita legatario, q non repudiauit l. ſi dominus. 17. l. Titio et Seio 34. cū 2. ll. ſeqq. ff. ad l. Aquil. Aut verò tractamus de hæreditatibus, Et adhuc idem eſt quia in ijs ius accreſcendi tunc demum transfertur ad hæredes, cum is qui fuerat ad portionem principalem vocatus, poſt eius agnitionem deceſſit ante, quam cohæres deficeret. Qua ratione dicimus, ius accreſcendi tranſmitti ad hæredes
12 eorum, qui ſuas portiones agnouerunt † d. l. ſi ex pluribus. 9. ff. de ſuis et legit. d. §. ult. Inſt. de Orfit. d. l. un. § his ita definitis, uerſ. et hoc uolentibus, C. de cad. toll. Paul. d. lib. 4. Sent. tit. 8. §. ult. Et ſcribunt Gul. Ben. in d. cap. Raynutius, in verb. & uxorem nomine Adelaſiam, num. 95. Gomez. d. tom. 1. variar. reſolut. cap. 10. num. 35. Balduin. in d. §. ultim. num. 23. & ibi Cuiac. in poſter. not. numer. 8. Vueſ. num. 1. Inſt. de Orfit. Cuiac. in d. l. un. §. ubi autem legatarij C. de cad. toll. Alioquin enim, ſi moriens ſuam portionem non agnouiſſet, non poſſet eam in hæredes transferre, quia hæreditas non adita nō tranſmittitur d. l. unic. §. in nouiſſimo C. de cad. toll. & per conſequens ius non poſſet transfer-
13 re ius accreſcendi, † quod tamquam reale ſequitur rem, ut diximus ſupra num. 8. & non competit ei, qui rem ſeu portionem non habet, ut dicemus in hoc cap. q. 70. num. 2. Poſita autem portionis principalis agnitione neceſſariò ſequitur, ius accreſcendi tranſmitti, tamquam ius quæſitum, non, tamquam ius
14 quærendum, quia, † qui partem hæreditatis adit, totam hæreditatem adire cenſetur coeteris poſtea deficientibus l. ſi duo. 38. ff. de acq. hæred. & nos latè dicemus in 8. cap. q. 1. num. 5. Quamobrem hæredibus, ad quos ius accreſcendi tranſmittitur, non eſt neceſſaria noua agnitio, ſed ipſo iure fit accretio d. l. un. §. his ita definitis Cod. de cad. toll. & dicemus in d. q. 1. nu. 19. Alioquin, ſi opus eſſet noua agnitione, non eſſet locus tranſmiſſioni, quia hæres hæredis non poteſt adire, niſi certis caſibus, quos retulimus in hoc cap. q. 41. nu. 37. & ſeqq.

& referemus etiam infra num. 16 & seqq.

Hinc intelligimus, in transmissione iuris

15 accrescendi duo supponi,† Primo, eum, qui transmittit, agnouisse portionem suam, idest portionem sibi principaliter delatam, *sicuti dum ea, quæ diximus supra num. 12.* Vnde, si decedat ante, quam adire possit, puta viuo testatore, aut etiam pendente conditione, nõ erit tractãdum de transmissione iuris accrescendi, quia, cum non transmittat portionẽ principalem, Consequens est, vt nec transmittere possit accrescẽtem, quippe, quæ rem sequitur, & ad eos tantum pertinet, ad quos ipsa portio principalis transfertur, *vt supra dictum est.* Idem est, &, si decedat non adita per negligentiam ea hæreditatis parte, quam adire poterat: nam, neque in hoc casu transmittet, aut portionem principalem, aut eam, quę postea vacat, *vt ostendemus in hoc cap. q. 73. num. 11. & 12.*

Planè, si simus in casibus, in quibus specialiter receptum est, vt hæreditas non adita transmittatur, magis erit, vt moriens censeatur etiam ius accrescendi transmisisse, quia, vt sæpè dictum est, ius accrescendi, tamquã reale sequitur rem ad quoscunque transferatur. Exemplum sit in ea transmissione, quę fit beneficio *l. vnic. C. de his, qui ant. ap. tab.* Nã decedẽs, vt illius beneficio trãsmittit portionẽ principalem paternę, aut maternę, aut etiã auiæ, & proauiæ hæreditatis non aditam in suos descendentes, ita etiam transmittit por-

16 tionem postea accrescentem, † *vt in specie scribit Myns. in d. §. vltim. numer. 2. Inst. de Orfit.* Idem est, si pars hæreditatis transmittatur ex dispositione *l. si inf. vers. 18. C. de iur. delib. vt scribit Castr. cons. 280. num. 1. vol. 1.* Et generaliter in omnibus casibus, in quibus iure singulari receptum est, vt hæreditas non adita

17 transmitta tur, † *de quibus latè Bart. & alij in l. ventre 83. ff. de acq. hæred. & in l. emancipata. 4. C. qui adm. & nos diximus in hoc cap. q. 41. num. 37. & seqq.*

18 Secundo supponimus, † ius accrescendi nõ fuisse delatum in vita transmittentis, sed tantum post eius mortẽ, quia, si in vita, res probabilem dubitationem non haberet, cum certi iuris sit, statim, & ipso iure acquiri portionem ei, qui principaliter vocatus est, ideoque non esse de transmissione disputandum, cum ea, quæ verè quęsita sunt, sine dubio transferantur ad hæredes. Cæterùm, quando in vita transmittentis nondum venit casus iuris accrescendi, tunc probabiliter dubitari posset de transmissione, propterea, quod portio, quæ postea vacat, non videtur delata coniunctò, nisi sub conditione, si socius defecerit, *vt ostendimus in hoc cap. q. 21. num. 16. & seqq* & ea, quæ sub conditione alicui deferuntur, non transmittuntur ad hæredes, si is pendente conditione decesserit *l. vnic. §. sin autem aliquid sub conditione C. de cadu. tollend.* Sed, quia, quandocunq; deficiat, iam vsque ab initio retrofingitur acquisita, *vt supra dictum est*, ideo receptum est, vt & ipsa cum portione principali intelligatur ad hæredes transmissa. Et hoc est, quod vulgò dicimus, ius accrescendi transmitti, etiamsi nondum

19 sit delatum, † *vti videre est apud Alex. in l. quotiens, 13 num. 5. vers. sed potest sustineri C. de her. inst. & cons. 58. num. 5. vol. 3. Gomez. tom. 1. var. resol. cap. 3. num. 28. vers. 3. & cap. 10. num. 35.*

Nec obstat, quod ius accrescendi sit quędam substitutio, quę sui natura non transmittitur ad hæredes, quia responsio patet ex ijs, quæ diximus *in d. cap. q. 2. num. 70. & seqq.* Nam ius accrescendi nõ est verè, & propriè substitutio, sed quasi substitutio. Denique nõ est substitutio facta ab homine, sed a lege, quæ multum ab illa differt, & potissimum in eo, quia, licet substitutio facta ab homine, tamquam personalis non transmittatur ad hæredes, ius tamen accrescendi, tamquam reale transmittitur, *vt latè ostendemus in 9. cap. q. 35. nu. 2. & seqq.* Quamobrem dicimus, ius accrescendi, quãtum ad transmissionem esse

20 potentius iure substitutionis, † *vti videre est apud Cagn. in rubr. C. quand. non pet. part. nu. 50. vers. & pariter. & in l. vn. num. 56. Cod. eod. Zanch. in l. hæredes mei 57 § cum ita, part. 4. nu. 25. ff. ad Treb. Io. Gaud. in d. l. vt coniunctis, nu. 84. vers. quodq; plus.*

Planè, si substitutio sit coniuncta cum iure accrescendi, magis est, vt, & ipsa ad hæredes transferatur, siue sit vulgaris, siue pupillaris, siue etiam (vt plerisq; vsum est) fideicõmissaria, *vt latè ostendemus in eodem 9. cap. q. 35. num. 8. & seqq. & q. 9 num. 2. & seqq. & de fideicommissaria referemus ibi quæst. 41. num. 2. & seqq.*

Adeo autem verum est, transmitti ius accrescendi, vt procedat primo, etiamsi tale ius causetur ab eodemmet transmittente: Nam, si duo fuerint hæredes instituti, vel ad legatum, aut fideicommissum vocati, & vnus post aditionem, vel cessionem diei decesserit relicto socio hærede, poterit is suam portionem repudiare, & eam consequi iure accre-

21 scendi ad se transmisso a defuncto † *l. liber homo 59. §. vlt ff. de hæred. inst. l. si mihi. & tibi. 12. in prin ff. de leg. prim. l. si mihi, & Titio. 57. in prin ff. de leg. 2. & nos diximus in hoc cap. q 41. num. 9 & seqq.*

Secundo procedit, etiamsi tale ius non cõpetat iure communi, sed iure speciali, puta statutario: Nam, si statuto caueatur, vt extãtibus masculis fœminæ non succedant, & masculus transmittat suam portionem, censebitur etiam transmisisse portionem sororis, quo casu transmissio iuris accrescendi non censebitur facta iure cõmuni, vt regulariter

22 euenit, † *sicuti declarat Bart. in l qui patris. 59. vers. quod ergo ff. de acq. hæred.* sed iure statutario, & sic iure speciali, quod ei partem soro-

23 ris applicauit. † *Ita scribunt Alex. cons. 20. nu. 7. vers. Octauo, volu. 1. Crott. in d. l. vt coniunctis, num 81. Soc. Sen. cons. 67. num. 5. vers. restat & num. seqq. vsq; in fin. vol. 4.*

Hanc autem transmissionem censebitur defunctus fecisse cũ omnibus qualitatibus, & conditionibus, quæ ipsimet transmittenti

24 competijssent, † vt est in omni transmissione regulare, *sicut diximus in hoc ipso q. 41. n. 16.* Itaq; si transmittenti pars accreuisset inuito, vt euenit in hæredibus, quibus etiam inuitis accrescit portio *l. vn. §. his ita definitis Cod. de cad. toll.* censebitur etiam cum hac qualitate facta transmissio. Quamobrem pars etiam inuito hæredi hæredis accrescet *d. §. his ita definitis, & nos diximus in 8. cap. quæst. 5. num. 31.*

Con-

Contra verò, si transmittenti non accreuisset pars, nisi volenti, vt euenit in legatis, & fideicommissis *d. l. vn. §. vbi autem legatarij C. de cad. toll.* & verò etiam interdum in hæreditatibus *l. si minor 61. ff. de acq. hæred.* volenti etiã eius hæredi accresceret, *vt diximus in eodem cap. 8. q. 8. num. 16. & seqq.* Deniq; si transmittens habuisset facultatem totius hæreditatis, aut amplectendę aut omittendæ, *secundum l. cum hæreditate 55. ff. de acq. hæred. de qua diximus in eodem 8. cap. q. 6. nu. 1. & seqq.* cum eadem etiã facultate censebitur ad hæredes facta transmissio *l. si is, qui immiscuit. 56. ff. eod. tit. de acq. hæred. & nos diximus in d. q. 6. num. 35. & seq. Et in proposito declarat Castr. in l. fin. nu. 2. vers. si vero primo ff. de acq. hęred.*

Sed hęc quidem dicuntur, quoties agimus de proprio iure accrescendi, eo scilicet, quod est portionis ad portionem, vt euenit, cum duobus, aut pluribus res eadem legatur, aut per fideicommissum relinquitur, vel, cum duo, pluresuè hæredes vniuersales instituuntur, *secundum ea quę diximus in 4. cap. q. 4. nu. 6.* Coeterùm, quoties loquimur de improprio, q' est totius ad totũ, vt euenit, cũ hæredi particulari tota hęreditas accrescit. *secundum ea, quæ diximus in eadem q. 4. nu. 12. & 16. & in hoc cap. q. 7. num. 9. & q. 9. num. 28. & 30.* & quærimus, an id transmittatur ad hæredes, constat tres esse distinguendos casus, quorum

Primus est, quando hæres rei certæ agnouit particularem institutionem postea, quam ei tota hæreditas fuit delata, puta, quia testator non dedit ei cohęredem vniuersalem, vel datus viuo testatore, aut etiam post eius mortem, sed ante particularis agnitionẽ defecit, Et tunc omnes fatentur, esse locum
25 transmissioni. † *Ita in specie scripserunt Ang. de Gamb de testa gl. 59. num. 4. & Cagn. in rubr.*
26 *C. quand. non pet. part. numer. 51.* quia † hæres vniuersalis agnoscendo vnam rem particularem, quæ sit hæreditaria, censetur adire totam hæreditatem, *vt diximus in 9. cap. q. 28. numer. 10.* Atqui hæres rei certæ post defectũ vniuersalis censetur vniuersalis, quia particularis institutio dempta mentione rei in vniuersalem conuertitur *l. 1. §. si ex fundo ff. de hæred. inst. & nos latè ostendimus in hoc cap. q. 7. num. 1. & seqq.* & agnoscendo rem sibi particulariter relictam censetur agnoscere vnam rem hæreditariam, quia propter conuersionem institutionis particularis in vniuersalem res illa particularis non potest ampliùs considerari, vt ab hæreditate separata, sed, vt res hæreditaria, & in hæreditate confusa, sicut dicimus de re legata hæredi a semet ipso *l. filium quẽ 24. C. fam. ercis. l. miles 77. §. pro parte ff. de leg. 2.* Ergo censetur adire totam hæreditatem. Quo fit, vt illa, tamquam adita non possit non ad hæredes transmitti, *ex regula, quam retulimus in hoc cap. q. 41. num. 105.*

Secundus verò casus est, quando hæres rei certæ agnoscit particularem institutionem, & moritur ante, quam deficiat hæres vniuersalis, Et tunc quæstionis est, an censeatur totam hæreditatem ad suos hæredes trãsmisisse, si vniuersalis postea deficiat. Quæstio pendet ex eo, nunquid per agnitionem rei particularis censeatur adita hæreditas, quæ nondum ei fuerat delata. Plerique censuerunt non censeri aditam, & per consequentias, nec ad hæredes censeri transmissam, inferentes ex hoc, per agnitionem hæredis particularis non confirmari testamentum, dum vniuersalis deliberat, ideoque, si interim particularis moriatur, licet postea vniuersalis repudiet, aut aliter deficiat, non tamen sustineri testamentum, sed corruere, & fieri Intestatæ
27 successioni locum. † *Ita censuerunt Ang. in l. 1. §. si ex fundo, num. 3. in fi. & ibi Imol. num. 34. vbi ait, hanc opinionem videri ipsam veritatem, & num. 40. & in l. ex facto, 35. nu. 7. vers. si verò ante, & num. 8. vbi ait hanc esse de iure veriorem ff. de hæred. inst. & Ruin cons. 54. num. 19. vol. 2.* Mouentur autem, vt ità sentiant
28 In primus ea ratione, quia † non potest adiri, aut adita censeri hæreditas, q̃ nõ est delata *l. si quis extraneus. 21. §. 1. ff. de acq. hæred.* aut sub conditione defertur *l. si, qui hæred. 13. in prin. ff. eod.* Atqui, dum vniuersalis deliberat, non potest hæreditas dici delata particulari, quippe, cui non defertur, nisi vniuersali deficiente, & sic sub conditione, si deficiat, *vt patet ex ijs, quæ diximus in hoc cap. q. 9. num. 58.* Non potest igitur ante illius defectum, aut adiri, aut adita censeri hæreditas. *Ita arguũt Ang. in d. l. 1. § si ex fundo, nu. 3. in fi. & ibi Imol. num. 34. & in d. l. ex facto. 35. nu. 7. vers. si verò ante, & num. 8.*

Secundo pro eadem opinione facit, quia,
29 † quæ personæ deferuntur, non rei, seu portioni, non transeunt ad hæredes *l. toties. 80 ff. de acq. hær. & diximus in 9. cap. q. 35. num. 3.* Sed ius accrescendi respęctu totius hæreditaris defertur hæredi particulari, & sic personæ, non portioni, cum is nullam portionem habeat, *vt diximus in hoc cap. q. 9. num. 6. vers. 3. & diximus in q. 70. num. 10.* Non debet igitur ad hæredes transferri. *Hanc dubitationem mouit, & non resoluit Crott. in d. l. re coniunctis, nu. 165. vers. sed contra illam.*
30 Tertio mouentur alij, quia † legatarius ante aditam hæreditatem non potest agnoscere rem legatam, quippe, quæ nec ante defertur, quod patet ex eo, quia nec ante repudiari potest. Sed institutus in re certa in ijs, quæ respiciunt rem, est legatarius, siue legatarij loco habetur, *vt diximus in hoc cap. q. 9. num. 32.* Ergo non poterit agnoscere, & per consequentias, nec agnoscendo confirmare testamentum. *Ita arguit Ruin. d. cons. 54. nu. 19. vers pro quibus vltra vol. 2.*

Verùm his non obstantibus cęteri frequẽtius censuerunt, per agnitionem rei particularis factam ab instituto in re certa censeri aditam totam hæreditatem, si vniuersalis postea deficiat, ideoque, licet interim moriatur particularis, nihilominus transmittere hę
31 reditatem ad suos hæredes. † *Ita enim censuerunt Bart. in l. quoties 13. num. 2. & ibi Alex. nu. 5. vers si verò ante, quam, & Ias. nu. 6. & 7. vers. sed aduerte C. de hæred. inst. Ang. de Gamb. de testa. gl. 59. num. 4. Alex. cons. 58. num. 4. vol. 3. & in addit. ad Bart. in l. hæreditas ex die. 34. ff. de hær. inst. vbi ait, se ita solitum tenere consulendo, & legendo, Ias. in l. extraneum. 9. num. 6. vers. 4. & vltimo, vbi ait, hanc esse magis cõmunem opinionem C. de hæred. inst. Gul. Ben. in d. cap. Raynutius, in verb. In eodem testamento relinquens 1. num. 265. in fi. & in verb. mortuo itaque testa-*

tore 2, num. 117. Crott. *in d. l. re coniuncti, num. 164. vers. 15 quaeritur, vbi ait, hanc conclusionẽ esse communiter approbatam, Alb. cons. 310 nu. 18. vbi testatur hanc esse magis communẽ, Nico. Bello lib. 4. suppu. cap. 18. num. 2. Crass. in §. Ius accrescendi, q. 12. nu. 2. Andr. Fachi. lib. 4. contro. cap. 16. vers. priori. Huius etiam opinionis fuerũt ij, qui simpliciter tradiderunt institutum in re certa transmittere ius accrescendi, si vniuersalis postea deficiat, vt Rip. in d. l. re coniuncti, num. 86. & ibi Alcia. num. 41. vbi testatur hanc esse receptiorem sententiam, & Rub. in l. pater filium, 14. nu. 184 ff. de inoff.* Vnde inferunt, per simplicem agnitionem hæredis in re certa instituti factam ante, quam vniuersalis deficiat,

32 confirmari testamentum, † *vti uidere est apud Bart. in l. ex facto. 35. num. 5. ff. de hared. inst. & in d. l. quoties 13. num. 2. & ibi Alex. num. 5. vers. sed potest instituere, Ias. numer. 7. C. eod. Imol. in l. filius à patre. 28. nu. 6. vers. Item, quod per agnitionem ff. de lib. & posth. Alex. in l. extraneum. 9. num. 9. & ibi Ias. numer. 6 vers 4. & ultimo. C. de hared. inst. Alex. in addit. ad Bart. in d. l. hæreditas ex die. 4 ff. eod. & consil. 58. numer. 2. vol. 3. Purp. cons. 558 numer. 28. Mantic. de con. ult. vol. lib. 4. tit. 5. art. 9. num. 1. vers. sed breuiter, et art. 12. Pereg. de fideic artic. 5. numer. 24.* & per consequentias etiam pupillarem substitutio-

33 nem, † *ut scribunt Bart. in l. sed, si plures. 10. §. si ex asse num. 3. ff. de vulg. in d. l. quoties. 13. num. 2. & ibi Ang. num. 1. vers. si vero talis C. de hared. inst.* & legata, ac cæteraque in eo relicta, & di-

34 sposita, † *vt declarat Bart. in l. si nemo 9. num.*

35 *5. ff. de testa. tut.* quia † certificit, ea debita iri, siue vniuersalis adierit, siue repudiauerit: nã eo repudiante censebitur hæreditas acquisita particulari, qui rem, in qua fuit institutus, agnouit. *ita declarauit Bart. in d. l. ex facto. 35. num. 5 ff. de hared. inst. et in d. l. quoties. 13. nu. 2. C. eod. Rum. d. cons. 98. nu. 5. vol. 3. Alb. d. cons. 310. num. 16. Nico. Bello d. lib. 4. suppu. cap. 18. num. 2.* Mouentur autem veteres

36 Primam in ea ratione, quia † ius accrescendi transmittitur ad hæredes, *ut diximus supra nu. 6.* & per consequentias transmittitur ea, quæ per ius accrescendi alicui acquiruntur, etiãsi moriatur ante, quam fuerint delata. *l. qui patris. 59. ff. de acq. hared. & nos diximus supra nu. 19.* Sed hæreditas pertinet ad institutum in re certa per ius accrescendi, *vt ex veterum sententia retulimus in hoc cap. q. 7. num. 5.* Ergo debet ad hæredes transferri, etiamsi institutus nõdum ea delata decesserit. *Ita arguit Crott. in d. l. re coniuncti, num. 164. vers. 15.*

Verum, quam sit leuis huius argumenti vis, nemo est, qui non videat: Nam, cum verius sit, hæredem particularem non consequi totam hæreditatem per ius accrescendi, sed per ius conuersionis, *vt ostendimus in d. q. 7. num. 7. & 8.* Consequens est, vt nullum in eo fundamentum constitui possit.

37 Secundo mouentur, quia † ius accrescendi, tanquam reale, sequitur rem, & transit in omnes, ad quos portio principalis transfertur *l. cum ex filio. 39 §. ult. ff. de vulg. & nos diximus supra num. 9.* Sed in proposita specie res particularis, quæ portionis instar est, trãsfertur in hæredem. Debet igitur in eundem, & ius accrescendi transferri.

Sed hoc argumẽtum peccat eodem morbo, quo superius: nam, cum acquisitio non fiat per ius accrescendi, sed per ius conuersionis, *vt supra dictum est*, sequitur, non posse argumentum a transmissibili iuris accrescẽdi natura deduci.

Quamobrem verius est, communem sententiam, non prædictis argumentis, sed ea ra-

38 tione probari, quia † paria sunt, cohæredem vniuersalem non esse datum, vel datũ postea deficere, *vt late ostendimus in hoc. cap. q. 9. nu. 18.* Sed, si nullus cohæres vniuersalis datus esset, hæres particularis rem agnoscendo censeretur adire totam hæreditatem, & eam trãsmitteret ad hæredes, *vt diximus supra num. 25.* Ergo idem dicendum est, licet habeat cohæredem, si is postea deficiat. *Ita ratiocinantur Rip. in d. l. re coniuncti, numer. 86. & ibi Alcia. num. 41.*

Neque obstant contraria: Ad primũ enim variæ responsiones afferuntur: Primo namq; respondent plerique, non hæreditatem fuisse delatam purè, quia conditio, quæ inest ex dispositione legis, est tacita, quæ non facit dispositionem conditionalem, & per conse-

39 quentias non impedit transmissionem † *l. conditiones extrinsecus 98. & l. aliquando. 106 ff. de cond. & dem. Ita respondent Alex. in d. l. quoties. 13. nu. 5. vers. sed potest sustineri C. de hared. inst. & in addit. ad Bart. in d. l. hæreditas ex die. 34 ff. eod. & d. cons 58. num. 4. vol. 3. & Crott in d. l. re coniuncti, num. 165.*

Verum hæc responsio non est admittenda, quia, quod dicitur de tacita conditione,

40 procedit † in legatis, & fideicõmissis, in quibus non est opus agnitione, ad hoc, vt fiat transmissio. Cæterùm in hæreditatibus, quæ ad sui transmissionem agnitionem requirũt, non videtur referre, vtrum expressa, an tacita sit cõditio, quia, cum etiam tacita impediat aditionem (nec enim adiri potest hæreditas, quæ nondum est delata, *vt supra dictum est,*) Consequens est, vt impediat etiam transmissionem, quippe quæ cessaret, etiamsi hæreditas purè esset delata, nisi præcederet aditio *l. vn. § in nouissimo C. de cad. toll. Et in proposito cõsiderat Ias. in d. l. quoties. 13. nu. 6. C. de hær. inst.*

Secundo igitur respondent alij, quod dicimus, hæreditatem non aditam non transmit-

41 ti, procedere † in ea, quæ defertur ex dispositione testatoris, siue hominis, secus verò in ea, quæ defertur ex dispositione legis, vt, quæ per ius accrescẽdi defertur hæredi in re certa instituto: nam hęc transmittitur, etiamsi quis moriatur ante, quam sit aperta via iuris accrescendi. *d. l. qui patris. 59 ff. de acq. hæred. Ita respondent Alex. d. cons. 58. num. 5. vol. 3. Ias. in d. l. quoties. 13. nu. 7. vers. sustinendo C. de hared. inst. Crott. in d. l. re coniuncti, num. 165.*

Sed neque hæc responsio vera est. Primo,

42 quia † hæreditas legitima sine dubio defertur ex dispositione legis, non hominis *l. 3. §. pen. ff pro soc.* & tamen non transmittitur, nisi fuerit adita, *l. 1. §. vnde tractari ff. ad Tert. l. 2. C. de Orfic.* Secundo, quia falsum est, hæreditatem in casu proposito deferri ex dispositione legis, id est, ex iure accrescendi; Nam defertur ex institutione facta a testatore, & sic ex dispositione hominis, licet lex de ea tollat mentionem rei, *vt patet ex ijs, quæ diximus in hoc cap. q. 7. num. 3.*

Qua-

Quamobrem his omissis dupliciter respõderi potest. & primo, quod diximus, hæreditatem non aditam non transmitti; procedere,
43 † in casu, quo debeat adiri: nam, quia aditio non, nisi certis casibus ab hærede hæredis fieri potest l. 3. §. *acquirere, vers. denique ff. de bon. poss.* ideo fit, vt, si hæreditas a defuncto non sit adita, nec pro adita habeatur, non possit ad hæredem transferri. Cæterùm, si pro ea acquirenda non sit opus aditione, sed ipso iure fiat acquisitio, verius est, transire ad hæredem hæredis, etiamsi moriatur ante, quam ea sit delata. *Ita respondet Crott. in d. l. re coniũcti, num. 165.* Exemplum fit in hæreditate pupilli, quam pater ei reliquit, quem sibi fecit hæredem, eundem substituẽdo filio, si in pupillari ætate decesserit: Nam, si is post aditam patris hæreditatem decesserit viuo pupillo, & sic eo tẽpore, quo nondum ei delata erat hæreditas, & per consequentias nondũ poterat
44 adiri † *l. 2. §. inter dum, vers. cæterum ff. de vulg. l. sta tamen 27. § a patre ff. ad Treb. l. 1. §. si impuberi, vers. cæterum ff. de collat. bon.* tamen, quia purificata postea conditione, idest, mortuo in pupillari ætate filio non fuisset opus noua aditione, sed ipso iure fuisset hæreditas pupilli acquisita hæredi, qui iam paternam hæreditatem adierat, ideo fit, vt censeatur eam ad suos hæredes transmisisse, non obstãte, quod ante illius delationem decesserit *d. l. qui patris 59. vers. quod si ff. de acq. hæred. & nos late diximus in 9. cap. q. 39. num. 2. & seqq.* Cum igitur in specie proposita non sit hæredi particulari, qui rem agnouit, necessaria noua aditio pro acquisitione hæreditatis, quæ postea vacat ob hæredis vniuersalis deficientiam, sed ipso iure fiat acquisitio, *vt ostendemus in 8. cap. q. 1. num. 26.* Consequens est, vt, etiamsi decesserit ante illius delationem, nihilominus censeatur hæreditatem ad suos hæredes transmisisse.

Secundo respondetur potest, hæreditatem toties ad hæredis hæredem non transferri,
45 quoties † nec est adita, nec pro adita habetur *d. l. vn § in nouissimo C. de cad. toll.* At, quoties institutus in re certa post agnitam rem sibi relictam moritur ante, quam vniuersalis deficiat, licet hæreditatem verè non adierit, interpretatiuè tamen censetur eam adijsse, quia cum deficiente postea vniuersali perinde habeatur, ac, si nullus ei datus esset cohæres, & nullo existente cohærede per agnitionem rei censeatur totam hæreditatem adijsse, *vt diximus supra num. 26* fit, vt eo ipso, quod deliberante hærede rem sibi relictam agnoscit, censeatur totam hæreditatem adire, vniuersali postea deficiente *arg. l. si duo. 38. ff. de acq. hæred.* quę res sufficit ad eius, quod postea vacat, transmissionam *d. l. qui patris. 59. vers. quod si ff. de acq. hęred.*

Ad secundum verò respondeo, id procedere, si hæres particularis rem sibi relictam nõ agnouisset; nam tunc non censeretur ad hæredes suos transmisisse ius adeundi, tamquã id, quod personæ defertur, *vt patebit ex iis, quę dicemus infra num. 54. & seqq.* At in casu proposito supponimus, eum ante mortẽ agnouisse rem sibi relictam, & eo modo adijsse totam hæreditatem, si vniuersalis postea decesserit, ideoque nil mirum, si eam censeatur ad suos hæredes transmisisse.

Ad tertium denique respondeo primo, quod dicitur, legatarium ante aditam hæreditatẽ nõ posse legatum agnoscere, procedere, quo ad effectum acquisitionis dominij: Cæterũ, quoad effectum transmissionis, quin possit agnoscere, non puto dubitandum, cum etiã sine agnitione illud transmittat, *vt dicemus infra nu. 57.* Secundo respondeo, nos hic nõ considerare hæredem rei certæ, quoad effectum respicientem ipsam rem, sed quoad effectum iuris accrescendi, qualecunque id sit, quo respectu non censetur, vt legatarius, sed, vt hæres, *sicut diximus in hoc cap. q. 9 nu. 45. & seqq.* Vnde, quia hæres agnoscendo vnam rẽ censetur totam hæreditatem adijsse, *vt diximus supra num. 26.* ideo fit, vt etiam in proposito agnoscendo rem sibi relictam censeatur totam hæreditatem, quæ postea vacat, adijsse, & per consequentias etiam in suos hæredes transmisisse.

Hæc autem, quę diximus, adeo vera sunt,
46 vt procedant, † primo, non solùm in filiis, & alijs descendentibus, *de quibus specialiter loquitur Gul. Ben. in d. cap. Raynutius, in verb. mortuo itaque testatore 2. numer. 117. circa med.* sed etiam in extraneis, *vt videre est apud eũd. Gul. Ben. in verb. in eodem testamento relinquens primo, num. 266.*
47 Secundo procedunt, † etiamsi testator viuens rem illam particularem tradidisset, vt euenit in filia, cui pater viuens dotem dedit, & postea moriens eandem in dote instituit, & alium fecit hæredem vniuersalem: Nam, si interim, dum vniuersalis deliberat, moriatur filia, deinde vniuersalis deficiat, censebitur illa cum dote etiam vniuersam hæreditatem transmisisse *secundum Castrens. in consil. 86. nu. 3. vers. sed ad hoc vol. 1. quem sequitur Alciat. in d. l. re coniuncti, num. 41. vers. sed, an idem.*
48 Sed hoc verum est, † si simus in casibus, in quibus particularis institutio in dote facta sustinetur, vt euenit, cum dos non fuit filiæ donata. Cæterùm, si non sustineatur, vt euenit, cũ dos fuerat donata filię, puta, quia pater eam filiæ reddi stipulatus erat, aut alter passus, filiam stipulari, dotem sibi reddi, quo casu filia, tamquam instituta in re propria, & consequenter præterita nullum dicit testamentum, non debet tractari de transmissio ne iuris accrescendi, siue hæreditatis testamẽtarię, sed de successione intestati. *Ita declarat Alciat. in d. l. re coniuncti, num. 41. vers. quę sententia vera est.*
49 Tertio procedunt, † etiam in vxore, quæ quartam habet ex dispositione *Auth. præterea C. vnd. vir, & vx.* nam, si moriatur, & postea transuersales omnes repudient, aut aliter excludantur, transmittet residuum hæreditatis ad hæredes. *Ita scribunt Corn. cons. 324. per tot. vol. 4. & Pereg. de Iur. fisc. lib. 4. tit. 3. num. 4.*

Sed hoc genus transmissionis non pertinet
50 ad speciem propositam, quia † loquimur de hærede particulari, qui venit ex testamento, &, tamquam institutus in tota hæreditate eã transmittit ad hæredes, cum alioquin vxor deficientibus agnatis, & cognatis non transmittat hæreditatẽ mariti, tamquã sibi delatam ex testamento, sed, tamquam ab intestato, *vt ostendemus in 10. cap. q. 13, num. 8. & seqq.*

Tertius

Tertiùs denique casus est, quando hæres
rei certæ priùs, quam agnouerit rem sibi re-
lictam, decessit, Et tunc videtur dicendum,
eum transmittere etiā hæreditatem, quę post-
ea vacat.
Primo, quia, cum transmittat rem sibi par-
51 ticulariter relictam, † ut scribunt Bart. in d.l.
quoties. 13.num.2.& ibi Ang. num.1.vers.si ve-
ro talis, Castren.num.2.vers. qua autem opinio,
Alex.num.6. Ias.num.7.vers. sed aduerte C.de
hared.inst. Ang cons.83.num.1. vers. cum autē,
Imol.in l.1.§.si ex fundo, num. 24. vers. sed di-
cendum ff. de hared inst. Gul Ben.in d.cap. Ray-
nutius, in verb. In eodem testamento relinquens
primo, n.257.vers primo. Nico. Bello lib.4 suppu.
52 cap 18.num. 11. scilicet, quia † in iis, quæ eam
respiciunt, particularis institutio sapit naturā
legati, ut diximus in hoc cap.q 9 num. 32. Et in
proposito considerant Bart. in d. l.quoties 13.nu.
2. Et ibi Castr.num.2.vers. qua autem opinio. &
Ias.numer. 7. vers.sed aduerte, quod etiam non
agnitum transmittitur ad hæredes, ut dixi-
mus in hoc cap.q 41. num. 56. Consequens est,
vt censeatur eam transmisisse cum omni sua
qualitate, seu cum omnibus iuribus quæ sibi
competijssent, si vixisset l.si quis filiumfa. 7. §.
1.ff.de acq.hared. Et diximus in eadem q.41. nu.
16. At, si vixisset, potuisset vniuersali deficiē-
te consequi totam hæreditatem, ut est recep-
tior scribentium opinio, sicuti ostendimus in hoc
cap.q.9.num.16. Ergo censeri debet cum hoc
iure eam transtulisse ad hæredes. Ita argum,
nec soluit Crott.in d.l.re coniuncti,nu.166.vers.
circa,quam.
Secundo videtur id ipsum suaderi ratione:
53 Nam,† si transmittit rem ipsam, necessariò
debet etiam transmittere totam hæreditatē,
quia alioquin deberet ea ad venientes ab in-
testato pertinere, & ita defunctus decederet
pro parte testatus, & pro parte intestatus,
quod iuris nostri ratio non patitur. Ita arguit
Rip.in d.l.re coniuncti, nu. 88. vbi propter hanc
solam rationem ait se valde dubitare de Bart sen-
tentia.
Sed his non obstantibus verius, & rece-
ptius est, eum non transmittere ius accrescē-
di, siue moriatur ante, quam hæreditas vaca-
54 uerit, siue post.† Ita enim censuerunt Bart. in d.
l.quoties. 13.num.2.& ibi Alex num.5.vers sed.si
erat mortuus, Ias. num 7. vers. sed aduerte C. de
hared.inst. Bart in l.ex facto.35.numer. 3. & ibi
Imol. num.7.vers.Conclude ff.eod. Imol.in d.l.1.
§.ex fundo,num.24. vers sed dicendum; & in fi.
& numer. 26. vers.sed puto ff eod. Crott.in d.l re
55 coniuncti,numer. 166. quia, † cum hæreditas,
neque verè, neque interpretatiuè fuerit adita,
scilicet, quia nihil egit hæres, ex quo possi-
mus interpretari factam aditionem, Conse-
quens est, vt non censeatur ad hæredes trans-
missa, ex regula d.l.un § in nouissimo C de cad.
toll. Ita ratiocinatur Imol. in d. l. ex facto, 35.
num.7.vers.conclude ff.de hared inst.
Neque obstant contraria. Ad primū enim
respondent nostri frequentiùs, hæredem in
re certa institutum haberi loco legatarij, quo
ad effectus respicientes ipsam rem, non etiā,
quoad effectus extrinsecos cuiusmodi est ius
accrescendi, ut diximus in hoc cap.q.9.num.32.
Ita in proposito respondent Bart. in d. l. quoties.
13.num.2.C.de hared.inst. Imol.in d.l. 1. §.si ex
fundo, numer. 24. versic. sed dicendum ff. eod.
Secundo responderi potest distinguendo,
aut consideramus institutionem particularē
per se, & quatenus est sine effectu iuris accre-
scendi, Et verum est, eam fungi vice legati,
quod agnitionem non requirit, sed acquiri-
tur etiam ignoranti, ideoq; etiam sine agni-
tionem transfertur ad hæredem. Et ita pro-
cedit contrarium. Aut verò eam considera-
mus, quatenus habet ius accrescendi, Et tunc
verius est, eam non censeri iure legati, sed iu-
re institutionis vniuersalis, cum vniuersali
repudiante totam ad se trahat hæreditatem,
siue in institutionem vniuersalem conuerta-
tur, & secundum eius naturam reguletur, ut
late ostendimus in hoc cap.q. 9. num. 22. & seqq.
Vnde, quia natura institutionis vniuersalis
est, vt, nisi institutus, vel totam hæreditatem
adeat, vel saltem aliquam rem particularem
agnoscat, non censeatur hęreditatem acqui-
siuisse, & per consequentias, nec ad hæredes
trāsmisisse, fit, vt nec eam quęsijsse, & trans-
misisse censeri debeat particularis, cui vni-
uersali deficiente tota deberet hæreditas ac-
crescere. Ita declarant Bart. in d. l. quoties. 14.
num.2.C.de hared.inst. Imol.in d.l.1.§.si ex fūdo
num.24.vers.idem dicendum ff.eod.
Hinc infertur, testamentum corruere, &
quasi non adita hęreditate fieri irritum, & si-
mul cum eo corruere omnia in eo disposita,
& per consequentias etiam particularem in-
56 stitutionem,† ut scribunt Imol.in d. l. ex facto,
35.num.7.vers. conclude ff. de hared. inst. Alex.
in d.l.quoties 13.num.5 vers.sed.si erat mortuus
C.eod. quia, quod dicimus, eā scil ab eo trans-
57 missam, procedit,† si hęreditas postea fuerit
adita ab instituto. Cœterum, si non adeatur,
verius est pro non transmissa haberi exem-
plo legati, cuius vice fungitur particularis
institutio: Nam, licet a morte testatoris, &
ante aditam hęreditatem transmittatur etiā
ab ignorante, ut diximus in hoc cap.q 41.n.56.
tamen pro non transmisso habetur, si postea
ex testamento non adeatur hęreditas. Qua-
mobrem dicimus, illud legatum trāsmitti ad
hæredes, quod certum est, debitū iri, si postea
adeatur hęreditas l.si dies. 21.§ fin.vers.quoniā
ff.quand.dies leg.ced. significantes, si hęreditas
non adeatur, nec legatum posse deberi l.eam,
quam.14.C.de fideic.l.si nemo 9 ff.de testa.tut l.si
nemo.142.ff.de reg.iur. nec per consequentias
censeri transmissum.
Planè, si essemus in casibus, in quibus lega
ta debentur, etiamsi ex testamento non fue-
rit adita hæreditas, verius esset, sustineri etiā
particularem institutionem, & per consequē-
tias vtiliter censeri ad hæredes transmissam
ab eo, qui priùs, quam eā agnouerit, decessit.
58 † Ita scribunt Imol.in d.l.ex facto 35.nu.7. vers.
Conclude ff.de hęred.inst. Alex. in d.l. quoties 13.
num.5.vers.sed.si erat mortuus C.eod.
Denique, si simus in casibus, in quibus hę-
reditas non adita trāsmittitur, quos retulimus,
in hoc cap. q. 41. num. 37. & seqq. magis est, vt
etiam hæres particularis censeatur ius ad eun-
dę hæreditatis ad suos hæredes transmisisse,
etiamsi non agnita re particulari decesserit,
59 † Exempla sint
Primum, si sit suus: nam, quemadmodum
ex potentia suitatis transmittit hæreditatem
non

non aditam, si fuisset institutus hæres vniuersalis, *ut diximus in eadem q.41. num 91.* ita etiã debet eam transmittere, si fuerit institutus in re certa, & ob defectum vniuersalis debuerit
60 totam consequi hęreditatem. † *Ita scribunt Alex. in d. l. quoties. 13. num. 6. C. de hæred. inst. & Gui. Bin. in d. cap. Raynutius, in verb. in eodem testamento relinquens primo num. 265. Et effectu non dissentiunt Bald. in d. l. quoties. 13. num. 2. & Ang. in d. l. ex facto. 35. num. 6. vers. similiter dubitatur ff. de hæred. inst. licet discordent in causa transmissionis.*

Secundum sit exemplum in filio instituto in rè certa, qui moritur relictis descendentibus: nam, quemadmodum transmitteret hæreditatem paternam, aut maternam etiam non aditam in suos descendentes, si fuisset hęres vniuersalis institutus *l. un. C. de his, qui ant. aper. tab. l. un. §. in nouissimo C. de cad. toll.* ita etiam debere eam transmittere, si fuerit institutus in re certa quæ possit ad vniuersũ trahi, etiamsi prius quã eam agnouerit, diem suum
61 obierit, † quod eadem semper ratio militet.

Tertium sit exemplum in eo, qui decessit intra tempus deliberandi: nam, & is transmittit ius accrescendi ad totam hæreditatem, licet decesserit ante agnitionem rei particularis, in qua fuit institutus, sicut transmitteret hæreditatem, si fuisset institutus hæres vni-
62 uersalis. † *l. cum in antiquioribus. 19. C. de iur. delib. d. l. un. §. in nouissimo C. de cad. toll. Ita scribunt Alex. in d. l. quoties. 13. num. 6. C. de hæred. inst. Crass. in §. Ius accrescendi q. 12. num. 2.*

Nec est contrariũ, quod ad hoc, vt sit locus transmissioni, quę sit ex beneficio iuris deliberandi, necessarium sit vt transmittens sciat hęreditatem sibi esse delatam *d. l. cum in antiquioribus*, quę scientia videtur in proposito, deficere, cum nec delata sit hæreditas, quia respondeo, licet hęreditas non sit delata verè, censeri tamen delatam interpretatiuè *per ea, quæ diximus supra num. 45.* ideoque satis esse, eum scire, se fuisse in re certa institutum, vt censeatur ex beneficio iuris deliberandi totam hęreditatem, tamquam sibi delatam trasmisisse. Et hęc de ijs, qui succeddut in locum demortui.

S V M M A R I V M.

1 *Pater, cui per filium acquiritur, iuris successor est.*
2 *Ius accrescendi transit in patrem, cui per filium fuit hæreditatis pars acquisita, & cur, num. 3. Declara, ut num. 5.*
4 *Filij duo uniti in eius potestate existentes, si fuerint instituti, & unus iussu patris adeat, alter uerò deficiat, huius pars accrescit patri.*



An, & quando ius accrescendi transeat in patrem.

Quæstio Sexagesimatertia.

NVNC Videamus de ijs, qui succedunt in locum viuentis, & dispiciamus, an in eos transeat ius accrescendi. Horum autem varia possunt exempla afferri.

Primum in patre, cui per filium, quem habet in potestate, fuit quæsita pars hæreditatis, aut legati, vel fideicommissi, quod, quibus casibus contingat, facilè erit ex ijs intelligere, quę diximus *in hoc cap. q. 42. numer. 470. &*
1 *seqq.* Nam & is iuris successor dicitur † *in l. quædam. 9. §. nihil interest ff. de edẽd. & in l. quãuis. 40. §. 1. ff. ad Treb.* Huic autem, quin competat ius accrescendi, si alia pars hęreditatis, aut legati, vel fideicommissi vacet, non est
2 dubitandum, † *ut in specie scribit Donell. lib. 7.*
3 *comm. cap. 12.* quia, † cum hoc ius sit reale, Cõsequens est, vt sequatur rem, & ad omnes trãseat, in quos ipsa portio principalis trãsfertur, *ut diximus in q. præced. num. 9.*

Hinc infertur, si filius meus ex parte hęres institutus sit, & ex parte extraneus, & postea, quam is iussu meo adiuit, & mihi quæsiuit partem suam, extraneus defecerit, partẽ eius mihi accrescere, *l. si solus 79. §. fin. vers. ego quidem puto ff. de acq. hęred.* Idem est, & si filio meo, & extraneo res eadem legata sit: nam, si extraneus deficiat, pars eius mihi accrescet, *ut de seruo diximus in q. seq. num. 4.*

Secũdo infertur, si ego fuero ex parte institutus, & ex parte filius, quem habeo in potestate, & ego repudiem partem meam, deinde iussu meo filius adeat suam, & eam mihi acquirat, partem a me repudiatam ad me per ius accrescendi pertinere *l. si ego. 16. & l. si quis hæres 35. §. fin. ff. de acq. hæred.* Idẽ est, &, si mihi & filio meo coniunctim res eadem fuerit legata, vel per fideicommissum relicta nam, si pars mea deficiat, nihilominus ex persona filij mihi accrescet, *ut in simili de seruo dicitur in l. si mihi purè. 61. ff. de leg. 2.*

Tertio infertur, si duo filij mei, quos habeo in potestate, hæredes instituti sint, & vnus iussu meo adierit hæreditatem, alter verò defecerit, eius partem mihi accrescere,
4 † *ut scribit gl. in d. l. si quis hæres. 35. §. fin. in verb. alium ff. de acq. hæred.* Idem est &, si duobus filijs meis res eadem legata sit; nam, si vnius pars deficiat, nihilominus ex persona alterius mihi accrescet, *ut in simili de duobus seruis diximus in q. seq. num. 6.*

Adeo autem verum est, ius accrescendi
5 transire in patrem, vt procedat, † non solum in iure accrescendi reali, sed etiam in personali: Nam, &, si vsusfructus coniunctim filio cum alio legatus sit, & pars socij deficiat, accrescet patri ex persona filij, si simus in casibus, in quibus per filium patri quæritur, *secundum ea, quæ diximus in eadem q. 42. num. 470. & seqq.*

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Dominus, cui per seruum acquiritur, iuris successor est.*

2 *Ius accrescendi transit in dominum, cui per seruum quæsita est pars hæreditatis, vel legati, & cur, num. 3.*

4 *Legatum, si coniunctim fuerit relictum seruo Titij, & extraneo, & hic deficiat, eius pars domino accrescit.*

5 *Legatum, si coniunctim fuerit relictum mihi, & seruo meo, & pars mea deficiat, mihi accrescit ex persona serui.*

6 *Legatum, si coniunctim fuerit relictum duobus seruis meis, & vnius pars deficiat, accrescit mihi ex persona alterius.*

7 *Seruus communis, si fuerit hæres institutus, & vnus ex cõdominis repudiet, eius pars accrescit alteri condomino.*

8 *Seruo communi, si res aliqua legata sit, & vnus ex condominis repudiet, eius pars non accrescit alteri condomino.*

9 *Ius accrescendi trãsit in dominum, etiam in vsufructu.*

10 *Seruo cõmuni, si legatus sit vsusfructus, & vnus ex condominis deficiat, eius pars alteri condomino accrescit.*

An, & quando ius accrescendi transeat in dominum.

Quæstio Sexagesima Quarta.

SEcundum exemplum afferri potest in
domino, cui per seruum pars hæredita-
tis, vel legati, aut fideicommissi acqui-
ritur: nam, & is iuris successor dicitur
1 † *d.l. quadam 9. §. nihil interest ff. de edend. & d.*
l. quamuis. 40. §. 1. ff ad Treb. Huic autem, quin
etiam competat ius accrescendi, nulla est
2 dubitatio † *l. si duobus. 41. & l. si mihi purè 61.*
ff. de leg. 2. Et scribit Don. d. lib. 7. comm. cap. 12.
3 quia, † cum sit reale, debet per consequentias
sequi rem, & ad omnes transire, in quos ipsa
portio principalis transfertur, *secundum ea, quæ*
diximus in hoc cap. q. 62. num. 9.

Hinc infertur primo, si seruus meus institutus sit ex parte, & ex parte extraneus, & seruus iussu meo adierit, & mihi quæsierit suam portionem, deinde deficiat extraneus partẽ eius ex persona serui mihi accrescere, saltem interueniente nouo iussu, & noua aditione, *l. si solut. 79. § fin. vers. ego quidem puto ff. de acq. hæred. & nos diximus in 8. cap q. 1. num. 30.* Idem est, &, si meo seruo coniunctim cum alio res legata, vel per fideicommissum relicta sit; Nam, si socius deficiat, pars eius mihi
4 accrescet † *d. l. si duobus. 41. & ibi gloss. in verb.*
legatum ff. de leg. 2.

Secundo infertur, si ego ex parte fuero institutus, & ex parte seruus meus, & ego repudiem partem meam, deinde iussu meo seruus adeat, partem a me repudiatam ex persona serui mihi accrescere, *l. si ego. 26. & l. si quis hæres. 35. §. fin ff. de acq. hær.* Idẽ est &, si mihi, & seruo meo res eadẽ legata sit; nam, si pars mea deficiat, nihilominus ex persona serui
5 ad me per ius accrescendi pertinebit † *d. l. si*
mihi purè 61. & ibi gl. in verb. responsum est, &
in verb. meũ ff. de leg. 2. Ang. de Gamb. de testam.
gl. 42. in fi.

Tertio infertur, si duo serui mei fuerint hæredes instituti, & vnus iussu meo adeat, alter verò deficiat, huius partem ex persona alterius mihi accrescere, *d. l. si quis hæres. 35. § fin. ff. de acq. hæred.* Idem est, &, si duobus seruis meis res eadem fuerit legata: nam, si vnus deficiat, pars eius mihi accrescet ex persona
6 alterius † *d. l. si duobus 41. & d. l. si mihi purè 61.*
in fin. ff. de leg. 2.

Quarto infertur, si seruus communis fuerit hæres institutus, & vnus ex condominis deficiat, partem eius accrescere alteri condo-
7 mino, cuius iussu seruus adierit † *l. seruus cõ-*
munis ab extero 66. ff. de acq. hæred. & nos latè
diximus in 5 cap. q. 40. num. 4.

Planè, si cõmuni seruo res legata sit, licet vnus ex condominis repudiet, non tamen
8 eius pars alteri accrescet † *l. & Proculo. 20. ff.*
de leg. 2 quia cum sint coniuncti coniunctione legali, siue (vt nos verius profitemur) omnimodo disiuncti, Consequẽs est, vt in legatis ius accrescendi habere nequeant, *sicuti latè ostendimus in eadem q. 40. num. 17. & seqq.*

Non solum autem ius accrescendi reale transit in dominum, sed etiam personale:
9 † Nã, quibus casibus accrescit domino pars deficiens, si legata sit proprietas, ijsdem etiã accrescet, si legatus sit vsusfructus, quippe qui per seruum domino non minus, quam proprietas acquiritur *l. vsusfructus. 6. §. acquiritur ff. de vsufr.* Quinimo hoc plus est in vsufructu, quia, si communi seruo legatus sit, & vnus ex condominis deficiat, eius pars alteri
10 accrescet inspecta persona serui † *l. 1. §. 1. ff de*
vsufr. accr. Atqui si legata sit proprietas, non erit iuri accrescendi locus *d. l. & Proculo.* Diuersitatis autem rationem attulimus *in d. q. 40 num. 30. & seqq.* vt proinde non possit nõ esse frustratoria in hoc loco repetitio.

SVMMARIVM.

1 *Ius accrescendi transit in monasterium, cui per monacum acquiritur pars hæreditatis, vel legati, & cur.*

An, & quando ius accrescendi transeat in monasterium.

Quæstio Sexagesimaquinta.

TErtium exemplum afferri potest in
monasterio, cui per monacum ac-
quiritur pars hæreditatis, vel lega-
ti, *secundum ea, quæ diximus in hoc*
cap. q. 44. nu. 4. & seqq. Nam, quia in eum trans-
fertur pars principalis, ideo non est dubitan-
dum, quin transferatur etiam pars accrescẽs,
1 † quippe, quæ rem sequitur, & ad omnes trã-
sit, in quos ipsa portio principalis transfertur,
vt diximus in hoc cap. q. 62. num. 9. Et hoc ad
exemplum patris, & domini, quibus in hac
iuris parte monasterium comparatur, *vt osten-*
dimus in eadem q. 44. num. 22. & seqq. Quamo-
brem

brem ea omnia, quæ de patre, & domino diximus *in q 63. & 64.* debent censeri, & id hac specie repetita.

S V M M A R I V M.

1 *Fiscus qui partem hæreditatis abstulit ab hærede, tamquam ab indigno, non est cohæres, seu coniunctus. Declara, vt num.14.*
2 *Fiscus qui partem hæreditatis abstulit ab hærede, tamquam ab indigno, nō habet portionem. Declara, vt num.15.*
3 *Fiscus, qui abstulit partem hæreditatis ab indigno, non succedit eodem iure, quo illius cohæres, Declara, vt num.16.*
4 *Ius accrescendi non competit indigno, cui pars ablata fuit, sed fisco, & cur, num.12. Declara, vt num.17. & seqq.*
5 *Declaratur l. si totam. 82. ff. de acq. hæred. & nu. seqq.*
15 *Pars. Eadem dicuntur de parte respectu partis, quæ de toto respectu totius.*
13 *Substitutionis ius non transit in fiscum, licet ius accrescendi transferatur.*
18 *Ius accrescendi non transit in fiscum, quoties agitur de vsufructu, & num. seq.*

An, & quando ius accrescendi transeat in fiscum.

Quæstio Sexagesimasexta.

QVartum exemplum afferri potest in fisco, qui & ipse iuris successor dicitur. In hunc autem, an trāseat ius accrescendi, dubitari solet. Vtique autem non loquimur de fisco habente partē coniuncti iure hæreditario, aut iure vacantiū, quia in his casibus non in viuentis, sed in demortui locum, insque succederet, ideoque ea non ad hanc quæstionem pertineret, sed ad eam, quam expoluimus *in hoc cap. q. 41. nu.6. & seqq.* an scilicet ius accrescendi transmittatur in hæredes: nam, quia eorum appellatione continentur omnes, qui in vniuersum ius defuncti succedunt, fit, vt etiam fiscus veniēs ex prædictis causis contineri debeat. *Et in his terminis loquitur Hyer. Verr. in l. ex facto. 43. §. vlt. num.65. ff. de vulg.* Quamobrem, quibus casibus ius accrescendi transfertur in hæredē, censebitur etiam transmitti in fiscum, aut iure hæreditario succedentem, aut venientem ad bona, tamquam vacantia, *vt in similibus terminis diximus in hoc cap. q. 45. num. 4.* Minus loquimur de fisco habente partem coniuncti iure confiscationis, quia, licet is te vera succedat in locum viuentis, perinde tamen habetur, ac si in locum demortui succederet quoniam is, cuius bona confiscantur, pro mortuo habetur *l. actione. 63. § publicatione ff. pro soc.* ideoque ne in hac quidem specie fiscus est a cæteris transmissatijs distinguendus, sed quibus casibus ius accrescendi transit in hæredes, debet etiam censeri transmissum in fiscum, sed loquimur de fisco, qui partem abstulit a coniuncto, tāquam ab indigno, *secundum ea, quæ diximus in hoc cap. q.45. & 47. & alijs seqq.* Nam, quia ablatio non est vniuersalis, & omnium bonorum, sed eius tantum rei, cuius respectu contracta est indignitas, ideo dubitari solet, an trahatur etiam ad partem coniuncti postea deficientis, & sic, an ea accrescat fisco, qui partem abstulit principalē, an verò indigno, qui ea priuatus est.

Dubitationem autem facit in primis illud quia ius accrescendi non competit, nisi ei, qui est cohæres, aut cum deficiente coniunctus in legato vel fideicommisso *l. vn. §. his ita definitis, & §. vbi autem legatarij C. de cad. toll.* Atqui, non fiscus, qui ab indigno partem abstulit, cohæres est, aut coniunctus, sed indi-
1 gnus, † quia testator non illum, sed hunc vocauit. Ergo non fisco, sed indigno debet ius accrescendi competere.

Secundo facit dubitationē, quia, cū portio portioni accrescat *l. si Titio. 39. § 1. ff. de vsufr.* Cōsequens est, vt ei tantū debeat accrescere, qui portionem habet, *vt diximus in hoc cap. q. 70. num. 2.* Sed fiscus non habet portionem,
2 † quia, licet abstulerit rem, id est, corpora, & iura hæreditaria, non tamen ipsam hæreditasis partem censetur abstulisse, cum aliud sit pars hęreditatis, aliud pars rerum, & corporū hæreditariorum *l. quamuis. 14. ff. si quis om. caus. test.* sicut aliud est hęreditas, aliud res quę in hæreditate continentur *l. 1. § quedam ff. de rer. diuis. tit. Inst. de reb. corp. in princ.* Quamobrem licet habeat res hæreditarias, non tamē censetur hæres, aut ex asse, aut pro parte, *vt diximus in hoc cap. q.48. n.32.* Contra verò partem hæreditatis habet indignus, quippe, qui non obstante ablatione remanet hæres, *l. ex facto. 43. §. vlt. ff. de vulg.* Ergo non fisco, sed indigno debet pars deficientis accrescere.

Tertio demum mouet dubium illud, quia, ius accrescendi non competit, nisi ei, qui succedit eodem iure *l. sed, cum patrono 6. in prin. ff. de bon. poss. & nos late diximus in 5. cap q.43. nu.1. & seqq.* Sed fiscus non succedit eodem
3 iure, quo deficiens, † scilicet, quia fiscus venit ex causa inter viuos, deficiens verò venit ex vltima voluntate, Contra verò indignus venit ex eodem iure, eademque causa qua deficiens, nempe ex eodem testamento, siue ex eodem legato, vel fideicommisso. Ergo non fisco, sed indigno debet ius accrescendi competere.

Verùm his non obstantibus certi iuris est, id non indigno competere, sed fisco, qui ab eo rem abstulit, vel, quia tacitam fidem præstiterit de restituendo incapaci, vel, quia cō-
4 miserit aliam indignitatis causam, † *secundū ea, quæ diximus in hoc eodē c. q. 54. & qq. seqq. Ita enim de fisco scripserunt Bart. in l. si totam. 82. num.2. & 3. & ibi Ang. Castr. & Imol. num. 5. & 2. ff. de acq. hæred. Ias. in d. l. re comuncti, nu. 531. vers. contrarium opinionem, & ibi Rip. nu. 90. & 91. vers. 1. facit, Polit. num. 54. Alcia. nu. 56. vers. fane, & numer. 41. vers. sed quid in fisco, Hyer. Verr. in d. l. ex facto. 43. §. vlt. num. 65. ff. de vulg. Gomez. tom. 1. varia resol. cap. 10. num. 35. vers. 2. & num. 44. vers. probat etiam, Claud. Tut. in l. on. num. 73. & ibi la. Gutier. numer. 64. vers. Non obstat, & numer. 65. C. quand non pet. part. Did. Spin. in suo specu. testa. gl. 27. num. 65. Andr. Fach lib. 5. contro. cap. 101. vers. quartum sumitur, Duar. ad tit. ff. de vulg. cap. 55. De indigno verò diximus in hoc cap. q. 74. numer. 20. Et sensisse.*

sensisse etiam videntur, qui scripserunt, ius accrescendi transire in successorem vniuersalem, aut in quemlibet successorem, aut etiam simpliciter in successorem, quos retulimus in hoc ipso cap. q. 62. nu. 6. Significant enim transire etiam in fiscum, qui iuris successor est, vt supra diximus. Idque non obscurè probat *d. l. si totam*, vbi Vlpianus, *Si totam, inquit, an partem, ex qua quis hæres institutus est, tacitè rogatus sit restituere, apparet nihil ei debere accrescere, quia rem non videtur habere:*

5 Nam, † licet non dicat accrescere fisco, eo tamen ipso, quod negat, accrescere indigno, per necessariam consequentiam supponit, accrescere fisco, quia alioquin testator pro parte haberet hæredem, aut decederet testatus, & pro parte non, quod esset absurdissimũ. Idque dubium non habet.

De illo sanè dubitari potest, quam ob rẽ

6 dicat Vlpianus, † nihil indigno debere accrescere, *si totam hæreditatem, aut partem, ex qua quis hæres institutus est, tacitè rogatus sit restituere*, prout legitur in vulgatis codicibus: Nam, licet hoc dici possit, quoties fuit institutus ex parte, & tacitè rogatus est, eam restituere, quod alia subsit pars, de cuius accretione tractari possit, non tamen id ipsum videtur posse dici, quoties fuit institutus in tota hęreditate: Nam, siue totam rogatus sit restituere, siue eius tantum partem, non potuit tractari de alterius partis accretione, quia si rogatus est restituere totam, tota quoq; aufertur, si verò partem, manet alia pars apud eundem indignum, ideoque non potest eius respectu locum habere ius accrescendi, *vt animaduerterunt Ias. in d. l. re coniunctĩ, num. 131. vers. 2. diligenter, & ibi Polit. num. 53. vers. ex quo videtur.*

Veteres frequentiùs ita locum hunc intel-

7 ligunt, vt in eo non loquatur Vlpianus † de hærede ex asse instituto, quia alioquin non posset ius accrescendi considerari, & procederent ea, quæ supra diximus, sed loquatur de eo, qui fuit institutus ex parte, & rogatus est restituere, vel totam eam partem, vel partis partem. *Ita enim explicant Imol. in d. l. si totã in prin. & fin. & ibi Castr. Ias. in d. l. re coniunctis, num. 131. vers. 2. diligenter.* quod, & verum est. Sed ad hæc obstant duo, & primum illud, quia, cum Vlpianus dicat, cum fuisse tacitè rogatum restituere, *totam hæreditatem, aut partem, ex qua hæres institutus est*, nõ videtur posse ad eum referri, qui rogatus est, restituere totam partem, quia pars hæreditatis, quantumuis tota, & integra non rectè tota hæreditas dicitur.

Verùm hæc dubitatio facilimè resoluitur ex Pand. Flor. vt potè, ex quibus constat, vul-

8 garem lectionem esse mendosam: † Non enim *si totam hæreditatem, aut partem, ex qua quis hæres institutus est*, legitur, vt in codicibus vulgaribus, sed, *si totam, an partẽ ex qua quis hæres institutus est*. Itaque illa dictio, totam, nõ intelligitur de tota hęreditate, sed de tota parte, ex qua quis hęres institutus est, vt rectè declarant veteres, licet in vulgata lectione sustinenda se contorquant, *vt proinde non sit necesse disputare de veritate intellectuum, qui ad d. l. si totam, accommodantur a Polit. in d. l. re coniunctis, nu. 53. vers. Ideoque cogitabam, & Hyer. Verr. in d. l. ex facto 43. §. vlt. num. 31. & seq. ff. de vulg.*

Alterum verò, quod obstat, maiorem in se continet difficultatem: Nam, licet id, quod

9 Vlpianus ait, † *nihil ei debere accrescere, quia rẽ non videtur habere*, de plano, & sine difficultate procedat, quoties is, qui ex parte institutus est, totam eam partem fuit tacitè rogatus restituere, non tamen verum est, quoties rogatus est restituere, non totam eam partem, sed illius partem partis, *vt fatetur gl. in d. l. si totã, in verb. restituere*, quia, cum fiscus non auferat, nisi partem, in qua legem fraudare voluit, consequens est, vt alia pars apud eum remaneat, & per consequentias, vt pro rata eius portionis debeat ei pars cohæredis deficientis accrescere. Cur igitur indistinctè dixit, *si totam, an partẽ*, quasi nihil sit inter huiusmodi species discriminis? aut, cur, eum duas initio species proposuerit, vnam tantum definiuit?

Hęc difficultas non videtur (meo iudicio) posse aliter resolui, quam, si dixerimus re vera Vlpianum, si spectamus verba, eam tantũ

10 determinasse speciem, † in qua quis fuit rogatus restituere totam partem, quoniam ait, *nihil ei debere accrescere*, & sic per illam dictionem, nihil, quæ est vniuersalis, & omnium exclusiua, significat, nullam omnino partẽ ei debere accrescere, sed, si spectemus mentẽ, & ea, quæ consequuntur, magis esse, vt determinauerit etiam alterã speciem, in qua fuit rogatus restituere partem partis: Nam, quia eadem dicuntur de parte respectu partis, quæ

11 de toto respectu totius † *l. quæ de tota 76. ff. de rei vind. l. si seruus 81. in fi. ff. de acq. hæred. d. l. non quoties in fin. 84. § fundus ff. de leg. primo* ideo fit, vt ex eo, quod nihil debet ei accrescere, qui rogatus est restituere totam partem, intelligamus etiam, nõ debere ei pro rata accrescere, si non totam partem, sed partem tantum partis rogatus sit restituere, quoniã pro rata illius portionis, quæ aufertur, pars vacans debet fisco accrescere nõ indigno, *vt supra dictum est. Et in specie declarat Ias. in d. l. re coniunctis nu. 131. vers. 2. diligenter.*

Ideo autem fisco, non indigno pars accre-

12 scit, quia, † cum hoc ius sit reale, tamquam id, quod portioni cohæret *l. si Titio. 39. §. 1. ff. de vsufr.* sit, vt debeat sequi rem, & ad omnes transire, in quos ipsa portio principalis transfertur *l. cum ex filio. 39. §. vlt. ff. de vulg. & nos diximus in hoc cap q. 62. num. 9.* non autem ei competere, qui portionem non habet, *vt diximus in hoc ipso cap. q. 70. n. 2. Et ita in proposito ratiocinantur Bart. in d. l. si totam, num. 2. & ibi Bald. & Castr. Ias. in d. l. re coniunctis, num. 132. vers. 2. & num. 133. Clau. Tut. in d. l. vn. numer. 74. vers. ideo 2. respondetur C. quand. non pet. part.*

Hinc intelligimus differre substitutionem

13 a iure accrescẽdi: † Nam, quia substitutio respicit personam, & ei cohæret, ideo, nec in hæredem, nec in fiscum transfertur, sed remanet apud indignum *d. l. ex facto. 43. §. vlt. ff. de vulg.* At ius accrescendi, quia respicit rem nõ personam, ideo rem sequitur, & transit in hęredem, ac fiscum, in quos res ipsa transfertur, non autem indigno competit, qui rem non habet. *Ita Bart. in d. l. si totam nu. 2. & ibi Bald. Castr. & Imol. num. 2. Ias. in d. re coniunctis, nu. 128. vers. huic fundamento, & nu. 131. vers. contrariam opinionem, & ibi Crott. num. 48. vers. & sequendo,*

*sequendo, Rip num. 92. vers. Pro Petr. & nu. 93.
Polit. num. 57 vers. 2. adducitur, & num. 59. Io.
Gaud. num. 88 Ias. in l. 2. num. 8. vers. Non ob-
stat C. de pact. Did. Spin. in suo spec. testa. gl. 17.
num. 69. Andr. Fach lib. 3. contro. cap. 101. vers.
sed nihil valet, & lib. 10 cap. 3. vers. 3. ex eo, & c.
69 vers. Primo enim adducitur.*

Neque obstant contraria: Ad primũ enim
respondeo, fiscum non esse cohæredem, nec
14 coniunctum, † si per se consideretur. Cœterũ,
si consideretur, quatenus repræsentat indignũ
in cuius locum subrogatur, & succedit, ma-
gis esse, vt censeatur, & cohæres, & coniun-
ctus.

Ad secundum verò respondeo, fiscum, li-
cet non sit hæres nomine, & consequenter
non habeat partem hæreditaris, esse tamen
15 hæredem † effectu, quia consequitur omnia
iura, & corpora hæreditaria, in quibus vis, &
effectus hæreditatis consistit, *vt ostendimus in
hoc ipso cap. q. 48. num. 27.* ideoq; ei competere
ius accrescendi, quoniam in eo, tamquam
reali non spectamus nomen, quod in subtili-
tate iuris potiùs, quam in rei veritate consi-
stit, sed spectamus rem, & effectum *d. l. si totã,
& dicemus inb oc eodem cap q. 69. nu. 25. & seqq.*
Contra verò indignum, licet sit hęres nomi-
ne, non tamen esse hęredem effectu, quia rē
idest, iura, & corpora hęreditaria non habet,
ideoq; ei ius accrescendi non competere, *d. l.
si totam, & dicemus in q. 74. num. 20. & seq.*

Ad tertium denique respōsio patet ex ijs,
quæ supra diximus: Nam fiscus, licet diuerso
16 succedat iure, † si per se consideretur succedit
tamen eodem iure, si consideretur, vt subro-
gatus in locum indigni ex cuius persona ve-
nit. Contra vero indignus licet, quod nomē,
succedat eodem iure, tamen, quia effectum
successionis non habet, perinde habetur, ac, si
non succederet, ideoque nil mirum, si ius ac-
crescendi fisco competat, non indigno.

Sanè hoc ita intelligendum est, vt proce-
17 dat, † quoad iura vtilia; nam, quoad directa,
verius est, ius accrescendi, non fisco, sed indi-
gno competere, quia iura directa non possint
a persona separari, *vt dicemus in hoc cap. q. 69.
num. 1. & 2.*

Deniq. procedunt in iure accrescendi rea-
18 li, non etiam in personali; † Nam, si quis ta-
cite rogatus sit, partem vsusfructus sibi reli-
ctam incapaci restituere, etiamsi supponere-
mus, eam a fisco auferri, quod vix est, vt sine
interitu vsusfructus fieri possit, *ex ijs, quæ dice-
mus in 10. cap. q. 8. nu. 29. & seqq.* nihilominus
alia pars postea vacans, nō fisco, sed indigno
19 accresceret, † quia, vt sepè dictum est, vsusfru-
ctus, non rei, sed personæ accrescit, *Et ita sensit
Bald. in d. l. si totam.* Et hęc de successoribus
vniuersalibus.

S V M M A R I V M.

1 *Ius accrescendi personale non transit in singula-
rem successorem, & cur, num. 3. & seqq.*
2 *Vsusfructus pars non accrescit emptori, sed ven-
ditori & cur, num. 3. & seqq.*
5 *Vsusfructus non potest sine sui interitu a persona
discedere.*
6 *Vsusfructus, si cedatur extraneo, finitur, & cum
proprietate consolidatur.*
7 *Vsusfructus, cum venditur, nō transfertur vsus
ideoque venditor vtitur, emptor vero fruitur.*
8 *Emptor partis rei legatæ non est cum deficiente
coniunctus, Declara vt num. 22.*
9 *Emptor rei legatæ non venit ex voluntate testa-
toris, Declara, vt num. 23.*
10 *Ius accrescendi competit, etiam ei, qui rem habere
videtur, & num. 66.*
11 *Pretium rei qui habet ipsam rem habere videtur,
Declara, vt num. 24. & 25. & num. 50.*
12 *Venditio non comprehendit, nisi ea, quæ tempore
contractus venditori competebant, Declara, vt
num. 26.*
13 *Contractus. In contractum regulariter non ve-
niunt ea, de quibus non est cogitatum, & num.
147. Declara. vt num. 27. & seq.*
14 *Portio legati, vel fideicommissi vacans accrescit
emptori, non venditori, & cur, nu. 15. & seqq.*
17 *Alluuio pertinet ad emptorem fundi, non ad ven-
ditorem, & cur, num. 18.*
29 *Portio hæreditatis vacans, quoad ius directum
sine dubio accrescit venditori, non emptori, &
cur, num. 30.*
31 *Portio hæreditatis accrescit emptori, non vendito-
ri, & cur, num. seqq. Sed contra, nu. 57. & cur,
num seqq. Declara, vt num. 157. & seqq.*
32 *Portionem hæreditatis, quoad vtilitatem, & effe-
ctum habet emptor, non venditor, Sed contra,
num. 114. Declara, vt num. 122.*
33 *Ius accrescendi hæreditarium non competit ei, qui
nudum hæredit nomen habet, sed ei, qui ha-
bet rem, idest, commodum, & emolumentum hę-
reditatis licet nomine non sit hæres, Declara, vt
num. 125.*
34 *Emptor hæreditatis habet rem, idest commodum,
& emolumentum hæreditatis, Declara, vt nu.
127.*
35 *Commoda, & incommoda hæreditaria non resident
penes venditorem, sed transeunt in emptorem
hęreditatis, Declara, vt num. 127.*
36 *Fideicommissarius, & fiscus sunt successores vni-
uersales.*
37 *Emptor hæreditatis non est successor vniuersalis,
sed singularis, Declara, vt num. 40.*
38 *Emptor dicitur rei, non iuris successor.*
39 *Argumentum a fideicommissario, vel fisco ad
emptorem hæreditatis, non procedit, & cur, nu.
48 & seq. & num. 125. & seqq.*
41 *Actiones hęreditariæ transeunt in emptorem hæ-
reditatis.*
42 *Emptor hæreditatis non habet actiones directas,
sed vtiles.*
43 *Indigno, cur non accrescat pars hæreditatis vacās,
& num. 45.*
44 *Hæres grauatus, qui restituit hæreditatem, cur
non habeat ius accrescendi, & num. 46.*
47 *Declaratur l. Papinianus. 43. ff. ad Treb. & nu.
129.*
51 *Veritatem, non fictionem spectamus in iure ac-
crescendi.*
52 *Veritas fictioni præualet.*
53 *Subrogatus in alterius locum censetur eodem iure
quo is, cuius loco subrogatur.*
54 *Emptor hæreditatis subrogatur loco venditoris,
Declara, vt num. 130. & seqq.*
55 *Emptor hæreditatis re vera non est hæres.*
56 *Emptor hæreditatis, licet non sit hæres, eo tamen
ipso, quod habetur loco hæredis, debet habere
omnes effectus, & omnia iura, quæ vero hære-
di competunt.*

58 *Emptor*

58 Emptor hæreditatis non succedit eodem iure, quo cohæres venditoris, Declara, vt num. 59.

60 Emptor hæreditatis non repræsentat defunctum, sed venditor, Declara, vt num. 61.

62 Emptor hæreditatis non est coniunctus cum deficiente, sed venditor, Declara, vt num. 63.

64 Emptor hæreditatis non venit ex voluntate defuncti, Declara, vt num. 65.

67 Declaratur l. si totam. 82. ff. de acq. hæred.

68 Venditor hæreditatis videtur rem habere, saltem interpretatiuè, & num. 70.

69 Pretium in vniuersalibus succedit loco rei, Declara, vt num. 71. & 72.

70 Portio hæreditatis vacans accrescit etiam ei, qui partem suam donauit.

74 Rationes inductiuæ iuris accrescendi militant in venditore non emptore, Declara vt num. 75.

76 Substitutio non transit in emptorem hæreditatis & cur. num. 77.

78 Emptor hæreditatis non est hæres, sed venditor, Declara, vt num. 79. & seqq.

83 Iura actiua, & passiua non transeunt in emptorẽ hæreditatis, sed remanent penes venditorem, & cur, num. 84. Declara, vt num. 85.

86 Emptor hæreditatis an, & quando possit agere contra debitores hæreditarios.

87 Venditor hæreditatis, si quid agendo contra debitores hæreditarios consecutus sit, tenetur id emptore præstare.

88 Venditor hæreditatis non transfert in emptorem hæreditarias actiones passiuas, & cur, numer. 89.

90 Venditor hæreditatis potest adhuc a creditoribus hæreditarijs conuenire

91 Emptor hæreditatis non potest inuitus a creditoribus hæreditarijs conueniri.

92 Creditores hæreditarij, si egerint cõtra emptorem hæreditatis, qui litem passus sit secum contestarẽ, & postea velent agere contra venditorem, exceptione taciti pacti repellantur.

93 Venditor hæreditatis, si conuentus a creditoribus hæreditarijs aliquid eis soluerit, potest id ab emptore repetere, & cur, num. 94.

95 Emptor hæreditatis non habetur loco hæredis, & cur, num. 95. & seqq.

96 Hæredis loco habentur, qui iure sustinent onera hæreditaria, non etiam, qui vinculo stipulationum.

97 Declaratur § restituta, Inst. de fideico. hæred. & num. seqq.

98 Fideicõmissarius, cui restituta est hæreditas, olim interdum habebatur loco hæredis, interdum loco legatarij, & quando, numer. 99. & seqq Hodiè vero habetur semper loco hæredis, num. 112.

99 Restitutio hæreditatis olim interdum fiebat ex S.C. Trebelliano, interdum ex S. C. Pegasiano, & quando, num. seqq Hodie vero semper fit ex Trebelliano, num. 113.

109 Stipulationes, quæ olim interponebantur inter hæredem grauatum, & fideicommissarium, interdum erant captiosæ, & cur, num. 110.

113 Declaratur §. inordinatum, vers. quoniã, Auth. de hæred. & Falc. coll. 1.

114 Emptor hæreditatis non habet portionem, sed venditor, Declara, vt num. 122.

115 Venditor hæreditatis potest ab emptore conueniri, vt tradat possessionem rerum hæreditariarum vel præstet, quanti eius intersit

116 Emptor hæreditatis non habet ius hæreditarium, sed illud remanet penes venditorem

117 Hæreditas non æstimatur ex rebus singulis, sed ex iure

118 Portio hæreditatis non accrescit singularibus rerum hæreditariarum possessoribus, & cur, num. 119.

120 Venditor hæreditatis dicitur adhuc hæreditatem possidere.

121 Venditor hæreditatis non transfert in emptorem dominium rerum hæreditariarum, nisi facta traditione.

123 Ius accrescendi non hæreditarium transit in emptorem, hæreditarium verò remanet apud venditorem, & cur, num. 124.

128 Fideicommissario vniuersali nõ accrescebat pars hæreditatis vacans, quoties in eum non transibant onera, nisi remedio stipulationum.

133 Ius accrescendi competit ei, qui a fisco emit partẽ hæreditatis & cur, num. seq.

135 Venditor hæreditatis tenetur emptori restituere id, quod vi iuris accrescendi consecutus est, si etiam pars accrescens sit in venditione cõprehẽsa, alias non.

136 Venditor hæreditatis tenetur emptori restituere commodum partis accrescentis, si ex verbis, aut coniecturis constet actũ esse vt etiã illud in venditione comprehenderetur, & num. seq. Quando autem de hoc constare censeatur, dicitur n. 140 & seqq.

138 Substitutionis pupillaris commodum debet emptori hæreditatis præstari, si constet, id actum esse a contrahentibus.

139 Actum, quod est a contrahentibus, semper est spectandũ & seruandum in venditione hæreditatis, & alijs contractibus.

144 Venditor hæreditatis, cui pars cohæredis accreuit in dubio non tenetur emptori præstare commodum, quod ex ea percepit, & cur, nu. seqq. Sed contra, num 157. & cur, num. seqq.

145 Vendita hæreditate non censentur vendita, nisi ea, quæ tempore contractus venditori competebant, Declara, vt num. 184. & seq.

146 Emptori non sunt præstanda ea, quæ venditor consecutus est occasione rei venditæ, nisi id expressè dictum sit, Declara, vt num. 186.

148 Venditionis contractus est correspectiuus ratione rei ad pretium, & contra.

149 Venditor hæreditatis non censetur in definiendo pretio respexisse ad partem accrescentem, Sed contra, num. 188.

150 Emptionis, & venditionis naturæ repugnat, vt emptor habeat rem sine pretio

151 Interpretatio in dubio facienda est contra emptorem, quoties tractatur de includendis accessionibus, Declara vt num. 189.

152 Partis appellatione non continetur alia pars

153 Pars hæreditatis vacans effectu accrescit emptori, si venditor tenetur ei restituere, quod ex parte accrescente consecutus est.

154 Circuitus inutilis est euitandus, Declara, vt num. 191.

155 Circuitus euitandi gratia debemus simpliciter dicere, partem vacantem accrescere emptori hæreditatis

156 Interpretatio ita est facienda, vt opinio communis non sit inutilis, nec lusoria, aut potiùs verbalis, quam realis

158 Portio hæreditatis vacans accrescit venditori immediatè, emptori verò mediatè

159 Portio hæreditatis vacans accrescit venditori, quoad ipsum ius hæreditatis, sed, quoad commodum,

modum, & emolumentum atcrescit emptori.

160 *Ius atcrescendi radicatur in persona venditoris, non emptoris.*

161 *Emptor hereditatis non debet habere minus, quã apud heredem futurum esset, si hereditatem nõ vendidisset;*

162 *Venditor hereditatis tenetur emptori prestare id omne, quod ad eum ex hereditate peruenit, Declara, vt num. 163.*

164 *Declaratur l.2.§.non tãtum ff. de hered. vel actio. vend.*

165 *Declaratur l. heredem. 14. ff. de mand. & nu. 184.*

166 *Hereditas, cum venditur hoc tacitè agi intelligitur, vt id omne venditum censeatur, quod ad venditorem peruenit, ut heredem.*

167 *Emptori hereditatis prestãdum est id omne, quod peruenit ad haredem, tamquam haredem.*

168 *Substitutionis pupillaris commodum pertinet ad haredem, tamquam haredem, quoties facta est sub hac formula. Quisquis mihi heres erit, idem impuberi filio meo hares esto, Sed contra, num.*

169 *Declara, vt num. 170.*

170 *Hares, vtrum vocitur tamquam hares, an verò, quia sit hares, qualiter differat.*

171 *Venditor hareditatis tenetur emptori prastare, quod implenda conditionis causa fuit ei solutũ, Sed contra, num. 172.*

173 *Declaratur l. si, qui in potestate 15. § fin. ff. de lega. praest.*

174 *Vendita hareditate lucrum omne spectat ad emptorem, Declara, vt num. 175. & seqq.*

177 *Vendita parte hareditatis, qua principaliter haredi delata est, censetur etiam vendita pars accrescens.*

178 *Pars accrescens sequitur partem principalem, & cum ea vnitur, ita, vt ab ea separari nequeat.*

179 *Pars accrescens deberet ad emptorem hareditatis pertinere, etiam si non possit censeri vendita.*

180 *Declaratur l. fin. ff. de hared. vel act. vend.*

181 *Declaratur l.2.§. illud ff. de hared. vel act. vend.*

182 *Pars accrescens censetur diuersa a parte principali, qua fuit vendita, Sed contra, num. 183.*

190 *Interpretatio in dubio facienda est contra venditorem.*

An, & quando ius accrescendi transeat in singularem successorem

Quæstio Sexagessima Septima

NVnc videamus de successore singulari, puta emptore, vel donatario, & dispiciamus, an in eum ius accrescẽdi transferatur. Cõstat autem in hac questione tres esse distinguẽdos casus, quorũ

Primus est, quando tractatur de iure accrescendi personali, Et tũc res caret dubio: nam
1 certum est, id non transferri, † *vt scribunt omnes, quos referemus num. seq.* Itaque, si duobus
legatus sit vsusfructus, & vnus partem suam
vendat, deinde collegatarius deficiat, eius
pars non accrescet emptori, sed venditori:
2 † *Ita scribunt Bart. in d. l. re coniuncti, num. 26.
& ibi Ias. num. 124. in fi. Rip. num. 84. vers. prima, Polit. num. 52. Ang. de Gamb. de testa gl. 42.
num. 8. in fi. Duar. lib. 2. de iur. accr. cap. 6. in fin.*
3 quia, † cum portio vsusfructus non accrescat
portioni, sed personæ *l. si Titio. 39. §. 1. ff. de
vsufr.* idest, ei, quem testator coniunctim cũ
alio vocauit, Consequens est, vt non debeat
accrescere emptori, licet habeat portionem,
sed venditori, qui a testatore fuit ad vsumfructum vocatus. *Ita ratiocinantur Bart. Rip.
Polit. Ang. de Gamb. & Duar. in supra allegatis
locis.* Quinimo, licet portio vsusfructus deberet ad exẽplũ ꝓprietatis portioni accrescere
(quod tamen a veritate alienum est) deberet
nihilominus ad venditorem, non etiam ad
4 emptorem pertinere, quia, † cum vsufructuarius ius suum vendit, *ut fieri posse supponitur in
§. 1. Inst. de usu, & habit.* non censetur ipsum
vsumfructum transferre, quia alioqnin periret: Nam vsusfructus, tamquam personalis
nõ potest sine sui interitu a persona discedere
5 † *l. uel, si seruo. 15. ff. de fam. ercis.* eaque ratione, si
cedatur extraneo, finitur, & cum proprietate
6 consolidatur † *l. si usufructus. 67 ff. de iur. dot.*
sed censetur tantum transferre fructus, seu
ius fruendi. Quamobrem dicimus, venditorẽ
7 vsusfructus vti, emptorem verò frui † *l. arboribus. 13. §. usufructuarius ff. de usufr.* Vnde, quia
pars vsusfructus non censetur esse penes emptorem, sed penes venditorem, ideo, licet diceremus, aliã portionẽ accrescere portioni,
non tamen deberet accrescere emptori, sed
venditori, quippe, qui re vera vsufructuarius
est, & partem vsusfructus habet.

Secundus verò casus est, quando tractatur de iure accrescendi reali, sed non hæreditario, vt est illud, quod habet locum in legatis, & fideicommissis, Et tunc, si vnus ex coniũctis vendat suam legati, aut fideicommissi partem, & postea socius deficiat, & quæramus, an pars, quæ postea vacat, debeat emptori, an verò potiùs venditori accrescere.

Dubitationem in primis facit illud, quia
portio legati, vel fideicommissi vacans non
accrescit, ni[si] ei, qui cum deficiente est aliqua coniunctione iunctus *l. & Proculo. 20. ff.
de leg. 2. & patet ex ijs, qua diximus in 5. cap. q.
36. num. 6 & q. 41. num. 1 & 3.* Atqui in specie
proposita non est cum deficiente cõiunctus
8 emptor, sed venditor, † *ut scribit Polit. in d. l. re
coniuncti, nu 58. vers. 4.* scilicet, quia coniunctus is tantum dicitur, quem testator simul
cum alio ad eandem rem vocauit, *ut patet ex
ijs, qua diximus in eodem 5. cap q. 1. num 2. & 3.*
cuiusmodi non est emptor, sed vẽditor. Ergo
portio legati, vel fideicommissi vacans, non
emptori, sed venditori debet accrescere.

Secundo mouet dubium illud, quia in legatis, & fideicommissis is tantum potest habere ius accrescendi, qui venit ex voluntate
testatoris, *ut patet ex ijs, qua diximus in 2. cap.
q. 2. num. 47. & seqq.* Quamobrem dicimus, in
ijs ius accrescendi ex volũtate testatoris prouenire, *uti uidere est apud eos, quos retulimus ibi
num. 47.* & contra illius voluntatem non habere locum, *ut dicemus in 10. cap. q. 16. num. 6.*
Atqui ex voluntate testatoris non emptor
9 venit, sed venditor, † quippe, quem testator
vocauit, cum alioquin emptor fuerit illi incognitus. Ergo solus vẽditor, non etiam emptor debet habere ius accrescendi. *Ita arguit
Cuiac. lib. 12. obs. cap. 13.*

Tertio augetur dubitatio ex eo, quia ius accrescendi reale, nõ solum competit ei, qui partem habet, sed etiam ei, qui partem ha-

10 bere videtur † *l. si totã 82. ff. de acq. her. argumendo a contrario sensu.* Sed venditor legati, licet re vera non habeat partem, vt pote, quam transtulit in emptorem, eo tamen ipso, quod habet pretium, videtur eam habere, non obstante, quod tractetur de re particulari, non
11 vniuersali † *l. si usufructus. 41. §. fin. & l. quia, qui pretio 45. ff. de usufr. l. sed. si quis seruum 35. & l. seq. ff. de usul. l. item, quamuis. 10. §. 1. ff. com. diuid.* Ergo debet ei ius accrescendi competere.

Quarto videtur id ipsum suaderi ea ratione, quia, quoties venditur legatum, id tantum venire intelligitur, quod tempore contractus
12 venditori competit † *l. 2. §. 1. uers. plerunque ff. de hered. uel act. uend.* Atqui tempore contractus non competit venditori, nisi portio principaliter ei relicta, cum alia postea defecisse, & per consequentias accreuisse supponatur. Ergo non censetur accrescens venisse, & consequenter non potest, tamquam vendita ad emptorem pertinere. *Ita arguit Cuiac. d. lib. 12. obs. cap. 13.*

Quinto, & vltimo videtur hæc pars ex eo confirmari, quia, si diceremus, ei, qui legati partem emit, accrescere etiam aliam partẽ, quæ postea defecit, sequeretur, in cõtractum venire etiam ea, de quibus non est cogitatũ: Nec enim verisimile est, venditorem cogitasse de socij defectu, quia alioquin, vel non vendidisset partem suam, vel saltem maiore pretio vendidisset, maximè, si pars socij esset maior parte vendita, prout esse potuit. Atqui hoc est absurdum, quia in contractum regulariter non veniunt ea, de quibus non est co-
13 gitatum † *l. cum Aquiliana. 5. ff. de transf.* ne alioquin actus operetur vltra intentionem agentis *contra l. non omnis. 19. ff. si cert. pet.* Ergo nõ debet pars postea vacans censeri vendita. Et ita censuit Cuiacius *d. lib. 12 obs. cap. 13.*

His tamen non obstantibus contrarium verius est, & receptius, scilicet in legatis, & fideicommissis partem vacantem, non accrescere venditori, sed emptori, & cuilibet alij successori singulari, puta legatario, vel cessio-
14 nario. † *Ita enim censuerunt Bart. in d. l. re coniuncti, num. 26 & ibi Alcia. num. 43. uers. addit, ubi ait transire etiam in legatarium, & Polit. nu. 58. uers. 4. & Io Gaud. numer. 88. uersic. quod, si dicas, Ang. de Gamb de testa. gl 42. num. 8. in fi. Alex. in l cum ex filio 29 §. ult. numer. 5. uers pro dicto ff. de uulg. Iim Zoar in suo Thes. recep. sent. in uerb. accrescendi ius, ubi testatur, ita communiter dd. teneri, Gomez. tom. 1 uaria. resol. cap. 10. num. 44 uers. 2 uero casu, Grass. in d. §. ius accrescendi q. 12. num. 8. Duar. lib 2. de Iur. accr. cap. 6 uers. ego autem, & uers. Itaque.* Probatur autẽ hæc sententia

15 Primo, quia, † enim in legatis, & fideicommissis portio portioni accrescat *l. si Titio. 39. §. 1. ff. de usufr.* Consequens est, vt accrescat ei, qui portionẽ habet. Atq portionẽ legati, vel fideicõmissi, nõ venditor habet, sed emptor. Ergo, nõ illi, sed huic debet portio vacãs accrescere. *Ita arguũt Bart. in d. l re cõiuncti, n. 26. Ang. de Gamb de testa. d gl. 42. n. 8. in fi. Gomez. d. tom. 1. uar. resol. cap. 10. numer. 44. uers. 2. uero casu, Duar. d. lib. 2. de Iur. accr. cap. 6. uers. Ego autem.*

Nec est, quod respondeas, id quod dicitur *in d. l. si Titio,* portionem portioni accrescere non aliud significare, quam partem vacantẽ non accrescere ei, qui partem suam amisit, q̃, de venditore dici nequit, quippe, qui partem suam adhuc habere intelligitur, *ut respondit Cuiac. d. lib. 12. obs. cap. 13.* quia verius est, imo venditorem non posse dici habere partem suam, vt pote, quam transtulit in emptorem, *ut ostendemus infra num. 124.* ideoque nec ad eum posse partem vacantem, quæ portioni accrescit, pertinere.

16 Secundo probatur, quia † ius accrescendi, quod in legatis, & fideicommissis locum habet, comparatur alluuioni *d. l. si Titio. 39. §. 1. ff. de usufr. & nos diximus in primo cap. q. 1 nu. 24.* Sed, quod per alluuionem accedit, nõ per-
17 tinet ad venditorem, sed ad emptorem † *l. id, quod. 7. ff. de per. & comm. rei uend. § cum autem*
18 *Inst. de empt. & uend.* scilicet, quia † sequitur rem, & ad eos spectat, qui rem habent *l. quod in rerum. 24. §. si quis post ff. de leg. primo, l. sæpè legatum 16. ff. de leg. 3. & nos etiam diximus in eadem q. 1. nu. 14.* Ergo debet etiam ad emptorem, non ad venditorem pertinere, quod accedit per ius accrescendi. *Ita arguit Duar. d. lib. 2. de Iur. accr. cap. 6. uers. At enim.*

Nec dicas, comparationem non omni ex parte procedere, *ut respondet Cuiac. d. lib. 12. obs. cap. 13. & esse uerum, patet ex ijs, quę diximus in eadem q. 1. num. 10. & seqq. ac pręcipue nu. 27.* quia sufficit, procedere in hoc, vt, quemadmodum alluuio cedit eius commodo, qui fundum, & sic rem principalem habet, ita etiã pars accrescens debeat cedere commodo illius, qui habet partem rei legatæ, tamquam partem principalem, cui alia pars accedit.

19 Tertio probatur, quia † vendita re legata censentur vendita ea omnia, quæ ad rem illam considerantur, vt accessoria. Quamobrẽ vendito seruo legato censetur etiam venditũ legatum, quod eidem seruo relictum erat *l. quęsitum 93. § seruo legato ff de leg. primo, l. Iulianus. 14. §. si quid seruo ff. de act. empt. & l. cum autem. 23. § cum redhibetur ff. de Ædil. ed.* Et simili modo vẽdito seruo, qui fuerat hęres institutus, censetur etiam vendita hæreditas, quæ per eum poterat acquiri *l. qui filio. 38. §. fin. cum l. seq. ff. de hęred. inst. l. planè 97. §. qui rogatus ff. de leg primo, & d. l. Iulianus 14 §. si quid seruo ff. de act. empt. & d. l. cum autem 23. §. cum redhibetur ff. de Ædil. ed.* scilicet, quia huiusmodi acquisitiones considerantur, vt ad ipsum seruum accessoriæ, *ut patet ex ijs, quę diximus in hoc cap. q. 42. num. 7. & q. 43. num. 8.* Atqui pars accrescens consideratur, vt accessoria ad partem principalem, cui fit accessio, *ut ostendimus in 9. cap. q. 43. num. 10. & seq.* Ergo vendita parte principali, quæ fuerat legata, censetur etiam vendita pars accrescens.

20 Quarto, & vltimo probatur, quia, † aut volumus, partem, quæ postea vacat, tempore contractus non fuisse, aut verè, aut fictè venditoris. Et sine dubio non poterit ad eum pertinere, quia, quicquid rei vẽditę accedit post venditionem, spectat ad emptorem, non ad vẽditorẽ *l. id, quod. 7. in prin. ff. de & per. et cõ. rei uend.* Nam, cum eius sit periculum rei postea contingens æquum est, eius etiam esse commodum, quod occasione rei postea superuenit

nit

nit *d. l. id, quod. 7. in princ. & §. cum autem, Inst. de empt. & uend.* Aut verò volumus, partem, quæ postea vacat, fuisse venditoris tempore contractus, si non verè, saltem fictè, scilicet ex eo, quod retrofingitur venditori iam vsq; ab initio relicta *l. si dominus. 17 §. 1. & l. Titio, & Seio. 34. cum 2. ll. sqq. ff. ad l. Aquil.* Et multo minus potuit ad eum pertinere, quia vendita aliqua re censetur venditū id omne, quod illius occasione spectabat ad venditorē tempore contractus *l. 2. § 1. uers. plerunque ff. de hered. uel act. uēd. l. Rutilia Polla 69 ff. de contr. empt.*

Nec est, quod respondeas, hoc ita demum verum esse, si venditio sit generalis, ita, vt cō plectatur id omne, quod competit venditori, secus verò, si sit specialis, & ad aliquid restricta, prout restricta videtur in specie proposita, vtpote, in qua supponimus, legatarium nō vendidisse, nisi partem sibi legatam, quia verius est, imo procedere etiam in hac specie:
21 Nam, † qui vendit partem sibi legatam, censetur etiam vendere partem, quæ postea accrescit, quippe, quæ censetur etiam ei legata, & ex proprio ipsius legato ad eum pertinere *l. si mihi, & tibi. 12. in princ. ff de leg. primo, l. si mihi, & Titio. 57. in prin. ff de leg. 2. & dicemus in 9. cap. q. 45. num. 65.* Quamobrem dicitur pars propria illius, cui accrescit, *ut scribunt ij, quos referemus in eadem q. 45. num. 62.* eaque ratione, grauatus restituere partem propriā censetur etiam grauatus restituere partem accrescentem, *ut ostendemus in eodem 9 cap. q. 49. num. 25.* Et simili modo prohibitus alienare partem suam, censetur etiam prohibitus alienare partem, quæ postea accrescit, *ut decernut ibi, num. 22.* Denique fideiussor datus pro parte propria censetur etiam datus pro parte accrescente *l. pen. ff. ut leg. nom. cau. & dicemus etiam ibi nu. 9.* Nil mirum igitur, si vendens partem propriam censeatur etiam vendere partem, quæ postea accrescit.

Neque huic sententiæ obstent contraria: Ad primum enim respondeo, emptorem nō
22 esse cum deficiente coniunctum, † si consideretur ex persona propria, secus verò si cō sideretur ex persona venditoris, cuius loco subrogatur *l. 2. § cum quis ff. de hered. vel act. uend.* idque sufficere, vt in eum ius accrescendi transferatur: Nam, nec hæres legatarij cōiunctus est cum deficiente, si consideretur ex persona propria. Cœterùm, si consideretur ex persona transmittentis, cuius loco subrogatur, magis est, vt censeatur cōiunctus, eaq; ratione ius habeat accrescendi *l. hac scriptura. 26. §. ult ff. de cond. & dem. & nos diximus in hoc cap. q. 62, num. 7.*

Eodem modo tollitur, & secundum: Nam emptor haud dubiè non venit ex voluntate
23 defuncti, † si per se consideretur. At, si consideretur, vt subrogatus in locum venditoris, magis est, vt censeatur ex defuncti voluntate venire, eaque ratione ad ius accrescendi admittatur: Alioquin enim id, ne legatarij quidem hęredi competeret, scilicet, quia, nec ipse venit ex iudicio, & voluntate testatoris *l. 1. §. non solum ff. ut leg. no. cau. l. sed, & si sic. 6. §. 1. ff. de leg. 3.* sed, quia subrogatur in locum legatarij, qui coniunctus est, ideo, & ipse censetur coniunctus, & per consequentias ius accrescendi consequitur, *ut supra dictum est.*

Ad tertium respondeo primo, quod dicimus, eum, qui pretium habet, censeri ipsam
24 rem habere, procedere, † quoad ea, quæ considerantur, vt principalia, licet ad ipsam rem correspectiua, non etiam, quoad ea, quæ veniunt accessoriè ad rem venditam, vt ecce, si testator leget fundum alicui, & eum grauet fideicommisso, deinde legatarius fundum vendat, quia pretium habet, censebitur habere fundum, quoad hoc, vt ipse, non etiam emptor, nisi in subsidium fideicommissum præstare teneatur *l. plane. 97. §. qui rogatus ff. de leg primo,* ideo, quia onus fideicommissi non consideratur, vt accessorium fundi, sed vt quid principale, licet correspectiuum ad fundū legatum, scilicet, quia, nisi fundus legatus esset, non potuisset legatarius fideicommisso grauari *l. ab eo 9. C. de fideic.* At, quoad incrementum alluuionis non censebitur habere fundū licet habeat pretium, *ut declarat Duar. d. lib. 2. de Iur. accr. cap. 6. uers. At enim,* quia alluuio consideratur, vt accessio fundi, non, vt quid principale, *sicuti demonstrauimus in primo, cap. q. 1. num. 6. & seqq.* Vnde, cum pars accrescens consideretur, vt accessio partis principalis, *sicuti ostendemus in 9. cap. q. 43. num. 10, et seqq.* sequitur, quoad eam non censeri venditorē habere rem, licet habeat pretium.

Secundo respondeo, emptorem, qui pretiū
25 habet, censeri habere ipsam rem, † inspecta iuris interpretatione, & fictione, non etiam inspecta veritate. In iure autem accrescendi, tamquam reali, non spectari fictionem, sed veritatem, *ut dicemus in hoc cap. q. 69. num. 25. et seqq.* ideoque in eo non censeri rem habere, *Ita respondet Duar. d. lib. 2. de Iur. accr. cap. 6. uers. At enim, et uers. Atque eodem modo.*

Ad quartum respondeo primo, ad emptorem pertinere, non solum ea, quæ venditori competunt tempore contractus, sed etiam ea, quæ postea competere incipiunt occasio-
26 ne rei venditę, † si modo proueniant ex eadē causa, *uti constat ex d. l. 2. §. non tantum, uers. et non solum, et l. fin. ff. de hered. uel act. uend.* Portionem autem postea accrescentem cō petere venditori occasione rei venditæ, tamquam eius accessoriam, & prouenire ex eadē causa, nempe ex eodem legato venditori relicto, *ut supra dictum est,* ideoque ad eum pertinere, non obstante, quod postea superuenerit.

Secundo respondeo, imo pertē, quę postea vacat, censeri iam a tempore contractus vēditori competijsse, si non verè, saltem fictè, scilicet, quia quandocunque socius defecerit, retrofingitur iam vsque ab initio venditori accreuisse *d. l. si dominus. 17. §. 1. et d. l. Titio, et Seio. 34. cum. 2. ll. seqq. ff. ad l. Aquil.*

Ad quintum deniq, respondeo, imo venditorem censeri cogitasse de omnibus incremētis, quæ accessoriè veniunt ad rem venditam,
27 † &, quatenus non cogitarit, sibi debere imputare, quia patia sunt scire, & scire debere
28 *l. si duo. 38. uers. qui enim ff. de acq. hered. l. quod te. 5. ff. si cert. pet. l. idem iuris est. 8. §. mulionem ff. ad l. Aquil. l. qui cum alio. 20. ff. de reg. iur.* & in proposito scire debuit, rem, quæ venditur, sui natura recipere augumentū intrinsecum,

cum. puta alluuionis, & per consequentiam etiam iuris accrescendi, quod alluuioni comparatur. ideoque non esse huius incrementi habendam rationem, *vt cōsiderat Gomez. d. tom. 1. varia. resol cap. 10 num. 44. verſ. ſed de hoc.*

Tertius, & vltimus casus eſt quādo tractatur de iure accrescendi reali. ſed hæreditario, vt, cum ex duobus hæredibus inſtitutis, aut ad legitimam hæreditatem vocatis vnus vēdidit partem ſuam, & alius poſtea defecit, Et tunc quæſtio eſt mirum in modum controuerſa, nunquid pars vacans debeat accreſcere emptori, an verò venditori. Pro faciliori autem eius explicatione de tribus nobis erit diſpiciendum, Primò, nunquid pars vacans, quoad ius directū accreſcat emptori, an verò potiùs venditori. Secundo verò, an ſaltem illi accreſcat, quoad ius vtile, & ſic, quoad effectum, ſeu commodum illius partis. Tertiò demum dato, quod etiam, quoad commodū accreſcat vēditori, an is poſtea teneatur illud emptori reſtituere.

Et in prima quidem quæſtione puto rem carere dubio: Nam certum eſt, accreſcere vēn-
29 ditori, † *ut in ſimili de hærede grauato dicitur in l. Papinianus. 41. ff. ad Treb. Et ſcribit Rip. in d. l. re coniunctis. num 92. verſ. ultimo, noſque dice-*
30 *mus in hoc cap q. 69 numer. 1. & 2.* quia, † cum pars principalis reſpectu iurium directorum maneat penes venditorem, *ut ſcribunt Alcia. in d. l re coniunctis, n. 42. verſ. ſed tamen, Gomez. tom. 1. varia. reſol. cap. 10. num. 44. verſ ſed his nō obſtantibus, & Andr. Fach. lib. 5 contro. cap. 101. verſ. poſterioris. & verſ. hac verò verior, & verſic. ad primum, & lib. 10. cap. 3. verſ poſterioris,* Conſequens eſt, vt eodem etiam reſpectu debeat illi pars vacans accreſcere, ne alioquin defūctus contra iuris ciuilis regulas incipiat, quoad iura directa pro parte habere hæredem, & pro parte non, *ut in ſimilibus terminis dicemus in eadem q. 69. numer. 2.* Neque ſuper hoc fuit vnquam aliqua inter noſtros controuerſia, ſed tantum ſuper

Secunda quæſtione, in qua dubitatur, an illa pars vacās accreſcat emptori, ſaltem vtiliter, & ſic, quoad effectum, & commodum hæreditatis, an verò potiùs accreſcat venditori. Fuerunt autem in hac re duæ noſtrorum interpretum ſententiæ, vna exiſtimantium
31 accreſcere emptori. † *Quæ fuit opinio Bart. in d. l. re coniunctis, num 26. & ibi Crott. numer. 48. verſ. Quid tenendum: & num. 49. verſ. vel alter, ubi ait, hanc eſſe veritatem & Io Gaud. num. 88. verſ. quod, quamquam, Ang. de Gamb. de teſta, gl. 41. num. 8. in fi. Gul. Ben. in d. cap Raynutius, in verb. & uxorem nomine Adelaſiam. num, 98, Soc. Sen. conſ. 34. numer. 9. uol. 4. Cagn. in d. l. un. num. 16. verſ. ſi tamen, & ibi Purp. numer. 28. C. quand. non pet. part. Cagn. in rubr. C. eod. nn. 39. verſ. hinc etiam eſt, Zucc. conſ. 2. num. 50. ubi ait, opinionem Bartoli, licet habeat aliquos contradictores, eſſe tamen crebriorem, & Duar. d. lib. 2. de Iur. accr. cap. 6. verſ. ego autem.* Mouentur autē, vt ita ſentiant

Primo, quia, cum per hoc ius portio, non perſonæ, ſed portioni accreſcat *d. l. ſi Titio. 39. §. 1. ff. de uſufr.* Conſequens eſt, vt ei tantū debeat accreſcere, qui portionem habet. *ſicuti dicemus in hoc cap. q. 70. num. 2. & diximus etiā ſupra num. 15.* Atqui portionem hæreditatis quoad vtilitatem, & effectum habet emptor,
32 non venditor † *l emptor. 5. C. de hæred. vel actio. vend. l. 2. §. non ſolum, & §. ſicuti, & l. qui filijs. 14. §. 1. ff. eod. Et ſcribunt Rip in d. l. re coniuncti, num. 92. verſ. defendendo, Cagn. in d. rubr. Cod. quand. non pet part. num. 39. verſ. Hinc etiam eſt, & in d. l. vn. num. 16. verſ. ſi tamen, & ibi Claud. Tut. nn. 80. verſ. præterea C. eod.* Ergo non huic, ſed illi debet pars vacans accreſcere. *Ità arguunt Ang. de Gamb. de teſta. d gl. 41. num 8. in fi. Gul. Ben. in d. cap. Raynutius, in verb. & uxorem nomine Adelaſiam, num 99 Crott. in d. l. re coniunctis, num. 47. Soc. Sen. d conſ. 34 nu. 9. vol. 4 & Duar. d. lib. 2. de Iur. accr. cap 6. verſ ego autem.*

Secundo verò id ipſum videtur ea ratione confirmari, quia ius accreſcendi reale comparatur alluuioni, *d. l ſi Titio. 39 §. 1. ff. de vſuf. & nos diximus ſupra num. 16. & latiùs in primo cap. q. 1. num. 24.* Atqui alluuio ſpectat ad emptorem *l. id quod. 7. ff. de per. & comm. rei vend. & nos diximus etiam ſupra num. 17* Ergo & ius accreſcēdi. *Ita arguunt Cagn. in d l. vn. nn. 16. verſ. ſi tamen C. quand non pet. part. & Duar. d. lib. 2. de Iur. accr. cap 6. verſ. At enim.*

Nec eſt, quod reſpondeas, hæc procedere, quoties tractatur de iure accreſcendi ſingulari, *in quibus terminis nos vſi ſumus prædictis argumentis ſupra num. 15. & ſeqq.* ſecus verò, quoties de vniuerſali, prout eſt illud, de quo nos loquimur, quia replicant, imo procedere etiam in iure accreſcendi vniuerſali: Nam id non competit ei, qui nudum hæredis nomen habet, ſed ei, qui habet rem, id eſt commodum, & emolumentum hæreditatis, licet
33 nomine non ſit hæres † *l. ſi totam 82 ff. de acq. hæred. quam in his terminis perpendunt Bart. in d. l. re coniunctis num. 26. & ibi Crott. num 47. & 48. verſ. quid dicendum. Gul. Ben. in d. cap. Raynutius, in verb. & uxorem nomine Adelaſiam, num. 99. verſ. Facit, & Duar. d. lib. 2 de Iur. accr. cap. 6. verſicul. ſed, & Vlpianus.* Quamobrem non competit hæredi grauato, qui reſtituit hæreditatem, ſed fideicommiſſario, qui eam recipit *l. Papinianus. 43. ff ad Trebell. & nos latè oſtendemus in hoc cap. q. 69. num. 3 & ſeqq. & q. 74. nu. 18.* ſcilicet, quia grauatus nudo nomine manet hæres *§ reſtituta, Inſt. de fideicomm. hæred.* Fideicommiſſarius verò, licet non ſit hæres nomine *l ſi quaſi. 16. ff. de hæred. vel act. vend.* eſt tamen hæres effectu *l. ſi filiusfa. 5. §. vlt. ff. quod cū eo, qui in alie. pot. eſt.* cum omnia commoda, & incommoda hæreditaria cōſequatur *l. 1. §. qui minorem ff. vt leg. nom. caut. l. ita tamen. 27. §. qui ex Trebelliano ff. ad Treb.* Qua ratione dicitur per omnia haberi loco hæredis *d. § reſtituta, Inſt. de fideic. hæred. l. poſtulante 44. §. ſed, & in huiuſmodi. verſ. Nam, & quodammodo ff. ad Trebell. §, inordinatū, Auth. de hæred. & Falc. coll. 1.* Et ſimili ratione non competit hæredi, qui tacitam fidem præſtitit de reſtituendo incapaci in fraudem legis, ſed fiſco, qui ei, tamquam indigno partem hæreditatis abſtulit *d. l. ſi totam 82 ff. de acq. hæred. & nos diximus in q præced. num. 4. & ſeqq. & dicemus etiam in q 74. num. 20.* quoniam ille non habet rem, ſed nudum hæredis nomen, *l. ex facto 43. §. fin ff. de vulg* hic verò, licet non habeat nomen hæredis, habet tamē omnia commoda hæreditaria, in quibus hæreditatis effectus

con-

continetur, *vt diximus in hoc cap. q. 48. nu. 27.*
& 28. Atqui rem, idest, commodum, & emo-
lumentum hæreditatis habet emptor, non
34 venditor, † *vt scribunt Crott. in d. l. re coniuncti,*
num. 48. vers. Præterea, & num. 49. vers. Non ob-
stat tertium, Alcia. in d. l. vn. num. 20. vers. sed re-
deundo C. quand. non pet. part. quia, licet hære-
dis nomen non transeat in emptorem, sed
maneat penes venditorem, vt pote, qui, cum
semel adeundo factus sit hæres, non potest
postea vendendo desinere esse hæres *l. ei, qui*
soluendo. 88. in fi. ff. de hered. inst. l. & si fine. 8. alias
est l. ait Prætor. 7. §. sed, quod Papinianus ff. de
mino. §. restituta, Inst. de fideic. hæred. Et in specie
declarant Ias. in d. l. re coniuncti, num. 126. 128.
& 139. & ibi Rip. num. 92. Ias. in d. l. vn. num.
20. & ibi Claud. Tut. num. 85. vers. a. comproba-
tur, & Io. Guter. num. 63. C. quand. non pet. part.
Crosf. in d. §. Ius accrescendi, q. 12. numer. 4. in fi.
Did. Spin. in suo specu. testa. gl. 27. num. 70. tamẽ
commoda, & incommoda hæreditaria, in
quibus res ipsa continetur, non resident pe-
35 nes eum, sed transeunt in emptorem † *l. 2. §. si*
quid publici ff. de hæred. uel act. uend. Et in specie
declarant Dec. in d. l. un. in 2. lect. num. 45. uersic.
& per ista, & numer. 47. uers. Non obstat. l. 2. &
ibi Claud. Tut. nu. 85. uers. Tbob. Non, C. quand.
non pet. part. Dec. in rubr. C. eod. in 2. lect. numer.
5. uers. & per ista, & uers. Non obstat text. Crott.
in d. l. re coniuncti, nu. 49. Ergo ius accrescen-
di non venditori, sed emptori debet compe-
te. *Ita arguit Claud. Tut. in d. l. un. num. 85. uers.*
Tbob. Non. C. quand. non pet. part.

Nec est, quod respondeas, longè aliam es-
se rationem illorum specierum, aliam eius,
de qua nos loquimur, scilicet, quia in illis tra-
ctatur de transferendo iure accrescendi in fi-
scum, & fideicommissarium, qui sunt succes-
36 sores vniuersales, † *ut de fisco constat ex l. cum*
quidam. 17. §. fiscus ff. de usur. l. fiscus. 6. in prin.
ff. de iur. fisc. l. 2. C. ad l. Iul. de vi, l. 2. ff. de fund.
dot. & l. actioni. 66. §. publicatione ff. pro Soc. De
fideicommissario uerò constat ex l. 2. §. si defun-
ctus ff pro empt. l. sed, & eius. 25. § 1. ff. fam. ercis.
l. non solum 6. ff. de in int. rest. l. item ueniunt. 22.
§. ult. ff. de pet. hæred. in quos, quia transferun-
tur omnia commoda, & incommoda hære-
ditatis, *ut de fisco diximus in hoc cap. q. 48. num.*
27. & 28. De fideicõmissario uerò diximus supra
post num. 33. ita, vt in omnibus, & per omnia
loco hæredum habeantur, *sicuti de fisco dixi-*
mus in eadem q. 48. num. 32. De fideicommissa-
rio uero supra post num. 33. ideo nil mirum, si
transferatur etiam ius accrescendi, tamquam
commodum ex hæreditate proueniens, *ut di-*
cemus infra n. 162. At nos loquimur de transf-
ferendo iure accrescendi in emptorem hære-
ditatis, qui non vniuersalis, sed singularis est
37 successor, † *ut scribunt omnes, quos referemus*
infrà num. 39. Vnde, quia in eum non, nisi res
vẽdita transfertur, qua ratione dicitur succes-
38 sor rei, non iuris † *l. fluminum. 24. §. adijcitur ff.*
de damn. inf. l. 1. §. illud tenendum ff. quor. lega.
l. ultim. ff. de exc. rei uend. l. etiã si. 8. ff. de iureiu.
ideo, quod de illis dictum est, non uidetur ad
39 hunc trahendum, † *ut in proposito respectu fisci*
considerant Ias. in d. l. re coniuncti. num. 132. &
ibi Polit num. 54. Rip. num. 90. Claud. Tut. in d.
l. un. num. 74. & ibi Io. Guter. num. 64. uers. Non
obstat, & num. 65. C. quand. non pet. part. Respe-
ctu uero fideicommissarij Ias. in d. l. re coniuncti,
num. 140. uers. Præterea, & ibi Polit. nu. 57. Rip.
num. 92. uers. ultimo. Claud. Tut. in d. l. un. num.
74. uers. 2. quod, C. quãd. non pet. part. Did. Spin.
in suo specul. testa. gl. 27. num. 70. vers. sed contra-
ria, quia verius uidetur, imo etiam hic tracta-
ri de transferendo iure accrescendi in succes-
sorem uniuersalem: Nam emptor hæredita-
40 tis, licet † respectu uenditoris, & quatenus
eius successor dicitur *in l. non tantum 51.*
in prin. ff. de fideic. libert. non sit successor uni-
uersalis, sed singularis, scilicet, quia non suc-
cedit in uniuersum eius ius, sed tantum in ius
rei, quæ fuit uendita, *ut constat ex locis, quos re-*
tulimus supra num. 38. tamen, si consideretur
respectu defuncti, cuius hæreditas uenijt, ma-
gis est, vt vniuersalis, non singularis censeatur
successor, *ut patet ex tit. Inst. de success. subla. in*
prin. propterea, quod in eum transeunt actio-
41 nes hæreditariæ † *l. 2. §. non solum ff. de hær. uel*
42 *act. uend.* non quidem directæ, sed vtiles † *l. em-*
ptor. 5. C. eod. l. in quem 3. ff. de fideic. libert. quæ,
quia sunt Prætoriæ, *ut diximus in 6. cap. in prin.*
num. 17. & seqq. ideo operantur, vt, & ipse di-
catur Prætorius successor *a Theop. in prin. tit.*
Inst. de success. subla. eaque ratione bonorum
possessori assimiletur *in l. ergo. 4. §. si autem ff.*
de fideic. libert.

Minus est, quod respondeas, dato etiam,
quod respectu illius, in quem principalis hæ-
redatis portio fuit translata, nempe respectu
fisci, fideicommissarij, & emptoris non subsit
aliqua diuersitatis ratio, subesse tamẽ ex par-
te illius, qui transtulit suam portionem, nem-
pe ex parte indigni, grauati, & venditoris: Nã
indignus, *de quo loquitur l. si totam. 82. ff. de acq.*
hæred. ideo ius accrescendi non habet, quia,
43 † fuit priuatus sua portione ex sui culpa, &
vitio. nempe ex eo, quod contra leges tacitã
fidem interposuit de restituendo incapaci,
ideoque, sicut indignus habitus est respectu
partis principalis, ita etiam debuit censeri In-
dignus respectu partis accrescentis. At hæc
ratio cessat in venditore, quippe, qui vendẽ-
do hæreditatem nihil in leges cõmisit, ideoq;
quod de indigno dicitur, non videtur ad ven-
ditorem trahendum, *ut in proposito respondent*
Ias. in d. l. re coniuncti, num. 133. uers. 3. responde,
& ibi Polit. num 54. uers. 3. Ias. in d. l. un. num.
20. uers. 3. responde C. quand non pet. part. & in l.
2. num. 8. uers. Nec obstat C. de pact. Cuiac. d. lib.
12. obs. cap. 13. & Andr. Fach. lib. 5. contro. cap.
101. in fi. & lib. 10. cap. 3. uersic. Ad id, quod
dicitur, & cap. 69. uersic. Postremo. Hæres
verò grauatus, *de quo loquitur l. Papinia-*
nus. 43. ff. ad Treb. ideo effectu non habet
44 ius accrescendi, quia † fuit coactus adire hære-
ditatem, & per consequentias nullum potuit
ex aditione commodum sentire, *ut decemus in*
hoc cap. q. 69. num. 5. Nil mirum igitur, si, ne iu-
ris quidem accrescendi commodum habere
debuit. At hęc ratio cessat in vẽditore, quip-
pe, qui voluntariè contraxit, nec ab ijs emo-
lumentis repellitur, quę sunt a re vendita se-
parata *l. 2. § illud ff. de hæred. vel act. vẽd.* ideoq;
nec portionis accrescentis emolumento pri-
uari debet, *vt in proposito respondent Ias. in d. l.*
unic. num. 20. vers. 3. responde, & ibi Claud. Tut.

num 4 verſ.2 igitur C.quād non pet.part. Iaſ. in d.l.re coniunct. num. 141 verſic. 4 & in d.l 2. num 8. verſ. Nec obſtat C.de pact. Cuiac. d. lib. 12.obſ.cap 12 & 13. Andr. Fach d.lib.5.contro. cap.101.verſ. Ad l. Papinianus, & d.lib.10.cap.3. verſ. Ad l. Papinianus, quia verius videtur, imo rationem, quę indignum, & grauatum à iure accreſcendi repellit, ſubeſſe etiam in vendi-
45 tore: Nā indignus ideo repellitur, quia † rem non videtur habere, & in hoc ſe fundat Vlpianus *in d. l. ſi totam. vt in propoſito, & reprobando ſupradictam reſponſionem conſiderāt Iaſ. in d l vn num.20 verſ.3.reſpondet C. quand.non pet.part. & Rip.in d.l.re coniunct. num. 90. verſ. 3.reſpondetur.* At hæc ratio ita militat in venditore, vt in indigno, ſcilicet, quia nec ipſe rē habere intelligitur, cum hæreditatem tranſtulerit in emptorem. Ergo, nec ei debet ius accreſcendi competere. Hæres verò grauatus non ideo priuatur cōmodo iuris accreſcēdi, *in ſpecie d.l. Papinianus*, quod fuerit coactus adire, quia idem procedit, etiamſi ſponte adierit, *vt eſſe verius, & receptius oſtendemus in hoc cap q.69.num.24. & ſeqq. Et in propoſito, ac reprobando ſupradictam reſponſionem conſiderāt Polit.in d l.re coniunct. num.57.verſ. Attamen,*
46 *& ibi Rip.num.92.verſ. vltimo,* ſed, quia † reſtituta hæreditate rem habere non intelligitur, cum omnia commoda, & incommoda tranſtulerit in fideicommiſſarium, *vt diximus ſupra poſt nu.33.& dicemus in d.q. 69.num.28.& ſeqq.* quę ratio militat etiam in venditore, *vt ſupra dictum eſt.*

47 Nec obſtat, quod Papinianus loquatur † de eo, qui fuit coactus adire, ideoque a contrario ſenſu videatur aliud ſentire in eo, qui ſponte adiuit, *vt conſiderant ij, quos retulimus ſupra poſt nu 44* quia videtur poſſe reſponderi, Papinianum ibi non ideo feciſſe mentionē de eo, qui coactus adiuit, quod vis deciſionis in eo cōſiſteret, ſed, quia ita euenerat, vt hæres, de quo tractabatur, fuiſſet coactus adire, licet idem eſſet de eo dicendum, qui ſponte adiiſſet, ideoque non poſſe a contrario ſenſu argumentum deduci. *Ita reſpondet Crott.in d. l.re coniuncti,num.49 verſ ſed adhuc.*

Denique non obſtat quod reſpondeas, diuerſam adhuc eſſe rationem venditoris, & aliorum, de quibus ſupra diximus, ſcilicet, quia
48 indignus, & grauatus, nec habēt rem, nec aliquid loco rei, ideoque nil mirum, ſi eis, tamquam partem non habentibus nō poſſit pars accreſcere, *ſecundum ea, quæ dicemus in hoc cap. q 7 .num.2.* At venditor, licet non habeat rē,
49 habet tamen pretium, quod, quia † in vniuerſalibus ſuccedit loco rei, *vt dicemus infra nu. 69.* ideo operatur, vt ipſam rē habere videatur. Quo fit vt ei, tamquam partem habenti debeat pars vacans accreſcere, *ſicut in propoſito reſpectu indigni reſpondent Iaſ.in d.l. re coniuncti,num.13 ..verſ.2.& numer.133.& Claud. Tut.in d.l.vn num. 74. verſ. Ideo 2. reſpondetur C. quand. non pet. part. reſpectu vero grauati Iaſ in d l.re coniuncti,num.140.in d l.vn. num. 20.verſ. Non obſtat l.ſi totam C quand.non pet. part. & in d. l. 2. num 9. C. de pact.* quia verius etiam videtur, hanc iuris diuerſitatem nihil ad inducendum, aut excludendum ius accreſcendi operari. Nam, quod dicimus, venditorem, qui pretium habet, ipſam rem habere
50 cenſeri, intelligitur † fictè, non verè, *vt declarant Iaſ.in d.l re coniuncti,num.129.verſ Huic fundamento, & Io.Guter in d.l vn. num. 61. C. quand non pet.part.* Vnde, quia in iure accreſcendi, tamquam reali non ſpectamus fictio-
51 nem, ſed veritatem, † *vt ſcribit Duar. d. lib. 2. de Iur accr.cap.6.verſ. At enim,* ideo fit, vt pars hæreditatis vacans debeat potiùs accreſcere emptori, qui verè portionem habet, quam venditori, qui eam habet fictè, cum veritas
52 fictioni præualeat † *l. filio, quem pater. 23. in prin.ff.de lib.& poſth. Ita ſcribunt Iaſ.in d.l.re cō iuncti,n.129 verſ.huic fundamento, & ibi Polit. num.57.verſ.3 aſſertur, & Crott num. 48. verſ. Præterea, & num 49.verſ. Non obſtat tertium, Alcia in d.l.vn nu. 18.verſ.ſed ad iſtud C.quand. non pet.part & Duar.d.lib.2.de Iur. accr. cap. 6. verſ. Atque eodem modo.*

Tertio mouentur, quia ſubrogatus in alterius locum cenſetur eodem iure quo is, in cu-
53 ius locum ſubrogatur, † *l hæredem 60 ff.de reg. iur.l. ſi eum.10.§.qui iniuriarū ff ſi quis caut.§. fuerat. Inſt de actio.c.ſane 11.extr. de off. & pot. iud.deleg.* ſcilicet, quia ſubrogatio intelligitur facta cum omnibus iuribus competentibus ei, cuius loco fit *l ſi poſt diem 5.§ iiſdem ff.quād. dies leg. ced.* Atqui emptor hæreditatis ſubro-
54 gatur in locum venditoris, † *vt ſcribit Crott. in d l re coniuncti,num.49.verſ. Non obſtat tertium,* quippe, cuius vices obtinet *l.2. §. cū quis ff de hæred. vel act vend. Et in propoſito conſiderant Gul Ben in d cap Raynutius, in verb. & vxorem nomine Adelaſiam,num 99. verſ. Præterea,* & cuius perſona fungitur *l.emptor 5.C.de hæred. vel act. vend.* Ergo debet cenſeri ſubrogatus etiam in iure accreſcendi, quod venditori competiiſſet.

Nec eſt quod reſpondeas emptorem, licet ſubrogetur in locum venditoris, & eius vices
55 ſuſtineat, non tamen † verè eſſe hæredem, cū aliud ſit, quem eſſe talem, aliud haberi pro tali *l.mercis appellatione, 207. & ibi gl. in verb. mangones ff. de verb. ſign.* ideoque non poſſe cenſeri ſubrogatum in iure accreſcēdi, quod verò tantum hæredi competit, *vt reſpondet Iaſ.in d l.re coniuncti,num.134 verſ. Ad primū,* quia non videtur hoc tollere vim argumenti: Nam, licet emptor verè non ſit hæres, eo tamen ipſo quod habetur loco hæredis, debet habere omnes effectus, & omnia iura,
56 quæ verò hæredi competiiſſent, † *ut in propoſito, & reprobando ſupradictam reſponſionem conſiderant Polit.in d.l re coniuncti, numer. 54. verſ.verùm hæc ſolutio & ibi Rip.num 91.* Quamobrem, & bonorum poſſeſſor, licet non ſit hæres *§.quos autem, Inſt. de bon. poſſ.* tamen, quia habetur loco hæredis *l.2.ff.eod l Prętor. 118.ff.de reg.iur.& d. § quos autem, in fi.* ideo conſequitur omnia iura quę verò hæredi cōpetunt *l.2 ff.de poſſeſſ.hæred.pet.l. 1.§. bonorum ff.ad Treb l ſed,& eius.25.§.1.ff fam.erciſ.l.2.§.ſi defunctus ff.pro empt.* & per conſequentias etiā ius accreſcendi *l.3.§.fin.cum 2.ll.ſeqq.ff.de bon. poſſ.& nos diximus in 6.cap.q.2.num. 1. & ſeqq.* Et ſimili modo fiſcus, qui hæreditatem abſtulit ab indigno, & fideicommiſſarius, cui ex Trebelliano reſtituta eſt hæreditas, licet non ſint hæredes, *vt diximus ſupra poſt num. 33.* tamen, quia habentur loco hæredum, *vt diximus ibi, & poſt num.36.* ideo, & ipſi conſequūtur

tur omnia iura hæreditaria, & per consequentias etiam ius accrescendi, *d. l. si totam 82. ff. de acq. hæred. & d. l. Papinianus. 43. ff ad l. rib. & nos diximus in hoc cap. q. 66. & dicemus in q. 69. per tot.*

His tamen non obstantibus contrariam sententiam, quæ receptior est, veriorem esse puto, & censeo, partem hæreditatis postea vacantem non emptori, sed venditori ipso
57 iure accrescere. † *Quæ fuit sententia Petr. de Bellap. Rayn. de Forl. Florea. Saly. & Raph. Cuma. quos referunt, & sequuntur Ias. in d. l. re coniunctis, num. 125. & seqq. & ibi Polit. nu. 53. Rip. num 98. Alcia. num. 42. vers. sed tamen, Ias. in d. l. vn. num. 20. vers tene, & ibi Dec. in secunda lect. num. 45 in prin & vers. & per ista, Claud. Tyt. num 85. vers. quæ opinio, & Io. Gut. nu. 60. C. quand. non pet. part. Ias. in d. l. 2. num. 8. C. de pact. Dec. in rub. C quand. non pet. part in secunda lect num 5. vers. ulterius tamen. & vers & per ista, Alcia lib 4 Parad cap. 9. num. 3 Bertr. cons. 290. num. 8. col 6. Em. Zoar. in suo Tract. recep. sent. in verb. accrescendi ius Gomez. tom. 1. var. resol. cap 10. num. 44 vers sed his non obstantibus Graff in §. ius accrescendi, q. 12. num. 4. in fi. Canad. in suis commu contra comm. q. 69. num. 3. Cuiac lib. 12 obs. cap. 13. Did. Spin in suo Spec. testa. glo. 27. num. 70 ubi testatur hanc esse communiorem, & receptiorem sententiam. & Andr. Fach d. lib. 5. contro. cap. 10 . vers hac posterior, & lib. 10. cap. 3. vers hac posterior, & cap. 69 vers. sed, licet.* Non moueor autem, vt ita seriatim varijs argumentis, quæ veteres adducere consueuerunt, quippe, quæ, vt leuia, facillimè resolui possunt. Itaque non moueor

Primum eo, quod ius accrescendi competat ei, qui venit ex eodem iure, quo deficiens, non etiam ei, qui venit ex iure diuerso, scilicet, quia inter diuerso iure succedentes ius accrescendi cessat *l. sed, cum patrono 6. in prin. ff. de bon. poss. & nos latè diximus in 5. cap. q. 43. num. 1. & seqq.* Vnde, cum venditor hæreditatis veniat ex eodem iure, quo deficiens, nempe ex eodem testamēto, in quo fuerant ambo hæredes instituti, aut substituti, vel ex eadem lege, quæ vtrumque simul ad legitimam hæreditatem, vel bonorum possessionem vocauit, contra verò emptor veniat ex iure diuer-
58 so, † nempe ex contractu, & sic ex causa viuentis, quæ multum differt a causa demortui *l. ult. § ult. ff. comm. prædio.* Consequens videatur, vt non emptori, sed venditori debeat ius accrescendi competere, *vt arguunt Ias. in d. l. vn num. 20. vers. 3. & ibi Io Guter. nu. 66. vers. Nam respondeo C. quand non pet part. Gomez. d. tom. 1. varia. resol. cap. 10. nu 44 vers. 2. Andr. Fach. d. lib. 5. contro. cap. 101. vers. secundum, & d. lib. 10. cap. 3. vers. 2.* quia vis huius argumenti facilimè potest euitari, si dicatur, emptorem venire quidem ex diuerso iure, si consi-
59 deretur † ex persona propria. Cœterùm, si ex persona venditoris, cuius vices sustinet *d. l. 2. § cum quis ff de hæred. vel act. vend.* fungiturq; persona *d. l. emptor. 5. C. eod.* magis esse, vt censeatur venire ex eodem iure, quo deficiens, *sicuti post Aret. rectè respondent Ias. in d. l. re coniunctis, num. 131. & ibi Polit. nu. 58. vers. 6. Crott. num. 49. vers. Non obstat. dum dicitur Rip num. 94. Dec. in d. l. vn in secunda lect. num. 43. & ibi Siba. Sap. num. 20. vers. vltimo, Cagn. num. 62. vers. 2. limita, & Claud. Tut. numer 84. & seq C. quand. non pet pat Dec. in rubr. C eod. in secunda lect. num. 5. vers. 3. quia Gomez d. tom. 1. varia. resol. cap. 10. num. 44 vers. Nec obstat. & Andr. Fach. d. libr. 10. contro. cap. 69. vers. Postremo.* Cum enim veniat, vt subrogatus in locum venditoris, Consequens videtur, vt eodem, quo ille, iure niti censeatur. *secundum ea, quæ diximus supra num. 53.* Idque sufficiat ad obtinendum iuris accrescendi commodum: Alioquin enim, nec transmissarius quidem ius illud habere posset, scilicet, quia, vt plurimùm venit ex iure diuerso, si consideretur ex persone propria, sed, quia venit, vt subrogatus in locum transmittentis, qui succedebat eodem iure, quo deficiēs, ideo inspecta illius persona censetur venire ex eodem iure, *vt diximus in 5. cap. q. 43. num. 71.* eaque ratione ius habet accrescendi, *vt latè ostendimus in hoc cap. q. 62. num. 5. & seqq. Et in proposito considerat Crott. in d. l. re coniunctis, num. 49. vers. istud probatur.*

Secundo non moueor eo, quod pars hæreditatis non accrescat, nisi ei, qui defunctū repræsentat, ne alioquin is repræsentetur pro parte, & pro parte non, *contra ea, quæ dicemus in 8. cap. q. 4. nu. 16 & seqq.* Cum igitur defunctum non repræsentet emptor, sed venditor,
60 † *vt scribunt Ias. in d. l. re coniunctis. num. 141. & ibi Polit. num. 57. Alcia. num. 42. vers. sed tamen, Ias. in d. l. vn num. 20 vers. secundo tu notabilius C. quand. non pet. part. & in d. l. 2. num. 9. vers. 3. adhuc C de pact.* Cōsequens videatur, vt non emptori, sed venditori debeat pars hæreditatis vacans accrescere, quia, & hoc eadē responsione tolli potest, scilicet, quia, quod dicitur, emptorem non repræsentare defun-
61 ctum, videtur procedere, † si consideretur ex persona propria, non etiam, si ex persona vēditoris, cuius loco subrogatur, *vt respondet Andr. Fach. d. lib. 10. contro. cap. 69. vers. 2. adducitur.*

Tertio multo minus vim facio in eo, quod per ius accrescendi portio non simpliciter portioni accrescat, sed portioni personæ coniunctæ, qualis non est emptor, sed vendi-
62 tor, † *vt considerat Andr. Fach. d. lib. 10. contro. cap. 69. vers. 5. adducitur, & vers. 7.* quia, præter id quod ius accrescendi hæreditatium competit etiam ei, qui non est coniunctus, sed omnimodo disiunctus, dummodo partem aliquam hæreditatis habeat, *ut patet ex ijs quæ diximus in 5. cap. q. 41. num. 8.* potest etiam dici,
63 imo emptorem censeri coniunctum † non ex persona propria sed ex persona vēditoris, cuius loco subrogatus, *secundum ea, quæ supra diximus.*

Quarto non est etiā in eo vis faciēda, quod ius accrescendi, tamquam id, quod ex tacita defuncti voluntate proficiscitur, *ut retulimus in 2. cap. q. x. num. 1.* ei tantum debeat competere, qui rem habet ex ipsius volūtate. Atqui huiusmodi non est emptor, sed venditor,
64 † *ut considerant Alcia. in d. l. re coniunctis, num. 42. vers. sed tamen, Cuiac. d. lib. 1x. obs. cap. 13. & Andr. Fach. d. lib. 5. contro. cap. 101. vers. hac posterior.* Ergo huic, non illi debeat ius accrescēdi competere, quia verius est, imo ius accrescendi hæreditarium competere etiam ei, qui non venit ex voluntate defuncti, *ut patet in*

qua diximus in eodem 2. cap. q. 2. nu. 51. & seqq. & in hoc cap. q. 61. num. 1. præcipuè, si subrogetur loco illius, qui ex voluntate venit, vt subrogatur emptor: Nam, licet is rem non ha-
65 beat ex defuncti voluntate, † si consideretur ex propria persona, censetur tamen eam ex voluntate habere, si consideretur ex persona venditoris, *ut in proposito considerat idem Andr. Fach. d. lib. 10. contro. cap. 69. uers. 6. adducitur.* Quamobrem, & transmissarius, licet rem nō habeat ex voluntate defuncti *l. qui liberis 8. §. hac uerba ff. de uulg. l. 1. §. non solum ff. ut lega. nom. caue. l. sed & si fi e 6 ff. de leg. 3.* tamen, quia venit, vt subrogatus loco transmittētis, qui ex voluntate vocabatur, censetur, & ipse ex defuncti voluntate venire, eaque ratione, ius habet accrescendi, *ut latè ostēdimus in hoc cap. q. 62. num. 5. & seqq.*

Quinto, ne eo quidem moueor fundamēto, quod veteres putarunt fortissimum, nempe, quod ius accrescendi cōpetat ei, qui rē habere
66 uidetur, † vt probat *l. si totā §. ff. de acq. her.* Nā, quia Vlpianus, *apparet* inquit, *nihilet debere accrescere, quia rem non uidetur habere*, innuit
67 † a contrario sensu, si rem habere videatur, debere ei partem accrescere, scilicet, quia idē operatur fictio in casu ficto quod veritas in casu vero *l. si ut, qui pro emptore. 15. ff. de usucap.* Atqui venditor hereditatis videtur rem ha-
68 bere † saltem interpretatiuè, *ut declarat Io. Gott. in d. l. un. num. 61. C. quand. non pet. part.* quia, cum habeat pretium, quod in vniuer-
69 salibus succedit loco rei † *l. si, & rem, & pretiū 25. ff. de petit. hæred. d. l. 2. §. peruenisse ff. de hæred. uel actio. uend. l. Imperator. 72. §. ult. ff. de leg. 2. l. Labeo et Sabinus. 14. ff. de uerb. signif. plane. 97. §. qui rogatus ff. de leg. primo* sequitur, enim vi-
70 der hanc rem † *l. quia, qui pretio. 45. ff. de usuf. l. si quis pecuniam. 4. §. ult. ff. si quis omiss. caus. test.* Ergo pars hæreditatis debet ei, non etiam emptori accrescere, *ut arguunt Ias. in d. l re coniunctī num. 139. et ibi Rip. num. 92. Ias. d. l. un. num. 20 uers. tandem, et ibi Claud. Tur. num. 76. & Io. Gutter num. 60 uersic. secundo & num. 61. C. quand. non pet. part.* quia, præter id,
71 quod hoc fictè, non verè intelligitur, † ideoque non debet attendi in iure accrescēdi, vt potè in quo spectamus veritatem non fictionem, *ut declarant ij, quos retulimus supranum. 50. et 2, seqq.* potest etiam dici, pretium succedere loco rei non solum respectu partis principalis, sed etiam respectu partis accrescentis, tamquam augmenti, quod postea superuenit
72 † *ut respondent Polit. in d. l. re coniuncti, num. 58. uers. Tu uero potius, et ibi Rip. num. 97. uers. uel aliter, et Claud. Tur. in d. l. un. nu. 80. uers. Nec obstat. et num 85. uers. Nec obstat:* Nam, cū succedat loco illius accessionis, quæ fit per alluuionem *l. si ego. 13. § idem ait adduci ff. de Publicia,* debet etiam per consequentias succedere loco illius, quæ fit per ius accrescendi quippe, quod alluuioni cōparatur *d. l. si Titio. 39. §. 1. ff. de usufr.* Denique non potest hoc esse validum pro conseruando hærede, qui suam hæreditatis partem alienauit, iure accrescendi fundamentum, cum non sit generale: Non enim complectitur eum, qui partē hæreditatis alteri donauit, scilicet, quia, cum pretium non habeat, non posset dici, etiam fictè rem habere, ideoque, quasi cessante ratione non posset habere partem accrescentē & tamen certum est, ex communi, non minus ei competere ius accrescendi, quam ven-
73 ditori, qui pretium habet, † *ut in proposito, et reprobando supe. ius fundamentum considerant Polit. in d. l re coniuncti, numer. 54. uers. sed hoc mihi, et ibi Rip. n. 93. uers. Ista responsio, et Alcia. num. 42. uers. qua ratione,* Nisi dicas, eum, qui donat, licet non habeat pretium, habere tamen donatarium obligatum ad antidora *l. sed, et si lege. 28. § consuluit ff. de pet. hæred.* quæ res, vt pretij vices fungitur, ita videtur sufficere, ad hoc, vt donans ipsam rem habere videatur, *sicut posse dici scribit Rip. in supra relato loco,* cum species lucri sit beneficij debitorem sibi acquirere, vt ait Caius *in l. si pignore 56. in prin. ff. de furt. et in proposito considerat Andr. Fach. d. lib. 10 controu. cap. 69. uers. Adde.* Sed vix est, vt hoc sufficiat ad conseruandum hæredi iuris accrescendi beneficium, quod, vt reale potionis principalis habitum requirit,

Sexto non moueor argumento, quo motus est *Ias. in d. l. re coniuncti, num 129 uers. 3. et in d. l. un. nu 20. uers. tune, C. quand. non. pet. par. & in d. l. 2. num. 8. C. de pact. et post eum Gomez. d. tom. 1. uaria. resol. cap. 10. num 44. uers. sed his non obstantibus,* quod scilicet, rationes omnes propter quas dicitur introductū ius accrescendi, militent in venditore, non emptore,
74 † quia vis etiam eius facilimè tolli potest, si dicatur, eas non conuenire emptori, si consi-
75 deremus eum ex persona propria, † secus verò si ex persona vēditoris, cuius loco subrogatur, & cuius vices sustinet, *ut in proposito respondet Dec. in d. l. un. in secunda lect. num. 39 & ibi Seb. Sap. num. 20. uers. & pro ista C. quand. non. pet. part. Dec. in rubr. C. eod. in secunda lect. num. 5. uers. & ex his infertur, Polit. in d. l. re coniuncti, num. 58. uers. 4. & ibi Crott. num. 49 uers. Non obstat quartum, & Andr. Fach. d. lib. 10. contro. cap. 69. uers. 1. adducitur.*

Septimo, & vltimo non moueor, quod taciti, & expressi par sit virtus, eademque natura *l. cum quid. 3. ff si cert. pet.* Sed expressa substi-
76 tutio non transeat in emptorem † *d. l. 2. § illud ff. de hæred. vel act. vend.* vt neque in fiscum *l. ex facto. 43. §. ult. ff. de vulg.* Nec igitur transire debeat ius accrescendi, quod est quædam tacitā substitutio *l. si Titio, 63. §. Iulianus ff. de leg. 2. prout arguunt Alcia. in d. l. re coniuncti, nu. 42 uers. qua ratione, Gomez. d. tom. 1. varia. resol. cap. 10. num. 44. uers. 3.* quia facilis est responsio, si dicamus, longè aliam esse ratione substitutionis, aliam iuris accrescendi: nam
77 † substitutio respicit personam, ideoque in alios non transfertur, Ius verò accrescendi respicit rem, ideoque rem sequitur, & ad omnes transit, in quos ipsa res, idest, portio principalis transfertur, *ut diximus in hoc cap. q. 62. numer. 9. & latius dicemus in 9. cap. q. 35. num. 3. Ita in specie respondent Ias. in d. l. re coniuncti, num. 128. uers. hunc fundamento, & ibi Polit. nu. 57. uers. 2. adducitur, Crott. num. 48. uers. & sequendo, Rip. num. 92. uers. Pro Petr. & num. 93. Io. Gaud. num. 88. Ias. in d. l. un. num. 20. uers. sed ad hoc, & ibi Claud. Tur. num. 80. C. quand. non pet. part. & Andr. Fach. d. lib. 5. Controu. cap. 101. uers. sed nihil ualet, & d. lib. 10. cap. 3. uers. 3. exeo, & cap. 69. uers. Primo enim adducitur,* Sed moueor sequentibus fundamentis, &

Primo,

Primo, quia pars hæreditatis vacans debet
hæredi, non alij accrescere *l. hæredi. 31. l. qui
ex duabus. 53. § ult. ff. de acq. hæred. l. un. § his ita
definimus C. de cad. toll.* Sed hæres est venditor,
78 non emptor, † quia, cum duo sint necessaria
ad hoc, vt quis hæres fiat, primo, quod fuerit a
testatore, vel a lege vocatus ad hæreditatem
secundo, quod eam adierit *l. pretia rerum 63.
in princ ff. ad l. Falc.* & vtrunque concurrat in
venditore, quippe, quem supponimus adijsse
hæreditatem, ad quam fuerat, vel ex testamē
to, vel ab intestato vocatus nō etiam in em-
ptore, quem supponimus omnino extraneū
Consequens est, vt non emptor, sed venditor
sit hæres. Ergo non illi, sed huic debet pars
hæreditatis vacans accrescere. *Ita argunt
Gozad. in d. l. un. numer. 19. & ibi Dec. in 2. lect.
num. 45. Claud. Tut. num. 85. vers. 2. comproba-
tur, & Io. Gutier. num 60. uers. primo, & uers. Nec
etiam obstat C. quand. non pet. part. Dec. in rubr.
C eod. in 2. lect. numer. 5. uers. ulterius tamen, &
Andr. Fach. d. lib. 5. contr. cap. 101. uers. Poste-
rioris, & d. lib. 10 cap. 3. uers. Posterioris.*

Nec est, quod respondeas, venditorem esse
79 hæredem † directò, non vtiliter, *ut declarat
Rip. in d. l. re coniunctis, num. 97. uers. Non obstat,*
seu, nomine, non effectu, *ut declarant Gul.
Ben. in d. cap. Raynutius, in uerb. & uxorem
nomine Adelasiam, num 99. uers. Nec obstat, &
Crott. in d. l. re coniunctis, num. 49.* Contra verò
80 emptorem non esse hæredem † nomine, sed
se, & effectu, *ut scribit Gul. Ben. in supra relato
loco, & Polit. in d. l. re coniunctis, num. 57. uersic.
Per contrarium*, cum in eum transeant vtiles
actiones hæreditariæ, *ut diximus supra num.
41. & 42.* eaque ratione dicatur haberi loco
hæredis, siue hæredis vices obtinere, *in l. 2. § cū
quis ff. de hæred. uel act. uend.* ideoque partem
vacantem, non venditori, sed emptori debe-
te accrescere, scilicet, quia in iure accrescen-
di non spectamus nudum hæredis nomen,
81 sed rem ipsam, & effectum † *l. si totam. 82. ff.
de acq hæred. Et in specie declarat Alcia. in d. l.
un. num 42. C. quand. non pet. part. nosque latè
dicemus in hoc cap. q. 69. numer. 25. & seqq. Et in
hec terminis respondet Polit. in d. l. re coniunctis,
num. 57. uers. Per contrarium*, quia verius est,
82 imo etiam effectù † hæredem esse vendito-
rem, non emptorem. Nam is dicitur hæres
esse effectu, qui habet omnia iura hæredita-
ria, tam actiua, quam passiua, in quibus res,
siue effectus hæreditatis continetur, *ut ostende-
mus in hoc cap. q. 69. num. 27. & seqq.* vt ecce, fi-
deicommissarius, cui ex Trebelliano restitu-
ta est hæreditas, quia S.C. beneficio consequi-
tur omnia iura actiua, & passiua *l. 1. §. 1. ff. ad
Trebell. Et in proposito considerant Ias. in d. l. re
coniunctis, num. 141. & ibi Polit. num. 57. Ias. in
d. l. un. num. 20. uers. 2. tu notabilius, & ibi Dec. in
2. lect. num. 47. Gozad. num. 19. uers. Ad l. si totā,
Clau. Tut. num. 74. uers. 2. quod, Io. Guter. num.
65. uers. 4. non obest. C. quand. non pet. part. Dec.
in rubr. C. eod. in 2. lect. num. 5. uers. Non obstat
text. Did. Spin in suo Specul. testa. d. gl. 27. num.
70. uers. sed contraria*, ideo dicitur esse hæres
effectu, *l. si filiusfa. 5. § ult. ff. quod cum eo, qui in
alien. potesta est*, siue hæredis loco haberi *ut di-
ximus supra post. num. 33. & 36.* Et simili mo-
do dicitur haberi loco hæredis fiscus, qui hę-
reditatem abstulit ab indigno, *ut ostendemus
in hoc cap. q. 48. nu. 32.* quia etiam in eū trans-
feruntur omnia iura actiua, & passiua, *ut di-
ximus ibi, num. 27. Et in proposito considerat Ias.
in d. l. re coniunctis, num. 132.* At hæc non tran-
seunt in emptorem, sed remanent penes vē-
83 ditorem † *l. 2. C. de hæred. uel act. uend. l. 2. C. de
pact. Et in specie declarant Ias. in d. l. re coniunctis
num. 139. & ibi Rip. num. 92. Dec. in rubr. C.
quand. non pet. part. in secunda lect. numer. 5.
uersic. Non obstat text. & in d. l. un. in secunda
lect. numer. 47. uersic. & Non obstat C. eod. Ca-
uall. in suis commu. contra com. q. 69. numer. 12.*
quia, licet ex dispositione legis illa possint
saltem vtiliter in alium transferri, non tamen
transferri possunt ex dispositione homi-
84 nis per contractum † *l. si mulier. 60. §.
ex asse ff. de iur. dot. Et in specie declarant Bald. in
d. l. 2. num. 1. C de pact. Ias. in d. l. re coniunctis, n.
134. vers. ad secundum, & ibi Rip. numer. 92.*
Quamobrem, licet quis vendat hęreditatē,
non tamen ipso iure transferet actiones, aut
actiuas, aut passiuas in emptorem, sed tantum
remedio stipulationum quę inter eos inter-
85 poni solent † *l. venditor 22. in prin. ff. de hæred.
vel act. vend.* quæque emptæ, & venditæ hære-
ditatis stipulationes appellantur *in §. ergo si
quidem, vers. si vero totam, Inst. de fideic. hæred.*
nam emptor a venditore stipulatur, sibi præ-
stari, quicquid ad eum ex hęreditate peruē-
nerit, venditor verò stipulatur ab emptore,
se indemnem ab eo habiturum, si quid dam-
ni ex causa hæreditaria patietur. Vnde fit, vt,
licet venditor hęreditatis tradendo res hære-
ditarias censeatur earum dominiū in empto-
rem transferre, non tamen censeatur trāsfer-
re actiones hęreditarias actiuas, sed eas cen-
seatur penes se retinere, eaque ratione possit
adhuc agere contra debitores hæreditarios,
& ab eis pecuniam exigere *l. 2. § peruenisse,
uers. Enim verò ff. de hæred. vel act. vend.* vel age-
re contra possidentes res hæreditarias, & ab
eis illas euincere *l. venditor. 21. in prin. & vers.
quid, si rem ff. eod.* nec possit exceptione repel-
li, quod hæreditatem alteri vendiderit, prout
potest hæres, qui ex Trebelliano restituit hæ-
reditatem, si aduersus debitores hæreditarios
agat *l. 1. § sublata ff. ad Treb.* scilicet, quia, non,
vt grauatus ipso iure transfert actiones in fi-
deicommissarium, ita, & venditor eas trans-
fert in emptorem, *vt supra dictum est.* Hinc etiā
86 fit, vt emptor † non possit agere contra de-
bitores hæreditarios, nisi actiones cessæ sint,
prout hæres cedere, & pręstare tenetur *l. 2. §.
peruenisse, & §. non solum & l. venditor. 21. in fi.
ff. de hæred. vel act. vend l. qui nondum 4 C. eod.*
Nam eo casu poterit vtilibus actionibus ex-
periri *l. emptor. 5. C. eod.* vt possunt omnes ces-
sionarij *l. post quam. 7. cum 2. ll. seqq. C. eod.* Qui-
nimo, si fuerit constitutus procurator in rem
suam, poterit etiam experiri actionibus di-
rectis, sed mandatis, & sic alieno nomine, li-
cet in rem, idest, vtilitatem ipsius agentis
*d. l. emptor. 5. C. eod. Et in specie declarat Rip. in d.
l. re coniunctis, num. 98. vers. Nec obstat.* Sanè, si
87 quid venditor agendo fuerit consecutus, † id
omne tenebitur emptori præstare *l. 2. §. non
tantum autem & l. venditor. 21. vers. at, cum hæ-
reditas, & l. fin. ff. de hæred. vel act. uend.* &, vt id
faciat, poterit, vel ex empto, vel ex stipulatu
actione compelli *l. si hæreditatem 20. & d. l. ven-
ditor.*

ditor. 21. ff. eod. At passiuas actiones hæreditarias nullo modo censetur hæres in emptorē
88 transferre, † quia non potest facto suo, & sine creditorum consensu se eximere ab obligationibus iam contractis, & eas mutare, ac in
89 alium transferre † *d. l. 2. C. eod. l. si mandatu meo 45. in prin. vers. aut si nolit ff. mand. d. l. 2. & ibi Bald. num. 1. C. de pact. Dec. in d. rubr. C. quand. non pet. part. in 2. lect. numer. 5. vers. Non obstat text. & in d. l. vn. in secunda lect. num. 47. C. eod.* Quamobrem non obstante vēditione poterit adhuc a creditoribus hęreditarijs, & verò etiam legatarijs conueniri, & ad solutionem
90 adstringi † *d. l. 2. C. de hared. vel actio. vend. d. l. 2. C. de pact. l. 2. C. de legat. Et scribunt Ias. in d. l. vn. num. 20. & ibi Gozad. num. 19. Dec. in 2. lect. num. 45. Claud. Tut. num. 75. Io. Guter. num. 64. C. quand. non pet. part. Ias. in d. l. re coniunctis, nu. 126. Dec. in d. rubr. C. quand. non pet. part. in 2. lect. num. 5. vers. vlterius tamen, Crass. in d. § iuri accrescendi q. 12. num. 4. in fi. Ceual. d. q. 69. num. 3.* nec poterit se tueri exceptione, quod hæreditatem vendiderit *d. l. 2. C. de pact.* vt potest hæres, qui ex Trebelliano restituit hæreditatem *d. l. 1. §. sublata ff. ad Treb.* quia, licet hic transferat actiones passiuas in fideicommissarium, non tamen illas transfert venditor in emptorem, *vt supra dictum est*, idenque non potest emptor a creditoribus conueniri,
91 nec ad solutionem adstringi † *d. l. 2. in fin. C. de hared. vel act. vend. Et scribunt Ias. in d. l. re coniuncti, numer. 126. Dec. in d. rubr. C. quand. non pet. part. in secūda lect. nu. 5. vers. Non obstat text. & in d. l. vn. in secunda lect. num. 47. C. eod.* nisi volens iudicium accipiat, & patiatur creditores hæreditaties secū litem contestari: nam tunc, si ijdam postea velint aduersus venditorem agere, exceptio-
92 ne taciti pacti repellētur † *d. l. 2. vbi Bart. Bald. & alij communiter. C. de pact.* Planè, si venditor a creditoribus conuentus aliquid eis præstiterit ex causa hæreditaria, poterit id ab emptore, vel eius fideiussoribus per actionem ex vendito, vel ex stipulatu repetere
93 † *d. l. 2. Cod. de hared. vel actio. vend. & l. 2. §. apud Iulianum § si Titius. §. si quid publici, & §. cum qui. l. si ex pluribus. 18. & l. pen. ff. eo. Et scribit Claud. Tut. in d. l. vn. num. 80. vers. Præterea*
94 *Cod. quand. non pet. part.* quoniam † emptor, vt omnia commoda hæreditaria habere debet, ita, & omnia incommoda, & sicut lucrū omne ad eum respicit, ita damnum quoque debet ad eundem respicere, vt ait Vlpianus *in d. l. 2. § sicuti ff. de har. vel actio. vend.* Verùm hæc non ipso iure intelliguntur, sed remedio stipulationum, *vt supra dictum est*. Quo fit, vt non possit emptor dici hæres effectu, siue ha-
95 beri loco hæredis, † quia is tantum dicitur hæredis loco haberi, in quem hæreditaria iura, tam actiua, quam passiua iure, non etiam
96 vinculo stipulationum transferuntur, † vt nō obscurè probat §. *restituta, Inst. de fideic. har.* vbi Iustinianus, *Restituta autem hareditate, inquit, si quidem, qui restituit, nihilominus hares permanet, is vero, qui recipit hareditatem, aliquando haredis, aliquando legatarij loco habetur.*
97 Itaq; vult † fideicōmissariū vniuersalem, cui restituta est hæreditas, non semper haberi loco hæredis, sed aliquando loco hæredis, aliquando loco legatarij: Loco enim hæredis habetur, quando restitutio fit ex S. C. Trebelliano, loco autem legatarij, quando ex S. C. Pegasiano, prout olim certis casibus eueniebat,
98 † *d. §. restitutā, & ibi declarat gl. in verb. aliquando, & 2. gl. seqq. & §. post quod, & § ergo, si quidem Inst. de fideic. hared. §. inordinatum, vers. quoniam, Auth. de hared. & Falc. coll. 1.* Quando autē hoc contingeret, si quęramus, constat esse distinguendum: Aut enim hęres spontè adibat, aut coactus. Et, si spontè, aut non erat grauatus restituere plus, quam dodrantem, Et restitutio fiebat ex Trebelliano,
99 † & per consequentias fideicommissarius habebatur loco hęredis, quia in eum transibant iura, & onera hæreditaria, tamquam in hęredem, non vinculo stipulationum, sed ipso iure, *d. §. restituta, vers. & Neronis, & d. §. ergo, si quidē, Inst. de fideic. hared.* Aut verò erat grauatus restituere plus, quam dodrantem, vel etiam totam hæreditatem, Et tunc, quia S. C. Trebelliano non cauebatur de retinenda quarta, necessariò erat facienda restitutio ex
100 S. C. Pegasiano † *§. sed quia haredes, & d. § ergo, si quidem, vers. at, si pars, Inst. eod.* Quo stante non transibant onera in fideicommissarium, quia transitus nō poterat fieri, nisi ex authoritate S. C. Trebelliani. Quamobrem grauatus non obstante restitutione sustinebat ipso
101 iure omnia onera hæreditaria † *§. post quod, & d. §. ergo, si quidem, vers. at, si plus, Inst. eo.* Sed, quia iniquum videbatur, fideicommissarium habere commoda, grauatum verò sustinere incommoda, ideo huius iniquitatis euitandæ gratia solebant interponi stipulationes, vel partis, & pro parte, vel emptæ, & venditę hæreditatis, Partis, & pro parte, si grauatus, qui sponte adierat, retinebat quartam: Nā eo casu interponebantur illæ stipulationes, quę solebant interponi inter hæredem, & legatarium partiarium, idest, vt commoda, & incommoda inter eos pro rata diuiderentur *d. §. post quod, vers. unde qua, & d. § ergo, si quidē, vers. at, si plus, Inst. eod.* eaq; ratione fideicommissarius non habebatur loco hęredis, sed
102 loco legatarij † *d. §. post quod, vers. ille autem, Inst. eod.* Emptę verò, & venditę hęreditatis stipulationes interponebantur, quoties hęres, qui spontè adierat, nō retinebat quartam, sed totām hęreditatem iuxta pręceptum testatoris restituebat: Nam tunc sibi inuicem cauebant de commodis præstandis, oneribusq; sustinendis, eodem modo, quo emptor, & venditor hæreditatis sibi inuicem cauere so-
103 lent † *d. §. ergo. si quidem, vers. At, si plus, Inst. eod.* At, si non spontè adibat, sed cogebatur adire, tunc, quia fuisset iniquum, eum adeundo obligari, & ipso iure teneri oneribus hæreditatis; necessariò debebat vtrunque S. C. coniungi, ita, vt coactio fieret ex S. C. Pegasiano, quippe, quo solo ius cogendi hæredē adire, & restituere fuit introductum *§ sed quia stipulationes, vers. sed etiam id Inst. eod.* sed restitutio fieret ex S. C. Trebelliano, ne alioquin hæres ex illa aditione coacta damnum aliquod sentiret, prout euenire potuisset, si restitutio fuisset facta ex S. C. Pegasiano, vt pote, quo non poterant onera transire in fideicōmissarium, nisi interpositis stipulationibus, quæ plerunque damnum afferebant, *vt infra ostendemus*. Quamobrem in hoc casu vtrunq;

S.C.

104 que S.C. concurrebat. † *§. sed, si recusabat, Inst.*
eod. Hinc intelligimus restitutionem ex Tre
belliano duobus tātum casibus fieri consue-
105 uisse, † vno scilicet, cum hęres sponte adierat,
& non fuerat grauatus restituere plus, quam
dodrantem hæreditatis *d. §. ergo, si quidem,*
Altero verò cum fuerat coactus adire, quo
casu, licet coactio fieret ex Pegasiano, resti-
tutio tamen fiebat ex Trebelliano *d. §. sed, si*
recusabat. At ex Pegasiano S.C. fiebat restitu-
106 tio, † cum hæres qui fuerat grauatus restitue-
re plus quam dodrantem, vel etiam totā hæ-
reditatem, eam sponte adibat, & restituebat
retenta, vel non retenta quarta *d. §. post quod,*
& d. § ergo si quidem, vers. at. si plus. Si igitur ex
Trebelliano fiebat restitutio, fideicommissa-
107 rius habebatur loco hæredis, quia † in eum
transibant ipso iure onera hæreditaria, tam-
quam in hęredem, nullis ad hoc interuenien-
tibus stipulationibus *d §. restituta, vers. & Ne-*
ronis, & d. §. ergo, si quidem, & §. sed si recusabat,
vers. quo casu. At, si restitutio fiebat ex Pega-
siano, fideicommissarius non habebatur lo
108 co hæredis, quia † ipso iure non transibant
in eum onera hæreditaria, sed tantum vincu-
lo stipulationum, vel partis, & pro parte, vel
emptæ, & venditæ hæreditatis, *secundum ea,*
quæ diximus. Itaque habebatur loco legatarii,
non hæredis *d. §. post quod, vers. ille autem, &*
vers. vnde, quæ, & d. §. ergo, si quidem, vers. at, si
plus. Sed, quia sanè huiusmodi stipulationes
109 plerunque erant captiosæ † *§. sed, quia stipula-*
110 *tiones, Inst. eod.* scilicet, quia † hæres conuenie-
batur a creditoribus, & eis soluere cogebatur,
deinde volens agere ex stipulatu contra fi-
deicommissarium pro sui releuio, plerunque
nō inueniebat, vnde sibi satisfaceret, propte-
rea, quod factus erat non soluendo, & ita re-
manebat in damno, & deceptus, ideo vt eius
indemnitati consuleret Iustinianus, sublato
Pegasiano S.C. & eius viribus in Trebellia-
num trāslatis, statuit, vt hodiè restitutio sem-
111 per fiat ex Trebelliano † *d. §. sed, quia stipula-*
tiones, vers. ideo, & per consequentias, vt iura
actiua & passiua transferantur ipso iure in fi-
deicommissarium, vel insolidum, vel pro ra-
ta, nec sit amplius opus stipulationibus *d. §.*
sed quia stipulationes, vers. vt tunc, eaque ratio-
ne fideicommissarius, cui restituta est hæ-
reditas, semper habeatur loco hæredis, nun-
112 quam verò loco legatarij. † Quod significat
idem Iustinianus *in §. inordinatū, vers. quoniā*
Aut b de hered. & Falc. coll. 1. vbi de fideicom-
missario vniuersali loquens, *quoniam*, inquit,
& in similitudinem hæredis consistit, & maximè
apud nos, qui Trebelliano soli dogmati dedimus
in talibus fideicommissis locum, Pegasiani circui-
tiones odio habentes, & expellentes. Itaque vult,
113 † fideicommissarium vniuersalem esse simi-
lem hæredi, siue hæredis loco haberi, præci-
puè hodie, quo tempore restitutio non fit
amplius ex authoritate S.C. Pegasiani, sed eo
sublato in tantum ex authoritate S.C. Trebel
liani. Significat enim olim non fuisse similē
hæredi, seu habitum pro hęrede, quoties ex
Pegasiano fiebat restitutio, scilicet, quia non
sustinebat onera hęreditaria, nisi vinculo sti-
pulationum, quæ solebant interponi, *secundū*
ea, quæ supra diximus. Ex quo patet, verissimū
esse, quod supra diximus, eum, qui non ipso
iure, sed remedio stipulationum sustinet one-
ra hæreditaria, non haberi loco hæredis. Vn-
de, quia emptor hæreditatis est huiusmodi,
vt supra dictum est, ideo fit, vt non possit ali-
quo modo dici, aut hæres esse effectu, aut ha-
beri loco hęredis. Sunt enim adhuc hodiè in
eo necessariæ stipulationes, ad hoc, vt onera
hæreditaria saltem, quoad effectū in empto-
rem transferantur, licet in fideicommissario
sublatę sint. Quo fit, vt ei non possit per ius
accrescendi competere pars hæreditatis, quæ
soli hæredi accrescit, cum is, nec nomine, nec
effectu sit hęres, si ius hæreditariū spectamus
Id, quod etiam

Secundo probatur argumento: Nam (vt
diximus in primo argumēto contrario, quod
retorquetur) portio portioni accrescit, & per
consequentias accrescit ei, qui pôrtionem
habet, nō solum, si ius accrescendi sit singula-
re, sed etiam, si vniuersale, & sic hæreditariū
d. l. si Titio. 39. §. 1. ff. de vsufr. d. l. si totam. 82. ff.
de acq. hæred. Sed portionem hæreditatis non
114 habet emptor, sed venditor, † *vt scribunt*
Claud. Tut. in d. l. vn. numer. 74. vers. 3. & ibi Io.
Guter. num. 63. C. quand. non pet. part. Cuiac. d.
lib. 12. obs. cap. 13. & Andr. Fach. d. lib. 10. contro.
cap. 3. vers. Posteriori, scilicet, quia, licet ven-
dita sit hæreditas, & per traditionē translatū
sit in emptorem dominium rerum hæredita-
riarum, vel, si traditæ non sint, competat illi
actio, aut ex empto, aut ex stipulatu, ad hoc,
vt compellat hæredem ad eas tradendas, vel
115 ad præstandum, quanti sua interfit † *l. qui*
filiusfa 14 § 1. ff. de hęred. vel act. vend. l. qui tibi
hæreditatem. 6. C. eod. non tamen in eum cen-
setur translata hęreditas, siue ius hæreditariū,
sed intelligitur residere penes venditorem,
116 † *ut declarant Ias. in d. l. re coniunctis, num. 134.*
vers. ad secundum, & ibi Pols. num. 56. Dec. in d.
rubr. C. quand non pet. part. in secunda lect. num.
5. vers. et per ista, & in d. l vn. in secūda lect. n. 45.
uers. & per ista, & ibi Claud. Tut numer. 74. uers.
3. & numer. 75. 76. & 85. uers. 2. comprobatur. &
Io. Guter. num. 63. C. eod. Did. Spin. in suo Specu.
testa. d gl. 27. nu. 70. vt pote apud quē remanēt
omnia iura actiua, & passiua, *ut ostēdimus sup.*
n. 83. et seqq. ex quibus hęreditas nō etiā ex re-
117 bus singulis æstimatur † *l. quamuis. 14. ff si quis*
om. caus. test. l. 1. §. q̄dā Inst. de rer. diuis. tit. Inst.
de reb. corp. & incorp. Et in proposito considerat
Io. Guter. in d. l. vn. numer. 63. C. quand non pet.
part. Alioquin enim, si ex eo, quod emptor
habet res hęreditarias censeretur habere por-
tionem hęreditatis, sequeretur aliam partem,
quæ postea vacat, accrescere rebus ipsis, &
consequenter omnibus ipsarum rerum pos-
sessoribus, quod tamen nemo rectè dixerit,
118 † *vt rectè animaduerterunt Rip. in d. l. re coniū-*
ctis, num. 97. vers. Ista responsio. & Andr. Fach. d.
lib. 5. contro. cap. 101. vers. hæc posterior, scilicet,
119 quia † res illas non habent, vt hæreditarias,
& iure hæreditario, sed, vt emptas, aut alio
iure quæsitas, *l. 3. in prin ff. ad l. Falc. l. pater fi-*
lium. 36. §. quindecim ff. de leg. 3. Et in specie de-
clarant Alcia. in d. l. re coniunctis, num. 42. versic.
sed tamen, & Craff. in d. §. ius accrescendi, q. 12.
num. 4. in fi. Quamobrem non obstante ven-
ditione dicitur adhuc venditor hæres esse,
non solum nomine, sed etiam re ipsa, *vt ostē-*
dimus supra num. 80. & seqq. & hæreditatem
pos-

120 possidere † *l. si quis pecuniam. 4. § fin. ff. si quis om. caus. testa.* non rectè, *vt putarunt ij, quos retulimus supra num. 50. & 51.* sed verè, *vt declarant Polit. in d. l. re coniuncti num. 56. & ibi Rip. num. 97. vers. Ista responsio.* Ergo pars hæreditatis vacans debet ei, non etiam emptori accrescere. *Ita arguunt Clau. Tut. in d. l. vn. num. 75. C. quand. non pet. part. & Cuiac. d. lib. 12. obs. cap. 13.*

Tertio demum probatur communis hæc sententia ratione: Nam, si portio hæreditatis vacans accresceret emptori, sequeretur, ex contractu rem ipso iure transferri, scilicet, quia per ius accrescendi fit acquisitio, non interueniente facto hominis sed ipso iure, *vt latè ostendemus in 8. cap. q. 1. num. 1. & seqq.* At hoc est absurdum, *l. traditionibus. 20. C. de pact.* adeò, vt, ne rerum quidem in portione vendita contentarum, quas tempore venditionis habebat hæres, aut postea consecutus est, dominium transeat in emptorem, nisi interue-
121 niente traditione † *l. qui tibi hæreditatem 6. C. de hæred. vel act. vend. & l. venditor. 21. vers. quod, si ante cessit ff. eo.* Ergo absurdum est etiam dicere, partem hæreditatis, quæ postea vacat, emptori, non venditori accrescere.

Neque huic sententiæ obstant contraria: Ad primum enim, & secundum respondeo primo, argumentum retorqueri: Nam, si portio, velut alluuio portioni accrescit, & per consequentias accrescit ei, qui portionem habet, sequitur, debere accrescere venditori, non emptori, scilicet, quia, non hic, sed ille te vera portionem habet, *ut ostendimus in 2. fundamento*, non, quia habet pretium, quod succedit loco rei, *ut putarunt ij, quos retulimus supra num. 70. Et in proposito respondet Rip. in d. l. re coniuncti, num. 92.* sed, quia penes eum remanent iura actiua, & passiua, ex quibus portio hæreditatis æstimatur, *vt diximus supra n. 87. & 117.*

Neque obstat, quod in emptorem transferatur omne commodum, & incommodum, illius portionis, quæ fuit vendita, quia, licet hoc verum sit, non tamen sequitur, in eum transferri portionem hæreditatis: Nam, sicut aliud est hæreditas, aliud commodum, & incommodum, quod in ea continetur *d. l. 1. § quædam, Inst. de rer. diuis.* ita & aliud est portio hæreditatis, aliud commodum, & incommodum, quod ex ea portione resultat. Itaq;
122 emptor habet † commodum, & incommodum portionis, sed non ipsam portionem, quippe, quæ remanet penes venditorem. *Ita rectè declarant Polit in d. l. re coniuncti, numer. 56. & Dec. in d. rubr. C. quand. non pet. part. in 2. lect. num. 5. vers. & per ista & in d. l. un. in 2. lect. num. 45. vers. & per ista C. eod.*

Secundo respondeo distinguendo, aut tractamus de iure accrescendi non hæreditario, & sic particulari, Et verum est, competere emptori *ut ostendimus supra n. 14. & seqq.* Aut verò tractamus de iure accrescendi hæreditario, & sic vniuersali, Et est verius, id, non emptori, sed venditori competere, *ut supra di-*
123 *ctum est.* † *Ita distinguunt Ias. in d. l. re coniuncti, num. 138. & ibi Polit. num. 58. vers. 4. Alcia. num. 43. vers. addit, Gomez. d. tom. 1. varia. resol. cap. 10. num. 44. vers. 2. uero casu, Em. Zoar. in suo Thes. recep. sent. in verb. accrescendi ius, ubi testatur, ita communiter dd. tenere, & Crass. in d. § ius accrescendi q. 12. num. 8.*

124 Ratio autem diuersitatis est, quia, † quoties venditur pars fundi legati, nihil est, quod remaneat penes venditorem, cum in emptorem transferat omne ius, quod habet, & per consequentias rei dominium, vt est natura venditionis *l. ex empto. 11. in prin. ff. de act. emp.* ideoque nil mirum, si non possit ei, tamquā partem non habenti pars accrescere, sed emptori, qui habet partem, cui pars alia accrescit ad exemplum alluuionis, quippe, quæ fundo accrescit, & sic ad commodum eius, qui fundum habet. At, quoties venditur pars hæreditatis, remanent apud venditorem iura actiua, & passiua, ex quibus hæreditatis portio æstimatur, *ut ostendimus supra num. 83. & 117.* ideoque nil mirum, si ei, tamquam portionem habenti pars accrescat. *Ita ratiocinātur Ias. in d. l. re coniuncti, num. 138. & ibi Polit. num. 56. Io. Gaud. num. 88. vers. quod si dicas, Claud. Tut. in d. l. un. num. 75. vers. &, si tu dixeris C. quand. non pet. part. Gomez d. tom. 1. cap. 10. num. 44. vers. 2. uerò casu, & Crass. in d. § ius accrescendi, q. 12. num. 8.*

At, dices, in fideicommissario, cui ex Trebelliano restituta est hæreditas, tractatur etiā de iure accrescendi hæreditario, nempe de accretione partis, in qua cohæres grauari fuerat institutus, Et tamen receptum est, id ei, tamquam habenti rem, id est, commodum, & emolumētum portionis principalis competere *d. l. Papinianus 43. ff. ad Trebell. & nos latè ostendemus in hoc cap. q. 69. num. 24. & seqq.* Cur igitur non idem dicimus de emptore, qui, & ipse commodum, & emolumentum venditæ portionis habet, *ut arguit Io. Gaud. in d. l. re coniuncti num. 88. vers. quod quamquam:* Verū respondeo, longè aliam esse rationem fidei-
125 commissarij, aliam emptoris: † Nam fideicōmissarius, licet nomine non sit hæres *l. si quasi 16. ff. de hæred. uel act. uend.* est tamen hæres effectu *l. si filiusfa. 5. § ult. ff. quod cum eo.* Quamobrem dicitur haberi loco hæredis, *ut diximus supra post numer. 33. & 36.* scilicet,
126 quia † in eum transeunt omnia iura actiua, & passiua, non solum ex uoluntate testatoris, *ut simpliciter considerant Claud. Tut. in d. l. un. num. 74. uers. 2. quod, & ibi Io. Gut. nu. 65. uers. 4. non obest C. quand. non pet. part. & Did. Spin. d. glo. 27. num. 70. uers. sed contraria,* sed etiam ex dispositione legis, nempe ex authoritate S.C. Trebelliani, *ut considerant ij, quos referemus infra post num. 127.* ideoque nil mirum, si ei tamquam hæredi, & hæreditariā portionem habēti pars accrescat. At emptor, neque est hæres, neque habetur loco hæredis,
127 non, quia † non venit ex voluntate defuncti, *ut considerat Io. Guter. in d. l. un. num. 65. uers. 4. non obest* sed, quia non cōsequitur iura actiua, & passiua, quippe, quæ in eum non transeunt, sed remanent apud venditorem, *ut ostēdimus supra num. 83. & seqq. Et in proposito considerat Dec. in d. rub. C. quand. non pet. part. in secunda lect. num. 5. uers. Non obstat tex. & in d. l. un. in secunda lect. num. 47. uer. Et non obstat,* sed solū consequitur commoda, & incommoda remedio stipulationum, quæ vim suam non ipso iure, sed hominis facto interueniente operantur, ideoq; nil mirum, si ei, tamquam

partem

partem non habenti non possit pars accre-
scere. *Ita ratiocinantur Ias. in d. l. re coniuncti, num. 141. & ibi Polit. num. 57. Ias in d. l. un nu. 20. vers. Tu notabiliter, & ibi Gozad nu. 19 vers. Ad leg. si totam, Dec. in secunda lect. n. 47. Claud. Tut. num. 74. vers. 1. quod, Io. Guter. nu. 65. vers. 4. non obest C. quand. non pet. part. Ias. in d. l. 1. n. 9. C. de pact. Dec. in d. rub. C. quand. non pet. par. in secunda lect. numer. 5. vers. Non obstat, Dida. Spin. d. gl. 17. num. 70 vers. sed contraria.* Quam
esse veram diuersitatis rationem, vel ex eo
intelligimus, quia, ne fideicommissario qui-
128 dem pars accresceret, † si non ipso iure, siue
ex authoritate S. C. Trebelliani, sed remedio
stipulationum in eum onera transirent, quia
tunc non haberetur loco hæredis, nec cense-
retur habere portionē hæreditatis, prout eue-
niebat olim, quoties restitutio fiebat ex S. C.
Pegasiano, *ut latè ostendimus supra num. 98. & seqq.* Et hoc est, quod innuit Papinianus rela-
tus ab Vlpiano *in d. l. Papinianus 43. ff. ad Tre*
129 *bell.* dum quærit, † an fideicommissario, cui
restituta est hæreditas ab eo, qui coactus est
adire, competat ipso iure pars alterius cohę-
redis, quæ postea vacauit, an verò sit opus no
ua restitutione, & hoc modo significat, aliud
esse, si spontè adierit, *ut rectè animaduerterunt ij, quibus retulimus supra num.* 44. Hoc enim scri-
psit respiciens ad illud ius, quod suis tempo-
ribus obtinebat: Nam, quia restitutio nō erat
facienda ex Trebelliano, sed ex Pegasiano,
quoties hæres, qui totam hæreditatem roga-
tus erat restituere, spontè eam adibat, *d. §. post quod, & d. § ergo, si quidem, vers. at, si plus, Inst. de fideicom. hered.* & hoc stante non transfe-
rebantur onera in fideicommissarium, sed
remanebant penes hæredem, qui solummo-
do debebat suæ indemnitati consulere reme-
dio stipulationum, eaque ratione fideicom-
missarius non habebatur loco hæredis, sed
loco legatarij, vel emptoris, *ut ibi dicitur, & nos latè ostendimus supra num. 100. & seqq.* ideo
fit, vt ad eum non potuerit adaptari quæstio,
an portio vacans debuerit ei, quasi hæredi
ipso iure accrescere, cum ne partis quidem
principalis iura censerentur in eum ipso iure
translata. At hodiè, quia sublato constitutio-
ne Iustiniani Pegasiano restitutio fit ex Tre-
belliano etiam ab hærede, qui spontè adiuit
& per consequentias ex ipsius authoritate
transferuntur iura, tam actiua, quam passiua
in fideicommissarium, qui proinde habetur
semper loco hæredis, *ut ostendimus supra nu. 112.* ideo rectè dicimus, etiamsi spontè adie-
rit, nihilominus ei, quasi hæredi partem va-
cantem ipso iure vtiliter accrescere, *ut ostendimus in d. q. 69. num. 14. & seqq.* Sed in emptore
hæreditatis adhuc hodiè secus erit, quia, cum
in eum non transeant iura actiua, & passiua
ex authoritate alicuius legis, sed solum ex re-
medio stipulationum, Consequens est, vt nec
hæredis loco haberi, nec ei partis vacantis
emolumentum ipso iure possit accrescere.

Ad tertium denique respondeo, negando
emptorem, quoad ius hæreditarium subroga-
130 ri loco hæredis, † siue hęredis loco haberi,
quia, cum onera non sustineat ex vi transla-
tionis, quę fiat ipso iure, sed vi stipulationum
emptæ, & venditæ hæreditatis, Consequens
est, vt non possit censeri subrogatus loco hæ-
redis siue eius loco haberi *d. § restituta. d. §. post quod, & d. §. ergo si quidē, vers. at, si plus, Inst. de fideic. hæred.*

Nec obstat *l. 2. §. cum quis ff. de hæred. vel act. vend.* vbi Vlpianus scribit, *emptorem hæreditatis vicem hæredis obtinere*, quia respondeo, du-
131 pliciter quem posse hæredis vice fungi, † vel
iuris authoritate, vel stipulationis, aut alte-
rius obligationis vinculo, Iuris authoritate,
quoties onera ita in eū vtiliter trāsferūt, vt in
persona hæredis non consistant, quo casu nō
potest hęres a creditoribus conueniri, ideoq;
nō est ei necessaria actio, ad hoc, vt indemnis
habeatur, sed recta via debent creditores eū
conuenire, qui onera sustinere debet. Et hu-
iusmodi est fideicommissarius, cui ex Trebel-
liano restituta est hæreditas *d. l. 1. § sublata ff. ad Treb.* At stipulationis, vel alterius obliga-
tionis vinculo fungitur vice hæredis is, qui te-
netur hæredem præstare indemnem, Et hu-
iusmodi erat olim fideicommissarius, cui ex
Pegasiano restituta erat hæreditas, hodiè ve-
rò huiusmodi est emptor hæreditatis: Nam,
quia in eum non transferuntur onera, sed re-
manent penes hæredem, qui potest adhuc a
creditoribus conueniri, & ad solutionem ad-
stringi *d. l. 2. C. de hæred. vend.* ideo respectu iu-
ris non dicitur haberi loco hæredis, *ut supra dictum est*, sed, quia, si hęres conuentus aliquid
prestiterit, tenetur emptor id ei restituere, &
eum indemnem præstare *d. l. 2. in fin. C. eod.*
ideo respectu huius obligationis dicit̄ fungi
vice hæredis, idest debere sustinere ea onera,
quæ ad hæredem pertinerent. Et ita sumitur
in d. l 2. §. cum quis, vt apparet ex illis verbis,
& idcirco teneri venditori hæreditatis, quæ sta-
tim ab Vlpiano subijciuntur post illa, *æquissimum videtur, emptorem hæreditatis vicem hæredis obtinere*. Vtilitas autem huius diuersitatis
132 in eo consistit, † quia, qui ex vi translationis
sustinet vices hæredis, potest etiam inuitus a
creditoribus hæreditarijs conueniri, nec hæ-
res ab ijs molestari potest *d. l. 1. §. sublata ff. ad Treb.* At, qui non vi translationis, sed vincu-
lo stipulationis, vel alterius obligationis susti
net vices hæredis, non potest a credito-
ribus conueniri, nisi volens illis respondeat
l. 2. C. de pact. sed illi debent suas actiones di-
rigere contra hæredem, & is postea agere
contra emptorem pro sua indemnitate, siue
releuio *d. l. 2. C. de hæred. vel act. vend.* Itaque in
hoc posteriore casu est opus circuitione, quæ
hæredi potest esse damnosa, *per ea, quæ diximus supra num. 110.* in priore verò contra *d §. sed, quia stipulationes, Inst. de fideicom hæred. d. §. coordinatum, vers. quoniam, Auth. de hæred. & Falc. coll. 1.*

Hinc intelligimus, si in emptorem trans-
ferantur onera sine circuitione, prout euenit,
cum quis a fisco hæreditatem emit: quo casu
potest emptor a creditoribus recta via con-
133 ueniri † *l. 1. C. de hæred. vel act. vend.* haberi est
loco hæredis etiam, quoad ius, ideoque debe-
re ei partem hæreditatis, quæ postea vacat,
134 ipso iure accrescere, † *ut rectè scripsit Gozad. in d. l. un. num. 19. vers. Tu considera C. quand. non pet. part.* Et ita secundam hanc quæstio-
nem definiendam arbitror.

Superest tertia, & vltima, in qua videndum
est, an venditor, cui pars hæreditatis accreuit
tene-

teneatur emptori præstare commodũ quod
ex ea consecutus est. Quæstio pendet ex eo,
nunquid in venditione censeatur cõprehen-
sa, non solum pars principalis, sed etiam pars,
quæ potuisset accrescere: Nam, si etiam hæc
censeatur comprehensa, non est dubitandum,
quin venditor, cui postea accreuit, teneatur
eius commodum, & emolumentum emptori
præstare. Quod, si non censeatur comprehen-
sa, nulla erit ratio, quæ suadeat, venditorem
135 teneri ad eius commodi præstationem, † *vt in
hoc rectè declarat Rip. in d. l. re coniuncti, nu. 98.
vers. Ista concordia.* Quando autem censeatur
comprehensa, si quæramus, constat multum
referre, vtrum appareat, id actum esse a con-
trahentibus, nec ne: Nam, si apparet, vt quia
ex verbis, aut coniecturis colligere possimus
136 talem fuisse mentem contrahentium, † *sicuti
declarant Alcia. in d. l. re coniuncti, num. 42. vers.
Probabilior, & Crass. in d. §. Ius accrescẽdi, q. 12.
num. 5.* censebitur haud dubiè comprehensa,
& per consequentias erit eius commodum
137 emptori præstandum, † *vt scribunt Rip. in d. l.
re coniuncti, num. 98. vers. Ista concordia, & ibi
Alcia. num. 42. vers. Probabilior, Cagn. in d. l. vn,
num. 16. vers. si tamen, & ibi Io. Guter. num. 69.
C. quand. non pet. part. Crass. in d. § ius accrescẽ
di, q. 12. num. 5.* Nam, & quęsita ex substitutio-
ne pupillari, quę regulariter non censentur
in vẽditione hereditatis comprehensa, etiãsi
substitutio facta sit illis verbis, Quisqs mihi
hęres erit, idẽ impuberi filio meo hæres esto,
debent emptori pręstare, si cõstet, hoc actum
138 esse a contrahentibus † *l. 2. §. illud ff. de hared.
vel act. vend. Et in proposito considerat Rip. in
d. l. re coniuncti, num. 98. vers. Ista concordia,*
scilicet, quia in hoc contractu, vt & genera-
liter in alijs id est spectandum, & seruandum,
139 quod inter contrahentes actum est, † *vt de vẽ
ditione hæreditatis constat ex d. l. 2. §. 1. vers. &
verius & §. apud Iulianum, vers. quid ergo, & §.
si venditor, vers. si vero id actum, & l. quod, si in
venditione. 10. & l. si. vers. Imo semper ff. de hared.
vel act. vend. De alijs vero contractibus ex l. sem-
per in stipulationibus. 35. ff. de reg. iur.*

Hinc infertur, si hæres vendiderit partem
hæreditatis cum omnibus iuribus sibi in ea,
vel eius occasione spectantibus, & pertinen-
tibus, cẽseri inter eos actum, vt etiam com-
modum partis accrescẽtis spectet ad emptio-
140 rem, † *Ita scribunt Rip. in d. l. re coniuncti, nu.
99. Cagn. in d. l. vn. n. 16. vers. si tamen C. quand.
non pet. part. Crass. in d. §. Ius accrescendi q. 12.
nu. 7. & Andr. Facb. d. lib. 10. contro. cap. 69. vers.
Alia distinctione.* Idem est, & si vẽdiderit par-
tem, cum omnibus accessionibus, siue, cum
141 omni augmento, † *vt rectè censuerũt Io. Guter.
in d. l. vn nu. 69. C. quand. non pet. part. & Did.
Spin. in suo Specu. testa. d. gl. 27. num. 70. in fin.
tametsi contrarium, & malè scripserit Crass. in d.
§. Ius accrescendi, q. 12. num. 7.* vel in venditio-
ne contrahentes vsi sint alijs verbis æquipol-
lentibus, *vt ait Io. Gutter. in d. l. vn. num. 69.* De-
nique idem est, &, si vendiderit partem cum
omnibus iuribus sibi competentibus, aut cõ-
petituris, & ita verba etiam in futurum con-
142 ceperit, † *vt scribit Claud. Tut. in d. l. vn. numer.
70. & 71. C. quand. non pet. part.* Quinimo, licet
verba deficiant, si tamen ea qualitate pretij
colligere possimus, contrahentes in eo defi-
niendo non habuisse rationem solius partis
principalis, vt, quia pretium maius sit, quam
illa ferat, ea hoc censebitur actum, vt etiam
pars, quæ potuisset accrescere, veniret in ven-
ditionem, & per consequentias esset emptori
143 præstanda. † *Ita scripserunt Alcia in d. l. re con-
iuncti, num. 42. vers. Probabilior, & Crass. in d.
§. ius accrescendi q. 12. num. 5.*

At, si non appareat, actum esse a contrahẽ-
tibus, vt in venditione comprehenderetur
etiam pars, quæ postea accrescit, & sic simus
in dubio, prout euenit, cum hæres simpliciter
vendidit partem hæreditatis, & quæramus,
an censeatur comprehensa, ita, vt, licet ipso
iure accrescat venditori, *secundum ea quæ di-
ximus in præcedenti quæstione,* teneatur tamen
is emolumentum, quod ex ea consequitur,
emptori restituere, constat, rem esse contro-
uersam: Nam plerique censuerunt, non esse
comprehensam, & per consequentias, non
teneri venditorem eius emolumentum em-
ptori præstare, sed posse illud penes se perpe-
144 tuò retinere. † *Ita enim censuerunt Rip. in d. l. re
coniuncti, num. 98. vers. Ista concordia, & num.
99. Io. Guter. in d. l. vn. num. 67. C. quand. non
pet. part. Crass in d. §. Ius accrescendi, q. 12. num.
7. & Andr. Facb. d. lib. 10. controu. cap. 69. versic.
Minus satisfacit.* Mouentur autem, vt ita
sentiant.

Primo, quia vendita hæreditate non cen-
sentur vendita, nisi ea, quæ tempore contra-
145 ctus venditori competebant † *l. 2. §. 1. versic.
plerunque ff. de hæred. vel act. vend l. hæredem. 14.
& ibi gl. in verb. actiones suas ff. mand.* Sed tem-
pore contractus non competebat venditori
portio cohæredis, quippe, quam supponimus
post venditionem defecisse. Ergo non cense-
bitur vendita, & per consequentias non erit
emptori pręstanda. *Ita arguunt Ias. in d. l. vn,
num. 20. vers. 2. & ibi Io. Guter. nu. 62. C. quand.
non pet. part. Crass. in d. §. Ius accrescendi, q. 12.
num. 7. Cuiac. d. lib. 12. obs. cap. 13. Did. Spin. in
suo Specu. testa. d. gl. 27. num. 70. Andr. Facb. d.
lib. 5. controu. cap. 101. versic. Quartum, & d. lib.
10. cap. 3. versicul. 4 quia, & cap. 69. versicul. 2.
quia.*

Secundo mouentur, quia, quod venditor
post initum contractum consequitur occa-
sione rei venditæ, non comprehenditur in
venditione, nec spectat ad emptorem, nisi
146 expressè dictum sit † *l. si res. 59. in fi. ff. de euict.*
Sed partem, quæ postea accrescit, consequi-
tur venditor occasione rei venditæ, scilicet,
quia ideo ei accrescit, quia partem venditã
adhuc habere intelligitur, *vt patet ex ijs, quæ
diximus supra num. 114. & seqq.* Ergo, cum de
ea nihil sit expressè dictum, non censebitur
comprehensa in venditione, & per conse-
quentias non spectabit ad emptorem. *Ita ar-
guunt Rip. in d. l. re coniuncti, nu. 100. & Andr.
Facb. d. lib. 10. controu. cap. 69 vers. sed licet.*

Tertio mouentur, quia in contractum re-
gulariter non veniunt ea, de quibus non est
147 cogitatum † *l. cum Aquiliana. 5. ff. de transact.*
Atqui in proposito non fuit cogitatum de
parte cohæredis, vt pote, quem contrahentes
ignorabant, an esset repudiaturus, vel ante
aditam moriturus, & sic, an illa portio debe-
ret venditori accrescere. Ergo pars illa non
veniet in venditionem, & consequenter non
erit

erit emptori præstanda. Ita arguit And. Fach. d. lib. 5. contron. cap. 101. vers. hæc posterior, & d. lib. 10. cap. 69. uers. 2 quia.

Quarto mouentur, quia, cum venditionis contractus sit correspectiuus, & correspecti-
uitas consideretur respectu pretij ad rem, &
148 rei ad pretium † l. si voluntate 8. vers. quod si vi
deliset C. de resc. uend. Consequens est, vt illa
tantum censeantur in venditione cõprehen-
sa, ad quæ habita est in correspectiuitate ra-
tio. Atqui, cum pretium a contrahentibus
constitutum est, nõ fuit habita ratio, nisi par-
tis venditæ, cum hæres suam non cohæredis
149 portionem vendiderit, † ut considerat Andr.
Fach. d. lib. 5. contro. cap. 101. vers. hæc posterior.
Ergo sola pars venditoris, non etiam pars co-
hæredis postea accrescens censetur in vendi
tione comprehensa: Alioquin emptor eam
haberet sine pretio, quod, quia absurdum est
150 tamquam repugnans naturæ uenditionis, † ut
considerant Gomez. d. tom. 1. uaria. resol. cap. 10.
num. 44. uers. 4. & Andr. Fach. d. lib. 10. controu.
cap. 69. uers. 6. & intentioni contrahentium,
ut considerat Cagn. in d. l. un num. 16. uers. Non
obstant C quand. non pet. part. ideo non est fe-
rendum.

Quinto mouentur, quia, quoties tractatur
de extendenda obligatione uẽditoris respe-
ctu rei uenditæ, puta de comprehendendis
accessionibus, aut alijs rebus, quæ sui natura
non continentur sub nomine rei, quæ uenijt,
in dubio fit interpretatio contra emptorem
151 † l. in si emptione 34 in prin. ff. de cõtra. empt. Sed
in proposito tractatur de extendenda obli-
gatione uenditoris respectu rei uenditæ ultra
id, quod eius appellatione continetur, cum
uendita sit pars, & tractetur de extendenda
uenditione ad aliam partem, quæ sub partis
152 uenditæ appellatione non continetur † l. no-
men. 164. §. 1. uers sed si non fuerit ff. de verb. sign.
Ergo in dubio debet fieri interpretatio con-
tra emptorem, ita, ut pars accrescens non cẽ-
seatur in uenditione comprehensa. Ita arguit
Andr. Fach. d. lib. 10. contro. cap. 69 uersic. 5.

Sexto, & ultimo mouentur, quia, si com-
modum, & emolumentum deberet emptori
restitui, sequeretur, partem uacantem effectu
153 emptori accrescere, † ut fatentur Gozad. in d.
l. un. num. 19. uers. in considera & ibi Cagn. nu.
16. uers si tamen, & ita dari circuitum inutilẽ,
scilicet, quia portio uacans accresceret prius
uenditori, deinde ab eo transiret in emptorẽ.
154 At hoc est absurdum † § inordinatum, uersic.
quoniam Auth de hæred. & Falc. coll. 1. l. cum fũ-
dus. 31. §. seruum, & ibi Bart. ff. si cert pet. Ergo,
ut euitetur, uel debemus simpliciter dicere,
155 partem uacantem emptori accrescere, † ut
uoluit Cagn. in d. l un. num. 16. uers. si tamen, uel
si uenditori, non teneri eum emolumentum
emptori restituere, ne alioquin communis
opinio sit lusoria. & potius uerbalis, quam
156 realis, † ut inspecie declarant Rip. in d. l re coniũ
ctis, num. 98. uers. Ista concordia, Cagn. in d. l. un.
num. 16 uers. & certe, & ibi Io. Guter num. 67.
uers. uerum.

His tamen non obstantibus contrariam
sententiam, quæ receptior est, ueriorem esse
puto, scilicet partem postea uacantem cẽseri
etiam in uenditione comprehensam, ideoq;
licet ipso iure accrescat uenditori, teneri ta-
men eum emptori restituere omne emolu-
157 mentum, quod ex ea percepit. † Ita enim cen-
suit Ias. in d. l. 2. in fin. C. de pact. ubi ait ita posse
saluari opinionem Bart. licet relinquat cogitan-
dum Sed post eum ita absolutè censuerunt Polit.
in d. l. re coniunctis, num. 59. uers. ultimo casu, et
ibi Alcia. num. 20. uers. cogita tamen, ubi ait, hoc
modo concordari opiniones, Gozad. in d. l. un. nu.
18. uers. in considera, et ibi Seb. Sap. num. 21. Dec.
in 2. lect. nu 46. et 47. uers. Non obstat l. 2. Alcia.
num. 18 uers. Et huic fundamento, Cagn. numer.
16. uers. si tamen, ubi ait, maiorem partem recen-
tiorum ita tenere, ideoque apparere, communem
esse, ut commodum ad emptorem spectet prout etiã
ibi sequitur Claud. Tut nu. 85. uers. quæ opinio,
et uers. suadetur hoc C. quand. non pet. part. Dec.
in d rubr. C. eod. in 2. lect. nu. 5. uers. et per ista, et
uers. Non obstat text. Alcia. lib 4. Parado. cap. 9.
nu. 3. Itaque accrescere uenditori immediatè,
158 emptori uerò mediatè, † ut declarat Clau. Tut.
in d. l. un. nu. 85 uers. quæ opinio, siue accrescere
uenditori, quo ad ipsum ius hæreditatis, sed
quoad commodum, & emolumẽtum accre-
159 scere emptori, † ut declarant Dec. in d. rubr. C.
quand. non pet. part. in 2. lect. num. 5. uersic. Non
obstat text. et in d. l. un. in 2. lect. num. 47. uersic.
Non obstat l. 2. et ibi Claud. Tut. num. 85. uersic.
suadetur hoc C. eod. Et ita cõciliari opiniones,
quas in articulo præcedenti retulimus: Nam,
si spectamus ius ipsum hæreditatis, uerior est
posterior sententia, quæ uult, partem uacantẽ
accrescere uenditori, qui est hæres, & ita in
160 eius persona ius accrescendi radicari, † ut de-
clarant Dec. in d. rubr. C. quand non pet part. in
2. lect. num. 5. uers. Nec obstat text. et in d. l.
un. in 2. lect. num. 47. uers. Non obstat l secunda
& ibi Gozad. nu. 19 uers. Non obstat C. eod. At
si spectemus commodum, & emolumentum,
quod ex tali accretione percipitur, uerius esse
illud ad emptorem pertinere, secũdum Bar-
toli sententiam, quæ ita intelligendo uera
est, & tenenda. Probatur autem hæc opinio.

Primo, quia emptor hæreditatis non de-
bet habere minus, quam apud hæredem fu-
turum esset, si hæreditatem non uendidisset
161 † l. 2. in prin. ff. de hæred. uel act. uend. quam ad
hoc ponderant Polit in d. l. re coniunctis, numer.
59. uers. ultimo casu, et ibi Io. Gaud. nu. 88 uers.
quod, quamquam. Atqui, si non uendidisset
hæreditatem, apud eum futurum esset, nõ so-
lum commodum partis principalis, sed etiã
commodum partis accrescentis. Ergo etiam
illud debet ad emptorem pertinere, eaque ra-
tione, si peruenerit ad uenditorem, tenebi-
tur id emptori restituere.

Secundo probatur, quia venditor hęredita-
tis tenetur emptori pręstare id omne, quod
162 ad eum ex hæreditate peruenit † l. 2. § non so-
lum, & §. non tantum autem, & l. fin. ff. de ha-
red. uel act. vend. Sed commodum partis ac-
crescentis sine dubio peruenit ad eum ex hę-
reditate. Ergo tenebitur illud emptori resti-
tuere.

Nec est, quod respondeas, hoc procedere
163 † si peruenerit ante venditionẽ, secus verò si
post, quia verius est in eo procedere, etiamsi
peruenerit post venditionem, vt patet ex
d. l. 2 §. non tãtum, vers. & non solum ff. de hęred.
vel act. vend. vbi Vlpianus, Non tantum autem
inquit, quod ad venditorem hæreditatis, sed, &,
quod

quod ad hæredem eius ex hæreditate peruenit, emptori restituendum est, & non solum, quod iam peruenit, sed, & quod quandoque peruenerit, resti-
164 *tuendum est:* Nam,† preter id, quod vult, esse
restituendum id, quod peruenit ad hæredem
venditoris, quæ res non, nisi post venditionē
potest contingere, scribit etiam aperrè, resti-
tuendum esse, quod quandoque peruenerit.
Quinimo patet id ipsum apertiùs ex *l. hæredi*
14. ff. man d. quam etiam ad hoc ponderant Post.
in d. l. re coniunctis, num. 59. vers. vltimo casu, &
Ale. in d. l. vn. num. 18. vers. huic fundamento C.
quand. non pet. part. & d. lib. 4. Parad. cap. 9 nu.
165 *3.* Nam ibi † Vlpianus scribit, hęredem fide-
iussoris, qui vendidit hęreditatem, habere
actionem mandati contra debitorem prin-
cipalem, etiamsi emptor ipse soluerit, ideo,
quia tenetur actione ex stipulatu, vel ex
empto, vt actiones suas, & sic etiam mandati
actionem emptori pręstet. Itaque, licet post
venditionem consecutus sit actionem man-
dati, quippe, quę non poterat censeri in
emptorem vi cessionis translata, cum tempo-
re venditionis nondum ei competeret, tamē,
quia eam consecutus est ex causa hęredita
ria, ideo tenetur eam emptori pręstare. Ergo
verum est emptori pręstanda esse ea omnia,
quę ad eum ex hęreditate perueniunt, etiam
post contractam venditionem.

Tertio probatur, quia, cum venditur hære-
ditas, hoc tacitè agi intelligitur, vt id omne
venditum censeatur, quod ad venditorem, vt
166 hæredem, seu iure hæreditario perueniet † *l.*
venditor 2 t. vers. at, cum hæreditas ff. de hæred.
vel act. vend. Quamobrem dicimus, emptori
præstandum esse, quicquid peruenit ad hære-
167 dem, tamquam hæredem, † *vti videre est apud*
Bart. in l. qui hæredi. 44. §. cum hæreditas, num.
2 ff. de cond. & demon. Sed commodum partis
accrescentis sine dubio peruenit ad vendito-
rem, vti hæredem, siue iure hæreditario, *vt*
ostēdemus in 9. c. q. 45. n. 16. Ergo censetur actū
vt id etiam venditum intelligatur, & per con-
sequentias, vt emptori sit præstandum.

Nec est cōtrarium, quod commodum pu-
pillaris substitutionis videatur ad hæredem,
vti hæredem pertinere, quoties substitutio
facta est sub hac formula Quisquis mihi hę-
res erit, idem impuberi filio meo hæres esto
168 quod videtur ex eo patere, quia ad eam nō
admittitur, nisi, qui est patris hæres, &, pro
qua parte hęres existit *l. qui liberis 8. §. hęc verba*
ff. de vulg. & §. substituitur, Inst. de pupilla &
tamen non censetur actum, vt illud veniat in
venditionem *d. l. 2. §. illud ff. de hæred. vel. act.*
vend. ideoque non videatur verum, quod ge-
neraliter supra diximus, quoties venditur hæ
reditas, censeri actum inter contrahentes, vt
venditum intelligatur, quicquid ad vendito-
rem, vti hæredem perueniet, quia veriùs est,
illud commodum non pertinere ad hæredē,
vt hæredem, licet sub hæredis nomine voca-
169 tus sit; † Nam, si ad eum, tamquam hęredem
pertineret, transmitteretur ad ipsius hæredes,
etiamsi viuo pupillo decederet, vt generali-
ter euenit in omnibus rebus, quæ hæredi, vt
hæredi deferuntur, *sicut ostendimus in hoc cap.*
q. 19 num. 79. Atqui non transmittitur *d. l. qui*
liberis. 8. §. hæc verba ff. de vulg. d. §. substituitur
Inst. de pupil. Ergo non pertinet ad eum, tam-
quam hæredem, sed tamquam substitutum,
& sic non ratione rei, sed ratione personæ.
Quamobrem ius illius substitutionis non di-
citur reale, sed personale, *vt diximus supra*
num. 77.

Nec obstat, quod ad huiusmodi substitu-
tionem non censeatur vocatus, nisi, qui pa-
tris hæres extitit, &, pro qua parte fuit hęres
quia ex hoc non sequitur, vocari eum tam-
quam hæredem: Vocatur enim, quia est hæ-
res, non, tamquam hæres, quę loquendi gene-
170 ra multum inter se differunt: † *vt ostendemus*
in 10. cap. q. 30. num. 35. Nam, quoties ad rem
quis vocatur, tamquam hæres, res illa cense-
tur hęreditaria *l. 1. §. si qs ex mortis ff. quor. legat.*
& capitur iure hęreditario *l. quod autē 74. ff. ad*
l. Falc. ideoque in Falcidiam imputatur *l. in*
quartam 90. ff. eod. venit in restitutionem fi-
deicommissi *l. in fideicōmissariis. 18. §. si legatū*
ff. ad Treb. aufertur ab indigno *l. eum, qui taci-*
tum.. 18. §. pro parte ff. de his. quib. vt ind. & in
omnibus, ac per omnia censetur eodem iure,
quo cęteræ res hæreditariæ, adeo, vt pro illius
rata teneatur hæres, qui eam habet onera hę-
reditaria sustinere *l. si legatus 30. §. multum in-*
terest ff. ad Treb. At, si ad eam non vocetur, vt
hæres, sed, quia sit hæres, vt euenit in substitu-
tione pupillari facta sub ea forma, quam su-
pra retulimus, & in mortis causa capione,
quoties quis implendę conditionis causa hę-
redi dare iubetur, licet ad eam nō admittatur,
nisi sit hæres, & ita in eo requiratur qualitas
hæreditaria, non tamen res ipsa hæreditaria
censetur, aut secundum rerum hæreditariarū
iura regulatur. Quamobrem non imputatur,
in Falcidiam *d. l. in quartam 90. ff. ad l. Falc.*
non venit in restitutionem fideicommissi *d.*
l. qui hæredi 44. §. cum hæreditas ff. de cond. &
dem. nec pro illius rata subijcitur hæres oneri-
bus hæreditarijs. Quinimo, licet omnes, res
hæreditariæ ab eo, tamquam ab indigno au-
ferantur, non tamen aufertur illa, ad quam
fuit vocatus, quia est hæres, non, tamquam
hæres *d. l. ex facto. 43. §. vlt. ff. de vulg.*

Hinc intelligimus, verùm non esse, quod
scripsit Bartolus *in d. l. qui hæredi. 44. §. cum hę-*
reditas, nu. 2 ff. de cond. & dem. id quod implen-
dæ conditionis causa hęredi dandum est, li-
cet solui debeat venditori hæreditatis, esse ta-
171 men emptori restituendum, † quia, cum ei nō
soluatur, tamquā hæredi, sed, quia est hęres,
Consequens est, vt emptori præstandum non
172 sit † *ex ijs, quæ diximus.* Denique, cum non re-
stituatur fideicommissario *d. l. qui hęredi 44. §.*
cum hæreditas, sequitur multo minus debere
restitui emptori, qui minus, quam ille iuris
habet, *vt in proposito considerat Io. Guter. in d.*
l. un. num. 67. vers. Præterea C. quand. non pet.
part.

Nec est contraria *l. is, qui in potestate 15. §.*
fin. ff. de legat. præstan. vbi Paulus, *Si extraneo*
hæredi instituto, inquit, *sub hac conditione exce-*
ptæ personæ legatum sit, si hæredi decem dederit,
ita ei legatorum actio dabitur, si ei, qui contrata-
bulas bonorum possessionem accepit, dederit. non,
si hæredi instituto, quia absurdum est, illum com-
moda hæreditaria habere, alium onera sustinere
in præstando legato, quia respondeo, longè aliā
esse rationem eius, qui fuit institutus in testa-
mento, quod cōtratabulas bonorum posses-
sione

173 sione rescissum est, † *de quo Paulus ibi loquitur,*
aliam hæredis grauati, vel indigni: Nam in
stitutus in illo testamento nunquam rem ha
buit, cum filius præteritus bonorũ possessio
nem agnoscendo rem sit consecutus, ideoq;
institutus nunquam dici potuit factus hæres,
seu hæreditariam qualitatem obtinuisse, vt
ei, tanquam illam qualitatem habenti solui
possit, quod implendæ conditionis causa sol-
uendum est. At hæres grauatus, vel indignus,
adeundo factus est hæres, & est consecutus
qualitatem hæreditariam, ideoq; licet post-
ea rem amittat, eo, quod hæreditatem alteri
restituat, vel ab eo rem fiscus auferat, non ta-
mẽ desinet esse hęres *d. §. restituta Inst. de fideic.*
hęred. d. l. ex facto 43. §. vlt. ff. de vulg. & per con-
sequentias non impeditur quominus conse-
quatur ea, quæ hæredi, seu hęreditariam qua-
litatem habenti extra hæreditatis causã con-
ceduntur *d. l. qui heredi. 44. §. cum hæreditas ff.*
de cond. & dem. d. l. ex facto. 43. §. vlt. ff. de vulg.

Quarto probatur, quia vendita hæreditate
174 lucrum omne spectat ad emptorem † *d. l. 2.*
§. sicuti ff. de hęred. vel act. vend. Sed pars accre-
scens lucrum est *l. vn. §. pro secundo §. sed, vt*
manifestetur, & §. ne autem C. de cad. toll. Ergo
debet ad emptorẽ pertinere. *Ita arguit Alcia.*
in d. l. vn. num. 18. vers. & huic fundamento C.
quand. non pet. part. & d. lib. 4. Parad. cap. 9.
num. 3.

175 Nec dicas, hæc omnia procedere, † quoad
ea, quę pendent a re vendita, prout euenit, cũ
venditur tota hæreditas, quo casu omnia lu-
cra, & commoda hæreditaria, tamquam in
venditione comprehensa debent ad empto-
rem pertinere, *vt declarat Cagn. in d. l. vn. num.*
16. vers. Non obstant C. quand. non pet. part. In
specie autem proposita non esse venditam
partem accrescentem, sed tantum partem
principalem, ideoque lucra, & commoda, quę
occasione partis accrescentis perueniunt ad
venditorem, tamquam prouenientia a re nõ
176 vendita non esse emptori præstanda † *Quo-*
modò respondent Ias. in d. l. re coniunctis. nu. 136.
Cagn. in d. l. vn. num. 16. vers. Non obstant C.
quand. non pet. part. & And. Facb. d. lib. 5. contro.
cap. 101. vers. Ad primum & d. lib. 10. cap. 3. vers.
hæc posterior. & cap. 69. vers. primo. & vers. 3. &
vers. minus satisfacit, quia verius est, imo cen-
seri etiam vẽditam partem accrescentem, &,
dato etiam, quod ẽ ita non esset, nihilomi-
nus eius emolumentum ad emptorem perti-
nere: Censeri autem venditam etiam partem
177 accrescentem, † patet ea ratio, quia dubium nõ
est, quin vendita sit pars propria venditoris.
Atqui propriæ partis appellatione continc-
tur etiam pars accrescens, *vt diximus supra*
num. 21. & latius dicemus in 9. cap. q. 45. nu. 62.
Ergo censetur etiam vendita pars accrescens.
Deinde vendita re principali censetur etiam
vendita accessoria *l. id, quod. 7. ff. de peric. &*
comm. rei vend. Atqui pars accrescens est ac-
cessoria ad partem principalem, *vt ostẽdemus*
in 9. cap. q. 43. nu. 10. & seq. Ergo vendita parte
hęreditaris, quę est principalis, debet etiam
censeri vendita pars accrescens. Quamobrẽ
dicimus, partem accrescentem sequi partem
principalem, & cum ea vniri, ita, vt ab ea se-
178 parari nequeat, † *vti videre est apud Polit. in d.*
l. re coniunctis, num. 55. vers. 3. adducitur, & alios
quos referemus infra nu. 183. Emolumentum
autem partis accrescentis ad emptorem per-
tinere etiamsi non posset censeri vendita,
179 † probat *l. fin. ff. de hæred. vel act. vend.* vbi La-
beo, *Si excepto fundo hæreditario veneat hæredi-*
tas, inquit, *deinde eius fundi nomine venditor*
aliquid acquisierit, debet id præstare emptori hæ-
reditatis. Paulus. Imo semper quæritur in ea re,
quid actum fuerit; Si autem id non apparebit,
præstare eam rem debebit emptori venditor: Nã
id ipsum ex ea hæreditate ad eum peruenisse vide-
bitur, non secus, ac, si eum fundum in hæreditate
180 *vendenda non excepisset*: Nam hic † vendita
quidem fuerat hęreditas, sed non fuerat ven
ditus fũdus exceptus, licet esset hęreditarius,
quia illius exceptio effecerat, vt is non cense-
retur in venditione comprehensus, *l. quęsitum*
12. § idem respondit domo ff. de fund. instr. & ta-
men, quia acquisitio, quã fecit hæres nomi-
ne illius fundi, fuit ab eo facta, tamquam ab
hęrede, ideo pręstanda est emptori, tamquã
res, quę ad eum peruenit ex causa hæredita-
ria. Ergo, & in proposito, licet pars accrescẽs
non censeretur vendita, tamen, quia ad hę-
redem peruenit ex causa partis venditę, quip-
pe, cui accreuit, debet, quasi res proueniens
ex re, siue occasione rei venditę emptori præ-
stari.

Quinto, & vltimo prędicta confirmantur
l. 2. §. illud ff. de hered. uel act. uend. vbi Vlpia-
181 nus scribit, † vendita hęreditate non censeri
venditum, nec ad emptorem pertinere, quod
ad hęredem peruenit ex impuberis hęredi-
tate, ideo, *quia alia hæreditas est.* Ergo, si non
alia, sed eadem esset hęreditas, ad emptorem
pertineret. At hic eadem, non alia est hęredi-
tas, quia alioquin non haberet locum ius ac-
crescendi, cum in diuersis hęreditatibus ius
accrescendi cesset, *ut ostendimus in 5. cap. q. 42.*
nu. 5. Ergo, quod ex ea peruenit ad hęredem,
debet, vt venditum ad hęredem pertinere.
Ita arguunt Polit. in d. l. re coniunctis, numer. 55.
uers. sed neque ista solutio, & ibi Crott. num. 48.
uers. 2. Rip. num. 91. uersicul. 3. facit Dec. in d.
rub. C. quan. non pet. part. in 2. lect. num. 5. uersic.
& ad idem, & in d. l. un. in 2. lect. num. 44. C. eod.

Nec est, quod respondeas, imo etiam hic
tractari de re diuersa ab ea, quę fuit vendita,
scilicet, quia tractatur de accretione partis
cohęredis, quę est diuersa a parte vendita,
182 † *ut respondent Ias. in d. l. re coniunctis, nu. 136.*
uers. 4. facit, Io. Guter. in d. l. un. num. 66. uers. 5.
et finaliter C. quand. non pet. part. et Andr. Facb.
d. lib. 10. contro. cap. 69. uers. 2. quia verius est,
imo tractari de parte, quę est eadẽ cum par-
183 te vendita: † Nam pars accrescens, quasi au-
gmẽtum alluuioni simile, ita cum parte prin-
cipali coniungitur, vt eadem, non diuersa res
cẽseatur, *sicut diximus sup. n. 178. & latius dice-*
mus in 9. c. q. 44. n. 1. et seqq. Et in pposito ac re-p-
bãdo supradictã responsionẽ cõsiderãt Polit. in d. l.
re cõiunctis, nu. 55. uers. sed neq; ista solutio, et ibi
Crott. n. 48. uers. 2. Rip. n. 91. uers. 3. facit, et Alc.
num. 42. uers. Nec me mouet: Alioquin enim, si
censeretur diuersa, non accresceret fisco, sed
indigno, quia fiscus non aufert ab indigno,
nisi id, in quo peccauit *d. l. ex facto 43. §. ult.*
ff. de uulg. Et in proposito considerat Rip. in
d. l. re coniunctis, num. 91. uers. 3. facit, & tamẽ
certum est, partem vacantem non indigno,

sed, fisco accrescere *d. l. si totam 82. ff. de acq. hered. et nos latè ostendimus in hoc cap. q. 66. nu. 4. et diximus etiam in q. 74. num. 20.* Non est igitur diuersa a parte principali.

Neque huic sententiç obstant contraria: Ad primum enim respondeo, Primo, id pro-
184 cedere, † quoad transmissionem iurium, & actionum, quç fit virtute cessionis: nam illa tantum iura, seu illç tantum actiones censentur in emptorem transferri, quç tempore contractus hçredi competunt, non etiam, quç postea superueniunt. *Et ita loquitur l. haeredem. 14. et ibi gl. in uerb. actiones suas ff. mand.* Idque nos nõ negamus, sed admittimus respectu eorũ, quç post a uenditori acquirũtur, & dicimus, non censeri factam transmissionem, sed esse opus noua prçstatione, ut illa in emptorem transferantur *d. l. uenditor. 21. ff. de hered. uel act. uend. & d. l. haeredem. 14. ff. mand.* Vtrum autem illa prçstari debeãt, si quçratur, dicimus, esse prçstanda, si ad uenditorem peruenerint ex causa rei venditæ *d. l. uenditor 21. & d. l. fin. in fi. ff. de hered. uel act. uend.* Vnde, quia pars accrescens est huiusmodi, scilicet, quia non aliam ob causam uenditori accrescit, quam, quia portionem habet principalem, quç fuit uendita, *ut patet ex ijs qua diximus supra num. 111. & seqq.* ideo fit, ut licet illa ipso iure accrescat uenditori, teneatur tamen is emptori restituere omne commodum & emolumentum, quod ex ea percepit, & ita effectu accrescat uenditori, sed ad commodum emptoris, *ut declarat Polit. in d. l. re coniuncti, nu. 59. uers. Vltimo casu.*

Secundo respondeo, imo partem accrescentem censeri iam tempore contractus uendi-
185 tori competijsse, † si non uerè, saltem fictè, scilicet, per retrotractionem: Nam, quoties cohçres repudiat, pars eius censetur iam usq; ab initio delata, & quçsita cohçredi, qui partem suam adijt, perinde, ac si nunquam fuisset alteri delata *l. si duo. 38. uers. qui enim ff. de acq hered. Ita respondent Crott. in d. l. re coniuncti num. 49 uers. Non obstat quintum, & ibi Rip num 96. Dec. in d. rubr. C. quand. non pet. part. in 2 lect num. 5. uers. 2. arguit, & in d. l. nu. in 2 lect. num 42. & ibi Seb. Sap. num. 20. uers. 2. & Claud. Tu. num 81. uers. respondetur, & nu. 82. C. eod. Andr. Fach. d. lib. 10. contro. cap. 69. uers 4. affertur ratio.*

Ad secundum uerò respondeo, id proce-
186 dere, † si id, quod occasione rei uenditç peruenit ad uenditorẽ, consideretur, ut principale, non etiam, si, ut accessorium, & consecutiuum, prout consideratur pars accrescens Nam tunc uerius est, ad emptorem pertinere, quia ita cum re uendita coniungitur, ut una & eadem res censeatur, nec ab ea separari possit *ut diximus supra num. 183. Et in proposito respondet Alcia. in d. l. re coniuncti, num. 42. uers. Nec me mouet.*

Ad tertium respondeo, contrahentes censeri de ijs omnibus cogitasse, & egisse, quç
187 ueniunt ex natura rei † *l. ex empto. 11. in prin. ff. de actio. empt.* cuiusmodi sunt omnia, quç, tamquam accessoria, rem ipsam sequuntur, ut alluuio *l. id, quod. 7. in prin. ff. de peric. & com. rei uend.* cui ius accrescendi assimilatur *d. l. si Titio. 39. §. 1. ff. de usufr.*

Secundo respondeo, dato etiam, quod contrahentes de parte accrescente nõ cogitauesint, imputandum tamen esse uenditori, cur non cogitauerit, cum sit res, quç uenit accessoriè ad rem uẽditam, *ut patet ex ijs, qua supra diximus.*

Ad quartum simili modo respondeo, imo in constitutione pretij cẽseri habitam rationem, & partis uenditç, & eius augmenti,
188 quod potuisset accedere. † Quamobrem dicimus, pretium, quod succedit loco rei, succedere etiam loco augmenti, *uti uidere est supra num. 72.*

189 Ad quintũ respondeo distinguendo, † aut tractamus de ijs accessionibus, q̃ sunt a rebus venditis separatæ, atque distinctæ licet ab eis ante cõtractũ prouenerint, vt sunt fructus ante vẽditione percepti, Et verum est, eorum respectu faciendã in dubio esse interpretationẽ contra emptorem, quia non considerantur ampliùs, vt accessiones, sed, vt res principales, Et in his terminis procedit *l. si in emptione. 34. in prin. ff. de cõtrah emp.* At verò tractamus de rebus, quæ, tamquam accessoriæ censentur eędem cum re vendita, vt est pars accrescens Et est veriùs, in dubio faciendam esse inter-
190 pretationem contra venditorem † *l. Labeo. 21. & l. cum in lege. 33. ff. de contra. empt. Et in proposito considerat Io. Gaud. in d. l. re coniuncti num. 88. vers. quod, quamquam,* quippe, cui imputandum est, cum legẽ apertiùs nõ dixerit *l. veteribus. 40. ff. de pact. Et in proposito considerat Cagn. in d. l. vn. numer. 16. versic si tamen C. quand non pet. part.*

Ad tertium denique, & vltimum respon-
191 deo, id procedere, † non, quando circuitus est omnino inutilis, cuiusmodi non est in proposito propter commodum possessionis *§ commodum, Inst. de interd. vt in proposito respondet Claud. Tur. in d. l. vn. num 77. uers. 2. respondetur, & nu. 85. vers. &, si ista opinio.* sed, quando circuitus non est necessarius, sed potest euitari. In casu autem proposito necessarium esse, propterea, quod ex contractu nõ possunt iura passiua in alium transferri, nisi vinculo stipulationis, vel alterius obligationis, quæ sine circuitu vim suam habere nequit, *ut patet ex d. § post quod, & d. §. ergo, si quidem, uers. at. si plus, Inst. de fideic. hered.* ideoque non esse absurdũ circuitum fieri, & sic partem vacantem ipso quidem iure accrescere vẽditori, ita, vt penes eũ sint iura actiua, & passiua, sed commodũ & incõmodũ, quod ex ea resultat, debere ad emptorẽ pertinere, vtpote, qui iure obligationis vices hæredis obtinere debet. Et hęc de ijs dicuntur, qui sunt proprij illius, cui pars principalis fuit delata, successores.

S V M M A R I V M.

1 *Substitutus uulgariter succedit testatori, non ei, cui substitutus est.*
2 *Ius accrescendi transit in uulgariter substitutum, & eur, num. 3.*
4 *Substitutus, tamquam subrogatus in locum instituti, debet eodem, quo ille, censeri iure.*
5 *Substitutio censetur facta cum omnibus iuribus, & qualitatibus instituto competentibus.*
6 *Ius accrescendi transit in uulgariter substitutum, non solum in hereditatibus, sed etiam in legatis, & fideicommissis.*

Sub-

7 *Substitutio uulgaris, potest fieri etiam in legatis, & fideicommissis.*

8 *Ius accrescendi transit in uulgariter substitutum, non solum in proprietate, sed etiam in usufructu, & num. 9.*

10 *Ius accrescendi transit in uulgariter substitutum, etiamsi in persona illius, cui facta est substitutio nondum fuerit causatum, uel actu, uel habitu, ut quia uiuo testatore decesserit.*

11 *Ius accrescendi transit in uulgariter substitutum, etiamsi institutus sibi ipsi substitutus sit.*

12 *Substitutio, si sit coniuncta cum iure accrescendi, sicut ipsum eius transmittitur in alium substitutum, ita etiam transmittitur ipsa substitutio.*

13 *Ius accrescendi transmittitur in uulgariter substitutum, etiamsi ipsemet repudiando faciat iuri accrescendi locum, ut in exemplis, quæ subijciuntur. num. 14. & 15.*

16 *Ius accrescendi transfertur in uulgariter substitutum, etiamsi inspecta persona propria sit disiunctus.*

17 *Substitutus coniuncto censetur & ipse coniunctus, licet disiunctim uocatus sit.*

18 *Ius coniunctionis transfertur etiam in uulgariter substitutum.*

19 *Substitutus ei, qui solus erat cum deficiente coniunctus, solus quoque ius habet accrescendi, & cæteris in eo præfertur.*

20 *Ius coniunctionis uerbalis non transfertur in uulgariter substitutum, Sed contra num. 27. et cur, num. 28.*

21 *Declaratur l. sicut. 3. §. 1. quib. mod. usufr. amit. et num. 39. et seqq.*

22 *Substitutus ei, qui uerbis tantum coniunctus erat cum legatario deficiente, non habet ius accrescendi, et cur, num. 23. secus in hæreditate, nu. 24.*

25 *Coniuncti re, et uerbis præferuntur ei, qui uenit, ut substitutus alteri re, et uerbis coniuncto cum deficiente.*

26 *Declaratur l. cum ex filio. 39. §. ult. ff. de uulg.*

An, & quando ius accrescendi transeat in vulgariter substitutum.

Quæstio Sexagesimaoctaua.

NVNC videamus de successoribus alienis, in quos transfertur portio principalis, & dispiciamus, an etiam pars accrescens in eos transferatur. Horum autem duo possunt exempla afferri.

Primum in vulgariter substituto: Nam, si testator duos instituat hæredes, & vni eorum vulgariter alium substituat, & is, cui facta est substitutio, repudiet suam portionem, vel aliter ab ea excludatur, fiat locus substituto, & sic portio exclusi transferetur in successorē, non proprium ipsius, sed alienum, scilicet, quia vulgariter substitutus succedit testatori,
1 non ei, cui substitutus est † *l. ex duobus 34. §. 1. ff. de vulg. & tit. Inst. de pupil. in prin. Bart. in l. 1. num. 38. & post eum alij communiter ff. de vulg.* In hoc igitur casu, si quæramus, an in huiusmodi substitutum transferatur etiam ius accrescendi respectu portionis alterius cohæredis postea deficientis, constat, haud dubiè
2 transferri † *l. liber homo 59. §. cum quis ff. de hered. inst. l. si ita scriptum 8. in prin. ff. de bon. poss. sec. tab. l. sicut. 3. §. 1. ff. quib. mod. vsusf. am. l. cum ex filio 39. §. fin. & ibi not. Bart. Bald. Ang. Imol. Castr. & Alex. ff. de vulg. Aug. de Gamb. de testa. gl. 42. num. 5. & 9. vers. & sciat, Ias. in l. licet imperator 77. nu. 26. ff. de leg. 1. & in d. l. re coniuncti, num. 143. Rum. cons. 94. num. 2. in prin. & in fin. & num. 10. vers. &, si dicatur, vol. 2. Phanucius inter varios tracta. de iuuent. secundum impressionem Taurinensem q. 243. nu. 102. Men. cons. 797. num. 12. Cuiac. ad l. 2. § hæc autem ff. quib. mod. vsusfr. amitt. in 17. libr. quæstio. Papin.*
3 quia, † cū hoc ius sit reale, consequens est, vt, debeat sequi rem, & ad omnes trāsire, in quos ipsa portio principalis transfertur, *vt diximus in hoc cap. q. 62. num. 9.* Denique, cum substitutus subrogetur in locum instituti, *vt dicemus in 10. c. q. 20. post nu. 25. vers. 4.* debet per con-
4 sequentias eodem, quo ille, censeri iure, † *vt scribunt Ias. in l. si seruus plurium. 53. §. hæreditatis, num. 2. ff. de leg. primo & in d. l. re coniuncti, num. 143. Rum. d. cons. 94. num. 10. vers. Ad ista respondetur vol. 2.* Vnde, quamadmodum institutus habuisset ius accrescendi, si suam portionem agnouisset, ita etiam id habere debet substitutus. Quamobrem dicimus, substitutionem censeri factam cum omnibus iuribus, & qualitatibus instituto competenti-
5 bus † *l. cohæredi 41. in prin. ff. de vulg. Ias. in d. l. licet Imperator. 77. numer. 25. ff. de leg. primo,* Idque adeo verum est, vt procedat

Primo, non solum in eo, qui substituitur in hereditate, sed etiam in eo, qui substituitur in
6 legatis, vel fideicommissis † *l. sicut. 3. §. 1. ff. quib. mod. vsusf. am.* Nam, etiam in ijs posse fieri vulgarem substitutionem, certum est
7 † *l. vn. §. sin autem aliquid sub conditione C. de cadu. toll. l. vt hæredibus. 51. ff. de leg. 2.*

Secundo procedit, non solum in eo, qui substituitur in proprietate, sed etiam in eo, qui in vsufructu † *d. l. sicut. 3. § 1. ff. quib. mod. vsusf. amit.* Nam, licet ius accrescendi, quod in vsufructu locum habet, non sit reale, sed personale, scilicet, quia per id portio nō portioni, sed personæ accrescit *l. si Titio 39. § 1. ff. de vsufr.* nihilominus transit in substitutū, tā
9 quam † subrogatum in locum coniuncti, & per consequentias idem ius habentem, quod ipsi coniuncto competijsset, *secundum ea, quæ supra diximus.*

Tertio procedit, etiamsi ius accrescendi in persona illius, cui facta est substitutio, nondū fuerit causatū, vel actu, vel habitu, vt, quia
10 viuo testatore decesserit institutus, † *vt docent Aug. in d. l. cum ex filio. 39. § vlt. ff. de vulg. & Zasius in l. hæredis mei. 57. § cum ita part. 4. nu. 26. ff. ad Trebell.*

Quarto procedit, etiamsi institutus sibimet ipsi substitutus sit: Adhuc enim in eum ius
11 accrescendi transferetur, † *vt in specie d. l. si ita scriptum. 8. in princ. ff. de bono. posses. sec. tab.*

Quinto procedit etiam in substitutione, quæ est coniuncta cum iure accrescendi:
12 † Nam, quamadmodum in substitutum trāsfertur ius accrescēdi, ita etiam trāsfertur substitutio, quæ cum eo iuncta est, *vt ostendemus in 9. cap. q. 36. nu. 8.* scilicet, quia naturam eius assumit, *vt diximus in eodem 9. cap. q. 32. num. 1.*

Tom. 2. Mm 2 Sexto

Saxto procedit, etiamsi substitutus ipsamet
repudiando faciat iuri accrescendi locum.
13 † Exempla sint

Primum in specie, qua testator primum, &
secundum hæredes instituit, inuicemque sub
stituit, & primu repudiat partem suam; Nā
secundo postea repudiante aut aliàs deficiē-
te, poterit adhuc primus totam consequi hę-
reditatem: Partem enim secundi poterit con
sequi iure substitutionis; quo casu conseque-
tur etiam partem suam, quam repudiauit,
iure accrescendi quippe quod in eum, tam
quam substitutum translatum intelligitur
14 † *l. si tu ex parte. 75. versic. Item si tu ff. de acqu. hæred & qui diximus in eodem 9. cap. q. 34 in 2. casu.*

Secundum exemplum fit in specie, qua te-
stator duos hæredes instituit, primum, & se-
cundum, & primo substituit secundum, secū-
doque tertium: Nam, si secundus deficiat, &
sic fiat locus tertio, deinde deficiat primus,
tertius, qui iure substitutionis potest ad vtrā
que partem admitti, tamquam substitutus
substituto, *vt ostendemus in eodem 9 cap. q. 36. num. 1. & seqq.* poterit ex causa substitutionis
repudiare partem secundi, & agnoscere partē
primi, quo casu consequetur, etiam partem a
se repudiatam non iure substitutionis sed iu-
re accrescendi, quod in eum translatum cen-
15 setur, † *vt in specie docet Rain. d. cons. 94. nu. 2. & vers. nec dicatur vol. 2.*

Septimo procedit etiamsi substitutus in-
specta persona propria sit disiunctus: Adhuc
enim habebit ius accrescendi ex persona il-
lius, cui fuit substitutus, si is erat cum deficiē-
16 te coniunctus, † *vt declarant Bart. in d. l. cum ex filio. 39. §. vlt & ibi Imol. & Alex. num 4 ff de vulg. Ias in d l licet Imperator. 77 num. 26. ff. de leg primo:* Nam substitutus coniuncto cense-
tur & ipse coniunctus, licet disiunctim sit vo
17 catus † *d l. sicut. 3. §. hęc autem ff quib. mod. vsusf. amit & ibi Cuiac in 17 lib. quæst. Papin. gl. in d. l cum ex filio. 39 § vlt in verb. responderunt. & ibi Bart Bald. Ang. Imol & Alex. nu. 5. ff. de vulg.* scilicet, quia ius coniunctionis
transfertur etiam in vulgariter substitutum
18 † *d l. cū ex filio 39. § vlt. & ibi not Bald. & Alex. n. 4 Ias n. 4 Ias. in d. l si seruus plurium 53. § si hæreditatis, nu 2. & in d l licet Imperator 77. num. 26 ff. de leg primo, & in d. l. re coniuncti nu. 143. Phanu inter varios tractat. de sauent. q. 243. nu. 102. Cuiac. ad d. l. sicut. 1. § hac autem ff. quib. mod. vsusf amit. in 17. lib quæst. Papin.* & ideo,
si is, cui facta est substitutio, solus erat cum
deficiente coniunctus, solusque quoque substi-
tutus eius habebit ius accrescendi, & cæteris
19 in eo præferetur, † *vt scribunt Bald in d. l. cum ex filio. 39. §. vlt & ibi Imol num. 7. Alex. num. 5. ff de vulg.* quia, cum subrogetur in locum
instituti, debet per consequentias eodem cū
illo, censeri iure, *vt supra dictum est.*

Planè de illo dubitari solet, an, quod dixi-
mus, in vulgariter substitutum ius cōiunctio-
nis transferri, intelligatur solum de iure con-
iunctionis realis, an verò etiam de iura con-
iunctionis verbalis. Et veteres quidem fre-
quentiùs censent, non, nisi realis coniunctio-
20 nis vim, atque virtutem transire, † *vt videre est apud Bald. in d. l. sicut. 3 §. 1. ff quib. mod. vsusf. amit. Castr. in d. l. cum ex filio. 39. §. vlt. nu. 4. & ibi Alex num. 5. & alios communiter, vt ib attestatur Ias. num. 4. ff. de vulg.* Idque probant
21 *d. l sicut. 3 §. 1.* vbi scribit Vlpianus, † si Titio,
& Mæuio legatus sit vsusfructus, & alius Ti-
tio substitutus sit, saluum esse inter Mæuiū,
& substitutū ius accrescendi, deinde subijcit:
Hos enim tametsi non verbis, re tamen coniunctos videri. Vnde inferunt

Primo, si quis in legato substitutus sit ei,
qui solo verborum nexu iungebatur, nō ha-
biturum eum ius accrescendi, etiam posita
communi, quæ vult, inter legatarios verbis
tantum coniunctos ius accrescendi habere
22 locum, *vt retulimus in 5. cap q. 38. nu. 8.* † *Ita scribit Castr. in d l. cum ex filio. 39 §. vlt. num.*
23 *3 ff. de vulg* quia, † cum neque re sit coniun-
ctus, neque verbis, non re, quia subrogatus est
in locum eius, qui nullo rei complexu iunge-
batur, neque verbis, quia vlitus verbalis con-
iunctionis non solet in substitutum transire,
sequitur, eum, tamquam omnimodo disiun-
ctum non posse in legatis, & fideicommissis
habere ius accrescendi, *secundum ea, quæ diximus in 5. cap. q. 41. num. 1.*

Planè in hæreditate fatentur (quod & in-
dubitatum est) transire ius accresçēdi in sub-
stitutum, siue sit substitutus coniuncto verbis
tantum, siue etiam omnimodo disiuncto,
24 † *Ita enim scribunt Bart. in d. l. cum ex filio. 39 §. vlt. & ibi Imol. num 7. Alex. num.* 4. ne alio-
quin testator decedat pro parte testatus, &
pro parte intestatus contra notissimas iuris
nostri regulas.

Secundo inferunt, si ex pluribus re, & ver-
bis coniunctis vnus habeat substitutum, &
alius deficiat, reliquos, tamquam habentes
duo vincula futuros potiores substituto,
quippe, qui non, nisi vinculum realis coniū-
25 ctionis habet. † *Ita Alex. in d. l. cum ex filio. 39. §. vlt num. 6* eaque ratione censent, in specie
d. l. cum ex filio. 39 §. vlt. omnes institutos fuis-
se coniunctos re, sed disiunctos verbis, quia
alioquin, si fuissent re, & verbis coniuncti, cę-
26 teri debuissent substituto præferri. † *Ita declarat Alex. in d. §. vlt. num. 6.*

Verùm, vt, vt hi censuerunt, mihi contra-
27 rium probabilius videtur, † *quemadmodum & Ias. in d § vlt. num. 4. Et videtur etiam sensisse Ruin cons. 28. num. 5. vers. nec debent, vol. 2.* Nā,
28 † cum substitutus subrogetur in locum insti-
tuti, debet per consequentias censeri subro-
gatus cum omnibus eius qualitatibus, *vt diximus supra num. 4.* & sic etiam cum illa quali-
tate verbalis coniunctionis, *vt in his terminis considerat Ias. in d. § vlt. nu.* 4. Alioquin nihil
traheret substitutus ab instituto, quia, vt sit re
coniunctus, non habet a persona instituti,
sed a persona propria, & tamquam ad eandē
rem insolidum vocatus. Si igitur ab instituto
non traheret vim coniunctionis verbalis,
nihil per consequentias, quoad coniunctio-
nem ab eo cōsequeretur, quod vtique absur-
dum esset, & contra eorundem traditionē,
dum aiunt substitutum coniuncto censeri, &
ipsum coniunctum, licet disiunctim sit vo-
catus, *vt retulimus supra num.* 17. Significant
enim, eum trahere ab instituto aliquam vim
coniunctionis, quam non habet ex persona
propria, quod, cum de reali dici nullo modo
possit, necessariò sequitur, id esse intelligen-

dum

dum de verbali, vt scilicet, quamuis ipse sit vocatus disiunctim, & sic inspecta persona propria non possit dici cōiunctus verbis, debeat tamen censeri coniunctus inspecta persona instituti, qui coniunctim cum alio fuerat vocatus. Nec est nouum, vt coniunctus censeatur, qui per se disiunctus est, si coniuncti locū subeat: Nam hoc euenit in omnibus casibus, in quibus ius accrescendi competit ijs, qui non principaliter, sed secundariò vocantur ad portionem, vt sunt transmissarius, fiscus, emptor, fideicommissarius, & id genus alij, qui non, nisi inspecta persona illius, cuius locum subeunt, censeri possunt cōiuncti, *vt diximus in hoc cap. q.66. num.14. & q.67. numer. 22. & dicemus etiam in q.seq. num.39. versic. Ad secundum.*

Nec est, quod respondeas, substitutum trahere ab instituto vim coniunctionis realis, non verbalis, cum inspecta persona propria sit omnimodo disiunctus, &, vt censeatur cōiunctus re, hoc habeat ex persona instituti, quia verius est, imo vim realis coniunctionis habere a seipso, non ab instituto: Nam, cum ex vi substitutionis uocetur insolidum ad cādem rem, ad quam & alij uocati sunt, Consequens est, ut censeatur re coniunctus, & sic, ut hoc ius habeat ex ui propriæ uocationis, non autem ex ui subrogationis. Vnde fit, ut, quod dicitur, cum trahere ab instituto uim coniunctionis, debeat intelligi de uerbali, non autem de reali, *secundum ea, quæ supra diximus.*

Nec est contraria *l. sicut. 3. §. 1. ff. quib. mod. vsusf. amitt.* quia illa uerba, *Hos enim, tametsi non uerbis, re tamen coniunctos uideri*, non sunt
29 † ad substitutum, & socium eius, cui facta est substitutio, referenda, sed ad ipsosmet legatarios, quibus initio fuerat ususfructus relictus. Quod, ut liquido constet, eius loci sententia diligenter est exponenda. Quærit igi-
30 tur ibi Vlpianus, † an, si testator duobus coniunctim legauerit usumfructū, puta Titio, & Moeuio, &, si Titius capite minutus sit, eidem usumfructum legauerit, & sic (ut plerumque moris est) repetierit, & Titius post capitis minutionem iterum inceperit ex repetitione habere usumfructum, saluum ei sit ius accrescendi, ita, ut Moeuio postea deficiente possit Titius per hoc ius, totum consequi usumfructum, Et ex sententia Papiniani respondet, saluum esse, *perinde, ac si alius esset Titio in vsufructu substitutus: Hos enim, tametsi non verbis, re tamen coniunctos videre*, quibus uerbis non significat, substitutum, & Moeuium esse coniunctos re, non uerbis, sed Titium, & Moeuium, de quibus quæstionem proposuit, esse re, non uerbis coniunctos: Continent enim illa uerba rationem, cur saluum Titio sit ius accrescendi: nam ratio est, quia, licet Titius inspecto primo legato nō sit amplius cum Moeuio coniunctus, cum mixta coniunctio, quæ ex eo nascebatur, fuerit in persona Titij per capitis minutionem simul cum legato extincta, tamen inspecta repetitione, quæ nouum inducit legatum, censetur cum eo re coniunctus, licet non uerbis, quia Moeuius ex primo legato, tamquam solus totum habet usumfructum, & Titius ex repetitione eundem usumfructum habet, ideoque non possunt non censeri re coniuncti, tamquam insolidum, & separatis dispositionibus ad eundem usumfructum uocati. Quo fit, ut inter eos, tamquam re coniunctos debeat habere locum ius accrescendi.

Nec obstat si dicatur, hoc etiam de substituto dici posse, & dictum ab Vlpiano uideri, quia, cum Titium in hoc dixerit esse similē substituto, necessariò sequitur debere etiam substitutum censeri cum Moeuio, non uerbis, sed re coniunctum, quia respondeo, comparationem ab Vlpiano factam ex sententia Papiniani consistere, in iure accrescendi, nō in ratione: Nam Titius, in cuius persona facta est repetitio, ita ius habet accrescendi, ut haberet substitutus, si ei datus esset, quod significant illa uerba *perinde, ac, si alius esset Titio in vsufructu substitutus*, sed ratio non est eadem: Nam Titius ideo ius habet accrescēdi, quia re coniunctus est, licet non uerbis, *vt ibi subijcit*: At substitutus ideo ius illud habet, quia subrogatus est in locum coniuncti, & sic uirtute subrogationis, non ui propriæ coniunctionis, *vt supra dictum est*. Deniq; substitutus re coniunctus est, si ex propria persona consideretur. Cæterum, si ex persona illius, cui facta est substitutio, & cuius locum subit, magis est, ut etiam uerborum nexu iungi censeatur, si uerbis etiam coniuncto substitutus
31 est, † *vt respondēdo declarat Ias. in d. §. vlt. nu. 4.* Sed hæc disputando dicuntur: nam consulēdo, & iudicando non est a communi recedēdum.

S V M M A R I V M.

1 *Pars hæreditatis vacans, quoad ius directum sine dubio accrescit grauato, non fideicōmissario, & cur. num. 2.*

3 *Fideicommissario, non grauato accrescit pars hæreditatis vacans, si hæres coactus adierit, & cur, num.4. & seqq.*

5 *Hæres grauatus, qui adire cogitur, nullum ex aditione commodum, aut incommodum sentire debet*

6 *Fideicommissarius, qui coegit hæredem adire, & restituere, consequitur omnia commoda, & incommoda hæreditaria*

7 *Declaratur l. Papinianus. 43. ff. ad Trebell. & nu. 22. & 41.*

8 *Hæredi grauato, qui sponte adijt. & restituit partem hæreditatis, in qua fuit institutus, sine dubio accrescit pars cohæredis deficientis pro rata Trebellianicæ, quam retinuit, & cur, numer. 9. & seqq. Declara, ut num. 11. & 12.*

10 *Grauatus qui restituit hæreditatem fideicommissario, remanet hæres, & nomine, & effectu pro rata Trebellianicæ, quam restituit.*

13 *Trebellianica est quarta hæreditatis*

14 *Hæredi, qui sponte adijt, & restituit partem hæreditatis, in qua fuit institutus, accrescit pars cohæredis deficientis, non fideicommissario, & cur, num.15. & seqq. Sed contra, numer. 24. & cur, num.25. & seqq.*

19 *Plus nemini dandum est, quam voluerit testator, Declara, ut num.20. & 39.*

21 *Declaratur l. si totam 82. ff. de acq. hæred. & nu. 40.*

26 *Fideicommissarius, cui restituta est hæreditas, nō grauatus, qui eam restituit, censetur rē habere*

27 *Res non significat nudum hæredis nomen, sed effectum ipsum hæreditatis*

28 *Hæres, qui restituit hæreditatem fideicõmissario, retinet nomen hæredis, sed non effectus hæreditarios.*

29 *Fideicommissarius effectu hæres dicitur.*

30 *Ius accrescendi, tamquam reale sequitur rem, & transit in omnes, ad quos ipsa res transfertur, Declara, ut num. 31.*

32 *Subrogatus debet habere omnia iura, quæ competerent ei, cuius loco subrogatur, Declara, ut num. 34.*

33 *Fideicommissarius subrogatur loco hæredis*

36 *Fideicommissi in restitutionem, quæ veniunt, si id erant penes hæredem, competunt fideicommissario, si post restitutionem deferantur,*

38 *Hæredis nudum nomen non spectamus in iure accrescendi, sed rem & effectum.*

42 *Hæres grauatus quæ cõmoda retineat, vel amittat, si vel sponte, vel compulsus adeat.*

43 *Fideicommissi in restitutionem veniunt omnia, commoda, quæ iure institutionis, & hæreditario competunt hæredi, siue sponte, siue compulsus adierit*

44 *Fideicommissi in restitutionem veniũt ea omnia, quæ capiuntur iure institutionis, siue hæreditario.*

45 *Fideicommissario accrescit pars cohæredis deficientis non inuito sed volenti, si hæres, qui spõte adijt fuerit in integrum restitutus.*

An ius accrescendi transeat in fideicommmissarium.

Quæstio Sexagessimanona.

SEcundum exemplum afferri potest in ea translatione, quæ fit in fideicõmissarium nam, si hæres ex parte institutus restituat ex Trebelliano S. C. partẽ hæreditatis, quam adiuit, dicitur eam transferre in successorem alienum, scilicet, quia fideicommissarius non grauati, sed testatoris successor est *l. cohæredi. 41. §. cũ filio. ff de vulg.* In hoc autem casu, si pars altera deficiat, puta, quia cohęres grauato datus repudiet, quęstionis est, an illa accrescat grauato, qui restituit, an verò fideicommissario, cui facta est restitutio. Vtrque autem supponimus, partem deficere post factam alterius partis restitutionem, quia, si ante, non esset dubitandũ, quin accresceret grauato, quippe, qui nomine, & effectu hæres esset non verò fideicommissario, qui nullã portionem haberet, sed solam spẽ futuræ restitutionis, si fideicommissum esset conditionale, vel actionem personalem ad petendam restitutionem, si fideicommissum esset purum, & solum de illo dubitari posset, an in subsequentem restitutionem venire quoque deberet id, quod grauatus fuisset per ius accrescendi consecutus, *quam quæstionem prosequemur in 9. cap. q. 49. num. 26. & seqq.* sed, cum post factã ab vno cohærede, qui fuerat grauatus fideicommisso restitutionem, vacat pars alterius cohæredis, tũc propriè quęritur, an illa portio debeat accrescere grauato, an verò fideicommissario, & sic, an ius accrescendi censeatur in fideicommissarium translatum.

In hac autem quæstione constat multum referre, vtrũ quęramus, an accrescat directò, an verò vtiliter: nam, si directò, certum est, accrescere grauato, non fideicommissario,
1 † *vt rectè scripserunt Castr. in l. Papinianus. 43. ff. ad Treb. Rip. in d. l. re coniunctis, num. 92. vers.*
2 *vltimo, & ibi Alcia. num. 43.* Cum enim † ius directum, & nomen hæredis non transeat in fideicommissarium, vtpote, qui vtiles, non directas ex Trebelliano consequitur actiones *§ restituta, vers. post quod, Inst. de fid. hær.* Consequens est, vt transire debeat in grauatum, ne alioquin incidat defunctus, quoad nomen, & ius directum pro parte habere hæredem, & pro parte nõ, quod iuris ciuilis ratio non permittit. Idque ita apertè scribit Papinianus, quem refert Vlpianus *in d. l. Papinianus. 43. ff. ad Treb.* dum ait, *accreuisse portionem hæreditatis post restitutionem scripto hæredi*, vt de hac re probabiliter dubitare nemo possit. Quod, si locum habet in hærede, qui compulsus adijt, vtpote, de quo loquitur ibi Vlpianus, quanto magis obtinere debet in eo, qui adijt sponte, quippe, qui maius habet ius quam is, qui coactus est adire, & restituere, *vt ex ijs, quæ mox dicturi sumus facile est intelligere*.

Cæterùm, si quæramus, cui accrescat vtiliter, constat duos esse distinguendos casus, quorum

Primus est, quando hæres non spontè adijt hæreditatẽ, sed eam compulsus est adire & restituere, Et tunc omnes fatentur, partem postea vacantem non grauato, sed fideicom-
3 missario accrescere; † *Ita enim scripserũt Bart. in l. Marcellus. 3. §. quidam liberti num. 7. ff. ad Treb. Ang. in d. l. Papinianus 43. ff. eod. Ias. in l. vn. num. 20. vers. 3. responde, & ibi Ioan Gut. num. 57. & Claud. Tut. num. 74. vers. 2. igitur C. quand. non pet. part. Rip. in d. l. re coniunctis, num. 92. vers. vltimo, & ibi Alcia. num. 43. Polit. num. 57. vers. Attamen Crass. in §. fideicommissum q. 68. nu. 4. vbi testatur, hanc esse communem, Anto. Gonea. de iur. acer. num. 22. Cuiac. in l. ex asse, 28 ff. ad Trebell. tract. 6. ad Afric. & lib. 12. obser. cap. 12. Andr. Fach lib. 5. contro. cap. 101. vers. Ad leg. Papinianus, & lib. 10. cap. 3. vers. Ad leg. Papinianus, & cap. 69. vers. 5 asseritur. Et est de mente eorum, qui simpliciter dixerunt accrescere fideicommissario, siue ad fideicommissarium pertinere, quos referemus infra post numer. 24.*
4 Nam, quia † grauatus, qui adire cogitur, nullũ ex aditione commodum, aut incommo-
5 dum sentire debet † *l. quia poterat 4. l. apud Iulianum. 31. in princ. l. nam quod. 14. §. qui compulsus, l. ita tamen. 27. §. qui suspectã, & § si præceptis l. si patroni. 55. §. qui fideicõmissariam, in fin. ff. ad Treb.* cum omne commodum, & incommodum pertineat ad fidei-
6 comissarium † *l. qui totam 45. ff. eod.* cuius periculo fit aditio *d. l. quia poterat. 4. & l. omnis. 71. ff. eod.* & ius accrescendi sit commodum, & incommodum proueniens ex aditione, quippe cuius dicitur esse appendix *l. si quis hæres. 35. in prin. ff. de acq. hæred.* Consequens est, vt non ad grauatum, sed ad fideicommissarium pertinere debeat. Quod non obscurè significat Vlpianus *in d. l. Papinianus*, dum, *Papi-*

nianus

nianus tractat, inquit, si quis heres institutus ex semisse rogatus sit restituere hereditatem, & eam suspectam dicens compulsus adierit, deinde fideicommissarius ignarus sit adcreuisse portionem hereditatis post restitutionem scripto heredi, an opus sit ei alia actione? Et ait securum eum esse posse. De illo planè solo quærendum ait, an opus sit ei noua restitutione postea, quam portio accreuit:
7 nā his verbis ostēdit, † se habere in confesso,
partem illam, quæ postea accreuit, non debere cedere commodo ipsius grauati, sed debere ad fideicommissarium pertinere, quia alioquin frustra quæreret, an sit opus noua restitutione, si non deberet restitui, cum non entis nullæ sint qualitates *l. eius, qui 41. ff. si cert. pet.* Quid autem sit de eo statuendum, de quo solo quærendum ait Papinianus, an scillicet opus sit ei noua restitutione, dicemus *in 8. cap. q. 1. num. 29.* vbi quæstionem hanc prosequemur.

Secundus verò casus est, quando hæres sponte adijt, & restituit hæreditatem, Et tunc si quæramus, an portio postea vacans accrescat grauato, an verò fideicommissario, constat multum referre, vtrum grauatus quartam retinuerit, an verò totam suā portionē restituerit: nam, si quartam retinuit, quin pro illius portione ius habeat accrescendi, non puto
8 dubitandum, † *quod etiam in specie docuerunt Crott. in d. l. re coniunctī, num. 49. vers. vel aliter, Pereg. de fideicom. artic. 8. num. 7. & Andr. Fach.*
9 *lib. 10. contro. cap. 69. vers. 5. affertur* quia, † eum pro ea parte, & nomine, & effectu maneat
10 hæres † *l. si legatus. 30. § multum interest ff. ad Treb. § si quis vna Inst. de fideico. hæred.* Consequens est, vt ei, tamquam habenti partem debeat pars vacans pro rata accrescere. *Ita ratiocinatur Crott. in d. l. re coniunctī, num. 49.*
11 *vers. vel aliter.* Idque puto procedere, † non solum, si quartam habuerit iure hæreditario, sed etiam, si alio iure, puta iure legati, vel fideicommissi, vel mortis causa capionis, posita communi, quæ vult hæc omnia in Trebellianicam imputari, *vt videre est apud Bart. & alios in l. in quartam 90. ff. ad l. Falcid.* Adhuc enim pro portione Trebellianicę verùm erit, partem vacantem ei accrescere. Quinimo
12 puto locum obtinere, † etiam si quartam habuerit in fructibus pendente die, vel conditione perceptis, quos in Trebellianicam imputare debet *l. in fideicommissaria. 18 § 1. l. mulier. 22. §. si heres ff. ad Trebell.* nam etiam in hoc casu pro rata quartæ ius habebit accrescendi, quia, licet hi capiendi modi multum inter se differant, quoad onera *d. l. si legatus. 30. §. multū interest ff. eod. d § si quis vna vers. sed illud, Inst. de fideic. hered.* non tamen differunt, quoad reliqua. Itaque alijs respectibus, quicquid in Trebellianicam imputatur pro parte hæreditatis haberi debet, cum Trebel-
13 lianica sit quota hæreditatis † *l. 1. C. ad Trebell. & scribunt Bereng. in d. l. in quartam 90. num. 20. & 32. ff. ad l. Falc. Alcia. cons. 19. num. 3. lib. 6. Menoch cons. 272. num. 54. Ceph. cons. 322. nu. 14. Perig. de fideico. artic. 2. nu. 22. Gratia. decis. 59. num. 10. tametsi Barba. cons. 59. nu. 5. & 16. vol. 3. censuerit esse quartam bonorum,* & dicatur capi iure hæreditario *l. pater filium. 14. in princ. ff. ad l. Falc. Peregr. d. artic. 3. num. 22.* Quo fit, vt ei, tamquam portioni debeat pars hæreditatis accrescere.

Pro partibus verò, † quæ fuerunt restitutæ dempta quarta, si eam grauatus retinuit, vel etiam pro tota parte restituta, si nullam quartam retinuit, vel quia fuerit prohibita, vel, quia fuerit amissa, vel ob aliam quancunque causam, an ius accrescendi censeatur in fideicommissarium translatum, ita, vt portio vacans debeat ei, non etiam grauato accrescere magna solet esse quæstio, in qua duæ fuerunt nostrorum interpretum sententiæ. Prima existimantium, accrescere grauato, non fideicō-
14 missario, † *Quæ fuit opinio Ias. in d. l. re coniunctī, num. 141. vers. 4. & in l. vn. num. 20. vers. 3. responde. C. quand. non pet. part. & in l. 2. num. 8. vers. Nec obstat C. de pact. Anto. Gou. de iur. ac. num. 22. Cuiac. in d. l. ex asse 28. ff. ad Treb. tract. 6. ad Afric. & d. libr. 12. obs. cap. 12. & cap. 13. Andr. Fach. d. lib. 5. contro. iur. cap. 101. vers. ad leg. Papinianus, & lib. 10. cap. 3. vers. ad leg. Papinianus.* Mouentur autem, vt ita sentiant.
15 Primo, quia † ius accrescendi competit ei, qui succedit eodem, non, qui diuerso iure *l. sed, cum patrono. 6. in princ. ff. de bon. poss. & nos latè ostendimus in 5. cap. q. 43. num. 1. & seqq.* Sed grauatus succedit eodem iure, quo deficiens, fideicommissarius verò iure diuerso, scilicet, quia deficiens successurus erat iure institutionis, siue iure hæreditario, fideicommissarius verò iure fideicommissi, quæ iura multū inter se distant *d. l. in quartam. 90. vers. sed in fideicommissaria ff. ad l. Falc. l. omnimodo. 30. in priu. Cod. de inoff. testa. §. ult. Inst. eod.* Ergo nō fideicommissario, sed grauato cōpetere debet ius accrescendi.
16 Secundo quia † omnimodo disiunctus beneficium iuris accrescendi non habet nisi sequatur absurditas, quod testator decedat pro parte testatus, & pro parte intestatus, *ut ostendimus in 5. cap. q. 41. num. 1. 8. & 9.* Sed fideicōmissarius a deficiente est omnimodo disiunctus, quia cum eo, neque rei, neque verborū nexu coniungitur, & in eo cessat absurditas prædicta, quia, licet portio vacans ei non accrescat, non tamen decedet testator pro parte testatus, & pro parte intestatus, cum illa portio maneat apud grauatum, cui directò accreuit, quique sustinet causam testamenti *ut diximus in eodem 5. cap. q. 41. numer. 7.* Non poterit igitur fideicommissarius habere iuris accrescendi beneficium.
17 Tertio, quia † pars hæreditatis accrescit heredi, non alij *l. hæreds. 31. l. qui ex duabus 53. §. ult. ff. de acq. hæred.* Sed hæres est grauatus, qui restituit, non fideicommissarius, cui facta est restitutio, scilicet, quia restituta hæreditate, nihilominus is, qui restituit, hęres permanet *§. restituta Inst. de fideic. hęred.* cum is, qui semel est hæres, non possit desinere esse hæres *l. & si fine. 8 § sed quod Papinianus ff. de minor.* Fideicommissarius verò, qui recipit hæreditatem, non fit hæres *l. si quasi. 16. ff. de hæred. vel act. vend.* quia alioquin vni duo hæredes insolidum existerent contra regulam *l. quod contra rationem. 183. §. vni. ff. de reg. iur.* Ergo non fideicommissario, sed grauato pars hæreditatis debet accrescere. *Ita Ant. Gou. de iur. accr. d. num. 22.*

Quarto videtur hæc pars ea ratione com-
18 probari, quia, † si portio vacans accresceret fideicommissario, plus ei tribueretur, quam

testator dari voluit: nam loco partis hæreditatis, quam testator iussit ei restitui, tota hæreditas tribueretur. At hoc est absurdum
19 † *l. facta 63. §. si sub conditione ff. ad Trebell.* Ergo & antecedens. *Ita arguit Cuiac. d. lib. 12. obs. cap. 12.*

Nec est, quod respondeas, hoc non esse absurdum, quoties incrementum tribuitur virtute iuris accrescendi, cum etiam ei, quem testator in semisse scripsit hæredem, tota detur hæreditas *§. hæreditas, vers. non autem Inst. de hæred. inst. & nos diximus in hoc cap. q. 1. num. 1. & seqq.* & hoc modo plus tribuatur, quam testator voluerit, quia videtur hoc procedere,
20 † quoties tractatur de hæreditate directa, & sic de iure accrescendi hæreditario, quod ex mera iuris potestate proficiscitur *l. interdum, 13. §. 1. ff. de hær. inst.* nã hoc ius plus sæpè tribuit, quam testator voluerit, ne alioquin is pro parte testatus & pro parte intestatus decedat, *ut ostendimus in cap. 3 q. 2. num 6. & seqq.* Cæterùm, quoties tractatur de hæreditate fideicommissaria, & sic de iure accrescendi non hæreditario, quod ex coniunctione, siue ex testatoris voluntate nascitur, *ut ostendimus in 2. cap. q. 2. num. 47.* veriùs videtur, per id non fieri, vt quisquam plus habeat, quam testator dari voluerit, sed, ne minus, *ut scribit Cuiac. d. lib. 12. obs. cap. 12. & nos disputando latè ostendimus in 5. cap. q. 38 num. 60.*

Quinto pro hac parte adduci potest *l. si totam 82 ff. de acq. hæred.* ducto argumento a contrario sensu, siue a causa cessante: nam ibi,
21 † ideo grauato pars non accrescit, quia tacitè rogatus est restituere, & sic in fraudem legis, vt indicat illa dictio, tacitè, quæ referri solet ad fidem testatori accommodatam de restituendo ei, qui per leges capere non potest *l. 1. in prin. l. edicto. 13. in prin. & §. ad eos ff. de iur. fisc.* Ergo a contrario sensu, si non tacitè, sed palam rogatus sit restituere, & sic capaci, accrescet ei pars hæreditatis. Cessat enim tunc causa, propter quam grauatus a iure accrescendi repellitur. Quare nostrem & ipsa repulsio cessare debet *l. adigere. 6. §. quamuis ff. de iur. patro.*

Sexto pro eadē parte adduci potest *l. Papinianus. 43. ff. ad Trebel.* nam eo ipso, quod Papinianus in quæstione iuris accrescendi, quod in fideicommissarium transfertur, sup-
22 ponit, † hæredem fuisse compulsum adire, & restituere, non obscurè innuere videtur, aliud statuendum esse, si sponte adeat: Inclusio enim vnius alterius est exclusio *l. cum prætor. 12. in prin. ff. de iudic. Ita arguit Ias. in d. l. re coniunctis, num. 141. vers. 4. & in d. l. vn. num. 20. versic. 3 responde C. quand. non pet. part. & in d. l. 2. nu. 8 vers. Nec obstat C. de pact.*

Septimo videntur prædicta confirmari ra-
23 tione diuersitatis: nam † hæres, qui adire cogitur, ideo non potest habere ius accrescendi, quia nullum ex aditione commodum sentire debet, *ut diximus supra num. 5.* At hæc ratio cessat in eo, qui adit spōte, quippe, qui retinet omnia commoda, quæ ex aditione proueniunt, dummodo sint a parte hæreditatis, quam restituit, separata. Ergo & ius accrescēdi commodum retinebit. *Ita arguunt Cuiac. d. lib. 12. obs. cap 12 & Andr. Fach. d. lib. 5. cōtro. cap. 101. vers. Ad leg. Papinianus, & d. lib. 10. cap. 3. vers. Ad leg. Papinianus.*

Verum his non obstantibus contrariam sententiam, quæ receptior est, veriorem esse puto, fideicommissario scilicet accrescere partem vacantem, vel in totum, si quarta non sit retenta, vel pro rata, si retenta, non
24 etiam grauato, qui restituit hæreditatē. † *Fuit hæc sententia Bart. in d. l. Marcellus. 3. §. quidam liberis, num. 7. ff. ad Treb. Ias. in d. l. vn. nu. 20. C. quand. non pet. part. Rip. in d. l. re coniunctis, num. 92. vers. ultimo, & ibi Alcia. numer. 43. vbi testatur, hanc esse communem, & Polit. num. 57. vers. Attamen, Cagn in d. rubr. C. quand. non pet part num. 5. Crass. in d. §. si fideicommissum, q. 68. num. 4 vbi pariter testatur, hanc esse communem, Balduin. in §. vlt. numer. 20. Inst. de Orfic. Pereg. de fideic. artic. 8. num. 9 & artic. 10. num. 25. Don. lib. 7. comm. cap. 12. & Andr. Fach. sibi contrarius d. lib. 10. contro. c. 69. vers. 5. assertio. Et est de mente eorum, qui simpliciter scripserunt, partem vacantem accrescere fideicommissario, siue ad fideicommissarium pertinere, ut Bart. in d. l. Papinianus. 43. & ibi Castr. Imol. & Alex. nu. 1. ff. ad Trebell. Ias. in d. l. vn. num 20. vers. Contraria & vers. Non obstat l. si totam, & vers. 2. su notabilius, & ibi Dec. in 2. lect. num. 47. Gozad. num. 19 vers. Ad leg. si totam Claud. 7 ut. num. 74. vers. 2. igitur & vers 2. quod, Io. Guter. num. 65. vers. 4 non obest, C. quand. non pet. part. Dec. in rubr. C. eod. in 2 lect. num. 5. vers. Non obstat, Gul. Ben. in d. cap. Raynutius, in verb. & vxorē nomine Adelasiam, num. 99. vers. Parti, Polit. in d. l. re coniunctis num. 39 vers. 2. casu, & ibi Io. Gaud. num. 88. vers. quod, quamquam Gomez. tom. 1. varia. resol. cap. 5. numer. 19 & cap. 10. nu. 44. vers. quia, Duar. lib. 2. de Iur. accr. cap. 6. vers. Addendum Donell. d. lib. 7 comm. cap. 28. vers. portionem, Did. Spin. in suo Specu. testa. gl. 27. nu. 70. vers. sed contraria. Denique idem sensisse videntur, qui scripserunt, ius accrescendi habere locum inter eos, qui directo, & eos qui vtiliter succedunt, vt Alcia. in d. l. re coniunctis, num. 56. & in d. l. vn. num. 46. vers. Item modo C. quand. non pet. part.* Probatur autem hæc sententia
25 Primo, quia † ius accrescendi competit ei, qui rem habet, non etiam ei, qui non habet *d. l. si totam 82. ff. de acq. hæred.* nam, cum per hoc ius portio portioni accrescat *d. l. si Titio. 39 §. 1. ff. de vsufr.* Consequens est, vt ei, qui rem vel portionem non habet, non possit portio accrescere, *vt diximus in hoc cap. q. 10 num. 2.* Sed rem habet fideicommissarius, cui restituta est hæreditas, non grauatus, qui eam re-
26 stituit, † *l. 1. § qui minorem. ff. vt leg. nom. cau. & scribunt Ias. in d. l. vn num. 20. vers. contrariam C. quand. non pet. part.* Balduin. *in d. § vlt. num. 20. Inst. de Orfic. Donell. d. lib. 7. comm. cap. 12.* Non igitur grauato, sed fideicommissario debet ius accrescendi competere.

Nec est, quod respondeas, imo rem habere grauatum, quippe, qui nō obstante restitutione manet hæres, non etiam fideicommissarium, qui talis non efficitur, *vt diximus supra num. 17.* quia verius est, hunc, non illum rem habere: nam rem, cum in proposito dicimus, non nudum intelligimus hæredis nomen, sed
27 effectum ipsum hæreditatis † *l. pijs matrem. 25. C. de inoff. testa. l. posthumus præteritus. 12. in prin ff. de iniust. rup. l. ventre. 83. ff. de acq. hæred. Vlpia. tit. 23. Inst. § si septem. & ibi Cuiac. in verb.*

si

si nemo alius iure. Itaque, qui nudo nomine
heres est, sed effectu pro herede non habetur,
dicitur non habere rem, vt suus, qui se absti-
nuit, nomine manet hæres *l. 2. §. sed, si sint sui*
ff. ad Tert. l. & si ex modica. 6 § si filius ff. de bon.
liber. sed, quia effectu pro hærede non habe-
tur *l. si filius, qui abstinuit. 13. ff. de inter. act.* ideo
dicitur rem non habere *d. l. 2. § sed si sint sui ff.*
ad Tertul. Et simili modo, qui tacitam fidem
interposuit, nomine manet hæres, *l. ex facto.*
43. § ult. ff. de vulg. sed, quia effectum hæredi-
tatis non retinet, cum omnia emolumenta
hæreditaria ei a fisco auferantur, *vt diximus*
in hoc cap. q. 48. num. 27. ideo dicitur rem non
habere *in d. l. si totam.* Denique, qui bonorum
possessionem agnouit, si alius effectu bona
hæreditaria possideat, dicitur habere bonorũ
possessionem sine re *ab Vlp. tit. 28. Inst. §. ult.*
Pari igitur ratione rem non dicetur habere
grauatus, qui hæreditatem restituit, sed fidei-
commissarius, qui eam recepit, quia, licet ille
28 retineat nomen hæredis, non tamen retinet
effectus hæreditarios † *d. l. 1. §. qui minorem*
ff. vt leg. nom. cau. l. ita tamen 27. §. qui ex
Trebelliano ff. ad Treb. Et declarant Bart. in l.
qui heres. 44. §. cum hereditas, in prin ff. de cond.
& dem. & Gul. Ben. in d. cap. Raynutius, in verb.
& vxorem nomine Adelasiam, numer. 99. versic.
Nec obstat, quippe, quos transfert in fidei cõ-
missarium. Quamobrem dicitur hic effectu
29 heres esse † *l. si filius f. 5. §. ult. ff. quod cum eo, qui*
in al pot.

Secundo probatur, quia ius accrescendi,
tamquam reale sequitur rem, & transit ad
omnes, in quos ipsa portio principalis trans-
30 fertur † *l. cum ex filio. 39. §. ult. ff. de vulg. & nos*
diximus in hoc cap. q. 62. nu. 9. Sed portio prin-
cipalis transfertur in fideicommissariũ. Ergo
etiam in eum transire debet ius accrescendi.

Nec est, quod respondeas, hoc procedere,
31 † si portio trãseat directò, vt euenit in herede
hæredis, vel in substituto vulgari, secus verò,
si transeat vtiliter, quia verius est, imo proce-
dere etiam si transeat vtiliter nam, & in specie
d. l. Papinianus. 43. ff. ad Treb. non nisi vtiliter
erat translata portio, & tamen creditum est,
etiam cum ea translatum ius accrescendi. Cũ
enim in hoc iure spectemus rem, non nomen
vt dicemus infra num. 38. & res, in vtilitate, nõ
in iuris subtilitate consistat, fit, vt etiamsi
quis directò, & sic secundum subtilitatem
iuris sit hæres, non tamen ei competat ius ac-
crescendi, si effectu rem non habeat *d. l. si to-*
tam. Contra verò, licet quis directò, & sic in-
specta iuris subtilitate non sit hæres, si tamẽ
sit hæres vtiliter, & sic habeat rem, nihilomi-
nus ei competat ius accrescendi *d. l. Papinia-*
nus.

Tertio probatur, quia subrogatus in alte-
rius locum, debet habere omnia iura, quę cõ-
32 peterent ei, cuius loco subrogatur † *l. cum ex*
filio. 39. §. ult. ff. de vulg. quoniam subrogatio
censetur acta cum omnibus suis qualitati-
bus *l. si post diem. 5. vers. iisdem autem ff. quand.*
dies leg. ced. Sed fideicommissarius subrogatur
33 in locum hæredis † *l. 2. l. postulante. 44. §. fin.*
vers. nam, & quodammodo. & l. si hæres ab eo 68.
in prin. ff. ad Treb. Menoch. cons. 688. numer. 13.
Ergo debet habere omnia iura, & per conse-
quentias etiam ius accrescendi, quod hære-
di competijsset.

34 Nec dicas, hoc procedere, † si totaliter sub-
rogetur, secus verò, si aliquibus tãtum respe-
ctibus, vt euenit in fideicommissario, qui, cũ
non fiat hæres directò, sed tantum vtiliter,
non potest dici totaliter in locum hæredis
subrogatus, quia, cum subrogetur in eo, quod
solum in materia iuris accrescendi spectan-
dum est, nempe in re, & effectu, *vt supra osten-*
dimus, debet hoc ei sufficere, vt ipsum ius ac-
crescendi consequatur; Et, licet non subroge-
tur in iure directo, seu nomine hæredis, non
tamen ob hoc debet a iure accrescendi re-
pelli, quia ius directum, seu nomen hæredis
non rem designat, sed iuris subtilitatem, cu-
ius non habetur in iure accrescendi ratio, *vt*
supra dictum est.

35 Quarto probatur, quia, † quæ veniunt in
hæreditatis restitutionem, si iam erant apud
heredem, ea sine dubio competunt fideicõ-
missario, non grauato, si post restitutionem
36 deferantur † *l. ita tamen. 27. §. actiones ff. ad*
Treb. Sed pars accrescens venit in restitutio-
nẽ hereditatis, si eam hæres ante restitutionẽ
fuerat consecutus, quia grauatus restituere
partem suam censetur etiam grauatus resti-
tuere partem accrescentem, *vt latissime osten-*
demus in 9. cap. q. 49. numer. 26. & seqq. Ergo, si
post restitutionem accrescat, non debet ad
grauatum, sed ad fideicommissarium perti-
nere.

37 Quinto probatur, quia † excepta Trebel-
lianica transeunt in fideicommissarium ea
omnia, quæ cõpetunt hæredi iure institutio-
nis, siue iure hæreditario, *vt dicemus infra nu.*
43. Sed huiusmodi est ius accrescendi *l. si in*
testamento 5 ff. de vulg. & dicemus in 9. cap. q.
45. num. 16. & seqq. Debet igitur in fideicom-
missarium transferri.

Neq; huic sententię aduersantur contraria:
Ad primum enim respondeo, id procedere
in ijs; qui principaliter, & per se veniunt ad
ius accrescendi, secus verò in ijs, qui veniunt
iure subrogationis: nam, licet illi diuerso suc-
cedant iure, nihilominus habent ius accre-
scendi, quia succedunt diuerso iure inspecta
persona propria, sed inspecta persona illorũ,
quorum loco subrogantur, succedunt eodẽ
iure; *Ita declarant omnes, quos retulimus in 5.*
cap. q. 43. num. 67. & in hoc cap. q. 66. numer. 16.
& q. 67. num. 59. Et in his terminis Gomez. tom.
1. varia. resol. cap. 10. num. 44. vers. 3. quia.

Ad secundum pariter respondeo, fideicõ-
missarium esse omnimodo disiunctum, si
consideretur per se, secus verò, si, vt subroga-
tus in locum hæredis, qui erat coniunctus,
vel, si grauatus omnimodo disiunctus erat,
quemadmodum is habuisset ius accrescendi,
quippe, quod etiam inter omnimodo disiun-
ctos in hęreditate locum habet, *vt ostendimus*
in 5. cap. q. 41. num. 8. ita etiam habiturum fi-
deicommissarium, tamquam in grauati locũ
subrogatum.

Ad tertium responsio patet ex ijs, quæ su-
pra diximus: nam grauatus est hæres nudo
nomine, fideicommissarius verò est hæres
re, & effectu, ideoque non grauato, sed fidei
commissario pars debet accrescere, quia in
iure accrescendi non spectamus nudum no-
38 men, sed rem, & effectum, † *vt scribunt Gul.*
Ben. in d. cap. Raynutius, in verb. & vxorem no-
mine

mine Adelasiam, numer. 99. versic. Non obstat, & Alcia in d. l. vn. num. 42. C. quand. non pet. part.

Ad quartum respondeo primo. non esse ab-
39 surdum † per ius accrescendi plus dari, quam
testator voluerit, quoties agitur de herede, &
per consequẽtias de eo, qui iure subrogatio-
nis omnia iura hæredis habet.

Secundo respondeo, contrarium procede-
re respectu earum rerum, quæ veniunt prin-
cipaliter, secus verò respectu earum, quæ ve-
niunt accessoriè: nam ea tribuuntur, etiamsi
testator eorum præstationem non iniunxe-
rit.

Tertio respondeo, negando plus dari, quã
testator voluerit: nam eo ipso, quod voluit
in fideicommissarium trãsferri partem prin-
cipalem; censetur etiam voluisse transferri
partem accrescentem, tamquam accessoriã.
Quamobrem etiam ea dicitur capi ex volũ-
tate testatoris, *vt retulimus in 2. cap. q. 2. num. 46. & seqq. vbi declarauimus quibus casibus id procedat.*

Ad quintum respondeo, locum illum re-
torqueri: nam, licet ibi Vlpianus loquatur
40 † de eo, qui tacitam fidem interposuit, non
tamen in huiusmodi fide decisionis funda-
mentum cõstituit, sed in ratione, quam post-
ea subijcit, quia scilicet rem non habet, quæ
ratio, quia generalis est, ideo nobis præbet
ansam trahendæ dispositionis ad eos omnes,
qui rem non habent quia, vbi locum habet
ratio dispositionis, ibi etiam locum habere
debet ipsa dispositio *l. illud 32. in prin. ff. ad l. Aquil. Ita declarant Ias. in d. l. vn. num. 20. vers. 3. responde C. quand. non pet. part. Crott. in d. l. re coniuncti. numer. 48. vers. quid dicendum, & ibi Rip. num. 90. vers. 3. respondetur.*

Ad sextum responsio patet ex ijs, quæ di-
ximus *in hoc cap. q. 67. num. 129 & seqq.* vbi de-
monstrauimus, verissimum esse, quod a con-
trario sensu deducitur ex *d. l. Papinianus*, sci-
41 licet, † partem vacantem ipso iure non accre-
scere fideicommissario, sed grauato, qui spõ-
te adiuit, si respiciamus ad illud ius, quod tẽ-
pore Papiniani vigebat, &, ad quod eum re-
spexisse, non est dubitandum: Nam, cum eo
tempore restitutio non fieret ex S.C. Trebel-
liano, sed ex Pegasiano, ex quo iura passiua
non transibant in fideicommissarium, sed re-
manebant penes hæredem, qui solum inter-
positis stipulationibus sibi poterat prospice-
re, eaque ratione fideicommissarius non ha-
bebatur loco hæredis, sed loco legatarij, vel
emptoris, Consequens erat, vt ei, quasi nec
nomine, nec effectu hæredi non posset pars
hæreditatis vacans ipso iure accrescere. At
hodie, quia sublato S.C. Pegasiano restitutio
fit ex Trebelliano, etiam ab eo, qui sponte
adijt, siue quartam retineat, siue non, eaque
ratione fideicommissarius semper habeatur
loco hęredis, verius est, partem vacantem de-
bere ei accrescere, etiamsi grauatus sponte
adierit hæreditatem, secundum ea, quæ ibi
latè diximus, quæque non est necesse hic ite-
rum referre.

Ad septimum denique respondeo, imo nõ
diuersam, sed eandem esse in proposito vtri-
usque rationem: nam ratio diuersitatis, quæ
in contrarium fuit adducta, non potest ad
hanc materiam accommodari, quia, quod
dicitur, hæredem, qui compulsus adijt, amit-
tere omnia commoda, quæ ex aditione con-
sequi potuisset, & ea transferre in fideicom-
missarium, Contra verò hæredem, qui spon-
42 te adijt, ea retinere, procedit † in ijs commo-
dis, quæ hæres, non iure institutionis, sed alio
potuisset adeundo cõsequi, puta in commo-
do substitutionis in eius personam collatæ
his verbis, Quisquis mihi hæres erit, idem fi-
lio meo impuberi hęres esto, *vt in d. l. ita tamẽ 27 §. qui suspectam, & l. si patroni 55. §. qui fidei-commissariam, in fin. ff. ad Treb.* vel in cõmo-
do præceptionis relictæ hæredi in casum re-
stituendæ hæreditatis, *vt in d. l. ita tamen 27. in § si praeceptis, & d. l. si patroni. 55. §. qui fideicom-missariam, in fi.* Caeterùm, si commoda sint
talia, vt iure institutionis pertineant ad hęre-
dem, cuiusmodi sunt ea, quæ hæres consequi
non posset, si non fuisset a testatore institutus,
magis est, vt in ijs nulla sit inter eum, qui cõ-
pulsus adijt, & eum, qui sponte, differentia,
scilicet, quia vtroq; casu debet grauatus om-
nia illa commoda in fideicommissarium
transferre, sola excepta quarta, quam retinet
is, qui spontè adit, amittit verò, qui adire cõ-
43 pellitur † *vt de eo, qui spontè constat ex l. mulier 22. § si hæres l. ex asse. 28. l. qui totam 45. & l. si hæres. ab eo. 68 § fi. ff. ad Trebell § sed, quia Inst. de fideic. hær. De eo vero, qui cogitur ex l. quia poterat. 4. l. nam, quod. 14. §. qui compulsus, & l. cogi. 16. §. Idem Maetianus ff. ad Treb* Quamobrem
dicimus, in restitutionem venire ea omnia,
quæ capiuntur iure institutionis, siue iure hę-
44 reditario † *l. 1. §. id, quod natura ff. ad l. Falc.*
Cum igitur & iuris accrescendi commodum
capiatur iure institutionis, siue hæreditario,
vt diximus supra num. 37. & latius dicemus in 9. cap. q. 45. num. 16. & seqq Consequens est, vt
in eo nulla sit facienda differentia, vtrum
hæres adeat spontè an verò compellatur, sed
idem vtroque casu sit statuẽdum, propterea,
quod eadem est vtriusque ratio: nam hæres
ideo repellitur a iure accrescendi, quia rem
non habet, *vt diximus supra num. 26. & seqq.*
Ita autem rem non habet, qui adijt sponte, vt
is, qui compulsus, quia vterque transtulit hę-
reditatẽ in fideicommissarium, qui effectu,
& re ipsa hæres est. Debet igitur vterque a iu-
re accrescẽdi repelli, prout rectè nostri com-
muniter tradiderunt. Idque adeo verum est,
vt procedat, etiamsi hæres ex asse institutus,
& grauatus partem hęreditatis restituere, spõ-
tè adierit, aut se immiscuerit, & restituerit
partem, in qua grauatus est, mox fuerit in in-
tegrum restitutus aduersus aditionem, vel
immixtionem: Adhuc enim illa portio ac-
crescet fideicommissario, nõ quidem inuito
simpliciter, sed causatiuè, scilicet, qa cõditio
illi deferetur, vt, aut totam hæreditatẽ susci-
45 piat, aut totam omittat † *l. si pupillus. 79. ff. ad Trebell Qua de re latè dicemus in 8. cap q. 6. num.* 44. Et hæc de his, qui portionem habent.

S V M M A R I V M

1 *Ius accrescendi reale non competit ei, qui portionẽ non habet, & cur, num. 4. & 5.*

2 *Portio non accrescit portionem non habenti, & cur, num. 4. & 5.*

3 *Ius accrescendi non competit ei, qui portionem nõ habet,*

habet, tam in legatis, & fideicommissis, quam
in hereditatibus.
6 *Substitutionis ius competit etiam ei, qui nullam*
portionem habet, & cur, num. 7.
8 *Ius accrescendi competit etiam ei, qui nullam por-*
tionem habet in feudo, vel emphyteusi, Declara
vt num. 9.
10 *Ius accrescendi competit ei, qui portionem nō ha-*
bet, quoties heredi in re certa instituto tota he-
reditas accrescit, Declara, vt num. 11.
12 *Ius accrescendi in vsufructu competit etiam ei,*
qui portionem non habet, & cur, num. 14.
13 *Ius accrescendi reale differt a personali, quia reale*
non competit ei, qui portionem non habet, per-
sonale verò competit, & cur, num. 14.

An, & quando ius accrescendi competat ei, qui portionem non habet.

Quæstio Septuagesima.

NVnc videamus de ijs, qui portionem
non habent, & dispiciamus, an eis
competat ius accrescendi. Constat
autem multum referre, vtrum tra-
ctemus de iure accrescendi reali, an verò de
personali: Nam, si de reali, certi iuris est, id eis
1 non competere † *l. si Titio. 39. §. 1. ff. de vsufr.*
& l. si totam. 82. ff. de acq. hered. Hoc enim est,
quod tam frequenter dicimus, partem non
2 habenti partem non accrescere, † *vti videre*
est apud Cin. in l. vn. num. 9. & ibi Bald. num.
18. C quand. non pet. part. Bart. in d. l. re coniun-
cti. num. 48. & ibi Ias. num. 193. Ang. cons. 358.
num. 2. Castr. in l. qua conditio 39. in prin. num.
5. & in l. mulieri & Titio 73. num. 4. ff. de cond.
& dem. Hyer. Verr. in l. ex facto 43. §. Iulianus,
num. 28 ff. de vulg. Gul. Ben. in d. cap. Raynutius
in verb. & vxorem nomine Adelasiam, num. 123.
Dec. cons. 262. num. 5. vers. & istam quæstionem,
Gabr. cons 88. num, 21. vol. 1. Ceph. cons. 59. num.
40. & cons. 390. num. 76. Zuccar. cons. 2. num. 55.
vers. ex quibus Crau. cons. 766. numer. 6. Hond.
cons. 2 num. 32. & cons. 8. num. 58. in fi. & num.
59. vol. 1. Surd. cons 244. num. 4. Pereg. de fideic.
artic. 8. num. 7 & cons. 58. num. 20. vol. 1. Cuiac.
in l. 2. ff. de vsufr. accr. tract. 5. ad Afric. & ad l. &
an eadem 14. §. qui, enim partem ff. de excep. rei
iud. in 70. lib. Paul. ad edictum, Hoto. Illustr. q.
44. & in spito. tit. ff. de vsufr. accr. num. 5. Donell.
lib. 8. comm. cap. 21. & lib. 10. cap. 23. vers. Alteriū
singulare. Andr. Facb. lib. 5. contro. cap. 101. vers.
Ad quartum, & lib. 10. cap. 3. vers. Addid, quod
dicitur. Idque procedit, non solum, in legatis,
& fideicommissis, sed etiam in hereditatibus
3 † *Nam de legatis loquitur l. si Titio. 39. §. 1. ff. de*
vsufr. De hereditatibus vero l. si totam. 82. ff. de
acq. hered. & verò etiam in Imperiali libera-
litate, *vt in specie declarat Alex. cons. 24. num. 7.*
4 *vers. vel melius vol. 5.* quia, † cum portio por-
tioni, non personæ accrescat *d. l. si Titio 39. §.*
1. ea que ratione ius accrescendi comparetur
alluuioni *d. l. si Titio. 39. §. 1. & nos diximus in*
primo cap. q. 1. num. 24. quæ fundo, non perso-
næ accrescit *l. si ego. 13. §. idem ait adibus, vers.*
quod tamen ff. de Publicia. Consequens est, vt,
nisi quis portionem habeat, nō possit ei por-
tio accrescere. *Ita ratiocinatur Papinianus in*
d. l. si Titio 39. §. 1. & post eum Cin. in d. l. vn. nu.
9. C. quand. non pet. part Castr. in d. l. qua condi-
tio. 39. in prin. num. 5 ff. de cond. & dem. Alex. d.
cons. 24. num. 7. vers. vel melius, vol. 5. & alij, quos
5 *referemus infra num. 14.* Et verò, cum † acces-
sorium non possit esse sine principali *l. 2. §. 1.*
vers. nam, si principale ff. de vulg. & in iure ac-
crescendi pars propria consideretur, vt prin-
cipalis, pars verò accrescens, vt accessoria, *si-*
cuti demonstrabimus in 9. cap. q. 43. num. 10. se-
quitur eum, qui non habet propriam, nec per
consequentias posse habere accrescentem.
Ita Castr. in d. l. qua conditio 39. in prin. num. 5.
ff. de cond. & dem.

In quo quidem differt ius accrescendi a
substitutione, vt pote, in qua non considera-
tur alia portio. Competit enim etiam ei, qui
6 nullam portionem habet † *l. ex facto 43. §. vlt.*
ff. de vulg. Et in specie scribit Bald in d. l. vn. nu.
33. C. quand. non pet. part. Ratio diuersitatis
7 est quia † substitutio est personalis, *vt dicemus in*
9. cap. q. 35. nu. 3. Ideoque non requirit rem,
sed personam; At ius accrescendi est reale, *vt*
diximus in 4. cap. q. 1. num. 2. & dicemus etiam
in d. 9. cap. q. 35. num. 3. ideo rem requirit.

Planè interdum etiam partem non habēti
pars accrescit: Primum enim in feudo, vel
emphyteusi, licet quis portionem nō habeat,
8 nihilominus ei competet ius accrescendi, † *vt*
rectè scripserunt Bald. in cap. 1. §. & quia vidi-
mus num. 7. De his, qui feud. poss. Ruin. consil.
8. num. 11. vers. Non obstat, & cons. 169. num. 3.
vol. 1. Zuc. cons. 2. num. 55. Gabr. cons. 88. num.
21. & cons. 89. num. 7. vol. 1. & cons. 21. num. 11.
vol. 2. Clar. in §. feudum q. 77. num. 6. Rosent. de
feud. cap. 6. concl. 73. num. 2. & 3. Hond. cons. 36.
num. 17. vol. 1. Gratia cap. 346. discep. for. num.
5. Et patebit ex ijs, quæ dicemus in 10. cap. q. 29.
num. 6. Tametsi contrarium scripserint Bald.
in d. l. un. num. 33. C. quand. non pet. part. Alex.
cons. 24. num 7 vers. vel melius, vol. 5. Zuc. cons.
50 num. 46. Pereg. cons. 21. num. 4. vers. præterea
vol. 3. Sufficit enim, quem esse de comprehē-
sis in inuestitura, vt ad partem vacantem ad-
mittatur, licet nullam feudi, vel emphyteusis
portionem habeat, *ut ostendimus in 6. cap. q.*
37. num. 45 & q. 38. num. 51. Sed hæc non est
propriè exceptio, quia portio vacans non
pertinet ad comprehensum per ius accrescē-
di, si propriè loquimur, sed per ius successio-
nis, & inuestituræ, quod personæ competit ex
9 pacto, † *vt declarant Bald in d. cap. 1. §. & quia*
vidimus num. 7. De his, qui feud. dar. poss. Ruin.
d. cons. 169. num. 3. vol. 1. Gabr. cons. 88. num. 22.
d. cons. 89. num. 7. vol. 1. & d. cons. 21. nu. 11. vol.
2. Zuc. d. cons. 2. num. 55. Rosent. d. cap. 6. concl.
73. num. 2. Hond. d. cons. 36. nu 17. vol. 1. Gratia.
d. cap. 346. discep foren num. 4. & 5. & nos latius
ostendimus in eodem 6. cap. q. 37. numer. 10. & q.
38. num. 39. & dicemus etiam in cap. 10. q. 29.

Secundo verò, cum hæredi particulari tota
hæreditas accrescit, vel, quia nullus sit datus
cohæres vniuersalis, vel quia datus defecerit,
secundum ea, quæ diximus in hoc cap. q. 7. num.
5. & q. 9. num. 16. haud dubiè ius accrescendi
competit ei, qui nullam hæreditatis partem
10 habet, † scilicet, quia res illa particularis, in
in qua fuit institutus, pars hæreditatis dici nō
potest *l quamuis. 14 ff. si quis om. caus. test. Et in*
his terminis considerant Mantic. de coniect. ult.
vol.

*uol.lib 4.titu.5.artic.7.num.14.& lib.10.titul.3.
num.15.* Sed, neque hæc est proprie exceptio,
11 † quia hæreditas non pertinet ad hæredem,
per ius accrescendi, sed per ius conuersionis,
scilicet, quia institutio particularis dempta
mentione rei conuertitur in vniuersalem, *ut
ostendimus in d.q.7.num 8. & seq.* Et dato etiā,
quod dici posset per ius accrescendi pertine-
re, esset tamē illud improprium, non propriū
*ut ostendimus in 4.cap.q.4. nu. 18. & in hoc cap.
q.7.num.9.& q.9.num. 28.*

Sed hæc quidem dicuntur, quoties agimus
de iure accrescendi reali. Cæterùm, quoties
de personali, eo scilicet, quod in vsufructu
locum habet, magis est, vt competat etiā ei,
12 qui nullam partem habet † *d.l.si Titio. 39. §.
1 ff.de vsufr.l.interdum.11.ff de usufr.accr.l. &,
an eadem.14. §.qui, cum partem ff. de excep. rei
iudic. Et scribunt Ruin consi 33.numer. 6.vol.2.
Cuiac.ad d l.si Titio. 39 § 1. in 17. lib. quæstio.
Papin.& d.l.2.ff.de vsufr accr.tract.5.ad Afric.
& in l.un § vbi autem legatarij C.de cadu.toll.&
alij quos numer.seq. referemus.* In quo quidem
13 differt vsusfructus a proprietate † *d.l si Titio.
39.§.1.Et scribunt Cuiac. ad d.l. &, an eadem.
14 §.qui, cum partem ff.de exc.rei iud. in 70. lib.
Paul.ad edict.Donell lib.10.comm.cap. 23.vers.
alterum singulare, Hoto. in epito.tit ff.de vsufr.
accr.num 15.*

Cuius diuersitatis ratio pendet ab ijs, quæ
14 supra diximus: Nam, quia † portio proprie-
tatis, non personæ, sed portioni accrescit, ideo
fit, vt non accrescat ei, qui portionem non
habet. At portio vsusfructus accrescit perso-
næ, non rei. Quamobrem accrescit etiam ei,
qui portionem non habet. *Ita de vtroque ra-
tiocinatur Papinianus in d l si Titio.39. §.1. Et
post eum Cui.in d.l.vn.num.9 C.quand.non pet.
part. Donell.d.lib.10.comm cap.23.uers. alterum
singulare, Cuiac.ad d l.&, an eadem 14 §.qui, cū
partem ff. de excep. rei iud. in 70. lib. Paul. ad
edict. Hoto.in epit tit.ff.de vsufr.accr.numer.15.
& præter eos ij, quos referimus in hoc cap.q.74.
nu. 30. & simpliciter de vsufructu loquens scribit
Paulus in d.l.&, an eadem.14 §.qui, cum partē,
& post eum Ruin.d.cons. 33.num.6.vol.2.*

Verùm, quia varijs ex caussis potest quis
non habere partem: Aut enim ideo non ha-
bet, quia nondum fuit ad eam admissus, licet
admitti possit, aut, quia non fuit ad eam vo-
catus, aut, quia non admissus, aut deniq; quia
post admissionem ea priuatus est, & sic habe-
re desijt, & de singulis dubitari potest, nūquid
in iis procedant ea, quæ supra diximus, ideo
pro pleniori totius rei tractatione specialiter,
& separatim de omnibus supradictis caussis
dispiciemus.

An, & quando ius accrescendi com-
petat ei, qui ad partem suam
speratur admitti.

Quæstio Septuagesima prima.

S V M M A R I V M.

1 *Ius accrescendi non competit ei, qui ad suam por-
tionem speratur admitti, sed portio vacans cō-
iungitur cum portione principali eius postea
cessura commodo, qui partem ipsam principalē
consequetur.*

2 *Ius accrescendi non competit ei, qui ad suam por-
tionē speratur admitti, re, sed competit spe, ut in
exēplis, quæ subijciuntur num. seqq. usque in
finem.*

ET primo quidem dico, qui ideo partē
non habet, quia nondum fuit ad eam
admissus, licet admitti speretur, vt
euenit, cum pars fuit ei relicta sub cō-
ditione, quæ nondū extitit, licet existere pos-
sit, vel, cum purè fuit institutus, sed nondum
adiuit hæreditatē, licet adire possit, & videa-
mus, an ei competat ius accrescendi. Et cer-
tum est, non competere re, sed spe, quia, si in-
terim pars aliqua vacet, non accrescet quidē
ei, qui suam portionem, & sic portionē prin-
cipalem nondum acquisiuit, sed cum ea con-
iungetur, eius postea cessura commodo, qui
1 partem ipsam principalem consequetur † *l.
interdum 13.§.1.ff.de hæred. inst. l.si ita scriptū.
8.in prin.ff.de bon.poss.sec.tab. Et scribunt Bart.
in l ult.num.1.uers.si uero primo ff.de acq.hæred.
Imol.in l.si tu ex parte.75.num.3.ff.eod.Cagn. in
rubr.C.quand non pet.part. num.7.* Itaque co-
hæres, sic coniunctus interim non habebit
2 quidem ius accrescendi re, sed spe, † quia por-
tionem sibi principaliter delatā agnoscendo
consequetur etiam eam, quæ accreuit *d. l si tu
ex parte.75.& ibi not.Imol.num.3.ff.de acq.hær.*
Huius rei multa possunt exempla afferri.

Primum in specie, qua testator vnum, aut
plures scripsit hæredes ex distinctis partibus,
sed non distributo toto asse: Nam priùs, quā
instituti adeant portiones sibi assignatas, nō
censebuntur habere ius accrescendi re, sed
spe, quia partes non distributæ accrescent pro
portione hæreditaria partibus assignatis ad
eos peruenturæ, qui suas portiones postea cō-
3 sequentur † *d.l.interdum. 13. §. 1. ff. de hæred.
inst.§.uideamus, Inst.eod.d.l.si ita scriptum.8. in
prin ff.de bon.poss sec.tab.*

Secundum verò exemplum afferri potest,
in specie, qua testator inter duos, aut plures
hæredes distribuit totum assem, & vnius por-
tio, vel repudiatione, vel morte, vel defectu
conditionis deficit priùs, quàm alter suam
portionem adierit, vel, quia nō potuerit, puta
pendente conditione, vel, quia, licet potuerit,
nondum tamen eam adiuit: Nam, & in hac
specie, qui nondum habet partem, quia eam
habere potest, censetur interim habere ius ac-
crescendi non re, sed spe, scilicet, quia adeun-
do postea suam portionem, consequetur etiā
4 partem cohæredis, quæ iam illi accreuit † *d.l.
si tu ex parte.75.uers.Item.si tu ff.de acq. hæred.*

Tertium sit exemplum in specie, qua testa-
tor hæredem institutum cohæredi substituit:
Nā, si is ab institutione excludatur, vel, quia
repudiet, vel, quia conditio, sub qua fuerat
institutus, deficiat priùs, quam substitutionis
existat conditio, habebit ius accrescendi spe,
non re, quia, si postea deficiat cohæres, & ex
substitutione partem eius adeat, consequetur
5 etiam suam, quæ illi accreuerat † *d. l. si tu ex
parte.75.uers. Item, si tu ff. de acq. hæred. & not
latius dicemus in 9.cap.q.34.in 2.casu.*

Quartum

Quartum exemplum fit in eo, qui ex par-
te purè, & ea parte sub conditione fuit insti-
tutus: nam, si puram repudiet, quo casu (secū-
dum nos) valet repudiatio. & excludit repu-
diantem ab institutione pura, quandiu pen-
det alterius partis conditio, habebit is respe-
ctu partis repudiatæ ius accrescendi spe, non
re, quia, si postea conditio extiterit, & adierit
ex conditionali, consequetur etiam puram,
6 quæ tam illi accreuerat, † *vt late ostendemus in*
eodem cap 9. q 29 nu. 4. & seqq.

Quintum fit exemplum in specie, qua
testator instituit Titium ex parte, & ex alia
parte instituit eius seruum. Nam, si Titius re-
pudiet ex sua institutione prius, quam ipsius
iussu seruus adeat, habebit respectu eiusdem
partis repudiatæ ius accrescendi spe, non re,
quia, si postea seruus adeat ex ipsius iussu, fa-
ciet eum hæredem etiam pro parte repudia-
ta, quippe, quæ iam alteri parti accreuerat,
7 † *vt dicemus eodem 9 cap q. x1 numer* 5. Idem
est, &, si res, quæ mihi purè legata est fuerit
seruo meo legata sub conditione: Nam, si ex
meo legato repudiauero prius, quam condi-
tio legati facti seruo extiterit, habebo ius ac-
crescendi, seu non decrescendi spe, non re,
quia, si postea conditio extiterit, consequar
etiam partem meam, quam prius repudiaue-
8 ram, † *l. si mihi purè 61 ff. de leg. 3.*

Sextum exemplum fit in hærede hæredis,
in quē transmissa est portio hæreditatis, etiā
non adita: quod certis casibus fieri posse cō
stat ca iis, quæ diximus *in hoc cap q. 41. num.*
38 & seqq. Nam, si prius, quam is adeat, defi-
ciat cohæres censebitur trāsmissarius habe-
re ius accrescendi, sed, non re, quia partem in
se transmissam postea adeundo consequetur
9 etiam partē cohæredis, quæ illi accreuerat, † *vt*
diximus in hoc eodem cap q. 62 n. 16. Quemad
modum enim portio principalis in eum trās
fertur, ita & portio accrescens. scilicet quia
10 † ius accrescendi, tamquam reale, sequitur rē,
& transit ad omnes, in quos ipsa portio prin-
cipalis transfertur, *vt diximus in hoc ipso cap.*
q. 62. num. 9 adeo, vt transeat etiam in vulga-
riter substitutum, *sicuti ostendimus inq 68. nu.*
2. & seqq. & id genus alios, qui portionē prin-
cipalē consequuntur. Et hæc de eo, qui partē
non habet, sed habere speratur.

SVMMARIVM.

1 *Ius accrescendi non competit ei, qui non fuit vo-*
catus ad aliquam portionem, & cur, num. 2.
3 *Ius accrescendi non competit ei, qui non fuit vo-*
catus ad aliquam portionem, etiam in vsufru-
ctu & cur num 4.
4 *Ius accrescendi cur non competat venientibus ab*
intestato, quandiu extāt hæredes in testamento
instituti.
6 *Fœminæ, si statuto excludantur masculis extan-*
tibus, & vnus ex masculis deficiat, cur ad eius
partem cum masculis non admittantur.
7 *Hæredes particulares, cur non habeant ius accre-*
scendi, si vnus ex vniuersalibus deficiat.
8 *Exhæredati cur non habeant ius accrescendi, si*
vnus ex institutis in legitima deficiat.
9 *Instituti in legitima cur non habeant ius accre-*
scendi, si vnus ex exhæredatis deficiat.
10 *Vsusfructus, si legetur vxori vna cum filio, & ex*
coniecturis appareat, testatorem voluisse, vel
vxori, vel filiæ relinquere tantum alimenta, nō
habebit superstes ius accrescendi, & cur.

An, & quando ius accrescendi competat ei, qui non vocatur ad aliquam partem.

Quæstio Septuagesima secunda.

SEcundo videamus de eo, qui ideo partē
non habet, quia ad eam non fuit voca-
tus, & dispiciamus, an ei competat ius
accrescendi. Et certum est, non compe-
1 te, † *vt scribunt Rub. in l. pater filium 14. num.*
124 ff. de inoff. & Andr. Fach. lib 5 contro. cap.
10 vers. Ad quartum, & quidem sine dubio,
si tractemus de iure accrescendi reali, quia,
2 † eum per id portio portioni accrescat *l. si*
Titio 39 § 1. ff. de vsufr. Consequens est, vt ei,
qui ad portionem non vocatur tāquā partē nō
habenti non possit portio accrescere, *secun-*
dum ea quæ diximus in hoc cap. q 70. num. 2.
Cœterùm, si tractemus de iure accrescendi
personali, res videtur habere maiorem dubi-
tationem, propterea quod per id portio non
portioni, sed personæ accrescit *d. l. si Titio. 39.*
§. 1. Sed adhuc verius est, nec idei cōpetere,
qui ad aliquam vsusfructus partem non vo-
3 catur, † *vt rectè scripsit Curt. Iun cōs. 14 per tot.*
4 quia, † cum etiam in vsufructu ius accrescen-
non nisi inter coniunctos locū habeat *l. 1. in*
prin. & l. pen. ff. de vsufr. accr. & nos diximus in
5. cap. q. 41. num. 5. & is, qui non vocatur ad
aliquam portionem, non possit dici coniun-
ctus, scilicet, quia coniuncti dicuntur, qui ad
eandem rem vocantur, *vt diximus in eodem*
5. cap. q. 1. num. 2 Consequens est, vt nec ei ius
accrescendi possit competere. Hinc infer-
tur.

Primo extantibus in testamento institutis
ius accrescendi non posse competere venie-
tibus ab intestato vtpote, quibus nulla hære
5 ditatis portio delata fuit † *vt considerat Ceph.*
cons. 59. num. 40.

Secundo infertur, si statuto caueatur, vt ex-
tantibus masculis fœminæ non succedant,
& ex masculis vnus deficiat, eius portionem
cœteris masculis accrescere, non etiam fœ-
minis, quippe quibus nulla successionis por-
6 tio fuit a statuto delata, † *vt ostendimus in hoc*
cap. q 61. num. 20. & seqq.

Tertio infertur, si testator instituat duos,
aut plures hæredes vniuersales, & alios parti-
culares, & vnus ex vniuersalibus deficiat, eius
portionem cœteris vniuersalibus accrescere,
non etiam particularibus, vtpote, qui non
fuerunt ad aliquam hæreditatis partem voca-
7 ti, † *vt ostendimus in hoc cap. q. 1. num 9.*

Quarto infertur, si ex pluribus filiis, quidam
iniustè exhæredati sint, quidam vero in legi-
tima instituti, & ex institutis vnus deficiat,
eius portionem cœteris institutis accrescere,
non etiam exhæredatis, vtpote, qui nō fuerūt
8 ad aliquam partem a testatore vocati, † *vt*
diximus in 6. cap. q. 13. num. 10. Et contra, si de-
ficiat vnus ex iniustè exhæredatis, non accre-

scere

scere partem eius institutis, quia, nec ipsi fuerunt vocati ad aliquam partem querelæ,
9 † vt diximus ibi num. 8.

Quinto infertur, si testator leget vsumfructum vxori, vna cum filia, & ex coniecturis appareat eum, vel vxori, vel filiæ voluisse tantum legare alimenta, non habituram superstitem ius accrescendi,
10 † quia, licet inspectis verbis videatur ad vsumfructum vocata, tamen inspecta voluntate defuncti non censetur vocata, nisi ad alimenta, quæ pars vsusfructus dici non possunt, ideoque tamquam ad partem non vocata non potest habere ius accrescendi. *Ita in specie docuit Curt. Iun. d. cons. 14. per tot.* Et hæc de eo, qui ad partem non vocatur.

SVMMARIVM.

1 *Ius accrescendi reale non competit ei, qui, nec admittitur ad partem, nec admitti speratur, & cur num. 2.*

3 *Ius accrescendi, vt habeat locum, requiritur, vt is, cui portio debet accrescere, suam portionem acquisierit, siue ad eam fuerit admissus.*

4 *Priuationi nihil accrescit, quia accrescere est habitus, qui non potest super mera priuatione fundari.*

5 *Ius accrescendi non competit ei, cui portio delata fuit, saltem de facto, si eam ob sui incapacitatem consequi non potuit.*

7 *Portio non accrescit ei, qui suam portionem non agnouit etiamsi illius capax sit.*

8 *Ius accrescendi non competit ei, qui a sua portione fuit exclusus.*

9 *Portio non accrescit ei, qui propter defectum conditionis fuit a sua portione exclusus.*

10 *Portio non accrescit ei qui pendente conditione decessit, & ita a sua portione exclusus est.*

11 *Hæres ex parte institutus, qui ante aditam decessit, non transmittit ius accrescendi in hæredes.*

12 *Hæres, qui moritur ante aditam hæreditatem, non transmittit ius accrescendi ad hæredes.*

13 *Ius accrescendi non competit ei, qui partem suam repudiauit.*

14 *Fœminæ statuto exclusæ extantibus agnatis, quando iure accrescendi, quandoue iure successionis admittantur, si omnes agnati desiciant.*

15 *Vsusfructus accrescit etiam ei, qui suam portionem repudiauit, & cur, num. 16. Sed contra, num. 17. & cur num. 19. & seqq.*

18 *Declaratur l. interdum. 15. ff. de vsufr. accr.*

20 *Parua sunt, aliquid nō esse legatum, vel legatariū repudiasse defuncti voluntatem.*

21 *Vsusfructus partem accrescere etiam ei, qui suam portionem non habet, quomodo sit intelligendum.*

An, & quando ius accrescendi competat ei, qui non admittitur ad partem, nec admitti speratur.

Quæstio Septuagesima Tertia.

Tertio videamus de eo, qui partem non habet, non quia non fuerit ad eam vocatus, saltem de facto, sed quia nō fuit ad eam admissus, nec admitti speratur, & dispiciamus an ei competat ius accrescēdi. Et, si quidem tractemus de iure accrescendi reali, res caret dubio: Nā
1 certum est, id ei non competere † *l. vn. & ibi Pic. num. 21. vers. 3. C. quand. non pet. part.* quia,
2 † cum portio portioni accrescat, Consequēs est, vt ei, qui portionem non habet, non possit portio accrescere, *vt ostendimus in hoc cap. q. 70. num. 2. Et in proposito ratiocinatur Pic. in d. l. vn. numer. 21. vers. 3. C. quand. non pet. part.* Quamobrem inter iuris accrescendi requisita connumeratur illud, vt is, cui portio debet accrescere, suam portionem acquisiuerit, siue
3 ad eam fuerit admissus, † *vti videre est apud Claud. Tut. in d. l. vn. num. 24. vers. 2. C. quand. non pet. part.* Et hoc sensu dicimus, nihil accrescere priuationi, quia accrescere est habitus, qui non potest super mera priuatione fun-
4 dari † *vti videre est apud Bald. in d. l. vn. n. 18. C. quand. non pet. part, Gul. Ben. in d. cap. Raynutius in verb. & vxorem nomine Adelasiam. nu. 124. Gul. a monster. de succ. Reg. in primo dubio, num. 12.* Hinc infertur

Primo ius accrescendi non competere ei, cui portio delata fuit, saltem de facto, si eam ob sui incapacitatem consequi non potuit,
5 † *vt in specie docuit Ceph. cons. 390. num. 76. vers. quare*: Nihil enim capienti nihil accrescit,
6 † *vt scribit Bald. in l. eam, quam 14. num. 53. C. de fideicom.*

Secundo infertur, etiamsi portio capaci delata sit, non tamē ei competere ius accrescendi, nisi partem ipsam principalem agno-
7 uerit † *d. l. vn. & ibi Io. Gutier. num. 1. C. quand. non pet. part. Et scribunt Castr. in l. 1. num. 2. C. de impub. & al. subst. Cuiac. in l. vn. §. vbi autem legatarij. C. de cad. toll. Donel. lib. 7. comm. cap. 12. & lib. 8. cap. 21. & lib. 10. cap. 23.* Hoc enim est, quod iam frequenter diximus partem vacātem iis accrescere, qui suas portiones agnouerunt *vt retulimus in hoc cap. q. 62. numer. 12.* Quamobrem, si ab ea fuerit exclusus, nō ha-
8 bebit ius accrescendi, † *vt generaliter scripsit Gul. a monster. de succ. Reg. in primo dubio num. 31.* Exempla sunt

Primum in eo, qui a sua portione exclusus
9 est defectu conditionis: † Nam ei, tamquam partem non habenti non potest pars accrescere, *per ea, quæ supra diximus*. Et hoc est, quod significat Castrensis *in l. quæ conditio. 59. in prin. num. 5. ff. de cond. & demon.* dum ait, partem accrescere cum onere conditionis, si conditio sit casualis, quia, si non habet portionem principalem, nec per consequentias potest habere accrescentem, cum portio portioni accrescat, & vbi non reperitur pars, nō possit pars accrescere]: Significat enim, quoties

-ties eadem res sub casuali cōditione duobus
est legata, necessari debere conditionem
purificari, etiam respectu partis collegatarij
deficientis, vt locum habeat ius accrescendi,
quia, nisi purificetur, non poterit coniunctus
habere partem suam. Ergo, nec partem ac-
crescentem, quippe, quæ portioni accrescit,
ideoque non potest accrescere, vbi pars non
reperitur.

Secundum exemplum fit in eo, qui pen-
10 dante conditione decessit: † Nam, quia non
transmittit partem suam ad hæredes, etiamsi
postea conditio extiterit *l. vn. §. sin autem ali-
quid sub conditione C. de cadu. toll.* fit, vt nec per
consequentias censeatur partem accrescen-
tem transtulisse *per, ea quæ supra diximus.*

Tertium fit exemplum in hærede ex parte
instituto, qui ante aditam decessit: Nã, quia
11 ius adeundi non transmittit ad hæredes † *l. vn.
§. in nouissimo C. de cad. toll. l. 1. §. vnde ff. ad Tert.
l. miles. 77 § pro parte ff. de leg. 2. l. si fratris. 3. &
l. quoniam sororem. 7. C. de iur. delib. Ceph. consil.
321. n. 35.* nec per consequens ad eos trans-
12 mittit ius accrescendi, † *Ita scribunt Ang. in l.
1. § si ex fundo nu. 3. vers. ius autem ff. de hæred.
inst. Ruin. cons. 101. num. 18. in fin. vol. 2. Mynf.
in §. vlt. num. 2. Inst. de Orfic. & nos etiam dixi-
mus in hoc cap. q. 62. num. 13.*

Quartum exemplum fit in eo, qui partem
suam repudiauit: Nam is non poterit habere
13 partem accrescentem. † *Ita scribunt gl. in l. si
tu ex parte. 75. in verb. ad me solum ff. de acq. hær.
Castr. in l. si solut. 79. in prin. nu. 3. vers. si autem
ff. eod. & cons. 252. num. 2. vers. nam, si cum per
eam, vol. 1. Io. Gaud. in d. l. re coniuncti, num. 88.
vers. quod quamquam. Balduin. in §. vlt. num. 21.
Inst. de Orfic.* Vnde, si is, qui ex parte purè, &
ex parte sub conditione institutus est, repu-
diet puram, deinde, vel deficiat alterius par-
tis conditio, vel ea pendente moriatur, neu-
tram hæredes eius habere poterũt, quia neu-
tra potest accrescere: Cum enim vtraque fa-
cta sit caduca, Consequẽs est, vt neutra, qua-
si principalis possit alteram ad se trahere, *vt
ostendemus in 9. cap. q. 17. in 6 casu.*

Quintum fit exemplum in specie statuti
excludentis filiam, aut matrem extantibus
agnatis reseruata certa portione: Nã, si om-
nes agnati deficiant, fœminæ, si quidem ha-
beant portionem reseruatam, consequentur
residuum per ius accrescendi, si verò partem
non habeant, quod ab ea sint exclusæ, non
iure accrescendi, sed iure successionis totam
14 hæreditatem obtinebunt. † *Ita declarat Gul.
Ben. in d. cap. Raynutius, in verb. & uxorem no-
mine Adelasiam num. 124. vers. si autem omnes.*

At, si tractemus de iure accrescendi perso-
nali, plerique cēsent, id etiam ei competere,
qui nunquam habuit suam portionem, sed
ab ea fuit, aut repudiatione, aut alia ratione
15 exclusus: † *Ita enim censuit Donell. d. lib. 10.
16 comm. cap. 23. vers. Alterum singulare,* quia, † cũ
vsusfructus non portioni, sed personæ accre-
scat *l. si Titio 39. §. 1. ff. de usufr. l. & , an eadem.
14. §. qui, cum partem ff. de excep. rei iud.* Con-
sequens est, vt in eo non sit habenda ratio
partis, & sic non debeat attendi, vtrũ coniun-
ctus semel fuerit suam portionem consecu-
tus, nec ne.

Sed hoc non obstante verius est, quod alij
tradiderunt, scilicet, ius accrescendi, ne in
vsufructu quidem ei competere, qui nunquã
17 suam portionem acquisiuit. † *Ita enim censue-
runt Paris. cons. 37. num. 8. vol. 3. & Cuiac. ad l.
2. ff. de usufr. accr. Et rectè:* Nam hoc non ob-
scurè probat Vlpianus *in l. interdum. 11. ff. de
usufr. accr.* dum, *interdum,* inquit *pars usufru-
ctus etiam non habenti partem suam, sed amit-
18 tenti accrescit.* Illa enim † dictio, *interdum,* quæ
est exceptiua, denotat regulam in contrariũ,
& significat, partẽ vsufructus regulariter nõ
accrescere partem non habenti, sed excipi
speciem illam, in qua fructuarius post factã
acquisitionem partem suam amisit, *secundũ
ea, quæ dicemus in q. seq. num. 79. & seq.* Hinc fit,
vt, si coniunctus repudiet suam portionem,
ante, quam incipiat vti frui, non sit habitu-
tus ius accrescendi, licet alter coniũctus post-
19 ea deficiat, quia, † quamuis vsusfructus ac-
crescat personæ, accrescit tamen ei, qui lega-
tarius est, & cum deficiente coniunctus ali-
quo cõiunctionis nexu *l. 1. in prin. ff. de usufr.
accr.* Cum igitur is, qui suam portionem re-
pudiauit, non sit legatarius, cum paria sint,
rem legatam non esse, vel legatarium repu-
20 diasse defuncti voluntatem † *l. id autem 75. in
fi. ff. ad l. Falc.* & , qui legatarius non est, non
possit dici cum deficiente coniunctus in le-
gato, cum non entia nullæ sint qualitates *l.
eius qui 41. ff. si cert. pet.* Consequens est, vt ei
pars vsusfructus postea deficiens accrescere
nullo modo possit. Tunc igitur solum accre-
21 scet non habenti partem, cum † is, qui partẽ
non habet, re vera manet legatarius, vt eue-
nit, cum excluditur re iudicata, *secũdum speciẽ
de qua semper in proposito loquuntur Iuris pru-
dentes, ut in d. l. si Titio. 39. §. 1. ff. de usufr. d. l.
interdum. 11. ff. de usufr. accr. d. l. & , an eadem.
14. §. qui, cum partem ff. de except. rei iud.* Nam
tunc, licet exclusus amittat rem, non tamen
desinit esse legatarius, & cum altero coniun-
ctus, si re vera vsusfructus fuerat ei coniun-
ctim cum alio relictus, quia res iudicata ve-
ritati non præiudicat, nec tollit ea, quę iuris
naturalis sũt *l. Iulianus 60. vers. licet ff. de cond.
ind.* Et hæc de ijs, qui non fuerunt ad portio-
nem admissi.

S V M M A R I V M.

1 *Ius accrescendi reale non competit ei, qui suam portionem amisit, & cur. num. 3. & 4.*

2 *Ius accrescendi non competit ei, qui suam portionem amisit, siue loquamur de legatis, & fideicommissis, siue etiam de hæreditatibus.*

5 *Principale cui adimitur, censetur etiam adimi accessorium*

6 *Legatarius, qui in iudicio petijt partem suam, & victus est, si postea petat partem accrescentem, repellitur exceptione rei iudicatæ, & cur, num. 8. Declara, ut num. 7.*

9 *Exceptio rei iudicatæ non obstat, nisi res eadem petatur, Declara, ut num. 10. & seqq.*

13 *Ius accrescendi non competit ei, qui partem suam amisit, etiamsi retineat nomen hæredis, & cur, num. 14.*

15 *Hæres nudo nomine effectu rem non habet*

16 *Substitutio competit etiam ei, qui nudo nomine hæres est, licet rem non habeat, & cur, num. 17.*

18 *Ius accrescendi non competit hæredi, qui ex causa*

fideicom

fideicommissi hæreditatem restituit

19 *Hæres grauatus, qui sponte adit, & restituit hæreditatem, retinet ius substitutionis pupillaris etiamsi sub nomine hæredis facta sit*

20 *Ius accrescendi non competit hæredi indigno, cui fiscus abstulit hæreditatem, & cur, num. 21*

22 *Indignus, cui fiscus abstulit hæreditatem, retinet ius pupillaris substitutionis, etiam factæ sub nomine hæredis*

23 *Ius accrescendi (secundum vnam opinionem) non competit venditori hæreditatis, sed emptori, Sed contra sub num. seq.*

24 *Substitutionis ius non transfertur in emptorem hæreditatis.*

25 *Minor, qui post aditam in integrũ restitutus est, nomine manet hæres.*

26 *Suus, qui se abstinuit, retinet nomen hæredis*

27 *Suus, etiamsi se abstineat, retinet ius pupillaris substitutionis.*

28 *Vsusfructus pars accrescit etiã ei, qui suam portionem amisit, & cur, num. 30. Declara, vt nu. 31. & seqq.*

29 *Ius accrescendi reale differt a personali in hoc, quia reale non competit ei, qui suam portionem amisit personale verò competit, & cur, num 30.*

32 *Vsusfructus pars accrescit etiã ei, qui suam portionem amisit re iudicata*

33 *Vsusfructus a proprietate differt quia, licet proprietatis pars nõ accrescat ei, qui suam portionem amisit re iudicata, pars tamẽ vsusfructus accrescit*

34 *Vsusfructus in materia iuris accrescendi non habet instar partis.*

35 *Exceptio rei iudicata non obstat agenti ad partẽ accrescentẽ in vsufructu, licet obstet in proprietate.*

36 *Plus petens olim cadebat a causa.*

37 *Vsufructuarius, qui partem suam ideo amisit, quod plus petierit, non repellitur exceptione rei iudicata, si petat partem accrescentem.*

38 *Declaratur l. & an eadem. 14 §. qui, cum partem ff. de except rei iud & num. 52.*

39 *Exceptio rei iudicata obstat, quando id quod est decisum in vno iudicio, venit examinandum in alio, & numer. 40. Declara, vt num. 48. & seqq.*

41 *Res iudicata pro veritate habetur, Declara. vt num 47. & 56.*

42 *Vsusfructus pars accrescit etiam legatario, qui ideo victus est, quod sit suppositum, eum non fuisse legatarium, & cur, num. 44. & seqq. Declara, vt num. 43.*

50 *Causa remota in actionibus realibus non potest a proxima separari, adeo, vt hac in iudicio proposita, & illa quoq; proposita censeatur.*

57 *Vsusfructus pars accrescit etiam ei, qui ideo victus est, quod si suppositum, fuisset vsumfructum capitis diminutione amissum, vel etiam non vtendo, ut num. 58.*

59 *Vsusfructus pars accrescit etiam ei, qui partem suam amisit non vtendo, & cur, num. 60.*

61 *Vsusfructus pars accrescit etiam ei, qui partem suam amisit capitis diminutione, & cur, num. seqq. Sed contra num. 65. & cur, num. seqq.*

63 *Vsusfructus futurorum annorum non amittitur capitis diminutione, quoties plura sunt legata, secus, si vnum tantum sit, vt num. 74.*

64 *Argumentum ab excluso re iudicata ad exclusum capitis diminutione valet, Sed contra nu. 76. & seq. Declara, vt num. 78.*

66 *Vsumfructum repetere solent testatores in casum capitis minutionis.*

67 *Vsusfructus, si fuerit repetitus, etiamsi legatarius capite minuatur, nihilominus ex vi repetitionis habet ius accrescendi.*

68 *Declaratur l sicut 3. § Idem Papinianus ff. quib. mod. vsusfr. amitt. & num seq.*

70 *Vsusfructus capitis diminutione finitur perinde, ac, si vsufructuarius decessisset.*

71 *Legatarium quem ab initio fuisse, sufficit, vt pars vsusfructus ei accrescat, etiamsi postea legatum extinguatur, Declara, vt num. 74.*

73 *Paria sunt aliquid a principio non esse, vel ex post facto ad non esse reduci.*

75 *Declaratur l. 1. § interdum ff. de vsufr. accr.*

79 *Vsusfructus pars regulariter non accrescit ei, qui partem suam amisit, nisi in ijs casibus, in quibus pars, non ipso iure, sed ope tantum exceptionis amittitur, vt num. 80.*

An, & quando ius accrescendi competat ei, qui suam portionem amisit.

Quæstio Septuagesimaquarta.

SVperest, vt quarto, & vltimo loco videamus de eo, qui, nec habet partem suam, nec habere speratur, non, quia non fuerit ad eam vocatus, aut admissus, sed, quia post admissionem eam habere desijt, puta amisit, & dispiciamus, an ei competat ius accrescendi.

Et, si quidem tractemus de iure accrescendi reali, certum etiam est, id ei non compete-
1 re, † *l si Titio 39. § 1. & ibi Cuiac. in 17. lib qu. Papin ff. de vsufr. l. si totam 82 & ibi Bart. Ang. Imol. & Castr. ff de acq hared. Cuiac. in paratit. ff. de vsufr. accr. & ad l. 2. ff. eo. tract. 5. ad Afr. Hoto. ill. q. 43 Danell. lib. 10. comm. cap. 23. vers.*
2 *Alterum singulare*, siue loquamur † de legatis, & fideicommissis, siue etiam de hæreditatibus: *Nam de illis loquitur l. si Titia, De his*
3 *verò l. si totam*, quia, † cum portio, non personæ, sed portioni accrescat *d. l si Titio 39. §. 1.* Consequens est, vt ei, qui portionem non habet, non possit portio accrescere, *secundũ ea, quæ diximus in hoc cap q 70. num. 2. Et ita in proposito ratiocinatur Papinianus in d. l. si Titio 39. §. 1. & post eum Bart. in d l si totam. 82. & ibi Ang. Castr. & Imol. Cuiac. in d. l. 2. ff. de vsufr. accr. tract. 5 ad Afric. & ad l. & an eadem. 14. §. qui, cum partem ff. de excep. rei iud. in 70.*
4 *lib. Paul ad edict.* Et verò, cum † pars propria consideretur, vt principalis, pars verò accrescens, vt accessoria, *sicuti ostendemus in 9. cap. q. 43. numer.* 10. Consequens est, vt sublata propria censeatur etiam sublata accrescens; Sublato enim principali tollitur, & accessorium, quippe, quod sine principali consistere non potest. Quamobrem dicimus, ei, cui adimitur principale, adimi etiam
5 accessorium, † *vti videre est apud Bald. in d. l. si totam.*

Hinc infertur primò, si duobus coniunctim res eadem fuerit legata, & vnus ex legatarijs partem suam in iudicio petierit, & victus

victus sit, mox alter legatarius repudiet suã
portionem, si primus eã petat, quasi sibi ac-
creuerit, repelli eum exceptione rei iudicatæ
6 † *d. l. si Titio. 39. §. 1. & ibi Ang. & Cuiac. in 17.
lib. quæst. Papin. Alcia. in d. l. re coniunctis, nu. 60.
Conna. lib. 4. commen. cap. 6. num. 2. Duar. lib. 2.
de iur. accr. cap. 4. Cuiac. ad d. l. &, an eadem. 14.
§. qui, cum partem ff. de excep. rei iud. in 70. libr.
Paul. ad edict.* siue sit victus, quia non proba-
uerit, rem suam esse, siue, quia reus probaue-
7 rit, esse suam, † *vt declarat gl. in d. l. si Titio. 39.
8 §. 1. in verb. exceptionem*, quia † cum huiusmo-
di exceptio repellat eum a parte principali,
Consequens est, vt debeat etiam repellere a
parte accrescente, *per ea, quæ diximus.*

Nec est contrarium, quod exceptio rei iu-
dicatæ non obstat, nisi res eadem petatur,
9 † *l. cum quæritur 12. & l. seq. ff. de except. rei iud.*
eaque ratione non possit opponi, si prius
fuerit petita vna pars, & postea ex eadem
causa petatur alia, *vt scribit gl. in d. l. si Titio 39.
§. 1. in verb. exceptionem*, quia respõdeo primo,
10 id esse verum, † si vtraque pars consideretur,
vt principalis. Cœterùm, si vna consideretur,
vt principalis, altera verò, vt accessoria, ma-
gis est, vt exceptio, quæ obstat in illa, debeat
etiam in hac obesse: Alioquin enim sequere-
tur magnum absurdum, quia præcedens iu-
dicium posset per sequens infringi, si non di-
rectò, saltem per indirectum, scilicet per an-
tecedens necessarium: Nam, si Iudex pronũ-
tiaret, partem accrescentem esse petitoris, ne-
cessariò supponeret, alteram partem, sine qua
non potest pars accrescens consistere, eiusdẽ
petitoris esse, quod primę sententię repugna-
ret. At hoc est absurdum *l. si duobus 19. ff. de
excep. rei iud. l. fundum Titianũ 16. ff. de except.*
Ergo non debet audiri victus, si partem petat
accrescentem. *Ita gl. in d. l. si Titio. 39. §. 1. in
verb. exceptionem.* Denique, cum res iudicata,
quæ pro veritate habetur *l. pen. ff. de stat. hom. l.
res iudicata 207 ff. de reg. iur.* declarauerit, par-
tem principalem non esse petitoris, idem di-
cendum est, quod, si verè ipsius non esset. At-
qui, si verè non esset ipsius, non posset is ha-
bere partem accrescentem, cum portio por-
tioni accrescat. Ergo, nec, cum iudicatum
est. *Ita gl. in d. l. si Titio. 39. §. 1. in verb. exceptio-
nem.*

Secundo respondeo, partem accrescentẽ,
11 licet re vera sit diuersa a parte principali,
quia tamen cum ea vnitur, & sumit eius na-
turam, pro vna, eademque parte reputari,
vt ostendemus in 9. cap. q. 44 num. 1. & seqq.
ideoq; etiam in ea debere obstare exceptio-
nem rei iudicatæ, scilicet, quia sufficit, rẽ esse
eandem, si non verè, saltem interpretatiuè,
12 vt rei iudicatæ obstet exceptio † *d. l. cũ quæri-
tur 12. cum 2. ll. seqq. ff. de except. rei iud. & dice-
mus etiam ind. q. 44 num. 8. & seqq. Ita respon-
det Ang. in d. l. &, an eadem. 14. §. qui, cum partẽ
num. 1. ff. de exc. rei iud.*

Secundo infertur, si ex duobus eiusdem rei
legatarijs vnus acceperit legatum ad diem,
alter verò simpliciter, & indefinitè, & hic defi-
ciat, nõ habiturũ primũ ius accrescendi post
diẽ a testatore præfinitũ, *vt ostendimus in hoc
ipso cap. q. 19. num. 130. & seq.* quia, cum eo tẽ-
pore defecerit habere portionẽ principalem,
Consequens est, vt non possit habere partem
accrescentem. *per ea, quæ supra diximus.*

Adeo autem verum est, quod diximus, ei,
qui partem suam amisit, ius accrescendi non
competere, vt procedat, etiamsi retineat no-
13 men hæredis † *d. l. si totam 82. & ibi Bart. Ang.
14 & Imol. ff. de acq. hæred.* quia † in hoc iure, tam-
quam reali spectamus rem, & effectum, non
iuris subtilitatem, *vt diximus in hoc cap. q. 69.
num. 38.* Vnde, quia, qui nondum habet hære-
15 dis nomen, effectu rem non habet † *l. 2. §. sed,
si sint sui ff. ad Tert. & nos diximus in eadem q.
69. num. 27.* ideo nec potest ei quicquam ac-
crescere.

In quo quidem differt ius accrescendi a
substitutione: Nam, licet ad eam quis fuerit
sub hæredis nomine vocatus, & hęreditatem
semel acquisitam perdiderit, quia tamen re-
tinet hæredis nomen, ideo ad eam admitti-
16 tur † *l. ex facto. 43. § vlt. ff. de vulg. & scribũt om-
nes quos referemus infra num. 22.*

17 Ratio autem diuersitatis est, quia † ius ac-
crescendi est reale, cum per id portio portio-
ni accrescat, ideoque in eo spectamus rem.
At ius substitutionis est personale, cum per-
sonæ competat, ideoq; in eo non spectamus
rem, sed personam. *Ita Bart. in d. l. si totam 82.
num. 2. & ibi Bald. Ang. Castr. & Imol. nu. 2.* Et,
licet testator vocando substitutum sub nomi-
ne hæredis, videatur rem spectasse, *ex ijs, quæ
diximus in 8 cap. q. 17. num. 11.* re vera tamen
spectauit personam, & hæredis appellatione
denotauit potius qualitatem nominis, quam
hæreditatis effectum. Itaque sufficit, cum ha-
bere nomen, &, vt ita dicam, vestimen-
tum hæredis vt admitti possit, licet, quoad
effectum pro hærede non habeatur, vt in si-
mili dicimus de feudo, vel emphyteusi con-
cessa pro se, liberis, & hæredibus, & de alijs
similibus causis, in quibus nomen hæredis,
siue hæreditaria qualitas ad effectum admis-
sionis exigitur *sicuti ostendemus in 10. cap. q.
30 num. 35. & seqq.*

Hinc infertur primo, ius accrescendi non
competere ei, qui ex causa fideicommissi re-
18 stituit hæreditatem † *l. Papinianus. 43. ff. ad
Treb. Et in specie scribunt Ias. in d. l. vn. num. 20.
vers. Non obstat l. si totam & ibi Io. Guter. num.
65. vers. 4. non obst. C. quand. non pet. part. & nos
latè ostendimus in hoc cap. q. 69 numer. 3. & seqq.*
licet nomine maneat hęres *§. restituta Inst. de
fideic. hæred.* & tamen ei competere ius sub-
stitutionis, tametsi sub hæredis nomine facta
sit, dummodo grauatus sponte hæreditatem
19 adierit † *l. ita tamen 27. §. qui suspectam ff. ad
Treb.*

Secundo infertur, ius accrescendi non cõ-
petere ei, a quo fiscus abstulit partem hære-
ditatis, quasi ab indigno, puta, quia tacitam
fidem præstiterit de restituendo incapaci
20 † *d. l. si totam 82. & ibi glo. in verb. restituere, &
Bart. num. 2. Ang. Castr. & Imol ff. de acq. hæred.
Ias. in d. l. re coniunctis, num. 131. vers. contrariũ
& num. 133. vers. 3. responde, & ibi Rip. nu. 90.
Polit. num. 54. vers. 3. & num. 57. vers. dicet ali-
quis Ias. in d. l. vn. numer. 20. vers. 3. responde, &
ibi Claud. Tut. num. 86. vers. vel, & 2. C. quand.
non pet. part. Ias. in d. l. 2. num. 8. vers. Nec obstat
C. de pact. Gomez. tom. 1. var. res. cap. 10. nu. 35.
vers. 2. & num. 44. vers. probat etiam Duar. libr.
2. de iur. accr. c. 6. vers. sed, & Vlpianus, Cuiac.*

lib.12.obs.cap.13. Did. Spin in suo Specu test. gl. 27.nu.65. Andr Fach lib 5. contr. cap.101. vers. Quartum sumitur, & cons. & lib.10.cap.3.vers. Ad id quod dicitur. & cap.69. vers. Postremo, Don.lib.7 comm.cap 12. & nos etiam diximus in
21 *hoc cap.q.66 num.4.* Nam † licet nomine maneat hæres *d l.ex facto 43.§.vlt.ff.de vulg.* non tamen manet hæres effectu, cum rem, idest, corpora, & iura hæreditaria non habeat *d l.si totam, & nos diximus in hoc eodem cap q 48.nu.* 30. Quamobrem effectu perinde habetur, ac si non fuisset institutus, *vt declarant gl.in d.l.si totam in verb. restituere. & ibi Imol. num. 2.* At ius substitutionis in eius persona manet firmum, tametsi substitutio fuerit ita concepta, Quisquis mihi heres erit, idem impuberi filio
22 meo hæres esto † *d l ex facto 43. §. vlt. ff.de vulg. Et scribunt gl in d.l. si totam, in verb.restituere, & ibi Bart num 2 Bald. Ang. Castr.& Imol.num.2* per ea, quæ supra diximus.

Tertio infertur, ius accrescendi (secundũ vnã opinionem) non competere hæredi, qui suã hæreditatis partẽ vẽdidit, aut aliter inter viuos transtulit in singularem successorem,
23 † quia, licet, & ipse maneat hæres nomine, non tamen effectu portionem habet, vt est necessarium adhoc; vt pars vacans ei possit accrescere, *sicuti retulimus in hoc cap.q.67. nu.* 32. Et tamen non censetur in emptorem ius
24 substitutionis transtulisse † *l 2. §.illud ff.de hared. vel act. vend.* Sed ex his, quæ diximus *ibi num. 57. & seqq.* facile est intelligere verius, & receptius esse, immo quoad ipsum ius partẽ vacantem accrescere venditori, licet is teneatur emolumentum, quod ex ea percepit, emptori restituere.

Quarto infertur, minori vigintiquinque annis, qui post editam in integrum restitutus est, non competere ius accrescendi, licet &
25 ipse nomine maneat hæres † *l.& si sine.8.alias est l aut Prætor.7.§ sed, quod Papinianus, in fin. ff de minor.* & tamen ius substitutionis etiam modo supra relato factæ consequetur *per ea, quæ supra diximus.*

Quinto infertur ne suo quidẽ hæredi, qui
26 se abstinuit ius accrescẽdi competere, † quia, licet hæredis nomen retineat, *l. 2 § sed, si sint sui ff ad s c tert. l & si ex modica. 6 § si filius ff.de bon.lib.* tamen non habet *d § ped. si sint sui;* Quamobrem dicitur haberi pro non hęrede *l. si filius, qui se abstinuit. 13. in prin ff de inter. actio.* & nihilominus ius substitutionis in eius
27 persone saluum remanet † *l. si filius, qui patri 12. ff de vulg. l. filius, qui se paterna. 41. ff. de acq. hæred.*

Sed hæc dicuntur de iure accrescendi reali. Cæterũ, si loquemur de personali, quod in vsufructu locum habet, res magnam in se continet dubitationem. Nam, licet simpliciter dicamus, partem vsusfructus accrescere
28 etiam ei, qui suam portionem amisit † *ex d. l. si Titio.39 §. 1. ff. de vsufr. l. interdum 11. ff. de vsufr. accresc. & l & an eadem.14. §. qui, cũ partem ff. de except rei iud.* & in hoc differre proprietatem ab vsufructu siue ius accrescendi
29 reale a personali, † *ex d l si Titio.39.§.1. Et scribunt Cuiac. in parat ff. de vsufr. accr. & ad l.2. ff. eo. tract.5 ad Afric. Hoto ill q 44. Donell. lib. 10. comm. cap. 23. vers Alterum singulare,* quod in illo portio, velut alluuio, portioni accrescat, in hoc verò personæ ideoque non possit illud ei competere, qui suam portionẽ ami-
30 sit, hoc verò possit, † *vt in specie ratiocinatur Papinianus in d.l. si Titio. 39. §. 1. & post eum Alex. in l. Papinianus 43. num. 2. vers. in gl ff. ad Treb. Alcia. in d.l. re coniunctis, num. 41. versicul. sed, quid in eo, Cuiac. in d.l. 2 ff. de vsufr accr. tract. 5. ad Afric. & in d.l si Titio in 17. lib. quæst. Papin. & in d.l. &, an eadem 14. §. qui, cum partem ff. de excep. rei iud. in 70. lib. Paul. ad edict. Donell. d. lib. 10. comm. cap. 23. vers. Alterum singulare,* tamen, quia varijs ex causis, & varijs modis potest quis suam partem vsusfructus amittere, & multi sunt, in quibus dubitari solet, an procedant ea, quæ supra diximus, ideo specialiter nobis erit dispiciendum, quibus ea casibus locum habeant.

Et, si quidem legatarius partem suã amit-
31 tat morte, res caret dubio. † Nam, cum finiatur vsusfructus *l. 3. § fin. ff. quib. mod. vsusfr. amitt.* Consequens est, vt non sit tractandum de accretione alicuius partis, quippe, quæ, etiamsi prius accreuisset, deberet morte extingui.

At, si partem vsusfructus amittat re iudicata, vt euenit, cum eam petijt in iudicio, & succubuit secuta absolutoria, maior est, dubitatio: Nam, licet simpliciter dici soleat, partem vsusfructus etiam ei accrescere, qui suã por-
32 tionem amisit vi rei iudicatæ † *d. l. &, an eadem. 14. §. qui, cum partem, & ibi Ang. num. 1. vers. In text ibi, totum, & Cuiac. in 70. lib. Paul. ad edict. d l interdum. 11. ff. de vsufr. accr. & d.l. si Titio. 39. §. 1. & ibi Cuiac. in 17 lib quæstio. Papin. ff de vsufr. Et scribunt Alcia in d. l. re cõiunctis num. 41. vers sed, quid in eo, Couua. lib. 4. comm. cap. 6 num. 2. Cuiac. ad l. 2 §. Idem Papinianus ff. quib. mod. vsusfr. amitt. in eund. 17. lib. quæst. Papin. & lib. 9. obs. cap. 11.* & in hoc vsũ-
33 fructum a proprietate differre, † *d. l. si Titio. 39. §. 1, & ibi Cuiac. in 17. lib. quæstio. Papin.* in-
34 terque partis non habere † *d. l. si Titio. 39. §. 1, & ibi Cuiac. in relato loco, Couua. d. lib. 4. comm. cap. 6 nu. 2. Cuiac. in d. l. &, an eadem. 14. §. qui, cum partem ff. de excep. rei iud. in 70. lib. Paul ad edict.* Qua ratione dicimus, agenti ad partem accrescentem non obstare exceptionem rei iudicatæ in vsufructu, licet obstet in proprie-
35 tate † *d. l. interdum 11. ff. de vsufr. accr. d. l. si Titio. 39. §. 1. & ibi Ang ff. de vsuf. d. l. &, an eadem. 14. §. qui, cum partem, & ibi Bart. & Ang. numer. 1. & Cuiac. in 70. lib. Paul. ad edict ff. de excep. rei iud. Polit. in d. l. re coniunctis, num. 89. & ibi Gross. nu. 112. Rip. num. 199. Cag. in rubr. C. quand. non pet. part. num. 40. Brun. de augm. conuel. 19. nu 4. in fi.* tamen, quia varijs ex causis potest contra eum ferri sententia, vel, quia plus petendo ceciderit a causa, vel quia suppositum sit in sententia, non fuisse ei legatũ vsumfructum, vel, si legatus, fuisse repudiatũ, aut post agnitionem amissum, vel non vtendo, vel etiam capitis diminutione, cum tamẽ re vera fuerit legatus, nec postea amissus, & sic iniuria iudicis, aut alia de causa, non etiã defectu iuris victus sit, *vt declarat gl. in d. l. interdum 11. in verb. amiserit ff. de vsufr. accr.* dubitari solet, an, quacunque ex causa victus sit, nihilominus retineat ius accrescendi.

Et, si quidem ideo perdiderit, quod plus petierit, puta totum petierit vsumfructum cum he-

haberet tantum partem, quo casu secundum
36 iura vetera cadebat a causa † *§. si quis agens*
Inst. de actio. l. 1. in prin. ff. de inter. actio. l. si pater
36. ff. de solut. Paul. lib. 2. sent. tit. 5. & lib. 3. tit. vlt.
Vnde Cic. pro Rosc. Amer. *Hic, si tu amplius*
Hs. numo petisti, quam tibi debitum esset, inquit,
causā perdidisti. Et Sueto. in Claud. cap. 14 *hic*
inquit, *qui apud priuatos Iudices plus petendo*
formula excidissent, restituit actiones, certum est,
non submoueri eum exceptione, si petat par-
37 tē, quæ postea accreuit: † Hoc enim est, quod
scribit Paulus *in d. l. &, an eadem. 14. §. qui, cum*
partē ff. de excep. rei iud. prout ibi declarat Cuiac.
38 *in 70. lib. Paul. ad edict.* Nam, quia † non est vi-
ctus ob defectum iuris, sed ob excessum pe-
titionis, nullum ex hac noua petitione fit
primæ sententiæ præiudicium, scilicet, quia
non supposuit sententia, eum non esse lega-
tarium, sed declarauit, rem perdidisse, eo ipso,
quod totum petijt, cum partem tantum pe-
tere deberet. Nec ei debet officere, quod par-
tem non habeat, quia pars vsusfructus, quæ
postea vacat, non accrescit parti, sed personę,
vt supra dictum est.

Quod, si ideo victus sit, quia falsò sit sup-
positum, nō fuisse ei legatum vsumfructum,
vel, quia non probauerit suam intentionem,
vel, quia reus probauerit suam exceptionem,
an non obstante re iudicata possit vindicare
partem, quæ postea accreuit, dubitari potest
ex multis: &

Primo ex eo, quia, quando id, quod est de-
cisum in vno iudicio, venit examinandum
39 in alio, obstat exceptio rei iudicatæ † *l. si quis,*
cum totum. 7 § fin ff. de excep rei iud. Sed, cum
priùs fuit petita pars vsusfructus, & secuta est
absolutio, si postea petatur alia pars, quæ ac-
creuit, videtur in posteriore iudicio proponi
examinandum id, quod fuit decisum in prio-
re, scilicet, quia priùs decisum est, non fuisse
ei legatum vsumfructum, & sic nō esse eum
legatarium, quod iterum discutiendum est:
Debet enim actor dicere, sibi fuisse legatum
vsumfructum coniunctim cum Titio, & sic
se esse legatarium, cui pars alterius accreuit.
Ergo debet agenti obstare exceptio rei iudi-
40 catę † *Et ita videtur fateri gl in d. l. &, an eadem.*
14 §. qui cum partem, in verb. accrescit, vers. vel
dic verius. & gloss. in d. l si Titio. 39. §. 1. in verb.
persona, & post eam Ang ibi.

Secundo facit dubitationem illud, quia
41 res iudicata pro veritate habetur † *d. l pen ff.*
de stat. hom. d. l. res iudicata. 207. ff. de reg iur.
ideoque post eam idem seruandum est, quod
seruaretur, si re vera ita se res haberet, vt in
sententia fuit suppositum. Atqui in sententia
suppositum est, non fuisse vsumfructum le-
gatum petitori, & sic eum non esse legatariū.
Ergo, quemadmodum, si verè non esset lega-
tarius, nihil ei accresceret, *vt ostendimus in hoc*
cap 9. 72. num. 3. ita etiam non debet ei quic-
quam accrescere, vbi secuta est sentētia, quæ
id ipsum supponendo verùm declarauit, &
per consequentias, si partem, quasi accrescē-
tem petat, debebit a iudicio repelli.

Verùm his non obstantibus verius, &
receptius est, etiam in hac specie competere
ius accrescēdi legatario, qui sub eo prętextu
42 victus est. † *Ita sensit* Bart. *in d. l. &, an eadem.*
14. §. qui, cum partem, & ibi apertè scripsit Ang.
in fi. Et fuit etiam de mente istorum omnium, qui
simpliciter, & absolutè scripserunt, etiam ei, qui
iudicio, siue re iudicata perdidit suam partē vsus-
fructus, accrescere aliam partē, quę postea vacat,
non distinguentes causam amissionis, quos retule-
mus supra nu 32. non quidem respectu partis
amissæ, quippe, quæ non potest ad fructuariū
43 redire, aut ab alia parte trahi, † *l. 3. §. idem Pa-*
pinianus, & ibi Cuiac. in 17. lib. quæst. Papin. gl.
in d. l. interdū 11. in verb q̄ amisit. ff. de vsufr.
accr. sed respectu partis socij deficientis. Pro-
batur autem hæc sententia

Primo ijs locis, in quibus simpliciter, & ab-
solutè scribitur, ius accrescēdi ēt ei cōpetere,
qui suā vsusfructus partē amisit authoritate
44 rei iudicatæ, † *nempe l. interdum. 11 ff. de vsufr.*
accr. & l. si Titio. 19. §. 1. ff de vsufr. Nam, cum
loquantur indistinctè, Consequens est, vt etiā
indistinctè debeant intelligi, siue ex vna, siue
ex alia causa res iudicata processerit, *ex regu-*
la l. de pretio. 10. ff. de Publicia. & l. 1. §. generali-
ter ff. de lega præst.

Secūdo probatur, q̄a ratio, q̄ Iurisprudētes
afferunt, ita militat in vno, vt in alio casu; Nā
ideo scribunt, ei competere ius accrescendi,
45 quia † vsusfructus accrescit personæ, non por-
tioni *d. l si Titio. 39. §. 1. et d. l. et, an eadē 14 § q,*
cum partem. At hæc ratio militat etiam in eo,
qui ideo victus est, quod sit suppositum, non
fuisse ei legatum vsumfructum. *ostendemus*
infra num. 57. Ergo etiam ei debet compete-
re ius accrescendi.

Tertio denique probatur ea ratione, quia
46 † in vsufructu sufficit, quam re vera esse lega-
tarium, & coniunctum, vt ei pars vacans pos-
sit accrescere *l. 1. in prin. & tot. tit. ff. de vsufr.*
accresc. At etiam is, qui sub prętextu, quod ei
nō fuerit legatus vsusfructus succubuit, lega-
tarius, & coniunctus est, quia res iudicata, li-
47 cet pro veritate habeatur, quoad ea, † quę sūt
in iudicium deducta, non tamē veritati præ-
iudicat in alijs *l cum quæritur. 1 2. cum a. l s qq.*
ff. de excep. rei iud. imo, ne in re quidem dedu-
cta in iudicium veritati præiudicat, si ius ip-
sum spectemus, licet præiudicet effectu eo
ipso, quod agētem ex causa vera repellit ex-
ceptione. Ergo debet hoc sufficere, vt ei cō-
perat ius accrescendi.

Neque obstant contraria: Ad primū enim
tres gl. solutiones affert: Primo namque re-
48 spondet, contrarium procedere, † quādo pro-
ponitur per modum causæ proximæ, non
verò, quando per modum causę remotę, pro-
ut proponitur in hac specie: Nā actor priùs
dicit, sibi partem accreuisse, & sic proximam
actionis causam deducit ex iure accrescendi
deinde affert causam accretionis, & sic causā
causæ, seu causam remotam, quia sibi cōiun-
ctim cum alio fuit legatus vsusfructus *Ita re-*
spondet gl. in d § qui, cum partem, in verb. accre-
scit.

Sed hæc responsio non est vera, quia, siue
per modum causæ proximæ, siue per modum
causæ remotæ veniat examinandum, quod
priùs fuerat in iudicio decisum, semper ve-
49 rum est, obstare exceptionem rei iudicatæ †
l fundum Titianum 16. ff. de excep. præcipuè in
actionibus realibus, in quibus causa remota
nō potest a proxima separari, adeo, vt hac in
iudicio proposita, vt illa quoq; proposita cē-
Tom. 2. Nn 2 seatur

50 seatur † *d.l. & ,an eadem 14.§.actiones ff. de ex-*
cep.rei iudic. Quamobrem supradicta respon-
sio non immeritò fuit *à Bart.in d. §. qui, cum*
partem, & alijs communiter improbata.
Secundo verò respondet gl. contrarium
51 procedere, † si legatarius in parte sua succu-
buisset, in specie autem *d.§.qui, cum partem,*
non succubuisse in parte sua, sed in parte so-
cij, quia petierat eam priùs, quam defecis-
set, & ideo victus est, sed, quia postea defe-
cit, ideo, si iterum agat, non obstabit ei ex-
ceptio rei iudicatæ, cum agat ex iure, quod
postea superuenit. *Ita respondet gl. in d §.qui,*
cum partem, in verb.accrescit, vers. uel dic.
Sed hæc respõsio peior est priore: Primo,
quia ex ratione, quæ subijcitur, apparet, lo-
52 qui Paulum † de eo, qui succubuit in parte
sua, non verò in parte socij: Nam ideo scri-
bit, eum non submoueri exceptione, *quia*
usufructus non portioni, sed homini accrescit,
quæ ratio ostendit dubitationem natam esse
ex eo, quia, cum non haberet partem suam,
non videbatur posse petere accrescẽtem, sed
hoc non obstante, contrarium fuisse respon
sum, quia, cum vsusfructus non accrescat
portioni, sed personæ, consequens est, vt ac-
crescat etiam ei, qui portionem non habet,
secũdũ ea, quę diximus sup.n 30.& in q.70.n.14
Secundo, quia, si non perdidisset partem
suam, nulla potuisset subesse dubitandi cau-
sa: Nam, siue dicamus, vsumfructum accre-
scere portioni, siue personæ, semper verùm
esset, debuisse accrescere ei, qui victus fue-
rat, quia, & portionem habebat, & persona
suberat legatarij, ideoq; malè dixisset Pau-
lus, non submoueri, quia vsusfructus non ac-
crescit portioni, cum etiam si portioni accre-
sceret, nihilominus deberet admitti eo ipso,
quod portionem haberet. Quamobrem, &
hæc respõsio meritò fuit *à Bart in d.§. qui, cũ*
partẽ & ibi Ang.n 1.uers in gl. & alijs im̃pbata.
Tertio igitur respondet gl. distinguendam
53 esse causam, ex qua succubuit: † Aut enim vi-
ctus est quasi non fuerit ei legatus vsusfru-
ctus, Et exceptione repelletur, per ea, quæ di-
ximus in argumento contrario, quippe, quæ
in his terminis procedunt. Aut verò victus
est, quasi non vtendo, aut capitis diminutio-
ne amiserit vsumfructum, Et veriùs est, non
repelli, & ea procedere, quæ supra diximus.
Ita respondet gl.in d.§.qui, cum partem, in uerb.
accrescit, uers. uel dic uerius, & in d. l. si Titio 39.
§.1. in uerb personæ.
54 Sed neq; hanc nostri probant, † *uti uidere*
est apud Bart.in d § qui cum partẽ, & ibi Ang.
nu.1.uers in text.ibi, totũ, Et rectè: Primũ enim,
cũ nullũ ibi legatur verbum, ex quo colligere
possimus, causã amissionis fuisse, quia nõ v-
tẽdo vsũfructũ amiserat, non possumus id si-
ne commento dicere, sed debemus intelli-
gere textũ, vt procedat, siue Iudex pronũtia-
uerit, non fuisse legatũ vsufructũ, siue fuisse
non vtẽdo amissũ, *ut ibi declarat Ang. in fin.*
Secundo, quia, imo constat ex verbis Pau-
li, causam amissionis aliam fuisse; Nam eo
ipso, quod, *qui, cum partẽ usufructus haberet,*
inquit, *totum petijt*, non obscurè significat,
actorem ideo suam portionẽ perdidisse, quia
plus petierat, *secũdũ ea, quæ diximus sup. n. 36.*
Quamobrem veriùs est, quod alij fre-
quentiùs tradiderunt, scilicet, non obstare
55 contrarium, quia procedit, † quando in secũ-
do iudicio concurrunt illa tria, quę sunt ne-
cessaria ad hoc, vt postea agenti obstet ex-
ceptio, nempe, vt eadem sit res, eadem cau-
sa, eademq; persona verè, vel interpretatiuè
d.l.cum quæritur 12.cum 2. ll.seqq. ff. de except.
rei iud. In specie autem proposita non omnia
concurrere, quia, licet causa sit eadem, & ea-
dem persona, non tamen eadem est res, aut
verè, aut interpretatiuè, non verè, quia fuit
amissa vna pars, scilicet, pars propria, & po-
stea petitur alia nempe accrescens. Neq; in-
terpretatiuè, quia, cum accretio non fiat por-
tioni, sed personæ, non potest pars accrescens
censeri accessoria ad partem amissam, & per
consequentias eadem interpretatiuè, prout
censeretur, si portioni accresceret, *ut dixi-*
mus supra num.11. & dicemus etiam in 9 cap.q.
44 num.1.& seqq. ideoq; ad partem accrescẽ-
tem agenti non potest obstare exceptio. *Ita*
respondent Bart.in d.§.qui, cum partem, & ibi
Ang.num.1.uers. In text.ibi, sed homini.
Ad secundum verò respondeo, id proce-
56 dere † respectu rei, quæ in iudicium fuit de-
ducta, non etiam respectu aliarum rerum *d.l.*
cum quæritur.12.& l.seq.ff.de except.rei iud. In
specie autem proposita non tractari de eadẽ
re, siue parte, sed de alia, *ut supra demonstra-*
tum est, ideoq; illius respectu rem iudicatam
pro veritate non haberi.
57 Hæc autem non solum procedunt, † si ideo
victus sit, quia sit suppositum, non fuisse ei
legatum vsumfructum, sed etiã, si sit supposi-
tum, fuisse vsumfructum capitis diminutio-
ne amissum, cum tamen re vera amissus non
esset: Semper enim militat eadem ratio, sci-
licet, quia res iudicata non potuit in alijs re-
bus, & partibus afferre victo præiudicium, *ut*
supra dictum est. Et multo magis procedent,
58 † si sit suppositum, fuisse vsumfructum amis-
sum non vtendo. *ut uoluit gl.in d § qui, cum*
partem, in uerb accrescit, uers. uel dic uerius, &
ibi Ang.num.1.uers. sicut ergo, & gl.in d.l. si Ti-
tio 39.§.1.in uerb personæ, cum etiamsi re ve-
ra fuisset amissus, deberet nihilominus pars
postea vacans victo accrescere, *ut ostendemus*
infra n.seqq. ideoq; fictio non debeat exclu-
sionem operari, quã veritas ipsa nõ operare-
tur, *l filio, què pater 23. in prin.ff.de lib.& posth.*
Sanè, si non re iudicata, sed alio modo
propriam partem amiserit legatarius, an ni-
hilominus competat ei ius accrescendi, quæ-
ri potest. Et, si quidem eam amiserit non v-
59 tendo, magis est, vt competat, † *sicuti scrip-*
serunt Ang.in d.§.qui, cum partem num. 1. uers.
sicut ergo, Conna.lib.4.commen.cap.6. numer.2.
Donell.d.lib.10.comm.cap.23. uers. Alterũ sin-
gulare, Et sensit etiam gl.in d.l. si Titio.39.§.1.
in uerb, personæ, & in d. §. qui, cum partem, in
uerb. accrescit, uers. uel dic uerius, Tametsi con-
trarium, & malè consuerit Cuiac d.lib.9.obs.cap.
60 11. quia, † cum non ipso iure, sed ope tantum
exceptionis à sua portione repellatur, & hoc
modo (si ius ipsum spectamus) non desinat
esse legatarius, Consequens est, vt ei debeat
pars vacans accrescere: *per ea, quæ supradixi-*
mus: Eadem enim est eius amissionis, quæ re
iudicata fit, & eius, quę fit non vtendo, ratio,
scilicet, quia neutro modo quis à re sua re-
pellitur

pellitur ipso iure, sed ope tantũ exceptionis.
Cœterum, si partem amittat capitis diminutione, res maiorem habet dubitationem;
Nam pleriq; censuerunt, nihilominus ei cõ-
61 petere ius accrescendi: † *Ita enim censuerunt gl. in d. l. si Titio. 39. §. 1. in uerb. psonę ff. de usufr. & Donell. d. lib. 10. comm. cap. 23 uers. Alterum singulare.* Mouentur autem.
62 Primo, quia, † cum vsusfructus, etiam simpliciter relictus censeatur quotidie legari, & constitui *l. 1. §. interdum ff. de usufr. accr.* sequitur, idem de eo dicendum esse, quod diceretur, si tot essent legata, quot anni, menses, dies. Atqui, si tot essent legata, capitis minutio interueniens perimeret quidem legata præterita, sed non futura, nec eorum respe-
63 ctu ius accrescendi impediret † *l. 1. §. ult. & l. 2. §. si non mors ff. quib. mod. usufr. amitt.* Ergo nec debet pimere, aut impedire, quoties vsusfructus simpliciter legatus est. *Ita arguit Donell. d. lib. 10. com. cap. 23. uers. Alterũ singulare.*
Secundo mouentur argumento ducto à re
64 iudicata ad capitis diminutionem: † Nam, quemadmodum ius accrescendi competit etiam ei, qui suam portionem amisit re iudicata, *ut latè ostendimus supra num. 32. & seqq.* ita etiam videtur ei competere, qui eam amisit capitis diminutione, cum eadem videatur vtriusq; speciei ratio.
Sed his non obstantibus mihi veriùs vide-
65 tur, imo non competere, † quod puto ex eo patere, quia solent testatores in casum capi-
66 tis minutionis vsumfructum repetere, † *l. sicut 3 in prin. & l. repeti. 5 in prin. ff. quib. mod. usufr. am. l. in singulos. 8. uers. & usufructus ff. de ann. lega. l. least. 23 ff. de usufr. legat.* quo casu ex vi
67 repetitionis competit ius accrescendi † *d. l. sicut 3 §. 1.* Ergo amota repetitione ius accrescendi cessabit. Idq; mihi videtur apertè probare *d. l. sicut. 3. §. idem Papinianus*, vbi Vl-
68 pianus † refert Papinianum quæsijsse, *si Titio, & Mœuio usufructu legato, in repetione usufructus non totum, sed partem Titio relegasset, an uiderentur coniuncti*, & dixisse, *si quidem Titius amiserit, totum socio accrescere, Quod, si Mœuius amisisset non totum accrescere, sed partem ad eum, partem ad proprietatem redire, quæ sententia habet rationem: Neq enim potest dici, eo momento, quo quis amittit usumfructum, & resumi, etiam ipsi quicquam ex usufructu accrescere*: Nam hic vsusfructus fuerat coniunctim legatus Titio, & Mœuio. Itaq; si Titius nõ fuisset capite minutus, pars Mœuij deficiẽtis in totum ei accreuisset, sed, quia capite minutus est. & in eius persona non fuit vsusfructus in totum repetitus, sed tãtum pro parte, ideo pro alia parte non habet ius accrescẽdi. Ergo constat ex hoc loco, post capitis diminutionem ius accrescendi non competere,
69 nisi, quatenus facta est repetitio. Et sanè, † vt alicui ius accrescendi competat, debet is esse legatarius, *ut ostendimus in q. præced. num. 19. & dicemus etiam infra num 78.* At, qui capite minutus est, ipso iure desijt esse legatarius, cũ eo modo perinde finiatur, & extinguatur v-
70 susfructus, ac, si capite minutus decessisset † *l. excepta. 14. ff. quib. mod. usuf. amitt.* Non poterit igitur ei ius accrescendi competere.
Nec obstat, si dicatur, sufficere, quem fuisse legatarium, & coniunctum à principio, vt
duret eius effectus, etiam legato extincto, &
71 coniunctione resoluta, † *ut scripsit Ang. in d.*
72 *l. si Titio 39. §. 1.* quia hoc verum est, si † non omnino dissoluatur, idest, si perimatur ope exceptionis, prout euenit in specie rei iudicatæ; Cœterùm, si ipso iure, magis est, vt non sufficiat, quia paria sunt, aliquid à principio non esse, vel ex post facto ad non esse reduci
73 † *l. nec interest 51. ff. ad l. Falc. l. legatarius. 38. §. 1. ff. de leg. p. l. pater filio 54. in fin. ff. de hæred. inst.*
Neq; obstant contraria: Ad primum enim respondeo, imo multum esse inter legatum vsusfructus factum simpliciter, & id, quod per distincta tempora factum est, discrimi-
74 nis: † Nam, si simpliciter legatus sit vsusfructus, vnum legatum est, & eius dies semel cedit. An verò, si legatus sit in singulos annos, menses, dies, plura sunt legata, & singulorum dies per adiecta tempora cedit *l. un. in prin. ff. quand. dies usufr. leg. ced.* Quamobrem priore casu capitis minutio interueniens totaliter extinguit legatũ *d. l. excepta. 14. ff. quib. mod. usufr. am.* & sic non solum respectu annorũ præteritorũ, sed etiã respectu futurorũ, posteriore verò nõ, nisi pteritа legata cẽserentur pemisse *d. l. 1. §. ult. & d. l. 2. § si non mors ff. eod.*
Nec obstat *l. 1. §. interdum ff. de usuf. accr.* quia, quod ibi dicitur, non ita intelligendum
75 est, † vt tot censeantur legata, quot tempora; nam hoc repugnaret ijs, quæ supra diximus *ex d. l. un. ff. quand. dies usufr. leg. ced.* sed, vt idẽ legatum censeatur quotidie constitui, & acquiri, quandiu legatarius viuit, & in eodem statu manet, ad hoc, vt socius postea deficiẽs non censeatur in futurum concurrere, licet in præteritum concurrerit, *sicuti latè ostendimus in hoc cap. q. 59 num. 110 & seqq.*
Ad secundum vero respondeo, imo non
76 posse ab vno ad alium duci argumentum, † quod patet ex eo, quia capitis diminutione non potest vsusfructus pro parte extingui, vt nec morte, at re iudicata pro parte amitti po-
77 test † *d. l. excepta. 14 ff. quib. mod. usufr. amitt.*
Secundo respondeo, valere argumentum, si eadem subsit ratio, secus vero, si diuersa,
78 † prout est in specie proposita: Nam, quia vsusfructus, licet accrescat personæ, accrescit tamen personæ legatarij, ideo debet manere legatarius, qui vult habere ius accrescendi, *ut diximus in quæst. præced. numer. 19.* Sed, quando excluditur re iudicata, manet adhuc legatarius, si re vera ei fuit legatus vsusfructus, quia res iudicata, licet pro veritate habeatur, non tamen ipso iure perimit veritatem, *ut diximus supra num. 47.* Nihilminùm igitur, si ei, tamquam legatario pars accrescit. At, cum capite minuitur, desinit esse legatarius, quia capitis minutio totaliter extinguit vsũ fructũ *d. l. excepta.* Ergo ei, tãquã non legatario non poterit pars accrescere.
Hinc intelligimus, vsumfructum regula-
79 titer ei nõ accrescere, qui partem suã amisit † *d. l. interdum. 11. ff. de usufr. accr. ponderando illam dictionem, interdum, prout ostendimus in*
80 *hoc cap. q. 73 num. 17.* sed excipi eos casus, † in quibus pars, non ipso iure, sed ope tãtum exceptionis amittitur, vt re iudicata, vel non vtendo: Nam in ijs competit etiam ei, qui suam portionem amisit, *ut patet ex ijs, quæ supra diximus.* Et hæc de septimo capite.

F I N I S.



